32
5 K
12

C. SALVSTII CRISPI
DE CONIVRATIONE CATILINAE, ET DE BELLO IVGVRTHINO HISTORIAE.

In M. Tullium Ciceronem oratio.
M. Tullij Ciceronis ad Saluſtium reſponſio.
Eiuſdem Ciceronis in L. Catilinam orationes quinque.
Lucij Catilinæ in M. T. Ciceronem orationes reſponſiuæ duæ.
Porcij Latronis declamatio in L. Catilinam.
Fragmenta quædam ex libris hiſtoriarum Saluſtij.

CVM IODOCI BADII ASCENSII IN HAEC OMNIA familiaribus explanationibus, & aliorum doctiſſimorum uirorum commentarijs & annotationibus ſparſim appoſitis, quibus difficillima quæq; Saluſtij loca explicantur, & explanantur.

VIRI AVTEM ILLI QVI PRÆTER IAM DICTVM ASCENSIVM SALVSTIANVM HOC OPVS INTERPRETANTVR, HI SVNT.

LAVRENTIVS	*Valla.*
IOAN. CHRYSOSTOMVS	*Soldus.*
BARTHOLOMAEVS	*Marlianus.*
FRANCISCVS	*Syluius Ambianus.*
IACOBVS	*Crucius Bononineſis.*

Adiectis præterea duobus locupletiſſimis indicibus, quorum alter hiſtoriarum Saluſtij memorabilia, alter ea, quæ ab interpretibus annotata ſunt, planè demonſtrat.



VENETIIS, MDXC.
Apud Laurentium Bertellum.

EX LIBRIS PETRI CRINITI DE HISTORICIS, AC ORATORIBVS LATINIS,

SALVSTII VITA.

CAIVS Saluſtius Criſpus Amiterni natus traditur in agro Sabino, quo anno Athenienſium urbs à L. Sylla deuicta atque uaſtata eſt, ut Romani annales referunt; Ea nobili Saluſtiorum familia ortus eſt, quę diu in ſecundo ordine dignitatem ſeruauit. Idem in urbe educatus creditur, & à teneris annis operam ac ſtudiũ impendiſſe optimis diſciplinis. Sed cum in ea tempora incidiſſet, quibus corrupti ciuium mores varijs partibus atque factionibus forent, neque uirtuti præmia aut bonis ingenijs adeſſent; in tam deprauatâ ciuitate, quod idem Saluſtius fatetur, uictum eius ingenium uoluptatibus facile ſuccubuit. Itaque cum ad rempub. pro ætate foret delatus, propter ciuium improbitatem & factiones multa aduerſa pertulit. Nam tum præcipue Syllanis partibus infecta ciuitas æſtuabat. Conſtat ex ueterum commentarijs, Saluſtium ipſum ingenio fuiſſe acri, & in ſtudijs literarum accurato, tum maxime in ſcribenda hiſtoria. Præceptorem habuit inter alios Atteium Prætextatum, qui Philologum ſe appellauit, & ab eo edoctus eſt de ratione ſcribendi, ut à Suetonio Tranquillo traditur, qui & Aſinium quoque Pollionem ſcribit ab eodem Prætextato eruditum, atque inſtructum. Maximè autem M. Catonis ſtudioſus fuit, ex cuius cõmentarijs uerba excerpſit, & uelut breuiarium ad uſum proprium habuit, quod Octauius quoque Auguſtus in epiſtola ad M. Antonium refert, in qua ipſum Antonium ceu inſanientem increpat, quòd ea ſcribere uellet quæ mirentur potius homines, quàm quæ intelligant. Sed interim ad Saluſtij commentarios. Hiſtoriam compoſuit de Lucij Catilinæ coniuratione contra Romanum ſenatum, & item de bello Iugurthæ, qui Numidiæ rex factus, diu contra Romanos ſtrenuè rem geſſit. Hiſtoriam præterea de Romanorum geſtis, ut de Mario, & Sylla, necnon de Pompeio contra regem Mithridatem, quod opus libris aliquot à Saluſtio abſolutum traditur. Et adhuc ſuperſunt quædam ueluti abſolutiſſimi operis reliquię, in quibus Saluſtij diligentia in hiſtoria deſcribenda, atque grauitas apparet. In parte operis de rebus punicis tanto animi ſtudio incubuit, ut à quibuſdam ſcriptum ſit eam regionem adiſſe, ac maxima ſolertia perluſtraſſe, quo maiore fide, atque officio ueritatem exploraret. Auienus certe Ruffus plurimum Saluſtij diligentiam atque ſtudium commendauit. Sed & Gellius, uir Romanus, qui ueterum eruditionis Ariſtarchus habetur, ita de Saluſtij oratione diſſerit, Elegantia, inquit Saluſtij, uerborumque facundia, & nouandi ſtudium, cum multa prorſus inuidia fuit. Plures non mediocri ingenio uiri, conati ſunt reprèhendere pleraque, & obtrectare, in quibus plura inſcite aut malignè uellicant. Quin & hunc proprietatis ſeruantiſſimum uocat. Titus autem Liuius tam iniquus Saluſtio fuit, ſicut ab Annæo Seneca ſcribitur, ut quædam ex hiſtoria Thucydidis tranſlata, & elegãter aſſumpta, ueluti deprauata & corrupta illi obiecerit. Idque ipſum non in Thucydidis gratiam effecit, ut Aurelius Fuſcus dicebat, uerum putauit ſe facilius Saluſtium uincere, ſi prius Thucydidem ipſum præferret. Aſinius quoque Pollio librum ſcripſit quo Saluſtij ſcripta reprehẽderet, quòd in ijs nimia quadam affectione antiquitatem ſequeretur. Fabius uero Quintilianus, uir maturo & graui iudicio, aſſeruit oratione Saluſtij atque breuitate nihil fieri poſſe perfectius, præſertim apud uacuas & eruditas aures. Neque ueritus eſt idem Fabius auctori Thucydidi in ſcribenda hiſtoria apud Græcos principi Saluſtium ipſum opponere, ſicuti T. Liuium Herodoto. Quo factum eſt, ut, cum plures uoluerint dicendi genus Saluſtianum ſequi minime ſint aſſecuti. Eſt enim eius oratio tam abſoluta, tam caſta & innocens, ut merito ab eruditis diuina breuitas extollatur. Nam & Aruntius, qui belli Punici hiſtoriam ſcripſit, Saluſtius tantum conceſſit, ut eius orationem maximo ſtudio ſequeretur. quod alibi diximus. Nec illud ignoratur, conſueuiſſe Saluſtium magno labore ac ſtudio ſcribere, ut nihil non abſolute atque perfectum uideri poſſet, quod ex ipſa lectione facile colligitur. Amicos in primis habuit doctrina & ingenio nobiles, ut Cornelium Nepotem, Meſſalam, & Nigidium Figulum, qui perijſſe in exilio traditur. Iulium præterea Cæſarem magno ſtudio dilexit, à quo etiam, ut creditur, dignitate Præfecturæ honeſtatus eſt. Illud item à Suetonio refertur, Lenæum grammaticum Pompeij libertum ſatyras contra Saluſtium compoſuiſſe, cumque mordaci & uirulento carmine laceraſſe, ut qui lurconem illum, popinonemque & nebulonem, ac laſtaurum appellarit, tum uita ſcriptisque monſtruoſum, ac M. Catonis furem ineruditiſſimum quod ipſum non alia ratione à Lenæo factum creditur, quàm ut ſtudium ſuum atque officium erga patronum Pompeium probaret, quem uirum Criſpus Saluſtius ore probo, animo autem inuerecundo eſſe ſcripſerat. Itaque mirandum nõ eſt, ſi tam acerbe atque ſatyrice libertus Lenæus contra Saluſtium aciem ſtyli exacuit. Quantum odij atque inimicitiæ inter hunc & M. Ciceronem extiterit, notiſſimum eſt, quod utriuſque uiolentæ atque acerrimæ orationes ita demonſtrant, ut ocutes uidere poſſit ſatis ſui rationem habuiſſe, dum alteri malediceret. Qua in re non ſunt multa referenda, cum ex Hieronymi ac Fabij auctoritate conſtet eos homines longe aberraſſe, qui confictas magis orationes ab alijs, quàm à Saluſtio & Cicerone habitas crediderint. Et ſanè tam corruptis moribus Saluſtius, ingenio tam procliui ad luxum fuit, ut paternam domum uiuente adhuc patre turpiſſima ratione uenalem haberet, quod illi inter alia uitia à M. Cicerone exprobatur. Sed à Varrone etiam & Gellio traditum eſt, eundem fuiſſe in adulterio deprehenſum ab Annio Milone, loriſque cæſum, ac data pecunia dimiſſum. Qua ratione factum eſt ut M. Cicero appellare illum non dubitauerit menſarum aſſeclam, cubiculorum pellicem, & adulterum. Dignitates publicas geſſit, & quæſturæ ac tribunatus honorem aſſecutus eſt, ſed nulla quidem laude aut commendatione, adeo libidine magis quàm ratione & publice & priuatim uixiſſe. nam & bis uocatus eſt in iudicium, & ad iudicium ſubſellia attractus, fortuna extrema, ut inquit Cicero, ſtetit. Scribũt autem grammatici ea cauſa de ſenatu electum fuiſſe à Cenſoribus, quòd ingenti libidine matronas conſectaretur. Illud quoque de Saluſtio relatum eſt, patrocinio & fauore C. Cæſaris conſecutum fuiſſe præturam Africæ interioris ex qua diues factus, cum in urbem rediret, pretioſiſſimos atque amœniſſimos hortos in regione ad malum puniceum comparauit, ac Tiburti uillam, quæ à Cicerone itidem illi obijciuntur. Neque deſunt qui ſcribant Terentiam Marci Ciceronis uxorem, ab eo repudiatam Saluſtio nupſiſſe, ac deinceps Meſſalæ Coruino, uiro in eloquentia clariſſimo. quod etiam ſuo loco ſcripſimus. Sciendum eſt fuiſſe plures Saluſtios. Nam & Cn. à M. Tullio celebratur in Saluſtiorum familia inſignis, & M. Ciceroni ac Cn. Pompeio maxime familiaris. quod ex ijs epiſtolis colligitur, quas Cicero ad Pomponium Atticum ſcribit. Qua in re impudenter quidam decepti ſunt cum Saluſtij Empedoclea ignorarent, ut alibi demonſtraui. Sunt qui tradant ad annum ſecundum & LX. eum uixiſſe, & in patria annis aliquot poſt obitum C. Cæſaris diem extremum obijſſe. quod ex ueterum commentarijs colligitur. Illud præterea de hoc ipſo Criſpo Romæ circumlatum eſt, ut multi teſtantur.

Hic erit, vt perhibent, doctorum corda uirorum,
Criſpus Romana primus in hiſtoria.

SALVSTII VITA PER IOAN. Chryſoſtomum Soldum.

SALVSTIVS ciuis Romanus ſenatorii ordinis fuit. Hic primu ſe ad remp. contulit, & in ea aliquando uerſatus eſt, poſtea cum ei in ſenatu (ut tradit Acron) à cenſoribus obiectum eſſet, quòd libertinarum ſectator eſſet, tum ille non ſe matronarum ſed libertinarum ſectatorem eſſe teſtatus eſt, atque ideo ſenatu repulſus eſt, quòd in proœmijs purgat. Sed tamen conſtat, Saluſtium infamia circa fœminas laboraſſe. Nam ut idem Acron refert in Fauſtinæ Syllæ filiæ & Milonis uxoris adulterio deprehenſus ab ipſo Tito Annio Milone flagellis cæſus eſt. Igitur Saluſtius ob eiuſmodi flagitia à ſenatu remotus, cum intelligeret ſibi ob tantam ignominiam aditum ad honores penitus interclusum omiſſa cura reip. ſe ad hiſtoriam ſcribendam contulit, in qua ſe ita claruit, ut omnibus qui hiſtoriam ſcripſerunt omnium iudicio anteponatur. Et quemadmodum apud Græcos Thucydides Herodotum ceteroſque qui hiſtoriam ſcripſerunt, nobilitate & artificio dicendi ſuperauit, ſic apud Latinos Saluſtius Liuium ceteroſque hiſtoricos facile uicit. Vnde Quintil. Thucydidi Saluſtium comparat, Liuium Herodoto. Porrò tam in Thucydide, quàm in Saluſtio mira breuitas quædam & affectata rerum ubertas commendatur. Nam uterque ita rerum frequentia creber eſt, ut uerborum prope numerum ſententiarum numero conſequatur. genus autem dicendi preſſum & nitidum, & omnino rebus magis quàm uerbis redundans.

RVRSVS ALIA SALVSTII vita, incerto auctore.

CRISPVS Saluſtius genus ex Amiterno Sabinorum agro duxit C. Saluſtio patre genitus. Ex liberalibus artibus, in quibus educatus erat, præter eruditionem nihil accepit, Omnibus uoluptatibus turpiſſime indulſit, paternam domum uendidit, ut crimine adulterii ſe redimeret. Et quæſtura & tribunatu nullam laudem eſt aſſecutus. Fauente C. Cæſare prætor Africam ſortitus prouinciam expilauit, & exhauſit, tantumque inde pecuniarum reportauit, ut amœniſſimos Hortos ſub Quirinale extra pomerium ad Collinam portam titulo ſui nominis empto loco habuerit, atque adornauerit, non vulgares illius ſæculi & poſteriorum ætatibus delicias atque ſeceſſum, uſque ad exactam ætatem libidinis auidus, & potens, in amicitia uarius, & inconſtans. Sæpius tamen liuido dente momordit. Habitus eſt ore improbo, & animo inuerecundo. Manes Pompeij magni, exiſtimans hac uia ſe Cæſari gratiorem fore, lacerare auſus eſt. Vnde in Saluſtium Lenæus Pompeij libertus ſcripſit, moreſque eius ſingillatim paucis uocabulis expreſſit, nebulonem, lurconem, popinonem, & laſtaurum appellans. vox poſtrema indicat fuiſſe hominem ualidæ libidinis. Scripſit ſtylo non abhòrrente à ueteribus. Extat coniuratio Catilinæ, & bellum Iugurthinum, & quædam conciones è libris bellorum ciuilium. Vt ſecreta inimici fidelius intelligeret, Terentiam à Cicerone repudiatam duxit uxorem, quæ tertio nupſit Meſſalæ Coruino.

REVERENDO IN CHRIſto patri ac D.D. Ioanni Epiſcopo Miſenenſi. S. D.

POSTQVAM te Reuerende præſul collapſas incuria maiorum inſtaurandi ſcholas conſilium cepiſſe intellexi, cum & ipſe quidem incredibili ſum gaudio affectus, & alacer atque lætus hanc pub. ſtudioſæ gratulari fortunam cœpi, tum uero, quantus ad illam priſtinam meam erga te beneuolentiam, qua te propter ſingulares in omni genere uirtutes tuas ſum mirifice ſemper complexus, hac te uelut cumulus acceſſerit, non mehercule uerbis conſequi ullis poſſum. Quanquam enim & hæc profectò de te, & alia item maiora, poſt ſuſceptum Epiſcopi munus expectabamus omnes, quicunque ſumus tuæ gloriæ ſtudioſi, & honori dignitatique fauemus, tamen ut tam ſubito nobis tanta ex improuiſo daretur fortuna, & hæc tanta nec opinantibus lætitia oboriretur, uix dum iſto magiſtratu Eccleſiaſtico inito, quis tandem erat uel optare auſus? Itaque quo magis præter ſpem nobis derepente hoc tantum boni eſt obiectum. eo & gratius & iucundius omnibus accidiſſe ſcito beneficium tuum. Quanquam autem me ampliſſime Præſul, communes cum alijs ad tibi gratulandum cauſæ impellunt, ſunt tamen & peculiares quædam cur hoc officij mihi ſuſcipiendum eſſe duxerim, & illa quidem cum primis, quòd è Valentino Hertelio noſtro de amplitudinis tuæ propenſa in me uoluntate, ſtudio, fauoreque ſum perſæpe certior factus. Itaque facere non potui, quin quantum ex uiro atque inſtituto nuper inſtaurandarum ſcholarum conſilio tuo uoluptatis ceperim, hoc loco tibi declararem, Idque amplitudinem tuam optime Præſul bonam in partem accepturam eſſe. ſingularis iſta naturæ tuæ bonitas atque facilitas uti ſperem facit. Illud omnibus uotis Deum Opt. Max. comprecabor, uti proſperos & felices conſilijs tuis euentus atque ſucceſſus dare uelit. ut quod iampridem magna cum ſpe es ingreſſus, id efficere etiam atque exequi uſque ad extremum poſſis. Quid enim aut Deo ipſi gratius, aut tibi glorioſius, aut tuæ commiſſo fidei populo conducibilius atque utilius facere poſſis, quàm ſi neglectam miſere hactenus iuuentutem, pietate, moribus, & quæ ad percipiendam colendamque uirtutem adiuuant, literis optimis & ingenuis artibus cures inſtituendam? Hoc demum enim uere eſt Epiſcopum agere, ſummam cum primis habere primæ ætatis rationem, & honeſto ſalario conducere qui ſibi traditos in diſciplinam pueros fideliter doceant, qui aſſiduis cohortationibus ad ueram pietatem, ad Dei cultum, ad uirtutes Chriſtianus incitent, qui ciuilitate morum imbuant, qui arceant à uitijs, qui denique aut errantes, ut fit, in uiam reducant, aut luxu diffluentes ad bonam frugem reuocent. Quod ſi corruptos deprauatoſque populi Chriſtiani reformare & corrigere mores uelimus, nimirum hic maxime uigilemus, & huc nec uos omneis contendamus oportet, ut iam inde à teneris annis iuuentus honeſtis diſciplinis erudiatur. E ludis enim literariis ferè proficiſcuntur, qui publica munera obeant, qui magiſtratum gerant, legeſque ac iudicia adminiſtrent, qui principibus in conſilijs adſint, qui rebus gerendis præficiantur, qui gubernandis eccleſijs præſint, qui ſacras ad populum conciones habeant, quique alijs hoc genus officijs muneribuſque perfungantur. Quam tandē igitur deo rationem reddent, q hic deſerunt officij ſui partes, atque adeo qui indignam cura ſua hanc rem iudicant? Quo magis tuum ampliſſime Præſul conſilium probo, qui antiquius hac ſe chariuſque habeas nihil. Neque uero deerit optima conanti Deus, nec operam ſuam tam pia in cauſa negabunt eruditi. Ipſe quidem certe, quanquam nihil egregij de me promittere ac ſpondere auſim ſi quid tamen hæc ingenij mei exiguitas, & doctrinæ quantulæcunque mediocritas poterit, id pro uirili operam dabo, ut ſanctiſſimos iſtos in promouendis ſtudijs conatus, qua te cumque poſſum, iuuem. Cuius rei gratia noſtras in rerum Romanorum floreutiſſimum auctorem (ſic enim Tacitus appellat) C. Criſpum Saluſtiū caſtigationes, dicare nomini tuo conſtituimus, rati nimirum & amplitudini tuæ gratum acceptumque nos, & iuuentuti perutile delaturos munus. Tu uero accipias quæſo læta ſerena fronte Saluſtium ipſum, iam ab innumeris pene mēdis & erratis, quibus antea cum iniuria temporum, tum librariorum incuria ſcatebat, repurgatum & in priſtinam ferè integritatem, abſit inuidia dicto, uindicatum. Hic eſt Sal. ille ampliſſime Præſul, quem acerrimi uir iudicij Quintilianus opponere Thucydidi, non ueretur. At cuiuſmodi tandem hiſtorico? Quē ita crebrum eſſe rerum frequentia teſtatur Cicero, ut uerborum prope numerum ſententiarum numero conſequatur. ita porrò uerbis aptum & preſſum, ut neſcias vtrum res oratione, an uerba ſententijs illuſtrentur. Hic eſt inquam, quo de uere atque eleganter Martialis.

Primus Romana Criſpus in hiſtoria.

Nec uero conſequi ullis uerbis poſſum, quantis hæ caſtigationes mihi laboribus conſtiterint. Qua in re permagna quoque debetur optimo ac doctiſſimo adoleſcenti gratia. Is enim cum exemplar nobis Sal. in pergamenis deſcriptum, quo non facile uetuſtius ullum extare hodie crediderim, dono dedit, tum uero, in perquirendis alijs præterea uel manuſcriptis uel impreſſis uoluminibus, quibus inſtructi paratiores ad hoc negocium aggrederemur,

deremnt, operam mihi ſtrenuam nauauit. Quo de adoleſcente quid futurum augurer, cui hic uerear dicere? Nam in ijs hic aliquando numerabitur optime Præſul, ſi non deſit Mecœnatis alicuius fauor, qui præceptores ipſi ſuos longe & ingenio & doctrina uiciſſe ferantur. Eſt enim in optimarum artium ſtudijs & diſciplinis liberalibus iam inde à puero verſatus, neque ab harum ſtudio, res vlla vnquam auocare illum aut retardare potuit. Sed & eos iam in literis cum Latinis tum Græcis, ut pro hac ætate, progreſſus fecit, uix ut parem ex æqualibus inuenias quenquam. Nam ſtylo quantum ualeat, quamque præclare eloqui cogitata poſſit, ut nullus dicam, res ipſa nimirum indicat. Quod ſi propter eximiam formam Dianæ, vt Poeta cauit,

Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus:

Qua me tandem affici voluptate par eſt, cum talem noſtro è ludo profectum diſcipulum video, cuius egregiæ laudes ad præceptoris gloriam redundent? Sed ut ad ſuperiora reuertar, nos amplißime Præſul in his Saluſtij hiſtorijs non aut mendoſa ſolum emendauimus, aut correximus deprauata, ſed & diuerſam ſæpe diſcrepantemq; à vulgata lectionem indicauimus, non iudicium vbique interponentes noſtrum, ſed integrum ſæpe relinquentes admonitio lectori ſuum. Quoſdam etiam locos, vel obſcuros illos ac difficiles, vel in quibus quamuis apertis & illuſtribus, lapſi tamen interpretes eſſent, obiter explicauimus. Illud non mehercule dici poteſt, quàm vbique fuerit moleſtum, adnotare idem eidem inuerſionem, immutationemq; ordinis verborum. Quod ipſum quidem ita crebro faciundum fuit, interdum vt conniuere in leuioribus quibuſdam nobis permiſerimus. Cum interim quiuis mediocri doctrina præditus norit, quantum uel ad perſpicuitatem rerum, uel ad elegantiam & venuſtatem orationis, uel ad ſonitum iucũdiorem, uel ad effugiẽdam duriciem & aſperitatem compoſitionis, uel denique ad numerum ipſum quem uocant, collocatio apta ſerieſque uocum faciat. Iam uero cum permulta hodie ſint exemplaria Saluſtiana, uarijs in locis aliud alio correctius impreſſa, faciundum nobis fuit, vti ad unum aliquod potiſsimum è tam multis, quod & recens editum, & maxime omnium ſtudioſæ pubis manibus teratur, cetera ferè, quæcunque nanciſci potuimus conferremus. Tale eſt quod Ioan. Gymnicus anno proximo excuſſit. Vſi autem manuſcriptis inter alia duobus ſumus, altero è bibliotheca Merſeburgenſi, altero cuius facta nobis à noſtro copia, atque adeo quod ab eodem eſt dono nobis datum. Quo in exemplari uetus illa ſcribendi ratio, quam ὀρθογραφίαν uocant, eſt diligentiſsime obſeruata. Vnde facile colligas, ipſum bene eſſe uetuſtum. Sic paſsim ibi eſt, imbecillus, imbellis, immaturus, immenſus, impunitus, improbior, Item, impudentia, impunitas, atque hoc genus alia, in ſuo quodque genere numero, caſu. Sed & propoſitiones ibi non mutatas reperias in verbis. vt ſunt, adeiuiſſe, adtendere, adquirere, adſequi, adpropinquare, adgredi, inrumpere, conlocare, in ſua quodque perſona, numero tempore, & modo. Sunt alia præterea non pauca, quæ non operæprecium eſt omnia enumerare. Iam & Sulla ſemper, pro Sylla, & Sullani milites ibidem nec unquam ferè aliter. & proinde, ubi hodie perperam, Perinde. non quia ſic quidem etiam dicatur (neque enim hoc in dubium uenit) ſed quòd alterum ueteribus fuerit uſitatius atque tritius. Qua de re prolixius eſt à nobis in Caſtigationibus Terentianis actum. Quin & intellegere, & neglegere, ab hiſque deducta tempora, participia, nomina, ubique per è ſcripta inuenias, nunquam aliter. & Adhoc ferè, vbi Adhæc perperam in recentioribus. Sed & Carthaginienſis paſsim, ubi hodie vulgo, Carthaginienſis, & tranſductus præpoſitione integra. pro quo hodie traductus. Sic ab ſtirpe, ab ſenatu, ab Thuſcias, ab latere, ab Iugurtha, ab Numidis, ab nobilitate, & alia pleraque, quæ ferè aliter in noſtris. Quin & aſpirationis ſignum quibuſdam in uocibus eſt ueteri more omiſſum. cuiuſmodi ſunt caſus, lacrymans, Gracchi. atq; alia nonnulla. Iam penè abſolueram caſtigationes haſce Saluſtianas, cum ecce à doctiſsimo atq; humaniſsimo viro D. Ioanne Cochlæo exẽplaria ad me duo in pergamenis deſcripta mittuntur, quæ magno mihi vſui fuere. id quod locis ſuis non diſsimulauimus. Ignoſces optime atque humaniſsime Præſul, quòd tam familiariter tecum agam, & propemodum in publica commoda peccem, dum te longo adeo ſermone detineo ac moror. Sed ſi quid hic pecco, ſingularis & eximia quædam generoſæ iſtius naturæ tuæ bonitas atque facilitas, quæ à multis bonis doctiſque uiris uno ore prædicatur, cauſam omnem ſuſtinet. Bene ualeat amplitudo tua, noſq; ſibi, ut facit, commendatos habeat. E Friburgo XII. Calend. Maij. Anno M.D.XXXIII.

PRISCAE AC VERAE nobilitatis, inſignisq; eruditionis uiro D. Ioanni Vuernhero à Riſchach, Domus Teutonicæ Friburgi Briſgoæ Commendatori; Henricus Glareanus. S. D. P.

CVM hac noſtra ætate in emendandis optimis auctoribus doctiſsimis quique in omni arte uiri certatim ſatagant, laborent deſudent, quòd germana lectio eorundem indigna temporum iniuria deprauata, tandem priſcam recipiat lucem, ac in integrum reſtituatur, quod in Liuio, Cicerone, Plinio, alijsque multis & fecimus ipſi, & alios feciſſe uidemus, nequeo hercle ſatis admirari, cur in Saluſtium, tam ueterem, tam frugiferum, tantæ poſtremo exiſtimationis apud omnes claſsicos auctorem, ut Quintil. Thucydidi comparare non dubitarit, nemo hodie dignum lectu, quod ſciam, quidquam tentarit, quo ſanaret tot vulneribus à Barbarie diutina confoſſum, tam mutilum, tam lacerum, ut ſi à mortuis hodie reſurgat, ſuorum ſcriptorum fragmenta agniturus quidem fuerit, ſed haud abſque lacrymis inſpecturus. Collegerunt quidam floſculus ex eo, uerbis ſæpe corrupta ettatis, ut edito nuper a florum in hunc auctorem, quæ Hutteno aſcribitur. Quæ ſi eius eſt, leui, ut dici ſolet, ille brachio ſibi fortaſsis luſit, non in hoc ut ederetur. Cuius indicium mihi facit primus ſtatim in Scholiorum ueſtibulo flos, ubi ait, ſtudere ſe. Deinde continuo confirmandæ rei gratia, Saluſtij uerba ſubinfert, Qui ſtudent ſeſe præſtare cæteris animantibus. quaſi accuſatiuus, ad ſtudent, & non ad præſtare referatur. Quod, ne uideamur hic grammaticen docere, lectori diſcutiendum relinquo. idem dico de commentatio in Catilinam, qui initio quidem ſplendide, nec abſurde rhetoricatur, ut exiſtimes propemodum uel Vallæ, uel non inductioris eſſe, at in poſterioribus deinde commentationibus uix alicuius docti uiri putabit, tantum abeſt, ut Vallæ uideri poſſit. Tranſeo nunc Soldi cuiuſdam, ac Badij longiſsima comment. multas in locis nec cœlum, nec terram attingentia, ut locorum, qui plurimi hic corrupti ſunt, difficultates nihilominus uexent ac turbent lectorem. Male me habuit, ut uerum fatear, cum quotidie in ſcholis prælegatur, in ore omnium, in manibus uerſetur, denique nemo ſit, qui illum non deuoraſſe uideri uelit, interrogati tamen multi de locis aliquot deprauatis, ne uerbum quidem dignum ὑπὸ γρῦ, reſpondere queant. Quapropter, quando in alijs auctoribus, nunc ſæpe id laboris haud ſuſceperim, nec eius rei hactenus pœnituerit, etiam hic me ſtudioſis operæprecium facturum exiſtimaui, ſi quæ in hoc auctore ſciolorum ignorantia, & longa uetuſtas deprauarit pro uirili reſtitueremus. Ad quæ non nodam duntaxat cõiecturam adferimus, ſed hiſtoriæ apud alios auctores collationem, codicumque ueterum fidem. Inter quos peruetuſtus unus Iulij Gothi, adoleſcentis eximiæ ſpei, & nobis in primis familiaris fuit, quem ipſe è Biturigibus, cum illic ſub Alciato doctiſsimo uiro, iuris prudentiæ ſtrenue operã nauaret, huc attulerat, ex Italia, tamen antea in Galliam delatum. Aldus Manutius Venetijs antea aliquos annos editionem exhibuit, ut tũ putabat, ſatis emendatam, laudandã certe, ſi ad prioris ſæculi exẽplaria edita conferas, uerũ ſi penitius introſpexeris, Dij boni, quantum illic reperias errorum. Eam tñ noſtræ ætatis librarij certatim, tanquam ſimiæ, à viginti nunc annis imitari, ne latum quidem digitum ab ea diſceſſurunt. Vnde factum eſt, ſi quis ſecus, q̃ ea habebat, legeret, ut identidem audiret impudenter obgannientes, Aliter, atque tu legis, habet litera Aldina. Quaſi piaculum commiſiſſet, qui nõ ſtatim illi acquieuiſſet. Non exiſtimo opus eſſe, ut adoleſcentes ad hunc frequentiſsime legendum inuitem. Vino uendibili, ſecundum prouerbium. non eſt opus ſuſpenſa hedera. Hoc unum tñ, ſtudioſo adoleſcẽti maiorẽ ex hoc auctore fructum eſſe ad firmandum conſolidandumq; ſtylum, q̃ ut paucis dici queat. Certe epiſtolaris anguſtia in tam exigua opella nos plura dicere nõ patitur. Benignitati tuæ integerrime uir, ac nobilitatis antiquæ ingens decus, hoſce labores noſtros offero, haud neſcius maiora tuam decere clementiam. Sed à paruo cliente magnus patronus parua ſperare poteſt, magna haud ſcio deſiderare ne potius an ſperare. Bene valé. Friburgi Briſgoæ, Cal. Nouembribus, anno à natali Chriſti, M.D.XXXVII.

IACOBI CRVCII BONONIENſis in Catilinam Saluſtij, annotatiunculę.

IN Catilina Iugurthaq; Criſpi Saluſtij quædam uelociter tranſcurrientes annotauimus. In primis illud ex Gellio exponentes, quod in pfatione ita legitur. [At mihi, tametſi haud quaquam par gloria ſequatur ſcriptorem & auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur res geſtas ſcribere] Arduum hic poſitū

Gel.lib.4 cap.14. cart.24. pro difficili tantum, ſed pro eo quoque quod Græci δυσχερὲς, aut χαλεπὸν uocant, quod eſt tum difficile, tum moleſtum quoque, incommodum, & intractabile.

Gel.lib.1 cap.14. car.18. Ex eodem legendum. [Satis loquentiæ, ſapientiæ parum] Nō eloquentiæ, vt vulgus ſolet. Nam ſi cum Cicero de ijs verba faceret, qui arte dicendi abutebantur, in malo non eſt auſus eloquentiam nominare, ut obſeruauit Victorinus rhetor clariſſimus, tanquam eloquentia, ut dixit Cœlius, ſit quædam innocentia, nec niſi in bonam partem poſſit deflecti, cumq; Catonis illa notiſſima definitione Oratoris, omniumq; opinione rhetorum comprobatum ſit eloquentiam tantum uiro bono innocentiq; conuenire. Saluſtius clariſſimus dicendi magiſter ac artifex ſubtiliſſimus duo hæc haud miſcuiſſet penitus diſcordia, eloquentiam, & malignitatem. Audacter igitur tum A. Gellij auctoritate, cum magis ratione, ſatis loquentiæ legendum, non eloquentiæ, ſecundum profanum atq; imperitum vulgus grāmatiſtatū.

car.7. Nedum illi corruptis moribus, victoriæ obtemperarent] Legimus ex Priſciano Auguſtinoq; locum hunc citantibus. Nedum pro ſaltem poſitum eſt. Et hic ſenſus. Saltem neceſſe fuit milites hos tanta indulgentia immo licentia imperatoris corruptos victoriæ obtemperare, quod eſt libidine ꝑ impetuq; victoriam citra modum exercere.

car.12. Libido ſtupri ganeæq;, cæteriq; cultus non minus inceſſerat] Cultum accipimus pro elegantia, quæ apud veteres pro vitio ſæpius reponebatur, quod Catonis auctoritate probat Gellius, ſcribens elegantem, dictum antiquitus, non ob ingenij elegantiam, ſed qui nimis læto amœnoq; cultu eſſet. Cultus ad hoc apud ueteres nunc in bonam, nunc in malam partem accipiebať. Horatius, Mondus erit qui non offendet ſordibus, atque in neutram partem cultus miſer.

car.14. Sed antea item pauci coniurauere contra remp. in quibus fuit Catilina, de quo quàm uerisſime potero dicam) Quia pleriq; de qua legunt, nec hoc relinquimus. De qua igitur legatur, non de quo, ex antiquo & fideli codice. Hic enim, ut ait Diomedes locum hunc exponens, eſt ſecunda anaphora, per quam elocutio non conuenienter reſpondens, aliud fert occulte. De qua enim intelligendum coniuratione.

car.14. Nunquam Hiſpanos prætereà tale facinus feciſſe) Notanda hic uox iſta præterea, quæ hoc in loco tempus præteritum ſignificat, quod annotauit Ægretius, quod rariſſime inuenies.

car.16. Atque eo dictante feciſſe, quo fidi magis inter ſe fierent) Sic paſſim legitur. Nos autem putamus ſic emendari poſſe. Atque eo dictam te feciſſe.

car.18. . Q. Martius rex & Q. Metellus, nam vterq; ad vrbem imperatores erant] Quod uerbum hoc, ad vrbem, ſignificet eleganter exponit Aſconius his uerbis, Omnis enim magiſtratus qui intramutanus non eſt, & ſi adminiſtrator Romæ eſt, ad vrbem dr̄.

Et quia mentio facta eſt de hac præpoſitione, ad obiter & in tranſcurſu ponatur differentia inter ad, & in, non medius fidius ſpernenda, quippe quæ particulæ non vnum idemq; ſignant, ut vulgo creditur. Nam in forum ire, eſt forum intrare. Ad forum autem ire, in locum proximum foro, ſicut etiam non unum eſt ex theatro & à theatro uenire, nā qui ex theatro ſe venire dicit, ex ipſo uenit theatro, qui vero à theatro, non ex ipſo theatro, ſed ex loco qui proximus theatro eſt.

car.24. Ceterę multitudini diem ſtatuit, antequam ſine fraude liceret ab armis diſcedere, præter rerum capitalium condemnatis) Legendum, antequam, ita ut quam relatiuum nomen ſit. Et hic eſt ſenſus, Præſcriptus eſt dies cęteris ante quem diem poſſent ab armis impune diſcedere, ſine periculo ac noxa acceptis condemnatis. Fraus autem hic pro periculo ponitur, in quam ſignificationem ueteres iuriſconſulti ſæpius vſi pauere, vt ait Seruius illud Virgilij exponens, Quis deus in fraudem. Ad hoc, præter cō demnatus, dictum eſt pro condemnatos, quam rem obſeruauit Priſcianus in libris de conſtructione.

car.30. Apud eundem in oratione Cæſaris menda eſt. [Hi cępere peſſimum quemque, & omnibus inuiſum indemnatum necare. Et lege populus lætari] Lege, dictio expugnatur, tum ex antiquo codice, tum maxime ſenſu. Nulla enim legis hic facta eſt mentio. Ad hoc, ea, accuſatiuus eſt, quod etiam Priſciano auctore aduertimus hunc locum citante.

In oratione Catonis inualuit error & macula in omnibus codicibus etiam uetuſtiſſimis, vbi legitur, Vereor ne iſta uobis māſuetudo & miſericordia, ſi illi arma ceperint, in miſeria conuertatur,] Næ, hic poſitum eſt pro nimis vnde vereor, particula expungenda, Donato auctore locum hunc itacitante, Næ iſta mā ſuetudo & miſericordia in miſeriam conuertetur. Næ hic pro nimis poſitum. Cicero, Næ iſti uehementer errant. ſic ergo legatur. Nę iſta manſuetudo, & miſericordia, ſi illi arma ceperint, in miſeriam conuertetur. car.34.

Ac ſicut effœta parentum multis tempeſtatibus haud ſanè q ſquam Romæ uirtute magnus fuit) Sunt qui putant legendum, effœta parente. Ceterū cum omnes codices parentum habeant, nihil immutando ſenſus ita explicari poſſe videtur, ſicq; ordinādum puto, haud ſanè quiſquam Romæ virtute magnus fuit effœta, ſubaudi reip. & erit ablatiuus abſolutus, effœta dico magnis tempeſtatibus parentum, hoc eſt calamitatibus maiorum, per quod innuere videtur bella ciuilia & diſcordias inteſtinas in cauſa fuiſſe, ne nullus iam multis ſeculis clariſſimus emerſerit. car.35.

Illud etiam in fine Catilinæ ita legendum arbitramur [Pauci quos medios cohors prætoria diſiecerat, paulo diuerſi alijs alibi ſtantes, omnes tamen aduerſis vulneribus ceciderant] Alijs enim antiquitus dicebatur quod nunc alijs, auctoribus eodem Diomede ac Priſciano. car.38.

IN IVGVRTHAM.

IN Iugurtha ad hoc primum illud occurrit. [Nūc vero exul patria domo, ſolus, atque omnium rerum honeſtarum egens, quos accedam, aut quos appellem] Ex Donato corrigendum eſt? Quos accidam. Accidere enim eodem auctore, eſt geſtum corporis oſtendere in humilitatem cadētis, quod eſt iuxta cadere. Tranquillus in Claudio, Et præ metu ad genua ſibi accidentem imperatorem ſalutauit, non accedentem, vt paſſim legitur. car.53.

In eodem in Africæ deſcriptione illud eſt. [Prima Cyrene Colonia Theræon] Vbi interpres in ſole caligat, hallucinaturq; pueriles nugas blacterans. Sic enim inquit, Colonia Theræon nomina ſunt ciuitatum. Ordo autem eſt, prima eſt Cyrene Colonia Theræon, id eſt Thereorum. Eſt enim Theræon genitiuus Græcus, ſicut Philæmon ræ, pro Philænorum, ſi Latine proferātur, Cyrene vero ob hoc Theræorum colonia dicitur, quoniam Theræi eam condidere, qui ex Laconia profecti Theram inſulam coluerunt, de qua Callimachus, car.59.

Nomine Caliſto primum, ſed poſtmodo Thera
Dicta fuit tellus urbis origo mea.

Illud quoque ita legendum putamus] Cum interim Metellus ignarus hoſtium monte digrediens cum exercitu conſpicatur] Non, vt vulgo, conſpicitur. Hoc quoque ex Donato. car.80.

Dum ipſe ad imperandum Tiſidium uocaretur] imperandum exponit, vt ei imperaretur. Eſt.n. modus gerundij in ſignificatione paſſiua. Quod annotauit Seruius in Buc Virg. illud exponens, Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis Virg. ad hoc alibi, Vritq; uidendo Fœmina, quòd eſt dum cantatur, & vi. Verum in hac uoce imperandum, legendū, & alia id genus ratentes inuenies ſignificationem paſſiuam. Nos tamen in epiſt. Ciceronis obſeruauimus dictum, ad ſuccedendum. i. vt ei ſuccederetur. car.88.

Quæ poſtquam modo glorioſa, neq; patrandi belli cognouit] Ita legendum ex Priſciano, abſque verbo cauſa, dum id oſtēdit, quomodo Latini ſæpius hac prætermiſſione vtūtur in huiuſmodi genitiuis ſeu uocibus, ut ſubaudiatur cauſa, vt cum dicimus, populi ſeruādi laborat, & reip. defendēdæ periclitatur deeſt cauſa. car.104

Comperio bocchum magis fide Punica] Comperior legendū tum ex antiquo codice, tum ex Priſciano locum hunc allegante, paſſiua enim uox eſt in ſignificatione actiua, iuxta illud. car.106.

Et pictis bellantur Amazones armis. Et illud,
Hoc pinguem & placitam paci nutritor oliuam.

Illud ēt penè in calce Iugurthæ ſic ab omnibus legitur ferè. [Ego flumen Mulucham, quod inter me & Micipſam fuit, nō egredior] Tu aūt, periculo meo Mulucha legito. Mulucha namque generè neutro pronunciatur. Vt enim ait Caper, duo barbara neutri generis lecti ſunt apud Saluſtium, Mulucha, & Duria. car.117.

FRAGMENTVM ORATIONIS Ciceronis pro Cælio, in quo mores Catilinæ tanquam penicillo exprimuntur.

HABVIT enim Catilina, ſicuti meminiſſe vos arbitror permulta maximarum nõ expreſſa ſigna, ſed adũbrata virtutum. Vtebatur hominibus improbis multis, & quidẽ optimis ſe uiris deditũ eſſe ſimulabat. Erãt apud illum illecebræ libidinũ multæ, erant etiam induſtriæ quidam ſtimuli ac laboris. Flagrabant uitia libidinis apud illum, uigebant etiam ſtudia rei militaris. Neque ego unquã fuiſſe tale monſtrum in terris ullum puto, tam ex contrarijs diuerſisq́; inter ſe repugnantibus naturæ ſtudijs cupiditatibus conflatum quis clarioribus uiris quodam tempore iocundior? quis turpioribus coniunctior? quis ciuis meliorum partium aliquando? quis terrior hoſtis huic ciuitati? quis in uoluptatibus inquinatior? qs in laboribus patientior? quis in rapacitate auarior? quis in largitione effuſior? Ille uero, Iudices, in illo homine mirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitia, tueri obſequio, cum omnibus communicare quod habebat, ſeruire temporibus ſuorum omnium, pecunia, gratia, labore corporis, ſcelere, etiam ſi opus eſſet audacia, uerſare ſuam naturam, & urgere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere. Cum triſtibus ſeuere, cum remiſſis iucunde, cum ſenibus grauiter, cum iuuentute comiter, cum facinoroſis audacter, cum libidinoſis luxurioſe uiuere. Hac ille tam uaria multiplicíq; natura cum omneis omnibus ex terris homines improbos audaceſq; collegerat, tum etiam multos forteis uiros & bonos ſpecie quadam uirtutis aſſimulatæ tenebat, neque unquam ex illo delendi huius imperij tam ſceleratus impetus extitiſſet niſi tot uitiorum tanta immanitas, quibuſdam facilitatis & patientiæ radicibus niteretur.

QVO SIT GENERE natus Catilina.

NON fuiſſe de gente Cornelia Catilinã (id quod & falſo Saluſtij interpres affirmat, & à Gymnico perperam eſt in margine libri adnotatum) inter alia eſſe indicio poteſt, quòd P. Lentulus qui ſine controuerſia de hac gente fuit, non apud Saluſt. modo, ſed & apud M. Tullium, regnum Romæ tribus Cornelijs portendi ex fatis Sibyllinis & aruſpicum reſponſis confirmet in quibus antea Cinna Sullaq́; fuerit, tertius ipſe ſit, cui fatum foret urbis potiri. Quod ſi Catilina de gẽte Corn. fuit, cur P. Lentulus ſe tertium eſſe ait, ad quem regnum urbis atque imperium peruenire eſſet neceſſe? cur ibi de Catilina nihil, ſi de eadem gente fuit? Nos igitur è Sergiorum familia uetere atque illuſtri, quæ ab Sergeſto illo Troiano (cuius in Aen. 5. meminit Virg.) nomen accepit, Catilinam fuiſſe dicimus. Atque huiuſce rei teſtes habemus locupletes atque idoneos C. Velleium Paterculum, C. Plinium Secundum, Amianum Marcel. C. Iulium Solinum, Papinianũ iuriſconſultũ, Eutropium hiſtoricum. E recentioribus Raphaelem Volaterranum & Felicium Durantinum. Nam Velleius quidem Pat. quo loco Cic. meminit, Conſul, inquit, Serg. Catil. Lentulíque & Cethegi & aliorum utriuſque ordinis uirorum coniurationem ſingulari uirtute, conſtantia, uigilia, curaq́; eripuit. Vides ne, ut Sergium Cat. dicat? Facit cum Velleio Plinius Secundus, qui libro Natur. hiſt. 7 cap. 27. de fortitudine agens, è Sergiorum familia Catil. fuiſſe obiter innuit. M. Sergio, inquit, nemo quenquam hominum iure prætulerit, licet pronepos Catilina gratiam nomini derogarit. Nec diſſentit Amianus Marcel. 25. Super his M. Sergium, inquit, qui uicies & ter uulneratus eſt in uarijs pugnis, ut fertur, cuius poſteritatis ultimus Catilina, claras gloriarum adoreas ſempiternis maculis obumbrauit. Habet eadem ijſdem ferè uerbis cap. 4. Solinus nam de M. Sergij fortitudine agens, inter alia ibidẽ. Beatus profecto, inquit, tot ſuffragijs gloriarum, niſi hæres in poſteritatis eius ſucceſſione Catilina, tãtas eius adoreas laudum odio damnati nominis obumbraſſet. Sed & digeſt. 48. Tit. 4. Papinianus, in quæſtionibus, inquit, læſæ maieſtatis etiam mulieres audiuntur. & Coniurationem denique L. Sergij Catilinæ Fuluia mulier detexit, & M. Tullium Coſ. iudicio ſuo inſtruxit. Eutropius quoque rerum Rom 6. Sergium Catilinam dicit. vnde quiuis facile, è Sergiorum familia Catilinam fuiſſe colligere poteſt. Facit nobiſcum è recentioribus, ut dixi, Volaterranus, qui & ipſe in Anthropologia Sergium Catilinam dicit. & Felicius item Duran. qui pronepotem M. Sergij illius cuius uirtutẽ tot bellicæ laudes teſtentur, Catilinam fuiſſe confirmat. Qua in re Plinium eſt auctorem ſecutus.

NOBILISSIMO, NEC MINVS diſerto, & cum primis obſeruando, atque reuerendo domino Franciſco de Rouhan Lugdunenſium Archipræſuli, & Galliarum primathi, Iodocus Badius Aſcenſius, cum omni veneratione S. D.

CAIVS Criſpus Saluſtius, egregius ille nobilitate ueritatis (ut inquit Auguſtinus) hiſtoricus, ab A. Gellio concinnus verborum nouator merito nuncupatus, Thucydidi Græco ab Fabio noſtro Quintiliano collatus, & ab Anneo Seneca citra iniuriam prælatus, & ab lepidiſſimo epigrammatico Martiale Romana primus in hiſtoria iudicatus. Is inquam cui ſine detrimento ſententiæ, ne apex quidem unus detrahi poſſet. uiſus eſt mihi multa de temporis edacitate, mortaliumque negligentia conqueſtus, tot uidelicet lucubrationes, quæ Thucydidicam redolerent lucernam, totque tam ſacri laboris monumenta quibus uel inuitis fatis nominis æternitatem meruerit temporum calamitate ita perijſſe, ut ne reliquiæ quidem (quæ quota tantorum operum pars) ſaluæ atque integræ legi ualeant. Multam tamen Pomponio Læto, homini nimirum doctiſſimo, agere gratiam, quòd eas ex inuidæ obliuionis & incultæ barbariei faucibus receperit. Mihi quoque earum recognoſcendi atque elucidandi partes concredere, multa quidem ut quòd oneri impar forem, quòd hiſtoriæ unde ipſis lumen depromerem intercidérint, quòd alijs curis diſtinerer, quòd iam interpretem ſortitæ eſſent, atque id genus alia nequidquam excuſanti. Nam quanto ego me difficiliorem reddere, tanto ille acrius inſtare, orare demum egregium ſibi uindicem ne totus interea diligerem. Atque quod tunc oranti uiſus ſum recepiſſe, modo utcunque proſecutus. Tuam domine Franciſce eximiam præſtantiam his Saluſtianis reliquijs, noſtriſque familiariſſimis commentationibus præſidem imploro, oroque ſupplex patiare hanc opellam tuo fauſtiſſimo nomini dicatam per Gallias tuas diffundi. Tantum eſt. Vale dulce literarum literatorumque & decus & præſidium. Ex officina noſtra Calchographa Parrhiſijs Pridie Cal. Nou. Anni huius M. D. IIII.

M. TVLLII CICERONIS oratio in L. Catilinam.

NON eſt amplius tempus ocij P. C. Non eſt amplius locus poteſtatum. In Italia peſtis Italiæ, in ciuitate ciuitatis incendium alitur. Creſcit in dies, ac uires maximas ſuſcipit. Et niſi propere ſit extinctum, nō modo vrbem, ſed orbem totum peſſundabit Catilina. P. C. Catilina hic eſt qui deo, hominibusq́; infeſtus ire perditum patriam & ciues nititur. Qui vt ſibi libidinem animi expleat, iuſtitiæ & pietatis immemor factus eſt. Qui ad honorem iure ſibi per uos negatum viam parare cupit, more bonorum, in his incendio, reipub. detrimento. Nam poſtquam omnes ſuos, & famam viuendo pernicioſe perdidit, qualiter nos & rempub. perdere poſſit aggreſſus eſt. Homines enim nefarios, periuros, ſacrilegos, omnes denique conſimiles, quos in urbe vel in Italia nouerat, ſeruos etiam, familiæ filios nouarum rerum cupidos, domum ſuam frequentare rogauit. Exulibus patriam, ſeruis libertatem, pauperibus opes, priuatis honores, ſingulis gloriam, omnibus omnia dare pollicitus eſt. Poſtremo dando & pollicendo ſic eos inter ſe effecerat, ut filij familias parentum iugulos, ſerui dominorum necem, domorum incendia minarentur. Sed quoniam ſibi erat detrimento rei familiaris inopia (proh nefas) necauit filium, ut nouæ coniugis poti retur opibus, quæ ſibi eo uiuente coniugi timuerat. Hæc P. C. quanquam rumoribus vulgi agitantur, per me tamen in ueſtram præſentiam non ueniſſent niſi ab iiſdem conſcijs ſcelerum cognita patuiſſent. Quos in publicum uenire, & hęc eadem uobis præſentibus confiteri, pudor magis quàm timor arguit. Nam ueſtri conſulis prouidentia, immo ueſtro decreto impunitas conceſſa eſt omnibus qui conſilia patefecerint. Vigilat noctes & dies, cibum non niſi fame coactus appetit iugulis noſtris intentus. De quibus oculorum ipſius fœditas & maculata facies, dubitare nos non patitur. Accinctus gladio domos familiares nocte circuit, alloquitur ſingulos, hortatur multis rationibus. Poſtulat vt ſeſe miniſtro uel duce potius ad libertatem, honores, dignitates eos tranſire non pigeat. Oſtendit ad hæc gerenda tempus idoneum, ſuos fortes magnanimos, nos ignauos ſomno, & ueneri deditos, & nobis cum diuitijs animam & ætatem conſeneſcere, quaſi patriam & rempub. armis inuadere eſſet forsitan timori, nullos timidos. Hic laudat Marium Syllamque, cruentos phœnices felices, iudicat, quibuſcum magnanimis ſua conſilia communicaret ſors attulit. Sed profecto P. C. ſi nos iudicat ignauos & negligentes Catilina, non fallitur cum ſit experientia. Si enim noſtram non ueniſſet in curiam, ſi reipub. intenti eſſemus & patriæ, de patria proditor iam expulſus eſſet. Hoc enim (ut mihi uidetur) ratio poſtulat. Nam ſi Catilina patriam diligit, cur ei incendia parat? Si non diligit, cur in ea ulterius moratur? cur laborat? Machinatur in dies (ſicut iam dictum eſt) ut iubeat, Roma ſuomet pereat gladio, quod longe poſitus nequaquam poſſet efficere. Nulla enim peſtis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus. Adeo in curia ſit frequens, in curia noſtri conſilij particeps, vt notet & deſignet quemquam noſtrum ad necem, & reipub. cognoſcat interitus. Scit quorum ſanguis ſibi daret imperium, & ruina quorum ſibi daret aſſenſum. His maxime parat inſidias, hos in die, hos in nocte proſequitur. Videte P.C. uidete huius hominis ſummam audaciam, in noſtrum conſpectum uenire non timet, de quorum interitu ſemper cogitat. Nobiſcum loqui non timet, meam accuſationem (quam ſua conſcientia probat) non timet. Igitur ab omnibus timendus eſt, nolite mirari ſi callidus diſſimulator reſpondendi locum poſtulat. Confidit enim in eloquentia ſua, quæ maximam partem ciuium detraxit in cladem. Qui igitur ſceleratorum hominum tot copias comparauit, qui mendacia ueritate, & mendacio ueritatem colorat, audietis eum? Tacetis proh dolor, in qua urbe nos uiuimus? Quibus tutoribus reſpub. noſtra defenditur? O Camilli, ô Fabij uos utinam eſſetis. Audire uelletis illum qui capitaneis filij preces audire noluit? Qui filios in parentes, ſeruos in dominos, in remp. Italiæ latrones armauit? Quid agis Catilina? quid cogitas? Cur furorem tuum, & audaciam tentas? Cur ille tuus exercitus (qui intra Mœnia clauſus eſt) in Capitolium non erumpit? Nullus huius ordinis ignorat conſilia tua & adhuc in patria remanes, immo in ſenatu placandi locus eſt tibi relictus? Scire potes, quòd non multum ciuis tua facta diſplicent. Cogitate P. C. quid res, quid tempus poſtulat. Audacia Catilinæ timorem omnibus reipub. incutit. Patriæ legibus minatur interitum. Viri mulieres, ſenes, iouenes, poſtremo omnes ætas terrore concuſſa eſt. Omnes credunt hodie ueſtra ſententia liberari. Omnibus igitur ſatisfacietis P. C. ſi de ciuitate Catilinam, immo terrorem omnium expuleritis.

L. CATILINAE ORATIO IN M. Tullium Ciceronem ex tempore (ut putant) habita.

SI ſubtiliter à circunſtantibus, quæ ſit præſentis auctoris controuerſia requiratur, inueniretur à propè intuentibus ille inter nos qui vulpis fuit cum agno coram Leone conflictus. Cum illo nanque mihi res agitur, qui magis in doloſis & fraudulentis, verſutiisque rebus quam in comitate confidit. Cum illo mihi res agitur qui omnes rationes, ſpeſque ſuas in eloquentiæ ſuæ torrente coniecit. Cum illo, qui aliud corde diſſimulare, aliud ore ſimulare conſueuit. Cum illo, qui corde ſubdolo, ore trilingui, vultu hiſpido, barba cœnoſa, inceſſu graui, familiari mendacio propoſuit, inſtituit, & iurauit, qui candida denigrat, & nigra loquendo dealbat. Qui aliorum famam depeculans, urbes quoque mendacio peſſundare conſueuit. Quapropter mihi timendum, uobis ſummopere cauendum eſt, ne hodie plus ualeat polita & erudita calliditas, quam nuda & vulgaris ſimplicitas. Ne ſibi plus proſit eloquentiæ cauillantis aſtutia, quam mihi obſit infantis linguæ ineptia. Si quo igitur in loco pro dicendi inopia mea uacillabit oratio, non illius phalerata uerborum agmina, & canorum feſtiuitatem, atque concinnitatis ſplendentiam, ſed pondus ſententiæ ac ipſum ſagaci indignatione perſcrutata & æquali lance trutinare debetis. quod ſi uos quoque ſententiam aduerſarij fuco mendacij coloratam, linceis (ut ſoletis) oculis inſpexeritis, inuenietis ſub columbina ſpecie teterrimam & inutilem fatebimini. Illum nanque de ciuitate cenſet extorrem fieri, cuius maiores eam fundare, conſtruere, & ab hoſtibus protegere, ac poſtremo ad tantum culmen honoris promouere, ut imperij magnitudinem ſolis ortu, & occaſu metiremur. Illum de ciuitate præcipitem iubet dari, qui niſi liuoris & detractionis cauſa obſtaret, in ea primus, aut inter primos haberi deberet. Exeat igitur de ciuitate Catilina, & remaneat illic Ciceronis iactantia. Exeat de ciuitate ciuis, & remaneat inquilinus. Exeat de Roma Romanus, & remaneat Arpinas. Exeat hinc Scipionis nobilis propago, & regnet illic hamis de paupere pago. Abſit Scipionis indoles luculenta. Quid ſi Scipio nunc ille uiueret nonne tali uteretur eloquio? Ego uici, uos in patriam reduxi, uos tamen me ex ea eijcitis? Ego Romam periculo capitis mei protexi, uos nomen meum delere conamini? Ego feci quod non erat, quod eſſet, uos me ibi morari non ſinitis? Iam iam nunc arbitror P. C. qualiter ſit inhoneſta huius accuſatio cognoſcitis. Nunc qualiter ſit inutilis attendite. Nam ſi ſententiam probaueritis maximas calamitates publicas, & priuatas ſuſcipietis, reipub. hoſtes acerrimos & aſperrimos comprobabitis, uobis ipſis mortale odium & inuidiam ſummam conflabitis, urbem non ſolo (ut putatis) Catilina, ſed quamplurimis ciuibus euacuabitis, & quod eſt extremæ dementiæ, placidiſſimos amicos, infeſtiſſimos reddetis inimicos. Sed per Deos immortales quorſum aduerſarij tota deprecatio pertinuit? Coniurationem nanque indignum facinus oſtendere laborauit, cum an coniuratio facta ſit ambigatur, & de ea quaſi non ſumptum ſupplicium, de qua nondum conſtitutum eſt iudicium, clamat, & dolet. O indignum ſcelus, Catilina iam non indignas pœnas pro coniuratione dedit, quaſi de coniuratione conſtaret, cum non iam magis illud probando quàm dicendo ſuæ ſententiæ baſim conſtituit. Et id ſolum certum denunciat, quod nec teſtibus, nec argumentis eſt probatum, ſed falſa quadam ſuſpicione confictum, quæ à quouis quoquomodo confingi poteſt. Nanque Catilina, Patres conſcripti tam popularibus, quam ſummatibus eſt acceptus. Quia ignoti, noti, ciues, peregrini, nobiles domum eius frequentabant, quo eo munificentior, affabiliorq́; uiuit nullus, quòd habet quod det, & dat nemo largius, idcirco coniurationem ab eo factam contendit. Quod ſi ab hominibus amari, frequentari, conſuli, uiſitari, coniurationem uocamus, iam Catilina, item

Lælius

Lælius & Scipio, præterea liberales & dapſiles conſtrationi accreſcunt. Quod vero de filij nece à pio patre perpetrarum eſſe dixit, ſic eſt incredibile, ut ſine ratione patrocinium deleatur. Preſertim cum neminem veſtrum ſuper hoc dubitationis ſcrupulo promoueri confidam. Illud mihi potius adiiciendum puto, neminem mirandum, ſi ſolus omnium Catilina prælocutor apparet. Hoc enim minis Ciceronis, prece, precie, confectum eſt, vt nemo ſe Catilinæ tutorem audeat confiteri.

PHILIPVS BEROALDVS IN PRÆFATIONE Saluſtiana, de eius laude, dicit ſic.

CRISPVS Saluſtius ob elegantiam, inextimabilemq́ in ſcribendo breuitatem aſſecutus eſt primus inter hiſtoricos partes, quod epigrammaticus poeta illo diſticho expreſſit, Hic erit vt perhibent doctorum corda virorum Criſpus Romana primus in hiſtoria. Etenim ita creber rerum frequentia eſt, vt verborum propè numerum ſententiarum numero ſequatur, ita verbis quorum nouator dictus eſt, concinnus, ita elegans, ita preſſus, vt neſciat vtrum res verbis, an verba rebus illiſtrentur. Saluſtium Quintilianus Thucydidi celeberrimo apud Græcos non dubitauit opponere, in quo cum ſit præcipua virtus breuitas, vt Seneca refert, hac eum Saluſt. vicit, ex cuius oratione nil demi ſine detrimento ſententiæ poteſt. Vnde haud immerito dixit Macrobius Saluſtium in genere dicendi breuiſſimo dominari. Et magnam profecto iacturam paſſa eſt Latina lingua de perditis Saluſtij libris, quibus geſta Romanorum complectebantur, nobis tantummodo ſuperſunt illius diuini viri Catilina atque Iugurtha. Saluſtius ab Auguſtino ita laudatur, vt eum appellet nobilitate veritatis, hiſtoricum. Cuius orationes, vt inquit Seneca, leguntur in honore hiſtoriarum, quæ haud dubiæ volumina indicant, quanta in ſcribendo maieſtate, quæque diuino fuerit decoratus ingenio. Hæc Beroaldus.

DE HISTORIA, ET EAM CONCERNENTIBUS, collecta per Aſcenſium.

CAETERVM quoniam vitam auctoris iam ſatis elucidaram reor, perſequamur cetera quæ in initijs auctorum diſquiri ſolent. Titulus itaque operis, quia duo ſunt, duplex eſt. {In altero, talis, C. Criſpij Saluſtij hiſtorici, commentario ac bellum Catilinarium, In altero, talis, C. Criſpi Saluſtij bellum Iugurthinum. Quæ quidem opera non inuenimus in libros diſtincta. ſunt ergo ſingulis anguli. Stylus ſcribendi eſt hiſtoricus Qualitas eſt ſuccincta preſſa, fœcundia, & vltra legem numerata. Intentio eſſe, uidetur hiſtoriam Romanam cum nominis ſui memoria ſempiterna, poſteris legendam præbere, & ſimul torporē ac ueternum ingratę ceſſationis ambigere, ſed quia hiſtoriam exponēdam recepimus, placet tria de eadem nouitijs lectoribus præmittere. Quorum primum erit eius definitio & diuiſio. Secundum eius vtilitas. Tertium hiſtoriographorum & potiſſimum, Saluſtij in ſcribenda hiſtoria obſeruato per vigīti præcepta explicanda.

DE HISTORIA, ET ANNALIBVS.

HISTORIAM (vt legitur apud A. Gellium lib. 5. cap. 18.) ab annalibus quidam differre eo putant quòd cum vtrumque ſit rerum factarum narratio, earum tamen proprie rerum ſit hiſtoria. quibus rebus gerendis fuerit is qui narrat. Eamque eſſe opinionem quorundam, Verrius Flaccus refert in libro de verborum ſignificatu quarto. Ac ſe quidem dubitare ſuper eadem dicit, poſſe autem videri putat non nihil rationis in ea opinione, quòd hiſtoria Græce ſignificat rerum cognitionem præſentium. Sed nos audire ſoliti ſumus Annales omnino id eſſe quod hiſtoriæ ſint, Hiſtorias non omnino eſſe id quod annales ſint. Sicuti quod eſt homo, id neceſſario animal eſt, quod eſt animal non id neceſſe eſt hominem eſſe. Ita hiſtorias quidē aiunt rerum geſtarum vel expoſitionem. vel demonſtrationem, vel quo alio nomine id dicendum eſt. Annales vero eſſe cum res geſtæ plurium annorum obſeruato cuiuſque anni ordine deinceps componuntur. Cum vero non per annos, ſed per dies ſingulos res geſtæ ſcribuntur, ea hiſtoria Græco vocabulo ἐφημερὶς ephimeris, id eſt diarium dicitur, cuius Latinum interpretamentum ſcriptum eſt in libro Sempronij Aſellionis primo. Ex quo libro plura verba ad ſcripſimus vt ſimul ibidem quid ipſe inter res geſtas & annales eſſe dixerit oſtenderemus. Verum inter eos inquit, qui annales relinquere voluiſſent, & eos qui res geſtas à Romanis præſcribere conati eſſent omnium rerum hoc interfuit. Annales libri tantummodo quod factum quoque anno geſtum ue ſit inde monſtrabant, Id eorum eſt, quaſi qui diarium ſcribunt, quam Græci ephimerida ἐφημερίδα vocant. Nobis non modo ſatis eſſe video quod factum eſſet id pronunciare, ſed etiā quo conſilio, qua ratione geſta eſſent demonſtrare. Paulo autem poſt idem Aſellio in eodem libro, Nam neque alacriores ad remp. defendendam, neque ſegniores ad rem perperam faciūdam annales commouere quidquam poſſunt. Scribere autem bellum quo initium conſule & quomodo confectum ſit, & quis triumphans introierit, exq̄ eo libro quæ in bello geſta ſint iterare, non prædicare autem interea quid ſenatus decreuit, aut quę lex rogatio velata, ſit neque quibus conſilij ea geſta ſint iterare, id fabulas pueris eſt narrare, non hiſtorias ſcribere. Hæc apud Aulum Gellium. Verum tantum abeſt, vt Cicero dicat hiſtoriam eſſe proprie earum rerum quibus gerendis interfuerit is qui narret, vt deſcribat eam ad Herennium ſic. Hiſtoria eſt res geſta, ſed ab ætatis noſtræ memoria remota. Verum vt ex his quod ſentio colligam, Hiſtoriam conſumate ſcripta, eſt rerum geſtarum quo ordine & quibus conſilijs ac modis geſtæ ſint, vera & ſyncera narratio. Dico rerum geſtarum, propter fabulas & argumenta, addo quo ordine, propter poemata quæ ferè à medio aut fine rerum exordium ſumunt. Adiungo & quibus conſilijs ac modis geſtæ ſint, propter annales, & diaria. Subdo demū vera & ſyncera .i. integra narratio, quæ vt ſcribit Cicero lib. ij. de oratore, Prima hiſtoriæ lex eſt, ne quid falſi dicere audeat. Deinde ne quid veri tacere audeat. Tum ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in dicendo & ne qua ſimultatis. Annales autem ſunt ſpecies hiſtoriæ generaliter captæ, dicti ſecundum Diomedem quò ſingulorum annorū acta contineant, quaſi annorum libri, in eis enim continentur capita rerum compendioſe, vt quibus conſulibus bellum ſit cœptum, & quibus triumphantibus finitum. Diarium eſt, quo ſingulorum dierum geſta ſcribuntur, ferè ab his qui eis inter ſunt, ac vident.

DE VTILITATE HISTORIÆ.

VTILITAS autem hiſtoriæ ex hac eiuſdem deſcriptione haberi poteſt. Hiſtoria teſtis eſt temporum, lux veritatis, vitæ magiſtra, memoria præſes, & vetuſtatis nuncia. Ceterum vt Liuius in præfatione prima dicit, Hoc illud eſt, præcipue in cognitione rerum ſalubre, ac frugiferum, Omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri, vnde tibi tuæ reipub. quod imitere cupias, vnde fœdum inceptu fœdumque exitu quod vites. Quo circa & Cicero nihil, inquit, eſt rerum ſcire quæ antequam naſceris factæ ſint, id eſt ſemper eſſe puerum. Cognoſcere vero res geſtas memoriæ veteris, ordinem tenere antiquitatis exemplorumque omnium habere notitiam Deorum & in primis vtile eſt, vt enim ſenibus multarum rerum experientia maior eſt cognitio, & auctoritas quam iuuenibus, ſic legenti hiſtoriam non vnius vitæ, ſed omnium ſeculorum geſta patere poſſunt, vt pulchrum eſt, inquit, Diodorus ea aliorum erratis, id eſt melius inſtituere vitam noſtram. Quamobrem Demetrius Phalereus Ptolemæum regem ſubinde admonebat, vt libros lectitaret. quoniam quæ amici non audent principibus demonſtrare, ea omnia in libris ſcripta reperiuntur. Adde quod Orator nullius euaſit bonus, hiſtoriarum ignarus. Nam vt Quintil. ait, Hiſtoria alere poteſt orationem molli quodam, ac iucundo ſucco. Sed hæc hactenus. Nunc ad tertium.

VIGINTI PRÆCEPTA PRO HISTORICA lege ac ſtylo pueris animaduertenda.

PRIMA hiſtoriæ lex eſt. Ne quid aut falſi dicere, aut veri (quod quidem ſcitu dignum ſit) ſupprimere in alicuius odium, aut gratiam audeat. Debet enim eſſe vera & ſyncera, in qua re eum omnes Latini laudem meruerint. Saluſtius noſter palmarium obtinuit, qui vſque adeo veritatis fuit amator, vt ne ſummum quidem aduerſarium falſa narratione lædere, nihilque quod exploratum non haberet palam aſſerere auſum ſit, vt in iudicio Tarquinij luce clarius patebit.

Secundum præceptum.

SECVNDA eſt. Ne ordine peruerſo aut præpoſtero quid recitet, vt enim quidque primum geſtum eſt, ita primum narrabitur. Neque proleplim aut præſumptionem rerum diligens hiſtoriographis ex aliena preſertim perſona vſurpauerit. Vnde temporum, locorum, aut rerum in eis geſtarum immemorem eſſe turpiſſimum fit. Ea talium enim rerum ignoratione, aut mendax, aut imperitus conuincantur. Vnde etiam poetæ vitio datur quòd portus Velinos tempore Æneæ nominauerit.

Tertium præceptum.

TERTIA eſt. Ne quid repugnans aut implicans ſeu falſitatis ſe mutuo coarguens aſſerat. Nam ſi mendacem decet eſſe memorem, ſi deprehendi non vult, quanto magis hiſtoriographum cui ne dubium quidem afferendum eſt? Non tamen continuo quidquid apud hiſtoriographum legimus ab eo aſſertum diximus. Multæ enim ſunt apud eos ſententiæ quas pro iudicio loquentium non ſuo inducunt. Neque, qui aliquid dictum aut factum narrat, illud propterea aut vere dictum, aut recte factum aſſerit.

Quartum præceptum.

QVARTA eſt. Ne quid ſuperfluum aut imminutum contineat hiſtoria. Superfluum autem continere videatur ſi altius quam opus ſit exordium repetierit, ſi digreſſiones ad rem nihil facientes induxerit. Si non ſolum multa paucis, ſed omnino pauca dicere contenderit. In qua re Saluſtius excelluit. Nam vbi alius ſibi breuiter locutus videretur, ſi ita diceret, Cicero intellectare ianuas obſeruari iuſſit, venerũt coniurati qua conſtituerant hora, verum hoſtium clauſum ſi offenderent, cognoſcebant ſe fruſtra tantum facinus ſuſcepiſſet, Saluſtius ſic abſoluit, Ita illi ianua prohibiti tantum facinus fruſtra ſuſceperant. Imminuta autem fit, ſi quid ſcitu neceſſarium omiſerit, & ita obſcuram locutionem fecerit, quod vitium ſic notat Flaccus in arte, Breuis eſſe laboro, Obſcurus fio.

Quintum præceptum.

QVINTA. Aptam tamen digreſſionem ad inſtitutum facientem & docentem exornationem non nimis fucatam, nec affectatam hiſtoria non vitiauerit, immo concionibus orationibus, conſilijs, cohortationibus, apertionibus fraudum, & ſtratagematum, locupletari & dicẽdi floſculis ſtyllo hiſtorico aptis decorari optari. Et hæc quinque præcepta encomium & rerum farraginem reſpiciunt.

Sextum præceptum.

SEXTA lex eſt, In concionibus & ceteris orationibus habenda eſt dicentium ratio vt docto diſertus ſermo, & illiterato minus cultus detur, vtque viro acri & ſtrenuo non languida detur oratio, nec iueni aut molli, acris. Ne ue præter ætatis aut ſtatus decorum aut vigeat aut deprimatur ſermo.

Septimum præceptum.

SEPTIMA eſt. Ex verbis abſolutis & nimium vetuſtis multumque affectatis non affectabit hiſtoricus multæ lectionis aut ſcientiæ aucupium, nec diligentia iuncturæ aut compoſitionis ſtylum obſcurabit.

Octauum præceptum.

OCTAVA hiſtoria ſit erit breuis, vt in breuitate ipſa apte delectet plene doceat, ſenſimq́ & acriter quantum opus fuerit moneat. In qua re eſt præcipua Saluſtio noſtro laus cui cum nihil demi, ſicut & Virgilio nihil addi poſſit, ſic tamẽ breuis eſt vt minime ſit obſcurus. Vnde quod Cic. dedecora breuitate præcepit ad vnguem obſeruauit. Verba Ciceronis ſunt hæc in Rhetoricis veteribus, Oportet narrationem tres habere partes vt breuis, vt apta, vt probabilis ſit. Breuis erit ſi vnde neceſſe eſt, inde ſumatur initium, & non ab vltimo repetatur, & ſi cuius rei ſatis erit ſummam dixiſſe, eius partes non dicentur. Nam ſæpe ſatis eſt quid factum ſit dicere, non vt enarres quemadmodum factũ ſit. Et ſi non longius quàm ſcitu opus eſt in enarrando procedetur. Et ſi nullam in rem aliam tranſibitur. Et ſi ita dicetur vt nonnunquam ex eo quòd dictum ſit, id quod dictum non eſt intelligetur. Et ſi non modo id quod obeſt, verum etiam id quod nec obeſt, nec iuuat prætéribitur. Et ſi ſemel vnumquodque dicetur. Et ſi non ab eo in quo proxime deſitum erit incipietur deinceps. Ac multos imitatio breuitatis decipit, vt cum ſe breues putẽt eſſe, longiſſimi ſint, cum dẽt operam vt res multas breuiter dicant, non vt omnino paucas res dicant & nõ plures quam neceſſe ſit. Nam pleriſque breuiter dicere, videtur qui ita dicunt. Acceſſi ad ædes, puerum vocaui, reſpondit quæſiui dominum, domi negauit eſſe. Hic tametſi tot res breuius non potuit dicere, tamen quia ſatis fuerat dixiſſe dominum, negat eſſe domi ſit rerum multitudine longus. Quare hoc quoque in genere vitanda eſt breuitatis imitatio, & non minus rerum non neceſſariorum quàm verborum multitudine ſuperſedendum eſt. Hæc ille quæ noſter exactiſſimo [vt diximus] obſeruauit.

Nonum præceptum.

NONA eſt. Vt ſtylus ſit vniformis atque ſui ſimilis. Primum ne medio, medium ne diſcreper, immo, ſic tamen vt inter loquentium ſeruetur decorum. Nam aliud ſeruandum vbi perpetuo loquitur hiſtoricus, aliud vbi introductæ ab eo perſonæ.

Decimum præceptum.

DECIMA lex eſt. Sic erit compoſitio hiſtorico numeroſa vt non cenſeatur metrica, nec verſum conſtituat, quanquam Liuius ab exametri capite auctore Fabio exorſus eſt. Facturus ne operæpretium ſim. Vbi quatuor exametri verſus pedes ſunt continui. Verum Saluſt. dicitur vltra legem numeroſus, cuius compoſitionem, ſi non totus amuſus, vel pronunciando dimetiri quilibet poteſt. Hæc autem verborum & perſonarum decorũ vtcunque reſpicit, ſequentia de figura dicendi hiſtoricis familiaribus erunt.

Vndecimum præceptum.

VNDECIMA lex eſt. Imperfectis, infinitis pro indicatiuis frequenter vtitur in rerum narratione hiſtoricus, in qua re Saluſtius noſter eſt frequentiſſimus.

Duodecimum præceptum.

DVODECIMA lex eſt. Multa infinita ad vnum finitum ſemel poſitum referet hiſtriographus. Pulchrum autem eſt infinita actiuæ vocis ſic ſubiungere, vt poſtquam cœpere vrbes atque nationes ſubigere, libidinem dominandi cauſam belli habere, maximam gloriam in maximo imperio putare &c.

Decimumtertium præceptum.

DECIMATERTIA eſt. Accuſatiuo pluralis tertiæ declinationis in is, aut in eis dipthongon, quoties genitiuus erit in ium pulchre vſurpauerit hiſtoricus, preſertim ſi adhęreat accuſatiuo in es, vt apud Saluſtium ſtatim in principio, Omneis ſeu omnis homines, quod & alibi frequenter facit.

Decimumquartum præceptum.

DECIMAQVARTA lex eſt. Tametſi more oratoris partem & proprietatem cum adiectiuo laudis vel vituperij venuſte ponit vtrumque in ablatiuo, tamen toti & ſubiecto conformare poterit, poſita parte aut proprietate nihilominus in ablatiuo. Exemplum prioris, vt Catilina nobilis fuit genere. Secundi, Antonius pedibus æger.

Decimumquintum præceptum.

DECIMAQVINTA. Secundam perſonam verbi etiam ſingularem pro qualibet frequenter ponet in narrando, aut admonendo hiſtoricus, vt priuſquam incipias conſulto opus. i. priuſquam quis incipiat &c.

Decimumſextum præceptum.

DECIMASEXTA eſt, Proprietatem rei ſeu abſtracta adiectiuorum potius in datiuo, quam per emphaſim in eodem caſu poſuerit, ut potius dixeris cum Saluſtio quibus corpus uolu ptati & animus oneri, quam quibus eſt uoluptas & onus &c. Quæ res frequens eſt apud Saluſtium.

Decimumſeptimum præceptum.

DECIMASEPTIMA. Deerunt in oratione ſæpe uerba & nomina, ſed quæ intellectu ſint facilia, preſertim ad loquelam ſpectantia aut generalitatem importantia, ut gero, facio, dico, loquor &c.

Decimumoctauum præceptum.

DECIMAOCTAVA lex. Quoties relatiuum ponitur inter duo ſubſtantiua, quorum ſequens eſt alicui rei propriū pulchre conformatur ſequenti, ut, eſt locus in carcere quod appellatur Tullianum. Et ad poſſeſſiua ueluti ad primitiua fiet relatio etiam ſi illa exprimi nequeunt, ut, corpore noſtra ab iniuria tuta forent. Qui miſeri.

Vndeuigeſimum præceptum.

VNDEVIGESIMA lex. Gerundia nomina pro gerundijs uenuſte uſurpantur, ut magis dandis quam accipiendis beneficijs amicitias parabant.

Vigeſimum præceptum.

VIGESIMA lex eſt. Quæcunque uenuſtatis præcepta oratori dantur, hiſtoriographo ſeruanda ſunt.

INDEX

INDEX EORVM, QVAE IN SALVSTII

HISTORIIS OBSERVATIONE

DIGNA VISA SVNT.

ABORIGINES cat.6
Adherbalis & Iugurthę comparatio. 60
Adherbal victus Romã contendit. 52
Adherbal vbinis tutios quã in ſuo regno. 52
Adherbal copias aduerſus Iugurtham parat. 60
Adherbalis exercitus noctu funditur. 161
Adherbal Cirtham profugit. 61
Adherbalis deditio & interitus. 63
Adrumetum oppidum Libyphœniciæ. 58
Æmilij Scauri mores. 56
Æmilius Scaurus à largitione Iugurthę ſe continet. 161
AEmilius Scaurus à Iugurthæ legatis corrumpitur. ibid.
AEthiopes. 58
Africæ deſcriptio. ibid.
Africam qui primo incoluerint. 60
Africæ pars inferior à Numidia poſſeſſa. ibidem.
Allobroges à Lentulo ſolicitati. 24
Allobroges in ponte Miluio capti. 28
Allobrogibus præmia decreta. 136
Ambitio virtuti quàm auaritia affinior. 7
Amici fide parantur. 52
Amicitia non idem quod factio. 66
Amicitia firma idem velle, & idẽ nolle, 16
Animus, vitæ mortalium dux, atque imperator. 42
Animi bona æterna. ibid.
Animi, atq; corporis dotes, & munera. 1
Antiochus decem militibus talentorum à Roma ſpoliatus. 157
Antonius orator excellens. 149
Antonius & Sylla ambitus cõdemnati. 14
Antonius Catilinam, cum exercitu perſequitur. 24
Appius Claudius Interex. 155
Aquila ſignum Catilinæ. 38.132
Archelaus Mithridatis incepta impediuit. 157.158.
Ariſtonicus Antiochi filius triumpho ductus. 157
Armeniorum origo. 58
Aſia à Romanis obſeſſa. 157
Aſpar Numida, 115
Athenæ vrbs doctiſſima. 151
Athenę ſuam celebritatem ſcriptoribus debent. 7
Auaritia bellua fera. 159
Auaritia corpus & animum effœminat. 7
Auaritia bonos Romanorum mores ſubuertiſſe. ibid.
A. Albinus fratris Sed. Proprætor. 71
A. Albini caſtra circumuenta à Iugurtha. ibidem.
A. Fuluius filium in aciem Catilinæ euntem necare iuſſit. 24
A. Manlius Marij legatus. 103
Aurelia Oreſtilla Catilinæ coniux. 12
BELLVM pacis cauſa. 158
Belli dolus. 84
Bellorum cauſa dominandi libido. 1
Bellum ex arbitrio ſumitur, at non ponitur. 1
Belli ſæuitia. 30
Belli Macedonici cauſa. 136
Belli punici cauſa. 156
Bellum punicum Romanos in officio tenuit 76
Bellum Mithridaticum periculoſiſſimum. 159
Bellum ſeruile Capuæ, & in Apulia 19
Bellum Gallicum. 117
Bithyniæ direpta. 159 160
Bocchus Maurorum Rex. 58
Bocchum Iugurtha aduerſus Rom. incitauit. 67
Bocchi cum Iugurtha neceſſitudo 96
Bocchus cum Iugurtha coniungit exercitum. 109
Bochus apud Numantiam Latinam linguam didicit. 111
Boccho amicitia à Romanis datus. 112
Bocchi purgato ad Rom. expoſtulationem. 113
Bocchi Punica fidas. 110
Bocchus cum Sylla per interpretem agit. 119.
Bomilcar Maſiniſſæ inſidiatus. 71
Bomilcar reus ex æquo, & bono. 71
Bomilcar vadibus datis iudicium fugit. 86
Bomilcarem reum Iugurtha in Numidiã mittit. 71
Bomilchari Metellus perſuadet vt ſibi Iugurtham tradat. 87
CÆSARI Catulus, & Piſo infenſi. 28
Cæſarem Cicero inter coniuratos nominare noluit. 20
Cæſaris de coniuratis ſententia. ibi.
Cæſaris & Catonis comparatio. 36
Cæſaris ciuilis victoria, 158
Cæſaris bellum aliorum pace mollitus. 158
Cæſaris laus. 158
C. Annius Leptitanorum Præfectus. 90
C. Bebius à Iugurtha corrumpitur. 70
C. Cornelius pollicetur ſe Ciceronem cõfodere. 16
C. Cottæ conſulatus. 185
C. Cotta vouit ſe patriæ. 155
C. Glaucia à Mario interfectus. 137
C. Graccus agrarios concitare conatus. 150.
C. Gracchi cædes. 66
C. Iulius in Apuliam mittitur. 16
C. Marius Aquilam Cymbrico bello habuit. 39
C. Marius à Sylla ciuitate eiectu. 139
C. Memmius trib. pl. deſignatur. 64
C. Memmij facundia. 66
C. Murena in citteriori Gallia plures coniuratos in vincula coniecit. 24
Callicratides claſſem amiſit. 150
Capitolium, quando incenſum. 136
Capſa ab Hercule condita. 104
Capſa, & Thalæ oppidorum ſitus, & collatio. 104
Capſa oppidum à Mario expugnatum, atque incenſum. 104
Carcer vindex nefariorum. 135
Carthago æmula Rom. imperij à ſtirpe interijt. 6
Carthaginis laus. 58
Caſſij adeps. 137
Caſſij munus vt vrbem inflammaret. 145
Catabathmos. 57.58
Catilinæ mores, & ingenium. 4.130
Catilinæ ſcelera. 149
Catilinæ domus ſicariorum ſcelerum. 129
Catilina filium veneno ſuſtulit. 12
Catilina facetus. 152
Catilinæ tolerantia. 137
Catilinæ ambitio. 151
Catilinæ repulſæ. 149
Catilina lege Plancia interrogatus. 16
Catilina repetundarum reus prohibitus petere conſulatum. 14
Catilina Scip. inſidiatur. 149
Catilina Cic. inſidias machinatur. 16
Catilina à Cepionis amicitia defenditur. 163
Catilinarium ſeminarium. 134
Catilina nocturnus imperator. 149
Catilina partes Italiæ diſtribuit. 115
Catilina conſcientiam vultus arguit. 12
Catilinæ reſponſio ad Ciceronis inuectiuam. 16
Catilina vrbe eiectus. 135
Catilina in Manliana caſtra noctu profectus. 16
Catilina, & Manlius hoſtes à ſenatu iudicantur. 24
Catilina quantum initio exercitum habuerit. 37
Catilina ſeruitia repudiat. 37
Catilina fugam in Galliam parat. 37
Catilina duobus exercitibus clauditur. 37
Catilinæ interitus. 39
Catonis ingenium. 176
Catonis dicendi voluptas. 148
Cato Scipioni coætaneus. 248
Catonis de coniuratis ſententia. 34
Catuli & Cæſaris inimicitiæ. 28
Catulus Sylla ſæuior. 156
Cethegi vita. 152
Cethegi temeritas. 137
Cethegi munus. Cicero. ianuam obſidere. 24
Cethegi literæ ad Allobroges in ſenatu recitatæ. 136
Cethegus captus familiæ, atque libertorũ implorat opem. 28
Ciceroni parantur inſidiæ. 16
Cicero & Antonius Coſſ. declarantur. 16
Ciceronis conſulatus quantus ſtipatus periculis. 138
Cicero coniurationem ad ſenatum refert. 26
Ciceronis Cos. ſenatum in ædem Iouis Statoris vocat. 132
Cicero Cos. Senatum in ædem Concordiæ conuocat. 28
Cicero Cos. vrbi præſidio eſſe iuſſus. 24
Cicero Allobroges inſtituit, vt iuſiurandum obſignatum ad ciues perferendũ exigant. 24
Cicero Cos. de captis in ponte Miluio dubius. 28
Ciceroni ſupplicatio decreta præter exemplum. 137
Ciceronis vita taxatur à Saluſtio. 119
Cicero domi ſuæ vna cum Terentia legis Planciæ iudicia fecit. 119

Cicero

Ciceronis vxor ſacrilega. 119
Ciceronis conſulatum nihil diſtare à Sylle Dictatura. 119
Cicero togatus dux. 136
Cicero in conſilio Deorum. 159
Cicero Romulus Arpinas. ibid.
Cicero nouus homo Arpinas. ibid.
Cicero inquilinus ciuis vrbis Romæ. 16
Ciceronis immodetata eloquentia. 119
Ciceronem Minerua artes edocuit. 119
Ciceronis domus. 119
Cicero Clod. i. furori ceſſit. 120
Cyrenenſes quando maxime floruerint. 95
Cyrenenſium cum Pœnis de finibus conditiones initæ. ibid.
Cirtham Iugurtha obſidet. 62
Cinnæ in vrbem reditu, omnes interijſſe ordines. 156
Ciuis nomen quis mereatur. 141.150
Ciuem Romanum verberibus cædi nefas. 30
Comedere bis die vitio datur. 159
Concordia paruas res creſcere, diſcordia contra. 49
Coniuratio ex quibus conflata. 12.131.150.
Coniuratorum catalogus. 12
Coniuratorum munia. 24
Coniurati conijciuntur in carcerem. 26
Conſcientiæ vis. 156
Conſilia in re militari. 160.161
Conſularis poteſtas. 16
Coſs Romæ imperantibus, quàm reſp. creuerit. 7
Conſulis vox in ſenatu princeps. 143
Conſulem gerere, & fieri differunt. 99
Conſultantes de rebus dubijs odio, & amicitia vacare decet. 30
Corporis bona facile dilabuntur. 41
Craſſus orator ſummus. 140
Curæ magnæ magna merces. 159
Cyrenæ. 58
DABAR Maſſagradæ filius. 11
Dabar interpres inter Bocchum, & Syllam. 115
Damaſippus Syllæ iuſſu iugulatus. 31
Decem viri Athenas profecti legum cauſa. 152
D. Bruti domus coniurationis haud inſcia. 16
D. Syllæ de coniuratis ſententia. 28
Deorum auxilia quibus parentur rebus. 34
Dies, quibus conſeruamur, non minus iucundi, quàm natales. 136
Dignitati magis quàm famæ conſulendum. 30
Diſſenſionum ciuilium catalogus. 138
Diuitiæ iniuriarum ſuſpicioni obnoxiæ. 49
Dolorem cruciato leniri. 141
Domum paternam vendere antiquitus infame. 122
ELEPHANTI quadraginta a Romanis interfecti. 82
Elogium cenſorium App. Claudij, & Piſonis. 122
Eloquentia incunabula virtutum. 121
Epiſtola Adherbalis in Senatu recitatur. 61
Epiſtola Catilinæ ad Catulum. 24
Epiſtola Lentuli ad Catilinam. 27
Epiſtola Scipionis ad Micipſam. 49
Equitibus Rom. indignum regum peregrinorum ſatellites agere. 88
Exempla mala ea nobis initijs orta. 30
Exercitus Rom. quomodo mollis euaſerit. 7
FACTIO quo nomine ab amicitia differat. 73
Fama popularis pro oraculo. 19
Fauonius ciuitatis onus. 161
Fœdus nullum populi R. iniuſſu fieri poterat. 73
Fœneratores paci publicæ officere. 159
Fortuna humanarum pleraque regit. 119
Fortuna nihil vel eripere, vel largiri poteſt. 41
Fortunæ quiſque faber dictum Apij. 158
Fuluia nobile Curij ſcortum coniurationem patefecit. 16
GABINII munus, vrbis incendium. 24
Galli gloria belli præſtantes. ibid.
Galli infeſtiſſimi Rom. nomini. 34
Gaudæ Maſiniſſæ nepoti regios honores Metellus negat. 89
Getulorum ſitus. 57
Getuli initio habitabant Africam. ibid.
Getulorum mores. ibid.
Getulos armis aſſuefacit Iugurtha. 58
Getuli, & Mauri a Mario fuſi fugatique. 111
Gloria maiorum poſteris lumen. 99
Gloriæ itinera duo, pacis ſ. ac belli. 1
Gloria induſtria alitur. 160
Gn. Octauius collegam ex vrbe armis expulit. 138
Gn Piſo factioſus. 14
Gn. Piſo cuſtos publicarum ceremoniarum. 152
Gn. Piſo in citeriorem Hiſpaniam miſſus. 14
Gracchi oratores ſummi. 148
Gracchorum cædes. 75.129.150
Græci facundia Rom. priores, non item virtute. 36.160
HALA Seruilius Sp. Melium nouarũ rerum ſtudioſum occidit. 125
Hanno morti damnatus. 151
Hercules in Hiſpania interijt. 58
Herennius cum exercitu à Pompeio deletus. 157
Hetruria infamis latronibus. 16
Hetruria propter Syllæ dominationẽ egeſtate laborat. 156
Hetruſcorum de prodigijs reſponſum. 137
Hiempſalis grauius dictum Iugurthã exaſperat. 51
Hiempſalis caput ad Iugurtham refertur. 51
Hippo vrbs Libyphœniciæ. 58
Hiſtorias ſcribere magno vſui eſſe. 42
Hiſtorias ſcribere cur arduum. 1
Hiſtoriam ſcribenti mentiri turpe. 121
Hominis partes duæ, atque vtriuſque munera. 41
IGNAVIA nemo immortalis factus. 99
Imagines maiorum ad virtutes quoſdã accendiſſe. 41
Imperia crudelia, acerba magis quàm diuturna. 158
Imperium optimum quale. 99
Imperio maximo maxima ineſt cura. 156
Imperium quibus artibus retineatur. 1
Imperandum quàm optimis. 158
Indici coniurationis præmia conſtituta. 19.150
Ingenium ſocordia torpeſcere. 41
Inimicitiæ priuatæ reip. aliquando proſunt. 121
Iniuriæ cuique ſuæ graues. 30
Inuidia virtute parta gloria eſt. 129
Inuidia ex opulentia oritur. 6
Ira, atque cupido conſulatores peſſimi. 88
Iracundia apud alios, in imperio ſuperbia eſt. 30
Iudicis officium. 87.88
Iudicijs acribus ciuitas magis vaſtatur, quã corrigitur. 159
Iugurtha Romanis charus. 49
Iugurtha auxiliari exercitui præfectus. 48
Iugurthæ genus, mores, ſtudia & ingenium. 45
Iugurtha quare à Micipſa adoptatus. 60
Iugurtha Micipſæ decreta reſcindi oportere contendit. 50
Iugurthæ in Adherbalis amicos ac propinquos crudelitas. 54
Iugurthæ & Adherbalis comparatio. 60
Iugurtha quibus coniecturis regnum ſibi polliceatur. 55
Iugurtha Numidia potitur. 51
Iugurtha Rom. largiendo fatigat. 144
Iugurtha Cirtham obſedit. 62
Iugurthæ cruenta de Adherbale victoria. 67
Iugurtha quàm potens gratia, & largitione. 165
Iugurtham cum Caſſio Romam venit. 71
Iugurtha Italia decedere iuſſus. ibid.
Iugurthæ vades quinquaginta. ibid.
Iugurthæ exercitus funditur. 81
Iugurtha pabulum, & aquam corrumpit. 84
Iugurtha Bomilcaris perfida perſuaſione deditionem facit. 87
Iugurtha à Marij armis exutus. 104
Iugurtha occiſis equitibus vix erupit. 111
Iugurtha conditiones quidem accipit, Mario tamen diffidit. 117
Iugurtha vinctus traditur Syllæ. ibid.
Iupiter Stator vnde dictus. 129
Iupiter Stator vrbis cuſtos. 126
LARGITIONES, Reipublicæ officere. 169
Laris oppidum. 103
Leccæ in domo coniuratio concoquebatur. 125.132.149.153
Legati Romanorum Adherbalem & Iugurtham arma deponere iubent. 63
Legati Rom. Iugurthæ pacem imperantes fruſtra deſcendunt. 63
Legati C. Manlij ad Q. Martium. 16
Legati Marij Bocchum à bello deſiſtere hortantur. 97
Legati Adherbalis ad Iugurtham de iniurijs quærentes. 60
Legati Iugur. Adherbalem Romę falſo detulerunt. 55
Legati Iugurthæ S.P.Q.R. pecunia corrũpunt. 56
Legati à Iugurtha ad Metellum ſupplicatum miſſi. 77
Legati Bocchi à Iugurtha corrumpuntur. 113
Legati alij Bocchi à Getulis ſpoliati, ad Syllam profugiunt. 113
Lentulus dicendo multum valuit. 136
Lentulus & Cethegus portenta ciuitatis. 165
Lentulus & Cethegus coniurationis capita. 150
Lentulus ex libris Sibyllinis ſibi regnum Rom. pollicetur. 27.136.152
Lentuli ſomnus. 137
Lentuli ignauiam Catilina increpat. 36
Lentulus Romæ nouarum rerum ſtudioſos ſollicitat. 34
Lentulus ſollicitauerat Allobroges. 82
Lentulus cum exercitu in agrum Feſula-
rum

rium ite parat. 27
Lentulum, omia Prætor, conſul mane in ſenatum duc r. ibid.
Lentuli literæ ſignumque. 136
Lentulus abdicato magiſtratu io cuſtodiā tradirur. 137
Lentulum opifices, & ſeruitia eripere ſolicitant. 132
Lentulo frangitur gula laqueo. 36
Lepidus Latro Proconſul. 156
Lepidus exercitum ad vrbem ducit. ibi.
Leptis ſitus. 58
Leptim Sidonij condiderunt. 94
Leptitanorum lingua, leges, & mores. ibi.
Leptitani Romanis ſemper fideles. ibid.
Leptitani ad Beſtiam, amicitiam rogatum miſerunt. ibid.
Lex duodecim tabularum ne quis cœtus nocturnos in vrbe agitaret. 155
Lex Gabinia contra clandeſtinas conciones. ibid.
Lex C. Gracchi de vocandis, ex quinque claſſibus, centurijs. 160
Lex Porcia. 32
Lex Satyra. 65
Lex Semptonia. 145
Lex coniuratorum maxime impia. 139
Libertas maxime omnium tueatur. 154
Libertas omnibus ex æquo optabilis. 161
Libri Punici, Hiempſalis. 57
Libyes Africam primo inhabitarunt. 58
Libyes quàm Getuli minus bellicoſi. ibi.
Liguris cuiuſdam gregarij Mulucha per inſidias capitur. 106
Linguæ procacitate ſordes non eluuntur. 152
Liuius Druſus patronus nobilitatis. 160
Locus medius apud Numidas honorificẽtior. 50
L. Belligerus Prætor. 115
L. Beſtiæ Calpurnio Cos. Numidia prouincia obuenit. 64
L. Beſtia exercitum in Africam parat. ibi.
L. Beſtia cos auaritia corrumpitur. ibi.
L. Beſtiæ cos. de deditione conſilium cum Iugurtha. 65
L. Cæſar ſororis virum vita priuandum pronunciauit. 141
L. Caſſius Iugurthæ deditionem perſuadet. 70
L. Caſſi munus vt vrbem incenderet. 137
L. Cincius de Tribunitia poteſtate loqui auſus. 156
L. Cornelius cuſtos publicarum ceremoniarum. 152
L. Domitij vitia. 160
L. Glabrionis ſica deprehenſa. 148
L. Hortenſij de Catilina ſententia. 153
L. Manlius trib. pl. de imperatore contra Iugurtham ad populum refert. 93
L. Opimius C. Graccho, & M. Fuluio Flacco interfectis, cos. 56
L. Opimius à Iugurtha corrumpitur. ibi.
L. Poſthumius ciuitatis onus. 161
L. Saturnius C. Memmium occidit. 140
L. Seruius in ſenatu recitat literas, in quibus Manlium arma cepiſſe ſcriptum erat. 16
L. Sidicinus rerum nouarum ſtudioſus. 152
L. Sulpicius e ſenatu motus. 155
L. Tarquinij iudicio non habetur fides. 28
L. Torquato, & L. Cottæ coss. Catilina & Antronius cædem parant. 14
L. Valerius Flaccus, & C. Promptinius Prætores ad Allobroges intercipiundos miſſi. 27
L. Varguntieius in Ciceronis mortem iurat. 16
L. Annius trib. pl. magiſtratum confirmate nititur. 73
MAGISTRATVVM creandorum ratio. 151
Magiſtratuū conditio miſera. 332
Maleficiorum publicorum, ac priuatorum diuerſa ratio. 50
Malitia præmia. 127
Mammili trib. pl. quæſtio in eos qui à Iugurtha corrupti, vel pactiones feciſſent. 73
Manlius princeps belli Catilinarij. 16
Manlius in Hetrutia. ibid.
Manlij in Feſulis arma. 17
Manlius Capitolinus morte mulctatus. 160
Manlij Torquati in filium ſeueritas. 151
Mapalia Numidarum ædificia. 58
M. Æmilius omnium flagitioſorum poſtremus. 155
M. Bibulus quibus rebus in conſulatum eruperit. 161
M. Cæparius paſtores in Apulia ſolicitat. 137
M. Cotta à Mithridate fuſus. 158
M. Craſſus nominatus inter coniuratos. 14 27
M. Fuluij cædes. 67
M. Marcellus vir fortiſſimus. 127
M. Papyrium Glabrio extinguere conatus. 148
M. Petreio exercitus aduerſus Catilinam committitur. 39
M. Scaurum legatum Iugurtha tinet. 62
M. Syllanus Metelli in conſulatu collega. 77
Marij imagines, & nobilitas. 88. 88. 99. 99
Marius Græcos literas noluit addiſcere. 7
Mario aruſpex felicia omnia portēdit. 88
marius petendi gratia miſſionem à Metello rogat. 89
marius à Metello dimittitur. 93
marius ſenatus licet aduerſus nihil abnuere audet. 97. 98
marius nouus homo creatur cos. ibi.
mario cos. Numidia prouincia decernitur. 121
marij in Africam expeditio. 103
marius Gaudam aduerſus Metellum incēdit. 88
marius quare ſordidus fuerit habitus. 100
marius caſtella Iugurthæ vi, præmijsq; tentat. 103
marij pugna cum Mauris, & Getulis latrocinio ſimillima. 108
marium Numidę magis quàm vllum mortalem timent. 106
marius cos. triumphat. 117
marius victoria non inſolentior factus. 109
marius Italiam his obſidione liberauit. 143
maſiniſſa & Micipſa vna cū Romanis Syphacem regno expulerunt. 52
maſiniſſa populi R. omnino ſtudium commeodauit. ibi.
maſiniſſa quando in Romanorum amicitiam venerit. 45
maſſiua Iugurthæ regnum affectat. 70
maſſiua obtruncatur. ibid.
mauri, ac Getuli à Mario fuſi, fugatique. 108
mauri pro opibus vxores denas ducunt, aut amplius. 97
mauri pro Medis. 58
medorum origo. ibi.
metellus fortiter rem geſſoris, omnia ad inuentorum ignauia ſuſtulit. 77
metello cos. Numidia prouincia obuenit. ibid.
metelli expeditio in Numidiam 79
metellus Iugurthæ legatos corrumpit. 79
metelli cum Iugurtha pugna. 80
metellus Numidiæ oppida capit, vaſtatq; agros. 82
metellus Iugurtham inſidijs aggreditur. 86
metellus victor milites pro meritis donat. 84
metello ſupplicationes decretæ. 84 85
metelli ſuperbia. 89
metellus Romæ excipitur. 104
metelli ſtratagema. 91
metellus conſpectum Marij fugit. 105
micipſæ regis Numidiæ Genealogia. 45
micipſa Iugurtham, vt bello caderet, auxiliari exercitui præficit. 48
micipſæ in Iugurtham beneficia. 53
micipſæ Iugurtham filijs commendat. 49
micipſa moritur. 50
militia ad pacem pertinet. 159
militaris diſciplina nō tam ex liberis, quā in acie diſcitur. 99
militaris diſciplina magis ne ex animo, an corpora pendeat. 1
minacius obæratus. 130
miſeris parum fidei. 61
mithridates Nicomedem Bithynia expulit. 157
mithridates Aſiam ſpolium Antiochi recēpit. 157
mithridates in latere vectigalium Romanorum. 155
mithridates Cottam fudit. 158
mithridates apud Heracleam milites optimos amiſit. 158
mithridates cum Lucullo prœlia. ibi.
mithridates Græciæ graue ſeruitium demſit. ibid.
mors ærumnarum requies. 24. 30
mors turpis viro forti non poteſt accidere. 130. 16
mulieres in comitatu Catilinæ. 149
mulucha flumen Mauros à Numidis diuidit. 58. 166
mulucha vrbs (ita Florus caſtellum ab omne fortaſſis appellat) à Mario capitur. 106
muthul flumen Numidiæ. 80
NABDALSA Bomilcaris in prodendo Iugurtha ſocius. 91
Nabdalſa apud Iugurtham proditionis ſuſpicionem deprecatur. ibi.
Naturę iniquitas falſo ab hominibus incuſatur. 41
Neceſſitas extrema non eſt expectanda. 154
Neceſſitas morſus grauiſſimi. 150
Nigidianum ſacrilegium. 122
Nobilibus in bello delinquentibus fortunę bona patrocinantur. 99
Nobilitas ignaua à Mario reprehenditur. 99
Numidiæ origo, ac ſitus. 58
Numidæ quare vocati. ibid.
Numidiæ incrementum. ibid.
Numidarum ingenia. 77
Numidarum cibus, & abſtinentia. 104
Numidę pecoris magis quàm armorum ſtudio. 82

Numida-

Numidarum ſtudia iuuenilia. 48
Numidę mobiles. 82.90
Numidæ pro opibus denas aut amplius vxores ducunt. 97
Numidarum ſpes in pedibus. 82.91
Numidiæ reges Rom. nominis maxime ſtudioſi. 52
Numidarum ſalutem ex Romanis pendere. 52
Numidiæ regnum Micipſæ heredes diuidunt. 50.56
Numidæ fuſi fugatiq;. 93
Nuſa Nicomedijs filius regno fruſtratur. 166

OBSCVRIORVM facta paucis nota. 30
Obſcuri vita virtute, & innocentia tuentur. 97.98
Opificum quæſtus ſuſtinetur frequentia, aliter otio. 143
Oratio Adherbalis coram ſenatu. 62
Oratio Bocchi per interpretem ad Syllam. 115
Oratio Cæſaris. 30
Oratio C. Memmij. 66
Oratio Catilinæ qua coniuratos hortatur. 13
Oratio Catilinæ qua hortatur exercitum. 38
Oratio Catonis aduerſus Cæſaris ſententiam. 34
Oratio Marij popularis admodum. 98
Oratio Micipſæ ad Iugurtham. 49
Oratio Syllæ ad Bocchum. 112
Oratio moribus conſonet. 121
Orbis diuiſio generalis. 57

PATRES reip. præſides Romæ appellati. 7
Patria iucunda. 112
Patria communis omnium parens. 127
Patria amittere maius dedecus, quàm nihil parauiſſe. 66
Pax foris Romanos in laſciuiam coniecit. 75
Pax diuerſis in moribus eſſe non poteſt. 66
Pacis fundamenta. 124
Pecuniæ ſtudium paci communi officit. 159.160
Pecunia pernicies omnium. 159
Perſarum origo, atque ſitus. 58
Perſæ ſe per conubis Getulis miſcuere. 58
Perſarum tecta inuerſi nauium aluei. 58
Phileni fratres propter fines patriæ viui terra obruti. 195
Philenon aræ. 193
Piſonem ſeditiones cogitantem Catilina confirmauit. 151.152
Piſonis, & Cæſaris inimicitiæ. 28
Plebs Catilinæ cœpta probat. 28
Plebs antea nouarum rerum ſtudioſa Catilinæ conſilia execratur. 28
Pœnitentiæ ſeræ locus, atque exempla, 150
Pompeius Craſſo inuiſus. 14
Pompeius tanquam fanum debitorum, 150
Pompeij remotior ab vrbe exercitus Catilinæ ſpem perficiendi cœpti auxit. 84
Pompeius de commeatu, & ſumptibus queritur. 157
Pompeius ſua Martia facta enumerat. 157
Pompeius hoſtes per Alpes in Hiſpaniam ſummouit. 187
Pompeij gloriæ, & Solis curſus terminus idem. 143
Pompeius maiore fortuna quàm ſapientia. 157
Pompeium nihil aliud, quàm Cæſarì obeſſe voluiſſe. 158 159
Populus Romanus, quibus modis libertate exciderit. 159
Porcij dicendi præſtantia. 149
Porcius Latro Catilinæ familiaris. 34
Præneſte Colonia Ciceronis iuſſu præſidijs munita. 126
Probitas parum per ſe tuta. 52
Prodigia. 138
Proſopopœia patriæ. 60
Ptolemæus precio diem belli prolatat, 158
Publica à paucis emere periculoſum. 49
Publicius obæratus. 129
P.Cæpionis & Catilinæ amicitia. 153
P.Lucullus trib.pl. Magiſtratum continuare nititur. 73
P.Rutilius Metelli legatus Mario exercitum tradit. 10
P.Scipioni Naſicæ Coſ. Italiam prouincia obuenit. 63
P.Scipio Gracchum interfecit. 124
P.Sextius adoleſcens optimus. 127
P.Sulpicius à Sylla oppreſſus. 138
P.Sitius cum exercitu in Mauritania. 16

Q. Catulus Proconſul. 155
Q. Cæpio & M. Manlius male cum Gallis pugnauerunt. 117
Q. Curius coniurationem patefecit. 16
Q. Fabij Sangæ patrocinio ciuitas plurimum vſa. 24
Q. Manlius Chilo Furij in Allobrogum ſollicitatione collega. 137
Q. Martius Rex Senat. decreto Feſulas mittitur. 16
Q. Martij reſponſum ad legatorum poſtulata. 23
Q. Maximus maiorum imaginibus ad virtutem accenſus. 41
Q. Metellus Celer in agrum Picenum miſſus. 16
Q. Metellus plures coniuratos in vincula coniecit. 24
Q. Metellus Creticus in Apuliam mittitur. 16
Q. Metellus in agrum Gallicanum profectus. 134
Q. Minutio Coſ. Macedonia prouincia obuenit. 70
Q. Pompeius Rufus Capuam ſenatus decreto mittitur. 56

REGNAS vi patriam, importunum. 41
Regnum antiquitus ſtudia. 1
Regi conſilium dare arduum. 126
Regis nomen imperandi primum fuit. 1
Regibus Rom. imperantibus boni quam mali ſuſpectiores. 9
Regum æra Romæ quando liquefacta. 147
Res humanas ſemper ad deterius prolabi. 8
Remp priuatis creſcere inimicitijs. 121
Remp quibus rebus Romani auxerint. 34
Reip. prætextu pro ſua quiſque potentia certat. 24
Reſp.ex faucibus Catilinæ erepta. 139
Res ſecundæ inſolentiam pariunt. 75
Rhodiorum iudicia. 160
Rhodij bello Macedonico capti, quare impuniti à Romanis ſint dimiſſi. 30
Romæ vrbis origo. 6
Romanorum antiquorum mores & inſtituta. 6
Roma in patres & plebem diuiſa. 160
Roma lux orbis terrarum, & arx gentium. 141
Roma domicilium imperij. 136
Romæ floreſcenti à finitimis inuidebatur. 51
Romanis omnia regna aduerſa. 95
Romani in pace ſeditionum, tumultu pacis ſtudioſi. 95
Romanos ſæpe parua manu fortiſſimos fudiſſe exercitus. 36
Romani præclara agere quàm ſcribere malebant. 7
Romanorum beneficentia. 6.112
Romanis principio viſum eſt melius amicos, quàm ſeruos quærere. 112
Romanorum antiquitus. de honoribus certamen. 6
Romanorum poteſtas in curandis ſociorum iniurijs. 52
Romanorum erga Pœnos fœdifragos fides. 30
Romani imperij finis. 166
Romani quàm à maiorum virtutibus deſciuerint. 6.12
Romani arma à Samnitibus, inſignia magiſtratuum à Thuſcis ſumpſerunt. 30
Romanorum in ędificãdo luxuries. 12 16
Roma ſicuti ſepentina. 23
Roma venalis, ſi modo inueneſit emptores. 70
Romę omnia venalia. 49.60.63
Romani à Iugurtha ſub iugum miſſi. 68. 128
Romulus parens vrbis. 152
Romulus in Deos relatus. 136
Romulus inauratus in Capitolio de cœlo tactus. 139
Rumoris publici auctoritas inſtar Oraculi. 149

SALVSTII educatio, vita, atq; vitia. 121 & ſequentibus.
Saluſtius Prętor Africã obtinuit. 121
Saluſtij adulterium. 121
Saluſtius à rep. ad ſcribendas hiſtorias ſe transfert. 245
Saturnius morte mulctatur. 109.150
Saturnaliorum dies terminus coniurationis. 150.151
Scipio ſummus orator. 148
Scipio Annibalis nomine clarus. 143
Scipio Africanus Numantię, & Carthagini ſuum nomen debet. 143
Scipio Iugurthę populi Rom. ſtudium cõmendat. 49
Scipio maiorum imaginibus ad virtutem accenſus. 41
Secundę res animos ſapientũ fatigant. 7
Seditiones Tribunitię remp. agitant. 73
Sempronia in numero coniuratorum. 16
Senatores quadraginta in victoria ciuili interierunt. 160
Senatus animus, Plebs corpus. 161
S. C. de ſubueniendo Adherbali impeditur. 63
S.C.de prohibendis à mœnibus Iugurthę legatis. 63
S.C.vt C.Marius, & L.Valerius coss. viderent ne quid reſp. detrimenti caperet. 124
S.C.in coniuratos. 16.37.137
S. C. vt L. Opimius coſ. videret ne quid reſp. detrimenti caperet. 124
Seleucia. 198
Senectus ipſa, morbus. 156
Sententias per tabellas fieri ſolicitas. 161
Septimius Camers in agrum Picenum à Catilina mittitur. 16
Serpentes accenduntur ſiti. 104

Sertorius

Sertorius Hiſpaniam citeriorem vaſtauit 167
Sibylla. 152
Sicca oppidum primum à Iug. defecit. 84
Signa ſcelerum certiſſima. 136
ſocietatem belli inituri, quæ conſiderare debeant. 157
ſocordiæ humanæ imbecillitatis cauſa. 41
ſpes ſola homine in miſerijs cōſolatur. 140
Sp. Albino Cos. Numidia prouincia obuenit. 70
Sp. Albinus à Iugurtha ludificatus. 73
Sp. Albinus Metello exercitum ignauum tradit. 77
Sp. Albinus Maſſiniſſæ ſuadet, vt regnum à ſenatu petat. 70
Sp. Melius mulctatus. 124.150
ſtatilio & Gabinio negocium datur, vti vrbem incenderent. 24
ſtipendia militum inæqualia. 158
ſumptuum ratio ad pacem pertinet. 159
ſuperbia commune nobilitatis malum. 94 95
ſupplicijs inferorum remotis, mora non amplius pertimeſcenda. 141
ſuthul oppidum Numidiæ. 73
ſydonij Leptin condiderunt. 94
ſydonij quomodo in Numidiam peruenerint. 94
ſylla eloquens. 112
ſylla quo pacto ſibi exercitum fidum fecerit. 7
ſyllæ inconſternatus animus. 114
ſyllæ crudelitas. 7.152
ſyllæ omnia lege belli licuerunt. 160
ſylla C. Marium ea ciuitate eiecit. 138
ſylla Damaſippum, & alios iugulare iuſſit. 30
ſylla P. Sulpicium oppreſſit. 138
ſyllani milites rapinis aſſueti Catilinæ occaſionem augent. 14
ſyllani milites gregarij ſenatores facti. 24
ſyllæ Quæſtoris mores, & natura. 108
ſylla pollicetur pacem Boccho. 117
ſylla à Mario ad Bocchum de communibus rebus agundis mittitur. 112
ſylla vna cum Voluce per hoſtium caſtra proficiſcitur. 114
ſyphacis agros, vrbeſq; Romani Maſſiniſſæ dono dant. 45
ſyrtes vnde dictæ. 94
ſyrtes duæ. 58

TANA flumen Africæ. 104
Terentius Varro ad Cannas legiones perdidit. 150
Thalæ oppidi ſitus. 93.11
Thala oppidū Nomidiæ, vbi theſaurus. 93
Thala capitur. 94
Thereon. 58
Thirmida à Iugurtha capitur. 50
Tyb. Gracchus uerū petit tribunatum. 140
Tyb. Neronis ſententia de coniuratis. 28
T. Turpillius Syllanus Vaccenſiū Præfectus vnus ex omnibus Italicis euaſit. 90
T. Turpilius ſupplicio afficitur. 91
Tongillus à calumnia amatus. 130
Tribunitia poteſtas materia diſcordiarum. 62
Tribunitia poteſtas Pompeio, & Craſſo Coss. reſtituta. 24
Tribunitia poteſtas telum libertatis. 156
Triginta Athenienſium Tyranni. 30
Tullia Ciceronis, matris ſuæ pellex. 159
Tullianum carceris locus. 36
Tyrannidem affectantiū Catalogus. 124

VACCA oppidum, forum totius Numidiæ. 79
Vaccenſes Romanorum præſidia interficiunt. 90
Vaccenſes perfidię pœnas luunt. 97
Valentia à Pompeio deleta. 157
Victoris in manu eſt bellum mutare. 37
Victorię cæterę, & inteſtinæ collatio. 153
Victis quanta accidant incommoda. 50
Viris labor, mulieribus munditiæ conueniunt. 99
Virtutis ite arduum. 160
Virtutis poſt vitam magis ſe attollit. 161
Virtus non eget compoſita oratione. 99
Vitia virtutum nomina fortita. 34
Vitia ſilentio non tranſeunda. 1
Viuere quid dicatur. 1
Vmbrenus Allobroges ſolicitat. 14.137
Voluptas pugnat cum pręmijs virtutis. 99
Volua filius Bocchi. 112
Volux à patre Syllę obuiam miſſus. 114
Volux dubię fidei apud Syllam. 114
Vticæ magna negociatorū multitudo. 97
Vulgus ſeditioſum. 90
Vulturcius cum Allobrogibus ad Catilinam proficiſcitur. 28
Vulturtius in Ponte Miluio capitur. 28
Vulturtius de itinere & literis interrogatur. 28

ZAMAE ſitus. 84
Zama ara Numidiæ à Metello obſidetur. 84

INDEX ALTER EORVM QVAE AB INTERPRETIBVS ANNOTATA SVNT.

ABdicare. 28
Abiurare. 16
Ab Mario. 112
Aborigines. 6
Abſoluere. 56
Abſtracta in initium. 124
Abſurdum. 4
Ab tergo. 112
Ab Vtica. 114
Accedo. 109
Accedere. 49
Acceſſiri. Vide an ſit
Acceſſi. 117
Acceſſo. 66
Acceſſor. 117
Aceruus. 138
Acer ingenio, Acris ingenij, & Acri ingenio. 48
accipio. 11 Acies. 79
acierum ordo. 79
actio quid. 74
Actor. ibi.
actus. 84
accuſatiuus in cis. 3
accuſationis, Defenſionis, & Abſolutionis ver ba in quo caſu. 28
ad capſam. 106
addicere. 17
addicti. 16
admoneo cum genitiuo. 108
adoptio. 49
adortor. 64
ad populum ferre. 73
adrumentum. 58
ad Thalam 94
aduerbia loci, & temporis. 24
aduerbia loci. 112
ad Zamam. 87
aedes. 132
aemilius Scaurus. 56.58
aerarium. 66.142
aerarij. 142
aerumnae. 52
aethops. 6.
aeternum. 41
aethiopes. 58 60
aethos. 63 Afficio. 90
africae deſcriptio. 57
agaſones. 24
agere quot ſignificata habet. 84.110
agere cum aliquo. 63
agere cum populo. 30
agger. 94
ager Picenus. 16.24
ager Piſtorienſis. 37
agi cum populo 30
agmen. 78.83
aggredior. 63
agrippae verba. 66
a la. 83
albinus contra Iugurtham. 45
algor. 5
alius de duobus. 36
allobroges. 24.27
altum. 52
ambire. 2.34.41
ambitio. 172
ambitioſa verba. 90
amicitia. 49.66
amilcar. 94
amoenum. 8
amplitudo. 49
annales. 41
anceps. 16
annibal 41
animales hoſtiae. 87
appello, prouoco. 145
apoſtrophe. 53
apulit. 63
appulſus. ibid.
aquila. 48 Arbitri. 15
Arceſſo. 70
arctare. 99
arduum. 49
arae Philaenorũ. 60.95
aretium. 24
argumentis conuicti. 34
argumẽtũ à poſſibili. 52
aries. 94 95
arietes. 94
ariſtonicus. 157
arrogatio, 50
arpinas Cicero. 16
artes. 2.41
aruſpex. 88
aruſpices. ibid.
aſciſcere. 16
aſſentior. 33
aſſentor. ibi.
aſſideo cum actõ. 51
aſpat. 116
aſtutiae vnde. 16
attende regulam. 36
auaritia. 11
auarus vnde. 7
aueto. 27 aulea. 159
auſus. 89 aulus. 84
aruſpex. 152
auſpicia piacularia. 88
auſpicia peſtifera. ibi.
auſpicium. 152
auſpicor. ibid.
auxeſis. 152 Auxilia. 49
auxiliarij equites. 79
BAliſtae. 85.86. 114
Baliſtarij 114
Bella Punica. 46
Belli. 76
Bellum. 48.127
Bellum ciuile. 5
Bellum inteſtinum. 6
Beneficia debita. 52
Beneficia gratuita. ibi.
Bis die non onerandum eſſe ventrem. 156
Bocchi ad Syllam oratio. 113.116
Bocchus rex. 58.92
Bocchus Iugurthae iungitur. 96
Bocchus Syllę ſidei ſe. 113
Bombardae. 85.86
Bomilcar. 71
Bomilcar, & Nabdalſa, Ingurthae inſidias tendunt. 91.92
Bona animi, corporis, & fortunae. 40
Bonorũ genera. 40.98
Bonus. 81
Breuitas apta, & venuſta. 22.52.57
Byrſa. 58
CEsari aduerb. 104
Caij Cęſ. oratio. 30
Caij Gracchi hiſt. 56
Caij Gracchi mors. ibi.
Caius Bebius. 71
Caius Fannius. 56
Caius Licinius, & L. Albinus primi trib. pl. 67
Caius Memmius. 63
Caius Marius primus legionem inſtituit. 98
Calpurnius Beſtia cum ira Iugurtham. 44
Camera. 30 Canere. 16
Cannenſis clades. 46
Candidati. 64.151
Capite cenſus. 103
Capite cenſi. ibid.
Capitolij cõflagratio. 28
Capſa vrbs ab Hercule condita. 104
Careo odio. 123
Carptim. 2
Carthago condita. ibi.
Carthaginiẽſium, & Cyrenenſium de imperij finibus diſceptatio. 95
Caſtellani. 106
Caſtra. 110
Carabarhmos. 60
Catilinae oratio ad milites. 15.37
Catonis, & Caeſaris cõparatio. 36
Cato Stoicus. 52
Cauſa alterius ſeceſſionis. 66
Cauſam dicere, 123
Cedere. 82
Celare. 7
Cenſum quis primus inſtituit. 94
Centurio. 73.107
Centuriae 73
Centuria. 107
Cerno. 142 Certus. 89
Gethegi mors. 24
Cicero Arpinas 16
Cimbri. 45
Cimbrorum caedes. 40
Cinna. 136
Circumuenire. 30
Circiter. 115
Cirtha oppidum, 59
Ciuem Romanum virgis caedi, & capite plecti, lege cautum eſt. 30
Ciuitas. 22
Ciuis pro concionis. 127
Clades. 65
Cliens. 22.92
clientes. 16.28.29
clientela. 98
coaleſcere. 6
coenatus. 113
cognomen, & agnomen. 48
cogo. 70
cohors. 37. 74.78
cohortes expeditae. 78
cohortes auxiliariae. 103
collega. 23
colonia 14.75
coloniae. 15
coloni. 134
coloniae. 14.75
commeatus. 63.74
cominus. 40
comitium. 16
comitia. 65.73
commoratio. 52
commonefacio te huius rei. 80
componere. 79
conceſſio. 33
conceptio. 36
concio. 49.65
concluſio. 53
condonare ſcelus. 63
conduplicatio. 53
confidentia. 159
confirmatio. 52
confutatio. ibi.
congruitas in re pathos mouet. 55
conqueſtio. 53
conſilium deſiderat factum, & econtra. 1
conſpiratio. 144
conſuetudo. 151
conſul. 132
conſul quot faſces habet, & quot praetor. 41
conſulare. 23
conſultor. 89.103
conſultor cum foeminino. 89
conſultus. 103
cõſules, & pcõſules. 77
contagio. 11
contagium. ibi.
contages. ibid.
contentio. 66
contubernium. 88.89
conturbare rem. 93
contra grammaticorum regulam. 159
conuenire. 97
conuiuia. 10
copia. 37 Copiae. 10
cornelia mater Gracchorum. 76
cornicines. 107
corona muralis. 7
craſſari. 40.88
credere. 114
crimen lęſe maieſtatis. 69
croto, ſeu Croton. 27
cum. 61 Cupiditas. 76
cupido. 41
cupido, & ira male conſulunt. 88
cuſtodiae. 28
cyrenae. 61
cyrus. 3
DAbar. 115
Damaſippus. 30
Dare fidem. 88
Debita, & gratuita beneficia. 52
Decedo. 64
decem praetores. 70
decem tribuni. ibid.
decernere. 98
decius Brutus. 24
declamatio. 149
decoctor. 130
decurio. 80
dedere. 68
deficio. 88
deligere. 10
Delecti. ibid.
delubra. 13
democratia. 6
demonſtratiuum genus. 98
demum. t Deuiq;. 154
deponentia verba. 10
deprecari. 115
deprecati. 114
deſidia. 2.36
deſpicere. 158
deteſtatio. 11
dico cauſam. 92
dictator. 132
dictatura Syllae. 156
dicundo. 160
dies foeminini generis. 30
dignitas. 49
dimittere. ibid.
diſcordia. 3
diſcordia ciuilis. 3
diſcordia ex auaritia oritur. 7
differo. 66
diſertus. ibid.
diſſimulator. 5
diſſimulo. 6
diſſimulare. 16
diſſolutio. 54
diu. Noctu. 92.
diuitiarum cõtemptus. 159
doleo cum accuſatiuo. 116
dolo. 61
dolus. ibid.
domi. 10
domitius. 159
domus. 12
domus regia. 103
duae ſententiae. 28
duo hoſtiarum gña. 88
duplex ocium. 41
dupondius. 16
duum. 82.
dux. 108
dyrrhacchium. 121
EF forta. 36
Egeo conſilij. 30

elephantus. 81
elephanti 80
eliſum. 77.78
e meriti. 58
eminentiſſima Sal. laus inter hiſtoricos latinos. 1
eminus 40
enixus. 92
eodem. 29
equidem. 35.37
equites auxiliarij. 79
erebennos. 152
erumnæ. 52
effera manu. 32
Et inter diuerſos caſus. 112
euado. 82
euadere. 82
Euentus. 21
euerto. 155
euocati milites. 58
ex. 128
ex auaritia diſcordia oritur. 7
exaudio. 142
excedo. 10.11
exclamatio. 53
ex copia conſilium capere. 84
excubiæ. 77
exigere pœnas. 89.90
ex inopia conſilium capere. 84
exoro. 142
expectare. 55
expecta. 55
expediti manipuli. 111
expers cum ablatiuo. 23
extremum. 44
exta. 88
FABER Fortunæ. 158
Facetiæ. 16
Facies. 13 20.45
Facinus. 4 12.16.20.51 160
Factio. 68
Factiones. 36
factioſus. 24.65
factum. 20
falcarij. 134
falces. 125
falſus. 7
familia. 52
familias filij. 17.144
fas, & Ius. 15
faſces. 25
ferentarii. 39.40.79
feriæ. 151
ferox. 84
feſtus. 84
feſulæ oppidum. 16
fetulas. 24.27
fides. 95
fides Punica. 116
filij familias, & familiarum. 27.144
firmus. 89
flagitium. 12.14.16.65. 150
florentia. 16
focus. 154
fœdora. 35
fore. 149
formidoloſus. 33
formiæ. 36
fora. 42
fortitudo. 49.99
fortuna. 10
forum rerum venalium. 79
fraus. 25
fretum. 60
frui. 3
fruor. 1
fulgia. 16
fuluij Flacci mors. 56
funda. 78
fundare. 152
funditores. 78
GABINIVS. 24
Gallorum laus. 117
Ganeæ. 11.13
Ganeum. 12.13
Gauda. 89
Gerundium. 100
Getuli. 58
Glandes plumbeæ. 77
Glans. 85
Glaucia cædes. 138
Gloria. 41.48
Gracchanicæ leges. 56
Gracchi mors. 70
Græci eloquentes. 55
Graſſari. 41.88
Gratia. 51
Gratiam facere. 33
Grauitas. 141
Gregarij milites. 24 37. 73
Gregarij. 39.77
Gregarius miles. 71
HAZERA. 45
Habiturum. 118
Harnga. 88
Hecatombem. 7
Hercules plures. 106
Herculis mors. 60
Herebus. 96
Hic, & hoc vulgus. 97
Hic. 153
Hippon. 58.59.
Hiſtoria 42
Hiſtoriæ commoda. 44
Hiſtoriæ definitio. 41
Hiſtriones. 99
Homines noui. 41
Homines ex anima, & corpore conſtare. 41
Homo. 49
Homo præpoſterus. 98
Homo præceps. 106
Honeſtatis partes. 49
honeſtum. 52
horror pictura belli. 115
horror. 81
hoſtiæ animales. 88.
hoſtiæ 88
hoſtiorũ genera duo. 88
humile. 81
hyberna 89
IACVLATOR. 86
Iapidem. 14. 36. 130 131
Id locorum. 94
Ignauia. 15.77.99
Ignarus. 98.
Illecebræ 12.
Immortalia. 41
Impendeo. 22
Imperium. 42
Imperia. 41
Impersonale cum ablatiuo. 139
Impius. 30
Importunos. 41
Importunum. 41
Improbus. 90
Impune. 151
Immunitas. 158
Inedia. 5
Inceſſo. 10
Incipitur 94
Incolumis. 53
Incumbo. 141
Indemnatus. 31
Index. 91.141
indicium. 29
indices. 125
induſtria. 49 9.
induciæ. 96
inertia. 34. 40
Infenſas. 152
inferre ſigna. 85
infeſtus. 152
ingenuus. 39
ignauia. 41
iniuriæ locum dare. 54
innoxius. 14
inquilinus. 16
in rem eſſe. 15
inſignia Romanorũ. 33
inſolens. 2
inſolentia. 16
inſoleſcere. 6
inſomnia primę declinationis. 16
inſtrumenta luxuriæ. 16
intempeſta nox. 16.83.
integrum. 116
inter° aliquo negocio. 4
intentum. 83
interpellare. 69
interrex. 156
inteſtabilis. 90
inteſtatus. 90
inuidia. 97
inuidiam gloria ſuperari. 50
ioca. 108
iocundus. 8
iocus. 22
ita vtilis. 38
ire pedibus in ſententiam 56
iri. 147
iubere. 98
iucundum. 8
iudicare hoſtem. 14
iugum. 75
iugurtha capitur. 53
iugurthæ dolus. 50
iugurthæ exitus. 118
iumentum. 77
iugia. 7
iuſta in plurali tantum. 50.51
iuſtitia. 49
ius. 13
ius, & fas. 13
ius gentium. 61.70
iuuenta. 10
iuuentas. 10
iuuentus 10
iuuenalis. 8
LACADAEMONII. 54
Languidum. 83
Lar. 38
Largitio, 114
Latro. 99
Latrones. 16
Latrocinium. 148
Laus hiſtoriæ & difficultas. 1
Legatus. 73
Leges. 12 tabularũ. 151
Legio. 16 73.79
Legio quot milites contineret. 45
Lentuli ad Catilinam literæ. 28
Lepos. 16
Leptis. 96
Leptitani. 95
Leuitas. 141
Lex ambitus. 14
Lex Plautia. 18
Lex Porcia. 30
Lex quid. 59.151
Lex Satyra. 65
Lex Sempronia. 67
Lex. 99.71
Liberi. 48.56.
Liberos in numero plurali pro vnico filio. 49
Libido 5.10.16.30.76
Libido bona. 5
Libs. 60.106
Libya. 60.106
Libya fertilitas. 58
Libyes. 60
Lybis. 105
Licentiam in bonam partem. 114
Lictores. 41.50
Lixa. 78
Lixæ. 78.
Loci ſyllabica adiectio. 59.112
Locus præceps. 105
Locutio hiſtoricorũ. 40
Locutus medius. 54
Lubricus. 106
Lucij Syllæ mores. 108
Lucius Belliger. 113
Lucius Catilina. 6
Lucius Opimius. 56
Lucius Sylla primus dictator. 5
Lucius Tarquinius. 28
Lucullus contra Mithridatẽ, & Tigranẽ. 34
Lucullus contra Tigranem. 7
Ludus. 131
Lupanar. 151
Luſtra. 153
Luſus. 20
Luxuria. 5.16
Lyguria. 107
MAGNIFICENTIA. 55
Maieſtas. 39
Maiores. 55
Malus. 5
Male audire. 120
Maleficium. 66
Malorum genera. 92
Mancipium. 78
Mandare. 13
Maugo. 45
Manlius ad Q. Mariũ legatus. 28
Manlius Torquatus. 72
Manifeſtus ſceleris. 71
Manipulus. 80.81
Manus. 10
Mapalia. 58.78
Marci Porcij Catonis oratio. 35
Marcus Porcius Lecca. 16.
Maria, & montes polliceri. 20
Marij mores. 87
Marij oratio. 98
Marius. 8
Marius ad Iugurtham proficiſcitur. 44
Maſſagrada. 116
Maſſæſyli. 45
Maſſilia. 23
Maſiniſſa. 44
Maſiniſſæ filij. 44
Maſiniſſæ ad Rom. tranſitus. 48
Maſtina. 70
Maturè fieri. 88
Maturo. 75
Mauri. 58
Mauri pro opibus plures vxores habebant. 96.97
Medius fidius. 24.26
Mehercule. 99
Memini. 125
Memmij Agripię ad plebem oratio. 66
Metellus Creticus. 18
metellus, & Syllanus Coſſ. 78
metellus in Numidiam proficiſcitur. 78
Metor. 115
militia. 10
miluius pons. 28
miſereor. 28
miſeror. 28
miſereor cum genitiuo 29
miſericordia. 32
miſſio. 88
mithridates. 24
moderari. 93
moderatij 93
modeſtia. 8
modus. 8
modus dicendi. 36
mœnia. 36
mollicies. 34
mors Lepidi. 156
mortalia. 42
mos 58 154
mulctaritia pecunia. 54
multarum imaginũ homo. 99
mulucha regnorũ Bocchi & micipſæ terminus. 117
mundi partes. 68
municipia. 25
municipium. 14
municipes. 134
muralis corona. 7
murus. 36
myrtetum. 80
myrtus. 80
NAM. 130
Narratio, loci, & modus. 79.
Narrationum genera. 45
Natio. 4
Neceſſarium. 90
Neceſſarij. 51.90
Neceſſitudo. 12
Nedum. 21

Nefas.

Nefas 34
Negocium. 41
Negocium populo R. melius, quam ocium committi. 135
Nequidquam. 88
Neutrum cum fœminino. 91
Nexi. 66
Nihil. 126
Nihil reliqui facere. 8
Nobilia. 16.20
Nobilitas. 51
Noctium, & dierum partes. 21
Noctu.diu. 92
Nomas. 60
Nomen. 50
Nomen oppidi cum præpoſitione. 86
Nomas. 90
Noſter. 50
Noſtrum. 124
Noſtrum mare. 58
Nota verbum Aug. 42
Nota. 129.130
Notabilis. ibid.
Nota anthireton. 134
Nouitas. 2
Nouiſſime. 56
Noui homines. 41
Nouus. 2.20
Nouus homo. 16
Nox intempeſtiua. 77
Nudatum. 108
Nudiuſtertius. 141
Nudum. 107
Num. 100
Numantia. 48
Numidi. 44.66
Numidæ vnde. 58
Nunc. 118
Nuper. 131
OBNOXIVS. 33.15. 66.
Obrem. 66
Obſideo. 28
Obſido. ibid.
Oceanus. 58
Occido. 41
Occido media correpta & media producta 41
Occupatio. 61
Offenſa. 70
Offenſio. ibi.
Officium. 50
Oleaſter. 82
Omneis. 3
Omnia cum ſuperlatiuo. 20
Operæ. 14
Operæprecium. 12. 96
Operarij. 24. Opis. 1
Opportunus uniarię. 69
Optare. 92
Optio. ibi.
Opus. 22.106
Oraculum. 146
Orationis partes. 52
Oratio C.Cæſaris. 30
Orbes facere in prœlijs. 108
Ordo. 4
Ordo aciei. 80
Ordum duplex. 41
PAPYRIVS Curſor. 7
Parentheſis. 27.30
58.66.112.
Partes. 36
Partha. 9
Parricida. 50
Pars diuerſi. 82
Participia pro verbalibus. 42
Participia in vndus. 5
Pathos. 55
Pathos mouere. ibi.
Patres. 26
Patres conſcripti. 55
Patria. 10
Patrimonium. 23
Patroni. 28
Patronus, Cliens. 92.99
patrui. 136
Pauere. 18
Peculatus. 67
Penis. 12.14
Penſum. 57
Peregrinus. 4
Peregrinantes. 2
Perfugæ. 70.85
Periculum. 4
Per manus. 88
Permiſſio. 61.77
Perperam. 69
Perſes Rex. 96
Perſuades. 147
Paſtifera auſpicia. 98
Petulantia. 24
Philænorum aræ. 90.95
Philænes fratres. ibid.
Piacularia auſpicia. 88
Picenus ager. 16.24
Pictura belli horror. 112
Pietas. 13
Pigere. 108
Pilum. 85
Piſtorium. 37
Planieies. 95
Plebs. 93
Plebiſcitum. 30
Pleraque. 6
pluuia religione. 94
pœni fugantur à Sempronio in Sicilia. 45. 48
pœnitet. 66 45
pœni vnde. 48.95
pondus. 18
ponere præſidium. 79
ponere. 57
popularis. 48.79
populares. idid.
portentum. 11
porto. 75
poſſeſſiua. 122
poſtea loci. 113
potior. 95
potior cum genitiuo. 63.132.
præcipitem ire. 67
præceps. 106
prœlium. 48
prœlium inter Annibalem, & Cornelium in tranſitu Rhodani. 45
prœlium apud Ticinū, apud Trebiā, apud lacum Traſymenum. 45
prœlium Cannenſe, & Nolanum Annibalis. 49.
prœlium aliud in Africa, quo fugatur pœni, cæduntur que. 45
præpoſterus. 99
præſentes. 73
præſidium. 61.113
præſtare. 1
præſto. 3
præ dolor. 127
præter cum ablatiuo. 24
prætorium. 49
prætores decem. 70
prætor vrbanus, & peregrinus. 41
prætor faſces duodecim habebat. 41.73
prætura. 73
prauus. 5
primi claſſis, ſecunda, & tertia. 103
primipilus. 74
principia. 81
principes. 80
priſtinus. 8
probum. 160
proconſul. 78
prodigium. 17
proficiſci. 111
profugus. 7.71
profugi. 37
profuſus. 6
proh. 16
prolepſis. 18.28.72. 85.82.
prologi qualitas, & intētio auctoris in eo. 74
promulgare. 74
promulgatio. 75
propatulum. 12
propinquus. 71
propitior. 74.78
proquæſtor. 78
proſapia. 99
proſcripti. 20
proſcripti ciues. 51
proſcribere. 16
prouincia. 63.66
prouerbium. 16
prouinciæ per quos reguntur. 63
prouoco, Appello. 145
proxime. 60
prudentia. 48
pſallere. 16
pſalterium canere. ibi.
puber. 105
pudere. 108
pudet. 4
pudicitia. 8
pudor. ibi.
pugna. 48
puluinaria. 138
puluinus. 92
punicus. 45
QVADRATVM agmen. 118
Quæ participia in vndus. 5
Quæque digna. ibi.
Quæſtores. 75
Quæſtiones. 97
Quæſtor. 63
Quæſtores. ibi.
Quam. 119
Quandiu. 124
Quantum. 70
Quarta claſſis. 94
Quaſi vitabundus. 74
Que pro quia. 123
Quod ſit odium. 30
Quia. 99
Quinta claſſis. 103
Quintus Sertorius. 157
Quintus Marcius legatis reſpondet. 23
Quirites. 66.67
Quirito. 67
Quiſque. 4
Qui ſe cum poſitiuo 64.
Qui vtitur diuitijs, diues eſt, qui abutitur, pauper. 7
Quomodo ſub iugū mittebantur homines. 74
RATIO. 40.153
Ratio quid. ibid.
Recipere. 11
Redeo. 44
Redimere. 12
Referre in ſenatum. 30
Refero ad te. 128
Refero. ibid.
Reges qui. 1
Reges ſacerdotes. 18
Regula. 44
Regula concentus. 63
Regula de qua. 15
Regulæ grammaticæ. 3
Regula defectū generis, ſpeciei. 51
Regula elegantiæ. 56
Regulis hiſtoriographo rum. 9.22
Regula latinitatis de vtroque, & neutro cum altero. 69
Regula puerorum. 6. 10.22 71.
Regula puerilis, primi ſecunda. 23
Regula Seruiana. 3
Regula venuſtatis. 4.5. 10.15.48.61 96.
Re in compoſitione. 44
Relatiuū inter duo ſubſtantiua. 36
Religio. 94
Rem iſtum. 83
Reparari. 67
Repere. 14
Repetere. 46
Repetundarum. 29
Res. 88.28
Reuerto. 113
Reus pecuniarum. 14
reus quid. 74
reus repetundarum. 28 66.
rex. 132
rhegini. 65
rhegienſes. ibi.
rhegium. ibi.
rhodos. 30
rogare magiſtratum, & legem. 65
rogatio, lex, plebiſcitum. 71
rogatio perlata. 74
romæ conditores. 6
romæ ſitus. ibi.
romana ciuitas in duas partes, & duas factiones diuiſa erat. 75
romani uſque ad quartumdecimum annum literis vacabant. 2
Romani ab Hetruſcis inſigma magiſtratuum ſumpſerunt. 31
Romanorum in temp. præſtantia 6
Romanus populus in tribus trigintaquinque diuiſus. 65
Romanus noſter. 49
Rorarij. 39
SACRAMENTVM. 15
Sacrum. 84
Sæuitia. 78
Salem. 105
Saltare. 16
Salubre. 58
Saluſtiana locutio. 103
Saluſtij vita. 1
Saluſtij laus. ibi.
Saluſtij tempora. 41.42
Saluſtius Liuio præſtantior. 2
Saluſtius à Critiæ defenditur. ibid.
Saluſtius prætor, & quæſtor fuit. 41.42
Socordia. 2.42
Socors. 42
Salutare. 42
Salus. 22
Sanctum quid. 75
ſanè. 133
ſanum. 98
ſatelles. 90
ſatellites. 82
ſaturnalia. 151
ſaturnini cædes. 138
ſaturninus. 141
ſcalæ. 87
ſcilicet. 32
ſcipioni ad Micipſam literæ. 49
ſcipio Naſica. 65
ſcortum. 10
ſcrinium. 28
ſeceſſio à patribus. 66
ſecunda claſſis. 103
ſecuritatis mala. 44
ſecus. 62
ſed. 2
ſeditio. 48
ſegnis. 42
ſella. 89
ſemiſomnus. 61
ſempronia. 16
Sempronius Gracchus. 76
ſentina. 24
ſeria. 108
ſerui. 78
ſeruilia. 28
ſeruo. 22
ſeſtertium quid, & vnde 18
ſeueritas. 130
ſeuerus. ibid.
ſibi. 147
ſicca vrbe. 85
ſigna. 16
ſignum. 8
ſimul. 92
ſimulacra. 13.15
Simulator. 5.6.
ſimulo. 6
ſin. 30
ſinus. 94
ſipare. 99

ſiphax

Syphax capitur. 48
Situs. 3
Socij Romano. 49
Separi. 37
Spatus. ibid.
Speto. 20.55
Spes. 20
Spinther. 29
Stator. 130
Statori. 126
Stemmata. 100
Stipatorum. 12
Stipendium. 63.64
Stipe. 88
Stirps maſculini, & fœminini generis. 70
Stirps, & ſemen. 121
Stoicorum opinio. 52
Studeo. 153
Sua. 127
Subdolus 5
Subiectio. 53.54.55
Sub iugum mitti. 74
Subſidia. 39.80
Sub vinea iacere. 60.61
Sub vite prœliari. 60 61
Sudes. 45
Suffragium. 74
Summo. 11
ſuppellex. 159
ſuperare. 57.154
ſupereſt. 152
ſuperuacaneum, 30
ſuppeto. 154
ſupplicia. 34 85
ſupplicium. 7.36
ſupplicatio. 138
ſuſpicio. 92
ſuſcipere. 158
ſuthul. 75
ſydonij. 94
ſylla. 107
ſyllæ ſæuitia. 6
ſyllæ mors. ibi.
ſymposia. 10
ſyntheſis. 18
ſyrma. 95
ſyrtes. 60.95.
TABES. 24
Tabula. 16
Tabulæ. ibi.
Teda. 86
Tapetes: 159
Tegere. 6
Temere. 84.92
Tempe. 8
Temperantia. 49
Tempeſtas. 15
Tento. 129
Terentius. 84
Tertia claſſis. 103
Teſtamentorum ſignatores. 13
Teſtudo quid. 107
Tetrarchæ. 15
Thala oppidum. 94
Thraces. 75
Tiberius Gracchus. 65
Tiberij corpus in Tiberim. ibid.
Tibi. 113
Titulus operis. 42
Togati. 61
Toral. 159
Toreumata. 16
Tormenta. 84
Tormentum. 85
Tramites. 57
Tranſierunt. 4
Tranſeant. 3
Transfugæ 36.85
Tranſigant. 8
Tres ordines vrbis Romæ. 41
Tres viri. 75
Tribuni plebis decē. 71
Tribus quot. 65
Triumuiri. 36.75
Tubicines. 107
Tugurium. 51.59
Tullianum carcer. 36
Tullius. 84.148
turma. 74.105
turmæ. 73.80. 105
Turres. 61.64
turum. 52
tyberij mors. 67
tyberij Gracchi cædes. ibidem.
tyrus. 58
VACCA vrbs 64.79
Vadoſus. 95
Valli 61
Vallum. 61.78.94
Vallus. 78
Vanus. 20
Vas. 75
Vaſtatum. 154
Vaſtum. 5.154
Vbi. 1.2
Vbi gentium ſit, neſcio. 83.
Vbi locorum ſit, neſcio: ibidem.
Ve. 46
Vecors. 111
Vectigal: 67.109
Vectigales populi. 109
Vectigales tubicines. ibidem.
Velites. 81.114
Venalia. 49
Venalia omnia habere. 12. 49.
Vedatio, & agricultura ſeruilia opera ſunt. 2
Verba ad accuſationem vel defenſionem pertinentia quomodo conſtruantur 28
Verbum loquelæ ſubaudiri. 111
Vereor vt. 142
Vermina. 45
Vero. 57
Verum enimuero. 2.16
Verſum. 87
Verſus. 37.60.87
Veſtalis. 13.14
Veſtire. 80
Veterani milites. 38
Vexo. 16.126
Victimæ. 18
Victis victorum nomen inditur. 58.59
Videlicet. 128.141
Vigiliæ. 5.78
Villa. 12
Vindex. 155
Vinea. 60.61.94.95
Vir. 49
Virgilius. 81.84.104
Virtus qd. 110. 114.45
Vis. 3
Vlciſcor paſſiue. 67
Vna mœnia. 6
Vnus & in plurali declinatur. ibid.
Voluntas. 76
Volux Bocchi filius. 112
Vrbs. 12
Vti. 9
Vtier. 62
Vtile. 51
Vtor. 2
Vtrum. 106
Vulgum. 92
Vultus. 13.22
ZAMA. 85
zeugma. 93

FINIS.



C. CRISPI SALVSTII IN HISTORIAM DE CONIVRATIONE CATILINÆ.

PROOEMIVM.

* alias, Dis,

OMNEIS homines, qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animantibus, ſumma openſi decet, ne uitã ſilentio tranſeant, ueluti pecora, quę natura prona, atque uẽtri obedientia finxit. Sed noſtra omnis uis in animo & corpore ſita eſt. Animi imperio, corporis ſeruitio magis utimur. Alterum nobis cum * Dijs, alterum cum belluis commune eſt. Quò mihi rectius eſſe uidetur ingenij, quàm uirium opibus gloriam quęrere, & quoniam uita ipſa, qua fruimur, breuis eſt, memoriam noſtri quammaxime longam efficere. Nam diuitiarum & formę gloria, fluxa atque fragilis eſt, uirtus clara æternaq́; habetur. Sed diu magnũ inter mortaleis certamen fuit, ui ne corporis, an uirtute animi res magis militaris procederet. Nam & priuſquam incipias conſulto, & ubi conſulueris, mature facto opus eſt. Ita utrũque per ſe indigens, alterum alterius auxilio eget. Igitur initio Reges (nam in terris nomen imperii id primũ fuit) diuerſi, pars ingenium, alii corpus exercebãt. Etiã tum uita hominũ ſine cupiditate agitabatur, ſua cuique ſatis placebãt. Poſtea uero quàm in Aſia Cyrus, in Græcia Lacedæmonii, & Athenienſes cœpere urbeis, atque nationes ſubigere, libidinem dominandi cauſam belli habere, maximam gloriam in maximo imperio putare, tum demum periculo atque negociis compertum eſt, in bello plurimum ingenium poſſe. Quod ſi regum, atque imperatorum animi uirtus, in pace ita, ut in bello ualeret, æquabilius, atq; conſtantius ſeſe res humanæ haberẽt, neq; aliud alio ferri, neque mutari, ac miſceri oĩa cerneres. Nam imperiũ facile his artibus retinetur, quibus initio partum eſt. Verum ubi pro labore deſidia, pro continẽtia & æquitate libido atq; ſuperbia inuaſere, fortuna ſimul cum moribus immutatur. Ita imperiũ ſemper ad optimum quenque à minus bono trãsfertur. Quæ homines arant, nauigant, ædificant, uirtuti omnia parent. Sed multi mortales dediti uentri, atque ſomno, indocti, incultique, uitam ſicuti peregrinantes tranſegere, quibus profecto contra naturam corpus uoluptati, anima oneri fuit. Eorum ego uitam, mortemq́; iuxta æſtimo, quoniã de utraque ſiletur. Verum enim uero is mihi uiuere demum, atque frui anima uidetur, qui aliquo negocio intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit. Sed in magna copia rerum, aliud alii natura iter oſtendit. Pulchrum eſt benefacere reip. etiam benedicere haud abſurdum eſt. uel pace, uel bello clarum fieri licet. & qui fecere, & qui facta aliorum ſcripſere, multi laudantur. Ac mihi quidem, tametſi haud quaquam par gloria ſequatur ſcriptorem, & auctorem rerum, tamen in primis arduum uidetur res geſtas ſcribere. primum, ꝙ facta dictis ſunt exęquãda, dehinc, quia pleriq; quæ delictã reprehenderis, maleuolentia, & inuidia dicta putant. Vbi de magna uirtute, atque gloria bonorum memores, quæ ſibi quiſque facilia factu putat, æquo animo accipit, ſupra ea, ueluti ficta pro falſis ducit. Sed ego adoleſcẽtulus initio, ſicuti plerique à ſtudio ad remp. latus ſum, ibiq́; mihi aduerſa multa fuere. Nam pro pudore, pro abſtinẽtia, pro uirtute, audacia, largitio, auaritia, uigebãt. Quæ tametſi animus aſpernabatur, inſolens malarum artium, tamen inter tanta uitia imbecilla ætas ambitione corrupta tenebatur. Ac me, cum ab reliquis malis moribus diſſentirem, nihilominus honoris cupido eadem, quæ cæteros fama, atque inuidia uexabat. Igitur ubi animus ex multis miſeriis, atque periculis requieuit, & mihi reliquam ætatem à rep. procul habendam decreui, non fuit conſilium ſocordia, atque deſidia bonum ocium conterere, neq; uero agrum colendo, aut uenando, ſeruilibus officiis intentum ætatem agere. Sed à quo incœpto ſtudioq́; me ambitio mala detinuerat eodem regreſſus, ſtatui res geſtas populi Rom. carptim, ut quæque memoria digna uidebantur, perſcribere, eo magis, ꝙ mihi à ſpe, metu, partibus reip. animus liber erat. Igitur de Catilinæ coniuratione, quàm ueriſsime potero, paucis abſoluam. Nam id facinus in primis ego memorabilem exiſtimo, ſceleris, atque periculi nouitate, de cuius hominis moribus pauca prius explananda ſunt, quam initium narrandi faciam.

LAVRENTII VALLAE IN C. CRISPI SALVSTII CATILINARIVM COMMENTARII.

OMNEIS homines) Patricia gente Criſpus Saluſtius Romæ natus, poſt remp. ciuili diſcordia concuſſam, cum nulla illius adminiſtrandę ratio bonis ſupereſſet amplius, ſe ad ſcribendi ocium contulit, in quo genere Quintiliani iudicio, qui eum Thucydidi in hiſtoria eminentiſſimo oppoluit, præcipuam inter eos, qui res Romanas literarũ monumentis tradidere, eſt laudem adeptus. Etenim, quo Thucydides eſt Herodoto maior, eiu ſecundæ tribuũtur partes, eo certe hic noſtro Liuio præſtantior, quẽ Herodoto ille comparat. Accedit & Martialis, urbaniſſimi poetæ carmẽ: Hic erit, ut perhibẽt doctorũ corda uirorũ, Primus Romana Criſpus in hiſtoria. quo haud dubie apparet doctorum hominũ iudicio Criſpum cęteris Romanarũ rerum ſcriptoribus prælatum. Quod ſi tantorum virorum teſtimonio primum in hiſtoria locũ obtinet, ſumma nos ope niti decet, ut præclara eius monumenta, ſi qua adhuc reſtãt, non tñ ipſi ſtudio condiſcamus, ſed ſi fieri etiam poſſit, quamplurimis noſtra induſtria omni ſint ex parte conſpicua, atque id ipſum hoc enixius præſtandum, ꝙ poſt tantam noſtrarum literarum iacturam, quantam Gothicis temporibus factam fuiſſe conſtat, pauciſſima quędam ueſba, ne fragmenta dicam ac illa ipſa

penè euaneſcentia ex locupletiſſima Criſpi ornatiſſimaq́. hiſtoria ad hæc tempora peruenire, & quod iniquus ferat aliquis, fuerunt hæc progymnaſmata quædam (vt Græco verbo vtar) caſtiſſimæ illius Mineruæ, quæ nobis reliqua cum temporis, tum hominum fecit iniuria. Nam quòd pleniſſimam Criſpus ſcripſerit hiſtoriam, quæ res Romanas non ſolum, ſed externarum etiam gentium ſit complexa abunde conſtat, verum à Catilinæ coniuratione, quaſi ingenij experientiam daturus, eum (vt videri poteſt) auſpicatũ fuiſſe, & ipſum operis proœmium haud dubie demonſtrat, cui ad ſtyli cõſummationem credibile eſt Iugurthæ bellũ ſubieciſſe. Sed quanti illa momenti fuerint, quæ prorſus interiere ex his, quæ hodie extant, facilis eſt coniectura. quippe cum nulla poſſit virtus in hiſtoria elucere, cum non in hac, vel illa meditatione facile recognoſcas, ſed quò eius ſunt virtutes altiores, minusq́. vulgo pro animæ, eò maiore nobis ſtudio, vt dixi, eſt nitendum, ne illæ noſtra, vel inertia, vel negligentia diutius in obſcuro ſint. Etenim quam cognitu ſint difficiles, vel ex eo poteſt intelligi, quòd non pauci, vt video in proœmij fronte hallucinati dant illi vitio quòd nefarium Catilinæ ſcelus ſcripturus, inde potiſſimum ſit exorſus, vt dixerit, animum corporis, & ingenium viribus præſtare, velut nihil magis ab eo, quod dicturus erat, alienum dici potuiſſet, ſed accurate omnia dixit, ac magis erudite, quàm verbis explicari poſſit. Redditurus nanque ſui conſilij rationem, quòd à reip. digreſſus ſe ad hiſtoriam ſcribendam contuliſſet, nulla potuit honeſtior cauſa demonſtrari, quam eo. ſe conſilio id feciſſe oſtenderet, vt ea parte corporis vteretur, quæ potiſſima in homine eſſet, nec ita multo poſt, non magis, ſe ratione quàm neceſſitate, vt id conſilij caperet, adduci oportuiſſe demõſtrat, quoniam ambitione maliſque artibus ciuitate corrupta, nullus videretur innocentiæ locus huic, qui ad eam capiendam accederet, relictus. Verum, quia præclara ingenia, aut domi conſulendo, ſuorumq́. facta illuſtrando, aut for. & remp. adminiſtrando patriæ videri poſſunt vtilia, ſublata optimatum adminiſtratione, omniq́. recte viuendi ratione mutata, merito vnum hoc ſcribendi officium, quod reliquum erat, quia & potuit & debuit non minori ingenio. quam pietate patriæ, ciuibusq́. ſuis optime de ea benemeritis præſtitit Criſpus. [Præſtare] Datiuo & accuſatiuo iungitur. vt præſto illi & præſto illum. [Præſtare.] Excellere. [Ceteris animantibus] .ſ. brutis animalibus. [Summa ope) Summa poſſibilitate, & viribus ſummis. nam opis ſignificat poſſibilitatem. Virgil. Æneid. lib. 1. Grates perſoluere dignas, Non opis eſt noſtræ Dido, .i. poſſibilitatis. [Veluti pecora] Quæ ſilentio vitam tranſeunt. [Prona]. i. procliua. [Obedientia ventri] Quia animalia ſuos appetitus ſequuntur & tantum præſens tempus conſiderant, non autem futurum, nec præteritum vident. vt Cic. 1. Offic. ait [Sed omnis noſtra] Quoniam igitur nos diſſimiles ceteris animantibus eſſe debemus, .i. videamus quibus in rebus occupati eſſe debeamus. Duæ autem res ſunt, quibus clari eſſe poſſumus. ſ. vel viribus ingenij, uel uiribus corporis, ſed uideamus utrum magis præponderet. [Noſtra uis] .ſ. humana. (Sita] Poſita. (In animo & corpore]. i. uiribus animi & corporis continetur. [Magis quàm ſeruitio] Animus quidem imperat, corpus autem ſeruit. [Alterum] Imperium animi. [Alterum] Videlicet ſeruitium corporis. [Dijs] Nam memoria, & intelligentia, & prouidentia diuinæ uirtutes ſunt & de uno quodam numine traditæ ſunt. [Commune cum belluis) Nam quemadmodum ſentiunt & appetunt belluæ, ita homines & appetere poſſunt, ſed homines & meminerunt, & intelligunt & ceteris prouident, quod animantibus protinus negatur. Ergo conſtat animum quidem cum dijs eſſe communem, corpus vero cum belluis cõmunitatem habere. [Quo mihi rectius] Ecce ipſe ſuam ponit ſententiam. [Quo mihi rectius] Cum igitur poſſumus magnam nobis gloriam comparare, aut corporis viribus aut ingenij, ſine dubio debemus ad gloriam inniti viribus animi potius, quàm corporis, & videtur mihi rectius. [Opibus] auxilijs. (Ingenij). ſ. viribus. [Qua fruimur) Non ſine ratione dixit qua fruimur, quia etiam ſi vita, qua vtimur, longa ſit, tamen vita, qua fruimur eſt breuis, quia vtimur rebus vſu, fruimur vero fructu, ſed in fructu dicitur eſſe, cum aliquid egregium facimus ergo ille vita fruitur, qui viuendo fructum ex vita capit, ille vero vita vtitur, qui viuit nec aliquid pulchrum facit, itaque vita, qua fruimur, breuis eſſe ſolet. Fruimur, cum aliquid dignum virtute efficimus, ex quo fructum capimus bene geſtæ rei. [Efficere longam) Si aliquid egregium facinus ſuſcipiamus, vt apud poſteros memoria noſtri porrigatur. [Nam diuitiarum) Et quia dubitare poſſet aliquis, quomodo memoria noſtri longa fieri poſſit, declarat ipſe dicens. [Fluxa] Labilis, & propterea non debent homines in his elaborare, nec gloriam quærere, in diuitijs inquit, & forma nihil diuturnum, ideo nihil immortale conſequi poſſunt atque perpetuum. [Virtus clara) Virtus autem clarum nomen efficere poteſt, ergo immortale. [Sed diu magnũ) Nunc aliam ponit dubitationem, dubitaſſe immortales, &c. [Certamen) Contentio. [Ne) pro an. [Viribus corporis]. ſ. nonnulli dicebant vires corporis victoriam comparare, alij dicebant ingenium victoriam facere. [Nam prius] Et reddit rationem, cur homines ita dubitauerint. Nam ſine conſilio factum nihil valet conſilium ſine facto multum prodeſſe poteſt, & cõſilium ad vires pertinet, & factum ad corpus. [Conſulto]. i. pro conſulere. Dicit. Seru. apud hiſtoricos, participium præteriti temporis pro infinito poni ſolere. [Facto] Ad corpus. [Conſulto] Ad conſilium. [Indigens [Non plenum eſt, nec conſilium ſine facto, ſequitur quòd alterum auxilio alterius indigeat. [Eget] conſilio alterius] Et quia factum, conſilium, & conſilium factũ deſiderat, nec alterum ſine altero eſſe poteſt. (Igitur initio] Superius vidimus, quomodo dixerat magnam contentionem inter homines fuiſſe. Verum res militaris magis ne augeatur viribus corporis, an virtute animi] Et concludit vtrumque per ſe imperfectum eſſe. [Alterum alterius auxilio indiget] Nunc dicit quid ex ea re ſecutum fuerit. [Nam dicit homines certaſſe viribus corporis; & virtute animi gloriam comparaſſe, idẽ in primis temporibus alij corpus, alij ingenium exercebant [Igitur] Quia dubitabatur plus ne valeret res militaris, ideo in primis tẽporibus alij corpus, alij ingenium exercebant. [Igitur] Quia dubitabatur, quamobrem dicit reges. [Nam in terris] Et eſt parentheſis. i. interpoſitio. [Primum nomen imperij] Quia primo omnes qui imperabant, Reges appellabantur, Sed poſtea appellati ſunt Principes, Satrapæ, Conſules, Imperatores, & Tribuni. [Imperij] Dominationis. [Primum fuit] Quia reges omnes appellabantur. [Diuerſi] Pulchra prolepſis, reges diuerſi eſt totum pars, & alij ſunt partes &c. [Diuerſi]. i. varia opinione. [Et iam tum] Eo quoque tempore quo reges appellabantur omnes, qui imperitabant. i. illis etiam temporibus nondum libido animos hominum inuaſerat cupiditate regnandi, qua ſatiari mortales non poſſunt [Cupiditate] ſ. regnandi, vel rerum alienarum. [Agitabatur] Exercebatur, ducebatur. [Sua cuique ſatis placebant]. i. ſuis quiſque contentus erat, nec aliena appetebat. [Poſt ea vero) Qui primo quidem, cum nuſquam gentes bella gererent, certabat homines vtrum ingenium plus valeret viribus corporis, ſed poſtquam bella florere cœperant in Græcia & Aſia, tũ vero expertum, & experientia magiſtra cognitum eſt, vires animi præſtare corporis viribus. [Vero] Pro ſed. [Vrbes & nationes ſubigere] Eſt alia prolepſis. [Cœpere] ſ. homines Cyrus in Aſia &c. [Subigere] Vincere, & expugnare. [Nationes] Gentes. [Libidinem dominandi cauſam belli habere] Ita quòd nulla alia cauſa eſſet belli, niſi quòd regnare cupiebant, quia etiam ſi nulla intercedente iniuria, libido dominandi homines ad bellum incitabat. [Libidinem] Cupiditatem. [Maximam gloriam in maximo imperio) Videlicet, ſi quis maximum imperium haberet, hic apud omnes glorioſiſſimus eſſet, & clarus. [Tum demum) Tum denique. [Periculo] Belli]. ſ. [Negocij] i. rerum gerendarum. [Compertum eſt] Inuentum, & exploratũ eſt. [Quod ſi regnum] Si inquit ea modeſtia eſſent reges, atque imperatores in pace, quia ſunt in bello, res iuſtiores eſſent, & propterea firmiores, ſed cum in bello continentes, parci inediæ, ſitis frigoris, atque caloris. & omnis denique laboris patientiſſimi ſunt, poſtquam trãquillis iam rebus in pace viuere incipiunt, molliores, ac effœminatiores, prodigi, ac impatientiſſimi efficiuntur, hinc eſt quòd mutatis moribus, regna etiam mutantur. Hinc eſt illud Valerij lib. 7. Appiũ Claudium crebro ſolitum dicere accepimus, negocium populo Rom. melius quam ocium committi, non quòd ignoraret, quam iocundus tranquillitatis ſtatus eſſet, ſed quòd animaduerteret præpotentia imperia, agitatione rerum, ac virtutem capeſſendam excitari, nimia quiete in deſidiam reſolui, & ſanè negocium nomine horrendum ciuitatis noſtræ mores in ſuo ſtatu continuit, blandæ appellationis quies plurimis vitijs reſperſit. [Virtus animi] Imperatorum ac regum .i. virtus animi, quam reges & imperatores habent in bello. [Valeret] Valida, & firma eſſet. [Aequabilius] Iuſtius. [Conſtantius] Firmius, & validius, & ſtabilius. Vnum ſequitur ex reliquis nam quia iuſtiora eſſent humana, ideo eſſent firmiora. [Humanæ] Hominum. [Haberent) Se regerent. [Neque cerneres]. i. non videres. [Aliud alio ferri]. i. non videres modo in hunc locum, modo in illum transferri Imperium. [Neque mutari, ac miſceri] Non videres mutationem, atq; diſiunctionem, omniũ

rerum

rerum fieri.[Miſceri]Confundit.[Nam imperium]Quamobrē nno mutarentur imperia, quia &c.[His artibus]Non moderatis artibus,vt ſunt labor, continentia, æquitas &c.[Quibus artibus]Quia honeſtis, modeſtiſq́ artibus paratur Imperium [Artibus] Moribus . Nam artes in plurali numero pro moribus ſæpe ponuntur. [Initio] .i.in principio.[Partum]Adeptum , acquiſitum .[Verum vbi pro labore]Tantam vocabulorum proprietatem hic Sal ponit , vt nullus ſcriptor alius melius ponere virtute,nec poſſit facile cognoſci quid ſit deſidia,qd libido &c. [Labore] Hoc loco opponitur deſidiæ , ergo labor & deſidia ſibi contraria ſunt. [Pro continentia & æquitate, libido atque ſuperbia]Hoc loco opponit libidinem continentiæ & æquitati Superbia]Ergo proculdubio cognoſcitur quid ſit libido, quod continentia, quid æquitas, & quid ſuperbia.[Pro labore] Belli. [Deſidia) Pacis . [Pro labore]Metus,atque periculorum .[ſuperbia]Licentiæ eſt.Licentia in pace generat ſuperbiam principibus,vt quiſque faciat pro libidine,quod voluerit . [Pro labore deſidia]Poſtquam in locum laboris deſidia, in locum continētiæ libido inceſſerant . [Inuaſere]Inceſſere , [Fortuna ſimul] Fortuna regnandi . Nam qui pro ambobus moribus & labore regnum ceperant,poſtea deſides facti regnum amittunt , & hæc eſt cauſa mutationis.[Ita imperium]Amittitur imperium,& ad aliam meliorem ſeipſo transfertur. ſ.imperium.[Virtuti omnia parēt].i.virtuti omnia ſubiecta ſunt.[Quæ homines arant,&c.] .i.virtus dominatur terræ, dominatur & mari. [Quæ homines arant,ædificant].i.terra. [Nauigant]Maria. Nihil aliud voluit dicere,niſi virtutem omnibus rebus dominari . [Sed multi mortales]Superius vidiſtis, quomodo Sal.dicebat imperium ſemper à minus bono ad quouſque optimos transferri , & ob eam rem pleruniq; mutari regna, nec in eodem ſtatu permanere, & cum bonis artibus comparatum ſit regnum, ideo eiſdem manere perpetuum, ſi vero mutatæ fuerint,Imperium facile amitti , nunc dicit,quamuis omnia virtuti ſubiecta ſint, tamen multos homines eſſe,qui contempta virtute,ſe ocio,& voluptati dederūt &c. Sed,aduerſatiua eſt,aduerſatur hoc modo, quod dixi,omnia virtuti ſubiecta ſint , ſed &c.[Multi mortales]Multi homines. [Dediti ventri atque ſomno].i.qui omnes ſuas curas in cibo,& ſomno poſuerunt.Nam hi ventri dediti dicuntur eſſe, qui ſuos omnes appetitus ſequuntur, vel edendi, vel bibendi,vel alterius voluptatis comparandæ.[Indocti]Sine aliqua bona arte . Inculti].i.ſine exercitatione,non exercitati,[Indocti]Ad animū, inculti ad corpus transferre potes , quia animum, nec corpus ad aliquod exercuerunt. [Peregrinantes] Sicut homines incogniti. Nam quemadmodum peregrini ignoti ſunt,ita & hi q. vētri indulgent & ſomno,incogniti efficiuntur. Nam peregrinantes dicuntur,qui in alienis ciuitatibus verſantur,& quia in alienis,ideo ignoti,& quia ignoti.ideo obſcuri.Et ita homines,qui tantū voluptatibus dediti ſunt, in obſcuritate perpetua manent & obſcuram, ignotamque vitam conſequantur,ſicuti peregrinātium nomen ignotum , & obſcurum eſt [Cōtra naturam]Quia ſuperius dixit,animi imperio,corporis ſeruitio magis vtimur,ergo iſti mutata natura rerum, non committunt,vt animus corpori imperitaret, ſed ipſi corpori obediunt. [Corpus voluptati] Non animo ſeruit [Anima fuit oneri,]Quia animam, quaſi ſeruam habuere. i.fecerunt animam corpori ſeruire. [Iuxta]Similiter.[Vitam,mortem].i.tanti precij vitam eorum exiſtimo,quāti mortem,ſed mortem nullius precij exiſtimo,ergo nec vitam alicuius precij facio.Quoniam de vtraque ,]Et reddit cauſam.i. tam viui quàm mortui in perpetuo ſilentio permanent . [Vero enimuero,)Pro ſed. Eſt enim coniunctio expletiua , & ornatus cauſa ponitur, valet autem tantum quantum. Sed quaſi dicat,huiuſmodi homines omittamus, qui voluptatibus dediti ſunt , ſed ad hos veniamus,qui egregium aliquod gerunt.Hi demum probandi ſunt, quos aut corpore,aut ani egregium quid facere delectat.[Præclari facinoris]Quantum ad corpus.i.alicuius egregij facti,quod corpore geratur.[Bonæ artis]Scientiæ & eruditionis. Vnum ad res geſtas,alterum ad eruditionis ſcientiam referas [Sed in magna copia rerum &c.]Sed cum multæ ſint res,quibus homines ſibi laudem poſſunt comparare , aut virtute corporis, aut virtute animi,ſibi gloriam quærere debent . Sunt nonnulli, qui valent viribus corporis, alij animi virtute. Ergo qui valent corporis viribus,egregium gerant facinus, qui vero viribus animi præſtant,hi ſcientiæ indulgeant,atque optimis artibus ſe dedant,[Copia]Multitudine.[Benefacere reip.]Ecce quantum ad res geſtas. [Benedicere]Quantum ad bonas artes,quia de aliqua re ſcribere, quam aliquis geſſerit,laudabile eſt atque probatum. [Abſurdum,]Incōueniens . [Vel pace].i.vel benedicendo, [Vel bello)Benefaciendo.[Fecere]In bello.[Scripſere]In pace . [At mihi quidem]Nunc captat beneuolentiam ab incōmodis ſuis. Nam,vt Cic.à noſtra perſonas beneuolentiam colligimus, ſi noſtra incommoda proferemus Incommodum ſuum exponit,cum dicit,ſe ſcriptorem,quàm magnū laborem ſuſcipere, parum autem gloriæ conſequi , eo quòd &c.[Sequatur ſcriptorem & auctorem]Quia plus gloriæ conſequitur, qui faciunt res , quam qui ſcripſerunt eaſdem. [Arduū)Difficile. [In primis,]Ante omnia [Facta dictis].i.tam illuſtri oratione res ſcribendæ ſint, quā illuſtres fuerunt.Nam ſi res fuerunt illuſtres, & illuſtri & præclara oratione erunt notandæ.i. pro qualitate rerum verba ſunt accommodanda.] Deinde quòd]Duas alias incommoditates exponit , quæ ſcriptori accidant. nam &c laudant vel reprehendunt &c.[Vbi]Pro poſtq̄ vel qn̄.[Supra ea] Supra ea,quę facilia facta putat.[Ficta]Simulata [Pro falſis]Loco falſitatis falſa exiſtimant nonnulli,cum plus laudaueris,quam ipſe ſe facere poſſe exiſtimet.[Sed ego adoleſcentulus]Vide quemadmodum per inductionem ad id peruenit Sal.quod intenderat.ſ.q omiſſa reip. adminiſtratione recte ſe ad ſcribendam contulerat. Primum quidem dixit apud mortales contentionem fuiſſe,vtrum res militaris magis procederet viribus corporis, an virtute animi. Deinde cum belli geri cœpiſſent, cognitum eſt vires ingenio præſtare, poſtea vero duobus modis homines claros fieri poſſe , videlicet in bene gerenda reip.vel benedicendo quæ geſta ſunt .[Deinde oſtendit difficile eſſe benedicere, eo quòd ſcriptores aut inuidia & maleuolentia damnari ſolent , aut falſitate . Nunc ergo redit ad ſeipſum dicens,quanquam difficillimam ſit res geſtas ſcribere, ſtatui tamen benedicendo reip. prodeſſe,& eo clarum fieri. [Adoleſcentulus] Admodum adoleſcens , adhuc teneræ ætatis. [Initio].i.in principio.[A ſtudio literarum)Quia vſque ad quartum decimum annum literis operam dabāt,& miráda eſt induſtria Rom.adoleſcentum , qui antequam ad decimumquintum annum peruenirent . omnia bonarum artium ſtudia percurrebant,tantum ſtudij ac diligentiæ adhibebant.[Plerique].ſ.adoleſcentes ſunt delati. [Ibi] ſ.in rep.Multa fuerūt aduerſa &c.[Pro pudore &c.]Ecce quam diligenter vocabulorum proprietatem ſeruat Saluſt.vt legentibus multum prodeſſe videatur,ſi proprietate verborum inſpicere voluerint , nam ſingula ſingulis opponenda ſunt. Nam audacia opponitur pudori , largitio opponitur abſtinentiæ , & non ſine cauſa auaritia oppoſita eſt virtuti, nam qui auarus eſt, nullam vnquam virtutem conſequitur. [Auaritia] Pro virtute . Virtus eſt generale nomen ad omnes virtutes.ergo pro virtute , liberalitate . [Vigebant]Florebant, & erant in vigore .[Quæ]Vitia ..[Aſpernabatur] Remouebat , & alienus erat.[Inſolens malarum artium]Inſuetus , non ſolent,& eſt conſtructio, qua vtimur, ſicut dicimus,amans virtutis, & inſolens malarum artium. [Tamen inter tanta vitia] Excuſat ſe Sal.hoc modo duobus modis, primo cū tanta eſſent mala, quibus occupata,& corrupta reſp.eſſet, ne me quoque poteram ſeruare,Præterea iuuenilis ætas erat & imbecilla, vt facile corrumpi poſſet malis artibus : Nam iuuenes procliuiores ſunt in vitia,quàm viri,aut ſenes.[Tametſi]Quamuis eſſet inſolens malarum artium . [Tanta vitia]Quibus occupata erat ciuitas.[Corrupta ambitione] Quia ego quoque mihi quærebam honores,quemadmodum cęteri.[Meum]Duæ partes ſunt.Reliquis malis mori]Videlicet ab auaritia,largitione,ab audacia. [Honoris cupido]Ordo eſt,Eandem cupiditas honoris, quæ vexabat,cęteros,fama,inuidia,vexabat me.[Famam] Propter fama quia fama mea inuidia ſæpe laborauit. [Inuidia] Quæ quærebā mihi famam , odium , & inuidiam , populi fugiebam , vt ſuffragijs eius poſſem ad hunc honorem peruenire, quam ego quærebam.[Igitur vbi animus]Quando quidē videbam tot vitijs rēp. eſſe corruptum.[Vbi]Poſtquam.[Animus requieuit].i.poſtquā animus liberatus eſt his miſerijs, quas in reip.adminiſtratione ferebam,quia ego ambiendo,me ſubijciebam populo,vt eius beneuolētiam captarem, & inde mihi ſuffragium præſtaret.Et bene miſerijs dixit,quia nihil miſerius eſt cupiditate honoris,infimos quoſque precibus rogare.]Non fuit conſilium] Non cepi hoc conſilium.[Secordia] ſ.animi.[Deſidia].ſ.corporis.Nam ſecordia eſt inertia animi,deſidia eſt inertia corporis.[Cōterere,] Conſumere. [Seruilibus officijs]quæ ſunt illa ſeruilia officia. ſ. colendo agrum & venando.Et qui venari officium dicūtur eſſe liberale,magnopere falluntur . Nam officiū appellatur à Sal.&c. [Sed à quo incepto]cum ne prius reip:adminiſtratio à ſtudio remouerit, nunc ita reip corruptio me ad ſtudium regredi coegit [Eodem]ad idem ſtudium.[Regreſſus] Cum redijſſem.[Ambitio detinuerat] Quia ambitione detentus eram. [Ambitio]cu-

pidiras honoris. Ambire proprie eſt illud, quod vulgo dicitur practicare, inde ambitio.i.practica honoris. [Carptim] Membratim non perpetuam hiſtoriam ſcribere, ſed membratim. Nolui] inquit ab Vrbe condita hiſtoriam ſumere, & perpetuam ſcribere hiſtoriam, ſed eam tantummodo excerpere, quæ mihi memoratu digna, viderentur. [Eo magis] Ideo magis, uel tanto magis ſtatui facere hoc. [A ſpe] Non ſperabam honores. [Metu] Non timebam ignominiam. [Spe] Honorum. [Metu] Ignominiæ, quia animus meus liber erat, & nulla ægritudine afficiebatur. [Spe, & metu,] Appoſitiue, [Partibus reip.] Vel in partibus reip.ſ. ſpe & metu. nam ſpe & metu continetur omnis reſp. uel quia, nec huic, nec illi factioni fauebam. [Igitur] Quando quidem. Exponit cauſas, quibus adductus ſe à rep. ad ſtudium literarum contulerit, incipiam inquit Catilinæ ſeditiones præſcribere. [Abſoluam paucis] Hiſtoriam Catilinæ perficiam paucis verbis & attentionem captat ab auditoribus, quia dicit breuiter hiſtoriam Catilinæ eſſe peracturum, & ẽt, quia dicit ſe de re magna, & ingenti dicturũ, exponit ẽt quibus de rebus dicturus ſit. [Nouitate] Magnitudine, nam nouus dr̃ magnus, inde nouitas.i.magnitudo. [Pauca explananda] Pauca prius explanãda ſunt quæ pertinent ad uitam eius. Initium narrandi, priuſquam incipiam narrare hiſtoriam eius. [Explananda] Declaranda.

BARTHOLOMAEI MARIANI IN C. CRISPI Saluſtij de coniuratione Catilinæ, Commentaria.

QVANTAM in Hiſt. aſſecutus fuerit laudẽ Saluſtius Auguſtinus in lib. de Ciuit. dei demõſtrat uerbis, Sal. nobilitate veritatis inſignis hiſtoricus. De huius uita multi alij. Propterea illotis manibus illam intactam finã, & ad alia me accingam. Hiſtoricus in hiſtoriarum compoſitione, hæc debet ſeruare, Ordinem temporum ſ. quo tpe illa quæ literis mandat, facta fuerint, locorum deſcriptionem, conſilia.i.actus, & euentus.i. quo conſilio faciat, contrarium.i.caſus & temeritatem, & ſingularum perſonarum deſcriptiones, præterea ut ſit compoſitio lenis, & fuſa, quæ oſtendat ſe, & quæ non habeat aculeos i.ſuſpiciones. Similiter ut ſit celeritas intelligendi. & uarietate figurarũ diſtincta, & modo ad altiorem dicendi materiam, modo ad mediocrem tendat, prout res & perſonæ requirent, quæ oĩa obſeruaſſe. Sal. nemo veretur, ut etiam mediocriter literatus in ipſo opere percipere poteſt. [Omnis hoĩes præſtare].i.ante ire iungitur ẽt genitiuo, ô præſtans animi iuuenis. Cum datiuo, Diis imortales homo homini quid præſtat? Ter. in Eunucho [Silentio] i.ingloriam, inhonoratam. Ait Auguſtinus, Romani ardentiſſime gloriam adamarunt, propter hanc uiuere & mori non dubitarunt. Vnde dicet Sal. Diuitias mediocres gloriam ingentem malebant. [Prona].i.curua & flexa in terram. [Ventri obedientia] Pro obaudiẽcia legit Priſc. minor lib. vlt i. ſequentia appetitum. [Imperio animi] Quia, ut ait Ariſtoteles, corpus ex ſe non agit, ſed quod agit, id ita imperante animo. Nam ſine animo nulla eſt actio, ſed potentia in corpore, uidendi, audiẽdi, guſtandi, palpãdi ſunt operationes animi, nec cauſatur ab ipſis inſtrumentis. Itaque acies non oculo ſed animo impellitur, ut de baculo qui percutit nõ ipſi baculo ſed ei qui utitur, attribuitur cauſa, nam inſtrumẽtum illud de neceſſitate agit, nec poteſt non agere, unde operatio non inſtrumenti ſed animi eſt, ut in Proplematibus ait Ariſt. [Animi] quia quidquid agit corpus, impellente aĩo agit, qui diuini eſt particeps. [Fruitur] Auguſtinus ait frui ea re, eſt, quæ propter ſeipſam expetitur, & delectat. uti temporalibus. [Efficere] ſ. videtur rectius. [Breuis eſt,] Vnde oratius, Vitæ ſumma breuis ſpẽ nos uetat inchoare longam. Et Franciſcus Petrarcha, Vita breuis tempus inſtabile furtim nullo pedum ſtrepitu inter ſomnum & focos effluit, ſæpe nec cogitantibus finis adeſt. Nã diuitiarum, Plut. in uita Euagore, Et nos uiros magnanimos honoriſque cupidos non ſolum laudes ſuas pulchritudini & diuitijs anteponere, ſed pro uita honeſtam mortẽ optare reperimus, maiuſq́ue ſtudium de ſua gloria quàm de uita habere, denique omni cura atque diligentia eniti, ut eorum immortalem memoriam derelinquant. Inferius dicet Saluſt. laudis auidi. [Nam diuitiarum] Valerius Max. lib. vj. cap. vltimo. Caduca nimium & fragilia, puerilibuſque conſentanea crepundijs ſunt iſta, quæ uires atque opes humanæ vocantur, effluunt ſubito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt, ſed incertiſſimo ſtatu fortunæ, huc atque illuc acta, quos ſublime extulerunt, improuiſo recurſu deſtitutos, in profundum cladium miſerabiliter immergunt. Itaque non debent exiſtimari, neque dici bona, quæ inflictorum malorum amaritudinem deſidero ſui duplicãt. [Fluxa].i.fugitiua, declinat uelut umbra. Franc. Petrarcha, Atqui cunctis qualitatibus quæ mortali cum corpore fugiunt, nulla velocior quam forma, quem mox ut amenum floſculum oſtenderit, ipſos inter oculos mirantium atque laudantium euaneſcit, breuis hunc pruina percuſſerit, nris hunc aura decuſſerit &c. [Clara].i. honorata. [Aeterna] quia uiuenti & mortuo firma eſt poſſeſſio. [procederet].i.ſuccederet. [Conſulto].i. Conſulere. [Facto] .i.facere, ſic legit Priſcianus minor. Plutar. in Annibalis uita, Quocirca ſapientes uiros & optimos rerump. gubernatores finem magis in rebus humanis quàm initium ſpectari, & priuſquã ad arma bellaq; prorumpãt, experiri omnia conſilio decet. [Virtute animi].i.conſilio & rei militaris ſcientia. [Facto].i.actione. [Mature].i.cito priuſquam hoſtes procipiant conſilia tua. Vnde imperator, quod fieri debet tractato cũ multis, unde audieris, cum pauciſſimis ac potius ipſe tecum [Cyrus in Aſia] Lege Iuſtinum lib. i. [Conſtantius] Quia non mutarentur regna. [Ferri alio] .i.nec regnum de gente in gentem transferetur. Vnde Satelles in Atreo apud Sen. ſic loquitur, Vbi non pudor, nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides, inſtabile regnũ, hæc non ſeruare reges in pace, notum eſt, propterea regnum quod bonis operibus aſſecuti fuerant, illis mutatis in malis, una etiam mutatur regnum. Ideo ait Cic. regem ferre oportere in æſtate plus ſolis, in hyeme plus frigoris, in elaborando plus laboris. [Inuaſere] ſ.reges. [Ita imperium ab optimo] Quia animus bonus facile mutatur cum fortuna.i. ſuperueniente aliquo magiſtratu. [Ea] ſ.quæ homines &c. [Paret].i.qua in omnibus præſtat ipſa uirtus. [Indocti].i.ſcientes rerum. [Peregrinantes] Quia per multas trãſerunt urbes, nec cognoſcũtur. [Cõtra naturam] Quæ uoluptate animi, quàm corporis magis gaudet. Ordo, quibus profuit corpus, fuit uoluptati, & anima fuit oneri contra naturam. [Eorum] .i.talium. [Aeſtimo].i.iudicio, aliqui, exiſtimo legunt. [Dediti uentri] Ait Tullius, Turpe eſt illis qui ſeipſos teterrima culina ſepeliunt. Et Hil. Nihil eſt quod tam ſepeliat mentẽ, quàm crapula. [Somno] Plin. ait, Horis quibus dormimus, uiuere non dicimur. [Frui anima] .i.delectari uita ſua. [Et qui fecere] Plin. in epiſt. ſcribens ad Capitonem, hanc tangit ſententiam lib. 5. [Fecere] ſ. aliquid præclarum. [At mihi quidem] Ordo eſt, At quidem tamen uidetur mihi in primis.i.ante omnia arduũ ſcribere res geſtas, tametſi par gloriæ haud quaquam ſequatur ſe, &c A nonnullis mordetur hoc in loco Sal. ſed tuetur à Gellio lib. 4. cap. 15. [Par gloriæ] Senſus eſt, Quamuis parua laus ſit illi qui aliorum geſta ſcribit, tamen multum laboris impenditur. [Exæquanda] .i.ornanda, prout res erit uel magna uel parua. [Memores].i.ſcribas. [Ducit] Putat. [Facta].i.inuenta. [Adoleſcentulus] .i.agens quartumdecimum annum. [Sũ delatus] Non ſponte à rep. diſceſſit ſed coactus, propter ſuos malos mores. [Auaritia] .i.rapacitas. [Aſpernabatur] adeſt illorum uitia dedignabatur. [Inſolens] .i.inexpertus. [Vexabat] .i. urgebat. [Requieuit].i.quietum ſe recepit. [Procul habendam à rep decreui] Non ſponte ſed coactus à rep. remouit ſe [Bonum ocium] Sen. Ocium ſine literis mors eſt, & ſepultura. [Secordia] Quaſi ſeorſum à corde dicitur, quia nihil altum nec egregium cogitat. [Carptim] i.breuiter. [Metu] .i.malorum futurorum. [Metus eſt opinio mali impendentis. Timor eſt metus mali appropinquantis, Aegritudo opinio eſt mali præſens, ut Cicero in Tuſc definit. [Partibus reip.] quia ſe uexaretur, ſiue gauderet & præclara ageret animus meus, ab his erat liber, Docilitatem captat, cum dicat rem eſſe memorabilem, quia alias non fuit maius periculum in urbe Rom.

IN C. CRISPI SALVSTII DE CONIVRATIONE Catilinæ, Caſtigationum liber primus.

OMNIS homines, qui ſtudent ſeſe præſtare ceteris animantibus] In manuſcriptis alijsq; uetuſtis [eſt ordo uerborum immutatus. Qui ſeſe ſtudent præſtare, pro, qui dant operam, ut præſtent ipſi & antecellant. Id lenius & aſperum minus eſſe uidetur, nec aliter à ueteribus citatur, uelut Priſc. lib. 7. quo loco de accuſatiuo tertiæ declinationis agit. Vbi & Omnis hic legẽdum eſſe docet, pro, oẽs. Terentianus diphthongo ei ſcribi uult in plurali cum hoc, cum ſimilia nomina, quõ ferè & in uetuſtis inſcriptionibus reperitur. Iam quod ad loquendi rationem attinet, norit lector & Cic. eodem modo locutum. nam 2. Officiorũ, Gratũ ſe uideri ſtudet, inquit, & in Eunuchi prologo Terẽtius. Qui placere ſe ſtudeat bonis quã plurimis,

Vbi

Vbi interim miror, quid ſibi quidam velint, qui & omiſſo accuſatiuo Se, verſum conſtare arbitretur, id quod ſecus habet, & ab imitatore quopiam pronomen adſcriptum putẽt, quod hoc modo Sal. Catilinæ hiſtoriam ordiatur. Quaſi vero non eodem modo ſit, ita vti oſtendimus, & Cicero ipſe locutus. Sed & alias Terent. haud diſſimili modo loquitur, veluti in Eunucho, Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volũt. Eodem modo 2. Tuſculana Cicero, Eſt enim quoddam genus eorum qui ſe philoſophos appellari volunt, pro, quia appellari philoſophi volunt, nam ſic vſitatius dicitur. Terent in Andria, Vxorem decrerat dare ſeſe mihi hodie. Et, quæ ſeſe inhoneſte optauit parare hic diuitias potius, quam in patria honeſte pauper viuere. vbi etiam pronomine ſeſe omiſſo, tamen ſenſus conſtat, quomodo & in illo Liuij. 2. Decadis tertiæ, Qui ſe bene mori, quam turpiter viuere maluit. [Ne vitam ſilentio tranſeant] Ita ferè & impreſſa calamo deſcripta exemplaria, nec male, vt opinor. Verum in manuſcripto quondam reperi, tranſigant. vt in Bernaldino quoque, licet eodem ſenſu, pro traducant. [Sed omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt] Exemplaria manuſcripta, Sed noſtra omnis vis. Quomodo & Seruius in Georgica Virgilij citat. Quæ quia & mollior & ſuauior, atque adeo verior ſincerior'q́. lectio ſit, dubitari minime debet. Conſule aurium iudicium, ac ſtatim ſenties, quam & duriter aſpere concurrant, omnis, no, in illo Omnis noſtra. Quanto vero numeroſius eſt, quanto aptius ſonat, ſi verborum ordinem immutes, noſtra omnis vis. vel [vt in Marſeburgenſi quõdam eſt] noſtra vis omnis, nam ſic ibi reperi. Ac ne hoc, tanquam leue quid, nec vllius momenti contemnas, non dubitat Cicero inuerſione interdum penè poetica vti ad effugiendum aſperiũ eſt cõcurſum literarum. Veluti cum ait, Q. Mutius augur Scæuola. Nam illud alterum, Q. Mutius Scæuola augur, cum propter ſibilum, quem literam efficere ſentimus S, in altera voce extremam, in altera primum, tum ob vaſtũ & inamœnum hiatum vocalium concurrentium, paulo durius et atque inſuauius videbatur, ita vt erat. Ergo ſi naturalem ordinem Cicero propter Euphoniam & meũdoris ſonitus gratiam inuertere non dubitauit, apparet nimirum quanti referat, qua quis in ordine arbitrario verborum collocatione ferreq́. vtatur. Quod eo dico, ne quis hanc rem, ceu penà friuolam ac nullius ponderis, contemnendam eſſe ducat, quanquam, ne quid diſſimulem, in exemplari quodam manuſcripto, nõ eſt additum hoc loco Scæuola. [Nam diuitiarum & formæ gloria, fluxa ac fragilis eſt, virtus clara æternaq́. habetur] In Fabriciano volumine, τὸ Eſt, non repetitur. Quod niſi incuria eſt librarij omiſſum, tũc, Habetur, eſt ad priora quoque referendum. [Quòd ſi regum atque imperatorum animi virtus, in pace ita vt bello valeret] Legẽdum, ita vti bello valeret. Id cum ſuauius eſt, tum Saluſtianũ magis. Etenim ferè ſemper apud hunc auctorem inuenias, ſicuti potius quam ſicut, vti, quam vt, veluti, quam velut. Ipſe quidem certe haud temere vnquam ſecus in vetuſtis codicibus reperi, licet excuſſi typis varient. Sic apud illos antiquiſſimos, quos libenter Saluſtius facit, vt imitetur, ferè ſemper vti reperias velut apud Catonem de Re ruſtica. atque alios quorum fragmenta quædam ſuperſunt. vnde id conijcere licet. [Ita imperium ſemper ab optimo quoque ad minus bonum transfertur] In manuſcriptis omnibus eſt, ad optimum quenque ab minus bono transfertur. quomodo & ſenſus ipſe expoſcere mihi videtur, nam fortunam dicit ſimul cum moribus immutari, oſtendens videlicet, imperia alio transferri propter vitia regnantium. Nec ſecus interpres, quiſquis is fuit, legiſſe atque intellexiſſe hunc locum videtur. [Vitam ſicuti peregrinantes tranſegere] Ita quidem Gymnicus, Sed alij Tranſiere, quomodo & exemplaria duo manuſcripta habent, & Non. Marcellus citat, licet aliter in Terẽtius Donatus, ſi modo ibi non ſunt mendoſi codices. Aliter item duo ex manuſcriptis. [Verum enimuero is mihi viuere demum, atque frui anima videtur] Quãto rectius in vetuſtis, is demum mihi viuere, quomodo & Priſcianus ſemel atque iterũ citat. Sic in Adelphis Terent. Verum enimuero id demum iuuat, ſi quem &c. [Et qui fecere, & qui facta aliorum ſcripſere, multi laudabantur] Legendum è manuſcriptis & alijs vetuſtis, laudantur, tempore præſenti. [Mox, Ac mihi quidem, tametſi haud quaquam par gloria ſequatur ſcriptorem, & auctor rerum, tamen in primis arduum videtur res geſtas ſcribere] Codex Fabricianus auctorem rerum habet. Quamuis autem actor pro eo interdum ponitur, qui res geſſit, velut de Orat. Verum efficeret oratorem verborum, actoremq́ rerum. Item pro Seſtio, Cuio dux & auctor, & actor rerum illarum fuit, tamen prior lectio, ſicuti mihi, quidem videtur eſt multo verior, ac ſic quoque Gellius citat. [Primum q̃ facta dicta exæquanda ſunt] Legendum, q̃ facta dictis, quomodo codices habent in pergamenis deſcripti. Nam æqua re hic pro aſſequi ponitur. Oſtendit autem, ad rationem & conditionem rerum ſic accomodandam eſſe orationem, vt magnitudinem rerum oratio ipſa conſequatur hoc eſt, vt ſit rebus ipſis par atque æqualis oratio. Contra, Liuius 2. belli Pun. 2. Neque aggrediar narrare, inquit, quæ differendo minora vero faciam, pro, quæ non exæquo dictis. Eſt & in quibuſdam, exequenda ſint, ſed perperã niſi fallor. [Affinitas vocum, anſam errori præbuit] Iam lectionem quæ in manuſcriptis eſt, veriorem eſſe, colligi è T. Liuio poteſt, is enim 6. ab V.C. Cum ea quoque, inquit, quæ bello geſta eſſent, pro faſtigio rerum orationem etiam magnifica, facta dictis æquando memoraſſet. & quæ ſequuntur. [Supra ea veluti ficta, pro falſis ducit] In Gelliana citatione pronomẽ Ea, eſt omiſſum, id quod conuenire videtur breuitati Saluſtianę. Sed nec in manuſcripto meo additur, licet in alijs ſit, Irrepſit, ex gloſſa inſulſi & inepti literatoris, Sic infra in oratione Cæſaris, vltra ſi exſu expreſſo poſuit, Eam cuncta mortalium mala diſſoluere, vltra, neque curæ, neque gaudio locum eſſe. [Ac me, cum ab reliquis malis moribus diſſentirem] Eſt in manuſcriptis, ab reliquorum malis moribus, quam lectionem ſequentia illa non ſana reſpuunt. nihilominus honoris cupido eadem, quæ ceteros fama atque inuidia vexabat. Mecum facit codex Badianus, quamuis aliter Aldinus. Merſeburgenſis quidem, ab reliquis malis moribus. verum in ſpatio quod verſus dirimit, erat reliquorum. [De cuius moribus pauca prius explananda ſunt] Legendum, de cuius hominis moribus.

IODOCI BADII ASCENSII, IN C. CRISPI *Saluſtij de coniuratione Catilinæ, commentaria.*

OMNEIS homines &c.] Quoniam auctoris huius vitam, & in hiſtoria ſcribenda peritiam, ceteraq́. in initijs operum diſcuti ſolita pro ingeniolo noſtro iam diſcuſſimus, reliqua eſt duntaxat dilucida operis ipſius explanatio, quam (ſi modo ſpiritus Sanctus auſpex) ita ſuccinctam (vt Flaccus ait) cincturam fieri velim, vt in medio curriculo tardiores nõ prætereat, atque ita laxo ſinu, demiſſoq́. verborum contextu inambulare, vt ingenio quantumuis acri nõ protinus pretereunda, faſtidiendaq́. occurrat. At ne pollicitatio quẽ vis bilem, moueat, hic prologus narratiuus, atque declaratiuus eſt. Declarat enim intentionem, atque inſtitutum auctoris, cum etenim vt Plinius quoque atteſtatur omni homine. i. faciendum eſt, quo ſe aliquando vixiſſe teſtetur geminum proponit ad gloriæ nominisq́ æterni conſecutionem compendium, alterum per virium corporis, alterum per virium animi egregiam oſtẽtationem, oſtenditq́. cur ſe ad animi exercitium potius, quam ad corporis, & cur ad hiſtoriæ ſcriptionem potius quam ad cetera, animorum meditationem, aut reip. gubernationem cõtulerit. Primum ſi quidem innuit exercitium animi, id eſt præſtare exercitio corporis, q̃ animus ipſe corpori deinde fatetur ſe ab ocio, ac ſtudio literarum ad remp. latum. ſed inde ſublatum, propter ea, quæ in eadem regnabant vitia, preſertim propter ambitionis, cui difficillime reſiſtitur, illecebras, pro timuis ut ad intermiſſa ſtudia redierat. animum ad hiſtoriam Romanam carptim deſcribendam appuliſſe, neque id quidem ab re nam, cum plurimum habeat difficultatis & periculi, merito non parum cõſequatur veræ gloriæ. difficultas autem in eo eſt, q̃ ſanè arduum uidetur facta dictis adæquare. Periculum autem in eo eſt, q̃ uera dicendo multorum facile inuidiam metueris, nam (vt Comicus ait) hoc tempore obſequium amicos, ueritas odium parit. Neque uero impertinens, eſt hæc præfatio, ut plerique calumniati ſunt. putãtes hanc uirtutis cõmendationem, quia ab ſceleſtiſſimi Catilinæ uita plurimu adhortet. ad iuſtiniuum poetę nihil facere, cum non uideant nihil aptius ad res & gerendas, & deſcribendas. quam animarum, corporumq́. uires non ſegniter exercitas, quo circa Mineruam ſapientiæ deam & bello, & paci præfecerunt Athenienſes. Sed hæc hactenus. Quantum uero ad uerborum elegãtiam & ſermonis leporem in quo nos nibus plurimum immorandum eſt, ſciant, Primum omneis actum eſt Latinum. qui à priſcis latinis per ei dipthõgum ſcribi conſueuit, ne in es finitus eñ nominatiuo, & accuſatiuo pluralibus, & in is cũ eiſdem ſingularibus conſonet. ſimulq́. q̃ concinnius ſonet accuſatiuus in is, licet eis ſcribatur ſequente preſertim es, ne hoc loco. [Omneis homines. Nota eſt aũt Seruiana regula, q̃ quoties genitiuus pluralis in ium finiuntur, accuſatiuus in is, aut eis exeat. Notum eſt etiam Auguſtini Dathi de ſitu uocabulorũ præceptũ

quod hic quoque obſeruatur, nam ab aliquo incœpta eſt oratio. [Præſtare, in diuerſo ſignificato tùm datiuo & accuſatiuo præſtruitur. Nam præſto tibi, eſt melior te ſum, quaſi præ. i. ante ſtâs vt hic præſto te. i. exhibeo, aut repræſento, vt apud Maronem, Ibo animus contra, vel magnum præſtat Achillem. Præſto aūt tibi hanc rem, eſt, aut in hac melior ſum. vt in Comico, Homo q̄d homini præſtat. aut eam tibi commodo. Ratione etiam exceſſus dicimus multo, non multum præſtat. Animantes dicimus, vt de Amicitia Cicero. Ad quas ſe applicent ſui generis animantes & hæc animantia, vt Valla docet. [Tranſeant] Sunt qui tranſigāt hic legendum contendant, & paulo poſt tranſegere, non tranſiuere, quod tametſi conſonantius videtur, neſciam tamen an aptius huic loco, nam cum ſoporem, & torporem notet, conuenientius tranſitam, quaſi ſine vi, & acrimonia, quam tranſactam vitam eſſet, quocirca nolui immutare. [Pecora ſunt quæcunque humana carent effigie, ſed potiſſimum hominum vſui accommodata. Prona finxit. vnde illud Ouid. Met. I. Pronaq́. cum ſpectent animalia cetera terras, Os homini ſublime dedit, cœlumq́. videre Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus. [Ventri obedientia] Quia in eius oppletionem omnia cōferunt, modeſtius tamen quā plerique homines. Ordo eſt. Decet. i. decorum, & honeſtum eſt, decentia naturali, & ordinatione diuina omnes homines, qui ſtudent ſeſe præſtare i. meliores eſſe, aut præſtantiores efficere, animātibus. i. animalibus ceteris, niti. i. anniti, & moliri. ſumma ope. i. tota facultate, & virtute, ne tranſeat ſilentio. i. ſine vlla ſui memoria vitam. ſ. præſentem, quæ nobis ad operandum bonum cōceſſa eſt, veluti ſup. eſſent (ſi enim per velut & veluti metaphora) pecora. i. animalia ſtolida & bruta, ſeu irrationalia, quæ natura. i. virtus naſcentium à deo conceſſa, aut ipſe deus natura naturans, vt dicunt Theologi noſtri, finxit. i. formauit, prona. i. procliua in terram, atque obedientia. i. inſeruientia ventri. i. appetitui ſenſitiuo, qui ab inteſtinis ipſius ventris mūuetur. [Sed noſtra] quia dixerat ſumma ope nitendum. oſtendit eam duplicem, vt ad ſuſcepti operis rationem callido pede perueniat. Vis, vnde virtus, huius vis hinc vi hāc vim & ab hac vi, in plurali hæ vires declinatur. ſed alij diuerſa cenſent vocabula, ſignificant interdū copiam, vt, multa vis nummorum, interdum violentiam, vt, vim vi repellere licet, interdum potentiam ut hic. [Sita, non ſituata] Quod barbarum eſt vocabulum. Eſt autem ſitus adiectiuum, ut quidam volunt, à ſinor, alij à ſitior deductum, ſubſtantiuum autē ſignificat poſitionem, aut mucorem, ſeu lanuginem in loco humido ſitam. [Animi imperio] Si quidem regimen in nobis fuerit rite diſpoſitum, animus imperet corpori, & ratio appetitui. Vtimur, quia ad alia vt pote ad gloriam comparandam, vnde vtimur rebus ad vtilitatem alterius rei. fruimur autem ad uoluptatem ipſam, quam ex fruitione capimus, unde argute dicet, uita quæ, fruimur breuis eſt. Nā iucunda uita, ex qua uoluptatem capere poſſimus, admodum breuis. homo enim breui viuens tempore repletur multis miſerijs. Memoriam noſtri, non noſtram dixit quia paſſiue accepit. nō qua aliorum memores ſimus, ſed alij noſtri. vnde genitiui mei, tui, ſui, noſtri, & veſtri, duntaxat paſſiue capiuntur. Efficere quam maxime longam, dulcius ſonat, q̄ longiſſimam. [Priuſquam incipias conſulto &c.] Duæ ſunt pueris annotandæ regulæ. Prima eſt, Pulchre vbi ad generalitatem ratio ſit ſermo, ad ſecundam perſonam etiam ſingularē, aut ad verbū imperſonale transfertur oratio. vt hic priuſquam incipiat pro, eo quod eſt quiuis incipiat, vt Æneid. 4. Migrātis cernas, pro eo quod eſt quilibet cernat. [Ad imperſonale vt ī hoc] Vſque adeo turbatur agris. Secunda] Participia ab imperſonalibus deducta pulchre cum verbis accuſatiuum vel ablatiuum regentibus conſtruuntur, ut hic opus conſulto, & facto. i. vt cōſulas, & facias, aut vt conſultatio fiat. Et ita factum oportuit. i. ita fieri aut factum eſſe. Valla ſentit in præſenti infinitiui dulcius ſonare actiuam vocem, in præterito paſſiuam, vt dicere velim, & dictum volui. Sed diu. paulatim, vt diu, ad inſtitutum accedit, diu aduerbium eſt ſignificans durationem tēpis, q̄ ſi dixiſſet diuturnum, addendū fuiſſet magnumq́., ſicut diu multumq́. quæſitum eſt. magis procederet. Cōſtis ergo vtroque procedere. [Cum iam] Alij, nam, legunt, ſi cum legitur temporale eſt, pars ingenium figurata prolepſis. Apud Iuſtinum legitur ſtatim in principio, primum regnū Aſſyriorum fuiſſe. [Etiam tum]. ſ. cum prima regnare inciperent. ſed pauci legūtur reges, niſi Brachmanes, aut remotiores propoſuerimus, qui ſine cupiditate vixerunt. Ordo eſt. [Sed omnis] i. tota vis. i. virtus & potentia noſtra. i. humana, eſt ſita. i. poſita & conſtituta in animo & corpore. ex illis. o cūſtamus. & ſup. nos utimur magis imperio. ſ. actiuo animi, quo animus imperat corpori, quā ſup. econuerſo & utimur magis ſeruitio. i. adminiculo, & famula tu corporis, ſup. quam econuerſo. [Alterum]. ſ. imperiū animi, eſt nobis cōmune cum dijs, in quibus animus totus dominat cum deus ſit animus, aut ſecūdum illos dominatur corpori, ſumus. n. rationales nos, & dij &c. vnde ſub corpore deos proſuerūt, ac ita corporeos. [Quo]. i. quocirca aut quanto rectius videtur mihi eſſe quærere gloriam opibus. i. virtute & potentia ſeu facultate ingenij. i. rationis ingenitæ, quam virium. ſ. corporis. Et quoniam ipſa vita qua fruimur. i. in qua voluptatē capimus, eſt breuis, repete, videtur eſſe rectius efficere memoriam noſtri. i. quæ de nobis ſit, maxime. i. vehementer longam. Vnde illud Maronis, Breue & irreuocabile tempus Omnibus eſt vitę, ſed famam extendere factis, Hoc virtutis opus. [Nam gloria]. i. iocunda extollentia diuitiarum, & formæ. i. formoſitatis. i. quæ ex diuitijs & forma nobis adnaſcitur, eſt fluxa. i. cito affluens, vt fractis rebus aut aduerſa valetudine, & fragilis. i. cito frangibilis, ſed ſup. virtus quæ in animo eſt ſita, habetur. ſ. in re, & in memoria, clara & ęterna, q̄a ſubiectum æternum habet. Eandem apud Flaccum in Carminibus habemus ſententiam. Sed magnum certamen. i. controuerſia aut contentio fuit diu. i. per longum tempus, inter mortales i. homines, nam mortale nobis additū ſeparat nos à dijs, vnde forte vt mortis ſimus memores, ſæpe pro hominibus dicimur mortales, vt Aen. ij. Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris incipit Ne pro an, res militaris. i. gloria & res ex militia & bello orta, procederet. i. incrementum, & proceſſum caperet, magis vi. i. potentia corporis, an virtute animi. Nam (q. d. certum eſt utruoque conducere quia) &. i. ſimul priuſquam incipias. i. quiuis incipere debeat, opus eſt conſulto. i. vt conſultes, aut conſilium capias, &. i. ſimul vbi. i. poſtquam conſulueris. i. conſilium cœperis, opus eſt facto, mature. i. ſuo tempore neque ſegniter, neque præcipitanter. Itaque vtrunque. i. & vis corporis & virtus animi, indigens per ſe. i. ſeorſum acceptum eget ad conſumationē gloriæ in re militari, alterum inquam eſſet auxilio alterius, vt corpus auxilio animi, & animus auxilio corporis. [Igitur] Cōtinuatiua eſt hæc particula, aut illatiua quia diuerſæ ſunt vires in homine. Reges cum. i. quando id nomen. ſ. regium fuit in terris nomen imperij. i. imperantium, diuerſi exercebant pars. i. partim, aut alij ſup exercebant ingenium. i. virtutē animi, alij corpus. i. vires corporis. [Vita hominum agitabatur ē̄t tum]. i. in principio regnorum, aut in primo ſæculo ſine cupiditate, & ita ſine vitio, vnde aurea ſęcula ferūtur ſub Saturno fuiſſe. [Cuique ſua]. i. ſiue diuitiæ ſeu poſſeſſiones placebant ſatis. Qui aūt, vt diait, illi reges fuerint nō conſtat, niſi Saturnum dicamus, qui ab Ioue expulſus fingitur. Sed reges Ægypti quidem animum exercuerūt, vt Triſmegiſtus, & Ptolemæus, quidā potius corpus, vt bellicoſi ſic apud Romanos Romulus arma, Numa animum coluit. Vnde illud in Faſtis, Scilicet arma magis quàm ſidera Romule noras, ſed de primis loquitur. [Poſtea vero] Exemplis inducit quantum ingenium rebus bellicis conferat Cyrus, vt Herodotus lib. I. recitat, ex Mādane Aſtyagis regis Medorū filia, & ex Cābiſe poſtmodum rege Perſarū natus, & ab auo pp viſum (viderat enim ex genitalibus filiæ vitem naſci quæ omnem occuparet Aſiam. Id aūt portendebat ſobolem filiæ vniuerſæ dominaturam Aſiæ, iuſſus per Harpagū feris exponi, à Mithridate paſtore inuentus, & Cyno eius vxore enutritus, q̄m autem Cynos Græce canem ſignificat, lectionis locum dedit, vt à cane educatus haberetur] inter pueros primum regnum occupans, poſtea ab Aſtyage cognitus, iterumq́. interfici iuſſus, ab Harpago ſeruatur, & tandem ad parētes miſſus fatale occupauit imperiū capto auo, ſed tandem apud Maſſagetas truculenter occiditur. Cyrus aūt dictus eſt q̄ ei ſius dominus ſit. in Aſia Cyrus. Vnde Herodotus, Hinc autem exequitur oratio Cyrum, qui Crœſi euerit imperium quis non fuit ac Perſas qui Aſiam ſubegerunt. Lacedæmonij in Laconia diu rerū potiti ſunt, dictiq́. poſſunt ſapientes populi, qui Lacedęmonā ſeu Lacedæmona vrbem (nam & Lacedæmon dī quæ eadem Sparta vocatur) ſine muris ſola virtute. & virilium animoꝝ robore, ac Lycurgi legibus munitam incoluerunt, in qua præcipuus erat ſenibus honos, & minimus ignauię locus; nullaq́. diu auaritiæ lues, qua recepta tandem deuicti ſunt Athenienſium in Attica res geſtę à Thucydide latiſſime deſcribuntur. Regula puerorum eſt. venuſte clauditur oratio protiawſcula multis infinitiuis in ea ad finitum vnum ſpectantibus. vt hic ad verbū cœpere, addnotur ſubigere. habere, putare. Ordo eſt. [Vero pro ſed, [Poſtea, quam Cyrrus rex Perſarum in Aſia, & Lacedæmonij. i. Lacones illi Spartani & Athenienſes populi in Attica prouincia cœpere. i. incœperunt in Græcia regione illa Europæ ſubigere. i. ſub imperio ſuo agere, quod eſt ſubdere, vrbes atque nationes. i. diuerſos habitatores vrbium ibidem natos. Nā ſæpe verbalia in io

ſignificam

ſignificam rem ipſam, vt poſſeſſio rem poſſeſſam, ſatio rem ſatã natio rem natam, & ſup. cœpere hĩc, libidinem. i. iniquam uoluntatem & appetitionem dominandi, cauſam belli. i. pro cauſa belli gerendi. Vnde regna à quibus nihil offenſi erãt inuaſere vt dominarentur & cœpere putare i. exiſtimare maximam gloriam ſup. eſſe in maximo imperio (quod C. Iulio perſuaſum moleſte fere in offic. Cic.) tum. i. tunc demum. i. tandem compertum eſt .i. inuentum & exploratum, periculo. i. experientia, vt in Andria Terentij. Qui ſcis ergo iſtuc niſi periculum feceris? Et in Eunucho] Fac periculum in literis. atque negocijs. i. occupationibus in rebus gerendis, ingenium. i. acrimoniam animi & rationis ingenitam, poſſe. i. valere plurimum in bello ſup gerendo. Vnde naſcitur veritas rei donec uſu venerit. [Quod ſi regũ] Argute cenſet virtutem & induſtriam regum & Imperatorem multo maiorem eſſe in bello, & aduerſitate, quàm in pace, & ꝓſperitate, quæ ſententia antiquiſſima eſt, & latiſſime patet. nam Heſiodus & eum ſecutus Maro atteſtantur ideo Iouem amouiſſe delitias ſęculi aurei, ne luxu & inertia torperẽt mortales. Verba Virgiliana ſunt Georg. 2. Pater ipſe colendi Haud facilem eſſe viã voluit, primumq́. per artem Mouit agros, curis acuens mortalia corda. Nec torpore graui paſſus ſua regna veterno. Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni &c. Hinc Catonem aiunt cenſuiſſe Carthaginem non delendam, vt eſſet vnde iuuentus Romana teneretur in militia, quo circa legimus apud Iuuen. Præſtabat caſtas humilis fortuna Latinas. Quondam nec vitijs contingi parua ſinebant Tecta, labor ſomniq́. breues & vellere Tuſco. Vexatæ duræq́. manus, ac proximus vrbi Annibal, & ſtantes collina in turre mariti. Nunc patimur longæ pacis mala, ſæuior armis Luxuria incubuit, victumq́. vleſcitur urbem. Vide reliqua Sat. vj. Huic autem rei Troës ſatis exemplo fuere qui decennali bello capi non potuere, & vnius noctis delicijs capti ſunt. Nam imperium. Etiam grauis ſententia quæ à multis citari, ſolet, artes autem quibus imperium paritur, ſunt uirtutes, ut Prudentia, conſilium atreuio, Temperantia continentia, abſtinentia, parſimonia, Fortitudo, labor, vigilia, induſtria, iuſtitia, fides, liberalitas, religio ſeu timor domini, quia domini eſt terra, & plenitudo eius. Auctor autem innuit laborem qui fortitudinem ſignat, continentiam quæ temperãtiam repræſentat, & æquitatem quę iuſtitiam referi genitrices Imperij. [Fortuna ſimul &c.] Egregiũ dictum ex Stoica diſciplina, quæ uult ſapientiam Fortunæ, dominari. Vnde Satyricus, Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia, ſed, te Nos facimus Fortuna deam. Aliter tamen ſtatim dicturus eſt Sed profecto Fortuna in omni re dominatur. Optimo quoque elegans ſermo quia quiſque ſuperlatiuo iungitur, eſt enim hic ablatiui caſus quoque à nominatiuo quiſquæ. [Quæ homines arant] Argute perſtringit hominum diuitias. Aut enim in terra ſunt, aut in mari, aut in aere. Terra autem aratur, mare nauigatur, aer edificia ſuſcipit. [Dediti], i. penitus dati tanquam hoſti cui ſeruiendum ſit, nam à quo quis vincitur eius ſeruus eſt, qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. [Sicuti peregrinantes] Qui veluti in rep. aliena conſtituti nihil agunt memoria dignum. Tranſierũt. ſunt qui hic quoque legant tranſegerũt, ſed vt dici aptius dicitur tranſierunt, peregrinorum enim eſt tranſire non tranſigere. Nam à peragrando peregrinus dicitur. [Corpus voluptati] .i. ad voluptatem. Vnde puerorum regula eſt. a biſtracta per quæ ſignificantur modus acquirendi, venuſte ponitur in datiuo ita vt verbum duos datiuos regat, vt ſum tibi voluptati, potius quam per emphaſim ſum tibi voluptas. [Iuxta]. i. in confinio, cum parum ſit diſcriminis, ſeu diſtantiæ, quia de vtraque ſiletur, cum. n. nihil egregium fecerit inglorius eſt & viuens & moriens, Flaccus tamen in epiſtolis laudans uitum Epicureum dixit, Nec vixit male qui viuens moriensq́. fefellit. i. latuit. Non tamen potuis dicere bene vixiſſe. Aliud alij, diuerſis diuerſum, vnde eſt illud Propertianum, Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ. [Pulchrum eſt benefacere] Vna eſt dictio, ſed benedicere Valla duas vult, quod hic verum eſt, neque tacuiſſet ſi commentarios eos. qui ipſi aſcribũtur feciſſet, [Haud abſurdum] Per liprotem dicã valde dignum auditu, nam abſurdum dicimus abs quo tanquam indigno quod audiatur auertimus aures vt ſurdi, aut quòd cum inuiti audiamus, nos obtundendo ſurdaſtros facit. [Vel pace. i. etiam in pace] Multi, laudantur, immo eadem lauro clari poetæ & clari Imperatores inſigniri conſueuerunt, verum de hiſtoriographo hic loquitur. qui haud quanquam parem gloriam meretur. Leges aũt ſequitur, non ſequatur, quia etſi tametſi & quanquam indicatiuo gaudent. [In primis arduum] Non dicit arduiſſimum, quia in vſu non eſt. Ideo autem arduum eſt negocium, quia debite ſcribens Hiſtoriam debet facta dictis exæquare, i. ita magnifice eloqui, ut magnifice geſta ſunt, & ſi uitia ſectatur, putatur inuidia motus, ſin uirtutes laudat maiores quàm lectorum in ſe agnoſcit. plerique mendacij arguitur, ut in contextu auctoris patet, quàm hoc ordine aperitur. Quod ſi, cõtinuatiua eſt particula, q. d. ſi ponatur ꝙ virtus animi, i. prudentia & fortitudo regum atque Imperatorum qui à regibus olim in expeditionem vt exercitui imperent mittebantur. Vnde maior fuit regalis dignitas donec Cæſar perpetuus dictator, etiam perpetuum imperium ad ſummam dignitatem ſecum euexit. [Vale et ita in pace]. i. tempore pacis ita exercitaretur in iuſtitia & æquitate ſeruanda & in rep. augenda. vt in bello. i. apparuit in bello gerendo ſtrenue & fortiter. res humanæ. i. ſtatus & conditiones hominum haberent ſeſe æquabilius. i. ad maiorem æquitatem ſupple quàm ſe nunc habent, & conſtantius. i. ad maiorem conſtantiam minusq́. mutarentur quam nunc neque cerneres. i. & nemo cerneret, aliud. i. rem aliam aut imperium aliud, ferri. i. transferri alio. i ad alium locum & populum. neque & cerneres. hoc eſt nec quiſquam cerneret, omnia mutari ac commiſceri. i. confundi, vt diuina humanis, ſumma imis, vt fit in tranſlationibus Imperiorum fatetur ergo quod in Georg ea ſe dicit Maro, Romana imperia mutari perituraq́. regna, licet mendax Iupiter apud eundem Æn 1. dicat, His ego nec metas rerum nec tempora bono, imperium ſine fine dedi. [Nam imperium retinetur]. i. ſeruatur facile his artibus quibus eſt partum. i. laborioſe acquiſitum initio, difficilius enim eſt parere quàm conſeruare, quo circa Cic. in principio orationum ſuarum docet dedecor eſſe Romanis ſi non conſeruent quod patres pepererunt imperium. Non minor eſt virtus quàm quærere parta tueri, niſi quod in pariendo ferueſcit animus, in conſeruando, labeſcit, ſemperq́. procliuiores ſumus ad noua parienda, quam ad vetera conſeruanda, ideoq́. plura iaciuntur Monaſteriorum fundamenta, quam conſeruentur iacta atque extructa, ſed ad rem. [Verum]. i. ſed vbi. i. quo tempore aut poſtquam. deſidia i. ſegnities, pigrities, & accidia inuaſit ſup. imperium Rom pro labore. i loco laboris, qui prius inerat, & libido, i. lubrica voluptas, inuaſit pro continentia. i. vbi prius erat continentia. i. caſtitas animi & corporis continens animum & corpus, ne progrediantur ad illicita, & ſuperbia. i. faſtus minores contemnens inuaſit pro æquabilitate. i. iure æquabili. quo pari virtuti præditi pari honore æſtimabantur, aut dicamus ſimul vbi inuaſere deſidia pro labore, libido pro continentia, atque ſuperbia pro æquabilitate, fortuna. i fortuita proſperitas rerum mutatur ſimul cum moribus, quia prauos mors ferè ſequitur infortunium. Et ita imperium transfertur ſemper ab optimo quoque. i. à quolibet meliore, ad minus bonum. i. ad deteriorem, ita argutis ſimus Pomponius legit. nam qui contra legunt ad optimum quenque à minus bono, non abſurde quidem illi ſentiunt, ſed minus concinne ad filum auctoris, Nam ſi leguntur ad optimum ſenſum ſic neglıgẽtium & deſidioſorum imperium meliorem trãsferri, quod quidem vero ſimile eſt, verum Auctor vult deducere Imperatores in annos deteriores effectos, vt ab optimis illis qui forte ſua contenti erant deuentum ſit ad ſecordes aut libidinoſos. [Omnia quæ omnes] ſ. homines arant. i. arando acquirunt, quæ nauigant. i. nauigando accumulant, quæ ædificant. i. ædificando poſſident parent. i. obediunt & ſubſeruiunt virtuti. [Sed multi mortales]. i. homines, dediti. i. penitus addicti, ventri. i gulæ & crapulæ, atque ſomno. i. torpori, & inertiæ, exiſtentes indocti & inculti tranſierunt vitam ſicut peregrinantes. i. ignoti & vbique externi, quibus profecto. i. certe, q. d. ita certe vt profi. iſci faciat corpus eſt voluptati. i. ad voluptatẽ & delitias, & anima eſt oneri i. ad grauamen & moleſtiam, contra naturam. i. naturalem ordinationem, quæ vult vt inferiora ſuperioribus pareant, animæ autem cœleſtis habetur origo corporis terrena, ego æſtimo. i. appretior & valere cẽſeo, vitam. & mortem eorum. ſ. qui ita viuunt iuxta. i. pariformiter ſine diſcrimine quoniam ſilẽtur de vtraque, non tamen quia ſilentur, ſed ꝙ nihil memoratu dignum effecerint. [Verum enimuero) (quæ continuatiua eſt particula) i. ſed certiſſime demum. i. præcipue aut vt vno verbo dicam quod volo, is videtur mihi viuere. i. exercere actionem vitalem, & frui anima. i. habere virtutem animæ in delitijs. qui intentus. i. firmiter occupatus aliquo negocio, vel ſubauditur, in aliquo, pro alicui dixit, vel quod potiſſimum credam more antiquorum dixit qui coniunctis præpoſitionibus quibus nunc ſæpe datiuum damus ſuum caſum dabant, vt, Haberet inſiai pectore vultus, Æneid. ij. vbi nunc dicerent inſiai pectori. quocirca Cicero diſcrimen vitans præpoſitionem repetit ac ſi dicat inhærent in pectore vultus, quo more hic legi poſſet, intentus in aliquo negocio. i. exercitio & occupatione publica

preſertim cum in ocio ſint qui in magiſtratu non ſunt, quærit.i. affectat aut acquirit, ſed melius quærit, quia omnium eſt quærere idq. virtutis, paucorum eſt acquirere quod fortunæ eſt, quærit inquā famam facinoris.i. facti præclari.i. præ ceteris clari & illuſtris, vbi notabitur facinus commune eſſe vocabulum tam boni quam mali, dicitur enim à faciendo, aut artes bonæ, quia etiā malæ ſunt vt veneficæ, & leues vt ludicræ. Itaque omnes homines qui, & cetera, vt I propoſitione, quam apte hic, repetere poſſemus. [Sed natura oſtendit in magna copia rerum inter plurimas res præclare gerendas, alijs].i. diuerſis hominibus. aliud iter .i. diuerſum medium & modum perueniendi ad honorem, vnde benefacere reip. id eſt bene mereri de rep. eſt pulchrum, etiam.i. inſuper benedicere ſup. in rep aut de rep aut eorum magiſtratibus eſt aud.i. non abſurdum i. non indignum quod audiatur, immo præclarum & auditu digniſſimum. Licet enim vel.i. etiam pace.i. tempore pacis aut rebus gerendis in pace, vel bello, id eſt tempore belli aut rebus gerendis in eo, fieri.i. euadere & effici clarum, multi laudantur &.i. ſimul qui fecere.ſ. præclarum facinus & qui ſcripſere facta aliorum. [At].i. ſed tametſi haud quaquam.i. nequaquàm par i. æqualis, gloria ſequitur. i. proſequitur ſcriptorem & auctorem ſ. præclari facinoris, quia multo præſtātior eſt auctor, tamen videtur quidem.i. certe mihi quidquid alijs videatur eſſe ſup. arduum ſcribere, ſubaudi decenter res geſtas. [Primum].i. ob hanc primam cauſam, quòd in ſcribenda hiſtoria, facta ſunt exæquanda.i. æquiparanda dictis.ſ. verbis ipſis & ita dictis erit ſeptimi non dandi caſus, ſicut in Buc. Nec calamis ſolum æquiparas ſed voce magiſtrum. Nam ſi ſenſus ſit exæquanda, id eſt æquali dignitate, enuncianda verbis.i. vt ſūt verba, videretur contradicendum, verba exæquanda eſſe factis. [Dehinc].i. ſecundo loco vel ob ſecundam cauſam, quia plerique.i. pluſimi putant ea delicta, quæ tu reprehenderis in aliquo famoſo aut etiam aliquo illuſtri, eſſe dicta. i. excogitata & ſcripta à te maleuolentia & inuidia. i. per maleuolentiam & inuidiam. [Et vbi,] Id eſt quando vel quo loco tu memores, id eſt mentionem facias de magna. i. incomparabili virtute atque gloria bonorum quiſque accipit æquo animo. i. ſine refragatione audit ea, quæ putat ſibi facilia, factu.i. vt fiant à ſe.i. quæ ipſe faciliter facere queat, ducit.i. æſtimat ſupra ea quæ.ſ. ſibi facilia putat.i. ea quæ ſupra vires ſuas audit pro falſis.i. tanquam falſa, veluti.ficta.i. excogitata à te ſcriptore [Sed ego adoleſcentulus] Bono (vt dixi) pede peruenit ad ſtudium ſuum, nam cum omni homini id contendendum ſit quo ſe aliquando vixiſſe teſtetur, congrue inſerit quo ſtudio ipſe vitam ſtuduerit tranſigere dicens, ꝙ primum poſt literarum ſtudia reip. operam, dabat. cui bene facere pulchrum iam duxerat. Deinde quia eius rectores ferè corruptos inuenerat, & multis vitijs irretitos ne eorum ſimilis euaderet, conſultius duxit ab eorum conſortio diuerti, non tamē ad vitam inertem aut ruſticanam ſed ad literarum ſtudia, & potiſſimum ad res Romanas carptim deſcribendas. Vnde Catilinarium bellum auſpicaturus de ipſius Catilinæ moribus pauca duxit prius explananda. Adoleſcentulus admodum adoleſcens, q.d. in principio adoleſcentiæ a iij anno ſumpta iam virili toga, qua aut ad remp. ad militiam, aut ad opificium aliquod ſeſe applicabatur, antea vero bonis literis inſudabant. [Delatus] Quaſi de ſua non ſuam prouinciam latus, vnde illud deferor hoſpes, animus inſolens. id eſt inſuetus. Inſolens autem dicitur is qui facit præter ſolitum, vt in Eunucho, Quid tu Athenas inſolens? capiturq. hic in bonum inſolens malarum artium, verum quia in bona ciuitate ſolent homines honeſte & modeſte viuere qui ſecus faciunt inſolentes dicuntur. Aſpernor ſit primæ cum ſperno ſit tertiæ coniugationis. Imbecilla & imbecillis dicitur [Ab reliquis] Venuſte præponitur ab incipientibus ab l, r, i, conſonante & interdum n, & s, fere à vocali inchoatis, vt ab lege ab rege, ab Ioue, ab domo, ab negocio, ab illo. Abs incipientibus n, q, & t, abs quiuis homine, abs quolibet, abs te, abs tribuno: A ceteris conſonantibus. Cupido, dum cupiditas eſt fœminini eſt generis, dum deus amoris, maſculini. Ocium dicitur ceſſatio à negocio publico. Vnde ſtudium literarium ocium dictum eſt, quod Maro in comparatione rei militaris in laudem imperatorum ignobile dixit ad finem Georg. ignobilis oci. Vnde Scipio Africanus maior dicere ſolitus erat nunquam ſe minus ocioſum eſſe quàm cum ocioſus, Vt recitat ea auctoritate Catonis Cicero in præfatione tertij officiorum Is ergo dicitur vno modo ocioſus, qui penitus ceſſat, alio modo qui in munere publico non eſt, licet in re priuata multum laboret. Ambitio, cupiditas honoris & magiſtratus ut ſub ordine patebit, qui talis eſt Sed ego adoleſcentulus. i. adhuc admodum adoleſcens delatus ſum.i. traductus initio.i. ſtatim à principio adoleſcantię ſumpta virili toga, ſicut plerique.i. plurimi mortalium.i. aliorum hominum ſup. delati ſunt, a ſtudio.ſ. literarum ac liberalium artium ad remp.i. reip. adminiſtrationem, & multa aduerſa.i. contraria preſertim bonis moribus & integræ vitæ, fuere ibi.i. in reſp. ſeu in adminiſtrationibus eius, nam audacia. i. temeraria vltra vires conatio vigebat ſup. pro pudore.i. pro verecundia illa qua veremur attentare, quod turpe ſit aut viribus noſtris impar, & largitio.i. profuſio rerum ſuarum captandi honoris gratia, vnde largitio ferę dicitur captioſa vbi per ambitum largimur, largitas liberalis ſup. vigebat.i. florebat & erat in vigore, pro abſtinētia.ſ. honorum & magiſtratuum quibus indigni erant, vbi enim priſci Romani ſolebant abſtinere à gradu altiore quàm digni videbantur, nunc per largitionem omnia inuadebāt, & auaritia vigebat pro virtute. i. pro fortitudine animi qua pecuniam deſpicimus, & omnia quæ nobis indigna ſunt, aut pro virtute liberalitatis & iuſtitiæ, qua boni viri & virtute præditi dicimur Poſſemus cum textu coniunctim dicere, nam audacia largitio auaritia vigebant pro pudore &c, ſed reddenda ſunt ſingula ſingulis. Quæ.ſ. vitia, tametſi .i. quanquam animus, ſubaudi cuiuſlibet bene inſtituti, inſolens .i. inſuetus malarum artium, quia liberaliter inſtitutus & bonis artibus imbutus, vnde patet quam vtile ſit à teneris vnguiculis virtuti aſſueſcere. Quia prima quæque tenaciſſimè inhærent vnde eſt illud Flacci in epiſtolis, Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. Et apud Iuuen. Satr. iiij. Tota caniꝭ nihil turpe faciendum ante pueros paternorum morum maxime ſequaces, dicit enim, Sic natura iubet velocius & citius nos Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis, Cum ſubeant animos auctoribus. Item, Abſtineas igitur damnis huiuſce, etenim vel Vna potens ratio eſt, ne crimina noſtra ſequantur. Ex nobis geniti, quoniam dociles imitandis turpibus & prauis omnes ſumus &c.] aſpernabatur i. deſpiciebat & contemnebat, tamen ætas imbecilla i. fragilis & rerum imprudens tenebatur inter tanta vitia.i. cum conuerſaretur inter tot vitioſos, corrupta.i. fracta & violata, ambitione.i. cupiditate honorum & magiſtratuum. At.i. ſed, cum.i. quamuis ego diſſentirem ab reliquis moribus malis i. vitioſis, nihilominus i non minus tamen eadem cupido.i. auiditas honoris quæ vexabat i. vehementer impellebat & torquebat ceteros. ſ. adoleſcentes, fama.i. amore famæ acquirendæ, atque inuidia.i. inuida æmulatione ꝙ alter præſtantior haberetur, vexabat ſup. me. [Igitur vbi].i. poſtquam animus ſup. meus ſatiatus & non amplius tali cupiditate vexatus requieuit ex multis miſerijs & periculis. i. poſt multas miſerias & pericula quas & quæ honoris & famæ gratia obiueram, & vbi ſup. decreui.i. conſtitui firmiter reliquam ętatem habendam ſup. eſſe, mihi procul à rep id eſt adminiſtratione reip. non fuit conſilium.i. non viſum eſt mihi conſultum.i. vtile ac honeſtum, conterere. i. conſumere paulatim, ocium bonum.i. gratum, & quo bene vti poſſem ſecordia.i. ſeorſum à corde.i vigilia & prudentia, hoc eſt in inertia & torpore, atque deſidia i. nimia ſeſſione & pigritia, neque vero ſubaudi conſilium fuit me ſupple colendo agrum, & venando.i. talia exercendo intentum officijs ſeruilibus.i non liberalibus, quæ mœchanica vulgo dicunt, agere ætatem.ſ. reliquam, ſed ego regreſſus eodem.i. ad idem ſtudium incœptum, à quo ſtudio incœpto ambitio.i. cupido honoris & famæ, mala.i. pernicioſa deſtinuerat.i. diuerſum tenuerat, aut detenuerat.i. longe deductum, tenuerat, ſtatui perſcribere.i. vſque ad finem deſcribere carptim. i particulatim decernendo quamlibet particulatim res geſtas Populi Rom. vt.i. ſecundum quòd. quæquæ.i. quælibet geſta videbantur digna memoria. i. vt memorentur, ſi, legerentur dignæ, tunc quæque congrueret cum antecedente res geſtas. Sanè pueris annotanda eſt elegantia illius ſermonis, A quo incœpto ſtudio me, & ceterea, per hanc regulā, Quoties relatiuum cum ſuo determinabili, ac verbo præcedit antecedens, ita vt ab eodem regi videantur, erunt eiuſdem caſus, vt vbi grammaticus diceret, ergo regreſſus ad idem ſtudium inceptum à quo ambitio & cetera, dicit elegantior, à quo incœpto. Item notabit peritior quiſque vbi diuiſim conſtruitur non ſemper ſuperlatiuum habere vt hic, Vt quæque videbantur digna, Vbi valla diceret digniſſima, & eo.i. tanto aut ob id magis ſup. id ſtatui, quòd.i. quia animus ſup. meus, erat mihi liber à ſpe .ſ. commodi obtinendi, & a metu.ſ. mali obuenturi, & partibus.i. diuiſionibus ac ſeditionibus reip. Paucis vt vbique multa dicit, nam omnes vias affectionem percurrit, aut enim nobis aut noſtris afficimur, nobis quia aut ſperamus, aut metuimus, noſtris, quia eos contra aduerſarios fouemus. [Igitur quia ita ſtatui, ego abſoluam paucis.i. enudabo breuiter res geſtas quam.i.

quantum

quantum potero, uerissime, quia ueritas prima requiritur in hiſtoria, de coniuratione Catilinæ. ſ. in libertatem Romanam occupandam. Nam ego exiſtimo. i. iudico, id facinus. i. eam coniurationem memorabile. i. dignum memoratione in primis. i. præter cetera facta nouitate. i. propter nouitatem ſceleris, quia in patriam peccare ſceleſtiſſimum eſt, atque periculi, quod omnibus bonis imminebat, de cuius hominis. ſ. Catilinæ moribus ſunt quædam explananda prius quam faciam initium narrandi. i. recitandi principalem hiſtoriam de coniuratione eius. Quo dicto reddit lectores attentos.

C. CRISPI SALVSTII
de coniuratione Catilinæ, Hiſtoria.

LVCIVS Catilina nobili genere natus, fuit magna ui & animi & corporis, ſed ingenio malo, prauoque. Huic ab adoleſcentia, bella inteſtina, cædes, rapinæ, diſcordia ciuilis grata fuere, ibique iuuentutem ſuam exercuit. Corpus patiens inediæ, algoris, uigiliæ, ſupra quam cuiquam credibile eſt. Animus audax, ſubdolus, uarius, cuiuslibet rei ſimulator, ac diſſimulator, alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus, ſatis loquentiæ, ſapientiæ parum, Vaſtus animus, immoderata, incredibilia, nimis alta ſemper cupiebat. Hunc poſt dominationem L. Syllæ libido maxima inuaſerat reipublicæ, capiundæ neque id quibus modis aſſequeretur, dum ſibi regnum pararet, quidquam penſi habebat. Agitabatur magis, magisque in dies animos ferox, inopia rei familiaris, & conſcientia ſcelerum, quæ uterque his artibus auxerat, quas ſupra memoraui. Incitabant præterea corrupti ciuitatis mores, quos peſſima ac diuerſa inter ſe mala, luxuria atque auaritia uexabat. Res ipſa hortari uidetur (quoniam de moribus ciuitatis tempus admonuit) ſupra repetere, ac paucis inſtituta maiorum domi, militiæque, quo modo remp. habuerint, quantamque reliquerint, utque paulatim immutata ex pulcherrima & optima, peſſima ac flagitioſiſſima facta ſit, diſſerere,

LAVR. VALLA

LVCIVS Catilina] Vidimus in fine proœmii, quod nos docuit Sal. quidnam hoc opere ſcripturus eſſet, uidelicet Catilinæ ſeditionem, quæ in primis memoratu digna eſt, eo quòd nouū fuit periculum, & tam ingens fuit ſcelus, quam nunquam antea fuerit. Sed, antequam de ipſa ſeditione tractare incipiat, dicit qui mores antea fuerunt, & qui etate ſua in urbe uigerent, ut oſtendat, quo genere, & quam opportunitate Catilina adductus tantam rem aggredi non dubitauerit, & primo de genere, uita, & moribus Catilinæ narrat, ut oſtēdat, quibus de cauſis ad uſurpationem reip. animum intenderit, deinde digreſſionē facit, & de antiquis urbis Rom. moribus diſſerit. [Nobili genere] Patricio genere, quia patricius fuit Catilina, uidelicet de gente Cornelia [Vi corporis & animi] Fuit magna fortitudine & animi & corporis, nam uis tam animi quam corporis rectè dicitur [Ingenio malo] Et quia animo & corpore plurimum pollebat Cat. ideo malo animo fuit. [Malo] Naturaliter, quia à natura malus erat [Prauo] Accidentaliter, quia præterquam quod malus erat naturaliter etiam conſuetudine peruerterat ingenium [Ab adoleſcentia] Ab ineunte ætate. [Inteſtina] Domeſtica bella. [Diſcordia ciuilis] Differentia eſt inter bellum domeſticum, & diſcordiam ciuilem nam bellum ciuile pertinet ad uniuerſam ciuitatem, uidelicet cum uniuerſa ciuitas inter ſe diſcors eſt. Diſcordia uero ad priuatos pertinet, itaque cum uniuerſa ciuitas diſcrepat, non diſcordia, ſed bellum ciuile appellatur. Hic autem Catilina & bello & domeſtico, & diſcordia ciuili plurimum gaudebat [Cædes] Occiſiones, quæ ex bello ſequuntur. [Rapinæ] Victorum, qui bonis expoliant. [Ciuilis diſcordia] Diſcordia ciuium. [Ibiq;] In his ſupradictis. [Exercuit] Non ſolum grata fuere, uerum etiam in illis ætatem ſuam duxit. [Inediæ]. i. famis, & dicitur ab in & edo, quaſi nō edia, q; non edat, & qui non comedit ſine dubio famem ſuſcipit. [Algoris] Frigoris. [Vigiliæ] Quia inſomnes noctes agebat. [Inediæ] Quia ſine cibo diu permanebat, nec multum detrimenti patiebatur ob illud. [Algoris] Quia frigus etiam facile tolerabat [Vigiliæ] Quia ſe non nimis ſomno dabat, ſed parum admodum. [Supra quam cuiquam credibile eſt] Multo pluſquam quiſquam credere poſſet, & eſt honeſtus dicēdi modus. [Animus audax] Quia hactenus de corpore dixit, nunc demum de animo dicere incipit [Animus audax] Vt magna quæque pericula aggredi non dubitaret. [Subdolus] Quia facile vnumquenque fallere poterat. Subdolus Latine, Græcæ appellatur ἀπατηλὸς qui non aperte decipit, ſed latenter. [Varius] Quia nunquam in eodem propoſito manebat. [Simulator, ac diſſimulator] Declarat quod dixit, Subdolus & uarius. [Simulator] Qui oſtendit id eſſe, quod non eſt. [Diſſimulator] Qui non oſtendit id eſſe quod eſt [Appetens ardens ſui profuſus]. i. qui aliena deſideraret, & ſua prodigus profunderet. Sed non uidetur poſſe fieri ſed neceſſe eſt, ita fieri, ſi quis diligenter conſiderauit. nam quia ſua profundit, ideo aliena appetit. Nam prodigus, quia ſua ſibi non ſufficiunt, aliena appetat neceſſe eſt. [Ardens] Vehemens. [Cupiditatibus] Quia quod ſemel cupere cœperat, tanto ardore inuadebat, vt à nullo coerceri poſſet [Satis eloquentiæ] Quia eloquentiſſimus erat. [Parum ſapientiæ] Quod non valde ſapiens erat, & hoc addit, quia nunquam ſine ſapientia eloquentia profuit, ſæpius aūt obfuit, quod etiam Cic. in arte ueteri prolixius oſtendit. [Vaſtus] Immoderatus, & plus eſt quàm ſi dixiſſet, magnus. aut ingens. Nam vaſtum dicitur, quod nulla menſura terminari poſſit. i. ſine modo terminatum. [Immoderata] Quæ modum non haberent [Incredibilia] Quæ nulla ratione conſequi poſſent. [Nimis alta] Quæ ciuilem modum tranſgrederentur. non quærebat dignitatem principis Romani, ſed potius dignitatem Tyranni, quia vrbi Rom. pro arbitrio imperare non poſſet, uel talem qualem ſupra memoraui. Virgilius, Mezentius hic eſt. i. talis. [Hunc] Catilinam. [Dominationem L. Syllæ] Qui motis partibus reipublicæ aduerſatijs, perpetuam dictaturam aſſecutus eſt, qui magiſtratus quaſi regnum erat. nam quemadmodum rex imperat ſubditis, & omnia pro uoluntate facit, ita Dictator omnia pro arbitrio exequebatur, nam cum uocabulum regis in vrbe Romana mitius reddere uellent, ad dictaturæ nomen confugerunt. nam eius magiſtratus regia poteſtas erat. Primus hic fuit L. Sylla qui poſtea Sylla felix eſt appellatus, & demum pediculari morbo conſumptus. Secundus autem Iulius Cæſar, qui multis uulneribus tandem à ſenatoribus eſt interfectus. [Libido] Cupiditas, & dicitur à libendo, tametſi conſuetudo inoleuit, ut libido in malam partem accipiatur. Nam Saluſtius libidinem accipit in bonam partem, [Capiundæ] Pro capiendæ. i. occupandæ. Tertiæ coniugationis uerba poſſunt habere participia futuri temporis, tam in undus quā in endus, ut legendus, uel legundus, capiundus uel capiendus. Sed cauendum eſt, ne id licenter in omnibus participijs faciamus quia vitioſum eſſet in uerbis quartæ coniugationis idem facere, quia nō dici poteſt audiundus, audiunda, audiundum. &c. [Id]. ſ. capere Remp. [Pararet] Acquireret. [Nihil penſi] Nihil conſiderati nihil conſiderationis. Translatio ſumpta à penſantibus, qui diligenter inſpiciunt in quam partem, uel aurum, uel argentum inclinet. non ponderabat ipſe quomodo remp. caperet dummodo cupiditatem ſuam explere poſſet. [Agitabatur] Rationes autem erant innumeræ, quibus Catilina adductus, rem hanc tantam capeſſere uolebat, & quia magnificus erat, & pauper multa ſcelera perpetrauerat. [In dies] Quotidie. [Ferox]. ſ. natura indomitus animus Catilinæ [Agitabatur] Inritabatur, impellebatur. [Inopia] Nam cum magnificus eſſet, & inopia premeretur, quia ſuis rebus non poterat tueri magnificentiam, alienis neceſſe erat cōſeruare, & ob hanc cauſam ad reipublicæ uſurpationem attendebat animum. [Conſciētia ſcelerū] Quia ſibi conſcius erat ſcelerū quæ cōmiſit. Hæc aūt paulo poſt uidere licebit hoc eodem libro. Nam inter cetera ſua ſcelera hoc potiſſimum narratur [Quæ utraque] ſ. inopiā, & ſcelera. [Auxerat] Cumulauerat. [His artibus] Videlicet aliena appetēdo, ſua profundendo, cupiditatibus imminēdo. [Præterea] Præterquam quod ferocitas animi, inopia ſcelera perpetrata incitabant illum, huc etiā accedebat. ſ. q; &c. [Corrupti mores] In tāta corruptione morū facilis videbatur acceſſus ad uſurpationem reip. quos mores. i. artes. [Luxuria & auaritia] Appoſite ut mala. [Diuerſa inter ſe] Bene dicis. [Nam luxuria opes profundit, auaritia opes cōſeruat] Luxuria uitioſa eſt ſuperfluitate nimia, auaritia uitioſa eſt nimia parcitate, ergo p

culdubio

indubio diuerſa ſunt inter ſe, ſed tamen qui luxuriæ inſeruire voluerit, neceſſe eſt, ut & auarus ſit, quia niſi auarus fuerit, nõ poterit comparare diuitias, quibus ad patrandum luxuriam utatur. [Res ipſa hortari] Sicut apud Ciceronem eſt, Tria ſunt gñã narrationum. de quibus Orator ſumit rationem ſuæ cauſæ. Primum oratorium, quo oratores utuntur uincendi cauſa. Secundum digreſſorium. Tertium poeticum. Sed digreſſorio ſecundo genere narrationis utitur Saluſt. quod interceurrit nonnunquam, aut fidei, aut criminationis, aut laudationis, aut alicuius apparationis cauſa. Nam digreditur Sal. ab hiſtoria quam ſuperius cæperat ſeditione. ſ. Catilinæ, & ad mores ciuitatis narrandos peruenit. Fit autem hæc digreſſio laudationis, uituperationis, & apparitionis cauſa. Laudationis, ut maiores & priſcos illos laudibus exornet, qui remp. non conſeruarunt modo moribus optimis, uerum etiam conſeruatam auxerunt. Vituperationis cauſa, ut homines ætatis ſuæ uituperet, qui non uirtutibus, ſed malis moribus dediti ſunt, & remp. à maioribus ſtabilitam ac firmatam labi, & ad interitum peruenire patiantur. Apparationis cauſa, ut ſe præparet ad id, quod dicturus eſt. Nam de corruptione ciuitatis & ab initio urbis Romæ narrare incipit, quomodo Populus Rom. ſe domi, militiæq. habuerit, & in præſenti habeat, ut his cognitis uerisimile fiat in tanta morum corruptione, animum ad remp. capiendam intendiſſe Catilinam. [Res ipſa] Videlicet, q̃a de corruptione morum mentionem fecerat, propterea uidetur non incõgruum eſſe, ſi perſtrinxerit ea, quę ante Catilinæ ſeditionem fuerunt in urbe Romana. [Inſtituta maiorũ domi, militięq.] i. inſtitutiones, quæ domi, militiæq. maioribus conſeruatæ ſunt. [Domi] in pace [Militiæ] In bello. [Habuerint] Cõparauerint. [Reliquerint]. ſ. poſteris ſuis. [Immutata] Paulatim. ſ. labente diſciplina premiȷ. [Pulcherrima]. i. honeſtiſſima pulcher & honeſtus ſibi inuicem cedunt. [Ergo pulcherrima]. i. honeſtiſſima. [Flagitioſiſſima] i. uitioſiſſima, & ſingula ſingulis oppoſuit, pulcherrima flagitioſiſſima, peſſima optime.

Mart. LVCIVS Catilina] Seruat hic Sal. quod præcipit Dionyſius lib. v. his verbis. Etenim maxime ſcribentibus hiſtoria hoc conuenit, non tantum bellicas actiones ducum narrare, nec ſi aliquod in ſtatuum pulchrum ſaluareq. urbibus excogitantes ediderint, ſed eorum quoque uitas. ſi moderati ipſi, & cõtinentes & in patrijs manẽtes, moribus ſtudijsq. perſeuerauerint ſeſe oſtendere. [Lucius] Quicunque natus eſt luce apud Rom. Lucius dicebatur, ſicut Marcius, quicunque Martio menſe. [Vi animi] Quia tentauit ea quæ aſſequi nõ ualuit Franciſcus Petrarcha ait. Malo ingenium bonum, quam excelens, q̃ illud in malũ flecti neqt, hoc in diuerſa uolubile eſt. Nam & Criſpus, L. Catilinã magna vi animi fuiſſe ait, ſed ingenio magno prauoq. Sæpe magnum ingenium magnorum initium malorum fuit. [Malo] Malus eſt qui omnes lędit: Prauus, qui non ſolum alios, ſed etiam ſeipſum. Vnde Terentius: Inepta patris lenitas, & praua facilitas, quia facilitas nocet filijs, ſi filijs, ergo patri. [Prauo] Sibi officiẽti [Subdolus]. i. facilius ad decipiendum omnes. [Varius]. i. uerſatilis ingenij, non ut alij. [Ardens]. i. ſubditus, [Vaſtus]. i. immenſus. [Alta]. i. non cõuenientia ſuo ſtatui. Valerius probus, ut Gellius lib. primo ait, affirmat à Sal. relictum ſatis loquentiæ, non eloquentiæ. q̃ eloquentia. Sal. nouatori uerborum maxime congrueret, eloquentia cum inſipientia minime conueniret. [Libido] Vocabulum eſt commune ad omnes cupiditates [Penſi habebat]. i. nõ metiebatur quidquam, nec uires, nec potentiam ſuam. rectè igitur Martialis ait. Qui ſua metitur põdera ferre poteſt. [Animus ferox]. i. terribilis, inhumanus, ferinus. [Artibus]. i. uitijs. [Corrupti mores] Quia de uiris effœminatis facilis eſt victoria. [Diuerſa] Nam luxuria uidetur auaritiæ contraria. Sed ait Sen. Nullũ uitium intra ſe manet, in auaritiam præceps eſt luxuria. [Res]. ſ. quam tractaturus ſum, uidetur me hor. repetere ſupra. ſ antequã reſp. tot ſceleribus eſſet polluta, ac uideturm m. h. differere paucis inſtituta maiorũ domi, militiæq., & differere quomodo habuerunt remp. quantãq. reliquerint, res ipſa uidetur me h. differere vt paulatim mutata, ſit facta peſſima, ac fla. & ex p. & op. quia, ut diai fortuna mutarat eum moribus. Vnde Mart. Ardua res hæc eſt odibus non tradere mores, Cũ tot Craſſo diceris eſſe numoſi.

INEDIÆ, algoris, uigiliæ] Hic uerborũ ordo eſt in manuſcriptis, & impreſſis uetuſtioribus [Satis loquentiæ, ſapientię parum] Quamuis in quibuſdam, ut in omnibus manuſcriptis. Eloquentiæ ſit, nec aut ſecus legerit interpres, aut à Priſciano [ſi q̃d uetuſtiſſimis exemplaribus credendum] aliter citetur, tamen vulgatam hodie lectionem ſequor. Aul. Gellius I. teſtatur, Valeriũ Probum] id quod ipſe ex familiari eius docto viro, compererit] ſic à Sal. relictum affirmaſſe, Satis loquentiæ, ſapientiæ parum, quòd eloquentia nouatori verborum Sal. maxime congrueret, eloquentia cum inſipientia minime cõueniret. Sed & Plinius in epiſtolis huc reſpexiſſe videri poteſt. Itaque Iulius Candidus, inquit, non inuenuſte ſolet dicere, aliud eſſe eloquentiam, aliud loquentiam. Nam eloquentia vix vni aut alteri, immo ſi M. Antonio credimus, nemini, hæc vero quam Candidus loquentiam appellat, multis, atque etiam impudentiſſimo cuique maxime cõtigit. [Ex pulcherrima & optima, peſſima ac flagitioſiſſima facta ſit] τὸ Optima, cum illa copula Et. non eſt in vllo manuſcripto, quæ quidem ipſe viderim, nec Beroaldinum ea volumen habet.

IN C. CRISPI SALVSTII BELLVM CATILI- narium Henrici Glareani Annotationes.

LVCIVS Catilina nobili genere natus] Quo gñe, qua ue familia natus ſit L. Catilina ambigi, idq́ inter doctos, admodũ miror. Ex Sal. hercle certum deprehendi non poteſt. Florus eũ Patricium fuiſſe perhibet. Idem ait Cõmentarius ille in Sal. Catilinam, qui Laurentio Vallæ à quibuſdam aſcribitur. Vbi etiam addunt de gẽte Cornelia eum fuiſſe. Atqui ſi Catilina de gente fuit Cornelia, qui fieri potuit, vt L. Lentulus, ſine omni ambiguitate de ea gẽte, ſibi imperium P. R deberi diceret? Sermonem ipſius Lentuli poſtea Sal. refert his verbis? At Lentulum diſſimulantem coarguunt, præter literas, ſermonibus, quos ille habere ſolitus erat ex libris Sibyllinis, regnum Romę tribus Cornelijs portẽdi, Cinnam atque Syllam antea ſe tertium eſſe, cui fatum foret vrbis potiri. Hæc ille. Certe in Ciceronis orationibus nuſquam de Cornelia (niſi memoria nos fefellerit) perhibetur. Quæ autem ipſius Catilinę orationes feruntur, abs quopiam conficta vñr quarum prior etiam ſtolida, nec bene latino, egregie ſ. probat Catilinam de gẽte fuiſſe Cornelia. Itaque ego facile adducor, quod alijs codicibus adſcriptum legimus Catilinam Sergium fuiſſe, quæ familia & ipſa antiquiſſima eſſe perhibetur, nempe à Troiano illo Sergeſto, ſi canenti Virg. v. Æn. credere libet. Sergeſtusq́. domus tenet à quo Sergia nomen. Verum de hoc lectori liberum eſto iudicium. [Vt paulatim immutata ex pulcherrima peſſima] Alij legunt, ex pulcherrima & optima, peſſima ac flagitioſiſſima facta ſit. quæ lectio placeat. vt ſic adiectiuorũ collatio huic auctori haud infrequens, etiam ſi non perpetuo obſeruata.

LVCIVS Catilina] Quia facinus Catilinæ dixit in primis memorabile, proſequitur eius indolem, & mores vnde profectũ eſt. ſanè in principio notanda eſt pueris hæc regula, Nomina & pronomina, ſubſtantia venuſte regunt ablatiuos importantẽs partem, aut proprietatem idq́. mediante adiectiuo laudis vel vituperij intercedente nonnunquam verbo ſubſtantiuo, ſed ſi propria fuerint nomina ſubaudientur appellatiua, vt hic Lucius Catilina fuit, ſubaudi vir nobili genere. Idem fit in genitiuo, vt in Euang. Modicę fidei quare dubitaſti? Et per pronomen, vt apud Boet. Illa vultu, placido. ſubaudi exiſtẽs. Ordo igitur hic eſt, [Lucius ſic prænominatus quòd primus eius prænominis luci hoc eſt oriente luce ſit natus] Catilina quod illius viri proprium eſt nomen ſicut Catilina mulieris, fuit ſup. vir, licet non neceſſario exprimatur. [Genere]. i. progenie nobili quia patricia vt pote Cornelia, vnde Ciceronem propter ignobilitatem nouum hominẽ appellauit & quòd ædis alienas incoleret inquilinum, vt auctor App. de bellis ciuilibus lib. ij. Et fuit magna vi. i. habuit magnã vim, animi & corporis, ſed fuit ingenio. i. indole malo. i. maligno & prauo. i. deprauato pp malos mores, quia bella inteſtina. i. ciuilia quę fiunt inter cõciues qui ſunt in vna vrbe, vt inteſtina in vno ventre, geruntur autem bella etiam ſub mutua deprædatione. vnde vt cruenta ſignificet addit cædes. i. occiſiones, trucidationes. rapinæ. i. violentæ rerum oblationes, & diſcordia ciuilis. i. factiones & ſeditiones, fuere huic. ſ. homini grata. i. accepta quaſi vtilia. ab adoleſcentia. i. ab ea tempeſtate quàm primum exceſſit ephebis. & factus eſt vt dicunt ſui iuris, dum nõ amplius ætas metus magiſter prohibebant. & exercuit ibi. i. in illis nephãdis facinoribus iuuentutem i. aut ſequentem illam ætatem, quæ iuuenta dicitur, aut verius multitudinem iuuenum Romanorũ vt non fuerit contentus maleficio ſuo niſi multos allicerer in fraudem. [Corpus] Sup fuit illi patiens. i. tolerans, inediæ. i. abſtinentia ab eſca, ita nihil comedendo diu durare potuerit, vnde plus eſt habere corpus patiens inediæ quam famis, quia multa conſuetudine indui poteſt vt induret, ita vt inedia famem grauem non efficiat, fames autem ſemper moleſta eſt, & patiens algoris. i. gelidi frigoris ab algeo, ſicut inedia ab in quod hic priuat, & edo es componitur, & patiens vigilię, id eſt vigilationis, ſu

pta

pta.i.vltra quàm credibile eſt cuiquam.i.alicui. Animus ſup.erat illi audaa.i.temerarios aſſidue omnia audens, ſub dolus.i. fraudulenter tectus ſub quo latebat dolus [Varius].i.multiplex ita ut cognitu fuerit difficilimus. ſimulator cuiuſlibet rei.i.potens ſimulare.i. præ ſe ferre oſtentare eſſe quamlibet rem quæ non erat, & diſſimulator cuiuſlibet rei.i.potens fingere quamlibet rem non eſſe, quæ tamen erat, vnde ſimulamus ea quæ non ſunt, eſſe, & diſſimulamus ea quæ ſunt non eſſe, vnde vir ea natura læ tus ſimulat cum caſtigat, iram, vir iracundus dum lætum conuiuium agit diſſimulat iram. Appetens alieni. ſ.boni, & profuſus quaſi profuſor, capitur enim hic actiue, ſui.i.proprij boni, id .n. plerunque accidit vt qui aliena rapiunt ſua diſperdent, ita vt auari ſint, & prodigi pro diuerſis. [Ardens].i.nimis feruens. & vehemens in cupiditatibus.i.ad res concupitas. Satis loquentiæ.i.dicacitatis & ſermonis ſup.fuit illi, ſed parum prudentiæ. Animus ſup. eius exiſtens vaſtus.i.valde amplus & capax, & cupiebat ſe per immoderata, icredibilia & nimis alta.i.ſublimia. [Hũc poſt dominationem]L. Syllæ. Oſtendit quo pacto animus ille audaa auſo potitus ſit vt pote exemplo Lucij Syllæ. de quo Cic. Offic. Noſtri magiſtratus Imperatoresq; ea hac vna re maximã laudem capere ſtudebant, ſi prouincias, ſi ſocios æquitate & fide defendiſſent. Itaque illud patrocinium orbis terræ verius, quam imperium poterat nominari. Senſim hanc conſuetudinem & diſciplinam iam antea minuebamus, poſt vero Syllæ victoriam penites amiſimus, deſitum.n.videri quidquam in ſocios iniquum cum extitiſſe etiam in ciues tanta crudelitas. Hęc ille, de qua crudelitate miranda apud Plut. & Appianum, aliosq; leguntur. Nã Sylla recuperata rep. & oppreſſis Marianis pulcherrimam victoriam crudelitate maxima inquinauit, octo millia peditorum in via publica trucidauit. tabulam proſcriptionis poſuit, vrbem ac totam Italiam cædibus repleuit. Plut. ait Sylla concionem habẽtẽ in ęde Bellonę vij. millia Romanorum extra templum trũcata ſunt & excitato ſenatu ad gemitus eorum, hoc (inquit Sylla) agamus patres conſcripti, pauculi enim ſunt ſeditioſi quos puniri iuſſit. Prius lxxx. proſcripſit, vno interiecto die ducentos ac viginti alios adiecit, deinde tertio non pauciores rurſus, adiunxit, dixitq; ſe de nouo proſcripturum eos quorum tunc eſſet oblitus. Et qui proſcriptum excepiſſet ſalutemq; eius conſuluiſſet mortem propoſuit, non patrem, non filium non propinquos excepit. Appianus ſcribit Sylla al. Senatores, equites, mille & ſexcentos ad mortem condemnaſſe. Tandem autem licet ſero iuſtas dedit pęnas nam ad tantum fœtorem ex pythiriaſi corpus eius deuenit vt pediculis abſumeretur. Vnde Serenus, Sed quis non paueat Pherecidis fata tragœdi, Qui nimio ſudore fluens animalia terra Eduxit turpi miſerum quæ morte tulerũt, Sylla quoque infelix tali languore peruſus corruit & fœdo ſe ſe dit ab agmine vinci &c. Syllæ tamen dominatio multis inuitauit, vnum illud Iuuen. Sat. ij. In tabulam Syllæ ſi dicant diſcipuli ceres. Sed ne prolixior ſim. Ordo eſt, Maxima libido.i.mala voluntas & auiditas capiundæ reip.i.vt capiat & occupet remp. inuaſerat hunc. ſ. Lucium Catil poſt dominationem.i.ſuperbam & Tyrannicam gubernationem Lucij Syllæ illius patricij qui contra Marium de rep. bellum vt dictum eſt geſſit. Neque Catilina habebat quidquam penſi.i.excogitati aut conſiderati ſeu æſtimati, nam qui iuſta lance penſitant pretia iuſta æſtimãt, vnde Galli penſare dicunt pro eo quod eſt cogitare & animo verſare. quibus modis aſſequeretur id. ſ. quod volebat. ſ. dominationem. dũ .i. dummodo pararet.i.acquireret regnum, quod poſt exactos reges nemo parare ſibi audebat in ciuitate libera. [Animus Catilinæ ferox, agitabatur ad illud nephas in dies, i. in ſingulos dies magis magiſq;, inopia.i. propter inopiam rei familiaris.i.dume ſticæ, quam nequiter abſumpſerat cum eſſet profuſus ſui, & con ſcientia ſcelerũ, quia diu ex rapinis vixerat, vnde verebatur niſi remp. occuparet ſe ad ſupplicium poſſe repoſci. Quę. ſ. dun vide licet inopiam rei familiaris & conſcientiam ſcelerum ipſe auxerat his artibus. ſ. malis quas memoraui ſupra illic. [Huic ab adoleſcentia &c.] Præterea. i. præter propria ipſius vitia, mores corrupti ciuitatis. ſ. Romanæ incitabant ſupp eos, quos luxuria & auaritia appoſitorie peſſima ac diuerſa quia oppoſita inter ſe vexabant. i. vehementer tentabant, hoc eſt ceteros perditos iuuenes, niſi dicamus mores incitabant Catilinam, quos. ſ. mores luxuria & auaritia appoſitorie diuerſa inter ſe mala vexabant. i. titillabant &c. [Res ipſa hortari] Facit digreſſionem, ad mores priſcorum Romanorum deſcribendos, quod ne inepte feciſſe putetur rationem affert dicens, Res ipſas. i. opportunitas ex ante dictis nata videtur hortari [quoniam tempus. i. præſentis temporis qualitas ac diſpoſitio admonuit. i. mentionem fecit de moribus ciuitatis. ſ. Romanæ] repetere ſupra. i. altius utpote à primordijs vrbis, ac diſſerere. i. recitare paucis ſup. verbis inſtituta. i. mores, maiorum, ſup. noſtrorum. i. priſcorum Romanorum, quo modo. i. quo pacto, & quibus artibus habuerint. i. comparauerũt remp. domi, & militiæ. i. in pace & bello, & quantum. i. quantum magnam reliquerint, de cuius immenſitate dicit Liuius in præfatione ſic: Quæ ab exiguis profecta initijs eo creuerit ut iam magnitudine laboret ſua, q. d. ut ſeſe iam ſuſtinere non poſſit. Et ut. i. quemadmodum reſpub. Romana, immutata paulatim, id eſt paulatenus, quia ut dicit Iuuen. Sat. ij. Nemo repente fuit turpiſſimus, facta ſit peſſima ac flagitioſiſſima. i. flagitioſorũ pleniſſima, ex pulcherrima & optima. i. ubi prius fuerat pulcherrima & optima, quia illud proprium creditum eſt Romanorum, ut remp. quàm optime regant, unde eſt illud Æn. vj. Tu regere imperio Populum Romanæ memento [Hæ tibi erunt artes] pacíq; imponere morem. Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. Et Cicero in principio Tuſculanarum, Meum iudicium ſemper fuit omnia noſtros aut inueniſſe per ſe ſapientius quam Græcos, aut accepta ab illis feciſſe meliora, quę quidem digna ſtatuiſſent in quibus elaborarent. Nam mores uitæ reſq; domeſticas familiares nos profecto & melius tuemur & lautius. Rem uero publicam noſtri maiores certe melioribus temperarunt & inſtitutis, legibus, &c.

VRBEM Romam, ſicut ego accepi, condidere, atque habuere initio Troiani, qui Aenea duce, profugi, incertis ſedibus vagabantur, cumque his Aborigines, genus hominũ agreſte, ſine legibus, ſine imperio, liberum atque ſolutum. Hi poſtquam in una mœnia conuenere, diſpari genere, diſſimili lingua, alius alio more uiuentes, incredibile memoratu eſt quàm facile coaluerint. Sed, poſtquam res eorum ciuibus, moribus, agris aucta, ſatis proſpera, ſatiſque pollens uidebatur, ſicuti pleraque mortalium habentur, inuidia ex opulentia orta eſt. Igitur reges, populique finitimi bello tentare, pauci ex amicis, auxilio eſſe. Nam ceteri metu perculſi à periculis aberant. At Rom. domi, militiæque intenti, feſtinare, parare, alius alium hortari, hoſtibus obuiam ire, libertatem, patriam, parẽteſq; armis* tegere. Poſtubi pericula uirtute propulerant, ſocijs atque amicis auxilia portabant, magiſque dandis, quàm accipiendis beneficijs amicitiae parabant. Imperium legitimum, nomen imperij regiũ habebant. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat, reip. conſultabant. Hi uel ætate, uel curæ ſimilitudine Patres appellabantur. Poſtubi regium imperium, quod initio conſeruandæ libertatis, atque cauſa augendæ reip. fuerat, in ſuperbiam, dominationemque ſe conuertit, immutato more annua imperia, binos, Imperatores ſibi fecere. Eo modo minime poſſe putabãt per licentiã inſoleſcere animum humanum. Sed ea tempeſtate cœpere ſe quiſque magis extollere, magiſq; ingenium in promptu habere. Nam regibus, boni, quam mali ſuſpectiores ſunt, ſemperq; his aliena uirtus formidoloſa eſt. Sed ciuitas (incredibile eſt memoratu) adepta libertate, quantum breui creuerit, tanta cupido gloriæ inceſſerat. Iamprimum iuuentus, ſimul ac belli patiens erat, in caſtris per laborem uſu militiam diſcebat, magiſq; in decoris armis & militaribus equis, quam in ſcortis, atque conuiuiis libidinem habeant. Igitur talibus uiris non labor inſolitus, non locus ullus aſper, aut arduus erat, non armatus hoſtis formidoloſus, uirtus omnia domuerat, ſed gloriæ maximum certamen inter ipſos erat. Sic ſe quiſque hoſtem ferire, murum aſcendere, conſpici, dum tale facinus fa-

* alias protegere

ceret properabat? eas diuitias, eam bonam famam, magnamq. nobilitatem putabant. Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Gloriam ingentem, diuitias honeſtas uolebant Memorare poſſem, quibus in locis maximas hoſtium copias populus Rom. parua manu fuderit, quas vrbes natura munitas pugnando ceperit, ni ea res longius nos ab incœpto traheret. Sed profecto fortuna in omni re dominatur. Ea, res cunctas ex libidine magis, quam ex uero celebrat, obſcuratque. Athenienſium res geſtæ, ſicuti ego exiſtimo, ſatis amplæ, magnificæq́ fuere, uerum aliquanto minores, quam fama feruntur. Sed quia prouenere ibi ſcriptorũ magna ingenia, per terrarum orbem Athenienſiũ facta, pro maximis celebrantur. Ita eorum qui ea fecere, uirtus tanta habetur, quantum uerbis ea potuere extollere præclara ingenia. At populo Rom. nunquã ea copia fuit, quia prudẽtiſſimus quiſque negocioſus maxime erat. Ingenium nemo ſine corpore exercebat. optimus quiſque facere, quam dicere, ſua ab alijs benefacta laudari, quam ipſe aliorum narrare malebat. Igitur domi, militiæq́ boni mores colebantur. Concordia maxima, minima auaritia erat. Ius, bonumq. apud eos non legibus magis, quam natura ualebat. Iurgia, diſcordias, ſimultates cum hoſtibus exercebant. ciues cum ciuibus de uirtute certabant In ſupplicijs deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles erãt. Duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax euenerat, æquitate, ſeq́ue, remq́. publici curabãt Quarum rerum ego maxima documẽta hæc habeo, quod in bello ſæpius uindicatum eſt in eos, qui cõtra imperium in hoſtem pugnauerant, quiq; tardius reuocati prœlio exceſſerãt, quã qui ſigna relinquere, aut pulſi loco cedere auſi erant. In pace vero beneficiis magis quam metu imperium agitabant, & accepta iniuria, ignoſcere, quàm perſequi malebãt. Sed ubi labore atque iuſtitia reſp. creuit: Reges magni bello domiti, nationes feræ, & populi ingentes ui ſubacti, Carthago æmula imperii Romani, a ſtirpe interiit, cuncta maria terræque patebant, ſæuire fortuna ac miſcere omnia cœpit. Qui labores, pericula, dubias, atque aſperas res facile tolerauerant, iis ocium, diuitię, optãdæ aliis oneri miſerięq; fuere. Igitur primo pecuniæ, deinde imperii cupido creuit, ea quaſi materies omnium malorum fuere. Nãque auaritia fidem, probitatem, ceteraſq; arteis bonas ſubuertit, pro his ſuperbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia uenalia habere edocuit. Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit, aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promptũ habere, amicitias, inimicitiasque, non ex re, ſed ex cõmodo æſtimare, magisq; uultum, quàm ingenium bonũ habere. Hæc primo paulatim creſcere, interdum uindicari Poſt, ubi contagio quaſi peſtilentia inuaſit, ciuitas immutata, imperium ex iuſtiſſimo, atque optimo, crudele, intolerandumq; factum. Sed primo magis ambitio, quã auaritia animos hominũ exercebat: quod tamen uitium propius uirtuti erat. Nam gloriã honorem, imperium bonus, & ignauus æque ſibi exoptãt, ſed ille uera uia nititur: * hic quia bonæ artes deſunt. dolis atque fallaciis cõtendit. Auaritia pecuniæ ſtudiũ habet, quam nemo ſapiens concupiuit, ea quaſi uenenis malis imbuta, corpus, animumq; uirilem effœminat. Semper infinita, inſatiabilis eſt, neque copia neque inopia minuitur. Sed poſtquã S. Lylla, armis recepta rep. bonis initiis malos euentus habuit, rapere omnes trahere, domũ alius alius agros cupere, neque modum, neque modeſtiã uictores habere, fœda crudeliaq. in ciueis facinora facere Huc accedebat quòd L. Sylla exercitum, quem in Aſia ductauerat, quo ſibi fidum faceret, contra morem maiorum, luxurioſe, nimisq. liberaliter habuerat. Loca amœna, uoluptaria, facile in ocio feroces militum animos molliuerant. Ibi primum inſueuit exercitus populi Romani amare, potare, ſigna, tabulas pictas, uaſa cœlata mirari, ea priuatim ac publice rapere, delubra ſpoliare, ſacra, profanaque omnia polluere. Igitur hi milites, poſtquã uictoriam ſunt adepti, nihil reliqui uictis fecere, quippe ſecundæ res ſapientium animos fatigant, nedum illi corruptis moribus victoriæ temperarent. Poſtquã diuitiæ honori eſſe * cœpere, & eas gloria imperiũ, potentia *ſequebatur, hebeſcere uirtus, paupertas probo haberi, innocentia pro maleuolentia duci cœpit. Igitur ex diuitiis iuuentutem luxuria, atque auaritia cum ſuperbia inuaſere, rapere, conſumere, ſua parui pendere, aliena cupere, pudorem, pudicitiam, diuina, atque humana promiſcua, nil penſi, neque moderati habere.

* huic

* cepe runt.

* ſeque batur.

VALLA

VRBEM Romam [Hic eorum opinionem ſequitur, qui dicunt ab Ænea cõditam fuiſſe vrbem Rom Plutarchus in vita Romuli multas affert ſententias, nam dixerunt nonnulli Æneam fuiſſe conditorem, alij Euandrum Arcadem, alij mulierem Arcadicam, quæ fuerat ſecuta Euandrum in Italiam, cui nomẽ erat Roma, & à nomine ſuo vrbi impoſuiſſe nomen ſic, vt Roma appellaretur. Alij dicunt non Æneam, neque Euandrum, neque mulierem Arcadicam, ſed Romulum, & Remum condidiſſe mœnia vrbis Romæ. cuius ſententiæ T. Liuius teſtis eſt hic vero eorum ſequitur opinionem, qui dicunt Æneam profugum à deleta Troia, vna cum Troianis Romam condidiſſe. [Condidere] Pro condiderunt, ædificauerunt. [Habuere] Tenuere, habitauere, & ſæpe primitiuus ponitur pro deriuatiuo, & conuerſo, nam dicimus, habito hanc domum. i. habeo. [Accepi] Audiui, intellexi. [Profugi] Procul fugati à domo ſua. [Incertis ſedibus] Quia certa loca non habebant, in quibus ſe firmare poſſent, donec mœnia condiderunt, ſed huc atque illuc errabant. [Abrogines]. ſ. tenuere vrbem :- [Cum his]. ſ. Troianis Abrogines populi dicti ſunt Latini priſci, qui Italiam ab initio tenuere. & dicti ſunt Aborigines, quia diu aberrarunt, antequam certas ſedes haberent. [Sine legibus] Quia ipſi licenter viuebant nec vlla lex erat, quæ vetaret, quin pro arbitrio facerẽt quæ voluiſſent. [Sine imperio] Et dicitur democratia, quia nemo regebat eos. [Liberum atque ſolutũ] Declarat, quod dixit. [Sine legibus, ſine Imperio] Monarchia. [Liberum] Quia ſine legibus. [Solutum. [Quia ſine Imperio. [Hi poſtquam &c.] Hi Troiani, & Aborigines antiqui Italiæ populi, cum in vna mœnia vrbis Romæ conueniſſent, credi non poteſt quam facile creuerint. [Diſpari genere] Quia hi quidem Troiani, hi vero Latini. [Diſſimili] Nam quia genus diſpar erat, lingua quoque diſſimilis fuit, Nam, ſicuti videmus, aliud idioma habent Teucri, aliud Græci, aliud Latini. [Alio more] Alio ritu, & humano, & diuino, nam mos vtrunque complectitur, & diuinum, & humanum. [Incredibile memoratu]. i. credi non poteſt, ſi memoraretur. [Coaluerunt]. i. ſimul creuerint, Nam coaleſcere craſeſcere ſignificat. [Ciuibus] Et quia populus ille in maximam breui peruenit multitudinem. [Moribus] Et quia multitudo populi creuerat, mores etiam impoſiti ſunt ciuibus. [Agris] Nam cum viciſſent Rom. populos finitimos, agrorum fines ſuorum protenderunt. [Satis pollens] Satis potens. [Pleraque mortalium habentur] In quo maior pars humanarum rerum inuidioſe poſſidetur, & ideo, quia diuitiæ ingentes poſſidebantur à Rom. inuidia repente orta eſt contra eos. [Ex opulentia] Ex diuitijs, & opibus rerum. [Igitur] Quia inuidiam opulentia peperit Romanis. (Tentare] Pro tentabant Romanos. [Pauci ex amicis] Vt fuerunt Albani ſemper coniuncti erant Rom. [Ceteri] Præter paucos amicos. [Domi, militiæq. intenti]. i. bello & pace diligentes. [Feſtinare] Pro feſtinabant ad ea, quæ ſibi, & reip. vtilia eſſent,

ſent, & ad omnia pro imperio augendo. [Hortati] Pro hortabantur. [Tegere] .i. defendere. [Armis] Armorum virtute. [Poſt vbi] Pro poſtquam, vna pars cõpoſita eſt poſtubi. [Propulerant] Procul pepulerant. [Virtute] Fortitudine animi & corporis. [Socijs atque amicis] Poſtea vbi ſe defenderant amicos atque ſocios defendebant. [Parabãt amicitias] .i. magis ſuo beneficio quam alieno ſibi tradito amicitias parabant ſibi priſci Rom. [Habebant] Romani. [Imperium regium] Dominationem, cui rex vnus pręerat. [Legitimum imperium] .i. imperium ſecundum leges conſtitutum. [Nam qui præerant ſummæ rerum rex apellabantur. [Delecti] .ſ. ſeniores qui per ætatem militare non poterant.]In genium ſapientia] .i. qui ingenio pollebant. [Sapientia] Ætate, & experientia rerum. Hi vel ætate. Nunc dicit, quomodo appellabantur Senatores, & quomodo dicebantur qui cõſilio pręerant, & reip. augendæ, & huiuſmodi erant, quibus corpus infirmum erat, ingenium autem validum. [Ætate] Quia ſenes erant quemadmodum ſolent eſſe patres. [Vel ſimilitudine curæ] Quia ipſi reip. vtilitatem curabant, quemadmodum patres curant vtilitatem filiorum. [Poſtubi] Poſtquam [Initio] Ab initio .i. à primordio vrbis. [Conſeruandæ libertatis cauſa] Fuerant reges, vt libertas conſeruaretur, quia pepulerant hoſtes, qui Romanis libertatem eripere volebant, & ſuo imperio ſubigere. Augendæ rei, quia præerat vnus ſummæ rerum, qui omnia ſuo ordine regeret, & ſi quid male cõmiſſum fuiſſet rex vendicare, & hoc pacto omnes ciues vna erant concordes, quapropter reſp. Rom vehementer augebatur. [In ſuperbiam, dominationemq́ue] Quia non ſecundum leges, & ſecundum inſtituta maiorum reges nouiſſimi P. R. tractabant, ſed pro arbitrio, & voluntate ſua omnibus dominari, omnesq́. opprimere. ſeu recte, ſeu perperam ſtudebant. [Binos imperatores] .i. duos conſules. .i. cõſulatum regium conſtituere Rom. priores. [Annua imperia] i. quę tantummodo vno permanerent, nam conſules vno tantum anno permanebãt in imperio. [Eo modo] .ſ. tantũmodo annua eſſe imperia. [Igno ſcere] In ſuperbiam, & inſolentiam poſſe recidere, eo quod imperium breue erat. [Ea tempeſtate] Eo tempore in libertatem vindicata eſt ciuitas. [Quiſque] .ſ. quiſque pro viribus ſuis. [Extollere] Magnificare ſe [In prõptu] In parato, & manifeſto, nam non timebant, ne virtus ſua deſpicere poſſet reges, ſicut prius, cũ reges vrbem habebant. [Nam regibus] Ratio eſt cur quiſque virtutem, ſuã aperire ſtudebat, quia boni magis ſunt ſuſpecti quam viles & ignaui, nam regum tempore etiam ſi quis ingenium maximum habuiſſet, oſtendere non audebat, ne ſe ſuſpectum faceret regibus. [Suſpectiores] Magis ſuſpecti. [Quam mali] Quam viles & ignobiles. nec dicas quàm improbi & praui, ſed quam viles & ignaui, & ita boni, prudentes, & præclari viri. [His] .ſ. regibus. [Incredibile memoratu] .i. credi nõ poteſt. ſi memoraretur. [Adepta] Parata, & eſt vſus adepta in paſſiua ſignificatione. [Inceſſerat] Inuaſerat Romanos, poſtquam ipſi in libertatem peruenerunt. [Simul ac belli patiens] Quia aſſuefacta erat bellis gerendis. [Per laborem, & vſum] Militiam .i. laborando & militando militiam gerere, & laborem pati aſſueti erant, quia per laborem & continuum vſum fiebant belli peritiores. [Vſu] Conſuetudine. [Magis in decoris armis] .i. magis cupiditatem ſuam ponebant in his, quæ ad rem militarem pertinẽt, quam in his, quæ ad voluptatem ſeu luxum attinere videmus. [Decoris] Ornatis, inſignitibus. [Militaribus] Bellatoribus, bello accõmodatis [Scortis Meretricibus. [Conuiuijs] Superfluitatibus ciborum. [Igitur] Narrare cœpit Sal. mores populi R. & inſtituta eius, quibus ad tantam magnitudinem imperij facile ſe prouexerat, quod etiam hic facit, igitur quia ſummo labore ſe exercuerant in bello, & ſuas omnes cupiditates poſuerunt in virtute. [Talibus viris] Qui continentia & labore ſe exercuerant. [Non locus vllus aſper, aut arduus] Editus, & eleuatus, quia quanquam locus editus eſſet, vel munitus, tamen virtute ſua ſuperabant. [Non arma tus hoſtis fot.] Et quia in bello diu ſe exercuerant. ideo armatos hoſtes non metuebant Rom. [Omnia domuerat] .ſ. locos & homines virtute ſua domuerant Romani. [Certamen] Contentio. [Inter ipſos] .ſ. Romanos. [Quiſque properabat ferire] Non expectabant alij alios, vt hoſtes inuaderent. ſed vnuſquiſque primus eſſe volebat, vt eam laudem adipiſci poſſet. [Murum ſcendere] Properabat, vnuſquiſque in oppugnandis vrbibus primus eſſe volebat, qui murum aſcenderet, vt muralem coronam aſſequeretur. [Nam corona muralis dabatur his] Qui primi murum aſcendiſſent. [Tale facinus faceret] .i. dum primus feriret hoſtem dum primus murum aſcenderet. [Tandim ea] Sic vincendo hoſtes & expugnando vrbes. [Diuitias bonam] Magnamque in hoſtibus vincendis & vrbibus expugnandis, famam, nobilitatem, ſuasq́. omnes diuitias ponebant. [Laudis auidi] Auari quidem erant gloria, pecuniæ autem munificentiſſimi. [Laudis] Quam diſcrimine vitæ gerebant. [Pecuniæ liberales] Quam ſuis amoreis profundere non dubitabant. [Gloriam ingentem] Quantum quidem ad gloriam pertinebant, nihil minus deſiderabant ſiue quantumq́. ad diuitias moderatas gaudebant. [Ingentem] Pluſquam mediocrem [Honeſtas, Mediocres. [Memorare poſ.] His de cauſis hoc ſæpe conſecuti ſunt Rom. vt populi pauci ingentem hoſtium multitudinẽ funderint atq; fugauerint, ſępe vrbes inexpugnabiles tandem vicerint. [Maximas hoſtiũ copias parua manum] Vt Lucullus qui aduerſus Tigranem Armeniæ regem centum millium exercitum duodecim milibus militum ſudit atq́; fugauit, in quo prœlio Tigrouilla filius ipſius Tigranis captus eſt, atq; triũpho ductus. [Quas vrbes natura munitas] Sicuti ſuit Carthago noua in Hiſpania, quæ q̃q̃ natura loci & à terra, & à mari munita eſſet. tñ populus R. virtute ſua eam cœpit ductu & auſpicio P. Scipionis Africani ſuperioris. [Ea res] .ſ. prædicta in medium adducere. [Ab incepto] A propoſito, videlicet à deſcriptione ſeditionis Catilinæ. [Sed] Fortaſſe hoc pertinet ad id qđ ſequit, & h. d. q̃q̃ Rom. plura geſſerũt domi atq; militię egregia facinora, q̃ alius in orbe terrarum populus, tñ fortune fecit. vt ceteri terrarum populi fama præſtarent. Nam quamuis multa geſſerint, non tñ fuerunt ſcriptores, qui ea memoriæ traderent. Ceteri aũt q̃q̃ non tanta fecerint, tñ quia ſcriptores ea illuſtrarunt, alacrioris hñt fama. (Sed fortuna dominatur in omni re] .i. res oẽs humana ſub eius imperio tenet. [Ea res omni] .i. fortuna res hominum pro ſuo arbitrio huc atque illuc variat, vt ſi obſcuræ fuerint, eas clariores reddere poſſit, ſi veru præclarę, obſcuras faciat [Celebrat] Illuſtrat. [Obſcurat] Ignobiles reddit. [Ex libidine] Pro ſua voluntate & arbitrio, quia Athenienſium res celebrauit, Romanorum aũt obſcurauit, non veritate. [Athenienſium res] Quia fortuna in omnibus rebus valet, & hic probari poteſt Feruntur] Proferuntur. i. extolluntur à ſcriptoribus. [Ibi] .ſ. Athenis. [Prouenire] Nati ſunt, progeniti ſunt. [Per terrarum orbem] i. in vniuerſo terrarũ orbem illuſtrantur, & clarificãtur tanq̃ maxima fuerint. [Itaque eorũ qui ea fecere] Ob hac cauſam, tãta habetur pro imperatorũ virtus, quantũ virtutẽ eorũ ſuis ſcriptis illuſtrare potuerunt ſcriptores [Tanta] Tantæ magnitudinis. [Fama] .ſ. res geſtas Athenis. [Negocioſus] Maxime ſe dederant negocijs, aut militando, aut reip. conſultando. [Ingenium nemo ſine corpore] Nemo ſe dederat ludijs literarũ ſine exercitatione corporis. [Malebat] Potius volebat. [Et ſua ob alijs] Volebat de ſe alios dicere potius q̃ ſe aliorũ geſta narrare. [Igitur] Superius expoſuit Sal. rationes cur res geſtæ Athenienſium maiores fuere fama q̃ re. Sed non idẽ euenit Romanis, eo q̀ in vrbe romana raritas ſcriptorem fuerat. Nam quiſq; Rom. deditus erat negocijs ſua ab alijs potius celebrari, quam ſe aliorum geſtas res prædicare malebat. [Igitur] Quia oẽs negocijs, & gerendis rebus dediti erant. [Domi] In pace. [Militiæ] In bello [Concordia maxima auaritia] Nam vnum ſequitur ex reliquo nam quia non erant auari, ideo erãt cõcordes, nota ergo ex auaritia naſci diſcordia. (Ius æquumq;] .i. ius ex bono & æquu, nã ius ex bono & æquo conſtare dr̃, quod omnibus conuenit. [Nõ legibus magiſquam] Quia ſine legibus quàm ipſi naturaliter boni erant & æqui. [Iurgia] Verborum ſunt. [Diſcordia] Diſſenſiones & inimicitias. [Simultates] Inopias. [Cum ciuibus certamen erat] Vt preſtarent virtute alijs. [Supplicijs] Nota quòd ſupplicium ſupplicatio dicitur, eo quòd priſcis temporibus ex damnatorum pecunia dijs ſacrificia exhibebantur, nam quia ſoluere pecuniam ex maleficio commiſſo ſupplicium erat reo, conſuetudo inoleuit, vt ſupplicium ſupplicatio dicatur, nam apud antiquos omnis pœna pecuniaria fuit notata ſecundum delicti quantitatem. [In ſupplicijs] In ſacrificijs, non dubitabant hecatombem facere, id eſt ſacrificium, in quo centum boues mactabantur. [Parci moderati] Nam inde fit parſimonia. [His duabus artibus audacia] Audacia quòd in periculis ſe exponere non dubitabant. [Vt bello pax euenerat,] Id eſt pacis æqualitate, tempore. [Æquitate] quia æquo iure omnes viuebant. [quarum rerum] Videlicet, quia ipſi & in bello audaces & domi æqui eſſent. [Hæc documenta] Exempla, ſcilicet quæ ſequuntur. Vindicantum] ſæpe vindicta facta eſt contra eos. [Contra imperium pugnauerant,] Sicut Luc. Manlius Torquatus, qui filium ſuum, eo quòd iniuſſu eius contra hoſtem pugnauerat, & etiam victoriam ex hoſte reportauerat, primum virgis cædi, deinde ſecuri percuti iuſſit. Idem Papyrius Curſo feciſſet in magiſtratum equitum, niſi populus rogaſſet, vt ſibi donaretur. [Contra imperium] Contra iuſſum imperatoris.

[Qui

[Qui ſigna reliquerant]Quia paucos admodum huiuſmodi iuuenes. [In pace]Probauit audacia Romanos ſe,ſuamq́.temp.in bello conſeruaſſe,nunc probat in pace iure æquitatis id fuiſſe cõſecutos. [Beneficijs magis quam metu].i.magis beneficio ſocijs ſuis, quam premendo imperio ſuos ſubditos regnabant Rom.ſ. parebant ſubditi populo R.magis quam metu. [Agitabant]Regebãt.[Ignoſcere magis quam per,]ſi quis defeciſſet à populo Rom ſimul ac pœnituiſſet, ita parebat eis populus R.[Vbi]Pro poſtquam [R eſp.]i.poſtquam omnia imperio ſuo ſubegit Romanus populus , nec cum aliqua gente ſibi bellum ſuperfuit,fortuna omnia miſcuit,ita vt arma in ſeipſos conuerterint. [Feræ, ſæuæ]Videlicet Barbaræ, vt Scythæ,vt Tracẽſes,vt Parti . [Æmula imperij Rom.[Quæ ſemper eſt cauſa cum Romanis de imperio contendere,[A ſtirpe interijt]Funditus euerſa eſt. [Cũcta maria]Poſtquam quidquid mari,quidquid terra regebant populi R.imperio ſubiectum erat.[Miſcare]Perturbare.[Labores],ſ. ferendo ipſam militiam.[Pericula]Exponere ſe omnibus extremis.[Dubias]Incertas.[Atque aſperas]Difficiles, & ſingulas res ſingulis oppoſiti,aſpera contra labores,nam quod aſperum eſt, cum labore conſequimur. [Dubias]Contra pericula , Nam quicunque res dubias agit, in maximo periculo verſatur [Obtãdę alijs]Non obtandæ populo R.vt orbi terrarum principi,ſed alij gentibus quæ ſeruiebat imperio ſuo, nam cum populus R.princeps omnium eſſet multo magis imperare debeat diuitias poſſidẽtibus,quam ipſe diuitias poſſidere vellet. [Oneri miſeriæq́.] Quia propter hæc in perniciem ſui imperij omni peruenere,eo ꝙ diuitijs nõ recte vſi ſunt, nam qui poſſidet diuitias poſſidetur ab his,niſi hic ipſis moderate vtatur,ille ergo,qui vtitur diuitijs diues eſt qui vero abutitur, pauper eſt.[Igitur primo]Superius oſtendit Saluſt.quomodo paulatim mutati ſunt mores ciuitatis, & antea bello excitati fuerant . poſtquam omnia ſuo Imperio ſubegere , diuitij & ceteris voluptibus animum ſtatim dedere, quia ex rep.quidam pecuniam,poſtearegnum cupere cœperunt , quamobrem omnes auari atqua ambitioſi redditi ſunt [Igitur]Quia diuitias.ſ.optare cœperunt.[Et cupido pecuniæ deinde imperio]Vnam ſequitur ex altero, nam qui magnam pecuniam poſſidet,hic ſibi immoderata imperia quærit.[Ea]Videlicet pecunia & imperij cupido omnium malorum quia deinde omnium malorũ origo nata eſt.[Neque auaritia].i.quia ex auaritia,& imperij cupiditate mala omnia eſſent ſecuta,quia fides, probitas, & ceteræ bonæ artes repente ex vrbe abierunt.[Auaritia]Vere dicit auaritiã ſubuertiſſe has omnes virtutes,quia auarus.i. auens.i. deſiderans aurum,& auro pechtus quicunque aũt auaritiæ deditus fuerit , perfidus & improbus eſſe conſueuit. [Probitatem]Integritatem.[Subuertit]Euertit.[Edocuit] Auaritia.[Superbiam]Contra fidem,quia ex ſuperbia naſcitur perfidia.[Crudelitatem. quam probitatem]Nam qui probus eſt, humanus eſt,& qui improbus fuerit,crudelis efficitur.[Negligere Vt iureiurãdo falſitate ſumpto,cauſa pecuniæ . [Habere omnia venalia]Facere omnia propter pecuniam,ille dicitur habere omnia venalia,qui omnia pecuniarum cauſa facit.[Falſos]Fallaces & mendaces. [Subegit[Coegit.[Aliud clauſum]Ecce quomodo falſos oſtendit eſſe factos,[Aliud clauſum].i.odium & ſimultates.Promptum in lingua, videlicet benignitatẽ, manſuetudinem & comitatem.[Exiſtimare cœpit[Non ex re, quia ſi bonus eſſet,& amari dignus, tantum ego ipſum conſiderarem, ſi mihi nullo erit emolumento,nam vis amicitiæ ſeruatur, cum eum amamus,qui amari dignus eſt,non aũt,qui nobis aliquo erit emolumento , & ſi indignus erit,qui amatur.[Ex re non ex natura ipſarum amicitiarũ]Nam qui ſibi erant vtilitati,diligebant , etiã ſi indigni eſſent amari , qui vero nulli ſibi erant cõmodo odio habebant,& ſi digni eſſent amicitijs,qui ingenio,qui natura ſimulabant ſe bonos eſſe. & naturaliter mala habebant naturas , naturaliter mali erant.[Interdum vendicari]Pro vendicabantur.i. puniebantur,quia puniebantur qui populum corrumpebant. [Poſt vbi] Poſtquã. [Contagio].ſ.huius ſimulationis . [Ciuitas eſt im.]Quia puniebantur ꝙ populum corrupiſſent,eo ꝙ oẽs eodẽ crimine tenebãtur, nam ꝙ à multis peccator inultum eſt,ſed primo quidem ambitione magis tenebãtur corrupti ciues quàm auaritia.eo ꝙ honoris cupidi erant, quod tñ vitium minus erat auaritia. [Quod vitium ambitionis . [Propius]Propinquius, namque & ꝙ ambitio ſit propinquior virtuti.ex hoc probatur ꝙ tam boni,quam mali ſibi honores cupiunt & gloriam,auari aũt nullam penitus virtutem habere poſſunt.[Sed ille nti.]Ille,ſ.bonus[.Vera via].ſ.virtutis. [Bonæ artes]Boni mores. [Dolis atque falſa]Simulatione & falſitate.[Studium]Deſiderium & voluptatem. [Quam ,ſ.pecuniam. [Nemo ſapiens].ſ.ſi omnes mortales pecuniam cupiunt, relinquitur ergo omnes ſtultos eſſe.[Effœminat]Effœminatum reddit . [Ea].ſ.auaritia . [Semper infinita]Præterquam homines facit effœminatos , etiam ſi viles fuerint,hoc etiam accidit, quòd infinita ſit & inſatiabilis. [Inſatiabilis] Nam quanto plures comparat diuitias auarus, tanto plures deſiderat , vnde Iuuen Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit.[Minuitur]Decreſcit. [Sed poſtquam L.Sylla] Oſtendit ſuperius auaritiam deteriorem ambitione, propterea quod ambitioſi homines tam boni,quam mali inueniuntur, eo quòd fermè omnes laudes & gloriæ & imperij cupidi eſſent, in hoc tamen differre videntur,quòd bonus vera virtutis via ad honorem accedit, malus autem dolis & fraudibus honores conſequitur , nunc aũt dicit multo pernicioſiorem remp. euaſiſſe tẽpore Caij Marij,& L.Syllę [Lucius Sylla]Hic L.Sylla fuit,qui bellum ciuile contra Marium geſſit , in quo quidem bello multas clades populo Rom. vterque edidit, ſicut apud Valerium, & alibi habetur plenius. [Recepta rep.]Occupata rep. factione ſua . [Bonis initijs]Primo quidem virtutem ſuam populo Rom.præſtitit, & re ip.multum profuit . [Malos euentus] Quia opes ſuas in reip.perniciem conuertit.[Rapere] Pro rapiebant.[Omnes]Milites Syllani . [Trahere]Pro trahebant. [Cupere]Pro cupiebant.[Alius domum alterius].i.non contenti ſuis aliena petebant . [Victores].ſ.milites Syllæ . [Modum] Quantum ad quantitatem [Modeſtiam]Quantum ad continentiam.nunquam tantas diuitias ſurripuerant, quòd multo plures habere non quærerent, non moderati erant in ciues, ſed eorum bona diripiebant, & nonnunquam eos interficiebant.[Fœda]Turpia & ſordida . [Huc accedebat]Propter victoriam accedebat conſuetudo, quam habuerant,tunc cum Sylla cum eis præfuerant in Aſia, vbi omnia pro arbitrio ſuo fecerãt,ipſo Sylla concedente.[Huc.]ſ.ad victoriam .[Accedebat]Huc addebant ad hoc [Exercitum quẽ ducta].i.exercitum,cui ipſe præfuerat in Aſia.in Aſia ſunt omnia amœna & voluptatis plena, tum qualitate loci , tum clementia aeris, quæ clemẽtia facit eã fertiliorem , & propterea etiam amœniorem. [Quo] .i.vt. [Fidum]Pro fidelem. [Morem maiorum] Contra conſuetudinem & diſciplinam .Rom.militum qui ſemper continentes, & parci militauerant vſque ad hoc tempus. [Luxurioſe] Abundanter & ſuperflue.[Liberaliter] Licenter, quia omnia quæcunque libuiſſent,committere,patiebatur. Sylla,ſiue honeſta,ſiue turpia fuiſſent [Amœna] Delectabilia & ſine fructu . Inter amœnum & iucundum hoc inter eſt,quia amœna loca ſunt ſine munere,& à munio dicta ſunt, eo quòd Munere careant , iucundum autem vtilitatis rationem habet, amœna loca ſunt umbris arborum & floribus pratorum ſuauia,hæc enim Græce tempe dicuntur.[Voluptaria].i.plena uoluptatis,& unum ſequitur ex altero, nam ex amœnitate ſequitur uoluptas.[Molliuerant] Molliores,& effœminatiores reddiderant.[Amare] ſcilicet,mulieres.[Potare]Vinum,cum antea ſemper ſobrij fuiſſent & continentes. nũc amœnis locis corrupti, & mulieres amare , & uinum ſuperfluum nimis luxurioſe ſumere cœperunt.[Signa] Tabulas pictas , antea ſemper à uoluptatibus alieni fuerant, nec de gentibus uictis aliquid abſtulerant,ſed tantum eorum dominos dici, & aurum poſſidentibus dominari uolebant , nunc uero ea ſibi placere cœperunt, quæ antea neglexerant.[Signa]Statuas , nam ſignum ſtatuam dicimus. [Tabulas pictas].i.tabulæ , in quibus artificioſe quædam depicta erant,quibus maiores noſtri plurimum delectabantur.[Tabulas pictas] Imagines tabulis precioſis depictas aureas,uel argenteas.[Vaſa cœlata].i.fabricata, nam cœlare fabricare dicimus.[Mirari]Pro mirabãtur.i. laudabant, nam quæ miramur,ea laudamus.[Rapere pro rapiebant.] Non ſolum mirabantur , ſed mirata rapiebant.[Delubra]Templa deorum.[Polluere]Pro polluebant milites Rom . [Sacra profana].i.ſacra & non ſacra.[Igitur hi milites]Quandoquidem tanta animi cupiditas inceſſerat,ut & priuata & publica raperent,ſacra,& nõ ſacra violarent. [Nihil reliqui fecere].i.nihil reliquerũt,& eſt honeſtiſſimus dicendi modus.nihil reliqui feciſti. i.nihil mihi reliquiſti.[Quippe ſecundæ res]Et probat euidenti ratione hoc ita feciſſe Romanos milites.[Fatigant animos].i.vt vix ſapientes ſe abſtinere poſſint à rebus illicitis,hoc faciũt res ſecũdæ . [Nedum illi].i.non illi obtemperarent uictoriæ.i.non uterentur uictoria,in qua omnia ꝓ uoluntate fieri ſolent. [Corrupti moribus]Vitiatis moribus.[Hebeſcere uirtus]Et unum ſequitur ex altero.Nam cum diuitiæ in honore habentur. uirtus negligitur. [Et eas gloria,potentia,]Hoc eſt poſtquã qui diuitijs abundãt, hi glorioſi atq; potentes erant. [Probro]Dedecore.[Innocentia pro maleuolentia]Qui innocens erat,hic ab omnibus odio habebatur

hebatur.i. qui uero nocentes erant, in maximo honore ab omnibus abebãtur, qui uero innocentes fuiſſent, hi ab omnibus odio habebantur, atque maleuolentia. [Igitur ex diuitijs] Ergo, quia ocio & ignauiæ ſe dedere, quòd diuitias poſſidere cœperunt ingentes, id effectum eſt, ut ex diuitijs poſtea luxurioſi, ſequeretur ſuperbia, & auaritia. [Igitur luxuria, &c.] .i. diuitiæ cauſa fuerũt ut iuuenes luxurioſi, auari, atque ſuperbi efficerentur. [Auaritia] Nam cum bona tua profuderis explendæ cupiditatis cauſa, neceſſe eſt, ut diuitias congregare ſtudeas, & ita naſcitur auaritia. [Superbia] Nam qui diuites ſunt, omnia ſibi licere arbitrantur. [Rapere] Pro rapiebant. [Suaque paruipendere pro paruipendebant. Declarat quod dixit paruipendere, quia conſumebant aliena. [Conſumere.] Pro conſumebant. [Aliena cupere] Quia rapiebant. [Pudorem & pudicitiam] Inter pudorem & pudicitiam hoc inter eſt, quia pudicitia eſt ipſa uirtus, pudor, effectus pudicitiæ [Promiſcua] Confuſa, permiſta. [Nihil penſi] Nihil conſiderationis habebant. [Quidquam modo] Hæc moderationem, nec conſiderationem habebant, dummodo ſuam commoditatem perficerent. [Præterea nec pudorem, nec pudicitiam diuina magnifaciebant.

MARL. VRBEM Romã] Vrbis Romæ nomẽ magnum, maximaq. gloria apud oẽs gentes peruagatum, à quo, & quamobrem inditũ ſit, maxima inter ſcriptores eſt diſſenſio. Alij tradũt Pelaſgos terrarum orbem longo errore peruagatos plurimisq. bello domitis nationibus eam Italiæ partem tenuiſſe, & ob pugnandi robur, quod Romam græci uocant, ſic vrbem appellaſſe. hi Aborigines nonnulli appellatos fuiſſe dicunt, ut ait Dion. quãuis in nõ affirmet. Alij uero euerſa Troia à Græcis quoſdam profugos nactos, claſſem in Hetruriam uento delatos, in Tyberis faucibus appulſos eſſe, eorumq. mulieribus iã nauigatione fatigatis, vnã earũ Romam nomine, quæ nobilitate & prudentia ceteris antecire uidebatur ſuaſiſſe claſſem incendendam eſſe, quod factum uiris moeſtitiam ab initio tulit, qui deinde neceſſitate coacti circa palatium poſitis ſedibus, experti loci fertilitatem, ſuſcipientibusq. uicinis honoribus affecerũt Romam. Vrbemq. ex eius nomine [utque eius rei auctor fuiſſet] nuncuparunt. Cui ſententiæ aſſentire uidetur Sal. cum dicat duce Aenea, non mortuo, ut qui aliam opinionem habeat, omnino Criſpus hoc in loco græcos imitatur, alias affert ſententias Plut. in Romuli uita. Sed hæc ſatis ſint, q̃a plura interpretes. Cur dicat cũ his Aborigines, quòd ut ait Dion. Arcadum genus fuit, facilis eſt ſolutio. Nam q̃n Aeneas in Italiam uenit, Latinus Aboriginum rex erat, deinde, qui primo partem Vmbriæ occuparunt, iuxta Appeninum. Aborigines occuparunt Triquetram inſulam Siciliæ, & in Italiam demũ venerunt, in qua poſitis ſedibus manſerunt, unde Aenea in Italiam ueniente permiſti Troiani cum Aboriginibus urbem condidere, attamen, ut ait Virg. antea palatium ab Euandro conditũ fuerat, qui Arcas erat. [Diſpari genere] Quod eſt mirum ex tanta hominum diuerſitate breui coaluiſſe vrbem. [Metu perculſi] .ſ. ne bellum in ſe, impetũ faceret, ſi Rom. ſubſidium attuliſſent Perculſus, à percellor uenit & eſt in mente, Percuſſus uero à percutior. [Feſtinare]. i. prompti erant ad vrbis auxilium. [Parare] .ſ. excubias & neceſſaria ad bellum. [Feſtinare]. ſ. contra hoſtes, quia, ut ait Sen. arcendus eſt hoſtis in confinibus, nec recipiendus in urbem. [Hoſtibus ob uiam ire] .i. percipiebant conſilia hoſtibus. [Portabant] .i. ferebant. [Dandis beneficijs] Ariſt. ait beatius eſt dare quam accipere, & Sen. Beneficia qui dat deos imitatur. [Delecti. i. electi. [Annis. i. longa ætate. [Validum] .i. præſtãs. [Patres] Condita vrbe Romul. ex optimatibus centum creauit ſenatores, quorum collegium ex ætate ſenatum vocauit illi patres dicti, vel quòd ij ſolum qui patres forent, creari poſſent, vel à patrocinio id nomen fluxit, ꝙ exiſtimaretur patronum quendam fuiſſe ea his qui Euandrum conſecuti ſunt, qui imbecillorũ curam geſſiſſet eiq. præſidio fuiſſet, & ab eo huic rei appellationem manſiſſe, illud probabilibus uidetur, ut ait Plut. Romulũ decreuiſſe primores oportere paterno officio, & indulgentia humiliorum cauſam in fidem ſuam curamq, ſuſcipere, patresque illos honoris gratia appellaſſe. Poſterioribus aũt diebus aſcriptis in eum ordinem pluribus patres conſcripti uocati ſunt, atq; ij ſenatorij populariſq. ordinis differentiæ honeſtius ſibi nomẽ fuit. Illud aũt conſtat, ſenatores quaſi ſenes nacti dicti. Nam ut ait Cicero in Catone maiori. ſi non eſſent ſenes, ſenatus omnino non eſſet. Centum elegit uel quia plures non erant, uel quia ſatis erat ille numerus. [In ſuperbiam] Quia pro libidine ſua omnia agebant. [Et dominationem] Quia alijs non ſecundum iuſtitiam ſed pro libidine ſua dominabantur. [Binos imperatores] Expulſis Tarquinijs propter Lucretiæ illatum ſtuprum à Sexto. Tarquinio, ut Liuius primo ab vrbe condita, Dion. lib. 4. & Val. Maximus lib. vj. cap. i. teſtantur, creati ſunt primi conſules Iunius Brutus, & Collatinus qui eandem poteſtatem haberent, quam reges attamen, non erat magiſtratus ille niſi annuus, ne longo honore potentes fierent, & ad tyrannidem ſe conuerterent [Per licentiam] .i. per potentiam longi magiſtratus. Ea tẽpeſtate qua regium nomen erat extinctum. [In promptu] .ſ. ut cognoſceretur ab omnibus, nam aliquando ſunt ingenia uiuida, ſed propter timorem principis craſſum ingenium habere oſtendunt. [Virtus] .i. fortitudo. [Inceſſerat] Vt per gloriam mori nõ dubitarent. [Iuuentus diſcebat militiam] Vnde Silius Italicus ait, Pubeſcit caſtris miles galeaque teruntur, Nondum ſignatæ flauæ lanugine malæ. Et Vegetius, Ex urbibus eligebantur adoleſcentes qui in caſtris pomis agreſtibus nutriebantur. [Talibus viris,] Quaſi dicat aſſueti à pueritia tot labores tolerare. [Locus aſper] Quia etiam ualidiſſimas urbes in monte ſitas expugnabant. Nam in via virtutis nulla eſt uia. [Virtus] .i. fortitudo. [Hoſtem ferire] Quia magna laus erat illi, qui vulneraſſet hoſtem primus, ut de Atalanta legitur quæ prima aprum percuſſit. [Murum aſcendere] Nam is murali corona donabatur, vt ait Gellius. [Circunſpici] Quia laus nulla eſt, niſi videatur. vnde Perſius, At pulchrum eſt digito monſtrari & dicier, hic eſt. [Ea] ſ. præclara facinora. [Nobilitatem] Ait Sen. Omnibus eadem principia & origo, nemo altero nobilior, niſi cui rectius ingenium, & in bonis artibus altius. [Honeſtas] .i. moderatas & bonis artibus acquiſitas. [Parua manu] .i. modico exercitu. [Natura] .i. ſitu loci. [Ea res] .i. moderatio. [Fortuna in omni re dominat] Vnde ipſa Fortuna ſic ait apud Boetium: Hunc continuum ludum ludimus, infima ſummis, ſumma infimis, mutare gaudeo. Cæſar in commentarijs, in omnibus fortunarũ in re militari plurimum poteſt. Ad fortunam ſcribit Horat. primo lib. od. xxv. Sen. fortuna fatum deum quæ uoco. [Obſcurat] .i. deprimit, & ignotas facit ueluti ſepultas. [Sine corpore] Quia vt plurimum armis deditum erant. [Celebrat] Conqueritur Sal. quòd laudem meritam non habuerint Rom. ſicuti Athenienſes hoc multis nationibus eueniſſe teſtantur annales. Idque comprobari poteſt exemplo Leonidæ, ut refert Gellius lib. 3. cap. 2. [Colebantur] .i. ſeruabãtur, vt Valerij exemplis comprobari poteſt, equitates domi, militiæque obſeruabant Rom. [Auaritia] Gel. lib. 10. cap. 2. [Ius bonum] .i. de bono, & æquo, ut dicitur agebantur. [Legibus] .i. non propter timorem legum erant boni, ſed à natura. [Iurgia] .i. conuitia. [Audacia] .i. animoſitate. [Cõtra imperium] .i. iniuſſu imperatoris: multi pœnas dedere qui iniuſſu Dictatoris auſi fuerant certare. Inter quos fuit filius Torquati, de quo ſic Val. cap. de diſciplina militari, Tu item Manli Torquate Latino bello conſul filium, quòd prouocatus à Gemino Metio duce Tuſculanorum ad dimicandum te ignaro deſcenderat, glorioſam uictoriam & ſpecioſa ſpolia referentem abripi à lictore, & in modũ hoſtiæ mactari iuſſiſti, vt ait Liuius id fuit Volſcorum equorumque bello, vt Gell. refert Fidenatũ, Sal. in Catil. ait, fuiſſe in bello gallico. Similiter Dion. lib. viij. [Quam] .ſ. eſt uindicatum in eos qui reliquerant. [Signa] .i. ordines ſuos. [Agitabant] .i. gubernabant. [Beneficijs] .ſ. dandis. [Perſequi,] Ideſt vendicare, recte, nam recipiendi ſunt hoſtes in fide, licet aries eorum muros percuſſerit. [Nationes ferè] Ideſt barbaræ. [Vi,] Ideſt armis. [Carthago æmula] Nam cum Rom. ſemper de pari certauit. Quare ex duobus conſulibus, uolebat vt alter eſſet Carthaginienſis, demum ſi ſuadente Cato, ut ait Cic. in Senectutis libro, funditus euerſa fuit, idque affirmat Appianus in libro Libyco. [Patebant]. ſ. imperio Rom. [Qui] ſcilicet Romani, [Facilo] Ideſt longo vſu laborum. [Imperij] Nam facti ſunt ambitioſi. [Ea] .ſ. cupiditas. [Subuertit fidem] Vnde, Auro pulſa fides auro uenalia iura. Et Iuuenalis Sat. 3. Omnia Romæ, cum precio. [Crudelitatem] Sen. quicumque auarus crudelis eſt. [Deos negligere] Sen. Vis deos propitiari, bonus eſto, ſatis deos colit qui illos imitatur. [Ex re,] Ideſt ex merito. [Ingenium,] Ideſt naturam. [Hæc] .ſ. ſuperiora. [Poſt ubi,] Ideſt poſtquam. [Contagio] Morbus qui tactu ſumitur. Iuuenalis Sat. 2. Dedit hanc contagio labem, Et dabit in plures, ſicut grex totus in agris Vnius ſcabie cadit, & porrigine porci, Vuaque conſpecta liuorem ducit ab vua. Sen. ait, Trahunt a cõuerſantibus mores. [Ciuitas,] Ideſt ipſi ciues. [Intolerandum] Ideſt minus ferendum à populo. [Exercebat,] Ideſt defatigabat. Virg. & longis exercita fatis. [propius,] Ideſt uicinius, nam præmium uirtutis eſt honos. [Honorem] Reuerentiam. [Nititur] Ideſt inſiſtit ad honorem [Contendit] Ideſt laborat. [Imbuta] Plena. [Studium] Affectionem. [Effeminat] emollit.

gis hic conuenit. Leue hoc, ſed non ideo prætereundum. Sed ille uera uiâ nititur) In quibuſdam uera nititur uia. Id mihi rectius eſſe uidetur. [Huic quia bonæ artes deſunt, dolis atque fallacijs contendit) In manuſcripto quodam, ex bibliotheca Merſeburgenſi, legitur, Hic quia &c. ut ad verbum contendit referatur. Sed prior lectio melior. [Corpus virile, ani. eſſe.) In vetuſtis, corpus animumque virilem, quomodo & Gel. citat. nec ſecus manuſcripta. eſtque hæc collocatio verborum melior. [Quo ſibi fidum ac fa.) τὸ acceptum, non eſt in manuſcriptis. neque impreſſis paulo uetuſtioribus. Sed nec ſenſus ipſe poſtulat, atque adeo potius ſi quod eſt in me iudicij, prorſus reſpuit ac repudiat. Nam exercitum Sylla, quod luxurioſe nimiſque liberaliter haberet, fidum ſibi fecit. ſeque ipſe militum animis charum acceptumque, non exercitum ſibi reddit. Quis enim eſt ita vnquam locutus? niſi abuſum hac voce Sal. dicere auſim. pro eo quod eſt, obnoxium [Quippe ſecundæ res ſapientum animos fatigant, nedum illi corruptis moribus victoriæ temperarent) In manuſcriptis atque alijs rectius, nec illi corruptis moribus. pro, tantū abeſt, vt illi corruptis moribus victoriæ temperarent. hoc eſt victoriæ moderarentur, neque nimis eam crudeliter exercerent. Eodem modo & illi veteres citant. velut Priſcianus xvj. de coniunctione agens. licet is vim huiuſce particulæ Ne, parum intellexerit. qua Sal. eſt perleganter vſus. quomodo & Plautus, Vix incedo inanis, nec ire poſſe cum onere exiſtumes. Liu. iij. ab V. C. Nouam inexpertamque eam poteſtatem eripuere patribus noſtris, ne nunc dulcedine ſemel capti ferant deſiderium, pro tātum abeſt ut nunc deſiderium ferant. Idem tamen Priſcianus velut oblitus eorum quæ ſemel dixerat. ſuper xij. verſus Aen. Nedum hic legit quo loco docet Dum pro coniunctione repletiua accipi, ſubijciens hoc exemplum Terent. Soſia adeā dum. & mox Sal. Nedum illi corruptis moribus, & quæ ſequuntur. Didymū quem quatuor millia librorum ſcripſiſſe ferunt, vt alicubi teſtatur Seneca, certe quo nemo plura ſcripſit, ſi quid Fabio credimus, hunc memoria lapſum alicubi eſſe, & hiſtoriæ cuidam quā ſuis ipſe libris inſeruiſſet, tāquam vanæ repugnaſſe. quid iam mirū? cum Priſcianus paucis in libris, quid ante dixerit, non cōmeminerit ſatis. nam quamuis qbuſdam in exemplaribus, vt eſt Merſeburſis, Sapientum legatur, ſublata per Syncopam è medio litera tñ Aug. Sapientium legiſſe videtur, ni ſint mendoſi codices. Nā lib. xvij. de ciuitate Dei, de Solomone loquens, & hunc Sal. locū imitans, Hic, inq̄t bonis initijs, malos exitus habuit. Quippe ſecundæ res, quæ ſapientum aīos fatigant, magis huic obfuerunt, quam profuit ipſa ſapientia. Nec aliter à veteribus citatur, & in tribus manuſcriptis eodē modo reperi. Quinetiā in vita Claudij Trebellius Pollio, eodem modo reperit. Pleriq; inquit, milites Claudij ſecundis rebus elati, quæ ſapiētum quoq; aīos fatigāt, ita in prædam verſi ſunt &c. Sed & perperam quidam, Obtemperarēt hic legunt, cōtra, & exēplarium fidem, & ſenſum, Tametſi eodem modo Merſeburgenſe, & Florentinum quoddam. Corn. Tacitus xix. Qui nuper Bebriaci victoriæ tēperaſſent, inq̄t. [Nihil penſi neq; moderati habere) In manuſcriptis duobus, atque moderati. Sed eodem oīno ſenſu. Eſt in Argentoratēſi, Nihil pēſi, nihil moderati hēre, quæ & ipſa mihi lectio probatur, non mehercule minus, ac vtrauis ſuperiorū. In veneto legitur, nihilque moderati, quō in alijs quoq; nōnullis. Quid multis? Vt codicū fidem in pergamenis deſcriptorū libēter ſequor, ita lectionē ēt comprobo peruulgatam, quam & Badianū & Gymnici exemplar habet vbi illud obſeruandum tñ, nationē planè ſupeſſe, eaq. detracta eundē manere ſenſum, ita vt & alijs ſępe. Sal. in Iugurthino. nihil penſi, inquit, neq; ſancti hēre. Hic vt nulla ſit in poſteriore loco negatio, tñ ſenſus integer erit. Idem eodem in libro, Nā dolis Numidarum nihil languidi, neque remiſſi patiebatur.

Glar. ATQVE augendæ reip. fuerat) Legendum, Atque augendę reip. cauſa fuerat, atque ita habet vetuſtum exēplar Ghoti. Nec verbum cauſa, omitti debet, vt in Aldino codice omiſſum videmus, male, meo quidem iudicatu. [Quarum rerum ego maxima documenta hęc habeo) Conſiderandum etiam atque ēt lectori eſt quàm hæc præcedentibus verbis congruant exempla. Duabus his artibus, inquit audacia in bello, ubi pax euenerat, æquitate ſeque remque pub. curabant. Quomodo audacia ſe curabant, ſi, qui aut cōtra imperium in hoſtem pugnaſſet, aut non in tempore ſe recepiſſet, occidebatur? ut de T. Manlij filio notum eſt. Ego ſanè hic me non explico. Mirum uero Gellianum illum Phauorinum, aut Phauorienſem Gelliū potius, hęc quoque non in dubium uocaſſe, qui locum paulo poſt de auaritia initio libri tertij Noctium tam anxie, ne dicā frigide tractat. [Sed ille uera uia nititur, huic quia bonæ artes) Pro, Huic quia, alij legunt, Hic quod, maxime cum præceſſerit Ille, & ſequatur uerbum Contendit, quod utique nominandi caſum requirit, quamquam utrum legeris, in altero nominatiuum intelligas oportet, in altero datiuum.

Asce. VRBEM Romam. facta digreſſione Romæ conditores & habitatores, eorumque mores percurrit. Bene autem dicit, ſicuti ego accepi quia uaria & incerta eſt de Romæ conditoribus opinio. Vnde Landinus ad principium Aen. Quo tempore Roma condita ſit, & quare Roma uocata mira inter ſcriptores uarietas apparet, frequens tamen opinio eſt illam conditam à Romulo & Remo annos primo ſeptimæ olympiadis, anno autem poſt captum Ilium ſecundo atque trigeſimo ſupra trecenteſimū regnante Athenas Charopo. Cephalon aūt Gergethius uetuſtiſſimus ſcriptor illam conditam ponit ſecunda ætate poſt Troianum bellum ab iis qui ex Ilio ſeruati ſunt à Romo Aeneæ filio. Idem penè Demagoras & Agatillus ponunt. Alij aſſerunt Aeneam (qui ex Moloſis uenit poſt Vlyſſem) Romam cōdidiſſe. & eam ab una Ilienſium mulierum, quę Roma dicebatur Romam denominaſſe. Hæc enim Troianas mulieres ut naues incenderent hortata eſt, errores grauiter ferens. Ariſt. philoſophus ſcribit Achiuos quoſdam à Troia reuectos tempeſtate in Italia compulſos eſſe, & quamuis exacta hyeme inde enauigare decreuiſſent, tamen cōbuſtis nauibus ab iis quas captiuas abduxerant mulieribus, conſilium neceſſitate impellente immutaſſe & Romam condidiſſe. Gallias refert Romam Troianam mulierem quæ cum alijs Troianis uenerat nupſiſſe latino Aboriginū regi eiuſque deinde filios urbem condidiſſe, & à matre denominaſſe. Xenagoras hiſtoricus refert Vlyſſi ex Circe tris filios fuiſſe; Romum Antium & Ardeam qui tris urbes codidere & conditas à ſe denominauere. Dion Chalcidenſis Romum quidem conditorem ait fuiſſe ſiue Aſcanij ſiue Emathionis filius fuerit. Alij nolunt Romam conditam fuiſſe à Romo Itali filio. Hæc igitur græci ſcribunt. Ex Rom. autem nullus ſcriptor uetuſtus eſt, ſed ex uetuſtis ſermonibus ſeruatis in ſacris tabulis nonnulli ſumūt Aeneæ filios fuiſſe Romū & Romulum Romæ conditores. Alij ex Aeneæ filia illos natos dicunt & Latino obſides datos atque ab eo ſine filijs decedente heredes regni relictos. Alij dicūt Aſcanium ſucceſſiſſe, & cum fratribus regnum diuiſiſſe ipſumque Albam & alia oppida. Romum uero Capuam à proauo capy. Anchiſam ab Anchiſe & Aeneā (quæ poſtea Ianiculum eſt uocata) à patre, à ſe uero Romam denominaſſe. Hæc quoddam tempore fuit deſerta, ſed ſequētibus deinde temporibus aduenātibus colonis quos Albani ſub Romo & Romulo duce miſerunt antiquam conſtitutionem reſumpſit, ut duplex fuerit conſtitutio, altera paulo poſt res Troianas, altera quindecim ætatibus inferior. Anthiocus Syracuſanus tertiam conſtitutionem ponit multo antiquiorem regnante in Italia Morgete. Solinus autem refert Euandrum cum in Italiam ueniſſet oppidum ibi in monte inueniſſet quam Valentiam latini appellauerant, ipſe ergo hanc ne nomen immutaret Romam græco uocabulo dixit. Verius tñ putant à Romulo conditam Romam, eaq. quadrata dicta eſt eo quod æquilibra foret poſita. Incipit à ſilua quæ eſt Ara Apollinis & ad ſupercilium ſcalarum Caci finitur. ubi tugurium fuit Fauſtuli in quo māſit Romulus qui Romæ auſpicato fundamēta iecit duodeuiginti natus annos xj. Calēdas Maias, horas poſt ſecundam ante tertiam, ut ait Lucius Taruncius mathematicus nobiliſſimus, Ioue in piſcibus, Saturno, Venere, marte, & mercurio, in ſcorpione, ſole in Tauro, luna in Libra conſtitutis. Dies illa parilia habet, Obſeruatumq. eſt deinceps neque hoſtia cęderetur parilibus ut dies ille à ſanguine purus eſſet. Hęc Landinus. Notum eſt aūt quid Liuius ſcribat lib. j decados primæ, & quid Maro Aen. j qui Romulum ex Numitoris ultimi Albanorum regis filia Ilia Rhea nomine & ex Marte genitū ferunt, urbis cōditorem In octauo tamen uidetur idem aſſerere quod Solinus dicens, Tum rex Euander ro. con. arcis & cętera ut ſtatim dicā, Ordo cum reliqua explanatione eſt, Troiani ſicuti. i. quē admodum ego accepi. i. intellexi aut cognitionem accepi à priſcis ſcriptoribus, condidere. i. condiderunt & conſtruxerunt. initio. i. ſtatim à principio habuere. i. tenuerunt in poſſeſſione. urbem Romam, ſcilicet nomine cum urbs per excellentiam dicatur ab urbo parte aratri ſecundum Seruium. Eſt autem appoſitio urbem Romam, qui. ſ. Troiani uagabantur. i. in diuerſas regiones oberrabant, ſedibus. i. manſionibus firmis vt Aen. j. Sedes ubi fata quietas oſtendunt illic fas regna reſurgere Troiæ incertis. i. dubijs, vt Aen. iij. Augurijs agimur diuum &c Incerti quo fata ferant vbi ſiſtere detur, exiſtentes profugi. i. procul à patria fugientes, Aenea filio Anchiſæ & Veneris duce. i. ductore eorum. [ſic

Aborigines .i. populi Italiæ antiquiſſimi qui ex Italia oriundi non habitErant aliunde origines: appoſitor.e genus hominum agreſte.i.in agris degere ſolitum, ſine legibus .i.ſet pris & ſine imperio exiſtens liberum atque ſolutum.ſ. legibus ſup. condidere atque habuere in initio Romam. cum his .ſ. addictis Aenea & ſocijs eius. Vnde Maro Aen.viij. Tum rex Euander Romanæ conditor arcis. Hæc nemora indigenæ Faunnymphæque tenebant Gensque virum truncis & duro robore nata. Quis neque mos neque cultus erat nec iungere tauros. Aut cõponere opes norant aut parcere parto.& cetera vbi & ipſe ſicut iam prius te tigi ipſius Solini inde memorabilibus mundi de conditoribus vrbis ſequutus opinionem, niſi dicamus conditorem arcis Romanæ, quia Palantei. licet illic arx non fuerit. Hi, ſcilicet profugi Troiani & Aborigines poſtquam conuenere in vna mœnia.i. in vnius vrbis munimenta. Notabit autem puer tunc vnum tite habere pluralem numerum quando ſubſtantiuum eius ſingulari caret, vt vnos codicillos, vnas literas, vna mœnia, conuenire dico exiſtentes genere diſpari, quia alij à Troia oriundi alij ab Italia, & ita diuerſis partibus, licet Maro doceat Dardanum auctorem generis Troiani ex Italia ortum traxiſſe, & lingua diſſimili: quia alij Troiane, alij Latine, aut Græce loquebantur, viuentes alij alio more .i. diuerſi diuerſis inſtitutis, quia quot patriæ tot dicuntur inſtituta & mores eſt. incredibile dictu.i.dum dicitur, aut ad dicẽdum, quam.id eſt quantum, facile, id eſt faciliter coaluerint, id eſt conſolidati ſunt in corpus vnius ciuitatis ſimiliumque morum. Sed poſtquam res, id eſt fortunæ & diuitiæ eorum, ſcilicet populorum prædictorum, aucta moribus ciuilibus, id eſt propter mores ciuiles quibus componerat opes, & parcere parto diceerent: agris i.agrorum poſſeſſione, videbatur ſatis proſpera & ſatis pollens, id eſt potens & valens, inuidia, ſcilicet vicinorum & circum iacentium populorum eſt orta ea opulentia, id eſt propter opulentiam, ſicut pleraque.i. plurimæ res, mortalium habentur, quia ferè proſperam fortunam ſequitur inuidia. Igitur, quia inuidia orta erat, reges & populi finitimi, id eſt in confinio habitantes, tentare ſupple cœperant ſubaudi eos bello, & pauci ex amicis, id eſt pauci amicorum, ſupple cœperunt eſſe auxilio, id eſt in auxilium, aut dicamus. hic hiſtoriographis regulam eſſe qua infinitiuos pro imperfectis indicatiui in rebus narrandis ponunt, vt ſint tentare pro tentabant & eſſe pro erãt. Ideo autem pauci erant auxilio, nam ceteri, ſcilicet amici perculſi metu, id eſt timore regum & populorum inſurgentium cõtra Romanos aberant à periculis, ſcilicet imminentibus. At, id eſt ſed Romani intenti, ſcilicet negocijs ſuis, quia res eos propius vrgebat, feſtinare, id eſt feſtinabant & parare, id eſt parabant. hoc eſt comparabant aut diſponebant domi, id eſt in ciuitate ſua, & militiæ, id eſt foris in bello. Vbi domi & militiæ ponuntur pro aduerbijs in loco abſolute in genitiuo, modo propriorum nominum loci minoris, non quod certa domus per militiam ſignificabatur vt nonnulli ſomniauerunt, nam vbicunq; bellabatur militia erat à militibus dicta, ſed quia locus habitationis quietæ per, domi, & exercitij militaris per genitiuum militiæ ſignificabatur, & alius, ſcilicet Romanorum hortari, id eſt hortabatur alium, non dicit alter alterum, quia de multis loquitur. poterat enim vnus multos cohortari, & ire, id eſt ibant hoſtibus obuiam non expectantes donec obſiderentur ſpoliatis iã agris, & tegere, id eſt tegebant armis libertatem, quia nulli tributa pendebant, & patriam, ſcilicet ſuam, in qua iam plurimi aut fere omnes nati erant. Patria enim eſt in qua pariati ſeu geniti ſumus, & parentes, propter ſenium ad arma iam inutiles. Poteſt forte coniunctim legi libertatem patriam, id eſt ipſius patriæ, hoc eſt vrbis Romæ, quæ illic natis patria erat. Iuſti autem belli cauſa potiſſima eſt penates, patriam parentes, coniuges, ac liberos defendere. Vnde ferè in concionibus Liuianis duces cohortantur milites ſuos, vt bellaturi eorũdem meminerit. [Poſt vbi] Graphice proſequitur virtutem Romanorum, quæ narratio id ſaltem boni habet, quòd dum ſiue ſeuera ſiue amantes Priſcos Romanos commendat, ceteros reip. rectores æquales eſſe debeant, præſcribit. Bonum autem ſeruat ordinem. Nam ſurgẽti Imperio prima cautio fuit inimicos propulſare, atq; deijcere, quibus ſtantibus tutum eſſe non poterat. Deinde vt perpetuæ ſint amicitiæ, ſocijs & amicis ſuppetias ferre, eoſque beneficio deuincire, tum imperium legibus ſtabilire, & ſenatũ inſtituere. Verum ibi regium imperium, quod vnius erat in ſuperbiam & dominationem ſe conuertit, ad conſules, qui bini creabantur quot annis, res relata eſt. Ceterum quia plurimi ad conſulatum peruenire poterant ſumma quiſque ope nitebatur ſeſe extollere & ingenium oſtentare. Vnde ciuitas Romana mirum ſumpſerat incrementum, quæ omnia ſub ordine textus patebant, quis talis eſt. (Poſt.) Id eſt poſtea, ubi, id eſt quãdo, uel poſt ubi i. poſtquam propulerant, id eſt porrò pepulerant à ſe, uirtute, id eſt per uirtutem & fortitudinem ſuam pericula, quæ ab hoſtibus imminebant, & ipſi portabant, id eſt ferebant ſocijs, id eſt confederatis atq; amicis liberis. auxilia, id eſt ſuppetias contra eorum hoſtes, & parabant, id eſt comparabant & acquirebant amicitias, magis dandis beneficijs, quam accipiendis. ubi ſignanda eſt regula uenuſtatis. Pulchre utimur pro gerundijs, gerundiuis nominibus preſertim in ablatiuis pluralibus in deſignatione ſequæle poſitis. ut ubi Grammaticus diceret, Facies orationem Latinam legendo noſtra pleniorem, dixit in principio Officiorum Cicero, legendis noſtris. Et ubi ille diceret Magis dando q̃ accipiẽdo beneficia, dixit diſertiſſimus auctor noſter dãdis &c. Tum, ſupple imperium legitimum. id eſt legibus ſtabilitum, habebat nomen regium. i. qui tunc legitime imperabant, dicebantur reges, quos ſeptem commemorat Liuius lib. j. ab Romulo incipiens. (Delecti) .i. de multis ad conſultationem lecti, deligere enim eſt de multis pluſculos ad aliquid munus, ad quod aptiores uidentur legere, unde iuuenes ad bella deligi ſolent, ut in delectu militum, & ſeniores ad conſultationem, ut Aen. iij. De lectos populi ad proceres, primumque parentem Monſtra deum refero & quæ ſit ſententia poſco. unde hic addidit, quibus corpus erat infirmum, annis i. propter annos & ſenium, ſed ingeniũ erat ualidum ſapientia, conſultabant .i. conſilio proſpiciebant reip. Vnde primo Officiorum dicit Cicero, Senibus labores corporis ſunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ uidẽtur. danda uero eſt opera ut amicus, iuuentutẽ, & maxime rẽp. conſilio & prudentia quam plurimum adiuuent. hi. ſ. Seniores appellabantur, uel ætate quòd ſeniores erant, uel ſimilitudine curæ. i. propterea quòd ſimiliter remp. curabant, ut patres familiam ſolent. appellabantur dicit patres, unde noui ſunt uerſiculi. Eſt pater hic cura pater eſt alius genitura. Hic pater ætate. pater ille uocatur honore. (Poſt) .i. poſtmodum, ubi. i. poſtquam, imperium regium i. quod pęnes reges erat, quod fuerat initio cauſa libertatis conſeruandæ, atque reip. augendæ, conuertit ſe in ſuperbiam & dominationem. i. dominationem ſuperbam, Rom. ſecere ſibi mure. i. ritu gubernandi immutato, imperia annua. i. in eiſdem non niſi annum duratura, que pro &, Imperatores binos .i. ſingulis annis duos uidelicet conſules, quia putabant animum humanum poſſe eo modo. i. per eum modũ minime. i. nullo modo, in ſoleſcere. i. fieri inſolentem & ſuperbum, per licentiam. i. nimiam permiſſionem faciendi eius quod libido ferret. cum. n. breue eſſet imperium & in duos collatum, uidebatur nullus inſolẽtiæ relictus locus. (Sed). i. nihilominus, Romani cœpere. i. inceperunt extollere ea tempeſtate. i. eo tempore magis quam prius cum non eſſet ſpes obtinendi imperij. quiſque ſub. cœpit extollere ſe, & habere ingenium magis in promptu. i. paratum & manifeſtum, ut cito oſtenderet ſeſe, & paratum ſit ad quiduis audẽdum. Nam boni ſunt ſuſpectiores. i. magis ſuſpecti regibus quã mali. i. magis timet bonus. i. ſtrenuos quam malos. i. ignauos & inertes. Eſt aũt regibus datiuus, rectus a ſuſpectiores uirtute abſoluti ſeu poſitiui. & uirtus aliena eſt ſemp formidoloſa. i. plena formidinis aũt multũ formidanda. (Accipitur aũt ut Valla docet hic paſſiue) his. ſ. regibus. i. rectoribus reip. q. d. ideo in promptu quenq; habuiſſe ingenium ne ſi forte rectores ſeu conſules quibus uirtus aliena ſemper formidoloſa eſt, quippiam molirentur, ipſi ſibi in mora ſint. (Sed ciuitas) Oſtenſa origine ciuitatis affert eius incrementũ in primis admirandum, ſimulq́. qua uia ceptum ſit dicens. (Sed incredibile eſt memoratu). i. dum memoratur, quantũ ciuitas. i. collectio ciuium Romanorũ, creuerit breui. ſ. tẽpe, libertate adepta. i. acquiſita & obtenta, hoc eſt poſtquã libertas illis acquiſita erat domitis iam hoſtibus & expulſis regibus. Vnde adepta libertate ablatiui ſunt in deſignatione ſequele poſiti. ſed animaduertendum oĩa deponentalia actiue ſignificantia, olim fuiſſe cõmunia, ideoq. deponentia dicta q̃ alteram ſignationem (quæ ferè paſſiua eſt) deponant quam tñ participia plerunq; reſumũt, unde adepta hic paſſiue accipitur, & frequenter leguntur adipiſcendus, ſequendus, imitandus, &c. (Tanta). i. tam magna cupido gloriæ, inceſſerat. i. inuaſerat, ſanè dicimus Cupido inceſſit mihi, & in me, ab inceſſo uerbo. Eſt aũt dictum per modũ acclamationis, ſicut Aen. i. Tantæ molis erat Romanam cõdere gentem. (Iamprimũ &c.) Addit (ut dixit) uiam qua tantum ſumpſit incrementi, dicens, Iamprimum. i. ut primum dicam, aut primum incrementi partem putem, iuuentus i. multitudo, aut ipſa manus iuuenum, ſic enim ferè capitur iuuentus, cũ iuuenta ſit ætatis ipſa, & iuuentas dea ætatis ſecundum Seruium

quamuis

quamuis ſenectus & ſenecta pro eodem accipiantur, ſimulac.i. ſtatim aut continuo poſtquam erat patiens belli.i. ſudoris & laboris bellici potens, ſicut uiripotens uirgo nubilis dicitur, ita iuuenis ut primum arma ferre & tractare poteſt. belli patiens, aut potens dicitur. diſcebant. ſ. iuuenes, reſpicit enim ad rem non ad uocem, nam iuuentus collectiuum eſt, in caſtris, id eſt in tentorijs uallo cinctis. militiam, id eſt ad artem militarem, uſu.i. aſſuetudine per laborem quo duriores efficiebantur. unde Maro in Geor. Aſſuetumq; malo Ligurem, in laudem eius dicit quòd propterea rei bellicæ aptior eſſet quàm malo.i. labori aſſuetus. Et habebant magis libidinem.i. uoluptatem & complacentiam delectabilem, hic autem oſtendit, libido commune uocabulũ id eſt tam in bonum quam in malum poſſe accipi, licet frequentius in malum, niſi ſit figurate dictum, ſicut illud Maronis, Diſce puer uirtutem ex me uerumque laborem, Fortunam ex alijs. quia fortunam nemo diſcit cum fortuitu obueniat. unde ſubaudiri uolunt tibi delige aut Sume. Et illic, Sic Venus ac Veneris contra ſic filius orſus. quia Venus orſa non eſt, ſed finit ſermonem, ſubauditur, Sic uenus dixerat. ita hic ſubaudiendũ ſit uoluptatem, aut oblectamentum in decoris armis, ſed non procedit. ſic enim uoluptatem armorum cum libidinem ſcortorum cõparet, cum delectationem eorum magis in armis, & equis quã in ſcortis & conuiuijs eſſe uelit. dicamus ergo ut cœpimus magis in armis decoris, id eſt decus & ornamentum afferentibus, & in equis militaribus i. ad militiam aptis, (qui & ſunt etiam ad uehicula apti unde Aeneid. iij. Bellum ò terra hoſpita portas, Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur, ſed tamen ijdem olim curru ſuccedere ſueti Quadrupedes, & frena iugo cõcordia ferre, Spes eſt pacis ait) quam in ſcortis.i. pueris aut pellis proſtitutis, quæ ſcorta dicuntur, quòd ut ſcortea.i. pelles arietinæ ſubigi ſoleant. Sanè omne nomen in um. ſi nõ eſt propriũ mulieris. apud nos, neutri eſt generis etiam ſi utrunque ſexum connotet. ut ſcortum & mancipium & quæ in plurali uſitatoria ſunt ſeruitia & miniſteria pro ſeruis & miniſtris. [Atque in conuiuijs, i. comeſſationibus & ebrietatibus, quæ ab Latinis honeſtiore uocabulo conuiuia, quòd ſint conuiuendi gratia inſtituta quæ à Græcis ſympoſia dicuntur. Igitur ullus labor non erat inſolitus.i. inſuetus. & ob id durus ac difficilis non erat, ſed facilis. & ullus locus non erat aſper.i. durus & macellus, aut arduus .i. nimis altus & difficilis. & ullus hoſtis armatus non erat formidoloſus.i. formidandus plurimum uiris talibus.i. ſic ab ineunte adoleſcentia inſtitutis. Virtus. ſ. eorum domuerat omnia. Sed maximum certamen gloriæ.i. quis eorum glorioſiſſime ageret erat inter ipſos. Et ſic quiſque ferire.i. feriebat, hoc eſt percutiebat hoſtem, aſcendere.i. aſcendebat murum, & circunſpici.i. circunſpiciebatur à ducibus & ceteris militibus, dum faceret tale facinus. & properare, id eſt properabant, & putabant ea. ſ. circũſpici. & properare, eſſe diuitias, bonam famam, & magnam nobilitatem, & erant auidi laudis. & liberales, id eſt liberaliter largitores pecuniæ, & uolebant gloriam ingentem eſſe ſup. diuitias honeſtas. [Memorare poſ.) Curriculo percurrit ingentem populi Rom. uirtutem qua gloriam ſummam meruerat additurus infortunium propter ſcriptorum penuriam, quam laudis ſuę fama fraudati ſunt. quod ſic cecinit Horat. lib. iiij. Carm. Ode viij. Neque ſi chartæ ſileant, quod bene feceris, Mercedem tuleris, quod foret Iliæ, Mauortiſq; puer. ſi taciturnitas. Obſtaret meritis inuidia Romuli. Et paulo poſt, Dignum laude uirum Muſa uetat mori. Cœlo Muſa Beat. Et ode ſequenti, Paulum ſepultæ diſtat inertiæ Celata uirtus &c. At contra dicit Athenienſes claros, quòd copiam ſcriptorum habuerit. Ordo eſt. Ego poſſem memorare.i. recitando ad memoriam reducere. [In quibus locis P.R. fuderit parua manu.i. multitudine belligerantium. Manus enim collectiue accipitur pro multitudine, præſertim manus operantium, ut militum, quorum præſtãtia in dextra eſt unde eſt illud Aen. ij. Si pergama dextra Defendi poſſent, etiã hac defenſa fuiſſent. Et ideo dicit eiuſdem vj. Hic manus ob patriã pugnando uulnera paſſi. Horat. j. Sermonem accepit pro multitudine poetarum, quibus & manus in uſu eſt ſcribendi, dicens, Multa poetarum ueniat manus, auxilioque. Sit mihi &c. Copiæ autem ſunt copioſi exercitus. in qua ſignificatione non niſi neceſſitate metrica ſingulariter effertur, ut Aen. ij. Reſpicio & quæ ſit me circum copia, luſtro. Fuderit ergo parua manu maximas copias hoſtium, ut in Armenia, ubi Lucullus Tigranem habẽtem exercitum centum millium. duodecim millibus. militum fudit & [illegible] captum in [illegible] dixit. Et in Hiſpania poſt mortem Scipionum, duce L. Martio maximæ copiæ Pœnorũ cæſæ ſunt, auctore Liuio ad finem libri v. Decados tertiæ. Et

poſſem memorare quas urbes munitas natura, id eſt ſitu naturali, Pop. R. cœperit, id eſt expugnauerit & inuaſerit, ut Carthaginem nouam in Hiſpania & terra & mari munitam auſpicio & ductu P. Scipionis Africani ſuperioris Et Numantiam in eadem Hiſpan. & oppidum illud, quod exploratione Liguris cuiuſdam Marius cœpiſſe dicitur in Iugurtha Et innumeras alias memorare inquit poſſem, ni, id eſt niſi ea res, id eſt memoratio & recitatio victoriarum P.R. traheret nos longius ab incepto. id eſt ab inſtituto opere de Catilinæ coniuratione. Sed quanquam P.R. mira geſſit, minus tamen memorantur eius geſta, & ita in obtentione famæ & gloriæ infelix eſt, quia Fortuna dominatur profecto in omni re, quæ, ſcilicet homini extra ſe ſit quærenda, ut in nomine præclaro. in diuitijs, & interdũ in victorijs, In bonis autem animi nihil. Vnde in Iugurthino dicturus eſt, Sed dux atque imperator uitæ mortalium animus eſt, quippe fortuna, probitatem, induſtriam, aliáſque bonas artes, neque dare, neque eripere cuiquam poteſt. Et Seneca epiſtola xcix. Errant qui aut boni aliquid nobis, aut mali iudicant tribuere fortunam, ualentior enim omni fortuna animus eſt. Et in utranque partem ipſe res ſuas ducit, beatæque ac miſeræ uitę ſibi cauſa. Et Cic. in libro de Natura deorum ſic ait, Ad rem autem, ut redeam iudicium hoc omnium mortalium eſt, fortunã à Deo petendam à ſeipſo ſumendam eſſe ſapientiam. Fortuna autem ut ſcribit Lactantius libro tertio, cap. xxix. eſt accidentium rerum ſubitus, atque inopinatus euentus. Simulacrum eius cum copia & gubernaculo fingunt tanquam hæc opes tribuat, & humanarum rerũ regimen obtineat. Cui opinioni Virg. aſſentit fortunam omnipotentem uocans. Philoſophus lib. ij. Phyſicorum ait, fortunam eſſe cauſam per accidens: Cum autẽ nobis multa præter ſpem euenire uiderent, & homini quantumuis prudenti & ſagaci multa in peius ruere & retrolabi (unde illud Aen. ij Aſpirat primo fortuna labori, Sed nihil inuitis fas quẽquam fidere diuis) ideo Romani occultæ illi potentiæ diuinæ qua præter ſpem bona euenirent & mala arcerentur, eidem fortunæ dicauerunt. Vnde Plin. lib. 2. cap. 7. Toto quippe mundo, & omnibus locis omnibusque horis omnium uocibus fortuna inuocatur, & una nominatur, una accuſatur, una agitur rea, una cogitatur, ſola laudatur, ſola arguitur, & cum conuitijs colitur, uolubiliſque à pleriſque etiam & cæca exiſtimata, uaga, inconſtans, incerta, uaria indignorumque fautrix, huic omnia expenſa, huic feruntur accepta, & in tota ratione mortalium ſola utranque paginam facit, adeoque obnoxij ſumus ſortis, ut ſortis ipſa pro Deo ſit, qua deus probatur incertus. unde Iuu. Sed nos te facimus Fortuna deam. Et alibi, Si fortuna uolet fies de rhetore conſul, Si uolet hæc eadem fies de conſule rhetor. unde quia uarius eſt rerum extra nos poſitarum euentus, dicit auctor noſter quòd in omni re dominatur, intellige ut dixi extra, quia ſermones accipiendi ſunt ſecundum materiam ſubiectam auctore philoſopho. hic autem dictum ſuum probaturus eſt per famam & gloriam quam ex benefactis Romani, minuſquam græci extra culpam ſuam Fortuna ita uolente obtinuerũt. [Ea ſcilicet fortuna celebrat, id eſt celebres, & ut dicunt nobiles ac famoſos reddit, & obſcurat, id eſt ignobiles reddit, cuncta res magis ex libidine, id eſt inordinata uoluntate ſua quam ex uero ſcilicet iudicio, ex merito uniuſcuiuſque. Vnde Maro, in opuſculo de fortuna, Fortuna immeritos auget honoribus. Iuſtos illa uiros paupere grauat. Indignos eadem diuitijs beat. Hæc aufert iuuenes, & retinet ſenes. Iniuſto arbitrio tempora diuidens. Quod dignis adimit, tranſit ad impios. Nec diſcrimen habet, recta ue iudicat. Inconſtans. fragilis, perfida lubrica, Nec quos clarificat, perpetuo fouet. Nec quos deſerit perpetuo premit. Quia ut dicit Boetius, in hoc ſolo eſt conſtans, quod ſemper inconſtans, uerum quia de fortuna ſatis diximus, ordinem proſequamur. Res geſtæ Athenienſium, id eſt ab Athenienſibus, fuere ſicut ego exiſtimo (in quo ſe candidum & minime inuidum oſtendit) ſatis ample & magnificè, uerum fuere aliquanto minores quam feruntur fama, ſed quia magna ingenia ſcriptorum ut hiſtoriographorum inter quos eſt præcipuus Thucydides. prouenere, id eſt ſponte nata ſunt, ibi.i. Athenis, facta Athenien. celebrantur per orbem terrarum pro maximis.i. tanquam fuiſſet maxima. Ita uirtus eorum qui fecere ea habetur tanta quantum præclara ingenia potuere extollere ea.i. facta eorum, uerbis, ſcilicet ſcriptis. [Sed ea copia) i. abundantia ſcriptorum nunquam fuit P.R. cauſam honeſtam afferre ne id ignauiæ eis detur, dicens, quia prudentiſſimus quiſque, id eſt quilibet prudẽti ingenio præditus, erat negocioſus.i. operoſus. [Nemo exercebat ingenium ſine corpore.i. nemo theoricę i. ſpeculatiuæ ſciẽ-

tiæ ſe dabat ſine praxi.i.ſine operatione, nec contemplatiuæ oitæ, omiſſa penitus actiua optimus quiſq; i.omnis ſummopere bonus malebat.i magis nolebat, facere.ſ.bene & præclare quam dicere, & benefacta ſua laudari ab alijs, quam ipſe narrare.ſ.cũ laud.; ſup.benefacta aliorum. Ig.tur.i.& ideo boni mores colebantur domi.i.in ciuitate tpe pacis. & militiæ,i.in tempore bel li.[Concordia erat) ſup. inter eos maxima, Liuius tñ ciuitatem Romanam uel ab initijs maxime ſeditioſam oſtendit.ubi ſeceſſionem in môtem ſacrum deſcribit,& toties motã legem Agrariam,totq. plebeorum in patricios factiones.[Auaritia erat minima) Id quoq; primordijs urbis dat Liuius dicens in præfatione prima, Ceterũ aut me amor negocij ſuſcepti fallit, aut nulla unquam reſp.nec maior,nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit,nec inquam tam ſero auaritia luxuriaque immigrauerant, nec ubi tantus ac tandiu paupertati ac parſimoniæ bonos fuerit,adeo quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat. Nuper diuitiæ auaritiam & abundantes uoluptates deſiderium per luxum,atque libidinem perdendique omnia inuexere.Hæc ille,[Ius bonumque,) id eſt & æquitas, nam iuſtitia eſt qua boni uiri dicimur auctore.Cic.ualebat apud eos non magis legibus. ſcilicet ſcriptis quàm natura.i.naturali lege,quã etiam Apoſtolus in,id eſt ad Rom.plurimos habuiſſe teſtatur. Vnde & Maro in 8.Aen. uocat indigenas, id eſt priſcos Italicos,gentem ſine legibus æquam.[Ipſi exercebant iurgia).i. uerba obiurgatoria, & increpatoria,& diſcordias,id eſt diſſenſiones animorum, & ſimultates,id eſt.factiones cum hoſtibus,ſed ciues certabant cũ ciuibus de uirtute,id eſt quis eorum haberetur,& eſſet optimus & ipſi erãt magnifici,ideſt magnifice largi,I ſupplicijs,ideſt ſub plicationibus, quas rogationes & proceſſiones uulgo dicimus. erant parci domi in ſumpto proprio & rei familiaris,& erant fideles in,id eſt erga amicos & curabant ſe remque pub.his duabus artibus.ſ.audacia in bello,id eſt dum bella gerebant,qui audaces fortuna iuuat,& æquitate,ubi,id eſt poſtquam pax euenerat,quia finis belli gerendi eſt apud Cic.ut poſſimus, in pace ſine iniuria uiuere [Quarum rerum) Probat quod dixerat coniectura quadam euidentiſſima dicens, Quarum rerum.ſ.quòd illis artibus ſe & remp curabant,ego habeo hæc maxima documenta,quòd uindicatum eſt,id eſt animaduerſum & ſumpta uĩdicta in libello,id eſt tẽpore belli,ſæpius in eos qui pugnauerũt auiditate ulciſcendi in hoſtem, contra imperium.ſ.imperatoris exercitus,quem capitaneum generalem uulgus appellat.quique .i.& qui reuocati.ſ ſono tubæ quo canebatur receptui,excelle rant prœlio,id eſt dereliquerãt prœlium,ubi excedo,gratia præpoſitionis ablatiuo præponitur,ſicut ex eo & egredior interdũ apud Maronem.tardius.ſ.quam par erat, aut quàm iuſſerat imperator,quàm illi qui reliquerãt ſigna.i.uexilla ſua, aut qui pulſi uirtute hoſtium,auſi erant cedere i.diſcedere loco,quem tutari iuſſerat imperator ſub pœna capitis. Et ita patet quòd in bello audacias & æquitatem ſeruabant, audaciam ij qui cõtra edictum imperatoris poſtquam receptui cãtum fuerat,à pugna nõ deſiſtebant, æquitatem imperatoris, in eos grauius animaduerteres.[In pace uero agitabant imperium magis beneficijs, quàm metu,& malebant accepta iniuria,id eſt poſtquam acceperãt iniuriam ignoſcere.i.animo, quàm perſequi eum) Sed ubi. Tranſi nunc ad decrementa reipub.& uitia temporum ſuorum.dicẽs Sed ubi.id eſt poſtquam reſpub,creuit labore atque iuſtitia priſcorum Romanorum,& reges magni,ut Tigranes rex Armeniæ Mithridates rex Ponti, Iugurtha rex Numidiæ,Perſes rex Macedoniæ & ſimiles, domiti ſup.ſunt à P.R.bello nationes feręſubandi omnes ſup. ſunt ſubactæ, & populi ingentes ſunt ſubacti,ut Scythæ,Thraces.Parthi,Hiſpani & reliqui ferè.unde dicit Maro,Romanos rerum dominos Et Iuuen, & uictum ulciſcitur orbem, quaſi totum orbem uicerant.unde, Iupiter ex alta cœli dum parte tuetur,Nil niſi Romanum, quod tueatur habet Et Carthago æmula imperij Romani,quia ferè par erat, & de imperio cũ Roma certabat,ut atteſtatur Cic.in Offic. Vnde finxit Maro quòd Iuno prætenderat Carthagini dare principatũ ſeu monarchiam dicens de ea, Hoc regnum dea gentibus eſſe, Si qua fata ſinant iam tum tenditque fouetque interijt à ſtirpe id eſt funditus,quia euerſa eſt à Scipione Africano minore,& cũcta maria,& terræ,omnia loca patebant, id eſt aperta erant & peruia Romanis,aut patebant Romano imperio.Fortuna. ſcilicet primo proſpera,cœpit. id eſt incœpit,ſæuire,id eſt ſæuitiã & ferocitatem ſuam oſtendere ægre ferens tantum rerum ſucceſſum,ac miſcere,id eſt confundere omnia. Et his,ſcilicet Romanis,qui tolerauerãt facile dum pararent imperium, labores pericula res dubias & aſperas,ocium diuitiæ optandæ alijs,ſcilicet populis,fuere oneri,id eſt ad onus,& miſeriæ, id eſt ad miſeriam,id eſt cauſa oneris & miſerię,ut dictum eſt à Iuu.ſat ſex. Nec patimur longe pacis mala ſæuior armis, Luxuria incubuit & uictum ulciſcitur orbem. Et primo cupido, id eſt cupiditas & auiditas pecuniæ creuit. Vnde idem Iuu.ibidem, Prima peregrinos obſcœna pecunia mores Intulit, & turpi fregerunt ſæcula luxu Diuitiæ molles &c. Deinde cupido imperij creuit,& ea, ſcilicet duo uitia, fuere quaſi materies, id eſt fomites omnium malorum quæ deinde ſecuta ſunt. Nanque auaritia ſubuertit fidem, probitatem & ceteras bonas artis,id eſt artes, unde Aen.iiij. Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Et auaritia docuit pro his, ſcilicet artibus bonis, ſuperbiam, quia plurimorum animi cum rebus creſcunt,crudelitatẽ, quia ut imperent crudeles fiunt, negligere deos,id eſt religionem aſpernari,quæ talia uetat. Et docuit habere omnia tam diuina q̃ humana, tam ſacra quàm prophana uenalia, ut nunc habent quos ſimoniacos uocat eccleſia à Simone mago,& qui olim ambitus accuſabantur. [Ambitio)Quæ eſt cupiditas honorum & imperiorum ſubegit, id eſt latenter egit & impulit,multos mortales, fieri falſos,id eſt fallaces, accipitur enim hic paſſiue,quæ tranſlatio eſt à rebus ut à nomine ſumpta, nam ſicut res falſæ id eſt falſificatæ incantos, ita homines falſi, id eſt fallaces. Terent in Andria paſſiue accepit, dicens, Falſus es Carine.id eſt deceptus ab opinione tua. Et docuit eos habere aliud clauſum in pectore,& aliud habere promptum in lingua,id eſt aliud cogitare & aliud dicere, ut fecerat Catilina omnium rerum ſimulator.unde Maro de Sinone, & ficto pectore fatur. Et docuit ęſtimare, id eſt appreciari,amicitias nõ ex re,id eſt ex merito cuiuſque,aut ut Cic.in Lęlio docet, ex libero & naturali more,ex opinione uirtutis eius quem amamus & colimus orto,& ſimiliter inimicitias non ex re,id eſt ex odio uitiorum. ſed ex commodo,id eſt utilitate, qua(ut idem dicit Cic.)quidam perperam iniciuntur amicitias,ut tantum quiſque diligendus ſit.quãtum eſt utilis, & docuit habere magis uultum bonum, quàm ingenium bonum) Hęc,ſcilicet duo uitia auaritia & ambitio creſcere ſup.cœperãt,aut creſcere,id eſt creſcebant primo,hoc eſt ſponte naſcebãtur, paulatim,id eſt ſucceſſiue & ſenſim,quia ut dixi ex Iuuenale.Nemo repente fuit turpiſſimus, interdum nõ creſcebant modo, ſed uendicari.i.uendicabantur.i.uſurpabãtur & ultro inuitabantur ab eis, ſunt qui legant uendicati.i.uendicabantur,hoc eſt propter uindictam reprimebantur interdum. quod minus procedere uidetur alijs,quaſi innuat,quod poſtea lõgo tempore Iuuenalis dicit Sat.j. Nil erit ulterius quod noſtris moribus addat Poſteritas, eadem cupient faciẽtque minores. Omne in pręcipiti uitium ſtetit,quaſi dicat in altiſſimo,ita ut altius creſcere nequeat. Veruntamen optime cohęret ſententia, nam dicere vult ea uitia primo quidem cum quodam timore uindictæ creuiſſe. ſed poſtea etiam ſine timore inducta. unde dicit primo,& addit poſtubi.i. poſtea quàm, contagio.i. contaminatio malorum quaſi ex contactu ſicut oues inficiuntur. Vnde illud in Buc. Nec mala uicini pecoris cõtagia lædent.ubi facimus quòd dicitur hæc contagio,hæc contages,& hoc contagiũ.ſed contagio frequentius in ſingulari & contagia in plurali. Cicero tamen ij. Offic.contagionibus dicit. Producunt autem ſecundam,unde Iuuen. Sat.ij. Dedit hanc contagio labem, Et dabit in plures,&c.[Inuaſit,)ſcilicet ciuitatem, quaſi peſtilentia, quę inficit inter ſe conuerſantes.ciuitas eſt immutata,id eſt ex optimis moribus in peſſimos,& imperium eſt factum ex iuſtiſſimo atque optimo(quia ut dixi ex Cic.fuerat potius præſidium orbis quam imperium)crudele,& intolerãdũ, ut ſub Sylla & alijs tyrannis. Sed ambitio exercebat primo magis animos hominũ quàm auaritia,ideoq́ue propter imperium pecuniam exigebãt non propter pecuniam imperia,quod tamen uitium ambitionis erat propius uirtuti,id eſt ad uirtutem,uidelicet fortitudinem & magnitudinem animi accedens. Vnde Cic.auctore, id moleſtius ferendum eſt, quòd ut quiſque excellentiſſimus eſt ingenio & animo inuictiſſimo, ita ad dominationem maxime procliuis. Vnde dictum uolunt ab Euripide. Si uiolandum eſt ius,regnandi gratia uiolandum eſt,alijs in rebus pietatem colas quam ſententiam Cicero, iniquiſſimam & perniciosiſſimam cenſet Offic.iij. Probat auctor ambitionem propius eſſe uirtuti quàm auaritiam, dicens, Nam bonus, id eſt fortis ac ſtrenuus, & ignauus, id eſt inutilis ad laborem, ſine induſtria deſes,exoptãt ſibi ęque,id eſt æqualiter imperium, ſed ille, ſcilicet bonus utitur uera uia,ideſt ducenti medio ad ipſum, hic,ſcilicet ignauus,q̃ id eſt, quia bonę artes deſunt, contendit,ſcilicet uenire ad imperium dolis atque fallacijs, Auaritia autem ad uirtutem non accedit.

accedit.quia habes ſtudium pecuniæ,quam nemo ſapiens concu piuit. Ea) ſ.auaritia,imbuta i.tincta & illita,uenenis malis.i. nociuis,quia ſunt uenena etiam medicamentis apta,effœminat.i. mollificat, & flaccidum ac muliebre facit corpus & animũ uirilem, propterea quòd homo intentus lucro pecuniario corpus ſuum negligit,quo circa vulgo ſordidus dicitur,ſicut ſplendide epulans,lautus,de hoc loco habentur plurima apud Aulum Gellium lib.3.cap.1.ut tangam. Et ea. ſup.eſt infinita & inſatiabilis.neque minuitur copia neque inopia,quia ut dicit Seneca,ta deeſt auaro quod habet,quàm quod non habet,propterea,quòd (ut dicit Flaccus)quærit & inuentis miſer abſtinet,& timet uti. Et ideo dicitur Eccleſia. v. Auarus non implebitur pecunia. Iuxta quod eſt uerbum Iuuenalis ſæpe citatum, Creſcit amor nummi,quantum ipſa pecunia creſcit. Et illud Naſonis 1. Faſtorum Creuerunt & opes & opum furioſa cupido, Et cum poſſideant plurima plura petunt. Quia uero auarus,ut dixi, ſit flaccidus & ſordidus unius pecuniæ curam habens, ideo dicit quòd etiam corpus effœminat auaritia, & Saluſtius inquit Phauorinus di-cto loco apud Aulum Gellium)odio auaritiæ plus quàm potuit eam criminatus eſt, quòd autem auaritiam oderit,patet ex ode Horatiana, 1.lib.2. Carm. Nullus argento color eſt auaris Abdito terris inimice lamnæ Criſpe Saluſti, niſi temperato Splendeat uſu.uocat enim inimicum lamnæ.i.laminæ hoc eſt maſſæ aureæ,aut argenteæ non percuſſæ,quia nummorum uſus maluit Horatius, putans auarum maxime ſtultum. Eccleſiaſticus ſcele ſtiſſimum,dicens Eccleſiaſt.a. Auaro nihil eſt ſceleſtius. Nec immerito,quia nec ſibi nec alteri bene uult, unde cum plus pecuniam quàm Deum,aut ſe aut proximum,amet,dicit Apoſtolus quòd eſſe auarum eſt idolorũ ſeruitus,Eph.v. Et quia plurimę cædes propter pecuniam fiunt, uocat eam Iuuenalis funeſtã: Et ſi funeſta pecunia templo, Nondum habitas.& Virgilius,auri famem ſacram,i.execrabilem,dicens Æn iij. Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Sed ad reliqua.{ Poſtquam pluces Syl.)De hoc ſatis ſupra dixi quomodo eius exemplum plurimi imitati ſint,& quomodo bona uictoria,quam contra Mariũ obtinuerat, abuſus ſit,unde Officio.ij. dicit Cic. quòd poſt Syllæ uictoriam deſitum eſt uideri quidquam ſocios iniquum cum extitiſſet etiam in ciues tanta crudelitas.ergo inquit in illo ſecuta eſt honeſta cauſa non honeſta uictoria. Eſt enim auſus dicere,haſta poſita cum bona in foro uenderet & bonorũ uirorum & locupletum,& certe ciuium,prædam ſuam ſe uendere. Secutus eſt (ſcilicet Cæſar) qui in cauſa impia victoria etiam fœdio re non ſolum ſingulorum ciuium bona publicaret,ſed, vniuerſas prouincias, regionesq. vno calamitatis genere comprehenderet. (Sed quia Cic.in manibus eſt,perſequamur ordinem} Sed poſt quã L. Sylla dictator crudeliſſimus, habuit ex bonis initijs malos euentus,& hoc rep.recepta.ſ.è manibus Marianorum,nobilitatem Rom.cum rep.delere meditantium,armis.ſ.ipſius Syllæ.ſunt qui legunt Lucij Syllæ & reſp.vt ſit,ſed poſtquã reſp.eſt recepta.ſ.in libertatem,armis Lucij Syllæ, ipſa habuit ex bonis initijs malos euentus.i. exitus, quia in tyrannidem redacta eſt. quæ lectio modo ſit verior,mihi certe concinnior videtur. Ceterum vt ſubinde ſtudium meminerim: Recipere ut notum eſt, eſt iterum capere,ſed id varie fit,ita vt interdũ videatur quaſi excipere: vt,ſi tibi omnia bona mea aut dederim,aut deſtinauerim, & deinde, vnius tabellę pulchritudine captus eam mihi excerpã & reſeruem,eleganter dicam eam recepiſſe, vt dicit Aulus Gellius. Interdum polliceri,ſed quaſi rem negatam & reiectam,vt quam prius obeundam capere noluerim poſtea recipi. Interdum in locum tutiorem redire,quod tractum eſt à militibus qui cum caſtra tenuerint,priuſquam exirent in aciem hoſtium, cum ſigno dato in eadem redeunt,ſeſe recipere dicuntur. Inde cane-re receptui,eſt tubarum,lituorum aut cornuum ſeu tibiarum cãtu ſignificare militibus,vt à pugna in caſtra aut in quiaredeant, quod cum fit,finis imponitur pugnæ,quo circa transfertur vt ſit cuiuslibet actui, periculoſo præſertim, finem imponere. Et quia proprie eſt iterum capere, Recipimus debita à nobis præſtita & ablata,aut periculis erepta. Accipimus autem ab aliquo nobis oblata.vt literas,& donaria. Sumimus per nos,etiam nullo porrigente. Nocet præterea puer euentus etiam in plurali dici,ſicut euenta,quamuis id Valla neget.vt in Aen. vj. Cæcosq. voluptat Euentus animo ſecum. Et Tul. lib. 1. de Orat Varios euentus orationis expectationemq. hominum pertimeſcit. Sed canamus & nos receptui. Omnes ſup.cœperant rapere,aut per regulam ſuprapoſitam. Omnes rapere.i.rapiebant, omnes trahere .i.trahebant ad ſe,alius cupere.i.cupiebat domum,alius agros,& victores,ſcilicet hoſtium,aut voti compotes,neque habere,id eſt habebant,modum,id eſt menſuram aut rationem,neque modeſtiam,id eſt temperamentum. facere, id eſt faciebant facinora, fœda, id eſt turpia & abominabilia & crudelia, quia innocuos trucidauerunt aut proſcripſerunt,& plurimos ſpoliauerũt.{Huc accedebat. oſtendit & aliam cauſam corruptorum morum, dicens) Accedebat.i.adijciebatur aut addebatur huc.id eſt ad hęc facinora,exemplo Syllæ accepta, quòd Lucius Sylla habuerat, id eſt tractauerat exercitum,quem ductauerat, id eſt cuius dux fuerat in Aſia: (aliter ſi intelligatur ipſum Roma illuc duxiſſe, diceretur in Aſiam) contra morem,id eſt inſtituta maiorum, id eſt priſcorum imperatorum, luxurioſe.i. luxui & delicijs indulgenter, & nimis liberaliter.i. licenter & indulgenter, qualiter liberos homines tractamus. vnde Centurioni dabatur inermis non baculus ferreus aut ligneus,ſed vite raptus,poterant tamen Imperatores, immo debebant in luxurioſos,& deſides animaduertere,eam autem diligentiam adhibuerat Sylla,quo, id eſt ad eum finem,vt faceret ſibi exercitum fidum,id eſt fidelem,& acceptum,id eſt beneuolum & gratum. Loca amœna & voluptaria, id eſt voluptatem afferentia, molliuerant, id eſt molles & eneruos ſeu effœminatos effecerant,facile in ocio,id eſt ceſſatione, animos militum feroces, ſcilicet prius. Exercitus Pop. Rom. inſueuit primum ibi, ſcilicet in Aſia ſub Sylla, amare, ſcilicet ſcorta,potare,id eſt bibere immodice,& mirari ſigna,ſcilicet ad viuum exculpta,tabulas pictas,& vaſa,ſcilicet eſcaria & poculẽta,cœlata,id eſt ſculpturas habentia,vnde eſt illud in Buc. Inſanire libet quoniam tibi poculam poſitam Phagina, cœlatum diuini opus Alcimedontis. Et in Sat. Iuuen. Et ſtantem extra pocula caprum. & Pop. Rom. inſueuit primum ibi,rapere ea,ſcilicet vaſa & oblectamenta reliqua,priuatim,id eſt in occulto,aut potius à priuatis,& publice,id eſt manifeſte aut à republica,vt è templis,& ſpoliare delubra,id eſt templa, in quibus ſunt ſimulacra deorum.(ſeruatur regula elegantiæ qua multa infinita refe runtur ad unum finitum)inſueuit & polluere, id eſt contaminare & inceſſere omnia ſacra,& prophana,id eſt non ſacra vt quæ procul ſint à phano, id eſt æde ſacra. (Igitur hi,) Id eſt huiuſmodi ſic inſtituti milites Sylliani,poſtquam adepti ſunt victoriam contra Marianos,nihil reliqui,id eſt relicti facere, id eſt nihil penitus dereliquerunt victis. Quippe,quia certe res ſecundæ, id eſt proſperæ fatigant,id eſt tentant & afficiunt moleſtia animos ſapientium, quia ne ſapientes quidem facile moderantur victoriæ lętæ,nedum, id eſt ne dicam quòd illi corruptis moribus, id eſt habentes mores corruptos temperarent .i. moderarentur victoriæ, vbi eleganter ponitur nedum, quia ſine particula uerum etiam, ac ſimili ponitur ſecundo loco, cum re minori. Poſtquam diuitiæ cœpere eſſe honori) Vnde Ouidius Faſtorum primo: In precio precium nunc eſt, dat cenſus honores, Cenſus amicitias pauper vbique iacet. Et Iuuen. Satyra prima: Quando quidem inter nos ſanctiſſima diuitiarum Maieſtas. & alibi: Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat Res anguſta domi. Et rurſus: Quantum quiſque ſua nummorum ſeruat in arca, Tantum habet & fidei. Flacus lib. 1. Epiſt. ad Numicium: Et genus & formam regina pecunia donat: Ac bene nummatum decorat ſuadela Venusque. [Et poſtquam gloria, imperium,& potentia ſequebantur eas] .ſ.diuitias,quia pecuniæ omnia parent ac parent, virtus cępit hebeſcere, id eſt eſſe hebes, & paupertas cœpit haberi probro,id eſt ad dedecus & opprobriũ, cum tamen ſit munus deorum. Vnde de ea Luc. Et munera nondum intellecta deum. & innocentia cœpit duci, id eſt reputari pro malitia, quia qui cũ malis non conſpirabat aut aliquid ſceleris confecerat, dicebatur ab eis maleuolus diſſimulator,vnde de iuſto Sapientiæ ij. Grauis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt,alijs vita illius &c. Et Horat. Serm j. Sat. iij. {Hic fugit omnes Inſidias, nullique malo latus obdit apertum, Cum genus hoc inter vitæ verſetur vbi acris Inuidia,atque vigent vbi crimina, pro bene ſano, Ac non incauto fictum aſtutumque vocamus} Igitur ea diuitijs,id eſt poſt diuitias,luxuria atque auaritia inuaſere vna.i.pariter cum ſuperbia, iuuẽtutem, ſcilicet Romanam,& rapere conſumere &c. inuaſerunt,aut cœperunt,aut rapere.i.rapiebant aliena,conſumere.i. conſumebant omnia, paruipendere.i.paruipendebant ſua.i. propria bona, & cupere i.cupiebant aliena, & habere, id eſt habebant pudorem, ſcilicet animi,& pudicitiam corporis,diuina atque humana promiſcua,id eſt confuſa & ſine diſcretione, & habere, id eſt habebant,nihil penſi,id eſt conſiderati & nihil moderati.i.moderate facti.[Vrbem Romam &c.]Ecce incipit,quod promiſit,& commendat virtutem antiquorum ad exaggerationem criminum modernorum) Sicuti ego accepi,id eſt audiui. Diuerſi enim de

Romæ conditoribus diuerſa ſenſere. Liuius enim dicit Troianos condidiſſe. Ennius, Remum & Romulum. Virg. Euandrum, vnde, Tum pater Euandrus Romanæ conditor vrbis. Poteſt autem ſic ſolui quòd quidam fundauerunt & alij auxerunt. [Qui Aenea] Quia multi Troiani multis in locis remanſerunt, de quibus ne dicat, oſtendit. [Qui Aenea duce &c. Aborigines dicuntur, non qui omnino origine careant, ſed quorum origo ignoratur] Sine legibus, ideo ſolutum. [Sine imperio, ideo liberum] Coaluerint .i. ſimul creuerint. Sed poſtquam opulentia creuit diſcordarunt, & hoc eſt [Sed poſtquam res &c.] Et quia multi proſperitati inuidebant, igitur eos bello tentabant. [Pauci, ex cunctis, eſſe] .i. erant auxilio, quare pauci, cauſam ſubiungit. [Nam ceteri ab illis paucis, pauci umquam eis auxilio aderant. At Romani domi militiæq. intenti feſtinare, parare alius alium hortari .i. hortabatur] Hoſtibus obuiam ire, probant &c.] Magisq. in dandis quàm in accipiendis beneficijs amicitias parabant. Qui enim dat, obnoxios ſibi facit, qui accipit dãti obnoxius fit] Imperium legitimum, legitimos & bonos imperatores. [Nomen imperium regium habebant] Nam tunc temporis omnes imperantes reges dicebantur &c. [Poſt ubi] Ita primitus reges fuerunt, ſed præ nimia inſolentia, nomen eorum deletum eſt. [Fecere ſibi annua imperia, ut paruam licentiam haberent in ipſa, ne unus eſſet inſolens, & ſuperbiret. Non inſoleſcebant quidem, ſed magis ad gloriam tendebant] Magisq. ingenij uires .i. vires animi, quàm vires corporis. & quare hoc faciebant, vt timerentur, & hoc eſt. [Nã regibus boni quàm mali .i. ſtrenui quàm inertes] His .i. regibus. [Formidoloſa] .i. conferens formidinem. formidoloſus eſt proprie qui patitur formidinem, ſed hoc improprie ponitur. [Sed ciuitas &c.] Adempta erat primitus libertas ſub regibus, ſed adepta libertate ſub binis imperatoribus facile creuit ciuitas, & quàm facile incredibile memoratu eſt. [Tanta gloriæ cupido .i. voluntas & vere magna inceſſerat, quia iam primum &c.] Igitur viris talibus, notat de moribus militum Romanorum, & quia tales erant milites Romanorum. [Igitur locus aſper] Saxoſus. [Arduus] Vt montium aſcenſus, quia virtus eorum talis erat. [Tale facinus] .i. tam glorioſum factum &c. [Memorare poſſem] Quandoquidem tales erant Romani, igitur paucitas, ipſorum militum propulſabat hoſtem, & hoc poſſem memorare, niſi memoratio me longius traheret à propoſito, & hæc memorare poſſem &c. [Sed profecto] Et quia tales fuerunt, maximam laudem & gloriam meruerunt, ſed non tantam habuerunt, quantam promeruerunt. Vnde hoc? ea Fortuna. Potuit ne hoc Fortuna? potuit vtique quia ipſa in omni re dominatur. [Nam ex libidine] .i. ſecundum voluntatem ſuam magis quàm ex uero i. quàm ueritas. & hoc oſtendit per Athenienſes &c. Athenienſes enim amplam gloriam meruerunt, ſed ampliorem multo conſecuti ſunt. Et hoc per ſcriptorem copiam. Rom. vero multo maiorem promeruerunt quàm adepti ſunt, & hoc per ſcriptorum inopiam. & hoc eſt Athenienſium &c. [Prouenere, creuere] Ea copia .ſ. ſcriptorum, & quia Athenienſes ſcriptores habebant & Rom. cauſam ſubiungit dicens. [Quia prudentiſſimus quiſque maxime negocioſus erat .i. negocijs corporum intentus &c [Igitur domi, militiæq. boni mores &c.] Et quia malebãt bene facere quam benefacta aliorum dicere. [Igitur &c.] Non magis legibus quam natura valebant. Nam & ſi leges non eſſent naturaliter, ius legali ſeruari non poſſet. [Diſcordias, manifeſtas, [Simultates] Latentia odia. [In ſup. deorum] .i. ſupplicationibus. ideo ponuntur quia moris erat antiquitus, vt de rebus ſupplicium .i. damnatorum [qui enim damnatur ſupplex & humilis eſt] donaria .i. templa ampliarentur. [Magnifici, largi. his duabus artibus] .ſ. audacia in bello, & æquitate in pace. [Quarum rerum] ·ſ. quòd temp. & ſe audacia & æquitate curarent. [Habeo hęc docu.] .i. argumenta, quòd citius, & grauius puniebãtur, qui contra præcepta militaris diſciplinę in hoſtes irruebant, vel reuocati nolebant ceſſare, quam qui pulſi fugiebant. Vnde de Mãlij Torquati filio legitur, quòd cum Roma abeſſet Manlius, cũ aliquibus contra hoſtes exiuit, & eos deuicit, reuerſus pater, probitatem filij laudauit. Sed tamen ipſum, quia contra imperium pugnauerat, occidi iuſſit. [In pace uero] Hoc argumentum habeo de æquitate quia agitabant imperiũ magis beneficijs, quàm metu quod erat æquum. [Accepta iniuria .i. perpeſſa ab alio. [Sed vbi labore &c.] Ita primitus ſpreuit reſp. ſed poſtquam creuit vſque ad ſummum, in ſeipſam decidit, & immutata eſt, nam in eodem ſtatu non poteſt eſſe fortuna, iuxta illud Lucani: In ſe magna ruunt. (Carthago æmula Rom. imperij) Inter enim rebellaſſe legitur. [A ſtirpe] .i. funditus [Patebant, Rom.] .ſ. imperio. vere Fortuna immiſcuit omnia, nam his quibus Romæ non fuit ocium optandæ rei, alijs, quibus eripiebantur, fuerunt & oneri, & miſeriæ, quia interficiebantur, & quia diuitiæ fuerunt optatæ. Igitur primo creuit pecunia .i. auaritia, deinde cupido optatæ. Igitur primo creuit pecunia .i. auaritia, deinde cupido ipſa .i. ambitio, nam per pecuniam deſcenditur ad honorem, vere erit materies iſta malorum. [Nanque auaritia &c] Probis virtutibus .ſ. iſta auaritia virtutes ſubuertit, & ambitio vere non minus. [Nõ ex re] .i. ex rei veritate magiſquam bonum, vultum quàm ingenium. [Vultum] .i. exterius benignus apparebat, ſed affectus interius amariſſimus erat. [Hæc] .ſ. auaritia & ambitio primo paulatim. [Creſcere] .i. creſcebant, quia nemo repente fit turpiſſimus. [Et interdum] .i. quoniam [Vindicari] .i. vindicabãtur, vel puniebantur à bonis inquam prius, ſed poſt non, & hoc eſt. [Poſt hæc ubi hæc contagio] Contagio eſt ægritudo porcorum, quæ de vno tranſit ad alium, & dicitur ideo hæc duo vitia Romanos inuaſiſſe. [Sed primo magis] .i. præcipue, ne videatur contrarium ad hoc, quod dixerat ſuperius, primo auaritia, poſtea ambitio, nam primo hic non eſt temporale. Quod tamen vitium erat propius virtuti, nam ambitioſi virtuoſi apparent, & uere præcipua ambitio, nam omnes tam boni quàm mali, honores cupiunt, æqualiter quidem cupiunt, ſed non æqualiter adiſpiſcuntur. [Quia ille,] Scilicet bonus uera via nititur, & iccirco adipiſcit. [Hic] .ſ. ignauus. [Contendit dolis, ad facta, & fallacijs, ad uerba, ita ambitio accedit quodammodo ad uirtutem, ſed auaritia nullo modo, quia pecuniæ ſtudium habet. [Quam nemo ſapiens cõ.] Vnde Cato, Quam nemo. [Infinita] In acquirendis. [Inſatiabilis] In acquirendis. [Neque copia, quantum ad inſatiabilem] Neque inopia, quantum ad infinitam. Perſæpe vnum uerbum duobus attribuitur quod non niſi alteri proprie attribuitur. vt illud Virgilianum: Fortunam diſce ex alijs, ex me virtutem, cũ fortuna nullo modo adipiſci poteſt, ita & hic, quia inopia auaritia non poteſt minui. [Sed poſtquam Lucius Sylla &c.] Corruptionem morum paulatim oſtenderat tum per auaritiam, tum per ambitionem, nunc aliam oſtendit corruptelam, & inde proceſſit Mario ſiquidem, qui temp. opprimebat à Sylla deuicto, Sylla Romanos ciues expulit, & militibus ſuis dignitates diſtribuit, qui minus luxurioſe viuere cęperũt, & ita bonos mores corripiunt. Continuatio, hic fuit prima corruptio, ſed multo maior iſta, quæ ſequitur, & hoc eſt. [Sed poſtquam Lucius Sylla &c.] Bonis initijs, quia Marius initio coercuit, tyrannidem. [Malos euentus] Propter Syllanos, qui poſtea aliquos ciues Romanos proſcripſerunt. (Rapere,) Id eſt rapiebant. (Alius) Poteſt eſſe genitiuus vel nominatiuus. (Neque modum, in concupiſcendo) Neque modeſtiam in facinoſa fœda, quia matronas ſtuprabant. [Crudeliaque] Quia maritos ipſarum interficiebant. (Huc accedebat) Iſta Syllani faciebant, nec mirum, quia conſueuerant, & hoc eſt. Huc .i. ad hanc corruptionem attendebat. Et ad alia, quia corrupti quondam ſunt in Aſia, vbi ſunt loca amœniſſima. Sylla uero milites ſuos vt ſibi eſſent promptiores, & in omnibus obnoxiores nullo militari iure conſtrinxit, & ſic nimis ſolute iuuenes corrupti ſunt, & hoc eſt, huc accedebat. (Quo) .i. luxurioſe, id eſt, ſuperflue in victu. (Nimisq. liberaliter) .i. nimis remiſſe ab imperio iuxta liberum animi arbitrium, vere per loci amœnitatem corrupti ſunt. (Quia ibi primum &c.) Mirari, cupere, antecedens pro cõſequenti, ea enim quæ miramur concupimus. [Signa] .i. ſtatuas, quandoquidem ita corrupti in Aſia. [Igitur hi milites fatigant animos ſapientum] .i. emolliunt nedum qui corrupti moribus erant (Victoriæ obtemp.) .i. victoria ſe temperarent, ac ſi nihil raperent, quaſi dicat non abſtinerent, ita per victoriam facti ſunt diuites. [Poſtquam diuitiæ honori eſſe cœperunt &c.] Quia ſolus diues dites honorabatur. [Probro.] Id eſt opprobrio. pudorem, uel in vultu, vel in verbis, pudicitiam in mente, vel in factis. Promiſcua communia, vel æquo modo, quia non plus de diuinis quàm de humanis. [Nihil penſi in conſilijs] In bono. Moderati in malo, ita ſuperflue viuebant, quod ſatis potes videre, & pro argumento habere conſiderando maxima eorum ædificia, & minima deorum templa, nec ab ipſis, ſed à maioribus facta, & hoc eſt, &c.

OPERAE PRECIVM eſt, cũ domos atque uillas cognoueris: in urbium modum ędificatas, uiſere templa deorum, quę noſtri maiores religioſiſſimi mòrtales fecere. Verum illi delubra deorũ, pietate, domos ſuas, gloria decorabant, neque uictus quidquã, pter iniurię licentiam reperiebant. At hi contra ignauiſ-

ſimi

ſimi homines, per ſūmū ſcelus omnia ea ſocijs adimere, quæ fortiſſimi uiri uictores *reliquerāt.* per inde **reliquerunt* quaſi iniuriam facere, id demum eſſet imperio uti, ** prouida.* Nā quid ea memorē? quæ niſi ijs, qui uidere, nemini credibilia ſunt, à priuatis cōpluribus ſubuerſos mōteis, maria conſtrata eſſe, quibus mihi uidētur ludibrio fuiſſe diuitiæ, quippe quas honeſte habere licebat per turpitudinē abuti properabāt. Sed libido ſtupri, ganeæ, ceteriq; cultus non minor inceſſerat: * uiros pati muliebria: ** uiri.* mulieres pudicitiā in propatulo habere, ueſcēdi cauſa, terra mariq. omnia exquirere, dormire priùs, quā ſomni cupido eſſet, nō tamē, non ſitim, neque frigus, neque laſſitudinē, operiri, ſed ea omnia luxu antecapere. Hæc iuuētutē, ubi familiares opes deſecerāt, ad facinora incendebant. Animus imbutus malis artibus, haud facile libidinibus carebat, eo profuſius omnibus modis quęſtui, atque ſumptui deditus erat. In tāta * itaque tamq. corrupta ciuitate, Catilina, id q̄ factu facillimū erat omnium flagitiorū, atque facinorū circū ſe, tā quā ſtipatorum catervas habeat. Nam quicunque impudicus, adulter, ganeo, *alea uētre, manu, pene bona patria diſſipauerat, quiq; alienū æs grande cōflauerat, quo flagitium, aut facinus redimeret, pręterea omnes undique parricidæ, ſacrilegi, cōuicti iudicijs, aut pro factis iudicium timentes, ad hoc quos manus atque lingua, periurio, aut ciuili ſanguine alebat, poſtremo omnes, quos flagitium. egeſtas, conſcius animus exagitabat, hi Catilinæ proximi familiareſque erant.

** dictio, Itaque, non habetur in codice Aldino.*

** dictio Alea, nō eſt in ueruſtiori . bus quibuſdam exemplaribus.*

Quod ſiquis etiam à culpa uacuus in amicitiam eius inciderat, quotidiano uſu, atque illecebris, facile par, ſimiliſque cęteris efficiebatur. Sed maxime adoleſcentium familiaritates appetebat, eorum animi molles, & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cuiuſque ſtudium ex ætate flagrabat, alijs ſcorta præbere, alijs canes, atque equos mercari, poſtremo neque ſumptui, neque modeſtiæ ſuæ parcere, dum illos obnoxios fidoſq. ſibi faceret. Scio fuiſſe nonnullos, qui ita exiſtimarent, iuuentutem, quæ domum Catilinę frequentabat, parum honeſte pudicitiam habuiſſe, ſed ex alijs rebus magis, quàm quod cuiquam id compertum foret, hæc fama ualebat. Iam primum adoleſceus Catilina, multa uefanda ſtupra fecerat cum uirgine nobili, cum ſacerdote Veſtæ, & alia huiuſcemodi contra ius, faſque. Poſtremo captus amore Aurelię Oreſtillę, cuius præter formam nihil unquam bonus laudauit, quòd ea nubere illi dubitabat: timēs priuignum adultum ætate, pro certo creditur necato filio, uacuam domum ſceleſtis nuptijs feciſſe. Quę quidem res, mihi in primis uidetur cauſa fuiſſe facinoris maturandi. Nanque animus impurus, dijs hominibuſq. infeſtus, neque uigilijs, neque quietibus, ſedari poterat: ita conſcientia mentem * exagitatam uaſtabat. ** excitā.* Igitur color eius exanguis. fœdi oculi, citus modo, modo tardus inceſſus, prorſus in facie, vultuq. uecordia inerat. Sed iuuentutem, quam (ut ſupra diximus) illexerat, multis modis mala facinora edocebat. Ex illis teſtes, ſignatores falſos, commodare, fidem, fortunas, pericula uilia habere. Poſt, ubi eorum famam, atque pudorem attriuerat, maiora alia imperabat. Si cauſa peccandi in pręſens minus ſuppetebat, nihilominus inſontes, ſicuti ſontes circumuenire, iugulare, ſcilicet ne per ociū torpeſcerent manus aut animus, gratuito potius, malus, atque crudelis erat.

OPERÆ PRECIVM). i. utile, nam preciū laboris eſt utilitas, utile erit inquit, quia cognoſci poterit, quanta differentia eſſet inter maiores noſtros, qui hanc remp. nobis cœperunt. & homines noſtræ ætatis ignauiſſimos. VALLA [Domos) In urbe, & uillas, in agris. inter uillam & domum, hoc intereſt, quia domus in urbe dicitur, uilla autem in agris appellatur. [Viſere templa deorum) Templa deorum ſolent ſumptuoſioribus ædificijs conſtitui, quòd domus priuatorum, & tamen ad eā libidinem peruenerunt homines ætatis noſtrę, ut tunc ſibi ædes ædificent, quæ ſunt multo ſumptuoſiores, quàm deorum tēpla [Pietate) Quæ dijs immortalibus habetur, quia omnis homo pietatem debet deo immortali * . id eſt corde & fide deorum templa honeſtabant [Domos ſuas gloria) Domos non magnificabant ædificijs, ſed uirtute, res enim magnas domi militiæque gerebant, quibus domos, & familias ſuas decorabant. [Decorabant) Honeſtabant. [Neque uictis quidquam) Cum nationes & populos ſubegiſſent nihil eis faciebant, niſi quòd poſtea iniuria facere non poſſent. [Præter iniuriæ licentiam) Ne iniuriam facere poſſent, auferebat enim arma, equos, naues &c. quæ libertati faciunt iniuriam. [Contra) Contrario. [Ignauiſſimi) Viliſſimi homines) ſ. milites Syllani. [Adimere) Pro adimebant. [Fortiſſimi uiri,) Id eſt maiores noſtri. [Perinde quaſi) . i. tanquam, [Demum) Denique, hoc eſt tanquam illi faciendo iniuriam uiderentur eſſe imperatores, aliter priuati homines. [Nā quid ea memorem) Vere inquam noſtræ ætatis homines domos ſuas ſumptuſiores habuiſſe, quam maiores noſtri templa deorum, quia montes euertere, & maria proſternere non dubitarunt, quàm qui priuati eſſent, & non reges. [A priuatis compluribus). ſ. hominibus ſubuerſos. [Maria cōſtrata) Sicut etiam Lucul. dicitur feciſſe Neapoli ubi prædia ſua habebat dicitur enim feciſſe ædificia ingentia, & amœnitate omnibus præſtātia, quæ uſque in medium mare porrigebantur, ita, ut ubi maria fuerant ibi ſtratum erat ſolum, ueluti ſi in terra continenti fabricaſſet, [Quibus diuitiæ &c.). i. qui homines uidentur illuſiſſe diuitias ille deridet diuitias, qui profundit eas in rebus minime neceſſarijs, ut hi qui montes ſubuertebant, & maria ſternebāt, feciſſe uidentur. [Quibus mihi,) Qui homines uidentur mihi illuſiſſe diuitias. [Habere) Poſſidere [Honeſte,) Modeſte. [Abuti) Vitio ſe uti, uidelicet in rebus ſuperfluis, & minime neceſſarijs. Per turpitudinem, quia turpe erat eis, ut uitium non paruum, ita diuitijs, quas honeſte habere poterant, abuti. [Sed libido &c.) Superius dixit, quomodo Romani ciues corrupti dediti erant magnificentiæ ædificiorum. & diuitias quaſi ludibrio habebant eum, eis in rebus minime neceſſarijs abuterentur, nunc dicit non ſolum hac ſuperfluitate ædificiorum Romanos eſſe captos, uerū etiam, quod deterius erat, luxuriā eos inuiſiſſe, eū nec uiri muliebria pati dubitarent, & mulieres pudicitiam in aperto haberent. [Stupri) Adulterij [Libido ganeę). i. meretricis. ganeū ueteres dicebant locum abditum, & quaſi ſub terra defoſſum. i. lupanar. inde ganeę mulieres, quæ ibi habitant. [Cęteri cultus) Non ſolum libido ædificiorum, ſed etiam ueſtium. [Inceſſerat) Inuaſerat Romanos, & libido ſuperinceſſerat. [Viros pati muliebria) Tangit rem obſcœnam &c. [Mulieres habere pudicitiam &c.) . i. paruifaciebant pudicitiam, hoc eſt meretrices fiebant. [In propatulo) In aperto. [Exquirere) Pro exquirebant, uel libido inceſſerat &c. dicito etiam in cęteris infinitis ut uolueris. [Cauſſa ueſcen.) . i. comedendi, unum ſequitur ex reliquo, quia luxuria ſemper cibos lautos habere cupit, ut ſe diu ſuſtentare poſſit, & cum homines luxuria dediti fuerint etiā uitio gulæ laborāt. [Terra) Vt ſunt aues, ſylueſtres feræ, quibus ſolent ueſci luxurioſi homines. [Mari) Vt diuerſi generis piſces exquirerent, quibus ingluuiem uentris ſatiarent. [Dormire) Pro dormiebant. [Nec operiri pro uperiebantur) . i. non expectabant. & ſic de ceteris. [Laſſitudinem) Qui non laborabant tantum ut laſſarentur, ſed opus intermittebant antequam laſſitudo eos inuaſiſſet. [Antecapere) Pro antecapiebant. i. occupabant anticipabant. [Luxu) i. luxuria, & ſuperfluitate rerum. [Hæc Vitia ſupra memorata. [Incendebant) Incitabant ad facinora facienda. [Opes familiares. i. opes ſuæ, & propriæ [Malis artibus) Malis moribus. [Eo) Ideo. [Profuſius. (Immodeſtius intemperantius. [Deditus) Animus eorum. [Omnibus modis) Quacunque ratione, iuſte, ſcilicet & iniuſte contra fas & nefas id quod erat facillimum, ſcilicet poſſe uſurpare temp. [Tanta Tantæ magnitudinis. [Flagitioſorum,) Id eſt omnium uitiorum reprehenſione dignorum. [Facinoroſorum) Qui facinora commiſerunt. [Stipatorum,) Satellitum. Satellites dicuntur ſtipari, eo quòd latera principium ſtipare, id eſt condenſare ſolent.

leni[Adulter) Qui alienas uxores uitiauerat.[Ganeo).i.lupanar, nam, ut paulo ante diximus, ganeum dicerunt locum abditum &c.[Alea)Ludo, alea & taxillis. [Manu) Prodigaliter profundendo, uel interfecerat aliquem, propter quod condemnatus fuiſſet [Ventre)Gula.i.implendo uentrem ſuum pro libidine, & uoluptate.[Pene) Membro uirili. & notat obſcœnam uoluptatem, penis enim eſt membrum uirile.[Alienum æs, grande cõflauerat)Pecuniam mutuo acceperat, & eſt pulchra & honeſta locutio, grande æs alienum conflaui, ſignificat pecunias mutuo accepi, ualde ſum obligatus.i.debitus.& eſt naturalis locutio, quẽadmodum honeſta. nam qui æs alienum habet, multã pecuniam debet, ergo qui multam pecuniam habebat, mutuo grande æs cõflauerat.[Quo).i.ui flag. aut fac redi uulgo pagat la cõdanagiõ del ſuo mal fate.[Differentia eſt inter flagitum & facinus, quia flagitum in dictis, facinus magis in factis cõſideratur, nam periurium facere, eſt flagitium, non autem facinus. facinus ille committeret, qui hominem pulſaret aut etiam interficeret, [Parricidæ)Quali parentes interfecerunt. Sacrilegi qui templa diripuerant [Conuicti iudicijs)Qui condemnati fuerunt.[Timentes iu.)Qui facinus aliquod commiſerant, propter quod timebant condemnari.[Quos manus)Interficiendo homines, ſures intelligas interfectores. Lingua periuria faciendo. [Periurio)Referas ad linguam.[Sanguine [Referas ad manum[Flagitium(Si non facinus commiſerat. [Flagitium) i. tem aliquam reprehenſione dignam perpetrauerat.[Egeſtas)Quia res familiares ſibi defecerat, uel nunquam etiam poſſiderant [Itaque in tan) Ad propoſitum ſuum redit Sal.[Animus cõſcius.). Caliuimus ſceleris, nam qui ſibi ingentis facinoris conſcius eſt, nunquam requieſcit, donec ſcelus ſceleri addiderit. [Proximi] Propinqui. [Vacuus culpa).i.innocens. [ine derat)Caſu aliquo in amicitiam eius uenerat. [Quotidiano uſu)Quotidiana conſuetudine. [Cateruas]Comitiuas. [Stipatorum)Seruorum. [Illecebri.)Voluptatibus, quas caterua ſibi afferebat, ut infra patebit. [Par)Magnitudine ſcelerum. [Similis)Maioribus. ergo par ad magnitudinem, ſimilis ad maiores pertinet, par quantitate efficiebatur, ſimilis qualitate. [Sed maxime adoleſcentium)Superius declarauit Sal quomodo Catilinæ domum frequentabant ſcelerati homines, cuiuſcunque flagitij conſcij fuiſſent. Aut etiã ſed nunc dicit familiaritates adoleſcentium maxime placuiſſe Catilinæ. eo quòd eorũ animi teneri ac inſtabiles capi poſſent. [Sed maxime appetebat)Hoc eſt omnium ſceleratorũ animos, ſed maxime adoleſcentulorum.[Eorum animi)Cur adoleſcentium magis, quam aliorum animos appeteret, declarat ipſe quia facile, erat hanc ętatem decipi.[Molc.)Teneri [Fluxi).i.labiles, & inconſtantes.[Haud difficulter).i.facile, nam & quomodo caperentur animi adoleſcentium declarat. [Præbere) i. præbebat, [Vt cuiusque)Adoleſcentes capiditatibus ardent, & alij alia flagitia cupiunt, eo quòd uniuſcuiuſque libidine eis ſatisfaciebat Catilina. Nam &c. [Scorta)Meretrices [Mercari) Pro mercabatur.[Canes)Atque equos. ſi quis etiam uenatu gaudentes.[Vt cuiuſque ſtudium) Sicut cuiuſque uoluntas. [Flagitabat)Ardebat[Neque ſumptus) i.non parcebat pecunijs. ut obſequeretur libidinibus adoleſcentum. [Neque modeſtiæ]Non habebat moderationis rationem, dum uoluptatibus eorũ ſatisfaceret[Dum) Modũ.[Obnixios ſubiectos]Et & obligatos & rectè dixit obnoxios, quia obnoxius propriè dicitur ille, qui ob noxam i.culpam obligatus eſt, & iſti adoleſcentes ob aliquam culpam Catilinæ obligati erant. [Scio) inquit Sal.[Frequentabat) Ibat frequenter [Parum honeſte pudicitiam) .i.obſcęnis uitijs deditos fuiſſe.[Sed ex alijs rebus magis) Ex alia anteacta Catilinæ uita homines id ſuſpicabuntur, quanquam res ipſa alicui nota erat. [Sed ex alijs rebus] Ex alijs Catilinæ uitijs. .i.iuuenturẽ obſcœnæ uoluptati deditam fuiſſe.[Compertum(Manifeſtum tam primum oſtendit, cum credebant homines ex alijs Catilinæ uitijs ipſum catilinam impudicos habuiſſe adoleſcentes. [Fecerat) Commiſerat.[Nobili] Nobili loco nata, cum qua commiſerat ſtuprum.[Virgine ueſtæ).i.cũ uirgine Veſtali.i.uirgine deæ Veſtæ. Veſtę templum Romę nobiliſſimũ fuit, & uirgines huic deę conſecratæ æternum ignem templo conſeruabant, & uirginitatem perpetuam, cum una ex his incœſtum Catilina commiſit.[Alia huiuſmodi] Reſpexit ad obſcœnitatem, de quante loquebatur.[Ius, & fas)Quod cum mulieribus ſtuprum, aut incœſtum commiſerat, hoc fortaſſe tolerandum fuit, ſed cũ adoleſcentibus delectaretur, hoc deterius eſt. Ius, contra ius humanum. Fas contra ius diuinum, nam ius hominum. fas deorum dicitur, ius læſerat, ſtuprum committendo cum uirgine nobili, & etiam adoleſcentibus delectando, ſas autem deorum ius offenderat, quòd cum Veſtali uirgine ſtuprum commiſerat.[Cuius)Aureliæ Oreſtillæ. [Præter formam) Forma quidem bona erat, ſed ipſa Aurelia omnibus uitijs erat refetta.[Bonus) ſ.homo. [Quòd) Pro quia ea Aurelia Oreſtilia. [Illi) Catilinæ. [Priuignum).ſ. filium Catilinę qui priuignus eius erat futurus. [Pro certo) Habetur pro certo.[Necato) Veneno interfecto. [Vacuam) expeditam[Sceleſtis nuptijs] Ipſius Aureliæ. [Quę). ſ.filij cædes.[Facinoris) Ipſe antequam tantum facinus. indicaretur, aliquid maius ſcelus aggrederetur. Impurus uitioſus. [Infeſtus) Inuiſus. [Neque uigilis) . ſ.uigilando, quietibus quieſcendo. [Sedari) i.quieſcere .[Ita) Hoc modo. [Conſcientia,) Scilicet patrati ſceleris.[Excitam) Pro excitatam, commotam. [Vexabat) Perturbabat.[Eius) Catilinæ .[Exanguis) Pallidus, nam cum è uultu ſanguis effugerit. pallor faciem occupat [Fœdi) Cruenti.ſanguine pleni.[Citius) Velox inceſſus Catilinę [In facie) Naturali.[In uultu) Accidentali. Facies eſt forma naturalis, quę difficulter mutari poteſt, uultus, qui pro uoluntate animi mutatur.& dicitur a uolendo, eo quod habitu uultus, indicatur animi uoluntas, nã ſi mens aut animus aliquod lætum conceperit, lætitiã uultus oſtendit, quòd ſi animus timuerit, uultus quoque metum ſignificabit. [In facie) Pro conturbatione naturalis formæ. [Vultu) Pro perturbatione uoluntatis animi. [Vecordia)Inſania.[Inerat)Comprehendi poterat habitudine mentis & uultus.[Sed iuuenturẽ) Superius oſtendit quomodo iuuenum maxime familiaritates appetebat Catilina. eo ꝙ ætas illa facillime ad omnia facinora impellebatur. nũc dicit, quomodo ſceleratiores reddebat Catilina.[Nam illexerat).i.traxerat in ſui beneuolentiam & amicitiam [Multis modis) Cuiuſque ſtudium ex ætate flagrabat. alijs meretrices præbendo, alijs equos & canes emendo.[Mala facinora).i.maleficia.)Ex illis) Quæ maleficia eos docuerit declarat ipſe. [Commodare) Pro commodabat ex illis iuuenibus, falſos teſtes.[Falſos ſignatores) Falſos ſigillatores teſtamenti Conſuetudo fuit apud maiores, ut teſtamentorum tabulas ſignarent ſigno ſuo homines ad minus ſeptem, nec aperiebantur teſtamenta. niſi octo dies poſt mortem teſtatoris. [Habere) Edocebat eos[Villa) Nullus cari, nullius exiſtimationis, nullius conſiderationis. [Poſt ubi).i poſtquam.[Eorum fama atque &c.) Poſtquam eos infames atque omnem pudorem exuere fecerat, ad ſcelera maiora incitabat. nam primo homines, qui bonam habent famam, metuunt ne illam amittant, cum uero eam amiſerint. ad omnia ſcelera procliues ſunt atque promptiores.[Famam atque pu atiri.) Quia emiſerant bonam exiſtimationem, & omnem uerecundiam.[Inſontes) innocentes, qui nihil offenderant eum.[Sicut ſontes) Sicut nocentes. ſicut eos qui ſibi nocuerant, hoc eſt amicos, ſicut inimicos. [Minus ſup.).i. minus accedebat, offerebatur. [Circumuenire) Pro circumueniebat. i. decipiebat & offendebat. [Iugulare,) Pro iugulabat ipſe Catil. [Malus animus] Illorũ iuuenum.[Torpeſceret) Pigueſceret. [Gratuito) Sine præmio, & eſt aduerbium [Malus) Prauus, & ipſe animus iuuenũ.

OPERAEPRECIVM &c.[Viſere).i.contemplari.[Templa) Ad tuendũ ſunt dicta. ut Varro afferrit. ſic locus qui in cœlo deſignabatur, templum appellabant priſci.[Villas) .i.prætoria.i.ruſticanas domos.[In modum urbium] Quos his Sen. improbat uerbis. Iſta quidem oſtenduntur, non poſſidentur.[Decorabant).i.exornabant. [.Gloria).i.rebus geſtis. [Licentiam iniuriæ).i.libertatem, ne aliquando deficerent, [At hi).ſ noſtræ ętatis homines. [Socijs,) Id eſt confœderatis. [Victores) Maiores multa quæ iure contra hoſtes facere poterant, non faciebant.[Facere iniuriam).i.uiolare ſubiectos. [Subuerſos).i. adæquatos. [Maria conſtrata) Vt Lucullus fecit de cuius luxu Pompeij extat Epiſt. apud Plut. quæ incipit. Mihi uero Luculli uita ueteribus ſimillima comœdijs uideri ſolet quarum primæ partes, rebus domi militiæque geſtis, poſtremo uero conuiuijs potationibus. cãtu procaci, facibus omnique luxus genere continętur. Ego enim ſumptuoſa illa artificia, ingentes balneorum atque deambulationum apparatus, picturas, ſtatuas omneſque eiuſmodi rerum ſtudium ad luxum arbitror referenda. Addit præterea Plut. Quid de his operibus quæ iuxta mare. circa Neapolim magnifice ſplendideque conſtructa ſunt, iudicandum arbitramur? Vbi altiores profundis foſſis tumulos ipſe ſuſpenderat, ubi maritimas ædes eaſque pulcherrimas atque ampliſſimas ædificaret. ubi diſcurſus maris piſcoſoſque riuos ædibus circunduxerat.[Habere h.].i.ad honeſtos uſus.[Diuitiæ] Inſtrumenta ſunt ad omnia facinora, ut Ariſt. aſſerit. [Libido ganeæ,) Id eſt ingluuiei. Nam Ganea proprie eſt ingluuies & heluatio, ut octauo & decimonono Plut. oſtendit. Sidonius Apol.

MARI.

apollinaris: Diſruptum ſtomachum ganea nihil melius farcire poteſt quam parſimonia. [Veſcendi] Sen. Dij boni quantum hominum exercemus uentrem. [Luxu,] Id eſt intemperantia. [Impudicus,] Id eſt qui pudicitiam uiolauit. [Ganeo,] Id eſt heluo. [Pene] .i. genitali membro. [Quicunque] .ſ. ſequebatur. [Redimeret] .ſ. à iudicijs. [Timentes] .ſ. ſe uocari in iudicium. [Pro factis] .ſ. malis. [Manus] .i. qui alios interfecere. [Lingua] .i. falſo iuramento. [Flagitium,] Scilicet commiſſum. [Exagitabat] .i. uexabat. [Vſu] Nam ut ait Hil. trahuntur à conuerſantibus mores. Et Secundus in Epiſt. ad. *

id eſt, talis eſt unuſquiſque quibus delectatur conuerſans. Plut in uita Pomponij Attici, Plus in amicitia ualet ſimilitudo morum quàm affinitas [Similis] .i. tam ſceleſtus. [Fluxi,] Id eſt inſtabiles. [Studium] .i. animi affectio. [Ex alijs rebus] .i. ex uita Catilinæ, quæ in alijs rebus erat iniqua quamuis huius famæ nulla eſſet certitudo. [Cum uirgine] Aſconius Pædianus ſcribit ſe eius nomen non reperiſſe. [Cum ſacerdote] Cum Fabinâ ſorore Terent. uxoris Cic. ut ait Aſconius [Alia] .ſ. ſtupra. [Necato filio] .ſ. ueneno, ut poſſet potiri connubio Oreſtillæ, quę illum renuebat propter priuignum. [Necato filio] Appianus lib ij. bellorum ciuilium ait. L. autem Catilina gloriæ & generis ſplendore præcellens temeritate notiſs. adoleſcentem filium ob Aurel.æ Oreſtillæ amorem interfeciſſe dicitur, cum mulier ſuperſtite filio nuptias eius recuſaret. [Facinoris] .i. coniurationis. [Sedari] Quia exercitabantur per ſomnium, ut Neroni eueniſſe ait Tranquillus. [Fœdi] .i. ſanguinei. [Inceſſus] De inceſſu qualis debeat eſſe plura Cic. in Offic. [Prorſus] .i. omnino. [Vecordia] Mentis agitatio. [Inerat] Demonſtrabatur. [Illexerat] In amicitiam attraxerat. [Atterebat] Quia non curabant famem. Et qui famam contemnit ſuam crudelis eſt, ait Salomon. [Gratuito,] Id eſt ſine cauſa.

CVM domos atque uillas cognoueris in urbium modum ædificatas] Manuſcripta uolumina, exædificatas, nec ſecus exemplar Beroaldinum. Vtraque lectio probe quadrat. Verbo exædificare non ſemel Cicero utitur. [At hi contra ignauiſſimi homines per ſummum ſcelus ea omnia ſocijs adimere, quæ fortiſſimi uiri uictores reliquerant] In uetuſtioribus quibuſdam, eſt hoſtibus quibuſdam. Eſt enim perperam hic Datiuus in recentioribus omiſſus, niſi fallor. Nam hoſtes oppoſuit ſocijs, fortiſſimus uiros ignauiſſimis hominibus reliquere denique pe dimere. ſaluti uictoriam Moa. [Perinde quaſi iniuriam facere, id demum eſſet Imperio uti [Legendū è manuſcriptis. Prouide quaſi Nam ita ferè ueteres, ut eſt in Terent. Plautoq. uidere. nec raro apud Cic atque alios. [Non famem aut laſſitudinem, non ſitim, neque frigus operiri, ſed ea omnia luxu antecapere[Lego ex manuſcriptis, non ſamen aut ſitim, neque frigus. neque laſſitudinem opperiri. quomodo item Aldinum exemplar. Eſt in duobus tamen manuſcriptis. [Non famem, non ſitim &c.] Quo modo codex quoque Beroaldinus. [Omnium flagitioſorum atque facinoroſorum circum ſe, tanquam ſtipatorum cateruas habebat] Quamuis eodem modo & Fabricianum uolumen, tamen eſt in manuſcriptis quibuſdam, ut ſe & Merſeburgenſi, omnium flagitioſorum & facinoroſorum, id quod ſenſus quoque poſtulat. Porrò ſpeciatim mox recenſet iſtos flagitijs, & facinoribus coopertos, ut erāt impudici, adulteri, ganeones, decoctores, aleatores, parricidæ, ſacrilegi, periuri, conuicti iudicijs, atque id genus alij. Niſi quis forte ὑπερβολικῶς locutum Saluſtium putet, uel auxeſi uſum, cum colluuiem Innuere hominum peſſimorum uellet. Facit cum Merſeburgenſi Florentinum. [Alea, manu, uentre &c.] τὸ Alea non eſt in manuſcriptis. Periurio aut ciuili ſanguine alebat. [Legendum ſanguine ciuili, ut ſequatur adiectiuum ex manuſcriptis. [Sed maxime adoleſcentium familiaritates appetebat] Hæc uera lectio, contra quàm eſt in recentioribus libris, ubi ſuperſunt quædam. [Sic autem codices habent in Pergamenis deſcripti, & ex impreſſis plerique] Bona patria diſſipauerat. [In manuſcriptis eſt, lacerauerat] Sicut & impreſſis uetuſtioribus, pro patrimonium confecerat. Quod ad ſenſum tamen attinet, prior lectio bene habet. Nam & apud Cic. eſt diſſipare fortunas, diſperdere & diſſipare patrimonium. [Nam ut cuiuſque ſtudium ex ætate flagrabat] Eſt quidem in pleriſque, ut cuiuſque ingenium, ſed perperam ut opinor. Nam & ſtudium eſt in manuſcriptis, & eodem modo Felicius Durantinus legit. Nanque hunc ſenſum reddens: Vt eorum diuerſa ſtudia perſpexerat, inquit ſic diſſimili ratione in ſuam familiaritatem illexerat. [Illa conſcientia mentem exagitatam uaſtabat] In manuſcriptis duobus reperi excitam. ac ſic, ni fallor, exemplar Aldinum habet. Sed & Vexabat in quibuſdam eſt, pro Vaſtabat uelut in duobus calamo deſcriptis. & Florentino quomodo & Riccius Lugienſis alicubi ſe legiſſe teſtatur. Mox, igitur color eius exanguis. Probus grammaticus legit, colos, exanguis. Eius uerba ſubijciam, Lor, inquit, tertię ſunt declinationis, o in nominatiuo correpta in genitiuo producta, ris ſyllaba terminato. hic calor, pallor, caloris, palloris, color coloris, quamuis Sal. igitur colos exanguis. ſicut labos & labor. Meminit huius, & alias idem. Ex manuſcripto legendum ſuſpicor. colos ei exanguis, quomodo & Pariſienſe. non, eius. Porrò fœdos oculos dixit, pro eo quod eſt, ſæuitiam & immanitatem prę ſe ferentes. quomodo hic accipit fœdum, eum in Eun. Donatus, tum Seruius in ij. Aeneid. adnotauit. Nam alias ferè turpe ſignificat, & flagitioſum. GLAR.

OMNIVM flagitioſorum, atque facinoſorum] Alij Flagitiorum, atque facinorum legunt, ad eam formam qua ſeruitia, imperia, pro ſeruis, ac imperatoribus dicimus, & ſcelus pro ſceleſto, apud Terent. Sal. etiam ipſe fugiſſe uideri poterat longiſſimorum uerborum monſtroſam illam enunciationem, nempe flagitioſorum, ac facinoroſorum Exemplar tamen Gothi ita habebat longiore illo ſyllabarum tractu. Sed iudicet lector. [Proxime ſequitur] Nam quicunque impudicus, adulter, ganeo, alea, manu, uentre, penè bona patria diſſipauerat. Quidam omittunt uerbum Alea ut tria tribus reſpondeant, quanquam haud ſcio obſeruarit ne perpetuo hęc Sal. Et antiquum exemplar habebat Alea. [Scilicet ne per ocium torpeſceret manus, aut animus] Poſt animus diſtinguendum, ac deinde inferendum, gratuito potius malus atque crudelis erat. Quaſi diceret, Scire licet, cur inſonteis ſicut ſontes iugularet, ne per ocium aut manus, aut animus torpeſceret. Tum cauſa malitię ſubnectitur. Erat enim inquit, gratuito potius malus atque crudelis. Mirum quàm hic quidam ſudarunt, nec tamen ſeſe explicant.

ASCENSIVS

OPERAEPRECIVM eſt &c.] Ex comparatione priſcorum docet quantum immutari ac deprauati ſint mores. Priſci enim delubra deorum omni pietate decorabant, & domos ſuas priuatas gloria non luxu ſuperbo, at huius ſęculi inquit homines domos ſuas ita magnifice & ſumptuoſe extruunt ut montes ſubuertant & maria conſternant, & templa deorum aut negligant aut ſpolient.]Preterea maiores ſolebant uictis nihil preter arma &c belli fomenta adimere immo ut Cic, docet, ſolebāt uictarum nationum patroni eſſe, ita ut totius orbis præſidium potius quam imperium meruerit dici, at recentiores, etiam ſocios ac conciues omnibus facultatibus ſpoliant. Ordo eſt. [Operæprecium eſt] .i. utile & dignum facto, ut pote habens precium .i. mercedem operę .i. laboris & operationis, cum .i. poſtquam cognoueris .i. quiuis cognouerit domos .i. priuatas in urbe atque uillas .i. ędificia in agris ędificatas in morem urbium, ita ut ſingulæ caſtella aut urbes uideantur, aut ita ſumptuoſę ut in urbibus ſolent, & uiſere .i. poſtea uiſum ire aut uidere templa .i. ędes ad contemplanda diuina inſtituta. deorum .i. dijs conſecrata, quę maiores noſtri .i. priſci Rom. appoſitorie mortales .i. homines religioſiſſimi [vbi fruſtra quidam addunt viri] fecere, q.d. quantum diſcriminis ſit in ter templa tam humilia & modica ędificia priuata tam ſuperba atque magnifica, a priuatis inſtructa. Vnde Flac. car. iij. delicta maiorum immeritus lues Rom. donec templa refeceris, Aedesque labentes deorum, & fœda nigro ſimulacra fumo, &c. ne tamen uitio dare videatur antiquis quòd talia extruxerant, addit, uerum .i. ſed, illi .ſ. maiores noſtri decorabant .i. vouebant delubra .i. ſana deorum in quibus eſſet ſimulacrum delibratum .i. decorticatum, quia ex ligno tunc erant idola ſeu deorum ſimulacra vſque ad Aſiam deuictam. Numa tamen [vt Euſeb. de pręparatione euang. aſſerit elementem diaiſſe] more moſaico nullum ſimulacrum in templo eſſe voluit. Plut. quoque ait ex ligno priſca deorum ſimulacra fieri ſolita. Nam lapidem rem duram & inanem in deorum effigiem cœlare nolebant. Aurum uero & argentum in fecundæ terræ colere putabant. Plat. uero in legibus ait: Terra & veſta deorum eſt habitatio. Nemo igitur ex ijs ceteris dijs ſimulacra faciat. Aurum autem & argentum inuidioſa poſſeſſio eſt. Ebur animam depoſuit, ideoq́ue ad ſimulacra deorum ſeptum eſt. Aes & ferrum belli ſunt inſtrumenta Hæc illi decorabāt inq̃ omni pietate .i. lætitia & cultu pro. Eſt autem pietas fundamētum oīum virtutum, [vt inquit Cic. pro Plancio] propriéq. capitur pro debita obſeruantia in deos & parentes, quę religio dr̄. [Et dec do. ſu.] .ſ. priuatas gloria .ſ. rerū bene geſtarū per ſe aut p̄ maiores quorū imagines in ſtēmate habebant. Neq; eripiebāt victis quicq̄ præter licē-

tiam

tiam iniuriam, quia illis arma naues equos & ſimilia auferebãt & interdum mœnia diruebant, ne iterum ſint inimici nec rebellent, ſic tributaria facta eſt prius Carthago quàm deleta. Arhi. ſcilicet noſtri ſæculi homines, contra, id eſt e contrario exiſtentes, ignauiſſimi, adimere pro adimebant niſi demen, id eſt abſtulerunt per ſummum ſcelus ſocijs omnia ea quæ fortiſſimi victores, ſcilicet priſci reliquerant, cum auferre potuiſſent hoſtibus. [Proinde) Pro perinde (niſi potius perinde legamus) perinde, id eſt ita vt quaſi facere iniuriam, id eſſet demum vti imperio. Nam quid memorem ea, ſcilicet facinora libidinoſa Rom. quæ nemini ſunt credibilia, niſi ijs qui videre ſupple ea, videlicet mõtis, id eſt montes eſſe ſubuerſos, id eſt reſolutos in planiciem, à compluribus, id eſt pluſculis, priuatis, id eſt regno & principatu, & maria eſſe conſtrata, id eſt oppleta terra illa ad ædificia facienda ut fecerat Luc. Neapoli. vbi ædificia in media vſque maria porrigebat. vnde in luxum Rom. dicit ſic Horat. car. ij. Iam pauca aratro iugera regiæ Moles relinquent, vndique latius Extenta uiſentur lucrino Stagna lacu. & lib. iij. Contracta piſces æquora ſentiunt, iactis in altum mollibus, id eſt maximis ædificijs. Conſimile feciſſe dicitur Xer. à quo uelificatus athus. quibus, ſcilicet ciuibus Rom. diuitiæ uideotur fuiſſe ludibrio, id eſt ob ludibrium & irriſionem ut in Aegypto Pyr. extructoribus, aquippe, id eſt quia ipſi properabant abuti diuitijs per turpitudinem, id eſt luxuriam quas licebat habere, id eſt poſſidere honeſte. Sed libido ſtupri. Cenſet non ſola ædificandi luxurioſa magnificentia peccare ſui ſæculi Rom. ſed & alij ferè uitijs dicens: Sed cum ſumma eſſet libido in extruendis ædificijs, non minor, immo æqualis libido ſtupri, id eſt luxuriæ Veneris illicitæ, ut cũ uiduis, uirginibus, aut etiam ſcortis, & ganeæ, id eſt luxurioſæ & glorioſæ uitæ in ganeis & lupanaribus quę ſunt luſtra meretricum, & gula perditorum, & ceteri, id eſt conſimilis cultus. i. indulgentiæ & mollis uitæ in qua quis fouetur & colitur indulgenter, non decenter, nam decens cultus non meretur uituperari, in ceſſerat. i. inuaſerat Rom. & uiros pati muliebria. i. ſubagitari more mulierũ ut pathici ſolent à pediconibus, de quibus dicit Paul. Rom. j. maſculi relicto naturali uſu fœminæ exarſerunt in deſiderijs ſuis in inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem, operantes, & mercedem quam oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipiẽtes &c. [Et mulieres habere). i. caſtitatem coniugalem, in propatulo. i. omnibus expoſitam, quaſi in proſtibulo. ita ut ſola caſta ſit quam nemo petiuit, ſupple inceſſerat. Similiter exquirere omnia terra & mari cauſa ueſcẽdi. i. propter gulam & dormire priuſquam cupido. i. deſiderium ſomni eſſet. non opperiri. i. non præſtolari ſeu expectare, ſed expectamus proprie deſideranda & expetenda unde Aen. ij. Quibus Hector ab oris, Expectare uenis? eſt enim expectare frequenter extra aſpicere, hoc eſt exire & inſpicere an deſideratur ueniat, opperimur autem qualiacunque, & in omnibus his aut ponitur infinitiuus pro imperfecto ut ſit opperiri pro opperiebantur, aut intelligitur cœperant, aut quod potiſſimum hic dicam hæc infinita reddunt ſuppoſitum illi uerbo inuaſerat, nam ut dicamus ſic libido non opperiri &c. nõ placet quia dicendum eſſet libido non opperiendi &c. pergamus ergo ut cœpimus. famem. i. eſuriem non opperit ſitum. i. appetitum bibendi, neque frigus. i. appetitum ſe calefaciendi, neque laſſitudinem. i. fatigationem & appetitum ſe reponendi & quieſcẽdi, ſed antecapere. i, præoccupare omnia hæc lux. i. luxurioſa uita & libidinoſa atque indulgenti ſibi, uorabant. n. cibos gulam prouocantes priuſquam fameſcerent, potabant priuſquam ſitirent, dormitabant priuſquam ſomnus eos inuaderet, calefaciebant ſe priuſquam frigerent, recubabant ut requieſcere uolentes ſolent, priuſquam laſſi eſſent. Hęc autem. i. huiuſmodi uitæ perditæ, incendebant iuuentutem. i. iuuenes Rom. ubi opes. i. facultates, fortunæ, diuitiæ, familiares. i. domeſticæ, & ex patrimonio collectæ defecerant, ad facinora. ſ. turpia utpote ad rapinas & furta ac ſacrilegia. Nam animus imbutus. i. à primis annis inſtinitus malis artib. i. exercitij perditæ uitæ, haud. i. non facile. i. difficile carebat, immo non carebat ſed indulgebat libidinibus, & eo, id eſt propterea propter libidinem animus cuiuslibet, erat deditus, id eſt penitus addictus & indulgens, profuſius. i. abundantius, quæſtui. i. acquiſitioni rerum omnibus modis, ſcilicet per fas & nefas, quia ut Iuuen. longe poſt dixit: Vnde habeas quærit nemo, ſed oportet habere. atque ſumptui. i. abſumptioni & expenſioni rerum. ſumptus quidem erat prior in intentione ſed poſterior in executione, unde rei geſtæ ordinem ſeruat. [In tanta) Venit tandem ad Cat. facinora ſpecialiter narranda dicens: Catil. habebat in tanta & tam corrupta ciuitate. i. multitudine ciuium uniorum, id quod erat facile. i. quę res erat facilis factu. i. ut fieret, catervas. i. turmas comitiuas omnium flagitioſorum & facinoroſorum. i. malefactorum qui multa flagitia & facinora cõmiſerant, (ſunt qui flagitioſiſſimorum legant ſed omnis non additur ſuperlatiuo) circum ſe tanquam ſtipatorum. i. denſe concomitantium ut ſatellitum. tractum eſt à ſtupa qua naues ſtipantur. [Nam qui ex illens impu.) .i. habens pudicitiam in propatulo, adulter, & ganeo. i. ganearum frequentator, lacerauerat. i. dilapidauerat, bona patria. i. patrimonium ſuum, manu prodigendo, uentre abſumẽdo, & penè. i. cauda hoc eſt uirga uirili ſcortando. Reddẽda aũt ſunt ſingula ſingulis ut ſit impudicus manu ut aleator, & diſſipator Ganeo uentre iuxta illud Iuuen. Sed laudem ſilẽ quas occultus ganeo, & adulter penè. i. uirilibus. Nam penis cauda eſt, unde offam penitam dixerunt ueteres. Et cum tria tãtum præmiſerat fruſtra additum eſt alea quæ manu iacitur. ſicut prius addiderant raptus illic, Catilina raptus &c. [Quique) .i. & qui conflauerat. i. compegerat contraxerat grande ęs alienum. i. debitum ex ære alieno, quo. i. ideo ut uel quo ære alieno redimeret. i. piaret flagitium. i. peccatum enorme, flagitatione & increpatione ac flagris dignum, quod etiam uerbis ut per uitio. fit, aut facinus. i. factum aliquod inſignis culpæ, ut ſunt parricidia & ſimilia. Sanè peccata redimebantur tunc pecunia, quia ut uiſum eſt ante Syllam non licebat occidere ciues Rom. niſi in crimine leſæ maieſtatis ut occupatæ dominationis, aut in ſeditione quæ legem non audiat, ut Brutus in liberos ſuos animaduertit & ut ceſi ſunt Gracchi. Proptie ergo dicit Scriptura, peccata tua eleemoſynis redime, quia redimere eſt precio aliquid delere ſi malum eſt, aut recuperare & liberare, ſi bonũ, unde, redimũtur captiui, & genus humanum redemptum eſt ſanguine Chriſti, redimuut autem dũ deletur peccatum: Vnde Iuuen. monſtrum nulla uirtute redemptum à uitijs. Et componitur à re & emo interpoſito d. uerbum autem principale horum ſuppoſitorum impudicus adulter &c. ponemr ibi, hi Catil proximi & familiares erant, dicit ergo pręterea. i. inſuper pręter iam dictos omnes parricidę. i. occiſores parentũ aut cuiuſcunque affinis aut conſanguinei, quia cum de ſit ſpeciale uocabulum utimur, ut dici. Quiui. generali, nõ enim habemus quo fratris occiſor nominetur, nam fratricida in uſu non eſt. [Vndique) .i. ex omni loco confluentes, omnes ſacrilegi. i. rerum ſacrarum aut de ſacris locis ablatarũ fures, aut raptores, conuicti. ſ. de criminibus & ita condemnati iudicijs aut timentes iudicium. i. nõ audentes comparere coram iudice, pro facto. i. pp facta ſcelerata. [Ad hoc) .i. pręterea omnes ſupp. quos manus. ſ. facinoroſa, alebat ſanguine ciuili. i. per effuſionem ſanguinis ciuium, illis enim interfectis eorum bona occupabãt, aut quos lingua alebat periurium, quia producti teſtes periurabant pro precio, & poſtremo. i. denique ut tandem omnes complectar omnes quos flagitium. i. grande ſcelus, aut egeſtas, contracta ex rerum ſuarum abſumptione, aut animus conſcius ſalicuius magni ſceleris exagitabat. i. extra tranquillitatem agitabat, & ita uexabat & torquebat morſu conſcientię, hi inquam omnes erãt proximi & familiares Catilinę. [Quia ſi quis etiam uacuus) .i. immunis & abhorrens à culpa. i. adhuc inſons, inciderat, id eſt caſu uenerat. (Ea enim eſt calamitas in amicitijs maxima, ꝙ amor pręcedat iudicium. Vnde amicos diligimus, & diligimus priuſquam perfecte nouerimus. Poteſt autem fieri ut bonus uir uidẽs tot in familia Catilinę putaret in eo magnam eſſe pręſtantiam aliquam) in amicitiã eius. ſ. Catilinę, efficiebatur facile par pro. i. ſimilis, ceteris, quotidiano uſu, i. ex conſuetudine peruerſorũ, quia cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris, atque illecebris. i. illecta meuns atque attractionibus uitiorum & uitioſorum, uitia carnalia habent illaqueandi uirus oblectamento ſuo illitum. Et ergo bene conſulit ſapiens Prouerb. j. Fili mi ſi te lactauerint peccatores ne acquieſcas eis. Si dixerint, ueni nobiſcum, inſidiemur ſanguini, abſcondamus retiunculas contra innocentem fruſtra &c. Fili mi ne ambules cum eis prohibe pedem tuum à ſemitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt, & feſtinaut, ut effundãt ſanguinem. Sed Catilina appetebat maxime familiaritates adoleſcentium, quia tales cum ſint imperiti rerum, facile ſeducontur in errorem. Vnde addit, quia animi eorum. ſ. adoleſcentium mobiles & fragiles & fluxi. i. fluentes ętate, quę cito decurrit, quia uſque ad ſenium fluunt anni, capiebãtur. i. ineſcabantur irretiebantur, decipiebantur, haud difficulter immo facillime. [Nam ut ſtudium cuiuſque flagrabat ex ætate) .i. ſecundum quod quenque maxime procliuem uiderat, prębere. i. prębebat alijs ſcorta. i. proſtitutas, aut exoletos, quod primum adoleſcentię uenenum eſt, & mercari. i. mercabatur alijs canes, atque equos. Vnde Comicus. Quod plerique oẽs faciunt adoleſcentuli, ut ãium ad aliquod ſtudiũ adiungãt, aut equos ale

re aut canes ad uenandum &c.[Poſtremo neque parcere] i ne-
que parcebat ſumptui.i.diſpendio,& abſumptioni bonorum nen
que modeſtiæ ſuæ, quam quia non ſeruabat uiſus eſt illi non
parcere. Aliter tamen non parcebat ſumptui,& aliter non parce
bat modeſtiæ,quia ſumptui non parcebat, eo quòd immodeſtè
eum faciebat,modeſtiæ autem qui eam perimebat,ſicut nõ par-
cimus uino quod immodice bibimus, & non parcimus ſanitati
quam deſtruimus dum.i.dummodo faceret ſibi adoleſcentes ob
noxios. i.deuinctos quaſi ob communem noxam. fidos, quia
complices. Scio[inquit]fuiſſe nonnullos qui exiſtimarent. i iu
dicarent,& putarent ita,uidelicet iuuentutem i frequentiam iu
uenum,quæ frequentabat domum Catilinæ, habuiſſe pudicitiã
.i.corporum ſuorum integritatem caſtitatem à turpi libidine,
parum honeſte. i.quòd inuicem agerent, & paterentur turpia.
[Sed hæc fama ualebat].i.uigebat magis ex alijs rebus.ſ.infami
bus & nefandis per eos factis,quam ſup.ut id forte compertum,
cuiquam.i.alicui,quod forte addit,propter aliquos nobiles, qui
in coniuratione non fuerant,& tamen familiares Catilinæ, aut
quia hiſtorici eſt,nihil affirmare, quod compertum & explora-
tum nõ habeat,[Catilina fecerat iam multa ſtupra nefanda pri
dem adoleſcens].i.ab eo tempore quo fuerat adoleſcens. Si uo
iam & pridem diuiſim,quia coniunctim ſecundum Vallam deſi
derarent uerbum perſiſtẽtiæ, & id ferè in pręſenti tempore,cum
uirgine.ſ.quadã nobili & cum ſacerdote Veſtæ.i. uirgine Veſta
li,quam nefas erat attingere,uſque àdeo uulgo deprehẽſa, uiua
defoderetur in terram. quod & Illæ Rheæ matri Romuli & Re
mi ſupplicium illatum dicunt.Quia autem præcipua caſtitas &
religio erat in Veſtali, ideo multi eas quas Eccleſia moniales ap
pellat, Veſtales uocant. Quomodo autem Veſtales capiebãtur,
& quibus parentibus natæ & quã integro corpore, & ut amatæ
poſtea dicebantur,& quo tempore exire licebat, apud Gellium
late reperies lib. t. cap. xij.Et fecerat alia huiuſmodi contra ius
.ſ.humanum & fas.i.contra ius diuinum,quod fatur in pectori
bus noſtris.[Poſtremo].i.demum poſt multa deteſtanda facino
ra & ſtupra, captus fuit Amore Aureliæ Oreſtillæ, illius mulie-
ris infamis,cuius.ſ.mulieris Oreſtillæ nomine, nihil.i. nullam
partem & nullum factum,hoc eſt nihil penitus quod illius quo-
uis modo diceretur,ſeu ut opus,bonus.ſ.uir.i.iuſtus & probatus
laudauit unquam,quia nihil erat in ea laudabile, præter formã
.i.ſpeciem & uenuſtatem corporis,quæ à feruo.i.calido ſangui-
ne conciliatur,quòd,id eſt quia ea,ſ Oreſtilla,dubitabat. i formi
dabat nubere illi.ſ.Catilinæ,timens priuignum.i.filium Catili-
næ,qui priuignus illi erat futurus,adultum i.prouectum ætate,
ipſe Catilina creditur pro certo. i.pro re certa & comperta fe-
ciſſe domum.ſ.ſuam,uacuam.i.expeditam & nihil impedimẽti
habentem,nuptijs ſceleſtis.i.ad nuptias ſceleſtas,& hoc filio.ſ.
proprio necato.Alij intelligunt de filio Oreſtillæ, ut illa filium
ſuum futurum priuignum Catilinæ necaret,ſed minus procedit
quia propter parricidium illud ſi à muliere eſſet commiſſum Ca
tilina nõ ita agitaretur ut ſequitur.Quæ quidem res. ſ.quòd fi
lium necauit, uidetur mihi fuiſſe cauſa maturandi.i.accelerãdi
ſceleris.ſ.coniurationis. Nanque animus.ſ.Catilinæ, impurus.i.
multis criminibus obnoxius, & infeſtus. i.uim inferens quan-
tum poſſet dijs & hominibus,neque poterat ſedari.i.tranquilla
ri uigilijs neque quietibus.i.in tantum conſcientia uexabat mẽ
tem excita m.i.prouocatam ſceleribus.[Igitur].i.& ideo, color
inerat in illo exanguis.i. ſub pallidus, ut exanguibus eſt .oculi
inerant fœdi, inceſſus erat modo.i.interdum,citus.i.uelox;mo-
do interdum,tardus, & uecordia.i.inſania erat prorſus in facie,
& uultu eius.[Sed iuuentutem] Redit ad corruptas a Catilina,
dicens. Sed Catilina præter turpitudinem propriæ uitæ,edoce-
bat.i.aperte docebat ut memoria tenerent, iuuentutem.i. iu-
uenes ipſos,quam.i.quos,illexerat.i.illecebris ad ſe attraxerat,
ut ſupra diximus,edocebat Iquit mala facinora.i.maleficia mul
tis modis,& cõmodare.i.commodabat, hoc eſt aptabat ex illis
.i.iuuenibus,aut potius edocebat ex illis.ſ.quoſdam commoda
re.i.exhibere ſupp.ſe teſtes falſos & ſignatores.i.ut dicunt nota
rios falſos i.falſarios,qui de teſtamenta aut contractibus falſis
teſtimonium exhibebant, & inſtrumenta (ut dicunt conficie-
bant,& edocebat ex illis.i.quoſdam illorum habere fidẽ, fortu
nas,& pericula.i.quæcunque euenire poſſent,uilia.i.uilipenden
da & contemnenda [Poſt].i.poſtmodum,ubi.i.quando,uel poſt
ubi.i.poſtquã attriuerat.i.paulatim abſumpſerat,& perdiderat
famam atque pudorem eorum ipſe imperabat alia facinora ma
iora,uidelicet more prædonum noctu graſſari,ſi cauſa peccãdi
.i.occaſio aliquem offendendi non ſuppetebat.i.non ſe exhibe-
bat ſufficientem in præſens.i. ſi à nullo lædebantur etiam in mi
nimo, nihilo minus ipſe edocebat eos circumuenire.i.opprime-
re dolis, & adoriri, atque iugulare i.trucidare inciſo iugulo,in-
ſontes, id eſt innocentes & inculpabiles, fieri ſontes,id eſt no-
centes,aut prouocatores,ſcilicet.i. ſcire licet cur id fecerit uide-
licet ne manus talium torpeſcerent, id eſt fierent ignauiæ & pi-
græ per ocium, id eſt uacationem ab opere, aut potius ideo fa-
ciebat hoc, quod animus eius erat malus atque crudelis,gratui-
to,id eſt ſuapte natura,ſine præmio aut mercede.

HIs amicis, ſocijsq́.confiſus Catilina,ſimul,quod
æs alienum per omnes terras ingẽs erat,& quod
plerique Syllani milites largius ſub uſi rapinarum &
uictoriæ ueteris memores, ciuile bellum exoptabant
opprimendæ reip. conſilium cœpit. In Italia nullus
exercitus,Cn.Pompeius in extremis terris bellum ge
rebat, ipſi conſulatum petendi magna ſpes, ſenatus.
nihil ſanè intentus. tutæ tranquillæque res omnes,
ſed ea prorſus opportuna Catilinæ * uidebantur. Igi
gitur circiter Calend. Iunias L. Cęſare. & C. Figulo
conſulibus primo ſingulos appellare, hortari alios, a-
lios tentare,opes ſuas, imparatam remp. magna præ-
mia coniurationis docere.Vbi ſatis explorata ſunt quę
uoluit,in unum omnes conuocat, quibus maxima ne
ceſſitudo, & plurimum audaciæ inerat, eò conuenite
Senatorij ordinis. P. Lentulus Sura, P. Antronius, L.
Caſſius Longinus,C.Cethegus,P.& Seruius Syllę Ser
uij filij,L.Vargunteius, Q.Annius,M.Porcius Lecca,
L.Beſtia, Q Curius, pręterea ex Equeſtri ordine,M.
Fuluius nobilior, L.Statitius,P. Gabinius Capito, C.
Cornelius.Ad hoc multis ex colonijs & muncipiis do
mi nobiles erant.Erant pręterea complures paulo oc-
cultius conſilii huiuſce participes nobiles, quos ma-
gis dominationis ſpes hortabatur, quàm inopia, aut
alia neceſſitudo. Ceterum iuuentus pleraque, ſed ma-
xime nobiliũ Catilinę ineptis fauebat, quibus in ocio,
uel magnifice, uel mobiliter uiuere copia erat,incerta
pro certis,bellum quàm pacem malebant.Fuere item
ea tempeſtate qui credent M. Licinium Craſſum non
ignarum eius conſilij fuiſſe, quia Cn. Pompeius inui-
ſus ipſi, magnum exercitum ductabat, cuiuſuis opes
uoluiſſe cõtra illius potentiam creſcere, ſimul confi-
ſum,ſi coniuratio ualuiſſet, facile apud eos ſe princi-
pem fore. Sed antea item coniurauere pauci contra
remp. in quibus Catilina fuit, de qua quamueriſſime
potero,dicam.L.* Iulio,M.Lèpido conſulibus,P.An-
tronius,& P.Sylla deſignati conſules,legibus ambitus
interrogati, pęnas dederant.Poſt paulo Catilina pecu-
niarum repetundarum reus,prohibitus erat petere cõ
ſulatũ,quòd intra legitimos dies profiteri nequiuerit.
Erat eodem tempore Cn.Piſo adoleſcens nobilis,ſum
mę audacię, egens,factioſus,quem ad perturbandam
remp.inopia,atque mali mores ſtimulabant.cum hoc
Catilina,& Antronius,circiter nonas decembris com
municato conſilio parabant in capitolio calend. Ian.
L Torquatum,& L.Cottam conſules interficere. Ipſi
faſcibus correptis,Piſonem cum exercitu ad obtinen-
das duas Hiſpanias mittere.Ea re cognita,rurſus in no
nas februarias conſilium cędis tranſtulerit. Iam tũ nõ
cõſulibus modo,ſed pleriſque ſenatoribus perniciem
machinabãtur,quod ni Catilina maturaſſet pro curia
ſignum ſocijs dare, eo die poſt conditam urbem Ro-
mã peſſimũ facinus patratum foret,quia nõdũ frequẽ
tes armati cõuenerant, ea res cõſiliũ diremit Poſtea Pi
ſo in citeriorẽ Hiſpaniam q̃ſtor pro pretore miſſus eſt,

* erant.

* Tullo uel ut codex Aldinus habet.Tullo.

annitente Craſſo, ꝙ eum infeſtum inimicumq́. Cn. Pompeio cognouerat. Neque tamē ſenatus prouinciā inuitus dederat, quippe fœdum hominē à re. procul eſſe uolebat, ſimul quia boni cōplures, præſidiū in eo putabant & iam tum potentia Cn. Pompeij formidoloſa erat. Sed is Piſo in prouinciam ab equitibus Hiſpanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens, occiſus eſt. Sūt qui ita dicunt imperia eius iniuſta, ſuperba, crudelia barbaros nequiuiſſe pati. alij autem equites illos Cn. Pompeij ueteres, fidoſq́; cliētes uolūtate eius Piſonē aggreſſos: nunquā Hiſpanos p̄terea tale facinus feciſſe ſed imperia ſæua multa antea perpeſſos. Nos eā rē in medio relinquemus. De ſuperiori cōiuratione ſatis eſt dictum.

diteau ſam. [In ocio, uel molliter) Et ideo cupiebant aliquem regem, qui ſuis cupiditatibus cōcederet. [Incerta pro certis) Quia non licebat ſibi pro ſua libidine uiuere, cupiebant nouitatē fieri, ut ipſi domini rerum cum Catilina efficerentur. [Bellū quàm pacem) Diſcordiam malebant, quam concordiam. [Fuere item ea tempeſtate, qui crederent. M. L. Craſ.) Illius Pomp. inuidia ductus Craſſus cupiebat potentiam Catilinæ effici magnam, ut ſuperior aliquis eſſet in ciuitate Pomp. [Non ignarum) Conſcium conſilij, conſcius quidem erat, ſed occulte non aliqua neceſſitate coactus, ſed dominationem deſiderans. [Ipſi) Craſſo [Ductabat) In India, uel Ponto aduerſus Mithridatem. [Opes) cuiuſcunque potentia ſimul credebant illum cōfiſum &c. [Principem fore) Quia credebāt ſuis diuitijs inter coniuratores principatum obtinere, ſi modo coniuratio conſecuta fuiſſet effectū [Valuiſſet) Si coniuratio proceſſiſſet [Antea) Ante hanc coniurationem. [In quibus Catilina fuit) Nondum fuerat coniuratus princeps, ſed ſocius. [De qua) Coniuratione. [Deſignati) .i. creati conſules. illi quidem conſules erant. L. Tul. & M. Lep. ſed hi. ſ. P. Ant. & P. Sylla creati erant, ut ſuccederent illis, cū ſe magiſtratu abdicaſſent. [Ambitus) Lex ambitus erat, ut qui cōſulatum, uel magiſtratum quempiam, uel largitionibus corrupto pop. conſecuti eſſent, ipſi punirentur. [Legibus) Eius ambitus. [Pecuniarum) Quia prouinciam pecunia expoliaſſet. Ille dicebatur reus pecuniarum, qui prouinciam, cum magiſtratu gereret, pecunia ſpoliaſſe diceretur. [Prohibitus petere conſulatum) Nam nemo reus magiſtratus candidatus petere poterat, dum lis & iudicium penderet. [Legitimos dies) .ſ. comitiorum. i. inter legitimos dies, qui ea lege habentur. [Profiteri) .i. dare ſuum nomen, eo ꝙ reus erat, & reus quicunque petere magiſtratum nequibat. [Eodem tempore) Quo P. Ant. & P. Sylla damnati ſunt ambitus, & Catilina pecuniarum repetundarum accuſatus eſt. [Nobilis) Patriciæ gentis intellige, factioſus. uulgo ei partigiano dicitur. [Quem ad temp.) .ſ. Piſonem. [Inopia &c) Quia ſibi ſua diſplicebant, ideo aliena appetebat. [Mali mores) Quia ſemper conſueuerat flagitijs & facinoribus ſe edere & ideo conſuetudine mala ad temp. occupandum incitabatur. [Hoc) Piſone. [Catilina, qui repetūdarum rerum fuerat accuſatus) Antonius, qui dānatus fuerat ambitus, hoc faciebat, ut iniurias ſuas uindicaret. [Citciter) .i. circa. [In Capitolio) Cum ſenatus eos conuocaſſent conſules. [Correptis) Raptim captis. [Faſcibus] Inſignibus conſulum. [Piſonem) Cum egeſtate & audacia paratum eſſe ad facinora. [Ea re cognita) Exploratæ, quod ſtruxiſſent cōſulum cædem. [Cōſilium cædis) De cæde conſulum, eo quod in Capitolium non ueniſſent recognita. [Tam peſſimum facinus) Quòd interfecti fuiſſent conſules & pars magna ſenatus. [Pro curia) Ante curiam (Signo dare) Quo omnes concurrent ad cædem. [Patratum) Commiſſum [Socijs) Coniuratoribus. [Poſt conditam) Ex quo urbs condita fuerat. [Diremit) Diſſoluit conſilium [Ea res) .ſ. quòd non conuenerant. [Poſtea Piſo) Vidimus ſuperius quomodo res fieri non potuit, eo quod Catilina properaſſet ſignum ante curiam dare coniuratoribus, cū armati homines nondum conueniſſent, itaque ut conſilium illud diſſolutum fuiſſet. [Piſo) Qui eius coniurationis princeps erat, Quæſtor miſſus eſt in Hiſpaniam pro Prætore. [Poſtea) Poſtquā diſſolutum eſt conſilium coniurationis, quia in tempore nō conuenerant armati, cum Catilina ſignum dedit [Piſo) Eius coniurationis princeps. [Citeriorem Hiſpanos) Duplex eſt Hiſp. ſ. Hiſp. citra Hiberum fluuium, quæ citerior appellatur, & Hiſpania ultra Hiberum, quæ ulterior appellatur, hic autem Piſo ī citeriori Hiſp miſſus eſt pro prætore, cum quæſtor eſſet in urbe. [Pro prætore) Loco prætoris. [Annitente) Vt hæc ſibi prouincia daretur. [Quodque) pro quia. [Infeſtum) Contrarium & aduerſum Cn Pomp. cuius opes nimium pluſquam uellet creſcere uidebat. [Neque tam) Pro quamuis Craſſus nitens fuiſſet. ut in prouinciam mitteretur Piſo, tamen ſenatus non contra uoluntatem ſuam conceſſerat. [Inuitus) Contra uoluntatem ſuā. [Fœdum) Pernicioſum & crudelem. [Procul) A temp. remotum a rep. [Pompeij) A quo aliquid pernicioſum metuebat reip. potentia nanque Pompeij ultra opes, ciuitatem excreuiſſe uidebatur, itaque timebatur, ne periculū aliquid reip. inferret [In eo) Piſone. [Etiā tum) Iam tum uſque, eo tempore. [Erat formidoloſa) Timebatur. & ideo ſibi aduerſariū parari uolebant. [Quos ductabat,) Quos ipſe ducit, in exercitu ſuo. [Iter faciens) Agmen exercitus ducens in Hiſpaniam occiſus eſt. [Sunt) ſ. aliqui, qui dicunt cauſam cædis fuiſſe, quòd nimis crudeliter Piſo imperabat Hiſ. & propter eam crudelitatem eum interfeciſſe, [Eius) Piſonis. [Iniuſta) Vltra iuſtitiam. [Superbia) . i. arrogantia.

VALLA His) Talibus amicis & ſocijs, quos ſupra memoraui ſimul confiſus, ingens æs alienum. i. omnes ciuitates erant obnoxiæ alieno ære. i. omnes finitimæ ciuitates fœneratoribus ingentem pecuniam debebant, propter aſſidua bella, quibus oppreſſæ fuerant, nam tempore belli non ſolum homines ſed etiā ciuitates aliæ ingenti ære ſolent eſſe obligatæ. [Ex cōſiſis) Largius ſuo uſi, qui profuſis ſuis rebus uſi fuerant [Rapinarum) Quas fecerant cum Sylla militantes. [In Italia nullus) Alia quoque accedebat commoditas ad eam rem in extremis terris .i. in India contra Tigranem & Mithridatem [Ipſi. ſ.) Catilinæ. [Nihil ſanè intentus) ſ. erat, quia nihil tale metuebat ſenatus, & tūc periculum imminet, nā cum hoſtes uel inimicos noſtros non metuimus, tunc uero periculum maximum nobis inſtat. (Tantæ erant) .i. omnes ita res ita occioſæ Rom. erant, & quieſcebant tanquam, ſi tutæ & tranquillæ fuiſſent. (Opportuna) Valde accommodata, ad id, quod Catilina exoptabat. (Calēdas Ianua) .i. circa principium menſis Februarij, nam Calendæ uniuſcuiuſque menſis intelliguntur in menſe præcedenti, etiā ſunt accipiendæ ſemper pro menſe ſequenti. (Conſulibus) .ſ. exiſtentibus, his Conſulatum gerentibus. (Appellare) Pro appellabat. Incepit alloqui alios eorū, ſi non reſpondiſſent callide, & dubitaſſent utrum tantam rem aggredi deberent (Suas opes) Videte quid facere poſſum, multos habeo uiros mihi obnoxios, propterea multi ex ciuitatibus finitimis alieno ære obligati ſunt, qui partes noſtras ſequuntur. Poſtremo omnes Syllani milites, qui ad paupertatem redacti ſunt, erunt nobis auxilio, & alia huiuſmodi dicebat, quibus eos ad hanc rem adhortaretur. (Imparatam remplubicam) Quia nullus exercitus ſit in ea Italia, & ſenatus negligens ſit, eo quod omnes resocioſæ ſint in urbe. (Magna) Quia urbem Romam omnibus rebus, & imperiū urbis terrarum conſequemini, ſi una mecum arma contra rep. ſumere nō dubitaueritis. (Maxima neceſſitudo) Maxima neceſſitas. Rerū ſuarum. ſ. qui in extrema erāt paupertate. [Plurimum audaciæ) Duo ſolent homines ad unam rem conitandi adhortari & omne ſcelus minimum faciunt, ut uideatur (Eo) Ad eum locum ubi conſilium habuit Catilina de rep. occupandum, propterea conuenere ad hoc. i. conuenere ex colonijs, & municipijs. Inter Coloniam & Municipium hoc intereſt, quia colonia dicitur cū de nobili ciuitate ad ignobilem mittuntur ciues, ut ſi de Venetijs mitterentur ciues ad habitandam Vincentiam, Coloniam Venetorum diceretur Vincētia, ſed municipiū eſt, ſi ex hac ciuitate Vincentiæ mitterētur ciues ad habitandum Venetias, & uocarētur ciues Venetiarum, & uterentur ea dignitate, qua utuntur nobiles, & patricij principes Venet. hæc ciuit appellaretur municipium Venetorum. [Paulo occultius) Paulo ſecretius, quàm ſupra memoraui. [Magis ſpes dominationis) Inter quos creditū eſt fuiſſe Publium Craſſum diuitem, quia dominatio, eū ad hāc rem hortabatur, non autem inopia rei familiaris, cum diues eſſet. [Aliqua neceſſitudo) . i. aliquas neceſſitas. ſicut neceſſitatum rerum ſuarum cogebat illos, quos ſupra memorauimus. [Cæterum) Superius oſtendit, quomodo eos omnes allocutus eſt Cat. præcipue eos, quorum magis erat audacia, & nō minor erat inopia, dixit etiam fuiſſe nonnullos, qui potius dominationis ſpe quam ulla neceſſitate coacti, ad hanc coniurationem ſe contuliſſet, nunc autem dicit eos maxime Catilinæ fauiſſe, qui nobiliſſimi erant, & molliter atque magnifice uixerant, qui quærebant alienas opes, cum ſuæ non ſibi ſuppeterent. [Pleraque iuuentus) Pars maior iuuenum. [Sed maxime nobiliu) Omnes inquit iuuenes fauebant Catilinæ, & præcipue nobiles, quibus &c. & red

gantia. [Crudelia] Plena crudelitatis. [Barbaros) Hiſpanos. Alij dicunt non tam fuiſſe crudele imperium Piſonis cauſam, quam charitatem Pompeij, qua milites illi commoti, quòd quõdam ſub Pompeio militauerant, voluntate ipſius Pompeij Piſonem interfecerunt, [Veteres) Antiquos. [Fidos) Fideles. [Clientes) Qui ſub clientela Pomp. antea fuerant, & hæc cauſa eſt cur dicant hoc facinus cauſa Pompeij factum fuiſſe. [Nunquam Hiſpanos) Hiſpani autem nunquam hoc facinus commiſerunt, vt imperatores ſuos interficerent, ergo credendum eſt: nec nunc auſos fuiſſe, niſi vt Pompeio obſequerentur. [Præterea) Præterquam quòd Piſonem interficerent. [Sæua imperia antea perpeſſos) Ergo arguit auctoritatem Pompeij cauſam fuiſſe, vt Piſo interficeretur. [Eam rem in medio relinquemus) Hoc aliorum volumus eſſe iudicium. [Superiori coniuratione) Cuius princeps erat Piſo.

MARL. HIS amicis. Veteris victoriæ,) Id eſt temporis Syllæ, quo multas ſibi comparauerant diuitias. [In extremis) .i. longiſſimis. vt infra, in extrema ætate.i.ſenili non vltima. [Spes) Propter Cæſarem, & Craſſum qui illi fauebant. [Tentare) .ſ.incertos & ſuſpectos, an haberent animum ad hanc coniurationem. [Neceſſitudo) i animi coniunctio, vel neceſſitas. [P.Antonius) Aliter Autronius, ſic legit Aſconius Pædianus. [Pleraque,) Id eſt quaſi tota. [Item) Pariter. [Licinium Craſſum) In quem extat Cic. Paradoxum. [Inuiſus ipſi) .ſ.Craſſo. [Cuius).ſ.coniuratorum opes. [Valuiſſet) .i.fortiꝰa eſſet effectum. [Interrogati) In iudicium poſtulati à L. Cotta, & L. Torquato, in quorum loco ſubſtituti fuere. [Catilina reus) .ſ. factus à Clodio, quòd expilaſſet Africam, in qua fuerat prætor. [Profiteri).i.purgare ſe ab accuſatione. [Mittere).ſ.parabat. [Iam tamen,) Id eſt Nonis Februarijs. [Pro) .i.ante curiam, vbi congregabatur Senatus. [Ea res) .ſ quia erant pauci. [Diremit) .i.impediuit. [Fœdum).ſ.Piſonem. [Annitente) .i.procurante. [Formidoloſa).ſ ne occuparet rempublicam.

IN Italia nullus exercitus erat) In manuſcriptis alijs vetuſtioribus non reperitur, Erat. & maiore cum gratia abeſſe poterit, nullo ſenſus detrimento. Ac, ni fallor, ea addita gloſſa in contextum irrepſit, vt alia multa. Quomodo paulo poſt. vbi hodie ferè. [Sed ea prorſus opportuna Catilinæ videbantur) Verbum, videbantur, ea gloſſa irrepſit. nam in antiquioribus non eſt. Intelligitur enim Erant, vti ſæpe alias. [Ego omnes conuenere ſenatorij ordinis P. Lentulus. & quæ ſequuntur) Omnes, omittendum eſſe duco. neque enim in manuſcriptis alijsq. vetuſtioribus reperitur, neque ſententia poſtulat. Paulo poſt. [Ad hoc multi ex colonijs & municipijs qui domi nobiles erant. [Præterea complures &c.) Qui, non eſt in manuſcriptis, nec in impreſſis quibuſdam Itaque mihi ſic legendum videtur: Ad hoc multi ex colonijs & municipijs domi nobiles. [Erant præterea complures paulo occultius conſilij huiuſce participes nobiles)

Erant, ad ſequentia pertinet, & ſic eſt in manuſcriptis hic diſtinctus locus, contra quam in recentioribus. [Sed & Huiuſce, non huiuſcemodi, codices habent antiqui. Sed antea item coniurauere pauci contra remp. in quibus Catilina fuit, de qua quã veriſſime potero dicam) Hæc vera lectio. Ceterum in Argentoratenſi, quod eſt à Schurierio excuſum, reperi de quo, perperam videlicet. Nam præter exemplarium & in his manuſcriptorum fidem, atque conſenſum, legit eodem modo libro duodecimo, Diomedes, ac ſubaudiendum monet Coniuratione. quomodo item interpres, Mox. L. Iulio, M. Lepido conſulibus. P. Antronius, & P. Sylla deſignati Conſules &c.) Volumen Fabricianum Tullo, quæ verior lectio, licet in duobus calamo deſcriptis L. Tullio repererim. Cic. pro Sylla hunc L. Volcatium appellat, quemadmodum Aſconius quoque Pædianus. Tametſi hic alicubi L. Volcatium Tullium vocat. His igitur Coſſ. cœpta prior coniuratio eſt. poſt hos L. Torquatus, & L. Cotta fuere conſules, quos conſulatum ineuntes interficere in Capitolio P. Antonius & L. Catil. parabant. ſicuti paulo poſt teſtatur Saluſt. Hi autem in P. Syllæ, & Antronij locum, quos ambitus ipſi damnarant, creati fuerant. Dein fuere L. Iulius Cæſar, & C. Martius Figulus. quorum ſupra Saluſt. meminit. His Coſſ. altera coniuratio cœpta eſt. Poſt hos M. Cic. cum C. Antonio. His Coſſ. Menſe Octobri patefacta Coniuratio eſt, & de cõiuratis ſupplicium ſumptum. Quòd in Horatium Glareanus L. Iulium Tullum vocat, quem nos L. Volcatium Tullum, eſt haud dubie memoriæ lapſus, niſi quis incuriæ aſcribere malit. Sed & Haloander hunc ipſum in catalogo Conſulum L. Torquatum Tullum appellat. quàm recte, alij viderint. [Sunt qui ita dicunt, imperia eius iniuſta) In Fabriciano atque alio quodam eſt, dicant, idq. rectius atque Latinius. Niſi quis ἐνέργειαν modi eſſe velit. Paulo poſt. [Ea voluntate eius Piſonem aggreſſos) Illa. Ex, præpoſitio, non eſt in manuſcriptis, licet in alijs ferè ſit. Nec exemplare eam Beroaldinum habet. [Nos eam rem in medio relinquemus) Hic perperam quidam derelinquemus. Cic. pro Cœlio, Neminem nominabo, tantum in medio relinquam. [De ſuperiore coniuratione ſatis eſt dictum) τὸ eſt, non reperi in manuſcriptis, ac elegantius abeſſe poterit

L. CÆSARE, C. Figulo Coſſ.) Cic. j. ad Atticum epiſtola, C. Martium Figulum ſequentem vocat Coſſ. Quidam etiam, Q. Martium. Hi Coſſ. fuere ab vrbe condita anno 690. proximo ante Ciceronem anno. [Ad hoc multi ex colonijs & municipijs) Adhoc, particula eſt continuationis, quæ etiam ad hæc dicitur. Nec debet mutari in ad hos. Ceterum illud mirũ videri poteſt, hoc in auctore, vt in nullo alio, tot ac tantas ſubinde eſſe contextus variationes in omnibus ferè exemplaribus. Hic quidam ita legunt. Ad hoc multi ex colonijs & municipijs. qui domi, & militiæ nobiles erant. Quidam hoc modo, Ad hæc multi ex colonijs & municipijs, domi nobiles. & verbum, Erant. ad ſequentia referunt, vt Gothi exemplar. L. Tullio, M. Lepido Coſſ. Hi Coſſ. fuere ab vrbe condita anno 688, quo quidem anno deſignati erant, quanquam ad futurum annum, ſi recte petiſſent, P. Autronius & P. Sylla. Suetonius in Cæſare L. Autronium vocat, ſi codex non errat, non P. Eorum autem in locum Coſſ. creati ſunt L. Cotta, & L. Torquatus, quos Catilina & Antronius occidere parabant, quemadmodum mox refert Saluſt. [Quod ni Catilina maturaſſet) Conſiderandum, ſeruarit ne Saluſt. illud ἀπαθὲς βραδέως in verbo maturare. quo de tam anxie ac ſubtiliter diſputat Gellius ex Nigidio. Certe hiſtorici latini maturare pro properare ac feſtinare identidem dicunt, quidquid dicat Gellius. [Quia nondum frequentes armati conuenerant, ea) Vide hic verbum Quia, inceptiuum eſſe. Nam quę ſequuntur verba. Ea res conſilium diremit, ad priora ſunt iungenda, nempe ad Quia nondum &c. poſtea Piſo in citer. Hiſpaniam quæſtor pro prætore. Verbum quæſtor non eſt in omnibus codicibus. Et eſt planè ambiguum, prius ne quæſitor, & iam factus Propiætor, ac ſic miſſus, an tunc quæſtor recens factus, & vt quæſtor miſſus, ſed pro prætore.i. loco prætoris. Verum iudicet lector.

HIS amicis, properat ad coniurationem deſcribendam dicens, Catilina confiſus) .i.fretus & munitus & fidem habens in his.i. huiuſmodi ſeu talibus, hoc eſt tam perditis amicis & ſocijs, ſimul.i.inſuper. quòd.i.quia æs alienum.i.debitum contractum ob æs alienum, mutuo ex contractu ſumptum erat per oẽs terras.i.regiones Romani imperij, & q;.i.quia milites Syllani.i qui ſub Sylla indulgenter vt viſum eſt militauerant. vſi.i. poſtquam vſi fuerant, largius ſ.quam decuerat, ſuo.i.rebus ſuis exiſtentes memores rapinarum ſup.veterum, quas ſub Sylla fecerant, & victoriæ veteris, quam contra Marianos obtentam in turpem exitum verterant, ex optabant bellum ciuile, Catilina itaquam accepit.ſ.ab opportunitate oblata ſibi, conſilium reip. opprimendę i.vt opprimat remp. [Nullus exercitus erat ſup. iam in Italia, q a Cn Pomp.) .ſ.magnus, qui poſtea bellum ciuile contra Cæſarem infeliciter geſſit gerebat tum bellum in extremis terris, Indiam verſus contra Tigranem, & Mitridatem reges. [Magna ſpes ſup.erat illi).ſ.Catilinæ, petendi.i. vt peteret conſulatum, quia multos habuerat fautores, vtpote malos omnes quæ plurima turba eſt, ita vt in ſuffragijs ſæpe maior pars meliorem vincat. Senatus ſup.erat nihil.i.in nullo ſanè.i.multum, intentus.i negligenter res agens eo q; nihil metuebat mali, quia res omnes erant tutæ & tranquillæ. ſed ea .ſ.omnia dicta erant prorſus.i.omnino, opportuna.i.tempeſtiua & cõmoda Catilinæ.i.votis & inceptis eius. [Igitur) .i.& ideo quia tanta erat opportunitas, Catilina cœpit ſup.aut ſuo more appellare.i. appellabat circiter calendas i.primum diem menſis Cęſare & Caio Figulo conſulibus.i quo anno illi conſules erant, primo.i.primum ſingulos.i.vnumquemque ſeorſum, & hortari i.hortabatur, alios i. aliquos ex illis ſeu quoſdam (ſi de certis ſibi poeta loquitur) eos autem quos ſibi fidos nouerat, & tentare i. tentabat & experiebatur alios, quorum adhuc dubia erat fides, & docere.i.docebat opes.i facultates & opportunitates coniurationis.ſ.faciendæ, quia remp.imparatam & ita facilem oppreſſu, & docebat magna præmia coniurationis, quę obuenirent cõiuratis ſi rem perfecerint. [Vbi) .i.poſtquam ea quæ voluit ſunt ſatis explorata.i.rimata & cõperta, ipſe conuocat in vnum.i.locum ſecretum, oẽs quibus inerat magna neceſſitudo.i.neceſſitas indigentia, aut penuria reũ (aut quia neceſſitudo ſignant neceſſariam propinquitatem, vt conſanguineorum GLAR. ASCE.

rum

rum & affinium poſſet forte intelligi de ijs qui ob ſcelera obnoxij fuerant, ſed nihil vetat pro eadem te neceſſitudinem dici pro qua neceſſitatem dicimus) & quibus inerat plurimum audaciæ .i. plurima audacia. Sed vbi partitio denotatur venuſte ponitur adiectiuum in neutro genere & ſubſtantiuum in genitiuo. Nomina autem conuocatorum ſubdit dicens. [Eo) .i. ad eum locum, conuenere, ſupple viri ordinis Senatorij .i. ex ordine Senatorio, hoc eſt ex patricijs & prioribus. P. Lentulus, P. Fannius Fura, P. Antronius, aut vt alij habent Antonius. L. Craſſus, aut Caſſius. Caius aut M. id eſt Marchus Cethegus. P. Seruius Sylla, filius Seruij. ſ. Sylla. L. Vargunteius. Q. Annius. M. Porcius Lecca. L. Calpurnius. L. Fannius Beſtia. Q. Curius. [Præterea) .i. præter dictos de ordine Senatorio eo conuenere ex ordine equeſtri, qui mediæ dignitatis erat. M. Fuluius nobilior. L. Stalius. P. Gabinius, aut vt alij ſcribunt Sabinius. P. Fuluius Capito Caius Cornelius. [Ad hoc) .i. inſuper. præter nobiles viros eo conuenere multi ea colonijs & ea municipijs. i. ea ijs qui fuerant miſſi à ſenatu in colonias, aut municipia. In colonias autem mittebantur ciues Romani, quoties regio aliqua recens deuicta vacua erat colonis, aut non habebat colonos ſatis fidos, ad incolendam eam ne hoſtes occuparent eam. aut, ne minus fideles fidem mutarent. In municipia autem mittebantur iuniores vt illic primos magiſtratus gererent: vt tangit Perſius in Sat. j. Seſe aliquem credens Italo, quòd honore ſupinus Fregerit heminas Areti ædilis iniquas, & ita erant illic ædiles, vbi autem illic officio decenter perfuncti erant in vrbem vocabantur, vnde municipia dicebantur quod munia & munera vrbis caperent, erant enim oppida gaudentia priuilegijs & muneribus vrbis. vnde dicit Cicero in epiſtola ad Brutum: Nam conſtituendi municipij cauſa hoc anno ædilem filium meum fieri, volui: & fratris filium, & Marcum Cæſium. Is enim magiſtratum in noſtro municipio nec alius vllus creari ſolet, conuenere ergo multi ex colonijs & municipijs qui domi .i. in vrbe erant nobiles, priuſquam eo mitterentur aut domi ſuę quam in colonijs & municipijs habebant nobiles erant, ſed iam ex longa abſentia, aut etiam quia non ipſi ſed maiores duntaxat eorum vrbem incolere ſolebant, facti erant Romæ ignobiles. Sunt qui velint municipes dictos quòd ex minoribus oppidis Romam accit, illic munera publica capiebat, quod & verum eſt, quia ex municipijs etiam conſulatum gerebant, vt Cic. & Marius, Municipia enim ciuitate gaudebant. [Præterea) .i. inſuper complures. i. valde multi nobiles participes. ſ. conſcij, paulo. i. aliquanto occultius. i. ſecretius, huiuſcemodi conſilij. ſ. de occupanda rep. à coniuratis, quos ſpes dominationis. ſ. obtinendæ à coniuratis, hortabatur magis ad ſenſum, quam inopia. i. penuria & carentia rerum, aut alia neceſſitudo. i. neceſſitas, ſupple conuenere, aut intellige erant participe. [Ceterum) i ſed inſuper, iuuentus plerąque. i fere omnis multitudo iuuenum, ſed maxime. i. præcipue nobilium fauebat magis cœptis Catilinæ, quibus. ſ. iuuenibus nobilibus erat copia. i. plena poteſtas, & licentia, viuere pro viuendi, in ocio, vel magnifice. i. pompoſe & ſuperbe, vel molliter, id eſt inequiter & luxurioſe, & quibus incerta erant pro certis. i. vt certa, hi ſupple malebant bellum quam pacem. [Fuere item) Seorſum commemorat Licinium Craſſum, quòd de eo nihil exploratı haberet dicens, fuere. ſ nonnulli ea Romanis, item. i. conſimiliter ea tempeſtate .i. eo tempore qui crederēt Marcum Licinium Craſſum fuiſſe non ignarum. i. conſcium eius conſilij, ſcilicet opprimendæ reip. [Quia Cn. Pompeius) .ſ. magnus, inuiſus. i. odio habitus ipſi. ſ. Licinio Craſſo, ductabat ſ. in extremis oris magnum exercitum, credebant ſupple eum voluiſſe, [Opes cuiuſuis) .i. cuiuſcunque hominis ſiue Catil. ſiue alterius, creſcere contra potentiam illius. ſ. Pompeij, & ſimul credebant Craſſum confiſum ſi coniuratio valuiſſet. i. voti compos eſſet & felicem ſortiretur exitum, ſe fore facile principem apud illos. i. quòd haud dubie foret princeps illorum. [Sed item pauci coniurauere antea contra rempub. in quibus) .i. inter quos fuit Catil. de qua. ſ. coniuratione dicam quam. i. quantum potero veriſſime. Notum eſt quam intercedente verbo poſſum, aut vale adhærere ſuperlatiuo, vbi cum alijs verbis adhæreret poſitiuo, vt neſcis quum patienter iniurias feram. Feram autem quā patientiſſime potero, cauſam innuit nullam quòd quam, ſic verbum poſſum, aut ſimile determinat vt conſtruendo oſtendi. L. Tullo &c. Docet quomodo Catil. ad coniurationem procliuior fuerit cum etiam antea coniuraſſet dicens. L. Tullo & M. Lep. conſulibus. i. quo anno illi erant conſules. P. Antonius. & P. Sylla deſignati .i. declarati conſules, interrogati. i. inquiſiti & examinati, legibus ambitus .i. latis in ambitum & ambitioſos; dederant pœnas ſ. ambitus, hoc eſt puniti fuerant & repulſi, nam qui per ambitum. i. largitiones captioſas, aut alia via ſiniſtra ad magiſtratus perueniſſe conuincebantur, & pœnas dabant & à magiſtratu abire cogebantur. [Et Catilina reus) .i. accuſatus, repetundarum, ſupple pecuniarum. i. de pecunijs quas a prouincia furto, aut vi ſuſtulerat repetundis & ob id reſtituendis, erat prohibitus petere conſulatum, quòd. i quia, ipſe nequiuerat profiteri .i. dare ſuum nomen eo quòd reus erat, intra dies legitimos .i. conſtitutos ex lege, vt quicunque magiſtratum peteret nomen ſuum, immune daret. Eodem tempore erat Caius, aut Cn. Piſo adoleſcens nobilis, quia patriciæ gentis. Scio regulas grammaticas exigere, vt ordo ſit. Caius Piſo erat eodem tempore adoleſcens nobilis, ſed nerui ſententiarum ſic diſſoluūtur, caſtero adoleſcens ſummæ audaciæ. i. habens ſummam audaciam. egens. ſ rerum & factioſus. i. ſeditioſus diſcordiarum factor, quem inopia atque mali mores (quia paupertas ſine malis moribus non obfuiſſet) ſtimulabant, id eſt vrgebant (ſicut bones & aſini ſtimulo vrgentur). ſ. ad properanter exequendum facinus, Catilina & Antonius. ſ. Publius parabant. [Cum hoc) .ſ. Piſone circiter nonas Decembris, conſilio communicato. ſ. inter ipſos, interficere in Capitolio. i. in arce Tarpeia calendis Ianuarij. ſ. menſe, Lucium Cottam, & Lucium Torquatum conſules. ſ anni futuri, repulſus ſuperioribus ambitus damnatis, ipſi. ſ. conſules ad cædem deſtinati faſcibus. i. inſignibus conſulatus, correptis. i. celeriter raptis quaſi ante tempus, mittere. i. mittebant Piſonem. ſ. factioſum vt ſeditio ſedaretur, cum exercitu. ſ. electo, ad obtinendas duas Hiſpanias. i. ſuperiorem & inferiorem. [Ea re cognita.) Id poſtquam ea res eſſet cognita ipſi coniurati tranſtulerunt rurſus conſilium cædis. ſ. faciendæ, in, id eſt vſque ad nonas Februarij, que ſunt quinto die eius menſis, & machinabantur iam tum, id eſt ad nonas Februarij perniciem. i. peremptionem & interitum, non modo .i. non ſolum conſulibus, ſed ſup. etiam pleriſque ſenatoribus, quòd niſi Catilina maturaſſet. i. acceleraſſet dare ſocijs ſignum. ſ. patrandę cedis, pro curia. i. ante curiam. i. niſi nimis cito ſignum dediſſet peſſimum facinus. i. peſſimum factum poſt vrbē conditam. i. quod vnquam fuit poſt Romam cōditam Romæ factum, foret. i. eſſet patratū, id eſt effectum & conſummatum, eo die. ſ, nonis, aut nonarum Feb. ſed quia coniurati cum ille ſignum daret, nondum conuenerant ſatis frequentes, i. ſatis multi, ea res. i. ea præcipitatio Catilinæ & tarditas aliorum, diremit. i. diſſoluit & diſſipauit conſilium. ſ. eorum de cæde facienda. [Piſo miſſus ſupp. eſt poſtea in Hiſpaniam citeriorem). i vicimiorem Italiæ, pro prætore. i. loco prætoris, aut vt ibi ſit prætor, & hoc Marco Craſſo annitente. i. vehementem operam, vt id fieret adhibente, quòd. i. quia ipſe cognouerat eum. ſ. Piſonem inimicum infeſtum i. vim impanenter inferre volentem Cn. Pompeo. ſ. magno, qui Graſſo inuiſus erat vt alibi dicitur [Neque tamen ſenatus dederat Piſoni prouinciam) .i. officium prætoris in Hiſpania, inuitus i. nolens aut nō libenter, quippe. i. vtpote qui vel quippe. i. quòd ipſe ſenatus, volebat hominem fœdum. i. impurum. ſ. Lentulum eſſe procul à rep. & ſimul quia complures boni. i. ſtrenui viri putabant, præſidium. i. defenſionem & cuſtodiam rerum Rom. in eo. ſ. Piſone. [Et quia potentia Pompei erat etiam tum). i. tūc nedum poſtea, formidoloſa. i. cum formidine de occupando Imperio perpetuo ſuſpecta. [Sedis Piſo faciens iter). i. pergens in prouinciam, videlicet in Hiſpaniam citeriorem occiſus eſt ab equitibus Hiſpanis, quos ductabat in exercitu. [Sunt qui dicunt] .i. interpretantur cauſam necis eius ita, vtpote Barbaros i externos illos & feroces populos, nequiuiſſe pati imperia eius. ſ. Piſonis iniuſta, ſuperba, & crudelia. In quibus verbis auxeſis eſt Nam minus eſt iniuſta eſſe quam ſuperba, quandocūqua enim imperator aliqd vltra iuſtum exigit, tunc imperia eius iniuſta ſunt, ſed non continuo ſuperba, niſi per faſtum & contemptum id faciat. minus item ſuperbia quàm crudelia, quia licet omnis ſuperbus faſtidioſus eſt, non tamen continuo crudelis atq; immanis. Alij aūt ſup. dicunt illos equites à quibus interfectus erat Piſo, exiſtentes veteres & fidos clientes. i. cultores qui ſe fidei & præſidio cōmiſerant. Cn. Pompeio. ſ. magno, aggreſſor ſup. eſſe. i. inuaſiſſe per vim Piſonem ex voluntate eius. ſ. Cn. Pompei, & præterea dicūt hiſpanos nunquam feciſſe tale facinus, vt imperatorem ſuum occiderent, ſed. i & tamen perpeſſos. i. ad finem vſque paſſos & toleraſſe antea. i, ante illud tempus, multa imperia. Nos autem, inquit, actor relinquimus eam rem. ſ. de nece Piſonis à quibus facta ſit in medio. i. in poteſtate cuiuslibet arbitrandi vt vult. [Satis autem dictum eſt de ſuperiori). i. priore coniuratione. Vnde pergit ad ſecundum.

CATILINA vbi eos, quos paulo ante memoraui, conueniſſe videt: tametſi cum ſingulis multas ſępe egerat, tamē in rem fore credens vniuerſos appellare, & cohortari, in abditam partem ædium ſecedit, atque ibi omnibus arbitris procul amoris, orationem huinſcemodi habuit, Niſi virtus atque fides veſtra ſatis ſpectata mihi foret, nequidquam opportuna res cecidiſſet, ſpes magna, dominatio in manibus fruſtra fuiſſent, neq; ego per ignauiam, aut, vana ingenia, incerta pro certis captarē. Sed quia multis, & magnis tempeſtatibus vos cognoui fortes, fidosq́, mihi, eò animus auſus eſt maximum, atq; pulcherrimum facinus incipere, ſimul quia vobis eadem, quę mihi bona, malaq́. eſſe intellexi. Nam idem velle atque idem nolle, ea demū firma amicitia eſt. Sed ego, quæ mēte agitaui, oēs iam antea diuerſi audiſtis. Ceterū mihi in dies magis animus accenditur, cum conſidero, quæ cōditio vitæ futura ſit, niſi noſmetipſos * vindicemus in libertatē. Nam poſtquā reſp. in paucorū potentiū ius, atq; ditionē conceſſit, ſemper illis Reges, Tetrarchæ, vectigales eſſe, populi, nationes, ſtipendia pendere, ceteri oēs, ſtrenui, boni, nobiles, atque ignobiles, vulgus fuimus, ſine gratia, ſine auctoritate, his obnoxij, quibus ſi reſp. valeret, formidini eſſemus. Itaque omnis gratia, potentia, honos, diuitię apud illos ſunt, aut vbi illi volunt. nobis * reliquere pericula, repulſas, iudicia, egeſtatē. Quę quouſq; tandē patiemini ò fortiſſimi viri? nōne emori per uirtutem pręſtat, quàm vitā miſeram, atque inhoneſtā, vbi alienę ſuperbię ludibrio * fueritis, per dedecus amittere? Verum enimuero proh Deum atque hominū fidem, victoria in manu nobis eſt. viget ętas, animus valet, contra illis annis atque diuitijs. omnia * cōſenuere. Tantūmodo incepto opus eſt. cetera res expediet. Etenim quis mortaliū, cui virile ingenium eſt, tolerare poteſt, illis diuitias ſuperare, quas profundāt in extruēdo mari, & montibus coæquādis, nobis rem familiarē etiam ad neceſſaria deeſſe? illos binas, aut amplius domos continuare, nobis Larem familiarem nuſquā vllū eſſe? cum tabulas ſigna, toreumata emunt, vetera negligunt, noua diruunt, alia ędificant, poſtremo omnibus modis pecuniam trahūt, vexant tamē ſumma libidine diuitias ſuas vincere nequeūt. At nobis eſt domi inopia, foris ęs alienū, mala res, ſpes multo aſperior. deniq; quid reliqui habemus, præter miſeram animam? Quin igitur expergiſcimini? En illa, illa quam ſępe optaſtis, libertas, pręterea diuitię, decus, gloria ī oculis ſita ſunt. Fortuna ea omnia victoribus pręmia poſuit. Res, tempus, pericula, egeſtas, belli ſpolia magnifica, magis quā oratio mea vos hortētur, vel imperatore, vel milite me vtimini, neque animus, neq; corpus à vobis aberit. Hæc ipſa, vt ſpero vobiſcum vnà conſul agam, niſi forte me animus fallit, & vos ſeruire magis, quàm imperare parati eſtis. Poſtquam accepere ea homines, quibus mala omnia abunde erant, ſed neque res, neq; ſpes bona vlla, tametſi illis * quieta mouere magna merces videbatur, tñ poſtulauere, plerique, vt proponeret, quę conditio belli foret, quę pręmia armis peterent, quid vbique opis, aut ſpei haberēt. Tū Catilina polliceri tabulas nouas, proſcriptionē locupletum, magiſtratus, ſacerdotia, rapinas, aliaq́. omnia, quę bellū, atque libido victorum fert. Pręterea eſſe in Hiſpania citeriore Piſonem, in Mauritania cū exercitu P. Sitium Nucerinum conſilij ſui participes, petere conſulatum C. Antoniū, quem ſibi collegam fore ſperaret, hominem familiarem, & omnibus neceſſitudinibus circunuentum, cū eo conſule ſe initium agendi belli facturum. Ad hęc, maledictis increpabat omneis bonos, ſuorū unūquenque nominans laudare, admouebat alium egeſtatis, alium cupiditatis ſuę, complures periculi, aut ignominiæ, multos Syllanæ uictoriæ, quibus ea prædę fuerat. Poſtquā omnium animos alacreis uidet, cohortatus, ut petitionem ſuam curæ haberent, conuentum dimiſit. Fuere ea tempeſtate, qui dicerent Catilinam, oratione habita, cum ad iuſiurandum populares ſceleris ſui addiceret, humani corporis ſanguinem uino permiſtum in pateris circuntuliſſe. Inde cum poſt execrationem omnes * deguſtaſſent, ſicuti in ſolennibus ſacris fieri cōſueuit, aperuiſſe conſilium ſuū, atque eo dictare feciſſe, quo inter ſe magis fidi forent, alius alij tāti facinoris conſcij, nonnulli ficta, & hæc & multa præterea exiſtimabant eſſe ab his, qui ciceronis inuidiam, quæ poſtea orta eſt, leniri credebant atrocitate ſceleris eorum, qui pœnas dederant. Nobis ea res pro magnitudine parum comperta eſt. Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obſcuro loco, flagitijs atque facinoribus coopertus, quem Senatu Cenſores probi gratia amouerant. Hinc homini non minor vanitas, quàm audacia inerat, neque reticere quæ audierat, neque ſuametipſe ſcelera occultare, prorſus neque dicere, neque facere quidquam penſi habebat. Erat ei cum Fuluia muliere nobili, ſtupri uetus conſuetudo, cui cum minus gratus eſſet, quòd inopia minus largiri poterat, repente glorians, maria monteiſque polliceri cœpit, & minari interdum ferro, ni ſi obnoxia foret, poſtremo ferocius agitare, quàm ſolitus erat. At Fuluia ex inſolentia Curij cauſa cognita tale periculum reipub. haud occultum habuit, ſed ſublato auctore de Catilinæ coniuratione, quæ & quomodo audierat, compluribus narrauit. Ea res in primis ſtudia hominum accedit, ad conſulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. Nanque antea pleraque nobilitas inuidia æſtuabat, & quaſi pollui conſulatum credebat, ſi eum, quamuis egregius, homo nouus adeptus foret. Sed ubi periculum aduenit, inuidia atque ſuperbia poſt fuere. Igitur comitijs habitis, conſules declarantur M. Tullius & C. Antonius, quòd factum primo populares coniurationis concuſſerat. Neque tamen Catilinæ furor minuebatur, ſed in dies plura agitare, arma per Italiam locis opportunis parare, pecuniam ſua, aut amicorum fide ſumptam mutuam Feſulas ad Manſium quedam portare, qui poſtea princeps fuit belli faciundi. Ea tempeſtate plurimos cuiuſque generis homines aſciuiſſe ſibi dicitur, mulieres aliquot etiam, quæ primo ingentes ſumptus, ſtupro corporis tolerauerant, poſt, ubi ætas tantummodo quæſtui, neque luxuriæ modum fecerat, æs alienum grande conflauerant. Per eas ſe Catilina credebat poſſe ſeruitia vrbana ſolicitare, vrbem incendere, viros earum vel adiungere ſibi, uel interficere. Sed in his erat Sempronia, quæ multa ſæpe uirilis audacię facinora commiſerat. Hæc mulier genere atque forma, præterea uiro ac liberis ſatis fortunata fuit, literis Græcis & Latinis docta, pſallere & ſaltare elegantius quam neceſſe eſt probæ, multa alia, quæ inſtrumenta

luxuriæ

* vindicamus.

* reliquerunt

* fueris.

* conſenuerunt.

* alij habet, quietā Remp. mouere.

* deguſtauiſſent

luxuriæ ſunt, ſed ei ſemper cariora omnia, quã decus atque pudicitia fuit, pecuniæ an famę minus parceret haud facile diſcerneres, libidine ſic accenſa, ut ſæpius peteret uiros, quàm peteretur, ſed ea ſæpe ante hac fidem prodiderat, creditur abiurauerat, cædis conſcia fuerat, luxuria atque inopia præceps abierat. Verum, ingenium eius haud abſurdum, poſſe uerſus facere, iocum mouere, ſermone uti uel modeſto, uel molli, uel procaci, prorſus multæ facetiæ, multusque lepos inerat. His rebus comparatis, Catilina nihilominus in proximum annum conſulatum petebat, ſperans, ſi deſignatus foret, facile ſe ex uoluntate Antonio uſurum. Neque interea quietus erat, ſed omnibus modis inſidias parabat Ciceroni, neque illi tamen ad cauendum dolus, aut aſtutiæ deerant. Nanque à principio ſui conſulatus ſui multa per Fuluiam pollicendo effecerat, ut Q. Curius, de quo paulo ante memoraui, conſilia Catilinæ ſibi proderet. Ad hoc collegam ſuum Antoniũ pactione prouinciæ perpulerat, ne contra remp. ſentiret, circum ſe præſidia amicorum, atque clientum occulte habebat. Poſtquam dies comitiorum uenit, & Catilinæ neque petitio, neque inſidiæ, quas conſuli fecerat, proſpere ceſſere, conſtituit bellum facere, & extrema omnia experiri, quoniam quæ occulte tentauerat, aſpera fœdaque euenerant. Igitur C. Manlium Feſulas, atque in eam partem Hetruriæ, Septimum quẽdam Camertem in agrum Picennum, C. Iulium in Apuliam dimiſit, præterea alium alio, quem ubique opportunum ſibi fore credebat. Interea Romæ multa ſimul moliri, conſuli inſidias tendere, parare incendia, opportuna loca armatis hominibus obſidere, ipſe cũ telo eſſe, item alios iubere, hortari, ut ſemper intenti paratique eſſẽt, dies, noctesq. feſtinare, uigilare, neque inſomnia, neque labore fatigari. Poſtremo, ubi multę agitanti nihil procedit, rurſus in tempeſta nocte coniurationis principes conuocat per M. Porcium Leccam, ibique multa de ignauia eorum queſtus, docet ſe Mãlium prę miſiſſe ad eam multitudinem, quam ad capienda arma parauerat item alios in alia loca opportuna, qui initium belli facerent, ſeque ad exercitum proficiſci cupere, ſi prius Cic. oppreſſiſſet. eum ſui conſilijs multum officere. Igitur perterritis ac dubitantibus ceteris, C. Cornelius eques Rom. operam ſuam pollicitus, & cum eo L. Vaginteius ſenator conſtituere ea nocte paulo poſt cum armatis hominibus, ſicuti ſalutatum, introire ad Ciceronem, ac de improuiſo domi ſuæ imparatum confodere. Curius, ubi intelligit, quantum periculum conſuli impẽdeat, propere per Fuluiã Ciceroni dolum, qui parabatur, enunciat. Ita illi ianua prohibiti, tantum facinus fruſtra ſuſceperant. Interea Manlius in Hetruria plebẽ ſolicitare, egeſtate ſimul ac dolore iniuriæ nouarum rerum cupidam: quod Syllæ dominatione, agros bonaq. omnia amiſerat. Præterea latrones cuiuſque generis, quorũ in ea regione magna copia erat, nõnullos ex Syllanis colonis, quibus libido, atq. luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerãt. Ea cum Ciceroni nũciarentur, ancipiti malo permotus, ꝙ neque vrbem ab inſidijs priuato conſilio lõgius tueri poterat, neque exercitus Manlij quantus, aut quo cõſilio foret, ſatis compertum habebat: Rem ad ſenatũ refert, iam antea vulgi rumoribus, exagitatã. Itaq; (quod plerunque in atroci negocio ſolet) ſenatus decreuit, ut darent operam conſules, nequid reſp. detrimenti caperet. Ea poteſtas per ſenatum more Romano magiſtratui maxima permittitur, exercitum parare, bellum gerere: coercere omnibus modis ſocios, atque ciues, domi militiæq; imperium, atque iudicium ſummum habere, aliter ſine populi iuſſu nulli earum rerum conſuli ius eſt. Poſt paucos dies L. * Sertius ſenator, in ſenatu literas recitauit, quas Feſulis allatas ſibi dicebat, in quibus ſcriptum erat, C. Manlium arma cœpiſſe, cum magna multitudine ante diem vj. calend. Nouemb. ſimul (id quod in tali re ſolet) alij portenta, atque prodigia nunciabant, alij conuentus fieri, arma portari, Capuæ, atque in Apulia ſeruile bellum moueri. Igit' ſenatus decreto, Q. Martius rex Feſulas, Q. Metellus Creticus in Apuliam, circumque ea loca miſſi ſunt. Hi vtrique ad vrbem imperatores erant impediti, ne triumpharent calumnia paucorum, quibus omnia honeſta, atque inhoneſta uendere mos erat. Sed prętores Q. Pompeius Rufus Capuã: Q. Metellus Celer in agrum Picenum, hisq. permiſſum, uti pro tempore atque periculo exercitum compararẽt. Ad hoc, ſiquis indicaſſet de coniuratione, quæ cõtra remp. facta erat: præmium, ſeruo libertatem, & ſeſtertia cẽtum, libero, impunitatem eius rei, & ſeſtertiorum ducenta millia, Itemq. decreuere, uti gladiatoriæ familiæ Capuam, & in cetera municipia diſtribuerentur pro cuiuſque opibus, Romæ per totam vrbem vigiliæ haberentur, hiſque minores magiſtratus præeſſent. Quibus rebus permota ciuitas, atque immutata facies vrbis erat, ex ſumma lætitia, atque laſciuia, quæ diuturna quies pepererat, repente omnis triſtitia inuaſit, feſtinare, trepidare, neque loco, neque hominem cuiquam ſatis credere, neque bellum gerere, neque pacem habere, ſuo quiſque metu pericula metiri. Ad hoc, mulieres, quibus pro reip. magnitudine belli timor inceſſerat, afflictare ſeſe, manus ſupplices ad cœlum tendere, miſerari paruos liberos, rogitare deos, omnia pauere, ſuperbia atq. delitijs omiſſis, ſibi, patriæq. diffidere. At Catilinæ crudelis animus eadem illa mouebat, tametſi præſidia parabantur, & ipſe lege Plautia interrogatus erat ab L. Paulo. Poſtremo diſſimulandi cauſa, * aut ſui expurgandi, ſicuti iurgio laceſſitus foret, in ſenatum uenit, tum M. Tullius conſul, ſiue præſentiam eius timens, ſiue ira cõmotus, orationem habuit luculenta, atque utilẽ reip. quam poſtea ſcriptam edidit. Sed ubi ille aſſedit, Catilina, ut erat paratus ad ſimulanda omnia, demiſſo vultu, uoce ſupplici, poſtularet à patribus cœpit, nequid de ſe temere crederent, ea familia ortum, ita ſe ab adoleſcentia uitã inſtituiſſet, ut omnia bona in ſpe haberent, neque exiſtimarent ſibi patricio homini, cuius ipſius atq; maiorum plurima beneficia in plebẽ Rom. * erant: perdita rep. opus eſſe: cum eã ſeruaret. M. Tullius inquilinus ciuis vrbis Romę. Ad hæc maledicta alia cũ adderet, obſtrepere omnes, hoſtẽ atque parricidã uocare. Tum ille furibundus, Quonia quidem circumuentus, inquit, ab inimicis pręceps agor, incendiũ meũ * ruina reſtinguam. Deinde ſe ex curia domum proripuit. Ibi multa ſecum ipſe uoluẽs, quòd neque inſidię conſuli procedebant, & ab incendio intelligebat urbẽ vigilijs munitam, optimum factu credẽs exercitũ augere, ac priuſquam legiones ſcriberẽtur, multa ante capere, quæ bello uſui forent, nocte intempeſta cũ pau-

* Sem

* Alij ha bent . & quaſi ju

* eſſes

* Quidam habent ruinam noſtra extinguam

·cis in Mãliana caſtra profectus eſt. Sed Cethego, atq; Lentulo, ceteriſque, quorũ cognouerat promptũ audaciã mãdat, quibus rebus poſſent opes factionis confirment inſidias conſuli maturent, cædem, incẽdia, aliaq. belli facinora parent. ſeſe propediem cum magno exercitu ad urbem acceſſurum. Dum hæc Romæ gerũtur. C. Manlius ex ſuo numero legatos ad Q. Martium regem mittit cum mandatis huiuſcemodi.

VALLA

CATILINA eos quos). ſ. Senatorij ordinis & equeſtris homines. [Cũ ſingulis multa) Quamuis ſingulis ſæpe locutus fuerat [In rẽ fore). i. in utilitate rei fore. [Vniuerſos appellare) Alloqui ſimul omnes. [Cohortari). ſ. uniuerſos. [In abditam partem). i. in ſecretam ne ſua uerba precipiãtur ab alijs, qui ſimul cum eo conuenerant. [Ibi) In ea parte eorum ſecreta. [Arbitris). i. omnibus expulſis, præter eos, qui ſecum conſenſerant. Arbitri proprie dicuntur, qui alienæ rei quaſi teſtes interſunt. [Niſi ueſtra uirtus) In hac oratione captat beneuolentiam ab auditoribus. laudat enim eos à fortitudine atque fidelitate, captat enim beneuolentiam à re ipſa per inſinuationem. Nam cum rem ſceleratã aggreſſurus ſit, dicit ſe facinus pulcherrimum atque honeſtiſſimum facturum eſſe. [Niſi ueſtra) Capit beneuolentiam ab auditoribus, quorum uirtutem & fidem laudat. Fides eſt fortitudo animi. [Spectata ſatis foret] Satis probata. [Nec quidquã) Fruſtra, neque ego ſi non ignauos, & uani ingenij homines eſſe cognoſcerem, ergo non relinquerem certa pro incertis. Ignauia, vulgo dicitur uilitã de animo. [Vana ingenia) Leuia, & inconſtantia.] Sed quia multis & magnis] Ecce rẽ pro re, dicit enim coniurationem, quam tractare cœpit, facinus maximum atque pulcherrimum eſſe. [Tempeſtatibus] Periculis. tempeſtas hoc loco ſignificat periculum. [Fortes fideleſque] Fortitudine & fidelitate præſtantes ei, ideo maximum ad quantitatem, pulcherrimum ad qualitatem referens, valt enim non ſolum magnum, ſed etiam honeſtum eſſe hoc facinus quod inceperit, ut in ſequentibus oſtenderit. [Simul quin) Alias rationes affert Catilina, cur his iuuenibus confiſus fuerit. Dicit enim præterea uobis confiſus ſum, quia nihil mihi utile eſt neque perniciosum, quod non uobis quoque ſit. [Simul) Quia uiſus tantum & tam honeſtum facinus aggredi. [Nam idem uelle] Præterea fidem maximam uobis adhibui, quia quod uobis utile atque pernicioſum eſt, mihi quoque, & ob eam rem ſequitur ut id uelitis quod ego. ſed quia idem uelle atque nolle firma eſt amicitia, relinquitur, ut nobis fidem maximam adhibeã. quibus eadem ſunt bona atque mala, quæ mihi eſſe uideris, [Agitaui] Concepi. [Accenditur,] Ad ea, quæ uobis ſingulis aperui. [Vendicemus] Aſſerimus noſmetipſos. [Nam poſtquam] Et incipit oſtendere quæ nam ſit eorum futura conditio, niſi ſe liberauerint à potentia paucorum, & arguit à iuſtitia, iuſtum eſt, vt nos ceteris iuſto iure eſſe uelimus, quia nobis ſua ſuperbia ſuperiores ſunt. [Paucorum]. ſ. ciuium Romanorum. [Ius) Poteſtatẽ. [Ditionem] Dominationem. [Conceſſit] Redacta eſt illis paucis. ſ. [Reges] Qui multas prouincias habent. Tetrarchæ dicuntur, qui quatuor prouincijs præſunt i. qui quatuor prouinciarũ habent imperium. [Eſſe] Pro erat, [Populi]. ſ. ciuitas. [Nationes]. i. prouinciarum, ut natio Italica, natio Germanica, natio Aſiatica. [Pendere] Pro dependat [Ceteri omnes]. ſ. ſtrenui &c. [Fuimus vulgus] Reputati ſumus. quaſi uulgus ignobile. [Obnoxij] Subiecti [His] Paucis potentibus. [Formidini] Terrori. [Si reſp.] Si reſp. ſuum ius ſuamq́ue poteſtatem obtineret ſubiecti his ſimus, quibus terrorem incuteremus. [Potentia] Quia ſi donate uoluerint honores, aut fauorem, id ipſi pro ſuo arbitrio faciunt. [Diuitiæ] Opes, copiæ, quia donat honores atque diuitias, quæ ſunt reip. munera quibuſcunque ipſi uoluerint. [Pericula] ſ. bellorum, quia cum bello P. R. inferuntur, nos arma pro reip. defenſione capimus. in quibus ſæpe trucidamur. [Repulſas]. ſ. dignitatum, uel magiſtratuum, quia ſi uel conſulatum. uel ædilitatem petimus, repulſa nobis parata eſt [Iudicia] condemnationes, qui alij ambitus, alij rerum repetundarum pœnas dederunt. [Egeſtatem] Quia ad extremum nos redigũt iudicia nobis inferendo, & dignitates nobis negando. [Quæ] ſ. pericula, iudicia repulſas, & egeſtatem. [Quouſque] Ad quod tempus. [Patiemini] q. d. ulterius pati nullo modo debetis. [Nonne emori] argumentum facit, arguit enim ab honeſto, ſi duarum conditionum. ſ. uel ſtrenue mori, uel uituperoſe uiuere, potius eſt ſtrenue mori, quam illa quę ignauia afferunt, multo magis expergiſci debemus, eo quòd nihil tale timendum nobis eſt, nam nobis uictoria parata eſt. [Præſtat] Melius eſt. [Inhoneſtam] turpem & uituperoſam. [Alienæ ſuperbiæ] His, qui potentiores ſunt, & propterea ſuperbiſſimi. [Per dedecus] Per uituperationem. [Verum enimuero] Superius uidiſtis, quomodo argumentabatur, etiam moriendum ſit, potius eſſe per uirtutem uitam amittere, quàm differre, ut per dedecus poſtea amittatur. nunc uero argumentum ſuum corroborat dicens non modo uobis nõ eſt moriendum, uerum etiam uictoria uobis parata eſt in manibus &c [Verum enim] Superius argumentum ſumpſit ab honeſto, argumentabatur enim à iuſtitia, quæ eſt pars honeſti, nunc argumentatur à tuto, id eſt altera parte deliberationis, quæ tuta dicitur hæc autem diuiditur in uim & dolum, dolo uti ſe dicit Catilina contra cautos, vi contra inferiores. [Verum enim uero] Sed profecto, & eſt completiue poſitum, rariſſimum eſt apud omnes idoneos, quod ſi quis in epiſtola uſus fuerit, uenia reprehenſionis profecta carere non debet. ſed eſt uerbum hiſtoriographorum. [Proh deum atque hominum] Dixi uobis moriendum eſſe potius per uirtutem. quàm mori per dedecus, ſed non eſt moriendum quia uictoria iam uobis parata eſt. [Pro deum &c. Exclamantis eſt. [Pro deum atque hominum fidem] . ſ. teſtor, i. teſtem facio. [Viget uobis] Quia iuuenes eſtis. [Animus ualet uobis] Quia exercitati eſtis in rebus gerendis interficiendo homines, ſacra atque fama ſpoliando. [Contra illis] Ecce prouidentiam, ponit illis, ſcilicet aduerſarijs noſtris. [Annis atque diuitijs] Nam quia ſenes ſunt, & diuites, conſequitur imbelles eſſe, atque imbecilles nunc hæc duo ſolent homines effœminare atque molliores reddere. [Annis] Quia ſenes ſunt. [Diuitijs] Quarum copiam nimiam habent, quibus homines ſolum negligentiores ſunt. [Incepio] Pro incipere. [Res] Negocium ipſum. [Expediet] Perficiet ſine noſtro labore. [Etenim quis] Rurſus ad iuſtitiam redit, cum tuti partes interpoſuerunt, & honeſtu autem à fortitudine argumentum facit, dicit enim ſtrenuum hominem iſta nullo modo poſſe pati. [Cui uirile ingenium] Qui naturalem habet intellectum. [Superare] Abundare. [Profundunt] Quas ipſi prodigaliter conſumunt. [Extruendo mari] In ædificandis ædificijs in ipſo, mari quia ſicut ſuperius dictum eſt in ipſo mari ędificia cõdita ſunt [Montibus coę quandis [Explanandis montibus, ut ibi ædifieia faciant amœnitate plena. [Ad neceſſaria] Ad uictum noſtrum, & ueſtitum, nam hæc duo neceſſaria ſunt homini, uictus, ſcilicet & ueſtitus. [Et nobis] Quia poteſt tolerare. [Continuare] Continue, iugiter. [Aedificant] Duas, aut plures domos, cum vna tantum egeant. [Larem familiarem] proprie deus foci Lar appellatur, ſed hic pro loco accipitur, uidelicet pro foculo ubi familia ſtat. [Tabulas dictas] Tabulæ proprie dicuntur picturę in tabulis artificioſe formatę, quibus maiores plurimum delectabantur. [Signa] Statuas. uel marmoreas. eburneas. uel argenteas, uel aureas [Toreumata] Vaſa torno facta, ut ſunt paterę pulcherrimæ. cathedræ, & alia huiuſmodi. [Vetera diruunt] Non contenti maiorum ædificijs. ea ſolo æquant. alia ædificant. [Vexant] frequenter uehunt, nam uexor frequentatiuum eſt de uerbo idem eſt quod lacero. Virgilius Dulychias uexaſſe rates. [Summa libidine, ſumma luxuria & ſuperfluitate. [Inopia] Paupertas. [Res mala] Eſt domi noſtrę & res familiaris noſtra aduerſa eſt, quia pauperes ſumus. Spes multo aſperior. quia efficiemur pauperiores ad extremum enim peruenturi ſumus. [Quin] Pro quòd non capeſcite remp. quoniam in medio poſita eſt, nullo defendente. [Omnia præmia] Libertatem, diuitias, decus, gloriam. [Res] Tempus, pericula, & cetera, concludit per enumerationem, quia breuiter enumeratis, quę ſuperius diffuſe dixerat, uel quod intendit concludit. [Res] Miſera. [Tempus] Opportunum. [Pericula) Quia ſpes nobis aſperior eſt, in diſcrimina perueniamus maiora. [Egeſtas] Quia ſumma neceſſitas nobis eſt [Magnifica] Quæ dixi. [Vobiſcũ] Quia eodem furore incitati eſtis ad rempublicam occupandum, quo ego ſum. [Animus.] ſcilicet ueſter. [Poſtquam accepere] Viſum eſt ſuperius, quomodo adhortatus eſt Catilina coniuratores ad remplubicam occupandum. Nunc autem dicit quomodo ſe habuerunt, qui Catilinæ orationem audiuerant. [Accepere] Intellexere ea, quæ ſupra dicta ſunt à Catilina. [Omnes] Coniuratores. [Quibus abunde mala] Qui abundant omnibus malis & inopia rei familiaris ſtricti erant, & grande æs debebant, nec quo modo ſoluerent, ulla ſpes ſuppetebat. [Abunde] Superflue, pluſquam ſatis. [Sed neque res,] Id eſt qui inopes erant, nun ſibi erant Opes, [Vlla ſpes] nihil habebant, & nihil ſperabant, qđ deterius eſt. [Magna merces uidebatur] Tametſi loco mercedis

ponebant, ocium & quietem reipublicæ perturbare. [Quietam rempublicam] Tranquillum & ocioſum ſtatum ciuitatis. [Pleriqueꝫ] Coniuratores. [Quæ conditio belli foret] Si uictores euaſerimus, quænam noſtra erit conditio. [Quæ præmia] quid præmij conſecuturi ſumus, ex hoc quòd in rempublicam arma capimus. [Quid ubique] Quibus nos periculis caponimus ſpe, quibus autem uiribus licet tamum fatimus aggredimur. [Tum Catilina polliceri] Ad id quod dixerit pleriqꝫ coniuratores, quę conditio belli foret, quæ præmia. [Nouas tabulas] Admirandus tabulas quæ poſſidebantur à diuitibus, ſicut apud auctores comprehendi poteſt, erant precioſæ huiuſmodi tabulæ, in quibus artificioſe pingebantur imagines ære uel argento & auro redimitæ. [Proſcriptionem locupletum] Publicationem bonorum hominum diuitum, nam proſcribere nomen ciuis Romani, eſt nomen eius in tabula ſcriptum in publicum extollere, ut quiſque legere poſſet, & quicunque legiſſet, ius habebat in corpus, & etiã in bona illius, qui in tabula proſcriptus erat. Proſcriptionem locupletum, publicationem bonorum, quæ poſſidebantur à diuitibus. Magiſtratus) Primus & ſumus magiſtratus in urbe Roma erat conſulatus, ſecundus magiſtratus erat prætura, tertius ædilitas, quartus tribunatus plebis, quintus quæſtura. ſed cenſura erat inter maiores magiſtratus enumeranda. [Sacerdotia] Id eſt ſacerdotum beneficia & honores, in quibus ſacerdotes honorarim primo afficiebantur. [Alia omnia & cetera) Vt puta alienas ſtuprare vxores, virgines, quas prius dilexerant, uiolare. [Fert) Cupit. [Præterea) Dicebant ad illud quod ubique opis, aut ſpes haberet. [Piſonem in citeriore Hiſpania) Superius dixit hûc Piſonem interfectum, ſed antequam interficeretur, hæc omnia facta ſunt. [Adhuc) Præterea dicebat. [Fore) Futurum eſſe. [Speraret Catilina hominem familiarem) Hominem ſibi familiaritate coniunctum. [Omnibus neceſſitudinibus) Omnibus neceſſitatibus. [Circumuentum) Obſeſſum. [Neceſſitudinibus.) Quia rem familiarem inopem domi habebat, multũ pręterea æs alienum debebat, quia multa nefanda commiſit flagitia, infamis eſt apud omnes, quia omnes neceſſitudines impulerant ipſum obſequi mihi, ad quod ſua opera uti uoluero. [Agendi) Scilicet ciuilis belli. [Increpabat bonos omnes) Nam mali ſemper infenſi ſunt bonis. [Vnum quenque ſuorum nominans appellabat) Omnes ſuos nomine, Luci Varguntei paratus ſit, ut hæc omnia facias quæ mihi pollicitus es, & tu Publi Antoni. cũ tu illum mecũ feciſti, animi tui documẽta maxima dediſti. [Egeſtatis) Vide in quanta egeſtate poſitus ſis, ſi me ſequi uolueris, ab hac te egeſtate expediam, teque ditiſſimum breui faciam. [Cupiditatis ſuæ) Scis te amore uirginis illius deperire, alio modo conſequi non potes niſi mecum una reip. ſtatum perturbemus ceteris ſocijs adiuuantibus. [Periculi) Scis te alieno ære aſtrictũ eſſe, multas præterea cædes & nefanda ſtupra commiſiſſe, & niſi hæc coniuratio fiat, pœnas criminis tui eſſe daturum. relinquatur ergo, ut promptus ſis atque paratus, & hanc rem aggrediendam eſſe non dubites. [Aut ignominiæ) Non opus eſt, ut timeas famam bonã amittere, adeo enim es infamis, ut iam cuiſſet apud omnes infamiam tuam eſſe non mediocrem. [Multos uictoriæ Syllanæ) Vobis notum eſt uiri fortiſſimi, quantum pecuniæ conſecuti fueritis, tunc cum uobis data ſunt bona eorum, quos bello uiciſtis, duce Sylla, ita ſi hoc tempore uiri fueritis, bonorum omnium vos dominos faciam. [Ea,] Scilicet uictoria [Alacres,) id eſt poſtquam uidet lætos & promptos eſſe ad id agendum, qđ promiſerant. [Petitionem ſuam.] Scilicet conſulatus. ut ſuffragia ueſtra ſint mihi parata. [Dimiſit,] Licentiauit miſſionem dedit his. qui [conuenerant,] Fuere [ea tempeſtate] Nunc ponit quandam opinionem, ut ſuperiorem habuiſſet orationem, inter omnes, qui aderant, ibi pateram uino plenam ſanguine permiſto Catilinam circumtuliſſe, ut quemadmodum fœdus uictimarum ſanguine ſanciri ſolet, ita ipſi fide aſtringerẽtur, ſanguine humano ſancita (Ea tẽpeſtate] Eo tempore, quo hæc geſta ſunt. [Orationem] Quam ſuperius uidiſtis. [Addiceret] Aſtringeret. inde addicti, aſtricti. [Populares] Fautores, & conſcios ſui ſceleris. [In pateris permiſtum] Infundit pateris uinum ſanguine humano permixtum, deinde circumtulit omnibus execrando: ut ita ſuus ſanguis hauriretur, ſi non feciſſent, quę promiſerant, quemadmodum ſanguinem illum hominis hauſiſſent, inde dicitur Catil. aperuiſſe &c. Poſt maledictionem, qua execrati ſunt multa mala in ſeipſos uertere non ſi, non effecti eſſent fideliter ea, quæ promiſerant. [In ſolemnibus ſacris] Quæ ſolemnia ſacra ſolẽt fieri cum fœdus ſancitur ſanguine uictimæ Aperuiſſe. [Manifeſtaſſe] Atque eo dictare feciſſe. [Superius uidiſtis] quo modo humanum ſanguinem iureiurando, cum ſe addicerent cõiurationi hauſerunt, non dicit cauſam, cur execrationem illam inter ſe fecerint. uidelicet, ut huius ſceleris conſcij alij alijs fideliores eſſent. [Atque] Dicitur [Eo,] Id eſt ideo. [Dictare] Frequenter dicere execrationem illam. [Quo,] Id eſt, ut tanti facinoris. i. coniurationis, ſcilicet quòd ſanguinem humanum, hauſiſſent. [Nonnulli hanc habent opinionem] Quòd ſanguinem humanum pateris infuſum, hauſerint, alij autem falſum eſſe dicunt, & hi erant, qui uolebant odium minui Ciceronis, quod poſtea in ipſum ortum eſt. eo quòd ciues Rom. interfici iuſſiſſet contra leges. [Atrocitate] Crudelitate eorum, qui interfecti fuerant, nam ſi hæc ſcelera commiſerant, minuebatur odium Ciceronis, quòd eos interfici iuſſerat. [Inuidiam]. i. odium. [Atrocitate] Scelerum quòd diceret meruiſſe huiuſmodi ſceleratos ciues, tale, & deterius ſupplicium pendere, eo quòd tam atrũ ſcelus commiſerant, utputa humanum ſanguinem hauriſe, [Nobis ea res] Nunc dicit Saluſtius opinionem ſuam. [Pro magnitudine,] Id eſt ſecundum rei magnitudinem. [Parum comperta] Parum exploratã, nam cum tanta eſſet rei magnitudo, profecto eſſet nobis manifeſta, quapropter comprehendi poſt mendacem & falſum eſſe in coniuratione Catilinæ. [Haud obſcuro] Non ignobili. [Coopertus] Oppreſſus. [Flagitijs] i. ſceleribus. nam flagitium dicitur uitium flagitione, i. reprehẽſionem dignũ, ſeu in uerbis fuerit, ſeu in factis ſemper facinus dicitur. [Probri] Vituperij. [Amouerant] Remouerant. quia indignus erat ſenatorij ordinis. [Non minor uanitas quàm audacia] Quidem ſibi inerat, ſed ſimul uanus, [Neque reticere] Dicit quomodo uanus erat obſceleta dicta. [Penſi conſiderati] Sine ulla conſideratione. Ideo quia & dicebat & agebat Curio. [Conſuetudo,] Familiaris. [Nobili] Famoſa, & clara. Dicitur nobilis non ſolum uirtute inſignis, ſed uitio, uel ille, qui uirtutibus, uel uitijs ingẽtibus omnibus cognitus eſt, nobilis appellatur, unde nobile certum quia multis cognitum eſt. [Cui cum minus. gr.] Hæc eſt cõſuetudo meretricum cũ multum pecunię amico receperint diligunt, cum uero minimam pecuniã acceperint, minuitur amor. [Quia minus inopia conſ.] Nam cum frequenter ad eam iter faceret, & ſemper ei aliquid largiretur, ad extremam neceſſitatẽ redactus erat, ut non poſſet explere eius auaritiam, quapropter minus gratus erat. [Repente] Ex improuiſo. [Glorians] Quia iam coniurationis ſperabat euentum, ideo gloriabatur. [Maria & montes] Prouerbiũ eſt, quod cum de ingenti alicuius pollicitatione agimus, cum irriſione quadam dicere ſolemus. dicebat enim, mihi maxima eſt facultas diuitiarum. quas paulo poſt polliceri licebit. [Obnoxia] Subiecta. & morigera. [Agitare] Vexare, & perterre facere. [At Fuluia] Vt erat fœmina aſtutiſſima, ſe obuoaiam dixit futuram Curi, & ita perdentem interrogauit, dic mihi Curi, quam facultatem habeas diuitiarũ, uñ & ſi hoc mihi communicaueris, ego tecum ſimul bonis lætabor & ita cum illa ſimulaſſet ſe ſibi fore obſecuturam, extorſit ab eo et coniurationem aperiret. [Inſolentia] Superbia & arrogantia [Cauſa] Cur adeo feroꝫ factus eſſet. [Sublato auctore] Deſcedente auctore coniurationis, qui auctor fuerat aperiundæ coniurationis, ſcilicet Curius. [Quæ] Scilicet uerba. [Quomodo] Scilicet per aſtutiam ſuam Curius ſibi aperuerat. [Compluribus] Cum multis uerbis, uel cum pluribus, ſcilicet hominibus. [Ea res] Scilicet, quam de coniuratione Catilinæ aperuerat. [Accendit,] Irritauit. [Mandandum] Ad trahendum. [M. Ciceroni] Quia ſolus ex omnibus ciuibus Romanis uidebatur idoneus qui de pernicioſis ciuibus Rempublicam eripere poſſet, Marcus Tullius & eſt maxima Ciceronis laus, qui unus ex omnibus uiſus fuerit ad remp. recuperandum idoneus, [Pleraque nobilitas] Maior pars nobilium. [Aeſtuabat] Ardebat, & ſimulabat odio, quia quodam odio populi maculari & ſordidari uidebatur. [Eum conſulatum nouus homo) Nouus homo dicitur, qui paulo ante ab infimo gradu ad ſummum officiũ aſcenderit, vt tribunatus, & conſulatus, vt Cicero fuit, nam dicunt nonnulli fabri ferrarij fuiſſe filium, fuit autem, quòd conſtat, ex municipio Arpinati, unde dictus eſt Arpinas Cicero. ſed cum patre ſimul peruenit in urbem Romam, & ibi factus eſt ciuis, & cum ipſe prudentia ſimul & eloquentia refertiſſimus eſſet, princeps Romanus euaſit, ergo nouus erat. [Sed ubi periculum) Ita quidem ante credebant Conſulatum maculari, ſi Cicero eum adeptus eſſet, ſed ubi periculum coniurationis aduenit, obliti ſunt inuidiæ atque ſuperbiæ. [Poſt fuere) Poſt habita ſunt. [Igitur) Superius oſtendit, quomodo pleriqꝫ nobiles antea exiſtimauerant populi cõſulatum, ſi noui homines, quamuis egregij, cum adepti fuiſſent poſtquam periculum omnes metuebant, libenter & prom pte conſulatum M. C. mandauerunt, cui collegam adiunxerunt Caium,

iam Antonium, quod dicit. [Igitur] Ergo, quandoquidem, cum nunc inuidia homines nobiles nolebant, nouos homines conſulatum adipiſci, ſed cum intelligebant periculum, quod inſtaret, omnes curabant patrocinium ciuitatis habere. [Igitur] Quia poſtpoſuerat inuidiam atque ſuperbiam. [Habitis comitijs,] Id eſt congregationibus populi factis ad creandos conſules, & dicitur comitium à con & itum eò quod ſimul iret populus ad magiſtratum aliquem creandum, vel aliud peragendum, & in campo Martio conueniebant, & ſignificat comitium, populi congregationem, vel populi electionis magiſtratum, locum & tempus ipſarum electionum. [Populares] Fautores. [Primo] In principio, [Concuſſerat] Metu terruerat. [Neque tamen] Ceteri autem metuebant, ſed Catilina magis incitabatur. [Agitare] Pro agitabat, id eſt cogitabat. [Opportunis] Bello. [Pecuniam] Sua fide. [Amicorum] Qui pro eo poſponderant fœneratoribus. [Feſulas] Feſulæ oppidum eſt nunc dirutum diſtans Florentia duobus millibus paſſuum, cuius Manlius fuit princeps, ſicuti videbimus. [Tempeſtate ea] ſ. eo tempore. [Cuiuſque generis] Cuiuſcunque conditionis, vel ſummæ, mediocris, & infimæ, hoc eſt liberos, & ſeruos. [Mulieres etiam] Non ſolum dicit ſibi adiunxiſſe viros, ſed etiam mulieres, quæ ſibi videbantur idoneæ ad hanc rem. [Quæ] Mulieres. [Stupro] Corporis, quia nobiles erant, & forma inſignes ideo à multis petebantur, quapropter multam lucrabantur pecuniam. [Ætas,] Scilicet ſenilis. [Quæſtui] ſ. lucro. [Neque luxuriæ] Eadem voluntas libidinis inerat eis, quæ in iuuentute fuerat, ſed non erat idem quęſtus qui fuerat in iuuentute, quia iam grandioris ætatis factæ, formoſæ eſſe deſiſtunt. [Modum] Finem. [Solicitare] Poſſe precibus flectere, vt coniurationi fauerent. [Vrbem incendere] Hoc eſt potiſſimum in capiundis vrbibus. nam cum incendium fuerit inceptum, omnes eo concurrunt, & ita mœnia armatis deſerta haud difficile capiuntur. [Interficere] Si noluiſſent coniurationi fauere. [Facinora audaciæ virilis,] Id eſt quæ multa facinora ſæpe perpetrauerat non ad mulierem, ſed ad viros pertinentia. [Aſciuiſſe] Coniunxiſſe nam aſciſcere coniungere ſignificat. [Genere] Quia nobili, & patricio genere fuit. [Fortuna] Quia pulcherrima. [Viro] Quia ſenatorio viro coniuncta erat. [Liberis] Quia virilem ſtirpem procreauerat. [Satis fortunata] Satis felix. [Docta] Perita, erudita. [Pſallere] Canere vnum pſalterium & eſt pſallere proprie fidibus, canere vero voce, ſaltare eſt in choreis ſaltationes hominum imitari. [Elegantius] Excellentius, præſtantius. [Quam probæ] Quàm pulcherrimæ conueniret. [Neceſſe eſt] Opus eſt, probæ honeſtæ, & pudicæ mulieri. [Inſtrumenta luxuriæ] Inſtrumenta ſunt luxuriæ canere, pſallere, & ſaltare, quibus adoleſcentium animi ad libidinem incitantur. [Probæ mulieri] Quia non eſt dedecus mulier, ſi & ſaltare, & fidibus pſallere, atque voce canere didicerit, dummodo id mediocriter faciat, ſed ſi laſciuius fecerit hæc omnia iam dedecori ſibi eſſe incipiunt. [Decus] Honor. [Pudicitia] Caſtitas, & pudor. [Haud facile diſcerneres] Non facile iudicares, vel dignoſcere. [An pecuniæ parceret magiſquam famæ,] Id eſt vitium minoris precij exiſtimaret famam, an pecuniæ conſumptionem. [Ante hac] Ante hanc coniurationem. [Prodiderat] Quia ſæpe promiſerat aliquid ſe facturam, quod poſtea non fecerat. [Prodiderat fidem] id eſt perfida fuerat, non ſeruando fidem ſuam. [Abiurauerat] Declarat quomodo fidem prodiderat. [Creditum abiurauerat] Depoſitam & commendatam ei rem iureiurando negauerat: nam abiurare eſt rem creditam periurio negare. [Cædis conſcia] Sibi communicata fuit cædes hominum. [Luxuria atque inopia] Nam quæ luxuriæ & voluptati operam dederat: ideo ad inopiam redacta erat, vt ſuas cupiditates expleret. [Abierat præceps] Ruerat in ruinam. [Haud abſurdum] Non inconueniens, vt compararet verſus. [Iocum mouere,] Id eſt ridicula verba proponere, & iactare, quibus ad riſum ſodales mouerentur. [Modeſto] Moderato. [Molli] Suaui. [Procaci] Laſciuo. [Multæ facetiæ] Multa faceta verba. [Multuſque lepos] Inter facetias & leporem hoc intereſt, quia facetiæ ſunt breuia quædam eloquia, quibus animi auditorem delectantur, lepos dicitur ſermonis expolitio & lautitio quædam. [Nihilominus] Quamuis omnia haberet ſibi parata ad regnum. [In proximum] in ſequentem annum: nam Cic. & Antonius eo anno conſules erant. [Antonio] Nam Antonius multis egeſtatibus oppreſſus erat, quapropter credebat Catilina obſecuturum ſibi, ſi conſul deſignatus foret, potius quàm ſi priuatus exiſteret. [Ex voluntate] In ſuam voluntatem tractutum Antonium. [Interea] Donec ad conſulatum perueniret. [Quietus erat] Non torpeſcebat ocio. [Omnibus modis] Et foris & domi parabat inſidias conſuli Cicer. [Vt] Quamuis, ille omnibus modis ſibi pararet inſidias. [Illi] Ciceri. conſuli. [Ad cauendum] Ad euitandas inſidias. [Dolus] Dolus eſt mali ingenij cogitatio. [Aſtutiæ] Aſtutiæ dicuntur aſtuti ingenij præſentia conſilia, & ab Aſtu oppido dicuntur. vbi erant homines verſuti, callidi, & aſtuti. [A principio ſui conſul] Cum primum creatus eſſet conſul Cicer. [Effecerat per Fuluiam,] Id eſt interceſſione Fuluiæ, cuius illecebres captus tenebatur, ob eam rem nihil ipſi Fuluiæ occultum eſſe poterat. [Propulerat] Impulerat. [Pactione prouinciæ] Nam conuenerat inter eos: vt prouincia extrema contingeret Antonio, quæ nobilior erat: hoc autem fecit Cic. vt voluntati Antonij morem gereret, vt ipſe vrbi, vbi periculum coniurationis imminebat fauerer. nam mos erat, vt conſules inter ſe prouincias ſortirentur. [Circum ſe.] Omnia exponit. quæ faciebant ad euitandas Catil. inſidias. [Circum ſe.] Ad tutelam ſui. [Amicorum] Et maiorum, & parium. [Clientum minorum] Nam clientes dicuntur, qui ſub maioris imperio ſunt conſtituti. [Dies comitiorum] Dies, vt noui conſules declararentur. [Petitione] Nam cum ipſe candidatus in campum Martium veniſſet, Conſulatum, quamuis ſuffragantibus cõſcijs coniurationis, adipiſci non potuit, & paſſus eſt repulſam. [Neque inſidias,] Id eſt cum nihil contra Cic. moliri poſſet ad ipſius Cicer. perniciem, cum Cic. omnia diſcuteret aſtutia ſua. [Bellum fa.] Non dolis, aut inſidijs rempub. occupare, ſed vi. [Omnia extrema] Ephegeſis eſt. id eſt bellum, quod in omnibus extremis geritur. [Aſpera] Iniqua, & eſt tractum à montibus, & hoc autem pertinet ad facta. [Fœda] Abſurda, & contra voluntatem peruenientia. & hoc refertur ad nomen ſuum, id eſt ad famam. [Igitur] Quia occulte tentata parum ſucceſſerant, & Catilina bellum facere, & omnia extrema experiri conſtituerat. [Feſulas] Oppidum non longe à Florentia, à quo originem habuiſſe dicitur Florentia. [In eam partem Hetruriæ] Feſulæ enim etiam in Hetruriæ ſunt. [Camertem] De Camerino oppido. [In agrum Picenum] In Marchiam Anconitanam. [Præterea,] Scilicet dimiſit. [Opportunum] idoneum, & conuenientem, ad vim facienda. [In rempub. Romanam] Interea] Dum miſſi in prouincias impoſita ſibi exequuntur. [Conſuli] Ciceroni. [Incendia] Nam duodecim nobiliſſima loca Romanæ vrbis incendio delere conſtituerat ipſe Catilina. [Cum telo] In manibus eſſe, vt idem, ſcilicet cum telo in manibus eſſet. [Intenti] Diligentes, parati, vt ſi occaſio offerretur, Conſulem interficerent. [Inſomnijs,] Id eſt vigilijs: & declinatur hæc. inſomnia, niæ. [Agitanti,] Id eſt cogitanti. [Rurſus conuocatis] Quia ſuperius, vt dictum eſt, & antea conuocauerat. [Intempeſta nocte] Media nocte. [Per M. Porcium Leccam] Hic hoc tempore præconis fecit officium. [Ibi] In concione eorum. [Si prius] Quando quidem maturabat coniurationem ad exitum perducere Catil & ſolus ei erat, qui ſibi, & ſuis conſilijs efficeret. [Cęteris] Coniuratoribus. [Perterritus] Quòd neceſſe eſſet, conſulem virum tantæ dignitatis, eſſe tollendum de medio. [Dubitantibus] Quòd dubitabant conſulem interficere, cum eum aſtutiſſimum ad cauendum cognoſcerent. [Eques] Quia equeſtris ordinis ciuis erat. [Operam pollicitus] Se ſuſcepturum hanc prouinciam de interficiendo conſule. [Ea nocte] Qua hęc acta fuerunt à Catilina cum coniuratoribus. [Paulo poſt,] Scilicet aduentante die, quia nocte intempeſta habitum fuerat conſilium. [Salutatum] Quia viſitandi gratia. [Confodere] Trucidare. [Introire] Intra domum Cic. ire. [Imparatum] Improuiſum, qui nihil tale putabat, & ob eam re facile confodi poterat. [De improuiſo] Ex arbitratu.] Quintus Curius] Princeps coniurationis. [Quantum periculum] Quia periculum capitis, quod factum fuerat per Fuluiam, quia Fuluia miſit ad Cic. quæ referret quid factum eſſet aduerſus eum. [Enunciat] Nam declarauit conſilium coniurationis Curius. [Prohibiti] Remoti. [Tantum facinus,] Scilicet conſulem interficere. [Interea] Dum Catilina Ciceronem proſequitur. [Plebem] Hetruriæ. [Solicitabat] Ad coniurationem contra rempub. Rom. [Nouarum re.] Id eſt cupidam nouare res. [Egeſtas] Egeſtas ſolet homines ad ingentia ſcelera facilius inducere. [Amiſerat plebs] Hetruſcorum. [Quod Syllæ] Oſtendit, quænam eſſet iniuria Hetruſcorum à Rom. [Bona] Cum iam rempub. teneret Sylla proſcriptiones fecit locupletum militibus ſuis, ſed præcipue bona Hetruſcorum proſcripſit, itaque agros, & bona eorum militibus diripienda dedit. [Pręterea] Pręter hos. [Cuiuſque generis] Cuiuſcunque conditionis, ſiue ſerui, ſiue liberi eſſent. [Latrones] Qui latrocinio viuebant. [Magna copiæ] Eo quòd

Hetruſci affecti erant propter Syllanam victoriam. [Ex Syllanis colonis) Ex illis, qui amici fuiſſent Syllæ. Nam Sylla victores incolas oppidorum Hetruriæ expulit, & Romanos, qui ſuis partibus fauerant, in ea oppida miſit. Colonia autem dicitur, cum maiores ciuitatis ciues in minorem habitandam mittuntur. [Quibus libido) Oſtendit etiam hos fuiſſe opportunos, qui ad coniurationem facile excitarentur. [Quibus) Scilicet colonis. [Libido) Pro aliarum rerum voluptate, & cibi & veſtitus. [Luxuria) Hic ponitur luxuria pro incontinentia, & impudicitia corporis. [Nihil reliqui.) Id eſt conſumpſit cuncta. [Ea cum,) Id eſt Catilinam, incendia vrbi, & ipſi Cic. cædem paraſſe, & Manlium omni ratione copiam coniurationis auxiſſe. [Ancipiti,) Id eſt duplici, nam anceps duarum rerum dicitur: quia & vrbi & prouinciæ ſuccurrendum erat, quod ipſe declarat. [Priuato ſui ipſius conſilio) Cic. ad hoc tempus rempub. tantum conſilio tutatus fuerat, ſed vlterius tutari non poterat, quam in peius vergebat. [Longius) Diutinus. [Quantus eſſet) Quantas copias haberet Manlius. [Quo conſilio) an ipſi omnes eſſent irati populo Romano videlicet, an ipſi vellent rempub. inuadere, aut aliud quippiam facere. [Eaagitatam) Diuulgatam. [Rumoribus) Quia omnia hæc alius alij referebant. [Itaque) Cum hæc retuliſſet conſul in Senatu de repub. [Atroci negocio,) Id eſt cum aliquod periculum maximum immineret reip. [Darent operam) Laborarent. [Nequid detrimenti) Omnia curarent conſules, quæ vtilia eſſent reipub. [Ea poteſtas) Quam ſtatim dicam. [More Rom.] Secundum conſuetudinem Romanorum. [Magiſtratui) Conſulibus, vel alijs Imperatoribus. [Bellum gerere) Indicare bellum, quibus libuerat. [Coercere) In bella ad nomina danda, qui functi eſſent militia, vel alia ratione. [Iudicium ſummum) Capitalem pœnam cum eſſent in caſtris imperatores licebat eis quenquam noxium capite, vel alio ſupplicio afficere: ſed in vrbe nihil tale permittebatur, niſi hoc decretum factum fuiſſet. [Earum rerum,) Hæc ſupraſcripta facere poſſent. [Sine iuſſu,) Hoc dixit: ſine iuſſu populi: quia decernebat ſenatus, populus poſtea iubebat. [Poſt paucos) Nunc reſpondit quomodo coniuratio ſit patefacta, poſt paucos inquit dies: quibus hæc decreta ſunt à ſenatu & iuſſu populi. [Feſulis) Habebat L. Seru. aliquos Feſulis, vel hoſpitio, vel affinitate coniunctos, qui ipſum monuerunt literis omnia, quæ parauerat C. Manlius. [Cœpiſſe) Prius fecerat conuentus perniciosorum hominum, nunc vero omnes armis inſtruxerat, vt iam exercitum haberent V. Calend. Nouemb. ante ſtatutam diem principij Nouembris. [Portenta & prodigia) Differentia eſt inter portentum & prodigium, nam portentum dicitur, quaſi porrò tendens, & eſt illud quod rem futuram ſignificat, ſed prodigium dicitur, quaſi procul ad agendum, quod rem præſentem demonſtrat, & ſtatim expiandum eſt. [Conuentus) Congregationes hominum fieri, ſcilicet Capuę, in vrbe Campana. [Igitur) Quandoquidem tot & tanta inſenſa reipub. Rom. gerebantur, & coniurationes non ſolum Romæ, ſed in omni prouincia parabantur. [Martius Rex) Poſt exactos reges infeſtum & odioſum regium nomen erat, & nullum regium nomen in vrbe remanſerat, ſed Numæ quædam ſacra inſtituta erant, quæ à regibus tantummodo celebrarentur, ergo ne viderentur ea numina lædi, ſi ab aliquo qui rex non eſſet ſibi ſacrificia fierent, Rom. conſtituerunt ſacerdotium, cui qui præerant, reges appellarentur, & ſacra celebrarent ea quæ ſolebant fieri à regibus, antequam expellerentur. Igitur reges erant nomine, non autem poteſtate, & hic Martius huic ſacerdotio præerat, cum Feſulas miſſus eſſet regio decore. [Creticus) Cognomen eſt, & hic eſt pulchra prolepſis, & dictus eſt Creticus ab euentu, eo quòd Cretem deuicerat. [Ea loca) Videlicet in Lucanos, & in Brutios. [Vtrique enim) Et quia poſſet dicere aliquis, cur mittebant priuatos homines in hæc loca? nonne conuenientius erat mittere priores imperatores? dicit quod imperatores deuictis & debellatis prouincijs ſuis impediebantur falſis accuſationibus, ne triumpharent, aliquorum, quia contra ius & fas omnia venalia habebant, quamobrem ad hæc loca miſſi non ſunt. [Vtrique) .i. vterque imperator, & pluralem ponit pro ſingulari per figuram ſyntheſim. [Imperatores) .ſ. Q. Pompeius qui Indiam debellauerat, deuicerat .ſ. & cupidi ſuarum rerum deſerebant remp. [Erant ad vrbem) .i. in vrbem. [Calumnia) Falſa accuſatione, inde calumniatores [Mos) Conſuetudo [Omnia honeſta atque inhoneſta) Quia per fas & nefas volebant conſequi largitiones. [Sed prætores) Sunt miſſi. [His permiſſum) imperatores ſemper exercitibus recedebant ad vrbem Rom. ſed quia neceſſitas periculi feſtinationem optabat, conceſſum eſt, vt exercitum compararent, quemadmodum tempus atque bellum ſibi exhibere videretur. [Pro tempore) De qualitate temporis. [Pro periculo) ſecundum exigentiam belli. [Indicauiſſet) Manifeſtaſſet. [Seſtertia) Seſtertium genus eſt ponderis, quo vtebantur Romani. Seſtertium dicitur quaſi ſemiſſertium, dupondius.n. & ſemis antiquum eſt ſeſtertium, dupondius vero à duobus ponderibus dictum eſt. Pondus eſt autē vnum aſſipondium, aut eſt vnius libræ pondus, ſequitur ergo, vt ſeſtertium ſit duarum librarū cū dimidia. [Gladiatoriæ familię) .i. qui gladijs dimicabāt in ludis. [Diſtribuerentur) .i. oēs illius familiæ, quæ gladiatoriæ operā dabant, mitterētur ex vrbe in municipia, nam huiuſmodi homines ſolent facile ad quæq; facinora impelli, tum propter egeſtatem, tum quod par vitam ſuam facere ſolent. [Pro opibus cuiuſque] Pro facultate vniuſcuiuſque, ſecundum cenſum. [Minores] .ſ. quæſtores, & ædiles hic nocturnis vigilijs. [Quam] Quas res ſ. laſciuiā & lætitiā. [Immutata] Quia ſtatus ciuitatis eſt permotus. [Ex ſumma] Declarat quō ſit mutata ciuitas [Repente] Subito. [Inuaſit] Inceſſit, aggreſſa eſt. [Diuturna quies) Longum ocium. [Feſtinare) Pro feſtinabant Romani .i. accelerabāt. [Trepidare) Pro trepidabant, trepidatione plena ciuitas erat. [Cuiquam) Quia neſciebant, an ille eſſet in coniurationibus, gerere bellum neſciebant, quo conſilio gereretur, nō à bello ceſſabant. [Habere pacem) nā quamuis bellum non gererent, tñ videbant copias hoſtiles aduerſus remp. paratas, quapropter pacem non habebant. [Suo metu) ſecundum naturalem metum, nam qui timidior erat, maiora pericula inſtare credebat. [Mulieres) Quæ naturaliter timidiores ſunt quam viri. [Magnitudine reip.) Ad eam magnitudinem imperiū Rom. aſcenderat, vt multæ gentes ſibi bella inferre auderent. [Timor inſolitus) Quanto magis inſolitus erat timor tanto magis mulieres timebāt. [Inceſſerat) .i. quas mulieres timor inuaſerat. [Afflictare) .i. cruciabantur. [Supplices) Ipſæ mulieres, quod ſupplicantis ſignum. [Miſereri) Pro miſerebantur. & differt inter miſertor aris, & miſereor eris, quod miſertor aris ſemper conſtruitur cum accuſatiuo, vt hoc loco, & alibi. Cauſam miſeratus acerbam. miſereor autē conſtruitur cū genitiuo vel datiuo. [Rogitare] .ſ. deos precibus, vt vellent patriam ſeruare. [Pauere] Pro pauebant .i. timebant. & proprie dicit, nam pauere eſt ſubito caſu trepidare. [Omiſſis] Zeugma eſt [Sibi patriaq. diffidere] .i. deſperabant de ſalute ſua, patriæque ſuæ. [Eadem) Illa quæ inceperat prius. [Præſidia parabantur) Aduerſus coniurationem ſuam. [Lege Plautia) .i. lege Plautij, qui legem tulit aduerſus coniuratores, vt ipſi reſponderent, ſi quis coniurationis accuſatus fuiſſet omnibus quæ ſibi obijcerentur. [Lucio Plaut.) Scilicet Tribuno plebis. [Poſtremo) Denique detinebatur, ne reſponderet lege Plautia his criminibus, quę ſibi obijciebant, ſed tandem coactus in ſenatum venit. [Diſſimulanda) Diſſimulare eſt tegere, quod eſt, ſicut Catil. qui tegere volebat coniurationem, quam parauerat. [Sicut iurgio) Quaſi foret prouocatus conuitio, quod ſibi M. C. iniuſte obieciſſet. [Tum) Cum in ſenatum veniſſet Catil. [Eius præſentiam) Timens ne ſua vitia atque flagitia patribus conſcriptis incognita eſſent, & ipſi Catilinæ præſtaretur opportunitas, vt ipſum Ciceronem grauius conſuleret. [Luculentam) Splendidam, & magnificam. [Peruolem] Quæ multum profuit reipub. quæ in maximo diſcrimine verſabatur eo tempore. [Quam poſtea) Primo quidem eam recitauit coram ſenatoribus, ſed poſt eam in ſcriptis edidit, vt omnes legere poſſent. [Sed vbi ille) Mos erat, vt cum de aliqua re conſulendum eſſet, vnus interrogaretur, & ita ille primus ſententiam ſuam diceret, deinde dicta ſententia ſedebat, poſtea ſecundus idem faciebat, & omnes alij per ordinem reſpondebant ei, unde ſedebant, ita Cicer. perorata oratione ſedit. [Ille M. T. Cicer. [Ad omnia diſſimulanda) Quia venerat paratus, vt omnia diſſimularet, quæ ſibi obijcerentur. [Voce ſupplici,) Id eſt oratione plena commiſerationis. [Temere) Inconſulte. ſine cauſa. [Vitam inſtruxiſſe) Bonis inſtitutionibus vitam ſuam prouexiſſe, vt de ipſo bona omnia ſperare poſſent. [Patricio) Nobili. [Cuius ipſius Catilinæ opus eſſe perutile ſibi fore rempub. prod. [Inquilinus) Peregrinus; nam inquilinus ciuis dicitur, qui de peregrina ciuitate in aliam vrbem aſcitus fuerit, ſicut de Arpino municipio in vrbem Rom. aſcitus fuerat M. T. Cicer. adhoc quòd dixerat ciuem eſſe peregrinum Cic. ſed mihi magis placet, vt legitur homo nouus. [Adderet) His ſupra dictis. [Maledicta) In Cicer. [Obſtrepere] Conclamabant, ſcilicet Catilinam parricidam, qui patriam perdere vellet. [Furibundus) Furore plenus. [Agor] Agitor. [Incendium meum .i. vos ruere faciam & ita odium & incitationē, quā de me ſuſcepiſtis deponere cogā, & eſt tranſlatio ſumpta ab ignibus, nam cum

ædes

ædes accenſa fuerit continuo incendium extinguitur.[Ibi) Domi ſuæ.[Voluens)Cogitans. [Conſuli).ſ.facto quem interfice re parauerat.[Munitam) Defenſam. [Vigilis) Cuſtodijs nocturnis.[Optimum factu)Optimum eſt conſilium.[Exercitum) Manlij.[Legiones)Milites , nam legio continet 6666.milites. [Deſcriberentur)A Romania cauſa ſupplendi ſuos exercitus. [Antecapere) Præuenire,proccupare.[Vſui)Vtilitati , multa eô ſilta communicare uolebat Manlio,& poſtea decernere,qua ratione potiſſimum gererent bellum [Nocte intempeſta) Io media nocte, nox intempeſta dicitur media noctis pars , quo tēpore nihil geritur.eo tempore ocioſo, ideo tempore ocioſo , iden ſine tempore eſſe uidetur,quapropter intempeſta ſine tempore dicta eſt.[Manliana).i. Manlij,nam à Manlio fit Manlianus,lia na,num,poſſeſſiuum,ſed antequam recederet ea urbe, Cethego & Lentulo coniurationis huius conſcijs . [Ceteriſq́ . quorum cognouerat)Qui audaciores erant . [Maneat)Committit . [Opes)Vires . [Confirment)Corroborent. [Maturent) Properent,feſtinent. accelerent, [Cædem) ſ.ſenatorum . [Incendia) .ſ.urbis.[Alia facinora) ſ rapinas,adulteria , ſtupra.proſcriptiones ciuium.[Geruntur)ſ.à Catil.& etiam à Conſule . [Ex ſuo numero)Ex hominibus ſui exercitus . [Martium regem)Qui imperatur erat in agro Piceno.[Regem) Sacrorum ſacerdo-

MARI. tes,qui ſacrificuli reges appellabantur.

CATILINA &c. [Sæpe).i.alias . [In rem) i.propoſito ſuo & utili [Arbitris).i.auſcultatoribus. [Ni uirtus) Oratio Catilinæ ad coniuratos in deliberatiuo eſt genere principaliter,deliberat omnino uelle occupare remp. & in demonſtratiuo per accidens,demonſtrat indignitatem aduerſariorum. Captat beneuolentiam ab auditorum perſona . cum laudet eos à fortitudine & à fide,à perſona aduerſariorum,cum trahat eos in odium & perſona ſua,cum oſtendat ſeparatiſſimum pro omnium utilitate & laude,à rebus ipſis,cum demonſtrat ex hoc negocio habituros maximam utilitatem, & gloriam,ſi captimant illos quorum arbitrio reſp.regitur. Argumentum ſumitur à facili , facilis erit uictoria cum ſimus vno animo & fortes , nec non iuuenes, illi econuerſo ſenes,& molles. Ab utili,utile erit uobis,quia liberamini à ſeruitute & magiſtratus aſſequemini . Ab honeſto,honeſtum eſt potius mori per uirtutem quàm per ignominiam uitam amittere & cum hominum irriſione degere. [Virtus).i.fortitudo. [In manibus).i.in poteſtate noſtra[Per ignauiam) Per ignauos homines. [Cantarem) Adirem.[Eo)Ob id [Incipere).i.aggredi.[Maximum)Quātu n ad rem ipſam [Pulcherrimum) Quantum ad laudem.[Agitaui) Concepi [Diuerſi) Separatim.[Vendicemus) Liberemus nos à ſeruitute turpiſſima.[Ditionem)Quaſi in ſeruitutem [Tetrarchæ) Dicuntur illi qui habent adminiſtrationem quartæ partis regni.[Populi.nationes)Articulus eſt,& loco coniunctionis notatur coma.[Vulgus),i.ſine fauore.[Valeret) Bene ordinata eſſet. [Itaque omnis g.) Contentio eſt color rhetoricus qui demonſtratiuo accommodat, & uituperio apertiſſima eſt ſedes in cōfirmatione & cōfutatione , & ab exordio non eſt alienus dum captatur beneuolentia ab aduerſario. [Nobis reliquere) Contrarium eſt.[Repulſas).ſ.petitione conſulatus uel alicuius officij. [Pericula) Quia nos periculis exponunt.[O fortiſſimi) Interrogatio eſt,contra narrationem color ponitur,aliquando in exordio ad criminationem,aduerſarij,raro in concluſionem.[Verum enimuero) Ordo eſt,uer.teſtor ,iuro,affirmo. Victoria eſt in manu nobis.prob fidem deum & hominum. i.auxilium deorum & hominum.ſ.ſuccurrite hominibus miſeris, exclamatio eſt color qui frequenter demonſtratiuo adiungitur, multum habet acrimoniæ & cōficit ſignificationem doloris uel indignationis,conuenit figuræ apoſtrophæ.[Viget ætas,animus va.)Color eſt, qui membrum appellatur,differt ab articulo, quia pluribus uerbis conſtat.[Conſenuere) Diminutiua ſunt . [Expedire . i.explicabat.[Etenim) Contentio eſt cum contrario. [Tolerare).i.tam patientes in lōgum ferre [Ad neceſſaria)At quotidianum uſum & uictum.[Larem).i.domum . [Toreumata(.i.uaſa cælata & ſculpta , ut ait Plin.qui Tronice tronices ipſam artem appellat,[Trahunt).i. accumulant.[Summa libidine).i.immoderata cupiditate . [As nobis) Contrarium eſt . [Res).i.conditio noſtra infelix . [Spes aſperior) Quia quotidie deteriora ſperamus [Quin igitur)Cōtentio eſt. [Decus).i.honores & magiſtratus . [Res.i. conditio noſtra miſera . [Accepere).i.audiuere. Virg . Accipe nunc Danaum inſidias . [Mala).i.flagitia . [Res,)Id eſt patrimonium. [Spes) ſ.honorum & diuitiarum.[Tabulas nouas). i. abolitiones pecuniæ quam creditoribus debebant , ut Cic.lib.2.Offic. eſt auctor,ait enim , Tabulæ uero nouæ . [Rapinas,i. direptiones bonorum.[Mauritania)Ex oppoſito eſt Hiſpaniæ & parum ab ipſa diſtat.[Egeſtatis) Vt puta,neſcis amice quod pauperes ? [Periculi) Neſcis quòd ſuſpectus es tali uiro? Ignominiæ) Neſcis quòd omnibus ludibrio es?]Execrationem)Imprecationem omnium malorum . [Circumtuliſſe).ſ.ferunt. [Atque eo) Aliqui legunt,dictam rem,nonnulli , eo dictante. [Adiceret).i. obligaret.[Ficta hæc).ſ.quòd ſanguinem biberent. [Coopertus) .i.circundatus.[Probri.i.dedecoris.nam erat dedecori.reip. homo adulter & idem aleator,quibus uitijs,ut ait Aſconius , à reip.remotus fuit.[Vanitas).i.leuitas.[Conſuetudo).i.uſus.[Obnoxia) Deuincti,obſequens.Quid proprie ſignificat obnoxius, lege Gellium.lib 7.cap.13.[At Fuluia)Fuluia cognita cauſa. [Inſolentiæ).i. ſuperbiæ non ſolitæ. [Sublato) .i.non nominato Catil.principe coniurationis,uel Curio à quo ipſa audiuerat omnia.[Studia ,)Id eſt animos hominum·[Egregius ,) Id eſt uirtute excellens.[Homo nouus) Appianus ait , Ciceroni conſulatus Catilinæ loco delegatur. ob id Catilina eos improbans à quibus conſul eſſet deſignatus , ignobilitatem Ciceronis inuectus, nouum hominum Ciceronem appellat. ſic enim eos qui à ſe ipſis nulla maiori dignitate claruere, Rom.ſolent nominare hoſpitalitatem prætereà urbis irridens,inquilinum enim nominet,quo verbo dicuntur hi qui alienas domos incolunt .[Obportunus) Vbi daretur occaſio perturbandæ reip . [Manlium) Præpoſitus erat Centurio in Hetruria . [Qui poſtea,)Id eſt congregato exercitu . [Ætas). ſ.ſenilis.[Luxuriæ) .i. intemperantiæ tam in ueſtibus quam in uictu. [Luxuria)Quia luxurioſe,ut erat ſolita,uiuere non poterat.[Inopia)Parum lucrabatur quęſtu corporis propter ſenectu tē. [Nihilominus) . i.quamuis detecta eſſet coniuratio . [Neque interea).i.dum comitiorum tempus expectabat. [Alij codices) Neque illi tamen ad cauendum aut aſturię,aliqui non habent,tamen.[Cauendum) . i.declinandum periculæ. [Occulte)Per inſidias .[Aſpera)Nimium difficilia. [Fœda) Ignominioſa . Ordo igitur. Miſit C.Manlium Feſulas atque in eam partem Hetruriæ. Et miſit quendam Septimium Camertem in agrum Pic.&c .[Hortari uti ſemper).i. omni tempore. Procedit,ſuccedit in effecta.[Manlium),ſ.centurionem. [Item alios).ſ.docet præmiſiſſe . [Oppreſſiſſet)Abſtuliſſet.[Officere) . i.reſiſtere & impedimento eſſe. [Propter .i.feſtinanter. [At illi) .ſ.Cornelius & Vargum [Ac) Pro &c) [Simul) Etiam. [Interea) .ſ. dum hae Romæ geruntur. [Quibus) .ſ. colonis , coloniæ Latinæ dicebantur quæ ea Italia ducebantur . Romanæ vero quæ ex ipſa vrbe,vt ſentit Liuius. [Luxuria) .i. immodicus apparatus. Sen. ait , Culina fœdiſſimum patrimoniorum exitium .[Nihil reliqui) Quia talia bona male acquiſita non diu durant . Vnde Sen. Nulli cui proſpere rapina ceſſit . [Permotus,) Id eſt turbatus . [Quo conſilio fo.) i. quo vellet erumpere. [Exagitatam) .i.diuulgatam. [Atroci.) i. difficili. [Coercere) Mihi non placent quæ interpres . [Poſt paucos d.) .ſ.quàm hæc agitata ſunt conuentus.i. conciones .ſ. à popularibus Catilinæ . [Martius rex) Cognomentum eſt. [Permota) Perculſa . [Facies,) Id eſt ſpectaculum quia omnes mulieres inculte erant. [Neque loco neque homini,) Quia non audebāt ſe tuto credere neque loco neque hominibus, nam fides violabatur . Bellum gerere) Quia hoſtes non erant . In expeditione & ambiguo exitu poſiti erant . [Pacem) Quia timebant hoſtes paratos contra patriam . [Afflictare) .ſ. lacrymis & verberibus . [At animus crudelis) .i.ſanguinarius. [Parabantur).ſ.à ſenatu. [Diſſimulandi).i.occultandi ſcelus ſuum. [Ira commotus) Ariſt. ait, orator iratus vehementior eſt . Sed Sen. ait, oratorem iratum non ſeruare modum in dicendo , nec oratorem iratum oportere , ſed irato ſimilis . [Luculentam,) Id eſt copioſam . [Aſſedit).i.orationi finem poſuit. [Temere) i. valde.[Ea familia).ſ. bene merita de rep. [In bona ſpe.)Bene agendo,bene ſperando ſi bene meritus eſſet de rep. [Perdita repub.] In qua non poſſet habere magiſtratus,alij ſic legunt,cum eam ſeruaret M. Tullius inquilinus vrbis Rom. [Furibundus) Furore percitus . [Circumuentus) Poſitus in medio . Ruina veſtra) Nam vos omnes perdam. [Ex templo) .ſ. telluris vbi habebatur ſenatus,alij legunt ex curia, idem eſt. [Voluens ſecum) i. in animo. [Procedebant) .i. ſortiebantur effectum. [Vigilijs) Excubij. [Scriberentur) .ſ. à S. P. Q. R· [Vſui) .i. ad neceſſarium. [Lentulo ceteriſque) .ſ.coniuratis. [Promptam) .i.paratam. [Factiones).ſ.coniurationis. Aliqui codices habent,opes factionis. [Seſe).i.dixit.[Propediem) Ad paucos dies . [Dum hæc Rom. g.) Ideo dum dederat mandata Cethego , & Lentulo. [Cum mandatis h.) Et notandum quòd apud Rom. lex erat capitalis , ſi legatus aliter quàm à ſenatu accepiſſet, verba retuliſſet,

quia, vt infert Sen. Nihil eſt tam bene dictum, quod in male referendo, pro malo non habeatur.

RIVIVS IN abditam partem ædium ſeceſſit] Manuſcripta duo ſecedit. quomodo & alia pleraque. [Niſi uirtus atque fides ueſtra ſatis ſpectata mihi forent] Legendum è uetuſtis. Ni uirtus fidesq́. ueſtra ſpectata mihi forent. omiſſa particula illa Satis, quã nec Fabricianus habet codex, nec requirit magnopere ſenſus. Si qs tamen eam adiectam uelit, non admodum repugnabo, eſt enim in Merſeburgenſi. Sed & Terent. Satis iã Simo, ſatis ſpectata erga te amicitia eſt mea. Beroaldinum exemplar eam non habet, Ni, pro niſi ponitur. & ſic numerus ipſe exiget, cuius eſt obſeruatiſſimus Saluſtius. Nec uero aliter Seruius in Georgica Virgilij citat. Iam illud, uirtus atque fides ueſtra, ueſtrum quid neſcio atque immane ſonat, Quanto modulatius, uirtus fidesq́ue ueſtra. [Spes magna dominatio, in manibus fruſtra fuiſſent] ita & manuſcripta ferè, quæ ipſe uiderim. In recẽtioribus Spes magna dominationis, legitur. [Simul quia uobis eadem quæ mihi bona malaq́ue eſſe intellexi] τὸ Eſſe non eſt in Merſeburgenſi, neque in Veneto, aut alijs impreſſis uetuſtioribus. ac elegantius & maiore cum gratia abeſſe uidetur. Mox. [Nam idem uelle atque nolle, ea demum firma amicitia eſt] Sic & in Hecyram Donatus. In Fabriciano uero, idem uelle atque nolle. Perperam autem in eſt in exemplari Colonienſi additum Res nec enim in uetuſtis reperitur. [Quæ conditio uitæ futura ſit, niſi noſmetipſos uindicemus in libertatem] Legendum arbitror, ni noſmetipſi id enim præterquam quòd elegantius eſt, etiam ueterum conſenſu codicum magis comprobatur. [Ceteri omnes ſtrenui, boni, nobiles, atque ignobiles, vulgus ſumus, ſine gratia, ſine auctoritate] Quamuis eodem modo codices manuſcripti, eſt in pleriſque tamen, ut & Beroaldino, uulgus, fuimus, tempore præſenti, pro nullo numero habemus, hoc eſt, contemnimur deſpicimur. Sed & Fuimus, non ſanè diſplicet, quod exemplaria ferè habent. [Nobis reliquere pericula, repulſas, iudicia egeſtatem] In uetuſtis eſt. Repulſas nobis reliquere, pericula, iudicia, egeſtatem. Vtra uerborum ſeries concinnior eſſe uideatur, alij iudicẽt. Mox quæ quouſque tandem patiemini ò fortiſſimi uiri] In Fabriciano & Beroaldino non eſt, O. ac mihi ſane ab literatore inſulſo additum uidetur, Eſt tamen in Merſeburgenſi atque alij. Mox. Nõ ne mori per uirtutem præſtat, quàm uitam miſeram atque inhoneſtam, ubi alienæ ſuperbiæ ludibrio fueritis, per dedecus amittere? Volumen Fabricianum habet, ubi alienæ ſuperbiæ ludibrio fueris id haud dubie cum rectius, tum elegantius eſſe uidetur. Et talis ἑτέρωσις numeri, incredibilem quandã gratiam & venuſtatem habet Mox. [Verum enimuero per Deum atque hominum fidem, uictoria in manu nobis eſt] Priſcianus legit pro Deum atque hominum fidem 14. Pro, inquit, etiam interiectionis loco ponitur, & circumflectitur. Vt Sal. in Catil. Pro Deum atque hominum fidem. Neque ſecus interpres quicunque is, legiſſe uidetur. In uetuſtis inſcriptionibus fere Proh reperimus cõtra quam uel Priſcianus ipſe uel alij quidam uelint. Nam & Feſtus cum Priſciano facit. Inter alias enim ſignificationes huiuſce particulæ Pro, quas multas lib. 14. recenſet, etiam admirationi ſeruire eam docet. vt Pro Iupiter. nam hoc ipſum exemplum ſubdit. [Niſi forte animus me fallit] Manuſcriptum habet, ni forte animus fallit [Tametſi illis quieta mouere magna merces uidebatur] Eſt in alijs, quietam temp. mouere, Sed manuſcripta ferè cum priore lectione faciunt. & illud Quietam temp. ex gloſſa irrepſiſſe ſuſpicor Nam quieta mouere hic eſt qetum & tranquillum ſtatum ciuitatis turbare. [Tamen poſtulauere plerique uti præponeret] In Fabriciano eſt, tamen poſtulare plerique pro poſtulabant, ut ſit ἐναλλαγὴ modi. [Quę præmia armis paterent] Manuſcriptum, quæ armis præmia paterent. [In Catil. polliceri tabulas nouas proſcriptionem locupletum] Manuſcripta ut & impreſſa quædam Proſcriptione locupletium. Id mihi rectius numeroſiusq́; eſſe uidetur. Sed & Cic. utitur hoc genitiuo ad Atticum. Nec moderatorem quàm Sylla, in pecunijs locupletium. Nam in ablatiuo dici locuplete & locupleti, docet Q. Rhemnius Palæmon unde genitiuus exiſtit locupletum & locupletium. Quanquam idem Cicero, ne quid, diſſimulem proſcriptiones locupletum dixit in Paradoxis ut in uulgaris eſt exemplaribus, in manuſcripto locupletium reperi. Porrò tabulæ nouæ latinis dñi, quæ Græcis χρεῶν ἀποκοπαί quõ & Ci. appellat. 7. ad Attic. Eſt aũt publica quædam æris alieni abolitio, & pecuniarũ creditarum quaſi condonatio. Meminit harum Cic. 2. Offic. & Liu. 2 belli Macedonici, ut interpretis inſcitiam iure miretis, qui hoc admirandas tabulas, & artificioſe pictas, intelligit p tabulas nouas. [Proſcriptionis uero nomen à belli ciuilibus initiũ ducit. nam in tumultu & diſſenſione ciuili, eiuſmodi extitere Marij & Syllæ, Cæſ. & Pomp. qui conſecuti uictoriã erant, ij nomina eorum quos fuiſſe diuerſarum partium putabãtur, in tabulis deſcripta proponebãt, conſtitutis præmijs, & ſi qs eorum quenquam occidiſſent, bonis etiam proſcriptorum publicati atque haſtę ſubiectis. Porrò Sylla proſcriptionis tabulas primus propoſuit, neq́. non contentus in eos ſæuiſſe qui armis à ſe diſſenſerant, etiã quieti animi ciues, propter pecuniæ magnitudinem, proſcriptorum numero adiecit quemadmodum Valerius inquit, Poſtea obtinuit conſuetudo, ut in exilium eiecti, proſcripti dicerentur. Ergo polliceri Catil. proſcriptionem locupletũ, nimirum ut illis interfectis, impetus in eorum bona fieret. Mox. [Magiſtratus, ſacerdotia, rapinas, & alia quæ bellum atque libido uictor fert] In manuſcriptis eſt, alia omnia, omiſſa illa Et, copula. [Præterea eſſe in Hiſpania citeriore Piſonem dicebat, in Mauritania cum exercitu &c.] In manuſcriptis atque alijs uetuſtioribus non eſt, Dicebat, & maiore cũ gratia abeſſe poterit. Irrepſit autem ex gloſſa addita. [Cum eo ſe conſule initium agendi belli facturum] Sic & Aldinum exemplar Merſeburgẽſe habet in ſpatio agẽdi. ſ. bellum. Verum in ceteris manuſcriptis nõ eſt, Belli. ac neque ſenſus ipſe neque latinitatis ratio patitur, ut addatur. Niſi quis legere malis, initium belli facturũ, ut omittatur, Agendi, quo exemplar habet Beroaldi. Nam inferius quoque, Qui initium belli faceret, inquit. Sed & Cæſar, Omnibus pollicitationibus ac præmijs depoſcunt, qui belli initium faciunt. Hoc loco etiam Si conſulẽ habent codices in membrana deſcripti, caſu accuſatiuo, conſentientibus impreſſis quibuſdã. quod non ſanè diſplicet. [Ad hæc maledictis increpat omnes bonos]. Quanquam eodem modo Aldinum quoque exemplar, tamen rectius in manuſcriptis, Ad hoc, nã ſic ferè Sal. alias, nec aliter. Tacitus. [Suorum unumquenque nominans laudare, admonere alium egeſtatis, alium cupiditatis ſuæ] Perperam Gymnicus, admonebat, quanquam ſic in alijs quoque eſt, Irrepſit aũt ex gloſſa. Mecum facit exemplar Venetum, Schurrerianũ, alia pleraque. [Multos Syllanæ uictoriæ] Manuſcripta, multos uictoriæ Syllanæ, ut adiectiuum ſequatur. Paulo poſt, Conuenerũ, dimiſit. Nam in codices in membrana deſcripti. [Inde cum poſt execrationem omnes deguſtaſſent, ſicuti in ſolennibus ſacris fieri conſueuit, dicitur aperuiſſe conſilium ſuum] τὸ Dicitur, ex gloſſa irrepſiſſe uidetur. Neque enim eſt in uetuſtis. Et elegãtius citraq́; detrimentum ſenſus abeſt. Merſeburgenſe, fieri conſuetum, ſed eodem ſenſu. [Atque eo dictare, quo inter ſe magis fidi forent] Hic mire uariant exemplaria uetuſta. Quid ſi legas, atq; id rea, ſiue eo feciſſe? tamen hoc uerbum cum in manuſcripto ſit, in recentibus deſideratur) uel atque eo id a ite, feciſſe. quo inter ſe &c. quomodo legendum eſſe, coniectura quadam ducor ad ſuſpicãdum? Hæc etiam adnotatam, cum ecce in duobus manuſcriptis reperio. Atque eo dictã rem feciſſe, quæ mihi lectio maxime omnium probatur. & habet eandem exempla Beroaldinũ. [Nonnulli ficta & hæc & multa præterea exiſtimabant eſſe abhis, qui Cic. inuidiam &c.] τὸ Eſſe, non eſt in manuſcriptis, neq; in impreſſis uetuſtioribus, ac ſolet interdum per Eclipſin abeſſe ſumma cum uenuſtate orationis, ut eſt ab alijs quoque adnotatum [Nobis autem ea res] τὸ Autem non habẽt exemplaria manuſcripta ac rectius abeſt. [Quem Cẽſores ſenatu probri gratia admouerant] Quid ſi legas, mouerant? Nam ſic ferè dicimus mouere Senatu, pro eijcere. Alterum illud, haud ſcio an ſit uſpiã lectum. aut ſi eſt, rarum certe eſt. Fortaſſe, illa uocalis, A, in antecedente dictione extrema, eademq́ in Amouerant prima, locũ errori fecit. Hæc iam ſcripſeram, cum ecce inſpecto codice Fabriciano, Mouerant ibidem reperi licet in alijs amouerant. Ceterum, vt hoc quoque obiter addam, Cenſores vt in ampliſſimũ ordinem plerunque, quos commodum foret, legendi ius habebant, ita & ſenatu mouere ſolebant, ſi quos honore ampliſſimo indignos iudicaſſent. Itaque & hic Saluſtius Q. Curium hominem flagitijs atque facinoribus coopertum, ſe natu à Cenſoribus motũ dicit. [Neque reticere quæ audierat, neque ſua metipſe ſcelera occultare] Eſt in quibuſdam, ut ſe & Merſeburgẽſi, neque ſuametipſe ſcelera Quomodo Liuius 8. ab V. C. Epoto medicamento, ſuametipſe fraude interierũt. Sed & prior lectio placet. nam idem Liuius ſeptimo belli Punici ſecundi. Ita inde Annibal, inqt, ſua & ipſe fraude captus abijt. τὸ Prorſus quod mox ſequitur, ad ſequentia pertinet, ac perperam eſt à Gymnico ſuperioribus additum, ut ſit, Prorſus neque dicere neque facere quidquam penſi habebat, pro, nihil curabat, Liuius, Quia neque qd dicerent, quidquam nunquam penſi fuiſſet. [Erat ei cum Fuluia nobili muliere ſtupri uetus conſuetudo] In alijs, muliere nobili.

quomodo

quomodo & manuſcriptis, elegantius autem ſequitur adiectiuum. [Maria montisque polliceri cœpit, minari interdum ferro) Perperam eſt in recentioribus addita illa, Et, copula, ad verbum Minari. Quod vt ad ſenſum nihil, tamen ad orationis venuſtatem facere haud parum videtur. Ferrum pro gladio dixit per Metonymiam, vt ex materia intelligas rem confectam. Et quanquam hæc figura Poetis familiarior ſit, vtitur ea tamen & Cic. nonnunquam, velut pro Cecinna, In aliquem venientem cum ferro inuadere, & homines inſtructi & certis locis cum ferro collocati. [At Fuluia inſolentiæ Curij cauſa cognita) Legendum è vetuſtis, inſolentiæ, pro, ubi cauſam cognouit inſolentiæ Curij. Nam apiculus ille, quo fit diphthongus, perperam eſt in impreſſis omiſſus. [Quæ & quomodo audierat, compluribus narrauit) Legendum, quæ quomodo audierat. Nam eſt illa, Et, copula ab inſulſo forſan literatore addita. neque enim in manuſcriptis reperitur. Niſi quis legere malit, quæque & quomodo audierat. nam ſic quoque legendum coniecturis quibuſdam adducor vt ſuſpicer. [Si eum quamuis egregius, nouus homo adeptus foret) In manuſcriptis eſt, homo nouus quæ collocatio verborum melior, qua & Cic. ferè vtitur. Dicitur autem homo nouus, qui nulla generis & proſapiæ nobilitate commendetur, & qui propter ignobilitatem à ſe ortus videatur, hoc eſt, qui nulla adiuuetur in adipiſcendis honoribus commendatione maiorum, quique nullas horum oſtentare imagines, nec res geſtas virtuteſque iactare poſſit. Cicero Philipica 6. Quid enim non debeo vobis Quirites, quem vos à ſe ortum hominibus nobiliſſimis omnibus honoribus prætuliſtis? Idem in Saluſt. Ego, inquit, maioribus meis virtute mea præluxi, vt ſi prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ ſuæ. Vtro bique ſignificat, ſe eſſe hominem nouum. Teſtatur & Plutarchus in vita M. Catonis, homines appellari nouos ab Romanis τοὺς ἀπὸ γένους δόξαν οὐκ ἔχοντας, ἀρχομένους δ' ἐγνωρίζεσθαι δι' αὑτῶν vt ipſe inquit. Huic in Iugurtha Sal. opponit hominē veteris proſapiæ ac multarum imaginū quē vno verbo nob lē dicimus. [Nanque à principio ſui conſulatus) Manuſcripta, Conſulatus ſui. Mox. [Pactione prouinciæ propulerat) Manuſcripta duo, perpulerat. quomodo & ex impreſſis quædam. [Ne contra remp. diſſentiret) Eſt in manuſcriptis omnibus, quæ ipſe viderim, Sentiret, neque ſenſus id repudiat. Tametſi ne alterum, quidem diſplicet, ſi ſubaudias, ab ipſo. Quoniam quæ occulte tē tauerat aſpere fœdeq. euenerant) In manuſcriptis & alijs antiquioribus eſt, aſpera fœdaque, nec aliter legit interpres, qui ſuus eſt. [Et cum eo L. Vargunteius ſenator) Manuſcripta L. Vagunteius. Quanquam Plutarchus in vita Ciceronis hoc omiſſo C. Cethegum prouinciam cepiſſe Conſulis interficiendi teſtatur. [Senatus decreuit, vt darent operam Conſules, ne quid reſpub. detrimenti caperet) τὸ Vt, in exemplaribus manuſcriptis non eſt. Ac elegantius omitti, quàm addi videtur. tale illud Liuij, Præſcribit monetque Lilybeum firmo teneret præſidio. Cæſar. 1. belli Ciuilis: Quotieſcunque ſit decretum, darent magiſtratus operam, nequid reſpub. detrimenti caperet. pro decretum vt darent. [Aliter ſine populi iuſſu, nulli earum rerum Conſuli ius eſt,) Manuſcripta duo, nullius earum rerum. Niſi quis Nulli vetuſte poſitum malit pro Nullius. quomodo Comicus dixit, Tam iners tam nulli conſili. & in Truculento Plautus, Coloris vlli, pro vllius. Nec enim τὸ Conſuli addendum puto. Sed vt hoc obiter addam, Aliter Saluſtius pro alioqui poſuit, Ius pro poteſtate. [Igitur ſenatus decreto, Q. Martius rex Feſulas, Q. Metellus Creticus in Apuliam, circumque ea loca miſſi) N. Marcellus de mutata declinatione agens, Senatu decreto hic legendum adnotauit, Quam veram eſſe lectionem reor, & ſic in adultero manuſcripto fuerat, ſed eratum erat, id eſt. Habet eodem modo exemplar Florentinum. Mox. [Hi vtrique ad vrbem imperatores erant impediti ne triumpharent calumnia paucorum) In Vetuſtius quibuſdam eſt, vtrique enim &c. ſed in manuſcriptis eſt, vulgata lectio. Aſconius Pędianus, ij vtrique legiſſe videtur. Nam perperam ibi quidam, Secundo, legunt. quaſi ij numerum notet, ac non potius pronomen ſit. Hoc eos, qui locum citarunt non obſeruaſſe miror. [Hiſque permiſſum eſt, vti pro tempore) Legendum, hiſque permiſſum omiſſo verbo ſubſtantiuo. quomodo & Merſeburgenſe exemplar, & alia quædam habent. [Ad hoc ſiquis indicauiſſet de coniuratione) Melius in alijs, indicaſſet, per ſyncopam. [Præmium, ſeruo libertatem) Sic & in Fabritiano. In ceteris ferè, præmium decreuere, &c. quomodo item in impreſſis vetuſtioribus. Niſi quod in his ferè præmia legimus, numero plurali, id quod minus probo. [Neque loco, neque cuiquam homini ſatis credere) Legendum, neque homini cuiquam, vt eſt in manuſcriptis. Atque hic in hiſce vocibus ordo ferè ſemper apud alios quoque reperitur. [Ex ipſe Plautia, lege interrogatus erat] Manuſcripta, lege Plautia, vt ſequatur adiectiuum, ita vt in talibus ferè ſolet. nam dicimus, lex Iulia, lex Manlia, &c. [Sicuti iurgio laceſſitus foret, in ſenatum venit) In alijs eſt ordo verborum mutatus, licet mancore ſenſu. Sed ad hæc & ſimilia eſt nobis conniuendum, ne minutis in rebus occupari, καὶ περὶ μικρὰ σπουδάζειν videamur. [Catilinę vt erat paratus ad ſimulanda omnia) Manuſcripta, ad diſſimulanda omnia. & ſic item ex impreſſis quædam, velut Beroaldinum & Venetum. Diſſimulamus autem quæ ſunt. ſimulamus quæ non ſunt. [Sed & paulo ante de eodem Saluſt.) Poſtremo diſſimulandi cauſa &c. Quanquam vulgatam lectionem non reijcio, quam & Merſeburgenſe habet. [Ita ab adoleſcentia vitam inſtituiſſe, vti omnia bona in ſpe haberet) Alij haberent. pro, vt omnia bona de ipſo ſperanda & expectanda forent. Perperam & Gymnicus & alij, dicebat vitam inſtituiſſe. quod verbum ex gloſſa addita, vt opinor, irrepſit in contextum. Nam maiore cum gratia & venuſtate abeſt. Ita Cic. Habendas eſſe quam laxiſſimas habenas, caput enim eſſe ad bene viuendum ſecuritatem. & Virg. 9. Æn. tunc Niſus & vna Eurialus confeſtim alacres admittier orant, Rem magnam precium q. moræ fore ſupple dicunt. Tale illud quoque in Iugurtha: Poſtero die cum Aulo in colloquio verba facit, tametſi ipſum cum exercitu fame ferroque clauſum teneat, tamen ſe rerum humanarum memorem, ſi ſecum fœdus feciſſet, incolumes omnes ſub iugum miſſurum. vbi perperam eſt in Veneto quodam, tamen ſe dedit memorem. quod verbum ex gloſſa addita irrepſit. Mox. [Ne exiſtimarent) Perperam Gymnicus, Neque. Mox, Cuius ipſius atque maiorum plurima beneficia in plebem Rom. erant) Legendum, eſſent. quomodo eſt in vetuſtis. Atque ita & ſenſus ipſe poſtulat, & elocutionis ratio. Paulo poſt. Ad hæc maledicta alia cum adderet. In manuſcripto ceteriſque vetuſtioribus eſt, Ad hoc. atque ita ferè Sal. nunquam aliter. [Incendium meum ruina reſtinguam) In manuſcriptis eſt, extinguam. quomodo & in alij quibuſdam. Nec ſecus legit Felicius Durantinus, hęc verba citans: Verum mihi prior lectio magis arridet. nam & Cic. pro L. Muræna, Catil ait Catoni iudicium minitanti reſpondiſſe, ſi quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum, id ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum. Sed & Florus eodem modo, nam Sal. verbis vtens, Conſul inquit, habito ſenatu in præſentem parricidam reum Cic. perorarat ſed non amplius profectum, quam vt hoſtis euaderet, ſeq. palam profeſſo incendium ſuū reſtincturum ruina minaretur. Val. Maximus verbo extinguere vtitur, L. vero Catilina, inquit, in Senatu M. Cicerone incendium ab ex ipſo excitatum dicente, Sentio, inquit, & quidem illud ſi aqua non potuero, ruina extinguam lib. 9. cap. de dictis improbis aut factis ſceleratis. [Deinde ſe ex curia domum proripuit) In quibuſdam eſt, è templo proripuit, priorem lectionem in Aldino quoque reperias & in manuſcripto. Sed eſt idem ſenſus, vtrocunque modo legas, Cicero in Catilinam obiter oſtendit Senatum ab ſe fuiſſe in ædem Iouis Statoris vocatum, remq. omnem ibi ad P. C. delatam, eodemq. Catilinam, veniſſe, ſui (vt hic Sal. ait) purgandi cauſa. Sed & Plutarchus in vita Ciceronis vocatū ab eo Senatū ait εἰς τὸ τοῦ στησίου Διὸς ἱερὸν ὃν στάτορα ῥωμαῖοι καλοῦσιν, vt ipſe liquet. Et quibus liquet, nō inepte legi poſſe, ea templo. Sed hoc in medio relinquemus. [Et ab incendio intelligebat vrbem vigilijs eſſe munitam) τὸ eſſe non habet codex Merſeburgenſis, neque manuſcriptus ille cuius plerumque fidem ſequor, niſi quòd in ſpatio ipſo quod verſus dirimit, idem adiectum eſt. Nec eſt in impreſſis paulo emendatioribus. [Multa antecapere quæ bello vſus forent. perperam Gymnicus, multa loca ante capere. [In Manliana caſtra profectus eſt) Hanc lectionem probo non diſſimulabo tamen, qui me ſcrupulus male habeat. [Merſeburgenſis codex, vnus ex omnibus habet, Malliana, ſimplici l.) Sed & Manlius ibidem ferè, ſemper, contra quam in alij, reperitur. Eodem modo apud Plutarchum in vita Ciceronis, Μάλλιον. Interpretem miror, cur Manliū verterit, vbi Plutarchus, οὗτοι γὰρ ἡγεμόνα Μάλλιον ἔχοντες. Sed & poſt πρὸς τὸν Μάλλιον, ſemel atque iterum ad Manliū vertit interpres, is qui vitā Ciceronis ex Gręco in Latinum ſermonem tranſtulit. Niſi aliter fortaſſe. ac nos hodie, ſuo is in codice habuit. Nam poteſt eſſe locus mendoſus, quòd ad hanc vocem attinet. [Mādat, quibus rebus poſſent, opes factionis confirment) In quibuſdam eſt, vt confirmēt. ſed prior mihi lectio magis arridet, quam codices & manuſcripti habent.

GLAR. SPES magna dominationis in manibus fuiſſet) Ita vetus codex, at Aldinus habet, Spes magna, dominatio in manibus fuiſſet, quam lectionem ego non probo, neque dominatio in manibus fuit, ſed dominationis ſpes. [Poſtremo omnibus modis pecuniam trahunt, vexant) Poſt vexant, diſtinguendum, quanquam lectori conſiderandum, quid hic Vexant proprie ſignificet, videtur enim à veho hic etiam ſignificatione frequentatiuum eſſe, vt reſpondeat adtraho. [Mala res, ſpes multo deterior) Vide vt accipetie ſpes, pro timore ac, an reuera pro ſpe ſine effectu, vt vere à philoſophis dubitetur, plus ne boni, an mali adferat ſpes mortalibus. [Spes neque res. neque ſpes bona vlla) Comment. exponit, nihil habebant, & nihil ſperabant, quod deterius eſt. Idq; mihi placet. Sed quod alij, quietam remp. mutarunt in quieta, hoc lectori iudicandum. Exemplar vetuſtum habebat. Tametſi illic quietam remp. mouere mag. mer. vid. [Atque eo dictare, quo inter ſe magis fidi forent) Codices alij habebant, atque eo dictare feciſſe, quo inter ſe, &c. Alij feciſſe verbum ſuſtulerunt, quando intelligi poſſit. Badius legit. Atque eo dictam rem feciſſe, quo inter ſe magis fidi forent. quę lectio planior eſt, ſi modo ſit Auctoris, quod ego neutiquam affirmarim. Vetuſtus codex habet: Atque eo dictitare feciſſe, quo inter ſe. &c. [At Fului a inſolentia Curij cauſa cognita) Idem Badius, inſolentiæ, in gignendi caſu legit, & codex quoque vetuſtus quod placet propter compoſitionem etiam ſi alijs ablatiuum exponant propter inſolentiam. Illud autem, ſublato auctore, varie commentarij explicant, alius ſublato auctore. i. diſcedente. alius ſublato, i. tracto vel alleuato, ego propemodum auſim veram expoſitionem dicere, ſublato. i. non nominato. [Feſulas ad Manlium quendam portare) Quendam ait, tanquam obſcurum, vt quem neque ſuperius inter inſigneis coniuratos numerauit. C. Manlium paulo poſt vocat. Mirum vero illum exercitus ducem electum. Verum oportuit præcipuæ audaciæ fuiſſe hominem. Commentarius qui Vallæ adſcribitur, ait, Feſularum principem fuiſſe, ſed errat ex Saluſt. verbis non intellectis. [Ea poteſtas per ſenatum more Rom.) Ea poteſtate, legere malim hoc ſenſu: Ea maxima poteſtate per ſenatum more Rom. data magiſtratui permittitur exercitum parare, bellum gerere, &c. quanquam alteram lectionem per nominandi caſum nequaquam reijcio. [Poſt paucos dies L. Senius ſenator) Alij, L. Seruius, legunt, fortaſſis, L. Seruius legendum. At id parui momenti, illud potius cogitandum, cū mox ſubiungit: Ante diem ſextum calendas Nouembris Manlium cepiſſe arma, num ipſum ſextum calendas, an, ſeptimum, hoc eſt, num viceſimum Octobris diem, an viceſimum ſextum intelligamus. In prima Cic. aduerſus Catil. oratione, ſimilis dicendi modus eſt: In ante diem 8. calendas Nouembreis. quanquam codices variant, quaſi diceret, in diem qui vocatur octauus ante calendas. Commentarij varie hoc exponunt. Item continuo poſt Arma portari, Capuæ atque in Apulia ſeruile bellum moueri. [Quidam Parari legunt pro verbo portari, ac poſt Capuæ diſtinguunt hoc modo: Arma parari Capuæ. vt intelligamus, Capuæ parari arma, ceterum ſeruile bellum in Apulia moueri. [Præmium ſeruo libertatem, & H.S. centum) In alijs codicibus adijcitur verbum Decreuerunt, ad hunc modum, præmium decreuerunt ſeruo libertatem. Quod neſcio num conſulatus intelligatur, an ponatur. Vetuſtus certe codex habet. Præmium decreuere. In Liuio autem nō vno duntaxat loco, ſerui præmium eſt 25. millium æris, liberi C. millium. Hoc eſt Budæana ſupputatione ſerui 250. coronati, liberi mille. Hic igitur ſerui præmium decuplo maius liberi quintuplo. Nam centum H S. faciunt coronatos 2500. Ducenta vero 5000. coronatos. Verum quia ſæculum hoc diuius illis apud Liuium? an periculum reip. hoc Maius viſum magiſtratibus ac Senatui? [Vti Gladiatoriæ familiæ Capuam) Hic Cōmentatores nihil ad rem dīt. Alius quidam ita exponit, vti Gladiatoriæ familiæ. i. ipſi Gladiatores in familias diſtributi. per municipia diſtribuerentur, ne Romæ tumultum mouerent, vt antea ſub Spartaco factum eſt, atque hoc pro cuiuſq; municipij opibus. Quæ ſententia non multum abeſt à vero. Illud cuiuſque Badius exponit. ſ. familiæ. Sed C. Cæſaris verba in oratione, quæ poſtea ſequitur, oſtendit de municipijs intelligendum. Ea ita habent ad finem eius orationis, vbi de captiuis ſententiam definit: Sed ita cenſeo, inquit, publicandas eorum pecunias, & ipſos in vinculis habendos per municipia, quę maxime opibus valent. Hæc ille. [Quibus pro reip. magnitudine belli timor) Hoc à quibuſdam & inuerſe legitur, & peruerſe exponitur. Non eſt dubium Sal. dicere velle, cum tam magnum ac tam potens eſſet Romanum imperium, vt non facile quiſquam Romanis bellum inferret, inſuetum ac inſolitum fuiſſe omnibus, maxime vero mulieribus belli timorem. Paulo poſt, rogitare deos quidam accuſat. num, Deum ſuſtulerunt, vetus autem codex habet. Ceterum cum ſui cuique verbo eo in loco ſint caſus, ego Deos non tollerem, etiam ſi ammirationem geſticulantium mulierum habeat. [Et ipſe lege Plautia) Legem Plautiam exponunt, qua coniurati accuſati reſpondere cogerentur ad omnia apud tribunos, quod equidem lectori diſcutiendum relinquo. Nam ego originem eius non memini me legere. Itaque ne hoc quidem mihi planum, num rectè hic expoſitum in commentario, cum Sal. ait, à L. Paulo. i. vt commentarius exponit, a tribuno plebis. [M. Tulius inquilinus ciuis vrbis Romæ) Ita habent Aldi & Gothi codices: Alij vero pro quatuor vltimis verbis habebant duo hæc, nouus homo. Sed vtrunque legi poteſt. Paulo poſt, incendium meum ruina extinguam: Alij codices, & nominatim Gothi habent, ruina veſtra extinguam. Quod quibuſdam nimis audax dictum apud ſenatum Rom. videri volunt. Verum quid puduit deſperatum hominem? Ideoq; nihil definio.

ASCENSIVS.

CATILINA vbi eos &c.) Per digreſſiunculam quandam qua ſuperiorem coniurationem interſeruit, prætermiſerat auctor paululum narrationem ſuam de coniuratione principali Catilinæ, quam nunc proſequitur afferens etiam orationem quam ad populares & conſcios habuerat. In qua videre eſt quod prius dictum eſt, multum eloquentiæ fuiſſe in eo, dicit ergo ſic. [Catilina vbi) .i. poſtquam, videt eos quos memoraui. i. nominatim recitaui, & ad memoriam reduxi paulo ante. ſ. ante digreſſiunculam de priore coniuratione inſertam, conueniſſe. i. in vnū locum gratia audiendi quæ dicere vellet ſimul veniſſe. tametſi. i. quanquam Catil. egerat. i. tractauerat & communicauerat ſæpe multa cum ſingulis. ſ. ſeorſum aſſumptis, tamen ipſe credens fore. i. futurum eſſe in rem. i. vtilitatem ſuam, & conducibile ad rem inceptam, appellare .i. conuocare aut alloqui vniuerſos .i. omnes ſimul cohortari. i. ſimul hortari eos, ſeceſſit. i. ſeorſum à frequentia familiæ ſe duxit cum illis in abditam. i. ſecretam & abſtruſam partem ædium. i. domus ſuæ, atque habuit ibi. i. in loco illo ſecreto, huiuſmodi (qualis ſequitur) orationem, & hoc arbitris. i. ijs qui vt teſtes & conſcij de ea re arbitrari poſſent. hoc eſt omnibus præter conuocatos, amotis procul. Ni. i. niſi virtus .i. fortitudo & ſtrenuitas, & fides. i. fidelitas veſtra forent. i. eſſent (alij legunt foret, quod ſi legendum eſt forent, tunc quia res inanimæ ſunt, ad neutrum genus à feminino tranſitum eſt, cum addit) ſpectata. i. perfecta & cognita mihi, res. ſ. quam melior recidiſſet. i. euenuiſſet nequaquam .i. nullo modo opportuna. i. accommoda votis noſtris, & ſpes magna dominationis fuiſſet fruſtra in manibus. ſ. noſtris, neque ego captarem per ignauiam. i. tarditatem ingenij & inertiam, aut per ignauiam. [Vana) .i. fucata & mendacia, incerta pro certis. i. non ſectarer imperia quaſi certa quæ niſi vos ſtrenui & fidi mihi ſitis, incertiſſima eſſent, hoc eſt nunquam ea quæ nunc ſpero & parata video, aut ſperaſſem, aut tentaſſem, ſed quia ego cognoui vos multis & magnis tempeſtatibus, i. in multis rebus duris, & quæ diu durauerunt, forteis fidos mihi, eo. i. ideirco eſt animus ſubaudi meus, auſus incipere facinus. i. factum aut negocium maximum & pulcherrimum: (Libentius videtur dicere auctores in vtranque partem facinus, quam factum, quia facinus ad omne tempus factum magis ad præteritum ſonat licet nomen fiat vt dictum) ſimul. i. etiam ideo quia ego intellexi eadem vobis bona & mala, quæ mihi. Nam idem velle & idem nolle ea res. i. id, demum. i. poſt omnia, eſt amicitia firma, q. d. per firmam amicitiam, amici demum ad hoc perueniunt vt idem velint & nolint. Ciceronianus tamen Lælius, rectè docet malorum conſenſum, idemq. velle ac nolle non eſſe amicitiam. [Sed vos omnes audiſtis diuerſi) .i. ſinguli, ſeparati alij ab alijs ea quæ ego agitaui. i. cogitaui mente. Ceterum. i. ſed de reliquo, animus accenditur mihi in dies magis. (Notum eſt ex Valla in dies & in horas incrementi notam deſiderare, vt creſco magis &c.) cum. i. quando conſidero quæ conditio. i. quę qualitas vitæ ſit futuræ ſup. nobis, ni. i. niſi, vindicemus noſmetipſos in libertatem .i. niſi rerecta potentium ſeruitute qua nos ob æs alienum, vt ſeruos tractant, liberos nos eſſe conuincamus. Nam poſtquam reſp. ſ. Romana. conceſſit. i. deuenit ſimul, in ius & ditionem paucorum potentium reges. ſ. prouinciarum, & Tetrarchæ. i. quartæ partis princeps, & populi & nationes eſſe. i. erant, aut cœperant eſſe ſemper vectigalis. i, tributarij, ſoluentes vectigal. i. annuas penſiones & redditus, illis. ſ. potentibus, & pendere

i.pendebant,hoc eſt perſoluebant illis ſtipendia.i.tributa,quaſi
ſtipendia & mercedem uigiliarum ab ipſis pro eorum ſalute ſuſ
ptarum. Ceteri omnes præter paucos potētes ſtrenui.i.licet ſtre
nui , boni.i.fortes , nobiles , atque ignobiles.i.ſiue nobiles ſiue
ignobiles ſumus , fuimus aut ſumus uulgus.i.uilis populus,ſicut
Horat.i.epiſtolarum dicit, Nos numerus ſumus & fruges cōſu-
mere nati.ſine gratia.i.uenuſtate,aut ſine relatiune aut actione
gratiarum quaſi nihil mereamur,& ſine auctoritate. i. nullā au
ctoritatem habentes,obnoxij.i.obligati & inſeruientes ijs.i.hu
iuſmodi hominibus,quibus,ſi reſp.ualeret,nos eſſemus formidi
ni.[Itaque),i.& ita,uel ita quod,omnis gratia.i.complacētia ex
re grata , omnis potentia, omnis honos & omnes diuitiæ ſunt
apud illos.ſ.paucos potentes, aut ſunt ubi illi nolunt ſup.ea eſſe
& reliquere.i.reliquerunt nobis repulſas.ſ.à petitione magiſtra
tum,& honorum iudicia.i.cōdemnationes,& egeſtatem.[Quę)
.ſ.opprobria & incommoda, ò uiri fortiſſimi.i.cum ſitis fortiſſi.
mi,quouſque tandem patiemini[Non ne,)q.d.multo præſtat.i.
melius eſt emori .i.aperte mori per uirtutem .i.oſtentationem
uirtutis,quàm amittere per dedecus opprobrium uitam miſerā
atque inhoneſtam.i.in nullo honore ſed in ſummo opprobrio
habitam.ubi.i.poſtquam fueritis ludribrio.i. irriſiuni,ſuperbiæ
alienæ.ſ.potentium illorum.[Verum enim uero).i.ſed ueriſſime
habet enim cōfirmandi uim maximam illa geminato.proh(alij
ſcribunt pro, alij prohe,ſed melius proh, eſtq. interiecto excla-
mantium accuſatiuo cohærens,)fidē deum.i.deorum,atque ho
minum,uictoria eſt nobis in manu.i.in poteſtate noſtra,ætas.ſ.
noſtra,uiget,animus ualet.ſ.nobis,contra.i.contrario omnia cō
ſenuerūt,i.inueterata & labefacta ſunt illis.ſ.potentibus, anni
.i.propter annos atque diuitias. i.propter diuitias quæ molles
reddunt,cum contra rectè dicat poeta.Labor omnia uincit im
probus,& duris urgens in rebus egeſtas.[Opus eſt tantummodo
incœpto.i.ut incipiamus, res.i.euentus aut opportunitas expe-
diret.i.ſine impedimento efficiet,cetera.i.quæ reſtant.Etenim
quis mortalium.i.hominum cui eſt ingenium uirile.i. maſculi-
num & animuſum,poteſt tolerare,diuitias ſuperare.i.ſuperabū
dare,illis.ſ.dominatoribus ignauis,quas diuitias,ipſi profundūt
.i.quaſi profundendo prodigunt & expendunt in extruendo ma
ri.i.in ædificijs extruendis in mari,& in montibus coæquādis.i.
planandis,terræ coæquandis,& rem familiare. in deeſſe nobis
etiam ad neceſſaria vt ad victum & amictum?q.d.nullus.Et quis
poteſt tolerare illos.ſ.dominos noſtros continuare.i. continuas
habere aut facere binas.i.ſingulas domos aut amplius.i.ultra bi
nas,& larem familiarem.i.deum domeſticum qui uel in foco mi
nimo coli poſſit à nobis,eſſe nobis nuſquam,aut per metony-
miam,qua nomina deorum pro rebus , quibus præeſſe dicūtur
ponimus,dicamus larem.i.ipſum forulum deeſſe nobis?Illi ſup.
aut vt alij habent,cum illi emunt tabulas.ſ.ex ebore,& precio-
ſo ligno,aut lapide,& ſigna.[Corinthia toreumata.i.opera arti
ficioſa quaſi torno ſculpta & raſa,eſt autem græcum, ſine ſi ſcri
bendum ſicut & tornos, negligunt ea luxu ſuperbo,uetera diri-
munt,aut ducunt noua.ſ.ubi uō placent & ædificant alia. Vnde
Flaccus.i.epiſtolarū epiſtola.i. Diruit,ædificat ,mutat quadrata
rotundis.[Poſtremo).i.ut ſemel dicam, ipſi potentes trahunt.ſ.
ad ſe pecuniam,omnibus modis.ſ.per fas & nefas.& tamen ipſi
uexant,& pauperes & humiles. [Summa libidine).i.petulantia
& nequeunt uincere.i.ſuperare ſuas diuitias, ſed ab illis uincun
tur, à quibus coguntur inſolenter & immodeſte uiuere . [At) .i.
e conuerſo inopia.i.egeſtas eſt nobis domi,& æs alienum . i.de-
bitum ob æs alienum eſt nobis foris,res mala.i.dura conditio ui
tę eſt nobis,& ſpes,id eſt timor eſt nobis multo aſperior,quia de
teriora aut peiora ſperamus.i.timemus,ut Æn.4.Hunc ego ſi po
tui tantum ſperare dolorem, Et perferre ſoror potero . uel ideo
ſpes aſperior eſt quod non ſortitur effectum,& etiam cum adeſt
cruciat,unde inter philoſophos multa controuerſia eſt,boni ne
an mali plus ſit in ſpe , denique.i.demum ut uno uerbo dicam
quid reliqui.i.relicti nobis habemus præter animam.i.uitam mi
ſeram?q.d.nihil.[Igitur ò fortiſſimi uiri quin).i.cur non exper
giſcimini?ſcilicet de ſopore ſecordiæ & torporis.[En).i.ecce,il
la libertas quam ſæpe optaſtis , præterea.i.inſuper . diuitiæ,de-
cus,gloria ſunt ſita.i.poſita in oculis.i.in conſpectu ueſtro.q. d.
uidetis ea ſi modo apprehendere non neglexeritis.[Fortuna quę
audaces iuuat poſuit uictoribus ea omnia præmia,)Scilicet liber
tatem,diuitias,decus gloriam.[Res,)Id eſt utilitas aut neceſſi-
tas.tempus,id eſt opportunitas,pericula,ſcilicet futurorum ma
lorum,egeſtas,ſcilicet præſens , & magnifica ſpolia belli,id eſt
hoc bello nobis obuentura , hortentur.i.incendant uos magis
quam oratio mea , [Vtimini me uel imperatore ,)Id eſt duce &
principe exercitus ueſtri, uel milite,id eſt uno ex commilitoni-
bus.Neque animus meus neque corpus meum aberit a uobis.
[Ego agam hæc ipſa una nobiſcum)Exiſtens conſul ut ſpero,
ſcilicet me futurum eſſe,niſi forte animus me fallit, & niſi uos
eſtis parati magis ſeruire, ſcilicet potentibus quam imperare.
Et hoc dicto in quo plurimum eſt uigoris,per orauit . [Poſt-
quam)Proſequitur quæ orationem ſubſecuta ſunt,dicens, Poſt
quam homines.ſcilicet conuocati quibus omnia mala, id eſt du
ra & aduerſa erant abunde,ſed neque res ulla bona,neque ſpes
ulla bona erat,accipere,id eſt intellexerunt ea quæ Catilina di
cta erāt,tametſi magna merces,id eſt plurimum præmij & quæ
ſtus uidebatur illis, mouere,id eſt agitare rempub. quietam, id
eſt ſtatum reipub.quietæ,tamen plerique,id eſt plurimi eorum
poſtulauere,ut Catilina proponeret , id eſt aperte pronunciaret,
quæ conditio belli foret,& quæ præmia ipſi peterent armis,&
quid opis,id eſt auxilij , aut ſpei haberent ubique . id eſt apud
quòſcunque , ut ſit ubique pro ubicunque.aut ſi uolumus, duæ
ſunt partes.aut quod ſpei haberent,& ubi,id eſt apud quos & in
quo loco,quod magis placet . [Tum,)Id eſt tunc Catilina cœ-
pit polliceri,aut pollicere.i.pollicebatur . [Nouas tabulas , [Sci
licet proſcriptionum,ut fecerat Sylla,& ita proſcriptionē , id
eſt procul à ſalute inſcriptionem,aut manifeſtam preſcriptiuuē
necis ubicunque poſſent reperiri,quia peior eſt conditio proſcri
ptorum qui nuſquam tuti ſunt,quàm exulum qui in exilio tuti
ſunt,locupletium, id eſt diuitum,cum licentia occupandi eorum
bona item pollicebatur magiſtratus,ſacerdotia , rapinas, & om-
nia alia,bellum.id eſt ius belli quæ aut libido,id eſt mala uolū
tas.fert,id eſt affert uictoribus . Et hæc quantum ad præmia.
quantum uero ad auxilia & ſpem,addit,Præterea ſupple dice-
bat Piſonem de quo iam dictum eum eſſe in Hiſpania exteriore
id eſt uiciniore ad Italiam.poſtea tamen is Piſo interfectus erat
& P.Sicennium ſeu Sicinium Nucerinum eſſe in Mauritania cū
exercitu. Piſonem dico & Sicennium participes , id eſt compli-
ces & conſcios ſui conſilij. Ad hoc , id eſt inſuper dixit.Caium
Antonium ſeu ut alij legunt Antronium,(in priore tamen con
iuratione Antronium ſcriptum offendi ,)petere conſulatum,
quem ſperare fore, id eſt futurum eſſe ſibi collegam , id eſt ſo-
cium in conſulatu,exiſtentem hominem familiarem & circun-
uentum,id eſt oppreſſum,omnibus neceſſitudinibus, id eſt ege-
ſtatibus,ob quas uitandas,omnia auſurus uidebatur,& dixit ſe
facturum initium belli agendi cum eo, ſcilicet Antonio conſu-
le.[Ad hoc ,)Id eſt inſuper,increpabat,id eſt cum increpa-
tione exhortabatur omnes bonos,id eſt ſtrenuos,bonos ad bel-
lum licet prauos in uita,maledictis,id eſt conuitijs, nominans,
id eſt nominatim compellens vnumquenque ſuorum , id eſt ſi-
bi maxime fidorum.laudare.id eſt laudabat,& admonere,id eſt
admonebat & memorem faciebat , alium, id eſt aliquos ex eis
admonebat egeſtatis quam patiebantur.& alium,id eſt aliquos
eorum,cupiditatis ſuæ,id eſt quid cuperent, dicens,ſcio , quod
cupitis,quod quia non poteſtis alia uia adipiſci hac graſſamini
complures admonebat periculi in quo erant propter maleficia
& debita contracta,aut ignominiæ, quàm paſſuri eſſent ubi in
uincula conijcerentur,& multos admonebat uictoriæ Syllanæ
cuius recordatione ſperarent conſimilem exitum belli ut pote,
quibus ea,ſcilicet uictoria Sylliana fuerat prædæ , id eſt ad præ
dam impune auertendam & auferendam diuitibus. Poſtquam
Catilina uidet animos omnium alacres,cohortatus , id eſt ubi
fuerat cohortatus ut haberent curæ,id eſt accuſarent ēxecutio-
ni mandare ſuam petitionem dimiſit conuentum , id eſt con-
uentos & accitos.[Fuere,)Scilicet nonnulli, ea tempeſtate , id
eſt eo tempore qui dicerent , [Catilinam habita oratione ,)Id
eſt poſtquam habuerat orationem circumtuliſſe ſanguinem cor
poris humani permixtum uino in pateris, id eſt poculis paten-
tibus,quas taſſias Gallus uocat,cum adigeret,id eſt aſtringeret
ad iuſiurandum populares , id eſt aſſentientes factioni popula-
ri, conſcios ſceleris ſui. [Et inde cum omnes deguſtaſſent ,)
Scilicet ſanguinem cum uino,poſt execrationem,ſcilicet po-
tentum,ſicut fieri conſueuit in ſacris ſolennibus, id eſt quæ ſo-
lenniter fiunt dum fœdus ſancitur ſanguine uictimæ,dicerent
ſupple Catilinam aperuiſſe conſilium ſuum, atque feciſſe rem
dictam, id eſt communicationem illius potius ,eo, id eſt ideo,
quo, id eſt vt , ipſi forent inter ſe magis fidi alij alijs exiſtentes
conſcij tanti facinoris, alij legunt,eo dictante,id eſt concionan
te & cetera . Nonnulli autem exiſtimabant hæc & præterea
multa alia ficta ſupple eſſe ab his qui credebant inuidiam,ſcili
cet paſſiuam, Ciceronis.ſcilicet Tullij qui in conſulatu ſuo Ca
tilinæ cępta detexit & deſtruxi,quæ eſt orta poſtea,eo quòd inſ

ſiſtet

fiſſet ciues Romanos interfici ſine lege.ut coniuratos illos,leniri, id eſt ſedari & miniorem fieri,atrocitate,id eſt propter atrocitatem ſceleris.eorum, ſcilicet coniuratorum qui dederant pœnas,id eſt qui iuſſu Ciceronis interfecti fuerant.Autem pro ſed, ea res eſt nobis cōperta, id eſt cognita & explorata parum pro magnitudine,id eſt eius, q.d.quod nobis compertum nō eſt pro eo non ſcribere nolo.ut fides ſeruetur Hiſtoriæ,cuius prima lex eſt ut uera ſit.De hac autem inuidia uidebimus in inuectiuis Ciceronis in Catilinam.[Sed in ea coniuratione) Proſequitur reliquos coniuratos & coniuratorem incepta dicens.Sed Quintus Curius fuit in ea coniuratione exiſtens natus loco haud obſcuro,id eſt claro & Illuſtri,hoc eſt uir claris natalibus ortus,ſed coopertus,id eſt obſcurus.effectus,flagitijs,id eſt criminibus magnis,atque facinoribus,id eſt maleſactis inſignibus, quem Curium Cenſores,id eſt morum iudices & caſtigatores qui ſummi uiri & probatiſſimi apud Romanos habebantur, amouerant, id eſt abire fecerant & alienum ab ſenatu,id eſt ordine,& conuentu Senatorio, Vanitas, id eſt pernicioſa, & peſſima leuitas morum ut mendacibus & futilibus hominibus eſt, (Aulus Gellius enim dicit uanos apud maiores habitos qui mendaces & praui eſſent,unde Aen.2.Nec ſi miſerum fortunam Sinonem Finxit. uanum etiam mendacemque improbai finget,(non minor.id eſt æque magna inerat huic homini,id eſt i hoc homine ut Cicero ſolet dicere,quàm audacia,id eſt temeritas in audendo.[Neque habebatur,) Scilicet in poteſtate ſua reticere ea quæ audierat neque ipſe habebat in poteſtate occultare ſuamet ſcelera,poſſet etiā exponi.neque reticere.id eſt reticebat,neque,occultare, id eſt occultabat & cetera.Et prorſus, id eſt omnino neque habebat,ſcilicet penes ſe.dicere neque facere quidquam penſi,id eſt præmeditati & ut dicunt præponderati & præcogitati.Vetus conſuetudo ſtupri,id eſt coitus illiciti erat ei, ſcilicet Curio cū Fuluia muliere nobili,quia famoſa atque infami,unde nobilis commune eſt uocabulum omnibus ualde notis propter laudem,aut uituperium,cui,ſcilicet Fuluiæ cum eſſet Curius minus gratus id eſt acceptus & commodus,quia minus,id eſt nō tantum,ut ſolebat,poterat largiri, inopia.i.propter inopiam. ipſe glorias.i. lactabundus magna ſpe uiſus,repēte.i. ſubdito,cœpit,id eſt incepit,polliceri, ſcilicet Fuluiæ,& maria,& montes.i.maxima quæque.Eſt enim adagium uetus etiam & comico ut qui maxima & quorum compotes non ſunt pollicendi.i.maria & montes polliceri dicantur. Eſt autem montes accuſatiui caſus. Et minati cœpit,aut potius minabatur.i.minas necis fecerat interdū Fuluiæ,ferro.i.enſe euaginato, ni.i.niſi, Fuluia foret.i.eſſet ſibi.ſ. curio,obnoxia.i.vt obnoxiæ ſolent, morigera & obſequens.i.in noxam ut ſolebant conſentiret.Poſtremo, cœpit,aut agitare.i. agitabat,non ſolum minabitur ferocius quam erat ſolitus.At.i. ſed Fuluia mulier calidiſſima,cognita cauſa inſolentiæ.i. inſolitæ ſuperbiæ & immodeſtæ iactātiæ uiri.ſ.curij,cognouit enim aut ex moribus aut ex iudicio eum ebrius eſſet aut amoribus innexus(non enim poterat ſcelera ſua occultare ut dictum eſt ipſum in coniuratione ſpem repoſuiſſe & ex animos ſuſtuliſſe, habuit haud occultum i.non tenuit occultum & ſecretum tale periculum reip.ſed auctore.ſ.coniurationis hoc eſt Catilina ſublato.i.remoto ab urbe,aut auctore indicij ſublato.i.ſuppreſſo,uidelicet Cu.ipſa narrauit cōpluribus.i.ualde multis quæ & quo modo audierat de coniuratione Cat.Ea res.i.manifeſtatio coniurationis Catil hominis adeo nobilis,accendit in primis.i.præcipue ſtudia hominum.i.Rom.ad mandandum.i. committendū conſulatum. M.T.Ciceroni. Nanque nobilitas pleraque.i.ferè totus ordo nobilium & patriciorum æſtuabat.i.efferuebat antea.ſ.quam tam nobilis uiri ſuſpicio haberetur inuidia.ſ.in ignobiles & nouos homines,& credebat conſulatum. i.maieſtatem conſularem quaſi pollui.i.contaminari, ſi homo nouus. i. qui nunquam in eo magiſtratu fuerat.nec quenque in ſtemmate ſeu maiorum ſuorum corona conſulem habebat, quamuis.i.quantumuis egregius.i.præſtanti uirtute præditus foret.i.eſſet adeptus.i.obtinuiſſet eum.ſ.conſulatum.[Sed ubi).i.poſtquam periculum.ſ.reip.ſubuertendæ uenit, inuidia atque ſuperbia nobilium.poſt fuere.i.minus ualuere quam utilitas.[Igitur habitis comitijs i.coitionibus & congregationibus P.R.ad eligendos nouos magiſtratus,quod in campo Martio fieri ſolebat.M.Tullius & C.Antonius declarantur.i.uoce præconis qui puncta ſeu ſuffragia & uota populi pronunciabat, conſules.ſ.anni illius. [Quod factum) i.quæ declaratio.concuſſerat.ſ.formidine primo populares.i factioſos illos inter ſe fautores.conoſcios coniurationis.[Neque tamen furor Catilinæ minuebatur,ſed agitare).i.agitabat in dies,in ſingulos dies,plura.ſ.ad bella facienda quia parare.i.parabat arma ſup.in locis opportunis per Italiam, & portare i.portabat aut portare fecerat.pecuniam ſumptam. i. acceptam mutuo,ſua fide.i.quam ſibi habuerant aut fide amicorum.i.quam mutuo dantes amici fide iubentibus habuerant,Feſulas ad oppidum illud Hetruriæ,quod nunc deletum eſt,ueſtigis tamen uiſuntur non longe a Florentia in monte cui Idem nomen eſt,ad Manlium ſ.principem eius oppidi,quo.ſ.Manlius fuit poſtea princeps belli faciūdi.Catil.dicitur aſcriſſe.i.aduocaſſe & cōciliaſſe ſibi ea tempeſtate plurimos homines cuiuſq; generis,tam bonos quam malos & nobiles quam ignobiles, & etiam aliquot.i.neque multas ualde neque paucas mulieres,quæ tolerauerant.i.ſuppeditauerant. ac pati poterant primo ingentes ſumptus.i.ut dicūt expenſas.ſtupro.i. turpi quæſtu ex uulgatione corporum, quia occultæ meretrices erant. Poſt.i.deinde, ubi ætas.ſ.ſenilis fecerat tantummodo quæſtui.i.lucro,neque.i. & non luxuriæ,id eſt luxurioſæ uitæ in ſumptu faciundo. Modum,id eſt finem aut moderationem, vt Æneid.iij. Nam quis erit modus? hoc eſt dum minus ex ſtupro propter annos lucrata cœperant, nolebant tamen minus expendere ne uiderentur minus requiri,conflauerant, id eſt contraxerant. grande æs alienum.i.debitum ex pecunia mutuo ſumpta & abſumpta per luxum. Catilina credebat ſe poſſe ſolicitare per eas.ſ.uetula, ſeruitia urbana, id eſt ſeruos urbanos. Notum eſt enim ſeruitia & miniſteria pro ſeruis & miniſtris accipi.& ſperabat per ſeruos ab eis ſolicitatos poſſe incendere urbem.ſ.Romam, & adiungere ſibi uiros earum,ſ. mulierum infamium, uel interficere ſi recuſarent. Sed in his.i.inter has erat Sempronia mulier illa inſignis petulantiæ,quæ commiſerat ſæpe multa facinora.i.facta,audaciæ uirilis.i.pertinentia.ad audaciam uirilem.hæc mulier,ſcilicet Sempronia fuit ſatis fortuna, id eſt proſpera fortuna uſa & fœlix genere,id eſt generoſitate & natalibus,& forma,id eſt formoſitate.præterea,id eſt inſuper,uiro,quem bonum & patris eum ſortita erat.& liberis,quos maſculos & pulchros pepererat.exiſtens docta,id eſt erudita literis græcis & latinis.[Pſallere,id eſt canere fidibus,& ſaltare, id eſt choreas ducere,elegantius,id eſt artificioſius,& exquiſitius quam eſt neceſſe.i conueniens & requiſitum probæ.ſcilicet mulieri,quæ proba & honeſta ſit,quia probæ mulieres potius rem familiarem quam choreas diſcunt.quod contra perditos noſtri ſęculi mores eſt, quo nulla chorearum rudis commendatur. [Sciebat Sempronia,&) .i.etiam multa alia quæ ſunt inſtrumenta & incitamenta luxuriæ & ideo propris uitanda,ut excellenter cantare,græce loqui pſallere,ſaltare,ludere,ridere,iocari molliter,ſed omnia fuere ei ſemper cariora quàm decus.i.honeſtas uitæ,atque pudicitia,id eſt caſtitas corporis.[Tu haud facile diſcerneres.) An parceret minus famæ an pecuniæ.i.utrā libentius amittebat & prodigebat,exiſtens ſic accenſa libidine ut peteret ſæpius uiros quā peteretur,ſcilicet ab eis, ſed ideo forte non petebatur quia prodiderat fidem.i.fidem non ſeruauerat ac commiſſa fidei ſuæ prodiderat ſæpe ante hac, id eſt ante hoc tempus de quo nunc loquor,& abiurauerat ſæpe creditum, id eſt mutuo aut commodato datum ab ijs,qui ipſi omnia credebant,& fuerat conſcia cædis,id eſt necis hominū,& abierat præceps, id eſt præcipitāter ut inſana in perditionem ruerat. [Luxuria atque inopia) Quæ duo uitia incompatibilia uidētur,& ideo cum proprijs bonis luxuriam fouere nequiret,aliena ſectabatur. [Verum,) Id eſt ſed,ingenium eius,ſcilicet Semproniæ,haud abſurdum.i. aptū & conueniens poſſe, id eſt potuerat,(Sunt exemplaria quæ habent haud abſurdum fuit,& tunc explanandum eſt haud abſurdum,id eſt aptum & idoneum fuit poſſe, id eſt ut poſſit) facere uerſus,id eſt carmina,& mouere,id eſt excitare ac iocos, id eſt iocularia & feſtiua dicta,unde iocus proprie eſt in dicto, luſus in facto,& poſſe uti ſermone uel modeſto,id eſt pudico & caſto uel molli,id eſt laſciuiuſculo aut placido,uel procaci,i deſt aſpero & proteruo petulanti. [Prorſus,) Id eſt porrò uerſus hoc eſt omnino inerant ſupple ei aut in ea, multæ facetiæ,id eſt urbanitates & gratiæ in facto, & multus lepos,qui & lepor dicitur,multa urbanitas & feſtiuitas ac uenuſtas in dicto,& hæc de Sempronia curij amica. Redit ad Catil.dicens, Catilina his rebus,ſcilicet dictis de conſulibus quos timuerat, creatis comparatis, id eſt diſpoſitis à Populo Romano,aut collatis & conſideratis à Catilina cum reliqua ſpe,ipſe nihilominus, id eſt licet repulſam paſſus eſſet tamen petebat conſulatum in proximum annum,aut ſic,his rebus, ſcilicet pertinentibus ad regnū comparatis ſimul & obtentis tam à uiris quam à mulieribus, à Catilina nihilominus, id eſt quamuis omnia parata ad regnum haberet,tamen petebat conſulatum in proximum annum,

num. quod licebat vt deſignatus res ſuas diſponeret ad conſulatum decenter gerendum, ſperans ſi foret, id eſt eſſet deſignatus .i. declaratus futurus conſul, ſe vſurum facile ea voluntate .i. ad libitum, Antonio, quòd is omnibus neceſſitatibus erat circonuentus & oppreſſus & ita ſperabat quòd eum ad factionem ſuam facile attraheret. [Neque ipſe Catilina erat interea) .ſ. antequam dies comitiorum adueniret, quietus, id eſt oſcitabundus acceſſitans, ſed parabat Ciceroni inſidias omnibus modis. [Neque dolus & aſtutia) .i. calliditas & verſutia deerant illi, ſcilicet Ciceroni, ad cauendum, id eſt proſpiciendum ſibi ab inſidijs Catilinæ. Nanque Cicero effecerat à principio conſulatus ſui, per Fuluiam pollicendo, id eſt vltro promittendo multa, vt Quin. Curius homo ille vanus & futilis Fuluiæ amator, de quo inquit, Saluſtius ego memoraui, id eſt mentionem feci, paulo ante, procederet, id eſt indicaret & manifeſtaret per proditionem ſibi videlicet Ciceroni, conſilia Catilinæ. Ad hoc, id eſt inſuper propulerat .i. porrò impulerat Antonium collegam .ſ. ſuum .i. ſecum conſulem deſignatum, & ita collegam, id eſt ad idem officium ac munus legatum .i. deſtinatum, [Pactione) .i. per pactum & conceſſionem ex pacto, prouinciæ, ſcilicet regendæ, vnde plus emolumenti ac lucri quam ex vrbe conſulibus obuenerat, vnde poſſit Antonius inopiæ ſuæ conſulere, ne ipſe Antonius diſſentiret, id eſt aliter quam ipſe Cicero ſentiret cum Catilina, contra remp. id eſt ſalutem reipub. quia non plus commodi ex factione Catilinæ, quàm ea prouincia conſequi poſſet, cum ergo haberet quod vellet in fide manſit, & Cicero habebat circum ſe occulte, vtpote domi aut etiam in foro ſic tamen vt non comitarentur manifeſte eum, ne videretur etiam regnum affectare aut ſeditionem fouere, & tamen adorientibus obſtaret, præſidia .i. cuſtodiam & protectionem amicorum & clientium, id eſt eorum qui ſe colebant, quòd patronus eorum eſſet, nec eſt cliens viator aut miniſter publicus, quem ſeruientem Gallus vocat.

[Poſtquam dies comitiorum venit) Recitat quid deinceps Catilina molitus eſt, paucis (vti non obſcura breuitate ſolet) eius repulſam tangens ac dicens. Poſtquam dies comitiorum .i. quo habita ſunt comitia .i. Populi Romani coitiones & congregationes ad magiſtratus futuri anni deſignandos, nam Cic. & Antonius nondum conſulatu perfuncti erant, & neque petitiones .i. conſulatus, neque inſidiæ quas fecerat conſulibus. etiam ambobus, poſtquam viderat Antonium nihil contra remp. ſentire, ceſſere .i. ceſſerunt & euenerunt proſpere, ſed aduerſè & contra votum Catilinæ, ipſe Catilina conſtituit facere bellum .i. contra conſules & ceteros reip. gubernatores & contra potentes, caperit .i. attentare extrema omnia .i. etiam pericula mortis obire. Notandum eſt quòd dicit extrema omnia quia Valla negat omnia cum ſuperlatiuo iungi, videtur tamen quibuſdam hoc purgabile quòd hæc vocabula vltima & extrema pro periculis mortis poni ſoleant quaſi ſubaudiantur mala aut pericula, vt ita ſit per omnia mala aut pericula extrema, hoc eſt mortis, vt Æneidos ſecundo: Si vobis audentem extrema cupido eſt Certa ſequi. & in eodem: His ſe quando vltima cernunt Extrema iam in morte parant defendere telis, quaſi idem ſit extrema omnia & omnia pericula mortis, ſed parum purgant cum dicere liceat extrema quæque pericula, dicamus ergo licere etiam omni ſuperlatiuo iūgi maxime vbi ſuperlatiuo abſolute ponitur, vt omnia ſumma, omnia ſuprema, omnia extrema duriſſima ſunt. quoniam ea quæ ipſe Catilina tentauerat occulte .i. per dolum facere euenerant aſpera .i. dura & iniqua vt mōtes aſperi quia contra vota .i. abſurda & triſtia, quia fœdum videbatur incœpiſſe quod perficere nequiret, vnde Statius in Achille. Sed ſi fata negant quam fœdum & triſtæ reuerti. Igitur quia occulte parum profecerat, ipſe miſit C. Manlium Feſulas ad oppidum Hetruriæ quo ad ipſum pecunias præmiſerat, & in eam partem Hetruriæ circum Feſulas. Miſit etiam Septimium quendam Camertem .ſ. de Camerino oppido in agrum picenum vbi Marchia Anconitana eſt, & miſit Caium Iulium in Apuliam quæ ad regnum Neapolitanum eſt [Præterea) .i. & præter dictos miſit alium .ſ. quemlibet ex ſuis alio .i. ad alium quem & vbi, id eſt in quo loco, vt vbique duę ſint dictiones, credebat fore .i. futurum eſſe opportunum, id eſt commodum ſibi. Interea ipſe moliebatur, id eſt cum molo & difficultatem conabatur & attentabat multa, Romę, quia tendere id eſt tendebat conſulibus inſidias, parare, id eſt parabat, ſcilicet vrbi, incendia, obſidere, id eſt obſidebat armatis hominibus, loca opportuna ad inſidias, ipſe eſſe, id eſt erat cum telo .i. iaculo & armis alijs infectis & eminus iaciendis. [Item iubere) .i. iubebat, & hortari .i. hortabatur, vti, id eſt vt eſſent ſemper intenti & parati & feſtinare, i. vt feſtinarent dies ac noctes & vigilare .i. vt vigilarent, neque fatigari, id eſt & vt non fatigarentur, inſomnijs .i. excubijs & vigilijs, neque labore. [Poſtremo vbi nihil procedit) .i. vbi nulla ſit promotio neque ſucceſſus bonus, ſup. ipſi agitanti, id eſt attentanti multa, ipſe conuocat rurſus principes coniurationis, nocte intempeſta, quæ nulli rei agendæ tempeſtiua eſt poſt noctem .id eſt concubiam, nam vt habetur in 12. Tabulis ſolis occaſus ſuprema tempeſtas eſto. Poſtquam eſt veſpera tum crepuſculum tum nox concubiarum nox intempeſta, tum Gallicinium, tum conticinium tam diluculum, tum aurora, tum, mane nouum ſeu prima tum dies, tum meridies. Conuocat inquam per M. Porcium Leccam in cuius domo multa conſultati ſunt, & ipſe queſtus ibi multa .i. multum. [De ignauia,) Id eſt ſecordia, inertia, & ad rem agendam in vtilitate eorum, ſcilicet conuocatorum, docet, id eſt manifeſtat ſe pręmiſiſſe Manlium ad eam multitudinem quam parauerat ad arma capienda, item docet ſe miſiſſe alios in alia loca opportuna, qui facerent initium belli, & docet ſe cupere proficiſci ad exercitum, quia pollicitus eſt ſe exhibiturum aut imperatorem aut militem in eo bello, ſi oppreſſiſſet prius Cic. quia docet eum multum officere .i. contrafacere & obſtare ſuis conſilijs, quod & perfecit. [Igitur perterritis) Progreditur, & docet quid reſponſum ſit & a quibus dicens: Igitur, quia res anceps videbatur & parum procedere, ceteriſq. perterritis addubitantibus. Caius Cornelius eques Romanus, pollicitus, operam ſuam .i. diligentem laborem ſuum ad opprimendum Ciceronem, & Lucius Vargunteius ſenator pollicitus ſup. cum eo, ſcilicet C. Cornelio, conſtituere, id eſt ſimul ſtatuerunt & propoſuerunt (quod tamen imprudenter faciebant quia de rebus dubijs cum paucis cōſultandum eſt, ſed rara eſt in maleficio prouidentia, excæcat enim maleficos malitia eorum. Ideo autem imprudenter qui à Curius aderat qui id Fuluiæ dixit & ea Ciceroni ſignificauit) ea nocte paulo poſt .ſ. poſt conticinium primo diluculo introire cum armatis hominibus ad Ciceronem, ſicut ſalutatum .i. ſicut introeunt qui eunt ſalutatum, id eſt ad ſalutandum ipſum, ac conſtituere confodere .ſ. mucronibus & ſicis ſeu pugionibus de improuiſo. Ciceronem ſup imparatum, exiſtentem domi ſuæ. Curius .ſ. amator Fuluiæ vbi intelligit quantum periculum impendeat .i. immineat Conſuli, ſcilicet Cic. enunciat propere .i. feſtinanter Cic. per Fuluiam dolum qui paratur. & ita illi .ſ. dicti C. Cornelius & L. Vargūteius cum armatis ſuis prohibiti ianua ſuſceperant .i. conati erant fruſtra tantum facinus. Vbi venuſtæ breuitatis mirandum eſt exemplum. Nā vbi imperitior dixiſſet, At Cicero eo audito, iuſſit ſtatim obſerare fores, neminem admittere. & ita illi prohibiti &c. breuius dicit, ita illa ianua prohibiti quia per hoc cetera omnia intelliguntur. Quod autem impendeo pro immineo dicitur videtur ſumptum à gladio illo qui de ſeta equina dependebat ſuper caput familiaris illius Tyranni ſiculi, de quo Macrobius de ſomno Scipionis multa. Interea Manlius recitat quid reliqui egerint ac dicit. Interea, dum hæc Romæ fierent Manlius ſolicitare, id eſt ſolicitabat in Hetruria ad quam miſſus erat, plebem cupidam nouarum rerum egeſtate, id eſt propter egeſtatem ſimul ac dolore, id eſt propter dolorem iniuriæ illatæ à Syllanis, quod dominatione .i. per dominationem aut ſub dominatione Syllæ, amiſerat agros & omnia bona, id eſt mobilia. Præterea Manlius ſolicitabat latrones cuiuſcunque generis. tam ſeruos quam liberos. tam militares ſolicitos quam alios, quorum .ſ. latronum rapto viuentium magna copia erat in ea regione, ſcilicet Hetruriæ, & ſolicitabat nonnullos ex colonis Syllanis, id eſt quos Sylla in agros alienos miſerat. quibus, ſcilicet militibus Syllanis, libido atque luxuria nihil fecerat reliqui .i. nihil dereliquerat quod non eſſet abſumptum ex magnis rapinis .i. licet habuerant magnas rapinas. [Cum ea nunciarentur Ciceroni ipſe permotus ancipiti) .i. pernicioſo, & difficulter euitabili malo, quia vtrinque apud, id eſt occaſionem nocendi habente, quod neque poterat tueri amplius conſilio priuato, id eſt proprio ſiue ſenatus auctoritate, vrbem .ſ. Romam, ab inſidijs coniuratorum, neque habebat ſatis compertum, id eſt exploratum quantus .i. quantum magnus foret .i. eſſet, aut qui cōſilio foret .ſ. collectus ab eo, ipſe dico permotus refert ad ſenatum .i. in conſultationem ſenatus rem, .i. negocium illud de inſidijs & coniuratione ea agitatam .ſ. manifeſte & frequenter motam iam antea ex rumoribus vulgi .i. incertis diuulgationibus [Itaque) .i. & ita, ſenatus decreuit) quod i. quæ res ſolet ſup. fieri. aut quod ſup. decernere ſenatus ſolet plerunque .i. vt plurimum, in negocio atroci .i. deteſtando & pernicioſo) decreuit inquit vt conſules darent operam ne reſp. caperet quid .i. aliquid, detrimenti .i. damni & iacturæ. Ea poteſtas permittitur per ſenatum, more Romano, i.

ex

ex veteri inſtituto Romanorum, magiſtratui.ſ.conſulari maxima.i.ſumma videlicet parare .i. conſcribere exercitum, gerere bellum cum hoſtibus, coercere.i. conſtringere & cogere ad bellum: ſocios.i.confœderatos, & ciues .ſ. Romanos omnibus modis.i. ſine prouocatione vlla & ita ſine contradictione. Et habere domi & militię, id eſt in exercitu imperium atque iudicium ſummum abs quo (vt dixi) non licebat prouocare aut ad alium iudicem appellare, aliter nulli conſuli fuit ius earum rerum ſine iuſſu populi.ſ. Romani. Nam aliter conſulatus par regno fuiſſet, niſi ꝙ ſingulis annis innouabantur conſules. [Lucius Seruius recitauit poſt paucos dies) Hoc eſt paucis diebus poſt, literas in ſenatu, quas dicebat allatas ſibi, id eſt ad ſe Feſulis, id eſt ab illo oppido Hetruriæ vbi Manlius agebat, in quibus erat ſcriptum, Caium Manlium cœpiſſe arma cum magna multitudine ante diem ſextum calēdas Nouembris, hoc eſt ante 28. diem Octobris ſimul.i. pariter alij nunciabant portenta.i.ſigna aliqd noui portendentia.i. porrò hoc eſt in futurum tendentia, & prodigia.i. porrò agentia, id quod.i.quæ res.ſ.portenta & prodigia, nunciari aut videri ſolet ſup. fieri in tali re. Alij nunciabant conuentus.i.conuentiones hominum fieri & arma parari. Capuæ.i. ad Capuam principalem ciuitatem Campanię Italię, atque bellum ſeruile.i. à ſeruis moueri in Apulia. [Igitur Q. Martius rex) ſ.cognomine, Nam propter ſacerdotium ſolis regibus à Numa addictum quidam reges dicti ſunt, & Q. Metellus creticus à deuicta creta dictus miſſi ſunt decreto ſenatus, Martius Feſulas, & Metellus in Apuliam & circum ea loca.ſ.in Lucanos & Brutios. Ideo autem illi & non imperatores miſſi erant, quia vtrique imperatores populi Romani qui in bello meruerant vt Pompeius aduerſus Tigranem impediti erant ne triumpharent.i. cum triũpho redirent ad vrbem, calumnia.i. per calumniam & iniuſtam cauillationem paucorum.i.factioſorum, quibus erat mos vendere omnia. vt pote honeſta atque inhoneſta. [Sed prætores ſup.) Miſſi ſunt. Quintus Pompeius Ruffus Capuam & Q. Metellus celer in agrum picenum, & permiſſum eſt his quamuis non eſſent conſules nec dictatores, vti.i.vt compararent exercitum pro tempore.i. pro neceſſitate illius temporis, atque pro periculo. Ad hoc.i.inſuper ſenatores decreuerunt ſi quis indicaſſet.i. indicium & reuelationem feciſſet de coniuratione quæ erat facta cõtra remp. præmia, quia ſeruo centum ſeſtertia .i. ducenta quinquaginta pondo ſeu libras, & libertatem, & libero decreuerunt impunitatem eius rei.i.coniurationis in qua ipſe erat, & ducenta millia ſeſtertium pro ſeſtertiorum ſed ſic loquendum eſt cum numeralibus, nec ſtatet ſeſtertia. [Itemque decreuere vti.i.vt familiæ gladiatorię.i.ludis gladiatorijs addictę, diſtribuerentur.i. diſtributæ mitterentur, capuam & in cetera municipia, pro opibus.i.facultatibus cuiuſque.ſ.familiæ, & vt vigiliæ haberentur Romæ per totam vrbem, & vt minores magiſtratus.ſ.quæſtores & ædiles præeſſent ijs.ſ.vigilijs. [Quibus rebus) Graphice vt pathos moueret, deſcribit afflictionem & concuſſionem ciuitatis Romanæ, ex nouitate rerum ortæ, dicens. Quibus rebus.ſ.ad bellum periculoſum contra coniuratos adhuc minus notos pertinentibus ciuitas.ſ. Romana.i. collectio ciuium eſt permota .i. multum commota. [Atque facies) i.factura & diſpoſitio ſeu apparatus exterior vrbis erat immutata, quia omnis triſtitia inuaſit eam repente, ex ſumma lætitia atque laſciuia quam quies diuturna pepererat, vnde poſtea dixit Iuuenalis Sat. 6. Nunc patimur longæ pacis mala, ſæuior armis luxuria incubuit. Sanè docte, vt cetera omnia, dicit ciuitatem permotam, & faciem vrbis mutatam. Nam ciuitas vt dixi eſt multitudo ciuium quorum eſt permoueri atque agitari, vrbs eſt ædificiorum conſtructio, vrbo.i. parte aratri deſignata, quorum facies.i. factura & apparatus immutatur. ſicut Aeneid. 5. dicitur. Quibus aſpera quondam viſa maris facies. Itaque facies eſt artificis atque factoris, vultus volentis. Ideo autem grauior erat commutatio quia repente orta feſtinare ſup. cœperunt, aut feſtinare pro feſtinabant, trepidare pro trepidabant. quod feſtinationi metum addit, neque credere pro credebant loco.i.munitioni aut ſanctificati alicuius loci, neque homini ſatis quia neſciebant quis & vbi amicus, quis ue inimicus eſſet, neque gerere pro gerebant bellum.ſ.apertum, neq; habere pro habebant pacem. [Ad hoc).i.prætera.& inſuper mulieres quibus inſolitus timor reip.i. pro rep. ſuſceptus inceſſerat pro magnitudine.i.iuxta magnitudinem belli, quia tota ciuitas permota erat, afflictare, pro afflictabant ſeſe.i.ſeipſas, & ipſæ ſupplices tendere, hoc eſt tendebant manus ad cœlum .i. ad ſuperos vnde implorabant auxilium. & miſerari .i. miſerabantur & lamentabantur ea commiſeratione, liberos paruos.i.infantes & filios ſuos legitimos, rogitare.i.rogitabant, hoc eſt frequenter præcabantur deos, & pauere.i.pauebant omnia, & diffidere.i.diffidebant ſibi & patriæ.ſ.ſuæ, hoc eſt ſaluti patriæ & hoc ſuperbia atque delicijs. quas antea fouerant, omiſſis.i.poſthabitis. [Ac Catil. crudelis animus) Diſerte poſt afflictionem & commotionem aliorum infert crudelitatem animi Catilinæ, qui nulla miſeratione frangi poterat, vt ea contentione & contrarietate ſententiarum color acquiratur narrationi: Cui particula ac multum accommoda eſt, vt poſtquam dictum erat in fine tertij Aen. factoque hic fine quieuit, ſequitur in principio quarti, At regina graui &c. Ordo eſt. At.i.econuerſo, animus crudelis ipſius Catilinæ mouebat.i.agitabat illa eadem quę viderat in ciuitate, non dicit quod mouebatur ab illis, ſed quòd mouebat, aut illa eadem quæ cœperat.ſ.Ciceronem dolo interficere, tameſi præſidia.i.cuſtodiæ & protectiones vrbis & ciuium & præcipue conſulum parabantur ab Lucio Planco. & tameſi ipſe erat interrogatus.i.examinatus & in ius vocatus lege plaucia.i.à Planco cõtra coniuratos lata, quia quicunque accuſati erant coniurationis ſtatim reſpondere & ſe purgare cogebantur. venit poſtremo.i. poſt longam expectationem cauſa diſſimulandi ſ. coniurationem.i.vt habitu & vultu oſtenderet ſe minime coniuraſſe, & cauſa ſui purgandi.i.vt ſe purgaret quamuis immerito ſeſe accuſatum dictitaret. venit etiam in ſenatu ſicut laceſſitus.i. tanquam laceſſitus & prouocatus eſſet iurgio ipſius Lucij plauci, hoc eſt cum quadam fiducia, non vt reſponderet, ſed vt conuicia & iniurias reprimeret. Atque ita callide atque aſtute præſeſulit fiduciam. [Tum Marcus Tullius conſul ſiue timens præſentiã eius) ſ.Catil. hoc eſt ne ea eo quòd comparuiſſet & præſens eſſet inſons haberetur, ſiue commotus ira, quòd eum à quo ſibi inſidias omnibus vijs parari nouerat, in Senatu videret, habuit orationem luculentam, i.perornatam perſpicuam & plenam lucis. cõtrarium eſt lutulentum, plenum luti, atque vtilem reip. quia per eam repreſſus eſt conatus Catilinæ, quam orationem Tullius edidit.i.emiſit & è manibus ſuis legendam dedit ſcriptam, vnde extant inuectiuæ eius, de quarum prima hic loquitur. Sed vbi i. poſtquam ille.ſ.conſul Cicer. aſſedit.i.finita oratione ad reliquos ſedit & quieuit, alibi legi abſedit. quaſi ſeorſum ſedit, ſed Pomponius antique ſcripſit adſedit, quia orantes ſtabant, deinde ſi ab illo ordine aut ſuperiori erant conſidebant. Catilina, vt i.ſecundum quòd poterat paratus .i. callide inſtructus ad diſſimulanda omnia ſ.quæ obijcerentur & fierent, cœpit poſtulare à patribus.ſ. conſcriptis, vultu demiſſo & voce ſupplici ad miſerationem concitandam. ne patres crederent de ſe.ſ.Catilina, quid ſ.aliquid temere.i. inconſulte & priuſquam rem compertam haberent. Priuſquam autem pergam, duo pueros admonuero. quorum tale alterum eſt: Quotieſcunque reciprocatio ad principale atque primum uerbum refertur licet ad ſecundum non referatur bona eſt vt hic cœpit poſtulare à patribus ne quid temere de ſe crederent, de ſe refertur ad Catilinam non ad patres. vt in Andria Terentij. Orare iuſſit ſi ſe ames hera iam vt ad ſeſe venias, videre te ait cupere ſe &c. Alterum eſt, Sæpe in oratione præcipue apud hiſtoriographos deeſſe verba potiſſimum ad loquelam ſpectantia cum ea quæ ſequuntur ad præmiſſa referri nequeant, vt hic, Ex ea familia ortum non poteſt referri ad illud ne temere de ſe crederent vnde ſubaudiendum eſt. Et cœpit dicere, ſe ortum ex ea familia.ſ.patricia & nobili, ita inſtituiſſe vitam ab adoleſcentia, vt patres haberent.ſ.merito, hoc eſt habere deberent, omnia bona in ſpe, id eſt expectatione de ſe, aut ſi eſt haberet ſenſus eſt, vt haberet, id eſt vt is qui haberet aut habere videretur omnia bona in ſpe. [Et cœpit poſtulare à patribus ne ipſi exiſtimarent, opus eſſe, id eſt vtile, & opportunum, ſibi homini patricio, id eſt ex patribus conſcriptis, hoc eſt ſenatoribus orto, cuius ipſius.i.propria ab ipſo collata, atque maiorum, ipſius, id eſt vnde originem traxit, plurima beneficia, eſſent, id eſt extarent in plebem Romanam, rep. perdita, id eſt vt reſp. eſſet perdita. Nouum eſt opus regere datiuum cum ablatiuo, vt non eſt opus bene valenti medico. ſimiliter hic ſibi opus eſſe reſp. Cum Marcus Tullius homo nouus, id eſt qui tum primum ad eius gubernacula venerat, ſeruaret eam, ſcilicet rempub. quaſi diceret minus veriſimile eſſe hominem nouum quàm patricium rempub. ſaluam velle. Vbi rurſus admoneo puerum, licet ſaluus & ſaluare in vſu ſint, ſaluare tamen apud idoneos raro aut nunquam reperiri, ſed ſeruare. Vt Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro. Alij autem legunt cum eam ſeruaret Marcus Tullius inquilinus ciuis vrbis Romæ. Sed quia inquilinus ut docet Valla lib. 4. is dicitur qui habitat in alieno loco priuato, hoc eſt in conductitio, licet in proprio loco publico, hoc eſt in patria ſua, cum incola ſit qui in alieno habitat publico, vt pote in

ciuitate aliena videretur hic Cic. potius dicendus incola, cum ex Arpino quod municipium erat Rom. accitus fuerit. Et cum Catilina adderet adhoc. id eſt inſuper vel ad hæc maledicta. i. cõuicia in Cic. quem per contemptum nouum hominem appellabat, alia maledicta, Omnes. ſ. patres conſcripti, cœperunt ſup. obſtrepere. aut omnes obſtrepere. i. obſtrepebant. & vocare. i. vocabant Catilinam hoſtem & parricidam propter coniurationem in patriam, aut in conſulem, aut in liberos ſuos, vt in inuectiua Ciceronis videbimus. Sanè vt alibi quoque notauimus parricida dicitur quaſi patricida, non tamen is ſolus dicitur qui patrem occidit, ſed etiam qui fratrem, aut matrem, aut alium quemuis de ſanguine ſuo. Et quia patria non minus chara immo charior eſſe nobis debet quam parẽs, quia vna omnium omnes complectitur charitas. (vt docet Cic.) ideo Catilina in patriam coniuratus hic parricida dicitur. Tum ille. Commemorat quomodo ſenatu exierit & quid deinceps Catil. egerit dicens. [Tum) .i. deinde vbi Catil. vidit omnes obſtrepere & ſe parricidam appellari ipſe furibundus. i. multum furens, inquit ſupp. quoniam quidem. i. quandoquidem, vel quidem. i. certe, quoniam ego circumuentus. i. deceptus & falſo accuſatus ab inimicis. ſ. conſule, agor. i. pellor, præceps. ſ. furibundus quaſi in præcipitium aliquod, ex impatientia iniuriæ ego extinguam, meum incendium. i. incommodum, aut furorem meum, ruina. i. iactura & damno veſtro. Metaphora ſumpta ab incendio facto in vrbe, vbi incendium unius domus eſt cauſa ruinæ alterius, ne enim incendantur uicinæ ædes ſolẽt præcipites in ruinam trahi. Vnde trahitur hoc adagium in eum ſenſum. ut intelligatur malum unius malo alterius ſedari. Vnde etiam aliud eſt prouerbiũ ſumptum quo Flaccus in epiſt. utitur. Tunc tua res agitur paries cum proximum ardet. [Deinde proripuit). i. celeriter & uiolenter rapuit ſe domum. ſ. ſuam è templo. i. in quo talia conſultabant, aut legatur extemplo. i. illico aut ut alij habent, è curia. i. è ſenatu. [Et ipſe Catil. uoluens ſecum multa, ibi) .ſ. domi ſuæ, quòd neque inſidiæ procedebant conſuli. i. in cõſulem aut, quòd neque inſidiæ conſuli. i. in conſulem ſupp. factæ procedebant, & ſupp. quòd intelligebat vrbem munitam. i. defenſam ab incendio, quod illi inferre volebat, vigilijs. i. per vigilias à conſule inſtitutas ipſe credens optimum factu. i. ut fiat augere exercitum quem. i. foris parauerat apud Manlium præcipue, ac ante capere. i. præoccupare priuſquam legiones. ſ. Rom. à conſulibus conſcribendæ, conſcriberentur. ſ. ab eis multa quæ forent bello. i. ad bellum gerendum, vſui. i. vtilitati ſeu vtilia. [Ipſe eſt profectus nocte intempeſta). i. ad medium noctis, cum paucis. ſ. conſcijs in caſtra Maliana. quæ Manlius in Hetruria habebat, ſed mandat Cathego, atque Lentulo ceteriſque. ſ. principibus coniurationis. quorum audaciam nouerat promptam. i. expeditam & præſentem ſupple vt confirment opes. i. vires & facultates, factionis. i. ciuilis diſcordiæ & coniurationis quibus. i. quibuſcunque rebus, vel ſup. omnibus rebus quibus poſſent & vt ſup. maturent. i. accelerent, aut tempeſtiue, neque ſerius, neque citius, quàm oporteat tendant, conſuli. ſ. Cic. inſidias: & parent. i. diſponant & præparent cædem. i. ſtragem & occiſionem ciuium, incendia ædium & alia facinora belli, & mandat. i. ſignificat & vt vulgo dicunt inſinuat (niſi potius ſubaudiamus verbum dicit, aut ſignificat) ſeſe acceſſurum propediem. i. intra paucos dies, ad vrbem Rom. Dum hæc, quæ dicta ſunt, geruntur. i. publice fiunt Rom. C. Manlius ductor ille exercitus Catil. mittit ad Q. Martium imperatorem miſſum in agrum Picenum ad regem. ſ. cognomento propter ſacrificia (vt dictum eſt) ſolis regibus facienda, ex ſuo numero. i. ex ijs quos ſibi populares & fautores nouerat, cum mandatis. i. ſignificationibus & ſcriptis huiuſcemodi. Mandare enim non ſemper eſt imperioſe præcipere, ſed interdum certiorem facere, vel ſignificare per ſcripta quæ chartis dum ſcribuntur mandari dicuntur. vt Aeneid. 3. Fata canit folijsque notas, & nomina mandat. Mandata itaque erant huiuſcemodi.

DEOS hominesque teſtamur imperator, nos arma neque contra patriam cepiſſe: neque quo periculũ alijs faceremus: ſed vti corpora noſtra ab iniuria tuta forent: qui miſeri, egentes, violentia atque crudelitate fęneratorum plerique patria, ſed omnes fama, atque fortunis expertes ſumus. Neque cuiquam noſtrum licuit more maiorum lege vti: neque amiſſo patrimonio, corpus liberum habere: tanta ſæuitia fœneratorum: atque prætoris fuit. Sæpe maiores noſtri miſerti plebis Rom. decretis ſuis inopiæ eius opitulati ſunt. Ac nouiſſime memoria noſtra propter magnitudinem æris alieni, volentibus omnibus bonis, argentũ ære ſolutum eſt. Sæpe ipſa plebs, aut dominãdi ſtudio permota, aut ſuperbia, magiſtratũ armata, à Patribus ſeceſſit. At nos nõ imperium, neque diuitias petimus: quarum rerum cauſa, bella, atque certamina inter mortales omnia ſunt, ſed libertatem, quam nemo bonus, niſi cum anima ſimul amittit. Te atque ſenatum obteſtamur, conſulatis miſeris ciuibus: legis præſidium, quod iniquitas prętoris eripuit, reſtituatis: neve nobis eam neceſſitudinem imponatis, vt quęramus, quo nã modo maxime vlti ſanguinem noſtrum, pereamus. Ad hæc Q. Martius reſpondit, ſi quid à ſenatu petere vellent, ab armis diſcedant. Rom. ſupplices proficiſcantur, ea miſericordia ac manſuetudine ſenatum, & populum Romanum ſemper fuiſſe, vt nemo unquam ab eo fruſtra auxilium petiuerit. At Catilina ex itinere pleriſque conſularibus, præterea optimo cuique literas mittit: ſe falſis criminibus circunuentum, quoniam factioni inimicorum reſiſtere nequiuerit, fortunæ cedere: Maſſiliam in exilium proficiſci, non quo ſibi tanti ſceleris conſcius eſſet, ſed vti reſpub. queta foret, neve ex ſua contentione ſeditio oriretur. Ab his longe diuerſas literas Q. Catulus in ſenatu recitauit, quas ſibi nomine Catilinæ redditas dicebat. Earum exemplum infra ſcriptum eſt.

DEos homines) Hæc eſt epiſtola. quam legatis miſit Manlium ad Martium ſacrorum regem, ſed tunc erat imperator. [Per deos teſtor) Per deos, & homines iuramus. [Neque quo alijs) Vt nos aliorum ſalutem impugnaremus, ſed vt nos iniuria eriperemus. [Noſtra,) Id eſt noſtrum, qui &c. [Miſeri) Calamitoſi. [Egentes) Rebus omnibus neceſſarijs carentes. [Patriam) Nota conſtructionem, quia dicere ſolemus, expers huius rei. Saluſt. hoc loco aperte dicit expertes patria, fortunis &c. [Fama) Pro fortuna, quia infames habiti ſumus, & rebus noſtris expoliati. [Cuiquam noſtrum] non licuit, vt cauſam noſtram diceremus apud iudices. [Patrimonio amiſſo) Amiſſis rebus noſtris, nam patrimonium dicitur ea pecunia, quæ à patre filijs traditur, vnde à patre patrimonium eſt appellatum. [Sæpe maiores) Probat exemplis, ſe id petere à patribus, quod ſuperiori tempore plebi conceſſum fuerat. [Miſerti) Ecce miſereor cum genitiuo. [Decretis) Senatus conſulti. nam decretum & conſultum ſenatus idem ſunt. [Opitulari ſunt) Subuenerunt. [Ac nouiſſime noſtra memoria) Hoc factum eſt quod iſte dicit. Nam propter bella ciuilia Marij & Syllæ plebs Rom. adeo pecunia exhauſta erat, & ære alieno grauata, vt fœneratoribus ſatisfacere non poſſet, igitur ſenatores miſerti inopiæ eius decreuerunt, vt ex ærario publico perſolueretur fœneratoribus. [Nouiſſime] Paulo ante. [Ex communi ære] Ex ærario ſolutum, ſcilicet fœneratoribus. [Omnibus bonis] Et voluntate omnium bonorum argentum, quod ſolui non poterat à priuatis hominibus. [Sæpe ipſa] Facit argumentum, ſi plebs à patribus ſeceſſit, vt imperium ipſa haberet ſimul cum patribus, cur id quoque nobis facere non licet libere viuendi cauſa? [Superbia magiſtratuum) Quia ipſi inſolentiam conſulum pati non poterant. [Seceſſit] Sicut in ſacrum montem, quod habetur plane apud Titum Liuium primo libro. [At nos] Ecçe argumentum, ſi plebs dulcedine imperij à patribus ſeceſſit, idem nobis facere cauſa libertatis liceat. [Quarum rerum) .ſ. diuitiarum, imperij. [Bella] Quę publice inter populos & ciuitates fiunt. [Certamina] Quæ inter ciues ſuſcitantur, ergo bellum propter imperium. certamina propter diuitias, ut ſunt certamina fori non petimus. (Nemo bonus) nemo ſtrenuus patitur libertate carere, niſi vitam amiſerit. [Te Martium) Regem, imperatorem. (Obteſtamur) Rogamus. [Cõſulatis) Prouideatis. [Legis præſidium) Vt poſſimus cauſam noſtram agere. vindictæ dãdæ erant ſm libertatem, hic modo fide VALLA

nihilo ...

iuſſinnẽ facit huic,ita, vt liber ſit,donec viſum fuerit,ſi ille ſoluere debeat,an non. [Quo nam modo] Cum multis antea exitio fuerimus: poſtea pereamus [Ab armis) Diſciplina, deponite arma : deinde ſupplices ſenatum petite. [Vt nemo] Vt nunquam incaſſum auxilium & opem à Senatu Populoq́. Rom. q. ſ. quam petierit. [Ex itinere) Cum mitteret ad Manlium literas quæ continebant hoc , quod ſequitur. [Criminibus) Accuſationibus. Circumuenium) Oppreſſum , obſeſſum. [Factioni) Potentiæ & opibus. [Non] Pro & ne . [Contentione] Seditione, ſi ergo contendere vellem contra meos inimicos, fortaſſe aliquã ſeditio oriretur in ciuitate. [Longe diuerſas) Valde alienas.[Ab his] Quas ſupra memorauı. [Quas ſi nomine Catilinæ]Quas à Cat. ſibi nuncius attulerat . [Earum] .ſ. literarum exemplum , quod nonnulli in odium dicunt,ideo exemplum appellabant.

MARL. FORENT tuta]Quia erant vel exules,vel oberati,& ideo addicti. Lex erat vt ille cui non erat ſoluendo addiceretur creditori iuxta illam legem. Qui non habet in bonis,luat in corpore. [Lege] Priuilegio legis, ille cui nõ erat ſoluendo poterat incarcerari. Sed ſi potuiſſe , vt priuilegio legis .i. cedere bonis paternis,nec addici,nec incarcerari poterat.hęc recitauit Gellius Marmitta Parmenſis præceptor meus. [Sæuitia prætoris] Quia nequaquam permiſit nos vti priuilegio l. [Volẽtibus omnibus b.] i.decernentibus diuitibus io. [Superbiam] Magiſtratuum ſuperbiam non poſſent tolerare. [Seceſſit] Vt in colle ſacro iuxta ripam Anienis fluminis quæ à Valerio,vt ait Val. Max. Re conciliata,vel vt alij à Menenio Agrippa arma depoſuit , Valerius Max. lib. 8. capi. 9. Hiſt. breuiter tetigit . [Quarum rerum] Quibus diuitijs.[Certamina] Sen. Sæuiunt reges rapiuntque & deuertunt vrbes longo laboręſęculorum conſtructas, vt aurum & argentum cineres ſeruitentur [Nemo bonus] Quaſi dicat ne quidem barbarus.[Obteſtamur] Deprecamur.[Miſeris,] Id eſt exulibus.[Eam] i.talem. L. Catilina. [Re,] Id eſt in effectu.

SÆPE maiores noſtri miſerti plebis Rom.]In Merſeburgẽſi eſt,miſerti.quod participium apud Terentium atque alios reperitur . Nec ſecus exemplar. Fabricij noſtri. [Te atque ſenatum obteſtamur,vt conſulatis miſeris ciuibus] τὸ Vt, non eſt in manuſcriptis, & rectius abeſſe poterit . Facit nobiſcum exemplar Beroaldinum. Paulo poſt. [Ne tu nobis eam neceſſitudinẽ imponatis] Merſeburgenſe volumen habet neceſſitatem.ſed perperam.nam ferè & Sal. & alij vetuſtiores neceſſitudinem pro neceſſitate poſuerunt. quæ eſt, vt ille ait, vis quæpiam premens & vrgens . Quanquam alias neceſſitudo eſt ius quoddam vinculumq́ue religioſæ coniunctionis.[Ad hęc Q. Martius reſpondit,ſi quid à Senatu petere vellent] Melius in vetuſtis,ab ſenatu. Paulo poſt . [Ea manſuetudine atque miſericordia ſenatum & Pop. Rom.ſemper fuiſſe] Legendum ex vetuſtis, Senatum Populumq́ue Rom. quod & illa vetus ſcribendi ratio quam quodam in exemplari reperi,declarat. S. P. Q. R. Ita enim hoc loco Fabricianum volumen,ac vetuſtiſſimum quodq́ue ex impreſſis. Licet codex Beroaldinus, Senatum Pop. Rom. habeat.duo è manuſcriptis. S. P. R. vt videlicet coniunctio illa ſυγκλιτικὴ deſit.

GLAR. MORE maiorum lege vti]Quæ ſit hæc lex,varie à Commentatoribus narratur,ſed nihil explicatur . Nec ego quidquã certius adferre poſſum. Notæ ſunt leges nexus ac vindiciarum, ſi fortaſſis illas non ſeruatas in ipſis conquerentur . Sed & quæ de Prætore loquuntur , non eſt certum quem velint. Quod vero continuo ſequitur de neſtrum pro Veſtri à Gellio reprehenſum,lib. 2. cap. 5. Sed à L. Valla vindicatum,lubens tranſeo illud aũt quod tertius mox ſequitur , Argentum cõmuni ære ſolutum eſt. Quare verbum cõmuni.ſubſtulerint plerique codices,adhuc dubius quæro.Certe vetuſtus codex habet.[Vt nemo vnquã ab eo fruſtra auxilium petiuer.] De duobus,nempe Senatu ac Pop. R. locutus ſubiungit . Eo fortaſſis quia omnis penes populum poteſtas eſſet, quando à ſenatu ad populum prouocare licebat.

ASCE. O IMPERATOR nos teſtamur,id eſt teſtes ſumus & po teſtamur deos & homines nos cepiſſe arma , neque contra patriam neque quo.i.ideo vt nos faceremus alijs Periculum, id eſt diſcrimen vitę, aut alijs.ſ.ciuibus,periculum. i.experimentum & audaciam ſumendi arma,ſed vti,id eſt vt corpora noſtra forent, id eſt eſſent tuta,ab iniuria.ſ.potẽtum corpora dicit noſtra, hoc eſt quod antiqui dicebant noſtrum, qui.ſ.nos exiſtentes , miſeri.i.miſerandi,quia calamitatis pleni,& egẽtes.ſ.neceſſarijs,violentia & crudelitate.i.propter aut per violentiam & crudelitatem fœneratorum.i.vſurariorum. qui ære alieno eos oppreſſerant, ſumus expertes.i. priuati & plerique.i. plurimi noſtrum. [Patria]ſed oẽs ſine exceptione expertes ſumus i.caremus fama atque fortunis.i ,diuitijs.hic puer duo aiaduertas præcepta,quorum vnum eſt, relatiuum & antecedens, velle conformes in perſona , ſed ſæpe ad poſſeſſiua ferri relationem propter primitiua intellecta licet in nullo conueniant & primitiua quia in vſu non ſunt in ea ſignificatione exprimi nequeant.vt in Andria Terent. Fortunas meas qui haberem filium tali ingenio præditum. vbi non liceret dicere fortunas mei,quia mei non poſſeſſiue nec actiue ſed tantum paſſiue ſignificat nec niſi quia in vſu non eſt, & tamen ad illud refertur qui , cum additur qui haberem . Et hic, corpora noſtra qui miſeri.i.corpora noſtrum [non noſtrorum]qui.ſ.nos &c. Secundum eſt, Magni referre quo ad ſenſum qua vi regantur caſus,quia hoc loco ablatiui violentia , & crudelitate reguntur ab egentes, non vt cauſę materiales,circa quas non enim egebant violentia fœneratorum tanquam re circa quam verſetur egeſtas: ſed vt cauſę efficientes,quia propter violentiam egebant,& egeni ſeu agentes facti à violentia fœneratorum &c. [Neque licuit cuiuis noſtrum vti lege.i. impunitate cõceſſa per legem facta ceſſione bonorum, more maiorum .i. vt maiores .i. priſci Romani fecerant copei ra ciuium egeſtate . neq; licuit habere corpus liberum .i. extra vincula & carcerem: amiſſo patrimonio .i. poſtquam amiſimus patrimonium à maioribus noſtris partum , quod inuiti amittebant tanta i. tam vehemens fuit ſæuitia fœneratorum qui nos in vincula conijci petebant, & prætoris qui petita conceſſit. Probat quod contra morem maiorum id fieret , quia maiores .i. priſci Romani miſerti plebis Romanæ, opitulati ſunt, i.opem attulerunt, ſuis decretis .i. publicis conſtitutionibus inopię,eius,ſ.plebis,ac nouiſſime .i. recentiſſime, memoria noſtra.i.cuius memores,adhuc ſumus, argentum eſt ſolutum communi ære.i.ex ærario pub.ſeu fiſco. propter magnitudinem æris alieni.i.debiti , & hoc omnibus bonis volentibus,id eſt nemine contradicente.Id quoque in his poſtea factum à ſe gloriatur Cic. Officiorum 2. titulo auaritia vacare debent &c. [Ipſa plebs Romana ſæpe ſeceſſit,] Id eſt ſeorſum ſedem cepit vt in monte ſacro & alibi vt in prima decade Liuij videre eſt: à patribus,id eſt ſenatoribus, exiſtens armata & permota aut ſtudio dominandi , vt etiam magiſtratus è plebis fierent vnde facti tribuni plebis,aut ſuperbia magiſtratuum,id eſt potentatum & eorum qui rempub. gubernabant. At nos ſcilicet miſeri non petimus imperium neque diuitias, cauſa quarum rerum id eſt ob quas res,ſcilicet imperium aut diuitias,omnia bella atque certamina fiunt inter mortales,ſed ſup. petimus [quod tamen nõ venuſte repetatur]libertatem,quam nemo bonus,id eſt fortis & ſtrenuus amittit niſi ſimul cum anima.i.cum vita.[Nos obteſtamur te atque ſenatum, vt conſulatis].i.conſilio proſpiciatis & prouideatis miſeris ciuibus, & reſtituatis præſidium legis quæ,ſcilicet fœnore grauatis , aut diſfortunio preſſis opem publicã tulit,quod ſcilicet præſidium legis, iniquitas prętoris fauẽtis diuitibus,eripuit .ſ.nobis, neue i. vel ne imponatis eam neceſſitudinem, vt quæramus quo nam modo pereamus, id eſt interficiamur, vlti.ſ.prius maxime ſanguinem noſtrum, q. d. ne ex deſperatione ſalutis cogamur in reip. gubernatores durius agere, qa vt dixit poſtmodum Maro Aen. 2. Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem. Et , Quondam etiam victis redit in pręcordia virtus Victoresq́ue cadunt Danai &c. [Ad hæc] ſcilicet ſcripta, & vt dixit mandata Manlij. Q. Martius reſpondit,ſi ipſi qui in armis erant vellent petere,quid,id eſt aliquid ab ſenatu, diſcedant ab armis & proficiſcantur ſupplices Romam,& reſpondit Senatum. P. Q. R. i. Populumq́ue Romanum fuiſſe ſemper ea manſuetudine atque miſericordia, at nemo petiuerit vnquam fruſtra auxilium ab eo . Et ita prudenter eos admonuit, ſed illi imprudenter in armis perſtitere . [At Cat. &c.] Præter dolum & ſimulationem Manlij, etiam Catilina quem omnium ſimulatorem & diſſimulatorem ſupradixerat, vt incautos opprimeret ſimulauit ſe in exilium voluntarium receſſere Maſſiliam,quę in prouincia Galliæ eſt antiquiſſimo iure & fœdere Romanis olim tunc conciliata , ortum habens vt Iuſtinus commemorat à græcis illuc per errorem delatis, vnde & totam Galliam in meliores mores reformatam dicit. Sanè pro hoc ſignificato ſecundam corripit, quam pro Getulæ parte producit , vt Aen. 4. Maſſilique ruūt equites. [Sed ordo eſt] At,id eſt e diuerſo in altera parte. Catilina mittit ex itinere, id eſt dum iter faceret, literas pleriſque cõſularibus, id eſt ſummis viris , qui aliquando conſulatum geſſerunt & de ordine conſulari erant,cum conſulares ſint interdum viri conſulatu digni,& præterea, id eſt præter conſulares, mittit literas optimo cuique, id eſt præſtantiſſimo ciuium ſignificans ſup. ſe circumuentum .i. impeditum & interceptum falſis criminibus.i.criminationibus, ſiue criminibus falſo obiectis. quoniam nequiuerit reſiſtere factioni ,i. vt dicunt partialitati & particula

ti inuidię ob propria cōmoda inimicorum, proficiſci Maſſiliam ad eam urbem in prouincia Gallicana, quæ ob eam rem peculia ri nomine adhuc prouincia uocatur in exilium. i. ut illic Roma exulet, [Non quo]. i. non ideo, quòd eſſet ſibi conſcius tanti ſceleris quantum obijciebatur, uel eo quod deberet eaulare: ſed uei .i. vt reſp. foret quieta, ne ue ſeditio. i. ſeditioſus tumultus & ſtrages oriretur, ex contentione. i. reſiſtentia pertinaci ſua. Q. Catulus unus e ſenatoribus recitauit in ſenatu literas diuerſas. i. differentes longe in ſententia ab his. ſ. ſuperioribus literas Catilinæ, quas dicebat redditas ſibi nomine Catilinæ, exemplum. i. ſimilitudo earum. ſ. literarum (pro exemplo autem imperiti copiam dicunt) eſt ſcriptum infra. i. ſubſequenter quia dum in tabulis ſcribimus prius ſcripta ſunt & poſterius infra.

L. CATILINA, Q. CATVLO S.

EGREGIA tua fides, re cognita, grata mihi magnis in meis periculis, fiduciam commēdationi meæ tribuit. Quamobrē defenſionem in nouo conſilio non ſtatui parare, ſa i. factionem ex nulla conſcientia de culpa proponere decreui, quam mediusfidius, licet ueram cognoſcas, iniurijs contumelijsq. concitatus, quòd fructu laboris, induſtriæq. meæ priuatus, ſtatum dignitatis non obtinebam: publicam miſerorum cauſam pro mea conſuetudine ſuſcepi, nō quin æs alienū meis nominibus ex poſſeſſionibus ſoluere poſſem cū & alienis nominibus liberalitas Aurelię Oreſtillę, ſuis, filiæq. copiis perſolueret, ſed quòd non dignos homines honore honeſtatos uidebam, meq. falſa ſuſpicione alienatum eſſe ſentiebam, hoc nomine ſatis honeſtas pro meo caſu ſpes reliquæ dignitatis conſeruandæ ſum ſecutus. Plura cum ſcribere uellem, nunciatū eſt mihi uim parari. Nunc Oreſtillam tibi commendo, tuæq. fidei trado: eam ab iniuria defendas, per liberos tuos rogatus, aueto. Sed ipſe * perpaucos dies commoratus apud C Flaminium in agro * Rheatino, dum ciuitatem antea ſolicitatam * ab eo armis exornat, cum faſcibus, atque alijs imperij inſignibus, in caſtra ad Manlium contendit. Hæc vbi Romæ comperta ſunt. Senatus Catilinam & Manlium hoſtes iudicat, ceteræ multitudini diem ſtatuit, ante quam liceret ſine fraude ab armis diſcedere, præter rerum capitalium condemnatis. Præterea decernit, uti conſules delectum habeāt * C. Antonius Catilinam cum exercitu perſequi maturet, Ci. urbi præſidio ſit. Ea tempeſtate mihi imperiū. P. R. multo maxime miſerabile uiſum eſt, cui cum ad occaſum ab ortu ſolis, omnia domita armis parerent, domi ocium atque diuitiæ, quæ prima mortales putant, affluerēt, fuere tamen ciues, qui ſeq;, remq. pub. obſtinatis animis, perditum irent. Nanque duobus ſenatus decretis, ex tanta multitudine, neque præmio inductus coniurationem patefecerat, neque ex caſtris Catilinæ quiſquam omnium diſceſſerat, tāta uis morbi. atque uti tabes, pleroſque ciuium animos inuaſerat. Neque ſolum illis aliena mens erat, qui conſcij coniurationis fuerant, ſed omnino cuncta plebs nouarum rerū ſtudio, Catil. incepta probabat. Id adeo more ſuo uidebatur facere. Nam ſemper in ciuitate, quibus opes nullæ ſunt, bonis inuident, malo, extollunt, uetera odere nouare, noua exoptant, odio ſuarum rerum mutari omnia ſtudent, turba atque ſeditionibus ſine cura alūtur, quoniam egeſtas facile habetur ſine dāno. Sed urbana plebs, ea uero præceps erat multis de cauſis. Primum, omnium, qui ubique probo, atq. petulantia maxime pręſtabant, item alij qui per dedecora, patrimoniis amiſſis, poſtremo omnes, quo, flagitium, aut facinus domo expulerat, hi Romam, ſicuti in ſentinam, confluxerant. Deinde multi memores Syllanæ uictoriæ, ꝙ ex gregarijs militibus alios ſenatores uidebant, alios ita diuities, ut regio uictu, atque cultu ætatē agerent, ſibi quiſque, ſi uictoria in armis foret, talia ſperabat. Pręterea iuuentus, quæ in agris manuum mercede inopiá tolerauerat, priuatis atque publicis largitionibus excita urbanū ociū ingrato labori ꝑtulerat. Eos atque alios oēs malum publicū alebat. Quo minus mirandum eſt homines egentes, malis moribus, maxima ſpe reip. iuxta ac ſibi conſuluiſſe. Præterea quorum uictoria Syllę parētes proſcripti, bona erepta, ius libertatis imminutum erat, haud ſanè alio animo belli euentum expectabant. Ad hoc quicunque aliarum, atque ſenatus partium erant, cōturbari remp. quā minus ualere ipſi malebant. Id adeo malū multos poſt annos in ciuitatem reuerterat. Nā poſtquā Cn. Pompeio, & M. Craſſo cōſulibus tribunitia poteſtas reſtituta eſt, homines adoleſcētes ſummā poteſtatem nacti, quibus ætas, animusq. ferox erat, cępere ſenatū criminādo plebem exagitare, deinde largiēdo, atque pollicitando magis incendere. Ita ipſi clari, potenteſq. fieri, contra eos sūma ope nitebatur pleraq; nobilitas ſenatus ſup ſpecie reip. pro ſua magnitudine. Nāque, ut paucis uerum abſoluam, poſt illa tempora quicūque remp. agitauere, honeſtis nominibus, alij ſicuti iura populi defenderēt, pars quo ſenatus auctoritas maxima foret, bonū publicū ſimulantes, pro ſua quiſque potentia certabāt, neque illis modeſtia, neque modus cōtentionis erat. Vtrique victoriam crudeliter exercebant. Sed poſtquam Cn. Pompeius ad bellum maritimum, atq; Mithridati cum miſſus eſt, plebis opes imminutæ, paucorū potentia creuit. Hi magiſtratus, prouincias, aliaq. omnia tenere. Ipſi innoxij, florentes, ſine metu ætatem agere, ceteroſq. iudicis terrere, quo plebē in magiſtratu placidius tractarent. Sed ubi primū dubiis rebus nouandis ſpes oblata eſt, vetus certamen animos eorū arrexit. Quod ſi primo prœlio Catilina ſuperior, aut æqua manu diſceſſiſſet, profecto magna clades atque calamitas rem pub. oppreſſiſſet, neque illis, qui victoriam adepti forent, diutius ea vti licuiſſet, quin defeſſis & exāguibus, qui plus poſſet imperium, atque libertatem extorqueret. Fuere tamen extra coniurationem complures, qui ad Catilinam initio profecti ſunt. In his erát Fuluius ſenatoris filius, quem retractum ex itinere parēs necari iuſſit. Iiſdem temporibus Romę Lentulus ſicuti Catilina præceperat, quoſcunque moribus, aut fortuna nouis rebus idoneos credebat, aut per ſe, aut per alios ſolicitabat, neque ſolū ciues ſed * cuiuſcūque modi genus hominum, quod modo vſui bello foret. Igitur P. Vmbreno cuidam negociū dat, uti legatos allobrogū requirat, eoſque ſi poſſit, impellat ad ſocietatem belli exiſtimās publice, priuatimque ære alieno oppreſſos. Pręterea quòd natura Gallica gens bellicoſa eſſet, facile eos ad tale conſilium adduci poſſe. Vmbrenus, quod in Gallia negociatus erat, pleriſque principibus ciuitatum notus erat, atque eos nouerat. Itaque ſine mora ubi primum legato in foro conſpexit, percontatus pauca de ſtatu ciuitatis, & quaſi dolens eius caſum, cępit requirere, quem exitum tantis malis

Marginal notes: * paucos — * Aretino — * ab eo, nō eſt in uetuſtis codicib. — * alij nō habet, C. — * cuiuſq;

ſperarent

ſperarent. Poſtquam illos videt queri de auaritia magiſtratuū, accuſare ſenatum, quòd in eo auxilij nihil eſſet: miſerijs ſuis remedium, mortē expectare. At ego, inquit, vobis, ſi modò viri eſſe vultis, rationem oſtendam, qua tanta iſta mala effugiatis. Hęc vbi dixit, allobroges in maximam ſpem adducti, Vmbrenum orare, vt ſui misereretur, nihil tam aſperum, neque tam difficile eſſe, quod non cupidiſſime facturi eſſent, dum ea res ciuitatem ære alieno liberaret. Ille eos in domum D. Bruti perducit, quod foro propinqua erat, neque aliena conſilij propter Semproniam. Nam tum Brutus

*acceſſit Roma ab erat. Præterea Gabinium * accerſit, quo maior auctoritas ſermoni ineſſet. Eo præſente coniurationem aperit, nominat ſocios. Prętererea multos cuiuſque generis innoxios: quo legatis animus amplior eſſet. Deinde eos pollicitos operam ſuam domum dimittit. Sed allobroges diu in incerto habuere, qoidnam conſilij caperent. In altera parte erat æs alienum, ſtudium belli, magna merces in ſpe victoriæ: at in altera maiores opes, tota conſilia, pro incerta ſpe certa præmia.

*Itaque Hæc illis voluentibus, tandem vicit fortuna reip. * Ita Q. Fabio Sangæ, cuius patrocinio plurimum ciuitas vtebatur: rem omnem vti cognouerant, aperiunt, Cic. per Sangam conſilio cognito, legatis præcepit, vt ſtudiū coniurationis vehemēter ſimulent, ceteros adeant, bene polliceantur: dentque operam, vti eos quam maxime manifeſtos habeant. Iiſdem ferè temporibus, in Gallia citeriore, atque vlteriore: item in agro Piceno, Brutio, Apulia motus erat. Nanque illi, quos ante Catilina dimiſerat, inconſulte, ac veluti per dementiam, cuncta ſimul agebant: nocturnis conſilij, armorū, atque telorum portationibus, feſtinando, agitando omnia, plus timoris, quàm periculi effecerāt. Ex eo numero complures Q. Metellus Celer Prætor, ex * S. conſi-

*S. cōſulto nōdū li tamēſe gaue, ex ſcejs.

ſilio, cauſa cognita, in vincula coniecerat. Item in citeriore Gallia C. Muræna, qui ei prouincię legatus præerat. At Romæ Lentulus cum cęteris, qui principes cōiurationis erant, paratis, vt videbatur, magnis copijs, conſtituerat, vti cum Catilina in agrum Feſulanum cū exercitu veniſſet. L. Beſtia trib. pl. concione habita, quęreretur de actionibus Cic. belliq. grauiſſimi inuidia, optimo conſuli imponeret. Eo ſigno, proxima nocte, cętera multitudo coniurationis ſuum quiſque negocium exequeretur. ſed ea diuiſa hoc modo dicebātur: Statilius & Gabinius vti cum magna manu, duodecim ſimul opportuna loca vrbis incenderet: quo tumultu facilior aditus ad cōſulem, ceteroſque, quibus inſidiæ parabantur, fieret. Cethegus Ciceronis ianoam obſideret, eumque vi aggrederetur. Alius autem alium. Sed filij familiarum quorum ex nobilitate maxima pars erat, parentes interficerent: ſimul cæde, & incendio perculſis omnibus, ad Catil. erū perent. Inter hæc parata, atque decreta, Cethegus ſemper querebatur de ignauia ſociorum: illos dubitando, & dies prolatādo, magnas opportunitates corrumpere: facto, nō conſulto in tali periculo opus eſſe: ſeque, ſi pauci adiuuarent languentibus alijs, impetum in curiam facturum. Natura ferox, vehemens, manu promptus erat: maximum bonum in celeritate putabat. Sed allobroges ex præcepto Ciceronis per Gabiniū ceteros conueniunt: ab Lentulo, Cethego, Statilio, item caſſio poſtulant iuſiurandum, quod ſignatum ad ciues perferant, aliter haud facile eos ad tantū negocium impelli poſſe. ceteri nihil ſuſpicantes dant. Caſſius ſemet eò breui Vēturum pollicetur, ac paulo ante legatos, ex vrbe proficiſcitur. Lentulus cum his Titom Vulturcium quendam Crotonienſem mittit, vt allobroges, priuſquā domum pergerēt, cū Catilina, data atque accepta fide, ſocietatem confirmarent. Ipſe Vulturcio literas ad Catilinam dat quarum exemplum infra ſcriptum eſt.

L V e r v a &ç.] Et hæc ſunt propria verba Catil. [Egregia]. i. præſtans. [Re] Factis, non verbis. [Cognita] Experta. [In meis] In quibus nunc verſor. [Fiduciam facit] Vt confiderem ea tibi commendare, quia tua fides ſatis mihi experta. [In nouo conſilio] Quod ego nunc ſuſceperim defendere miſeros. [Statui] Decreui. [Defenſionem] Vt ego meum conſilium defendam apud te, an ſit bonum, an ſit malum. [Satisfactionem] Excuſationem, purgationem, vnde ſatisfeciſti mihi i. purgaſti, excuſaſti. [Ex nulla conſcientia] Quia nullius mihi errati ſum conſcius. [De culpa] Quam mihi homines obijciunt. [Mediusfidius] Ita me adiuuet diusfidius. i. Iouis filius .ſ. Mercurius. [Quam] Purgationem. [Iniurijs] In verbis. [Contumelijs] In factis, vnde facile patior iniuriam contumeliam. [Concitatus]. i quia re, & verbis me offenderunt inimici. Statū dignitatis]. i. non poteram mea ex dignitate viuere. [Pro conſuetudine] .i. ſecundum meam conſuetudinem. [Meis nominibus ſumptum]. i. debitis, quæ feci. [Alienum] .ſ. ſumptum. [Sed feci quòd] Hoc dicebat propter ciues. [Honeſtatus] Amplificatos. [Alienatum] .ſ. à P.R. [Hoc nomine] .ſ. ſuſcipiendæ cauſæ miſerorum. [Satis honeſtas] Satis honorificas, ſicuti mihi videtur. [Pro meo caſu] Qui à Pop. alienatus eram. [Reliquæ dignitatis] Quæ adhuc mihi reſtabat. [Parari] Pro parabantur homines, qui mihi vim inferrent. [Aueto] .i. valde ſaluus ſit. [Solicitatam] Ad ſeditionem. [Exornat] inſtruit. [Faſcibus] .i. lictoribus, nam faſces erant ſecures, quibus faſciculi virgarum erant alligati, quas ſecum lictores imperatoribus pręferebant. [Ceteris inſignibus] Videlicet cum prætexta, quę erat veſtis imperatoria. [Iudicat hoſtem] Iudicare hoſtem eſt, quod vulgo dicitur bandire per tibello. [Statuit delibe.] Antequam dicat. [Sine fraude] Sine pœna. [condemnati rerum] Præter eos qui condemnati erant capite, antequam inirent coniurationem, & Priſc. adducit hunc locum lib. de conſtr. cum oſtendit præter interdum cum ablatiuo coniungi. [Ea tempeſtate] Hic patriæ caſum miſeratur Saluſt. [eius cum]. i P.R. [Ab ortu Solis.]. i. ab Occidente ad Orientem. i. vniuerſus orbis ab eo ſubactus eſt [Domita] Victa. [parerent] Obedirent. [ffluerent] Abundare ne ſ. ocium, & diuitię. [prima]. i. præcipua, & excellentia.] Perditum] Ad perdendum ſe. [Nanque] Reddit rationem, cur miſerabile ſibi viſum fuerit imperium P. R. ea tempeſtate. [Duobus] ſ. factis duobus decretis, quæ ſupra memoraui, vnum ſi quis coniurationem indicaſſet maxima ſumpturum eſſe præmia, alterum, quòd intra certum diem qui in exercitu Manlij, & catil. erat impune ab armis diſcedere liceret. Tanta enim cauſa erat cur neque quiſquam coniurationem patefecerat, neque ab armis diſceſſerat. [Tanta vis] Tantus impetus.]Vti tabes] Veluti quædam confectio atque contagio. [Pleroſque ciuium] .i. animos multorum ciuium. [Aliena] Aliena erat à reip. ſtatu, eorum .ſ. qui conſcij coniurationis fuerant cauſa. [cuncta plebs] Omnes ſine exceptione. [Probabat] Laudabat. [Incepta] Propoſita catil. [Studio nouarum rerum] Voluntate nouarum rerum. [Adeo]. i. certe quia ſibi ſua diſplicent. [Bonis inuident] Quia boni nullo ſibi malis adiumento ſunt, ſperant ex magnificentia malorum aliquid boni conſequi. [Vetera] Quæ ſunt præter vtilitatem eorum. [Noua] Quia ſperant ſibi commoda fore. [Turba] Turbatione. [Seditionibus] Diſcordijs. [Aluntur] Nutriuntur. [Sine cura] cura rerum ſuarum. quippe quia nihil poſſunt perdere. [Facile] Quia facile eſt pauperem fieri. [Habetur] Poſſidetur. [Sine damno] Quia qui nihil habet, nihil amittere poteſt. [Vrbana plebs] Erat præceps. [Vero] Pro ſed, ea erat præceps. [Vbique] In omnibus Italiæ locis. [Præſtabant] Vincebant, excellentiores erāt probeti. [Obſcœnitate] Remp. obſcœnam intelligit, vt ſunt ſtupra, adulteria, inceſtus. [Petulantia] Superfluitate. nam petulantia propriè eſt loquacitas. i. ſuperfluitas in verbis, ſed conuenit, vt non ſolum verborum

Vall

ſuper-

ſuperfluitas dicatur, ſed etiam ſuperfluitas bibendi, edendi, & ceterarum rerum, quæ luxuriæ ſunt. [Item alij conflauerant Rom. qui præſtabāt pa.] i. qui rem à patribus relictā amiſerant, vel conuiuijs ſumptuoſis, vel amoribus illicitis, vel condemnationibus, cum pœnas pecuniarias ſoluere coacti eſſent propter ſcelus aliquod perpetratum. [Amiſiſſ] Perditis diuitijs. quas eorum patres teſtamento reliquerant. [Per dedecora] Per vituperia, & opprobria. [Flagitium aut facinus] Flagitium dicitur omne vitium flagitatione ideſt reprehenſione dignum, & poteſt in verbis conſiderari. nam flagitium eſſet, ſiquis periurium faceret. hoc enim conſtituitur verbo, non re. Facinus autem eſt vitium, quod in facto conſiſtit, vt eſſet, furtum, homicidium, adulterium committere. [Hi Rom ſicut in ſentinam] Quemadmodum aqua vitioſa per rimas in fundo nauis ingreditur, ita vitioſi homines, & perditi ſe Rom. contulerant. [Sentina] Sentina eſt aqua vitioſa per rimas in fundo nauis ingreſſa, putrida, & mali odoris: vnde ſentina etiam dicitur à ſentiendo, eo quòd odore ſuo naribus nautarum ſentiatur, & propter malum odorem dicitur nauſeam facere. i. vomitum. [Memores Syllanæ.] Meminerant quantum ex memoria Syllæ conqueſti eſſent, qua propter eandem vtilitatem ſe conſecuturos putabant, ſi nouæ res fiſtēt. [Ex gregarijs militibus] Ex ignobilibus. nam gregarij milites dicuntur ignobiles: quaſi ex grege, vt ſunt qui militibus ſeruitia præſtant, quos appellamus agaſones, lixas, calones, vel qui pabulatum, vel lignatum eunt. [Victu regio] Epulis regijs, cultibus regijs, veſtibus regijs. [Si foret] .i. ſi ille præſtantior eſſet, qui fortior eſſet in armis. [Quæ mercede] Homines appellabantur operæ, vt in epiſtolis Cic. ad Atticum. veruntamen in ſacra pagina inuenitur, miſit operarios in vineam ſuam, & intelligit de huiuſmodi hominibus. [Mercede] Vt ligonizare agros, putare vites [Priuatis] Quas ferri videbat; & ſuperiori tempore factas eſſe audierat. [Ingrato] Moleſto, non placido ſibi. [Eos] Agreſtes operas. [Quin] Propter quod. [Egentes] Pauperes, maxima ſpe vtilitatis propoſita. [Sibi, ac reip.] Iuxta, quos ſibi vtile eſt, id etiam reipub. vtile videretur. [Præterea] Alios commemorat. qui parati erant ad remp. perturbandam, quorum oēs erant ciues Rom. [Victoria] Propter victoriam Syllæ. [Parentes] Qui fuerant ſecuti partes Caij Man. [Proſcripti] Capite damnati à Sylla [Bona erepta] Quia quicunque proſcripti fuiſſent, vnuſquiſque bona eorum diripere poterat. [Ius libertatis] Vnum ſequitur ex reliquo. nam quanto magis oppreſſi fuerant, tanto minus libertatis erat eis. [Alio animo] Quàm illos, quos ſupra memorauit. [Euentum] Scilicet vt reſp. perderetur. [Aliarum] i. qui partes ſequebātur ſenatui aduerſas quàm ipſi vellent. [Minus valere] ſ. ceteris, quòd ſenatui plus valebant, ipſi vero optabant rempub. perturbari, eo, quòd nemo vellet alios auctoritate plus valere, quàm ſeipſos. [Id malum] Quòd tribunatus reſtitutus fuerat, & recte malum dicit, nam vt etiam T. Liuius dicit, poteſtas tribunitia infenſa erat ſenatui. [Reuerterat in ciuitatem.] Nam intermiſſa fuerat tribunitia poteſtas, cum ſenatus vires ſuas auxiſſet, trib. pl. depoſuiſſet. [Cn. Pompeio] Qui bellum ciuile contra Cæſ. geſſit, ſed nondum tempus huius belli ciuilis euenerat, cum in urbem reuerterat tribunitia poteſtas, Pomp. ut ſibi fauorem populi conciliaret rogationes ad populum tulit, ut & trib. pl. crearentur, qui magiſtratus ſemper infenſus erat ordini ſenatus. [Aetas] Quia iuuenis. [Animus, quia incitati erant aduerſus patres] Criminādo ſenatus. [Largiendo] Legimus Cæſ. po. feciſſe conuiuium. [Fieri] Pro fiebant. [Pleraque] Maior pars. [Ope] Poſſibilitate, ſic Virg. Non opis eſt noſtræ Dido. [Nobilitas] adoleſcentes. [Sub ſpecie] id eſt ſimulantes ſe defendere ſenatus auctoritatem, ſed tamen hoc faciebant, ut magis ſenatum defenderent, quàm ut ſuas opes augerent. [Pro ſua magnitudine,] Id eſt pro defendenda ſua magnitudine. [Quicunque,] Id eſt omnes ciues. [Alij] Declarat quomodo honeſtis nominibus partes certabant modeſtia, ut ſe continerent. [Modus] Finis. [Vtrique] Et plebs & patritij. [Cn. Pomp.] Qui ſemper popularis, id eſt pop. gratus fuerat, & plebem, quibuſcunque poterat rationibus ſibi uendicauerat. [Bellum maritimum] Contra piratas, qui itinera obſederant, & transeuntibus bona diripuerant. [Mithridaticum] Nam deuictis piratis miſſus eſt contra Mithridatem regem Ponti, quem Pomp. tandem coegit ad mortem. [Pleb. opes] duce amiſſo Pomp. uidelicet, plebs in pœnis venit. [Paucorum] Scilicet nobilium. paucorum dicit, quia plebs maior in numero eſt quàm nobilitas. [Hi,] Scilicet nobiles. [Innoxij] Innocens dicitur non ſolum, qui nemini nocet, ſed etiam, qui à nullo nocetur, ſicut hoc loco accipiendum eſt. [Florentes] Opibus. [Sine metu] A plebe, [Iudicijs] Condemnationibus. [Terrere ipſi] Qui in magiſtratu erant, alios nobiles terrebant iudicijs, vt placidius tractarent plebem, vt ſi plebs ſubiecta teneretur, ipſa facilius ferret, cum videret alios iudicijs terreri. [Dubijs.] Cum res dubiæ eſſent. [Nouandis rebus.] Id eſt nouitate rerum. [Vetus certamen] Quod inter nobiles, & plebem fuerat. [Primo prœlio] Quod geſtus eſt inter Catilinam, & Antonium conſulem. [Aequa manu] Aequo Marte. [Clades] Pernicies. [Calamitas] Miſeria. [Quin] Pro vt non. [Defeſſis,] Scilicet victoribus, detrimentis belli laſſis. [Exanguibus Languidis, vulneribus acceptis in bello. [Extorqueret] Vt auferret. [Qui plus poſſet] Significat, aut Magnum Pompeium, ſiue Craſſum, quorum opes maxime erant in vrbe Rom. [Extra coniurationem] Qui coniurationis conſcij non erant. [In his] Scilicet qui coniurationis ignari ad Catilinam proficiſcerentur. [Quem,] Scilicet Fuluium. [Retractum ex itinere] Domum reductum. [Necari] Suffocari ſine iudicio, cum ad coniuratores patriæ ſe conferre voluiſſet. [Iiſdem temporibus] Nonnulli extra coniurationem profecti ſunt in caſtra ad Catilinam. [Sicuti Catilina præceperat] Nam vt ſuperius dixi, cum diſceſſit Catilina, tradidit negocium Lentulo, vt omnia diligenter ageret, quæ ad coniurationis opus pertinerent. [Idoneos] Aptos. [Nouis rebus] Ad nouandas res. [Moribus] Quia malis moribus viuebant, & vixerant: & ideo perditiores erant ad flagitia. [Fortuna] Quia pauperes erant, & inopes. [Per alios] Per internuncios. [Cuiuſcunque modi genus hominum,] Id eſt omne genus hominum [Vſui] Vtilitati. [Bello] Ad bellum. [Igitur] Quia præter ciues Rom. etiam cuiuſcunque generis homines ſolicitabant, qui bello vſui forent. [Allobrogum] Sunt populi Galliæ Tranſalpinæ. [Ad ſocietatem] Contra patriam. [Publice] Propter non ſolutum publicum tributum. [Priuatim] Propter tributum ſingularum perſonarum, ideo alieno ære erant obſtricti. [Bellicoſa] Quia ſemper Galli delectantur bellis. [Negociatus erat,] Id eſt negociationem fe. erat in Gallia, ideo nouerat eos inuicem, ſicut ipſi eum noſcebant. [Sine mora,] Quaſi dicat non opus fuit longa ſalutatione, cum ipſe legatis eſſet notus, & ipſe eos nouiſſet. [Dolēs] Dicebat, ſcio vos vſque adeo oppreſſos, vt ſoluere non poſſitis tributum, quod populus Romanus impoſuit ciuitatibus atque priuatis hominibus. [Magiſtratuum] Videlicet conſulum, prætorum, præfectorum prouinciarum, & ceterorum, qui imperium populi haberent [Accuſare ſenatum] Quia conqueſtus ad ſenatum ipſe, nec quidem ſibi quidquam operis attuliſſet. Et ſe in eam neceſſitatem adductum eſſe dicebat, vt calamitatibus ſuis nullum ſibi remedium relinquatur, præter mortem. [Dixit] Vmbrenus. [Aſperum] Durum. [Ea res] Quam facerent. [Decij Bruti] [Hic erat vir Semproniæ] Quam dixit coniurationis conſciā eſſe, ideo in domum ipſius duxit legatos, licet ipſe coniurationis inſcius, eo quòd amantiſſimus eſſet reipub. ſed Sempronia eius vxor in coniuratione erat. [Tum] Eo tempore. [Præterea] Præterquam quòd in domum Bruti deduxit, quæ, ſcilicet domus coniurationis erat conſcia propter Semproniam. [Gabinium] Nam Gabinius ſenator erat. [Eo] Gabinio. [Socios] Potentiſſimos, ac nobiliſſimos huius coniurationis conſcios. [Cuiuſque] Tam ordinis ſenatorum quàm equeſtris, vt erat Cæſar, Pomp. Craſ. Innoxios, innocentes, qui nihil penitus de coniuratione ſciebant. Amplior eſſet, vt alacriori animo rem aggrederentur legati. [Pollicitos] Quia promiſerunt, ſe quoque ipſius coniurationis partes adiuturos eſſe. [In incerto] In dubio in ambiguo, quidnam conſilij potiſſimum ſequerentur: an coniurationem, an reipub. ſtatum iuuarent. [In altera parte] Videlicet, vt ſequerentur coniurationis partes [Studium belli] Quia gens illa bellicoſiſſima fuit [Magna merces in ſpe. [Quia ſi obtinuerimus ciuitati dominabimur. [In altera parte] Maiores opes reipub. contra coniuratores. [Maiores opes] Nam plus poſſe videbatur totius reipub. ſtatus quàm pauci qui contra remp. coniuraſſent. [Tuta conſilia] Quia nihil erat periculi coniurationem patefacere. [Certa] Præmia. Nam ſenatus conſultum factum eſt, quo præmia dabantur his, qui coniurationem indicaſſent. [Illis] Allobrogibus. [Fortuna reipub.] Vt reipub. magis faueret quam coniuratoribus. [Cuius] Q. Fabij. [Ciuitas] Eorum Allobrogum. Nam ut uidimus fieri unaquæque ciuitas ſuum habet patronum. [Studium] Voluntatem coniurationis. [Ceteros] Socios præter hunc Vmbrenum & Gabinium. [Bene polliceantur] Videlicet ſeparatos eſſe ad iuuandum coniurationem. [Quam maxime] Vt ita ab eis coniurationis conſilia excipiant, ut ipſi poſtea negare non poſſint. [Iiſdem temporibus] Quibus illa gerebantur. [In Gallia citeriore] Quæ eſt,

citra alpes. [Vlteriore] Quæ eſt vltra alpes. [Agro Piceno] Quem nunc Anconitanum appellamus. [Dimiſerat] In diuerſis partes miſerat, vt cùm opus eſſet, ſibi præſto eſſent. [Inconſulte] Quia harum rerum erant imperiti, ideo neſciebant occulte coniurationem ſequi. [Inconſulte] Inconſiderate, ſimul tali tempore non ordine agebant. ſicuti Catilina præceperat. [Nocturnis conſilijs] Quia nocturno tempore cœtus congregabant, & inter ſe de coniuratione conſilia agebant. [Portatoribus telorum] Nam arma portabant, nunc huc, nunc illuc. [Timoris quàm periculi] Omnia timore compleuerant, cum tamen nullum periculum eſſet. [Ex eo numero] Qui metus fecerant. [Ex ſocijs] Catilinæ. [Cauſa cognita] Detecta, plures ex ſocijs eo numero coniecerat in vincula. [Complures] Multos. [In vincula] In carcerem. [Item] Similiter, quemadmodum ille fecerat in Gallia vlteriore, ita iſte in Gallia citeriore multos in vincula coniecit. [Caius] Multos, ſcilicet coniecerat in carcerem. [At Romæ] Nunc dicit, quid fecerit Lentulus in vrbe cum cæteris coniuratoribus, videlicet cum Vmbreno, Gabinio, & cæteris ſenatoribus, qui huius coniurationis conſcij, & participes erant. [Paratis] A Catilina. [Feſulanum] Feſulum eſt ciuitas Hetruriæ. [Lucius] Quia & ipſe huius coniurationis erat ſocius. [Concione habita] Aggregato populo. [Quereretur] Pro conquereretur [Grauiſſimam inuidiam belli] Odium maximum, quòd diceret Ciceronem deſperatum, atque inanimatum fuiſſe in Catilinam, & quòd ipſe coactus fuerit arma contra patriam ſumere, & hæc omnia mala cauſa Cic. peruenisſe. [Optimo Conſuli] Cic. Hæc maxima eſt laus Saluſt. quòd verus fuerit hiſtoriç ſcriptor, nec quidquam mentitus fuerit. Nam vbique laudat Cicer. cum tamen conſtet inter eos maximas fuiſſe inimicitias. [Eo ſigno] Videlicet concionis habitæ à L. Beſtia, quia ita conſtituerat, vt cum die, quo L. Beſtia, concionatus eſt de actibus Cic. ſequenti nocte, omnia quæ ſibi commiſſa fuiſſent, impigre exequerentur. [Proxima] Sequenti. [Ea] Negocia. [Magna manu] Magnis copijs. [Opportuna] Ad gerendum, nam cum in parte vrbis incendium factum eſſet, omnes mediam vrbem reliquiſſent & ad extinguendum ignem concurriſſent: itaque Cic. conſul & ceteri boni ciues in media vrbe deſtituerentur, quo facto, nos maximo ocio, & conſulem, & ceteros reip. amantiſſimos trucidare poterimus. [Aggrederetur] Contenderet, vt intra ædes ad eum obtruncandum iret. [Aliū,] Scilicet Senatorem. [Parentes] Reipub. amantiſſimos. [Cæde] Senatorum conſulis, & parentum. [Incendio] Vrbis. [Hæc patrata,] Scilicet incendia, cædes & rapinas. [Prolatando] Proferendo. [Corrumpere] Deſtruere. [Facto] Pro facere. [Conſulto] Pro conſulere. [Pauci adiuuarent] pauci ex ſocijs. [Languentibus] Torpeſcentibus [Ferox] Indomitus natura. [Vehemens] Acer. [Promptus] Ad laceſſendum, & pulſandum. [Ex præcepto Cic.] Quia Cicero conſul præceperat introductionem habere per interceſſorem Gabinium, quare venerunt, & petierunt à Gabinio, vt ſibi copia fieret colloquendi cæteros coniuratores. [Poſtulat ius] Et ita Gabinius eos duxit ad cæteros coniuratores. [Lentulo, Cethego, item Caſſio] Qui omnes erant coniuratores. [Iuſiurandum,] Scilicet ſocietatis factæ inter allobroges, & coniuratores. [Quod ſignatum] Ad ſuos videlicet, vt poſſimus fœdus iureiuran. factum oſtendere ciuibus noſtris, vt ſcripto appareat, vos iureiurando facto, nos in hac coniuratione accipere. dicebant enim aliter ſuos ciues ſibi fidem non eſſet daturos. Quod iuſiurandum. [Signatum] Sigillatum. nam ſcripta rata, & firma, ſolent ſigilla habere, quibus magna fides adhibetur: nam aliter ſcripta corrumpi poſſent. [Eos impelli] Suos allobroges, dicebant enim niſi nobis iuſiurandum ſigillatum dederitis, non facile perſuadere poterimus ciuibus noſtris hoc verum eſſe. Nihil ſuſpicantes] Credebant enim hoc vere non ſimulate dici à legatis. [Eo] Ad allobroges. [Breui tempore] Quapropter non eſt opus iureiurando meo. [Lentulus Aliter coniurationis princeps. [His] Allobrogibus. [Crotonienſem] De Crotone ciuitate. [Domum pergerent] Priuſquam domum conuerterentur. [Vulturcio dat] .i. literas committit Vulturcio, quas ad Catilinam deferat, & eſt vſitatus dicendi modus, do tibi literas ad Antonium. i. committo tibi literas, quas deferas ad Antonium.

MARL. PERICVLIS] Vtputa quando fuit accuſatus repetundarum & inceſtus. [Fiduciam,] Id eſt vt in te fiduciam ponerem. [Meæ commendationi] Quia ex tua fiducia ſuſcipiebam animum vt tuerer laudem meam. [Non ſtatui parare defenſionem,] Id eſt non ſtatui negare factum, ſed ingenue fateri me arma ſumpſiſſe, ſed iuſte. [In nouo conſilio,] Scilicet vt aſſerere me & omnes ſubditos in libertatem. [Proponere] Oſtendere. [Satisfactionē,] Scilicet vt expurgem me à maledictis aduerſariorum. [Culpa] Quia cognoſco me non peccaſſe. [Falſa ſuſpicione] Quia credebant me rapacem & ob hoc me à repub. expulerunt. [Tuos liberos] Per amorem quem habes tuis filijs. Non aucto, ſed aneto legunt alij. [Aretino] Aretium oppidum eſt in Hetruria. [Exornat] Munit. [Antea,] Scilicet aduentum ſuum. [Inſignibus] Vt cum trabea, cum baculo, vna cum Aquila. [In diem,] Scilicet ſtatutum, id eſt in termino poſito. In diem ſignificat quotidie. [Delectum,] Id eſt vt conſcribant exercitum. [Tamen,] Id eſt in tanto ocio fuere &c. [More ſuo,] Id eſt ex ſolito, quia inſtabilis eſt & regni mutationem ſemper quærit. [Nam ſemper ſunt] Codex antiquus ſic legit, Nam ſemper in ciuitate fuere homines. [Præceps,] Id eſt parata in ruinam. Primum omnium, alij ſic habent, ſcilicet plebis. [Probro] Dedecores vitijs. [Petulantia] Affluentia rerum. [Per dedecora] Per libidinem. [Sentinam] In locum ſordidum. [Mercede] Labore. [Ocium] Quia non placebat laborare in agris, ſed in vrbe quietem per aliquam dignitatem optabant. [Eos,] Id eſt tales ruſticanos. [Reipub. ac ſibi] Quia quæ vtilia ipſis videbantur etiam reip. vtilia putabant. [Expectabant] Vt ſua bona recuperare poſſent. [Aliatum] Qui neque Catilinæ, neque ſenatui fauebat, mutationem tamen optabant, quia ſperabant aliquid. [Animus ferox] paratus ad omnia exagitare. Criminando,] Scilicet quòd plebs eſſet omnibus magiſtratibus priuata. [Clari,] Id eſt famigerati & multi nominis [Specie] Vtilitatis cauſa. [Sua,] Id eſt propria magnitudine, ſcilicet vt augerent ſuas opes. [Illa tempora,] Id eſt poſtquam Tribunitia poteſtas eſt reddita opera Pompeij. [Pro ſua potentia,] Id eſt vt augerent potentiam ſuam. [Modus,] Id eſt finis. [Crudeliter, quia ſi populus viciſſet ſæuiebat contra nobiles, ſic conuerſo. [Maritimum,] Id eſt piraticum, de quo Appianus lib. 5. ſi depurgato prius à piratis mare qui vndiquæ omnia deprædabantur Mithridatem regem Ponti debellauit, regnum quoque eius ac reliquas illi parentes nationes ad Orientem vſque ſibi ſubdit. [Innoxij] Quia non timebat iudicia, nec accuſationes. [Iudicijs,] Id eſt condemnationibus repetundarum peculatus ambitus & ſtupri. [Licuiſſet] Conceſſum fuiſſet, quia non ſibi, ſed Pompeio, vel Cæſari viciſſent. Ordo. Quin, id eſt immo, ille qui poſſet plus, id eſt fortior eſſet extorqueret liberis atque indefeſſis &c. [Initio,] Id eſt vbi recipit ſe in caſtra Manliana. [Fortuna] Egeſtate. [Vſui,] Id eſt commodo. Allobroges ab alpibus vſque Rhodanum occupant, quorum metropolis eſt Vienna, iuxta Rhodanum ſita. [Adducit] Alij adducti habent. [Cupidiſſime] Alacri animo. [Præterea] præter coniuratos. [Noxios] Inſcios coniurationis. [Diu] Longa Hæſitatione. [Æs] Grandiſſima pecunia ſoluendo erat. [Opes] .i. Romano, potentiam conſiderabant. [Ciuitas,] Scilicet allobrogum non autem Rom. Vnde Appianus lib. 5. ait, Legati ob idipſum ambigentes rem Fab. Sangæ annunciant. Erat autem is allobrogum patronus in vrbe vt cæteris populis olim Romæ adeſſe mos fuit. [Omnem rem] Coniurationem. [Pollicentur,] Scilicet operam ſuam. [Manifeſtos] Apertos. [Brutio] Brutij Calabriæ ſunt populi. [Feſtinando] Tanquam res vrgeret. [Habita] Conuocata concio. [Sed ea dicebatur] Aliqui codices ſic habent, & ſic erit ea, ſcilicet multitudo, alij dicebant, legunt. [Eo tumultu,] Id eſt eo incendio. [Ceteros,] ſcilicet ſenatores quos ſtatuerant perdere. [Et autem,] ſcilicet in coniuratione. [Erumperent] Vno impetu exirent. [Decreta] Deliberata. [Dubitando] Hæſitando. [Prolatando] Propagando. [Opportunitates] Rerum occaſiones. [Corrumpere] perdere querebatur eſſe opus. [Veniens,] Id eſt promptus. [Aliter,] Id eſt ſine iuſiurando, [Vulturcio,] Id eſt per Vlturcium.

QVAM mediusfidius licet veram cognoſcas] Eſt hoc modo in cunctis ferè quç ipſe viderim exemplaribus, nec male vt opinor. Ceterum Seruius in 4. Aeneid. recognoſcas legit. niſi ſint mendoſi codices. Sed memoria ne lapſus, an quòd ſic legendum putarit, haud equidem ſcio. Porrò ſi ſic legas, innuit hoc verbo Catil. Catulum quoque aliquid ex de re ſenſiſſe, de qua ipſe ſeſe purgat. nam recognoſcimus ea ferè quæ ſcimus. Cicero Non videtur hæc multitudo cognoſcere ex me cauſam voluiſſe, ſed ea quæ ſcit, mecum recognoſcere. Idem, Declarat ſe non cū illa didiciſſe, ſed reminiſcendo recognoſcere. Sic alias ſæpe. Vtra lectio verior, iudicent alij. Ego vulgatam hodie magis probo. Quanquam Felicius Duraontius, agnoſcas, legiſſe, videtur. [Non quin æs alienum meis ſumptum nominibus] τὸ Sumptū, non eſt in vllo manuſcripto quòd ſciam. Nec id ſententia magnopere VALLA

gnopere expoſcit nam Meis nominibus ad verbum. Soluere, pertinet, pro quibus ipſe debeo, non factis facere. [Sed quòd non dignos homines honore honeſtos videbam] Ita ferè in recentioribus, & in Merſeburgenſi, quibus cum facit Felicius Durantinus. Sed Fabricij Codex habet cõſentientibus manuſcriptis duobus, honore honeſtatos. pro decoratos & amplificatos Nec eſt impreſſis quibuſdam ſecus. Verum hoc lectoris iudicio, vt & alia ferè, permittimus. [Dum ciuitatem antea ſolicitatam armis exornat] Codices in Pergamenis deſcripti, dum viciniatem. Illud, ab eo, quod Gymnicus habet, non reperitur in manuſcriptis ac ne in Codice quidem Beroaldino. [Nanq; ex duobus ſenatus decretis] In manuſcriptis atque alijs vetuſtis eſt illa præpoſitio, Ex, omiſſa, id quod rectius eſſe puto. Sed & ſenati habet volumen ipſum Fabricianum, qui eſt genitiuus antiquus. Eſt inſcriptio quædam in agro Veronenſi, qua in inſcriptione genitiuus hic reperitur: Sext. Attilius M. F. Saranus Procos. ex ſenati conſulto inter Ateſtinos, & Veicetinos finis terminos Q. ſtatui iuſſit. pro, ea ſenatus conſulto. Siſenna item apud Nonium ex ſenati conſulto dixit hiſtoriarum iiij. [Neque ex Caſtris Catil. quiſquam hominum diſceſſerat] In manuſcriptis eſt, quiſquam omnium Mox. [Tanta vis morbi, atq; vti tabes pleroſque ciuium animos inuaſerat] Sic ferè in vetuſtis. τὸ Atque, non eſt in eo quod Gymnicus excudit. [Sed omnino cuncta plebs, nouarum rerum ſtudio, Catilinæ incepta probabat] Legendum. cuncta plebes, quomodo & poſtea ſtatim, Sed vrbana plebes. Nec eſt aliter in vetuſtis. [Item alij, qui per dedecora patrimonis amiſſis vagabantur] In manuſcriptis neque relatiuum. Qui, neq; verbum Vagabantur, reperi. Vtrunque, ſi quid eſt in me iudicij, ab inepto literatore perperam eſt adiectum. [Sibi quiſque ſi victoria in armis foret, talia ſperabat] Quãto in manuſcriptis rectius Sibi quiſque, ſi in armis foret, ex victoria talia ſperabat. Ita nimirum ſenſus ipſe poſtulabat. Valde me hercule miror oſcitantiam impreſſorum, qui talia non aduertant. [Ego hic fidem antiquorum Codicum contra conſenſum recentiorum, ſequendam nobis puto. [Ideo malum id adeo multos poſt annos in ciuitatem reuerterat] Legendum, Id adeo malum ea vetuſtis. Ita Liuius II. ad V.C. Id adeo malum ex prouocatione natum.] Deinde largiendo] Manuſcripta, dein. [Contra eos ſumma ope nitebantur pleraque nobilitas ſenatus ſub ſpecie pro ſua magnitudine,] In Florentino Venetoq; eſt, ſub ſenatus ſpecie. pro eo quod eſt, quaſi dignitatem ſenatus tueretur, quam eſſe quam ampliſſimam è rep. foret. In manuſcriptis non eſt Sub. Id forſan in ſpatio quiſpiã, quod verſus dirimit, annotarat ſuper hac dictione ſpecie dein. irrepſit, vt fit, in contextum. Atque inde forſan eſt legi cœptum, ſenatus ſub ſpecie. Pro ſua magnitudine. i. pro ſua potentia. Aut. Auguſtinus in 3. de ciuitate Dei, quædam è Saluſt. citat, quæ hunc locum mirifice declarent. Pluримæ inquit, turbæ ſeditiones, & ad poſtremum bella ciuilia orta ſunt, dũ pauci potentes. quorum in gratiam pleraque conceſſeram, ſub honeſto patrum aut plebis nomine dominationem affectabant, boniq; & mali ciues appellati, non ob merita in remp. oĩbus pariter corruptis, ſed vti quiſque locupletiſſimus & iniuria validior, quia pñtia defendebat, pro bono ducebatur. [Præterea quòd natura Gallica gens bellicoſa eſſet] Codices in mẽbrana deſcripti, gens Gallica. vt adiectiuum poſtponatur. & ſic exemplar quoque Beroaldinum. [Miſerijs ſuis remedium morte expectare. [In Fabriciano eſt, mortem ſperare in cæteris, mortẽ expectare. Poſt. [Allobroges in maximam ſpem adducti] Merſeburgenſe, in ſpẽ maximam, vt ſequatur adiectiuum, quomodo & in alijs manuſcriptis. Paulo poſt. [Nihil tam aſperum, neq; tam difficile eſſe quod non cupidiſſime facturi eſſent. Legendum è Veneto: quin cupidiſſime &c. pro, quòd non. Irrepſit ex gloſſa addita, ni fallor. [Nam tum Brutus ab Roma aberat] In manuſcriptis eſt, Rom. aberat, omiſſa præpoſitione. Sed prior lectio verior. id quod è Priſciano colligi lib. 15. poteſt. Inuenimus tamen, inquit, & cum præpoſitionibus nomina ciuitatum ſæpe prolata, & maxime apud hiſtoricos. Liuius in 8. ab V. C. Venerant & ab Lanuuio Antioque auxilia. Sal. in Cat. Nam tum Brutus ab Roma aberat. Cic. modo omittit præpoſitionem, vt in Epiſtolis, Quod video omnes bonos abeſſe Roma: modo addit, vt in Verrem, Abeſſe à domo pauliſper maluit. [Præterea Gabinium arceſſit] In vetuſtis arceſſit. ſed eodem ſenſu. Nam vtranque in veterum ſcriptis frequens. [Ex eo numero compluriũ Q. Metellus Celer prætor ex ſenatus conſulto, cognita cauſa in vincula coniecerat] Sic Gymnicus. ac recte. Cæterum eſt in quibuſdam, vt & Merſeburgenſi, & Florentino, ex ſocijs cauſa cognita. quæ res miſere, interpretem torſit. Compendiaria illa per notas ſcribendi ratio, aniam errori præbuit. [Item in citeriore Gallia. C. Muræna, qui ei prouinciæ legatus præerat] Felicius Durantinus putat librariorum culpa hic mendoſe legi, C. Murænam citeriori Galliæ legatum præfuiſſe, quòd ea tempeſtate Galliæ Tranſalpinæ Cic. Murænam præfuiſſe tradat. Fuit autem C. Muræna legatus, frater L. Murænæ conſulis deſignati [Eo, ſigno dato proxima nocte &c.] Dato, non eſt in manuſcriptis, nec impreſſis vetuſtioribus. Sed nec Felicius Durantinus addit, addit tamen Aretinus Cætera multitudo coniurationis, ſuum quiſque negocium exequeretur. Eſt quidem in manuſcriptis duobus, ſuum quæque negocium. ſed in meo, quiſque legitur. Referunt enim ad ſenſum, nõ ad vocem eſtq; id apud hiſtoricos frequens. [Statilius & Gabinius vti cum magna manu duodecim ſimul opportuna loca vrbis incenderẽt] Cicero in 3. inuectiua in L. Catilinam, teſtatur L. Caſſiũ, quem Sal. infra in Galliam profectum ſcribit, ſibi procurationem incendendæ vrbis depopoſciſſe & in 4. trucidandi ſenatus partes Lentulo datas Cethego, cæteros ciues interficiendi Gabinio, quem incendijs præponit Sal. vrbis inflammandæ Caſſio, totius Italiæ vaſtandæ diripiendæq; Catilinæ. Itaque non per omnia conſentiunt Cicero ac Sal. Sed & pro Sylla Cicero, cum Catilina, inquit, egrederetur ad exercitum, Lentulus in vrbe relinqueretur. Caſſius incendijs, Cethegus cædi præponeretur Antronio, vt occuparet Hetruriam præſcriberetur. & reliquam. [Quarum exemplum infra ſcriptũ eſt] Exemplum literarũ ad Catilinam Lẽtuli, ſic eſt in vetuſtis quibuſdã, vt apud Cic. Orationem, in Catilinã. Qui ſim ea eo quem ad te miſi cognoſces, Cura, vt vir ſis. & cogita, quem in locum ſis progreſſus: & vide, quid iam tibi ſit neceſſe. Cura, vti omnium tibi auxilia adiũgas, ẽt infimorũ. In manuſcriptis tñ idem reperitur literarũ exemplũ, quod in hiſce recentioribus, nimirũ hoc. Qui ſim, ex eo quẽ ad te miſi cognoſces. Fac cogites, in quãta calamitate ſis. & memineris te virum eſſe. Cõſideres, qd tuæ rõnes poſtulent, auxilium petas ab omnibus, etiã ab infimis.

NON quòd æs alienum meis ſumptum nominibus] Pro Quod, alij Quin legunt, & negationem ſequentem, ante verbum Poſſunt, ſuſtulerunt, Quin enim cum ſubiunctiuo pro vt non efferri ſolet, vt in hoc 3. Æneid. Hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti, Quin adeas vatem, precibuſque oracula poſcas. Annotauit hoc Valla quoque Cæterum illud ſumptum non habent oĩa exemplaria. vetuſtus Codex ita habet: Non q̃ æs alienum meis noĩbus ſumptum, ex poſſeſſionibus ſoluere non poſſim. [Sed q̃ non dignos hoĩes honore honeſtos vid.] Alij, vt Gothi Codex, Honore honeſtatos legũt, quod item placet: cæterum qđ ſequitur, Neque falſa ſuſpicione alienatum eſſe ſentiebam, hoc noĩe ſatis honeſtas pro meo caſu ſpes reliquæ dignitatis conſeruandæ ſum ſecutus Oppido obſcuris hic eſt ſenſus, commentatoribus autem facilis. Ciceronem hercle vehementer notat Catilina de falſa criminatione ad populum, per quã videri vult repulſam paſſus, non conſcientia de culpa, aut paulo ante ipſe loquitur. Ergo innocenti ſibi id ab inimico factum Catulo conqueritur, ea ſpe, ſi quando populus reſciſcet ea innocẽti facta, reſtituturus ſit eum in integrum. Hoc igitur nomine honeſtas ſpes ſecutus ſum, inquit, reliquæ dignitatis conſeruandæ. [Quoniam egeſtas facile habetur ſine damno] Et hanc ſententiam facilem oẽs putant, mihi haud quaquã intellecta, niſi diſtinguamus poſt Habetur, ac poſtea inferamus *ἀσυνδέτως*, ſine dãno, qualia multa ſunt, præcipue apud hunc auctorem. [Sibi quiſq; ſi victoria in armis foret, talia ſp.] Vetuſtiores Codices, & nominatim Gothi habebant: Sibi quiſque, ſi in armis forent, ex victoria talia ſperabat. Quæ lectio reprehendi non poteſt, q̃q ego neutram reijcio. Malis moribus, maxima ſpe] Et hic diſtinguẽdũ poſt ſpe, deinde inferendum, remp. iuxta ac ſibi conſuluiſſe. Qm̃ & ſibi, & remp. male conſuluerunt. Et quod continuo ſequit. quorũ victoria Syllæ parẽtes proſcripti, non eſt diſtinguendũ poſt victoria, vt pleriq; errãt Cod. Genitiuus n. Syllæ, regitur ab ablatiuo victoria. [Conturbari remp quã nimis ipſi valere mal] Quidam pro Minus legit Nimis, diuerſa ſanè ſententia, quod haud ſcio quam pͦbẽ. Quod vero continuo ſequitur, Ideo malum id adeo multos poſt annos. in alijs ſimplicius compoſitiuſq; legitur. Id adeo malum multos poſt annos. [Senatus ſub ſpecie, pro ſua magnitudine] Alibi erat, ſub ſenatus ſpecie. Et diſtinguendum poſt ſpecie. Deinde inferendũ, pro ſua magnitudine. Porrò vtriuſque expoſitio poſt ſequitur. Pars inquit, quò ſenatus auctoritas maxima foret. bonum publicum ſimulantes, pro ſua quiſq; potentia certabant. [Paratis, vt videbatur, magnis copijs conſtit.] Cõmentarius qui Vallæ adſcribitur, ſupplet Paratis à Catilina. Sed ego ambigue tamen id dictum exiſtimo. Lector iudicet. Et paulo poſt. Bellique grauiſſimi inuidia optimo Cos. imponeret. Alij Codices CLAR.

& nominatim Gothi habent, Inuidiam in accuſandi caſu. quaſi diceret, in eius humeros imponeret belli grauiſſimi inuidiam. Sanè non video, quomodo impono pro decipio hic locum habeat. [Natura ferox, vehemens animo] Illud animo, omiſſum fuerat quibuſdam in codicibus, ſed cum alia adiectiua ſuos habeant ablatiuos, videtur hic quoque ponendus.

ASCENSIVS.

LVCIVS Catilina ſup. dicit Q. Catulo ſalutem. Fides, id eſt fidelitas tua egregia. i. excellens & non gregaria ſeu vulgaris, cognita. i. perſpecta nobis re. i. facto ipſo: grata. i. vtilis & commoda mihi, in multis magnis periculis, tribuit meæ commendationi. i. qua tibi Oreſtillam cum domo mea commendo, fiduciam, quæ in bonis eſt, vt confidentia plerunque in malis. Quamobrem ego non ſtatui parare defenſionem. ſ. mei, in conſilio nouo. i. quod de nouo cœpi de miſeris defendendis & è faucibus fœneratorum eripiendis, ſed ſupp. decreui, proponere tibi ſatisfactionem, i. ſufficientem purgationem ex nulla conſcientia de culpa. i. quia nullius culpæ in hoc conſilio mihi conſcius ſum, quam ſatisfactionem licet. i. licitum eſt vt ſup. cognoſcas veram ſupp. eſſe, mediusfidius (quod aduerbium iurandi eſt) .i. ita me iuuet, aut vleiſcatur, ſi mentior, filius dij. i. Iouis, videlicet Hercules. alij, interpretantur, media & conſcia ſit deorum fides. Afferens autem ſatisfactionem, ſeu purgationem, dicit. Ego concitatus. i. in iram & indignationem prouocatus iniurijs, & contumelijs ea repulſa illatis, quòd. i. quia ego priuatus fructu laboris & induſtriæ meæ, non obtinebam ſtatum dignitatis meæ. i. mihi debitum ſuſcepi. ſ. defendendam pro mea conſuetudine publicam cauſam miſerorum. ſ. oppreſſorum, non quòd. i. quia ego non poſſem ſoluere æs alienum. i. debitum, ſumptum ex meis nominibus. i. obligationibus ex nominis mei inſcriptione, cum, ſcilicet ita ſit quòd liberalitas Oreſtillæ, (mulieris illius infamia cum qua nefandas celebrauerat nuptias,) perſolueret. ſ. æs alienum ſumptum, & . i. etiam alienis nominibus. i. ex debitis & obligationibus aliorum, perſolueret dicit, copijs. i. copioſis facultatibus ſuis & filiæ. ſ. ſuæ, ſed ideo ſup. ſuſcepi illam, cauſam, quòd videbam homines non dignos honore. ſ. Ciceronem nouum hominem honeſtatos. i. ſummis honoribus affectos, quie, pro & quòd ſentiebam me eſſe alienatum. i. alienum factum ab honore, ſuſpicione falſa, (quam Cicero de eo iniecerat vt hic prætendi, verba enim ſunt interpretanda ad mentem loquentis, licet vera non loquatur) hoc nomine. i. hoc prætextu ſum ſecutus. i. aſſecutus, aut tantum ſectatus, pro meo caſu. ſ. ſecundum caſum in quo fueram, ſatis honeſtas. i. amplas & pulchras ſpes, dignitatis ſup. meæ, reliquæ. i. ſi qua mihi adhuc reliqua eſt, conſeruandæ. i. conſeruare reliquam dignitatem meam deinceps ſatis honeſte ſpero. Cum ego vellem ſcribere plura, nunciatum eſt. ſ. ab exploratoribus, vim parari mihi. ſ. à conſule. ergo ſub ipſam fugam hæc ſcripſerat. Ego commendo nunc Oreſtillam coniugem, tibi, & trado tuæ fidei, & te rogatus per liberos tuos. i. per ſalutem & charitatem liberorum tuorum, vt ſupple defendas eam ab iniuria, aueto. i. eſto ſalutatus & ſaluus, quod finis eſt epiſtolæ, vnde patet etiam aueto à diſcedente dici poſſe. Sed ipſe Catilina commoratus paucos dies apud Caium Flaminium in agro Aretino. i. in territorio Aretij ciuitatis mediterraneæ in Tuſcia, ſeu Hetruria mille & ducentis ſtadijs diſtantis ab vrbe, quæ erat municipalis, vt docet Perſius, dum ipſe exornat. i. ornamentis decorat ciuitatem. ſ. Aretinam, ſolicitatam. i. vexatam, concuſſam antea armis, contendit. i. tota vi tendit ad Manlium in caſtra cum faſcibus. ſ. virgarum & ſecuris à lictoribus poſt conſulem ferri ſolitis in vrbe, & poſt imperatorem in exercitu, & cum alijs inſignibus imperij, vt cum prætexta aut trabea vite & aquila. Hæc vbi Romæ comperta ſunt. Ordo eſt. Vbi. i. poſtquam (quia aduerbia loci & temporis ferè confunduntur, vt hucuſque, in hunc vſque locum, vel in hoc tempus, ſicut etiam nomina locus & tempus vt dicendi locus. i. opportunitas.) hæc. ſ. Catilinam cum inſignibus ſe recepiſſe in Caſtra Manlij, comperta, id eſt immo explorata & vera inuenta ſunt Romæ. ſ. in ſenatu, qui aliter non iudicaſſet, ſenatus iudicat Catilinam & Manlium hoſtes, & ſtatuit cæteræ multitudini. ſ. exercitus diem, antequam, ſcilicet diem. i. ante cuius aduentum liceret multitudini diſcedere ab armis, ſine fraude. i. impune, ſine pœna, fraus enim capitur non ſemper pro dolo, ſed frequentius pro fraudatione. i. dominatione rerum & honoris. liceret dico omnibus, prætetquam damnatis rerum capitalium ſubaudi ſententia, aut iudicio, in quo caput expoſtulabatur. Hoc eſt, omnes qui præter illud factum non monerant exitium, poterant impune ab armis diſcedere, quod prudentia ſenatus factum eſt, vt ſine periculo reip. principes coniurationis punirentur. Præterea ſenatus decreuit, vti, id eſt vt conſules habeant delectum. ſ. deligerent milites ad bellum. Et vt Caius Antonius maturet perſequi Catilinam cum exercitu, Cicero ſit præſidium. i. protectio vrbi. [Ea tempeſtate] Plangit ſtatum Imperij Romani eo tempore, dicens, Imperium pop. Rom. viſum eſt mihi ea tempeſtate, eo tempore quo talia fierent, multo maxime, id eſt maxime omnium miſerabile. [Cui imperio cum omnia ab ortu Solis vſque ad occaſum parerent,] Id eſt cederent & obedirent, domita. i. ſubacta & mitia facta armis. i. Rom. & ſupple ocium atque diuitiæ, quæ. ſ. duo, aut quæ. i. quas res mortales. i. homines putant prima, id eſt præcipue bona, affluerent, id eſt abundarent, aut abunde quaſi per affluxum aduenirent, tamen, id eſt nihilominus fuere ciues, ſ. coniurati, qui irent perditum ſeſe, id eſt ſeipſos, & rempub animis obſtinatis, id eſt pertinacibus in malo, & induratis. [Nanque duobus decretis] Senatus, quibus decreuerat contra pertinaces bella gerenda, & ab armis diſcedentes ſine fraude ſuſcipiendos. quiſquam omnium ex tanta multitudine, id eſt ex omnibus coniuratis & fautoribus qui plurimi erant, neque inductus precio ſupra poſito, patefecerat coniurationem, neque diſceſſerat ex Caſtris Catilinæ. [Tanta]. i. tam vehemens vis, id eſt copia & vigor morbi, id eſt prauitatis, inuaſerat pleroſque, id eſt ferè omnes animos ciuium, vti. i. quemadmodum tabes, id eſt corruptio lenta proueniens ex ſanguinis infectione. [Neque mens aliena à ſalute reſpub. erat ſolum illis] Qui fuerant conſcij coniurationis, ſed omnino cuncta plebs, probabat; ſtudio, id eſt propter ſtudium & affectionem nouarum rerum; cœpta, i. incœpta Catilinæ. [Cuncta autem plebs Romana videbatur id agere adeo,] Id eſt omnino, ſuo more. i. ex veteri conſuetudine. [Nam ij quibus nullæ ſunt opes,] Id eſt facultates inuident ſemper in ciuitate, bonis. ſ. viris, & extollunt, id eſt exaltant, per dedecora. i. per omnem infamiam, amiſſis patrimonijs. i. poſtquam amiſerant patrimonia ſua. poſtremo hi quos flagitium. i. enorme ſcelus, aut facinus, id eſt enorme factum, expulerat domo, id eſt patria ſua, hi inquam omnes confluxerant, id eſt impetuoſe, & abunde confugerant Romam, ſicut in ſentinam, id eſt collectorium omnium ſordium, ſicut ſentina in naui ſordidas aquas receperat, deinde multi memores victoriæ Syllanæ, id eſt licentiæ obtentæ per victoriam Syllæ, quod, id eſt quia videbant alios, id eſt nonnullos ex militibus gregarijs; id eſt vulgaribus & infimis, qui gregatim vt pecora ſine honore ab imperatore aguntur, ſenatores, id eſt patres conſcriptos, & alios ita diuites, vt agerent ætatem victu atque cultu, id eſt amictu regio, id eſt regali, quiſque ſperabat ſibi talia ex victoria, ſupple euentura, ſi foret in armis. Præterea iuuentus, ſcilicet ruſticana, quæ tolerauerat, ſcilicet prius in agris, inopiam, id eſt egeſtatem mercede manuum, id eſt ex labore manuum ſumpta, exacta, id eſt prouocata, largitionibus, id eſt donis captioſis, priuatis atque publicis, prætulerat ocium vrbanum, labori ingrato, id eſt nullam mercedem condignam ſatis referenti. [Malum publicum,] Id eſt & perturbatio reſpub. alebat eos, ſcilicet dictos, atque alios omnes, ſcilicet conſimiles, quò, id eſt quocirca eſt minus mirandum homines egentes, vt erant coniurati conſuluiſſe, id eſt opem tuliſſe malis moribus per quos ſalutem ſperabant, maxima ſpe reſpub. ſcilicet potiundæ, iuxta, id eſt pariter, ac. i. vt ſibi. ſ. ipſis. [Præterea illi quorum parentes proſcripti, ſupp. erant victoria]. i. per victoriam Syllç, & bona erant erepta, & ius libertatis erat imminutum, expectabant euentum, id eſt exitum belli, haud. i. nõ ſanè. i. multum alio animo quàm. ſ. quòd multi proſcriberentur, & ſua amitterent. [Ad hóc,] Id eſt inſuper quicunque erant aliarum partium, atque. i. quàm ſenatus. i. quicunque ſenatoribus inuidebant, vt tribuni plebis, plerunque ipſi malebant rempub. conturbari quàm nimis valere. i. incolumem eſſe cum damno ſuo, alij legunt minus, vt ſit malebant remp. conturbari quàm ipſi minus valere, ſed ſic legendum eſſet ipſos, quam enim, conſimiles caſus vult, niſi legatur valerêt. Id malum. ſ. uelle remp. turbari reuerterat ſupp. ſe. i. reuerſum erat, in ciuitatem, ſcilicet Romanam, adeo. i. omnino poſt annos multos. [Nam poſtquam poteſtas tribunitia] .i. tribunorum plebis diu deſueta, eſt reſtituta. Cn. Pompeio, & M. Craſſo conſulibus. i. dum illi conſules erant, homines adoleſcentes, & ita audaces & improbi annis, nacti ſummam poteſtatem ut tribunitiam, aut cõſularem, quibus ætas. ſ. iuuenilis & animus erat ferox, cœpere. i. cœperunt exagitare. i. commouere, criminando. i. accuſando criminis Senatum, deinde cœpere incendere plebem, magis largiendo, ſcilicet

licet

licet quæ habebant, & pollicendo, ſcilicet futura, & ita cœpere ipſi fieri elati & potentes. Pleraque, id eſt frequens, aut fere omnis nobilitas, id eſt nobilium multitudo, nitebatur ſumma ope, id eſt totis viribus & facultatibus, contra eos, id eſt tales ſeditioſos, ſub ſpecie, id eſt nomine ſenatus, ſcilicet defendendi, pro ſua magnitudine, id eſt pro viribus & opibus, non pro æquitate. Nanque vti, id eſt vt ego abſoluam, id eſt abſolute fatear verum, paucis, ſcilicet verbis, quicunque agitauere, id eſt ſollicitauerunt, & commouerunt rempub. poſt illa tempora, quibus tribuni plebis reſtituti fuerant, certare, id eſt certabant quiſque pro ſua potentia, id eſt iuxta potentiam ſuam, ſimulantes bonum pub. honeſtis nominibus, id eſt prætextibus & excuſationibus: (vt Æn. IIII. Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam) alij ſupp. certabant & contendebant ſicuti defenderent iura populi, pars, id eſt partim, quo, id eſt ideo vt auctoritas ſenatus foret maxima. Neque modeſtia, id eſt moderatio, neque modus, id eſt finis contentionis erat illis, quia vtrique, ſcilicet tam patricij quã plebei exercebant victoriam ſuam crudeliter, cum crudeli oppreſſione eorum quos vicerant. [Sed poſtquam Cn. Pompeius] Tangit merita Pompei Magni in populum Romanum, eius enim præſentia minus opprimebantur plebei à potentioribus, dicens: Sed poſtquam Cneus Pompeius ob virtutem Magnus dictus, miſſus eſt vt imperator à ſenatu Romano ad bellum maritimum, id eſt in mari gerendum, contra piratas quos intra quadrageſimum diem ſubegit, vt auctor eſt in vita eius Plinius Secundus, atque ad Mithridaticum contra Mithridatem Regem Ponti, quem ad venenum compullit, opes, id eſt facultates plebis, ſcilicet Romanæ, ſunt imminutæ, & potentia paucorum, ſcilicet nobilium creuit, id eſt aucta eſt. [Hi,] Scilicet pauci potentes, tenere pro tenebant, aut cœperant tenere magiſtratus, id eſt officia pub, & imperia, & prouincias, quibus præerant, & alia omnia, ſcilicet è quibus honor aut res accreſceret, ipſi, ſcilicet potentes, innoxij, id eſt nullis obnoxij, nec debitores, aut quibus nulli nocuerunt, florentes, ſcilicet diuitij & honore; agere, pro agebant ætatem ſine metu, quia potentiorem non habebant, & aduerſitatem fortunæ, aut pauperiem ſibi non timebant. [Et terrere,] Id eſt terrebant, cæteros, hoc eſt plebeios, iudicijs, id eſt condemnationibus etiam contra inſontes latis, quo, id eſt ideo vt, tractarent placidius id eſt facilius, & ſine controuerſia, plebem in magiſtratu, id eſt quando ipſi futuri erat in magiſtratu. [Sed vbi,] Id eſt vt primum ſpes eſt oblata, rebus dubijs, id eſt formidoloſæ plenis aleæ. i. formidoloſum habentibus incœptum, nouandis, id eſt mutandis, certamen vetus quód ſemper habuerant plebei, cum nobilibus, arrexit, ſcilicet ad aduertendum & ad nitendum, animos eorum, quód ſi, hoc eſt vſque adeo vt, ſi Catilina diſceſſiſſet primo prœlio, id eſt primo conflictu, ſuperior, id eſt victor, aut æqua manu, id eſt æqualiter victrice & victa profecto, id eſt reuera, magna clades, id eſt pernicies, & calamitatium cædes, & calamitas, id eſt ſtrages & vaſtatio vt ſit, dum calamitas, id eſt calamorum, hoc eſt culmorum à grandine proſtratorum; agros vaſtat & colonis pauperiem facit. Neque licuiſſet illis, ſcilicet coniuratis & aſſeclis, qui adempti forent, id eſt qui obtinuiſſent victoriam, vti ea, ſcilicet victoria diutius, quin id eſt, in quo minus, is qui plus poſſet, quàm illi, extorqueret ab illis, libertatem atque imperium, hoc eſt, quia perſpecta illorum victoria, Cn. Pomp. aut Ce. qui grandem exercitum tunc habebant, iterum eos ſubegiſſent. Significat autem hic quód primam victoriam non obtinuerunt coniurati, tamen, hoc eſt quamuis contra coniuratos plurimi bella mouiſſent, non tamen omnes, quia complures extra iurationem fuere qui ſunt profecti in initio ad Cat. In his, id eſt inter hos erat Fuluius filius Senatoris, ſcilicet Fuluij, quem retractum, ſcilicet à familiaribus aut amicis paternis ex itinere, ſcilicet quo ad Cat. proficiſcebatur, parens, id eſt pater eius, iuſſit necari, id eſt occidi. [Iiſdem temporibus] Docet quid ab ijs coniuratis qui Rom. derelicti fuerant, interea actum ſit, dicens: Lent. ſolicitabat ratione iiſdem temporibus, quibus ea quæ dicta ſunt, foris fiebant, ſicuti, id eſt quemadmodum Catilina præceperat, quoſcunque credebat idoneos, moribus, id eſt propter mores prauos & ob maleficia, aut fortuna, id eſt propter inopiam, rebus nouis. i. innouandis, hoc eſt ad res nouas faciendas in temp. Sanè moribus & fortuna ablatiui ſunt caſus, rebus nouis datiui. ſolicitabat dico aut per ſe, aut per alios, neque ſolum ſolicitabat ciues, ſed genus hominum cuiuſcunque modi, id eſt qualecunque eſſet, quod modo, id eſt dummodo illud foret vſui, id eſt vtilitati, bello, id eſt ad bellum. Igitur Lent. dat negocium cuidam Pub. Vmbr. vti requirat, id eſt diligenter inquirat, legatos allobrogum, id eſt populorum illorum in Gallia. (Italis tranſalpina, iuxta Rhodanum, vt inquit lib. 3. quorum Metropolis eſt Vienna ciuitas in Delphinatu, ſuntque Heluetijs proximi. Nam ſunt qui ad Gebennam eos dicant, Brixianos ſeu Breſſanos dici, & Delphinates illi proximos. Declinant autem hic aut hæc allobrox, huius allobrogis vel allobrogos, quia in accuſatiuo facit allobroga, vnde Iuuenalis Sat. VII. Rurſum qui toties Ciceronem allobroga dixit.) erant autem tunc legati Romæ, & vt impellat eos. ſcilicet legatos ad ſocietatem belli, ſcilicet contra potentes ſumpti, exiſtimans, id eſt arbitrans, cenſus, eos oppreſſos, publice, & priuatim, ære alieno, id eſt debito tam publico, quàm priuato, præterea exiſtimans eos poſſe facile adduci ad tale conſilium, id eſt ad conſenſum talis conſilij, quod, id eſt quia gens Gallica eſſet bellicoſa natura. i. per naturã. [Vmbrenus]. ſ. pub. ille de quo iam dictum eſt, erat notus pleriſque, id eſt pluribus principibus, id eſt primoribus ciuitatum, quód. i. quia, ipſe erat negociatus. i. negocia & mercatum fecerat in Gallia, ſcilicet Lugdunen vbi nunc celebre eſt emporium, ſed tunc Lugdunum aut iam recens, aut nondum conditum erat. [Itaque Vmbrenus vbi primum,] Id eſt cum primum conſpexit legatos allobrogum in foro, percontatus, id eſt interrogatus, aut vbi interrogauerat de ſtatu ciuitatis, ſcilicet allobrogum potius quam Romanorum, & quaſi dolens caſum eius, ſcilicet ciuitatis, cœpit ſine mora requirere, quem exitum ſperarent tantis malis. Vt plurimum qui grauiter nocere prætendunt, ſeſe prodeſſe velle ſimulant. vnde Saluator noſter: Attendite à falſis, &c. Poſtquam videt illos, ſcilicet legatos queri, id eſt conqueri, de auaritia magiſtratuum, ſcilicet Romanorum, per quam ciuitas ipſorum allobrogum exhauſta fuerat, & videt illos accuſare ſenatum, quod, id eſt quia nihil auxilij eſſet in eo, & videt eos expectare miſerijs ſuis remedium, morte, id eſt per mortem, (quia mors vltima linea rerum eſt) inquit, ſcilicet Vmbrenus: At ego oſtendam vobis, modo, id eſt dummodo vultis eſſe viri, id eſt viriles & animoſi, rationem, id eſt medium & viam, qua effugiatis, id eſt euitetis iſta, id eſt veſtra tanta mala. Vbi Vmbrenus dixit hæc allobroges adducti in maximam ſpem, orare ſupple cœperunt, aut orare pro orabant, aut pro orauerunt, quia præmiſit, dixit, non dicebat) vt miſereretur ſui, ſcilicet allobrogum, vnde pluralis numeri eſt ſui reſpiciens reciproce principale ſuppoſitum, ſcilicet allobroges, & ſupple dicere, id eſt dicebant, aut dicere cœperunt, (ſed ex morte verbum dicere ſubintelligitur) nihil eſſe tam difficile, quin, id eſt quod non ipſi eſſent facturi cupidiſſime, id eſt auidiſſime, dum, id eſt dummodo, ea res liberaret ciuitatem, ſcilicet allobrogum, (vnde miſſi erant) ære alieno, id eſt debito. Ille, ſcilicet Vmbrenus, perduxit eos in domum Decij Bruti mariti Semproniæ, quæ erat vnus ex conſcijs coniurationis, quód domus erat propinqua foro, neque aliena conſilio coniuratorum propter Semproniam vxorem eius famoſam, de qua prius viſum eſt, nam Brutus aberat tum ab Roma. [Præterea Vmbrenus acceſſit]. i. aduocat in domum illam: Gabinium vnum ex coniuratis, quo, id eſt ideo vt maior auctoritas ineſſet ſermoni, ſcilicet habito cum legatis, ſed bellum gerendum, & aperit coniurationem, eo, ſcilicet Gabinio viro patricio præſente, nominat ſocios, ſcilicet coniurationis, præcipue nobiles, & præterea, id eſt præter veros ſocios nominat multos innoxios, id eſt immunes & inſontes, cuiuſque generis, id eſt conditionis vitæ. quo, id eſt ideo vt animus amplior, id eſt copioſior eſſet legatis. deinde dimittit eos domum, pollicitos. i. poſtquam polliciti fuere operam ſuam, id eſt opem & diligentiã ſuam. [Sed allobr. habuere diu in incerto,] Id eſt in dubio, quidnam conſilij caperent. [Æs alienum]. i. debitum eorum, & ſtudium belli, id eſt quo ad bellum à natura propenſi ſunt, & magna merces in ſpe victoriæ. erat, in altera parte, ſcilicet, quam Vmbrenus conſuluerat. [At,] Id eſt ſed maiores opes, id eſt facultates ſcilicet, potentium & reip. fauentium, & conſilia tota, ſcilicet eorum qui ſaluti reip. conſulebant, hoc eſt, quod vulgo dicunt bonæ querelæ & cauſæ, item certa præmia ſ. à ſenatu pro indicio coniurationis iam propoſita, aut pro declinatione ab ea, pro ſpe. ſ. quam Vmbrenus propoſuerat, incerta. i. incertæ mercedis. erant ſup. in altera parte, ſcilicet contra coniuratos pro rep. hæc illis voluentibus, id eſt dum illi hæc voluerũt, Fortuna reip. id eſt fauens reipub. vicit tandem, id eſt per longam conſultationem difficulter. concedat Italus externis integram beneuolentiam, quaſi non ex virtute allobrogum, ſed forte ſua vicerit reſp. [Itaque legati aperiunt Quinto Fabio Sangæ, cuius patrocinio,] Id eſt defenſione, & (vt dicunt) aduocatione, ciuitas, ſcilicet allobrogum vtebatur plurimum, omnem rem, vti. i. quemadmodum, cognouerant ſup. eam ex Vmbreno. [Cicero cognito

conſilio.] Scilicet Vmbreni, per Sangam præcipit legatis, vt ſimulent, id eſt fingant & ſimilitudine exteriore indicent, ſe velle proſequi vehementer ſtudium coniurationis, & adeant cæteros, ſcilicet coniuratos quò eos noſcat, & polliceantur, id eſt promittãt de ſe bene, ſcilicet ſperare, & dent operam vti, id eſt vt habeant eos, ſcilicet coniuratos & conſcios, quam maxime, id eſt quantum maxime poſſit fieri manifeſtos. [Hiſdem ferè temporibus, &c.] Commemorat quomodo in alijs quoque regionibus tunc temporis commotio erat, propter excurſiones militum coniurationis, dicens. [Motus.] Id eſt commotio belli, vt Flaccus: Motus ex Metello conſule, ciuium, Belliquе cauſas, &c. erat hiſdem aut ijſdem, id eſt eiſdem ferè temporibus, in Gallia citeriore, id eſt citra alpes, hoc eſt Ciſalpina, vbi Inſubres, & quos ſe demontenſes vocant, degunt, & vlteriore, id eſt Tranſalpina, itẽ in agro Piceno .i. Anconitano, & Brutio, & Apulia, id eſt in plurima parte Italiæ. [Namque illi quos Catilina dimiſerat] .i. in diuerſa ad tempus miſerat, agebant inconſulte, id eſt imprudenter ſine conſilio, ac veluti per dementiam cuncta, ſimul, id eſt confuſe non ſeruata ratione temporis, conſilijs nocturnis, id eſt per noctem initis; portationibus armorum .ſ. defenſionem, & telorum, id eſt infeſtorum cominus atque de longe. effecerant feſtinando & agitando omnia, plus timoris .ſ. de malo præſenti in populum, quàm periculi .ſ. ab ipſis imminentis. [Quintus prænomine, Metellus nomine, Celer cognomine, Prætor ex officio, coniecerat complures] .i. valde multos, ex eo numero .ſ. vagantium in vincula .ſ. carceris, & hoc cauſa .ſ. vagationis cognita ex ſocijs coniuratorum, aut cauſa cur eos in vincula conijcere deberet, cognita ex ſocijs .ſ. ſuis, Aut tertio modo quem potiſſimum probem coniecerat complures ex ſocijs .ſ. coniuratorum in vincula, cauſa .i. illius faciendi, cognita, vnde quidam addiderunt, ex Senatuſconſulto. [Item C. Murenæ, coniecerat complures in vincula in Gallia citeriore quo ad Italos] Cius .ſ. Murena, præerat ei prouinciæ .ſ. Galliæ citerioris. [At] .i. ſed Lentulus conſtituerat Romæ cum cęteris, qui erant principes coniurationis, vt .i. vt veniret cum Catilina in agrum Feſulanum vbi Manlius erat, & hoc magnis copijs vt videbatur ei paratis. aut ſic: [At Lentulus cum cęteris qui erant Romæ principes coniurationis, magnis copijs paratis vt videbatur cum exercitu] V .i. quemadmodum conſtituerat cum Catilina, in agrum Feſulanum, veniret, vbi Manlius erat, & Lucius Beſtia, tribunus plebis habita concione .i. oratione ad populum quereretur .i. conquereretur de actionibus Ciceronis contra Catilinam: & imponeret optimo conſuli .ſ. Ciceroni inuidiam belli grauiſſimi .i. propter bellum grauiſſimum ab ipſo commotum, alij legunt grauiſſimi m. [Eo ſigno] .ſ. concionis, dato .ſ. ei initatis, cætera multitudo coniurationis exequeretur proxima nocte quiſque negocium ſuum, id eſt partes ſuas. [Sed ea,] Scilicet negocia & munera dicebantur diuiſa, id eſt diſtributa hoc modo. [Statilius & Gabinius incenderent cum magna manu,] Id eſt multitudine inſtructorum ad facinus, ſimul duodecim loca vrbis, opportuna ad tale incendium, quo tumultu, id eſt concuſſione & agitatione ciuitatis, aditus fieret facilior ad conſulem, ſcilicet Ciceronem, & ad cęteros, quibus inſidiæ parabantur: Cethegus qui ſtrenuus admodum erat, obſideret ianuam Ciceronis, & aggrederetur eum vi, id eſt per violentiam Autem pro ſed, alius ex coniuratis, aggrederetur ſup. alium .i. ex potentibus, aut patricijs nuiſis. Sed filij familiarum, (non dicit familias, quia de diuerſis loquitur familijs, vnde de vnius familiæ liberis, dicam filios familias aut familiæ, de diuerſarum dicerem filios familiarum) quorum maxima pars erat ex ea nobilitate, quę cõiurauerat cum Catilina, interficerent parentes .ſ. ſuos, & erumperent, id eſt violẽter exirẽt ſimul ad Catilinam, & hoc omnibus .ſ. ciuibus perculſis, id eſt attonitis & cum conſternatis animis, cæde, id eſt propter cædem & incendio, id eſt propter incendium. Cethegus querebatur, id eſt conquerebatur ſemper, inter hęc parata, & decreta, id eſt conuenta & conſtituta inter coniuratos, de ignauia, id eſt inertia & ſocordia ſociorum, dicens, ſupp. illos corrumpere, dubitando & dilatando, id eſt frequenter differendo dies .ſ. magnas opportunitas, quod faciendum in re bona eſt, vnde Lucanus: Tolle moras, nocuit ſemper differre paratis. Ideoq; dictum eſt. Fronte capillata poſt hac occaſio calua, & dicens, in tali periculo eſſe opus facto, id eſt vt faciant, non conſulto, id eſt vt conſultent, & ſe facturum impetum in curiam, ſcilicet ſenatorum ſi pauci adiuuarent, alijs languentibus, id eſt licet alij languerent. Cethegus erat natura ferox, vehemens animo, promptus manu, & putabat ſummum bonum, in celeritate. vnde Flaccus in arte, Cethegos cinctutos, id eſt operi accinctos vocat, dicens: Cinctutis non exaudita Cethegis. [Sed Allobroges]. Docet quomodo diligentia Cethegi non ſortita ſit effectum, propter vigilantiam Ciceronis, per legatos coniurationem patefacientis, dicens. Sed allobroges, Galli illi Romam legati, conueniunt, id eſt colloquendi gratia adeunt, ex præcepto Ciceronis, id eſt vt Cicero illis præceperat, per Gabinium, ſcilicet internuncium, cæteros ſ. coniuratos, & poſtulant iuſiurandum ab Lentulo, Cethego, Statilio, item & Caſſio. [Quod] .ſ. iuſiurandum de liberanda eorum ciuitate ære alieno, ipſi perferant ad ciues, ſcilicet allobrog. ſignatum, ſcilicet ſigno coniuratorum, dicentes ſup. aut dicunt, eos, ſcilicet ciues ſuos, aliter, id eſt ſine iureiurando ſignato, poſſe impelli haud facile ad tantum negocium, quantum erat ſuſcipere bellum contra Senatum Romanum. [Cęteri,] Scilicet coniurati dicti, nihil ſuſpicantes, ſcilicet doli, dant, ſcilicet iuſiurandum ſignatum. [Caſſius pollicetur ſemet venturum breui, ſcilicet tempore eo, id eſt ad ciues allobrog. ac proficiſcitur ex vrbe paulo ante legatos, id eſt antequam legati. [Lentulus mittit, Titum Vulturcium quendam, Crot.] Id eſt oriundum de Crotone ciuitate Calabriæ ſaluberrima, & vt Str. lib. 6. aſſerit, Athletarum fertiliſſima, ita vt in prouerbijs ſit, Qui Crotoniatarum poſtremus eſt, is reliquorum græcorum primus eſt, & Crotone ſalubrius aſſerit. Et vt Liuius inquit, murum habuit parentem xij. millia paſſuum ante aduentum Pyrrhi in Italiam, ſed poſt illius belli vaſtitatem, via dimidia pars habitabatur. vnde Ouid. Met. XV. Ex inhoſpita tecta Crotonis. mittit ergo Crotonienſem cum his, ſcilicet legatis, vt allobroges priuſquam pergerent domum, confirmarent ſocietatem cum Catilina, & hoc fide, id eſt ſancta promiſſione de fidelitate ſeruanda, data, & accepta. Ipſe Lentulus dat Vulturcio literas ad Catilinam, ſcilicet perferendas, quarum exemplum ſcriptum eſt, ipſra, id eſt quod ſequitur.

QVI ſim, ex eo quem ad te miſi cognoſces. Fac cogites in quanta calamitate ſis, & memineris te virum eſſe. conſideres quid tuæ rationes poſtulent, auxilium petas ab omnibus; etiam ab infimis. Ad hæc, mandata verbis dat, cum ab ſenatu hoſtis iudicatus ſit, quo conſilio ſeruitia repudiet. In vrbe parata eſſe quæ iuſſerat, nę cunctetur ipſe propius accedere. His rebus ita actis, conſtituta nocte, qua proficiſcerentur, Cicero per legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco, & C. Promptinio prætoribus imperat, vt in ponte Miluia per inſidias, allobrogum comitatus deprehendant, rem omnem aperit, cuius gratia mittebantur, cętera vti facto opus ſit, ita agant, permittit illis homines militares, ſine tumultu præſidijs collocatis, ſicuti præceptum erat, occulte pontem obſident. Poſtquam ad id loci legati cũ Vulturcio venerunt, & ſimul vtrinque clamor exortus eſt: Galli cito cognito conſilio; ſine mora prætoribus ſe tradunt. Vulturcius primo cohortatus cæteros, gladio ſe à multitudine defendit, deinde vbi à legatis deſertus eſt, multa prius de ſalute ſua Promptinium obteſtatus, ꝙ ei notus erat, poſtremo timidus, ac vitæ diffidens, velut hoſtibus ſeſe prætoribus dedit. Quibus rebus cõfectis, omnia propere per nuncios conſuli declarantur. At illum, ingens cura, atque lætitia ſimul occupauere. Nam lętabatur intelligens coniuratione patefacta, ciuitatem periculis ereptam eſſe. Porrò autem anxius erat, dubitans in maximo ſcelere tantis ciuibus deprehẽſis, quid facto opus eſſet; pœnam illorum ſibi oneri, impunitatem perdundæ reip. fore credebat. Igitur confirmato animo vocari ad ſeſe iubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, itemq; Cæparium Tarracinenſem, qui in Apuliam ad concitanda ſeruitia proficiſci parabat: cæteri ſine mora veniunt. Cæparius paulo ante domo egreſſus, cognito indicio, ex vrbe profugerat. Conſul Lentulum, quòd prętor erat, ipſe manu tenens, in ſenatum perducit: reliquos cum cuſtodibus in ędẽ concordię venire iubet. eò ſenatum aduocat: ma-

gnaque

gnaq́ue frequentia eius ordinis Vulturcium cum legatis introducit. Flaccum prætorem ſcrinium cum literis, quas à legatis acceperat, eodem afferre iubet. Vulturcius interrogatus de itinere, de literis, poſtremo quid, aut qua de cauſa conſilij habuiſſet: primo fingere, alia diſſimulare de coniuratione: poſt, vbi fide publica dicere iuſſus eſt: omnia vti geſta erant, aperit, doceíque ſe paucis ante diebus à Gabinio, & Cæpario ſocium accitum, nihil amplius ſcire quàm legatos, tantummodo audire ſolitum, ex Gabinio, * P. Antonium, Seruium Syllam, L. Vargunteium, multos præterea in ea coniuratione eſſe. Eadem Galli fatentur. At Lentulum diſſimulantem coarguunt, præter literas ſermonibus, quos ille habere ſolitus erat, ex libris Sibyllinis, regnum Romæ tribus Cornelijs portendi, Cinnam atque Syllam antea, ſe tertium eſſe, cui * fatalum foret vrbis potiri. Præterea ab incenſo Capitolio illum eſſe xx. annum, quem ſæpe ex prodigijs Aruſpices reſpondiſſent bello ciuili cruentum fore. Igitur perlectis literis cum prius omnes ſigna ſua cognouiſſent, ſenatus * decreuit, vti abdicato magiſtratu Lentulus, itemque cęteri in liberis cuſtodijs * haberentur. itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum ędilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæſari, Gabinius M. Craſſo, Cæparius (nam is paulo ante ex fuga retractus erat) Cn. Terentio ſenatori traduntur. Interea plebs coniuratione patefacta, quæ primo cupida nouarum rerum nimis bello fauebat, mutata mente, Catilinæ conſilia execrari, Ciceronem ad cœlum tollere, veluti ex ſeruitute erepta, gaudium atque lætitiam agitabat. Nanque alia belli facinora, prædæ magis, quam detrimento fore, incendium vero crudele, immoderatum, ac ſibi maxime calamitoſum putabat, quippe cui omnes copiæ in vſu quotidiano, & cultu corporis erant. Poſt eum diem quidam L. Tarquinius ad ſenatum adductus erat, quem ad Catilinam proficiſcentem ex itinere retractum aiebant. Is cum ſe diceret indicaturum de coniuratione, ſi fides publica data eſſet, iuſſus à conſule, quæ ſciret edicere, eadem ferè, quæ Vulturcius de paratis incendijs, de cæde bonorum, de itinere hoſtiũ ſenatum * edocet. Præterea ſe miſſum à M. Craſſo, qui Catilinæ nũciaret, ne eum Lentulus, & Cethegus alijque * de coniuratione deprehenſi terrerent. Eoq́; magis properaret ad vrbem accedere, quò * cęterorum animos reficeret, & illi facilius è periculo eriperentur. Sed vbi Tarquinius Craſſum nominauit hominẽ nobilem maximis diuitijs, ſumma potentia, alij rem incredibilem rati, pars, tametſi verum exiſtimabant, tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis leniũda, quàm exagitanda videbatur, plerique Craſſo ex priuatis negocijs obnoxij, conclamant indicem falſum eſſe, deq́; ea re poſtulant, vti referatur. Itaque, conſulente Cicerone, frequens ſenatus decreuit, Tarquinij indiciũ falſum videri, eumq́; in vinculis retinendum, * neque amplius poteſtatem ſui facundam faciundi, niſi de eo indicaret, cuius conſilio tantam, rem eſſet mentitus. Erat eo tempore, qui exiſtimarent indicium illud à P. Autronio machinatum, quo facilius appellato Craſſo per ſocietatem periculi, reliquos illius potẽtia tegeret. Alij Tarquinium immiſſum à Cic. aiebant, ne Craſſus more ſuo ſuſcepto malorum patrocinio remp. conturbaret. Ipſum Craſſum ego poſtea prędicãtem audiui, tantam illam contumeliam ſibi a Cic. paratam. Sed iſdem temporibus Q. Catulus, & Cn. Piſo, neque precibus, neque gratia, neque precio Cicer. impellere potuere, vti per allobroges, aut per alium indicem C. Cæſar falſo nominaretur, Nanque vterque graues inimicitias cum illo exercebant, Piſo oppugnatus in iudicio pecuniarum repetundarum, propter cuiuſdam Tranſpadani ſupplicium iniuſtum, Catulus ex petitione pontificatus odio incenſus, ꝙ extrema ætate maximis honoribus vſus ab adoleſcentulo Cæſare victus diſceſſerat. Res autem opportuna videbatur, quòd is priuatim egregia liberalitate, publice maximis muneribus grandem pecuniam debebat. Sed vbi conſulem ad tantum facinus impellere nequeunt, ipſi ſingillatim circumeundo, atq; ementiendo, quæ ſe ex Vulturcio, aut allobrogibus audiſſe dicerent, magnam illi inuidiam conflauerant, vſque adeo, vt nonnulli equites Rom. qui præſidij cauſa cum telis erant circum ędem Concordiæ, ſeu periculi magnitudine, ſeu animi * nobilitate impulſi, quo ſtudium ſuum in rempub. clarius eſſet, egredienti ex ſenatu Cæſari gladio minitarentur. Dum hæc in ſenatu aguntur, & dum legatis allobrogum, & Tito Vulturcio, comprobato eorum indicio, præmia decernuntur, Libertini & pauci ex clientibus Lentuli, diuerſis itineribus opifices, atque ſeruitia in vicis ad eum eripiendum ſolicitabant. partim exquirebant duces multitudinem, qui precio remp. vexare ſoliti erant. Cethegus autem per nuncios, familiam, atque libertos ſuos electos, & exercitatos in audaciam orabat, vt grege facto cum telis ad ſeſe irrumperent. Conſul, vbi ea parari cognouit, diſpoſitis præſidijs, vti res atque tempus monebat, conuocato ſenatu refert, quid de his fieri placeat, qui in * cuſtodiã traditi erant. Sed eos paulo ante frequens ſenatus indicauerat contra remp. feciſſe. * Tunc D. Iunius Syllanis, primus ſententiam rogatus, (quòd eo tempore conſul deſignatus erat) de ijs qui in cuſtodiis tenebantur, & pręterea de L. Craſſio, P. Furio, & P. Vmbreno, Q. Annio, ſi deprehenſi forent, ſupplicium ſumendum decreuerat, iſq́ue poſtea permotus oratione C. Cæſaris, pedibus in ſententiam Tyberii Neronis iturum ſe dixerat, ꝙ de ea re, præſidiis additis, referendum eſſe cenſuerat. Sed Cæſar, vbi ad eum ventum eſt, rogatus à conſule ſententiam, huiuſcemodi verba locutus eſt.

Margin notes: * Aliqui habẽt P. Antoniũ quidam vero, P. Autronium. — * fatum — * decernis. — * habeãtur. — * docet. — * Ex — * & cęterorum. — * Vetus codex habet: Neque amplius poteſtatem faciũdã niſi de eo indicaret, &c. qua verior eſt lectio. — * nobilitate. — * cuſtodijs. — * Tum

VALLA

QVI ſim, &c.) Noluit ponere nomen ſuum nec ſcriptum cognoſceret. [Virum] Fortis. [Etiam infimorum] Non ſolum à ciuibus, ſed etiam à ſeruis, ſi forte ita opus eſſe videbatur. [Promptus manu] Vulgo dicitur, preſto de mani. [Iuſiurandum ſcriptum intellige aliter niſi dederit iuſiurandum, &c. [Ad hæc] Non proſequitur mandata, quæ dedit his q literis portabant, ne forte, coniuratione detecta daret pœnas. [Ad hęc] Pręterea. i. hæc [Dat] Lentulo, & Vulturcio, & legatis. [Quo conſilio, &c.] Quia Catil. repudiabat ſeruos, ne videretur contra dignitatem facere, ſi vellet ſeruos ciuibus Rom. immiſcere. [Cum ab ſenatu hoſtis] Ob quam cauſam tam non potes tuam dignitatem tueri [Seruitia]. i ſeruos. nam ſeruitia pro ſeruis poni ſæpe vidimus. [Proprus] Videlicet ad vrbem. [His rebus actis] Nunc dicit, quo conſilio vſus fuerit conſul, cum hæc omnia ſibi nunciata eſſent. [His rebus] Supra memoratis. [Actis] Geſtis. [Conſtituta] Determinata, diffinita nocte. [Qua proficiſcerentur] Ad Catilinam. [Cicero cuncta] Quia allobroges cuncta patefecerant Ciceroni. [Prætoribus imperat] Iubet. [Miluio] Pons eſt in vrbe [Per inſidias] Videlicet ipſi deliteſcerent in inſidijs. [Comitatus] Societatẽ allobrogium. [Aperit] Declarat, manifeſtat pręto ribus. [Cętera] Cętera pręcepit, vt agant pręt ores. [Facto]. i. facere permittit. & vt hoc facere poſſent dat ſibi milites, qui ſibi parati eſſent ad imperiũ. [Sine tu.] Sine motu, ne ſi hoc cognoſcerent, per aliam viam proficiſcerentur. [Collocatis] Diſpoſitis

in ponte Miluio. [Occulte] Latenter ne ſentirent. [Obſidēt] Occupant, dicimus & obſident, & obſidunt, obſideni, ex ob & ſedeo, obſiduni, ea ub & ſido ſidis. [Sicuti erat pręceptum] A Cicerone. [Cum Vulturcio] Qui ducebat eos ad Catilinam. [Vtrinque] .ſ. à dextra, & à ſiniſtra. [Cohortatus cęteros] Videlicet ne timeant, ſed & ipſi fortiter dimicent cum hoſtium multitudine, quæ obſederat eos. [Promptinium] Hic Promptinius prætor cognitus erat huic Vulturcio, ideo ſperabat ab eo poſſe impetrare ſalutem. [Obteſtatus] Cum deprecatus eſſet multa. [Quod ei erat notus] Quia cognoſcebat eum [Diffidens vitæ] Quia diffidebat ſe poſſe vitam ſeruare in tanta multitudine, & quia iam coniuratio detecta erat. [Propere] Exemplo, confeſtim. [Conſuli] Ciceroni. Nam lætabatur non eſſe ereptam libertatem. [Anxius erat] Solicitus, & cura plenus. [Tantis ciuibus] .i. deprehenſis optimatibus ciuibus. [In maximo ſcelere] Videlicet in coniuratione. [Impunitatem] Eorum [Prodendæ] Reip ad prodendam remp. ſpectare [Igitur] Quandoquidem ambiguus, & anxius erat Cic. quid faceret, vtrum pœnam ex perditis ciuibus ſumeret, an eos impunitos relinqueret. [Confirmato animo] Bene confirmato, nam primo incertus erat animus Cic. vtrum puniret, an non, ſed tandem animum confirmauit puniendos eſſe coniuratores. [Animo] .ſ. puniendi eos. [Qui] Cæparius. [Ad concitanda ſeruitia] id eſt commouendos ſeruos, vt Cat. I nam aduerſus remp. ſequerentur. [Cęteri] Vocati .ſ. à conſule .ſ. Lentulus, Cethegus, Statilius, Gabinius, ſed Cæparius rebus ſuis fugam conſulit conſilio Ciceronis. [Conſul Lent.] Conſul Cic honoris gratia, q prætor erat manu cœpit Lentulum & ipſum in curiam introduxit. [Cuſtodibus,] id eſt cum militibus armatis, qui cuſtodirent, ne e manibus elaberentur. [Ædem] Templum [Eo] .ſ. in æde Concordię. [Frequentia] Multitudine. [Eius ordinis] .ſ. ſenatorij [Legatis] Allobrogum. [Prætorem] Vrbanum. [Scrinium] Capſam, vaſculum, vbi erant literæ conditæ. [Literis] Ea quibus coniuratio patefiebat. nam in his continebatur, quomodo Catil admonebatur, quòd omnibus, quæ iuſſerat in vrbe peractis, ipſe propius cum exercitu ad vrbem proficiſceretur. [De itinere] Quia ex vrbe hoc tempore proficiſceretur. [Quid] .ſ. cum legatis haberet. [De literis] Ex quiſnā ſibi literas dediſſet. [Aut qua de cauſa] .ſ. habuiſſet ad conſilium. [Primo fingere] Falſo dicebat, ſe iturum quidem fuiſſe extra vrbem ad Catilinam, non vt quidquam contra remp. ageret ſed vt videret, quidnam Catil. ibi facere conſtituiſſet. [Alia] Alias res de coniuratione, quæ falſæ erant. [Poſt vbi] Pro poſtquam [Data fide publica] Hoc eſt cum polliciti eſſent, id ſibi impune futurum, ſi verum aperuiſſet. [Aperit] Admonet, oſtendit. [Accitum] Vocatum. [Eadem Gabinio] Quæ Vulturcius dicebat. [Coarguunt] Corripiunt. [Galli diſſimulantem] Negantem ea, quæ erant vera. [Præter literas] Quas dederat ad Catil [Portendi] Prædici, ſignificari. [Tribus Cornelijs] De gente Cornelia .ſ. Cinnæ, & Syllæ. [Sibi] Lentulo nam ipſe quoque de gente Cornelia erat Hi duo .ſ. Cinna & Sylla ante fuerant imperio vrbis potiti, ſe autem nunc tertium eſſe, qui vrbis imperio potiretur. [Fatatum] Deſtinatum. [Præterea] Aliam rationem dicere ſolebat, quia oſtendebat imperium Rom. hoc tempore ſibi deberi. [Ab incenſo Capitolio] Quemadmodum Cicer. in lib. de Diuinatione dicit, incenſum eſt Capitolium, ex illo incendio cognitum eſt ab aruſpicibus poſt vigeſimum annum, bellum ciuile futurum, cum maxima ciuium pernicie, & hic iam erat xx. ann. ex quo Capitolium incenſum fuerat [Quem] xx. annum. [Ea prodigijs] Quæ incendium Capitolij videtant. [Cruentum fore] Cruentari oportere bello ciuili. [Literis perlectis] Quas Lentulus mittebat ad Catilinam [Sua ſigna] Sua ſigilla, ſigilla ipſius Lent. [Omnes] Senatores. [Abdicatus magiſtratu] Sit priuatus prætura. nam abdicare priuare magiſtratu ſignificat, hoc autem fecit ſenatus quia contra dignitatem P. R. erat, nec etiam licebat in magiſtrarum in quempiam animaduertere. [Itęm] Prętereа cenſuit ſenatus. [Cęteri] Coniuratores cum ipſo Lentulo. [In liberis cuſtodijs] In cuſtodijs in quibus ſeruabantur liberi homines, & dixit hoc ad differentiam cuſtodiæ ſeruilis, nam ſeruilis cuſtodia eſt carcer. [In cuſtodijs liberis] In cuſtodijs, quæ conueniunt liberis hominibus, non ſeruis, hoc eſt, & domi ſeruentur apud ciues Rom. Lentulus itaque &c. [Spintheri] Eſt cognomen, quia Lentulus Spinther vocatus eſt. [Tum] Eo tempore. [Cethegus] Traditur. [Statilius] Traditur. [Gabinius] Traditur. [Nam is paulo &c. Parenteſis eſt. Nam is paulo antequam ex vrbe fugerat, vt ad Cat. ſe conferret, ea itinere tractus fuit Rom. [Interea plebs] Nunc vulgi mobilitatem oſtendit, quam prius lætabatur, & Catil. bellum pararet, eo quòd res nouas optaret. nunc vero, quia Catil. res non proceſſerant ex ſententia, auctorem belli execrabatur, & præcipue, quòd incendere vrbem conſtituerant coniuratores [Nimis] Valde. [Mutata mente] Mutato propoſito. [Tollere] Pro extollebat .i. efferebat .ſ. laudibus. [Erepta] Liberata. [Gaudium] Mentis. [Lætitia] Corporis. [Alia facinora] Vt ſunt rapinæ, cædes, ciuium proſcriptiones. [Prædæ] .ſ ad prædam. [Detrimento] .i. ad detrimentum .i. ad damnū. [Fore] Futura eſſe. [Cui] .ſ. plebi. [Omnes copiæ] Omnes facultates. [In vſu quotidiano] Quia in dies opere manuum ſuarum viuunt. [Cultu corporis] .ſ. in veſtibus. [Poſt eum diem] Quo coniuratores ſunt traditi ciuibus in cuſtodijs ſeruandi. [Quem,] L. Tarquinium. [Aiebant] Dicebant. [Fides publica eſſet data,] Si permiſſum fuiſſet publice, id ſibi fraudi non eſſe. [Quæ] De coniuratio ne ſciret dicere iuſſus eſt. [De paratis incendijs] Vt in duodecim præcipuis locis vrbis Rom. incendium pararetur. [Cęde bonorum] Vt Cic. & cęteri ciues interficerentur. [Itinere hoſtium] Vt Catil. cum hoſtibus ad vrbem veniret. [Præterea] Edocet [Terrerent] A propoſito remouerent, eo q deprehenſi eſſent. [Eo] Tm̄ magis, qđ erant deprehenſi. [Quo] .i. vt reficerer, quia perterriti erant, cum illi principes coniurationis capti eſſent. [A periculo erip.] Vt Lentulus, & Cethegus & cęteri qui deprehenſi erant à periculo cædis liberarentur qui deprehenſi in cuſtodijs habebantur. [Sed vbi Tarquinius] Prolepſis eſt. Ordo erit hoc modo: oẽs cõclamant indicem eſſe falſum, vbi poſtquā Tarquinius &c. Alij rati, &c. conclamant indicem eſſe falſum. Pars conclamat iudicem eſſe falſum, Pleriq; conclamant &c indicem eſſe falſum. [Nominauit Craſſum] Craſſi nomen dixit. [Hominem nobilem] Nobili genere natus erat. nam Patricius fuit Craſſus. [Maximis diuitijs] Quia diuiſſimus fuit Craſſus, adeo, vt diues Craſſus appellatus ſit. [Potentia ſumma] Quia potens Craſſus, nam eo tempore tres potentiſſimi fuerunt in vrbe Rom. ſ. Craſſus, Pomp. & Cæſar. [Rati] Arbitrati. [Etſi] Quamuis. [In tali tempore] Tam periculoſo. [Tanta vis,] Tanta potentia. [Exagitanda] Exacerbanda, de falſitate huius indicis. [Obnoxij] Obligati. [Referatur] Referre in ſenatu eſt q Veneti dicunt partem ponere. [Conſulente] Conſultante. [Referente] De ea re Cic. [Frequens] Ex maiori parte. [Poteſtatem] ſ. dicendi. [Indicaret] Aperiret, & mentitus falſo dixiſſet. [Erant eo tempore] Superius ſcripſit Sal. quomodo decretum eſt Tarquinium falſum eſſe indicem, quòd Craſſum nobiliſſimum virum, maxima potentia, atque maximis copijs præſtantem nominaſſet, nunc autem dicit cauſam cur nominauerit in coniuratione Craſſum L. Tarquinius. [Eo tempore] Quo iſta geſta ſunt. [Indicium illud] .ſ. Tarquinij. [Machinatum eſſe] Fictum inuentum, atque fabricatum. A. P. Ant. qui fauebat coniurationi. Nam Antonius volebat ſaluos eſſe coniuratores. [Quo facilius,] Id eſt vt facilius. [Appellato Craſſo] Nominato Craſſo coniurationis conſcio. [Societatem periculi] Cum in eodem periculo eſſet Craſſus, quo & cęteri coniuratores. [Tegeret] Defenderet. [Reliquos] cæteros coniuratores. [Potentia,] illius Craſſi. [Aiebant] Dicebant. [Patrocinio] Defenſione, conturbaret remp. immo nominari fecit Cic. ipſum Craſſum, & huius ſententiæ etiam fuit Craſſus, quod hac inuidiam contra ſe factam eſſe crederet. [Ego] Sal. [Prædicantem] Dicentem. [Contumeliam] Iniuriam. [Sed iiſdem temporibus] Videtur hoc loco quaſi defendere Cic. Sal. dicit enim non videtur veriſimile, falſo à Cic. accuſatum fuiſſe, cum nobiliſſimi Rom. ciues cum nulla conditione inducere potuerint, vt Cæſarem in coniuratione falſo nominari faceret. [Q. Catulus] C. Piſon. nobiliſſimi Rom. [Precibus] Suppliciter agendo. [Gratia] Videlicet fauore, quo plurimum valebant. [Precio] Videlicet oſtendendo præmia. [Alium indicem] Vel Vulturcium, vel Tarquinium. [Vterque] .ſ. Piſo, & Catulus. [Piſo] Oſtendit iniurias, quibus affecti erant à cæſare. [Oppugnatus eſt] Damnatus eſt à cæſare pecuniarum repetundarum. Ea verba, quæ pertinent ad accuſationem, vel defenſionem, vel abſolutionem cum genitiuo conſtruuntur, vel cum ablatiuo, vt dānatus furto, oppugnatus repetundarum, abſolutus adulterij. [Propter cuiuſdam Tranſpadani ſupplicium] Quia Piſo, cum pręfectus eſſet in Gallia: Tranſpadana, quendam Gallum Tranſpadanum iudicio iniuſto condemnauit, & accuſatus eſt, poſtquam magiſtratu ſe abdicauit, vt reus, qui ſatisfacere deberet iniurijs ſibi illatis iniuſte, ab eo. Cęſar iudicio Piſonem oppugnauit, & obtinuit, vt conuinceretur iniurijs illius ſatisfacere. Sed reus proprie pecuniarum repetundarum dicebatur ille qui ſociorum pecunias expilaſſet, & accuſatus ſatisfacere deberet, quod iniurioſe ſurripuiſſet, ſed abuſiue tamen reus iniuriarum dicitur, qui accuſatus ſatisfacere debet iniurijs, vt hoc loco. [Incenſus,]

cenſuit,[Scilicet erat.]Pontificatus, [Scilicet maximus Cum Catulus & Cæſar competitores eſſent in Pontificatu maximo, qui præerat omnibus templis ſacris,& etiam omnibus ſacerdotibus, Catulus autem iam grandi ætate, auctoritate maxima, rebus geſtis præualent, ſuperatus eſt à Cæſare adoleſcentulo, quod Catulo fuit moleſtiſſimum. Nam Cæſar adeo ambiuerat Populum Rom. largitionibus,& precibus, quòd die petitionis domo diſcedẽs matri diceret, vel me Pontificem hodie videbis, vel mortuum. [Maximis honoribus]Ædijs prætor. Conſul fuerat Catulus. [Diſceſſerat]Et campo Martio. [Oppor. tune]Commoda ad perſuadendum hunc participem coniurationis. [It Cæſar egregia]Excellenti quadam liberalitate animi muneribus maximis, quæ populo diſtribuerat. Nam conſtat Cæſarem Populum Romanum accepiſſe conuiuio [Ipſi,]Scilicet Piſo & Catulus. [Conflauerant]Fecerant iniuriam, & odium .[Illi]Cæſari. [Circumeundo ſingillatim] Quomodo conflauerant. Circumeundo ambiendo. [Singillatim]Per ſingulos. [Mentiendo]Falſo dicendo, uidelicet facinora Cæſaris. [Quæ audiſſe dicerent]Nam falſo dicebant, cum Vulturcius & Allobroges de coniuratione narrarent, dixerunt & huius coniurationis participem eſſe cæſarem. (Impellere) contra cæſarem. [Ædem) Templum Concordiæ, ubi ſenatus frequens habebatur. Circum locũ ſtabant arma, ne uis aliqua ſenatui,& conſuli inferretur Nam quia Cic. timebat, ne coniuratores in ſe atque in ſenatum impetum facerent, armatos milites ſemper ſecum habebat. [Seu impulſi periculi magnitudine) quia uiderant, in quanto periculo reſp. eſſet per hos coniuratores. [Mobilitate)Leuitate quadam animi . [Quo)Vt. (Studium)Voluntas. (Clarius) Manifeſtius, & nobilius. [Gladio) Cum gladijs. [Egredienti à ſenatu) Et ita fuit. Nam dum Cæſar egrederetur, hi equites, qui credebant eum coniurationis eſſe participem, propter uerba, Piſonis, & Catuli irruerunt in eum & Cic. periculum uidens, ſalute Cæſaris complexus eſt eum, ita ut equites Cæſarem uulnerare non poſſent, niſi Ciceronem prius transfixiſſent,& hoc modo eum ex curia deduxit incolumen. [Hæc] Quæ ſupra dicta ſunt. [Vulturcio] Eo quòd data ſibi fide publica de coniuratione, patefecerat quæ ſciret. [Comprobato indicio]Videlicet quòd uerum eſſet . [Liberti,]Id eſt ſerui Lentuli. qui ab eo facti fuerant liberti.& ideo ob tale beneficium pietate commoti, ſtudebant herum ex periculo eripere. [Ea clientibus] Clientes ſunt, qui in defenſionis tutela conſtituuntur, patroni ſunt qui defendunt. [Diuerſis itineribus] In diuerſas vias, quia & libertate clientes, alij in alios vicinos diuiſi ibant ſolicitando opifices ac ſeruos, vt Lentulus impetu facto ex cuſtodijs eriperetur, [Solicitabant,] Scilicet præmijs, & pollicitationibus. Opifices dicuntur illi, qui opere manuum ſuarum vitam ſuſtentant, & ab opere faciendo dicti ſunt opifices. [Eripiendum] Liberandum. [Precio] Præmijs. & quia ita conſueuerant liberti, rati eos eſſe idoneos ad hanc rem, ingens præmium pollicebantur huiuſmodi facinoroſis,& pernicioſis hominibus, vt herum ſuum de cuſtodia liberaſſent. [Cethegus] Illi ita ſponte mouebantur ad eripiendum Lentulum, dominum ſuum, ſed Cethegus ſe aliter habebat, nam &c. [Exercitatos] In huiuſmodi rebus. [Grege facto,] Id eſt multitudine facta. [Irrumpere] Id eſt vi ingrederentur ad eum, & eo modo è cuſtodijs eriperent. [Ea parata] Videlicet, vim parari à Lentulo, & Cethego, vt liberentur à cuſtodia. [Diſpoſitis præſidijs] Diſpoſitis militibus armatis circa ædem, vbi erant coniuratores. [Monebat] Poſtulare videbatur. [Refert] Rogat ſenatum. [Sed eos] Quamuis iure ſeret quid videretur faciendum eſſe de his, tamen ſenatus decreuerat ante eos contra remp. feciſſe. [Quod eo] Quòd, pro quia, [De Lucio Caſſio] Qui non in vrbe, nec in cuſtodijs, erant, ſed ipſi ex vrbe profugerant, ergo hac conditione conſultabatur, quid faciundum eſſet, ſi deprehenſi fuiſſent. [Oratione Caij Cæſaris] Quæ ſequitur, ſcilicet quæ incipit, Omnes homines &c. [Pedibus in ſententiam] Quia hoc modo fiebat inter principes ſenatus, cum duæ erant ſententiæ, videlicet vna ſuadens alia diſſuadens, qui hanc ſuadentem ſequebantur, ibat in dextram, qui illam diſſuadentem ſequebatur, in ſiniſtram, & ille qui in dextram, aut in ſiniſtram iuiſſet pedibus ire in ſententiam dicebatur. Nam quia erat maxima multitudo ſenatorum, magnum ſpatium conſumptum eſſet, ſi ſinguli ſententiam ſuam dixiſſent, ſed eo modo breuiter explebatur conſultatio. [Abdicatis præſidij].i. in locis opportunis. ne aliqua timeri poſſet vis & perturbatio. [Sed Cæſar] Sed quia dixit de oratione Cæſaris, oſtendit, quæ nam fuerit eius oratio.

QVI ſim ex eo].ſ. Vulturcio, alij codices ſic habent: Qui ſim ex eo quem ad te miſi cognoſces, fac cogites in quanta calamitate ſis,& memineris te virum eſſe. Conſideres quid tuæ rationes poſtulent, auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis. [Virũ] Quia habens animum virilem. [Rationes] Conatus. [Seruitia,] i. ſeruos. [Miluio] A Cornelio nepote. Iuuenalis, Aemilius appellatur. Diſtat ab vrbe vltra primum lapidem, à Scauro Aemilio factus fuit cum eſſet in præfectura. [Vi facto] Facete. [Permittit] Concedit, obteſtatus deprecaturq; eſt. [Ingens cura,] Quia cogebatur perdere ciues. [Tantis] Tam magnis ciuibus. [Confirmato] Stabilito animo. [Tarra] Tarracina alio nomine Anxur dicitur, quia ibi Iupiter imberbis colebatur. [Sine mora] Sine iuſſu conſulis. [Paulo ante] .ſ. quam à conſulibus vocaretur. [Cognito con.] Detecti erant. [Magnaſ. eius] .i. ſenatorij ordinis. [Literis] Ad quem literas ferret. [Paucis ante diebus] i. per paucos dies ante. [Fide publica].ſ. habita quia ſenatus pro miſit impunitatem. [P. Antronium] Qui erat deſignatus conſul. [Coarguunt] Accuſant. [Præter literas] .ſ. quas oſtendebant. [Sermonibus] Vnde Appianus: Cicero factus certior, legatos diſcedentes & cum his Vulturcium intercepit, coſq; in ſenatum ſubito inducit, hi quæ à Lentulo audierant Senatui referunt, inducti porrò addidere Lentulum ſæpenumero affirmaſſe fieri è Corneliorum familia Romanis futuros principes. Ex his Cinnam & Syllam prius extitiſſe, ſe tertium libris Sybillinis declarari. Quibus cognitis ſenatus Lentulum dignitate ſpoliauit, Cicero vnumquemque ſeparatim in prætorum cuſtodia diſponit, ipſe in ſenatum reuerſus ſententiam de omnibus exquiſita, ac ſtatim in ſenatu tumultus oritur, nec enim eorum quæ fatebantur manifeſte adhuc patebat timor. [Cornificio] Qui tunc erat ſacerdos,& fuit competitor Ciceronis in conſulatu. [Lætitiam]Quæ vt ait Feſtus, demonſtratur ex geſtu corporis. Gaudium eſt in animo ſine geſtu aliquo exteriore. [Prædæ] Ad prædam, quia coniurati prædæ omnia dare volebant. [Detrimento] .ſ. vnius partis. Ait Aſconius, Detrimentum eſt damnis & accipientis, Detrimentum eſt vnius tantum partis. [Incendium] i. putabant. [Immoderatum] Quia omnia diripit nec habet diſcrimen perſonarum. [In vſu quot.] Vt ſupellectile. [Poſt eum d.] .i. poſtquam iſti ſunt traditi in cuſtodiam. [Fides p.]Impunitas. [Eliceere] Propalare. [Reficeret] Recrearet. [Alij] .ſ. ſenatores. [Rati] Credentes. [Vis] Potentia. [Exag.] Irritanda [De eo] ſ. ſua ſore. [Tantam rem] Accuſationem tanti hominis. [Maebi.] Inuentum. [Appellato] Accuſato. [Contumeliam] Falſam accuſationem. [Aetate extr.] .ſ. ſenili. [Sigillatim] Nonnulli, ſingillatim legunt. [Mentiendo] .ſ. Cæſarem eſſe in coniuratione. [Mobilitate] Codex antiquus legit, nobilitate. quod magis placet propter ſequentia. [Minitarentur].i. impetum facerent. [Comprobato] Habito certo. [Opifices] Mechanicos. [In vicis] In oppidis. [Multitudinum].i. militum. [In audaciam]Vt auderent. [Refert] Proponit. [Primus rogatus ſententiam] Mos erat vt digniores rogarent ſententias. vt puta conſul, hac propoſitiones: Scitis optimi ſenatores coniuratos in carcere detineri, eo q; contra remp. arma ſumpſerint, dicite quid de his faciendum eſt, & tu Syllane quid tibi videtur? Poſt eum alium rogabat prout dignior cæteris erat. Quando vero ibant ab vno loco ad alium, dicebatur ire in ſententiam pedibus. Plura, Aſconius & Gellius lib. 4. cap. 10. [Primus roga.] Appianus, Syllanus conſul deſignatus, primus vt ſententiam afferret à conſule rogari cœperat. quippe Romanis conſul præfuturus merito in primis dicturus videbatur. Conſulente itaque eo, coniuratos vltimis ſupplicio afficiendos eſſe, multi aſſenſi ſunt. Ad Neronem quouſque delata ſententia. Nero interim eos cuſtodiri donec Catilinam bello ſuperaſſent, & rem diligentius animaduertiſſent, æquius cenſebat eſſe, C. autem Cæſar hos viros per municipia quæ Cicero elegiſſet diſtribuendos eſſe cenſuit, ne quid diutius in primo res viros præter ius æquumq; ſtatuendũ. eius ſententia cum iuſta apparuiſſet, Cato ob ſuſpicionem quæ in Cæſare latebat, graui luculenta oratione eam ſternit. [Præſidijs abditis] codex antiquus habet, additis, quę vera videntur mihi lectio.

IN vrbe parata eſſe quę iuſſerat] Melius in vetuſtis, quę iuſſit. Sic enim eloquendi ratio poſtulat. [Rem omnem aperit, cuius rei gratia mittebantur] codices in mẽbrana deſcripti, cuius gratia mittebantur.& eodẽ modo Badianus. Sed in alijs ita ferè eſt vt hodie legitur. Quamuis autem Hieron. hoc in Rufino carpat, tamẽ [pace viri dicã] ſæpenumero apud optimos quoſq; ac primæ notæ ſcriptores reperitur antecedens, iungitur q; cum relatiuo ipſo. Terẽt. in Heaut. habet bonorũ exemplũ, quo enim ſibi licere id facere qđ illi fecerũt putat. cęſar, Vltra eũ locũ

MARI.

quo

quo in loco Germani conſederant.&, Erant omnino itinera duo quibus itineribus domo exire poſſent. &, Diem dicũt, qua die ad ripam Rhodani omnes conueniant &, Diem inſtare, quo die frumentum militibus metiri oporteret. Ita ſexcenties ferè apud eundem reperias. Sed & Cicero in Verrem, Aduenit dies, quo die ex inſtituto,&c.[Ad hæc mandata verbis dat] Legendum, ad hoc. ex vetuſtis. quomodo ſemper Sal. pro, præterea; & identidem Tacitus. [Occulte pontem obſident] In manuſcriptis, obſſidunt coniugatione tertia. Mox. [Poſtquam ad id loci legati cũ Vulturcio venerunt] In codice Fabriciano eſt, venere [Pœnam illorum ſibi oneri, impunitatem perdundæ reip. cauſam fore credebat] In impreſſis vetuſtioribus non reperi, Cauſam, nec ipſis manuſcriptis, quorum plerunque fidem ſequor. Sed nec magnopere ſenſus id requirit. Quare tollendum cenſeo. [Conſul Lentulum, quòd prætor erat ipſe manu tenens perducit] Sic in quibuſdam, vbi Gymnicus conſentientibus manuſcriptis, in ſenatum perducit. Quamuis autem nec Aretinus hoc addit, mihi tamen relinquendum eſſe videtur. paulo poſt. [Vulturcius interrogatus de itinere, & de literis] In manuſcriptis & alijs antiquioribus eſt illa copula. Et omiſſa maiore cum gratia & venuſtate, quam ſi addatur. Mox. [Primo fingere alia omnia, diſſimulare de coniuratione] In hunc modum eſt hic diſtinguendus locus, contra quàm in recentioribus habetur. Nam alia omnia prioribus adde, non ſequentibus. [Senatus decreuit, vti abdicato magiſtratu Lentulus] Manuſcriptum, decernit. tempore præſenti, quomodo & alias ſæpe. [Quo & cæterorum animos reficeret, & illi faciliùs è periculo eriperentur. [Sic eſt à codice Fabriciano legendum] Quibus in verbis hęc à vulgata lectione diſcrepent, facile eſt videre, Primũ addendum eſt, Et quo & cæterorũ. Dein è periculo legendum. Paulo poſt. [Magis leniendæ] In manuſcriptis leniunda. [Plerique Craſſo ea priuatis negocijs obnoxij] Legendum, ex negocijs priuatis, vt adiectiuum ſequatur] Sic n. eſt in manuſcriptis, & in impreſſis vetuſtioribus. [A hjq. de coniuratione deprehenſi] Exemplaria calamo deſcripta, ex coniuratione. ſed eſt idem vtrobique ſenſus, & vtrunque Latine dicitur. [Frequens ſenatus decreuit.] In ijſdem, decernit. [Tantam illam contumeliam ſibi à Cicerone paratam] Sic & Aldus. In antiquis rectius, ab Cicerone impoſitam. Sic enim codices in membrana deſcripti. Iam contumeliam imponere eſt alicubi apud Cic. quibus in, inquit, priuatim iniurias plurimas contumeliaſque impoſuiſti. Eodem modo Florentinum. [Neque precibus] Neque gratiã, neque precio Cic. impellere quiuere] Manuſcriptum, neque gratia neque precibus, neque precio. [Vel per allobroges aut per alium indicem] In manuſcriptis non eſt illa repetitio præpoſitionis, per. Niſi quod in Fabriciano eadem eſt in ſpatio addita quod verſus dirimit. [Nam vterque cum illo graues inimicitias exercebant] Hic ordo verborum & hæc collocatio eſt in manuſcriptis. Porrò, vterque exercebant, peculiaris eſt loquendi ratio hiſtoricorum. Mox [Piſo oppugnatus in iudicio pecuniarum repetundarum] Quamuis & deſcripti calamo libri ſic habeant, nõ eſt in pleriſque tamen, Pecuniarum & melius atque elegantius ſubauditur. Irrepſit autem ex Epiſtola Aſc Fuit, inquit, Cat. Patricius, & eodem illo tempore erat reus repetũdarum. Idem, Nam iudicium quoque ſecutum repetundarum. Non negauerim tamen apud Cic. addi ſolere. vt, Clamares te lege pecuniarum repetundarum non teneri.&, Piſo frugi legende pecunijs repetundis tulit.[Magnam illi inuidiam conflauerant, vſque adeo vt illi equites Rom.] Manuſcripta vſque eo. ſed eodem ſenſu. quod ipſum frequens apud Ciceronem eſt, Mox [Qui præſidij cauſa cũ telis erant circum ædem Concordiæ] In Merſeburgenſi eſt, circum Concordię, vt ſubaudias ędem, quomodo in ſimilibus. velut ad Iuturnę apud Ciceronẽ ante Caſtoris, apud eundem. Sic Plautus in Veneris inquit pro in fanum Veneris. teſtatur autem Porphyrio alicubi, libenter facere auctores, vt hac Eclipſi vtantur, cum de locis ſacris loquuntur. In cęteris manuſcriptis eſt vulgata lectio. [Quod de ea re] Pręſidijs additis, referendum eſſe cenſuerat. [In Fabriciano cęteriſq. vetuſtioribus eſt] Pręſidijs abditus quomodo interpres quoque. In ijſdem, referendum cẽſuerat. omiſſo illo verbo eſſe, quod nec Merſeburgenſe volumen habet.

GRAR. QVI ſim, ex eo quem ad te miſi, cognoſces. [Mirum in omnibus condicibus hæc verba alia atque alia inueniri] Aldinus codex, & Gothi noſtri habet, vt vulgo legitur. At in a ijs quibuſdã vetuſtioribus codicibus hæc verba ita leguntur, Qui ſim ſcies ex eo, quem ad te miſi, cura, vt vir ſis, & cogita quem in locum ſis progreſſus, & vide quid iam tibi ſit neceſſe, cura, vt oĩum tibi auxilia adiungas, & infimorum. Qui hęc in Aldino codice emendarunt, in tertia Ciceronis inuectiua non mutarunt, vbi ſ ea verba haud aliter hic pręſcripſi excepta prima periodo] Qui ſim, ex eo quem ad te miſi, cognoſces, legũtur. Verum ita noſtra ętate emaculantur codices. Ceterum hęc ultima uerba, Cura ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum, plane oſtendunt proximæ de in ſequentiſ hæc uerba, Quo conſilia ſeruitia repudiet ?inter rogatiue legenda, non enunciatiue, quod tamen ferè in codicibus neglectum uidemus. [Permittit illis homines militares ſine tumultu pre. colle,] Illud, Sine tumultu, ambiguæ diſtinctionis eſt, ad priora ne referas, ſed ad poſteriora. Vetuſtiores paulo codices ad priora referunt, & à præſidijs collocatis, nouam ordiuntur lectionem. Alij malunt ad poſteriora referre. Iudicet Lector mihi ambiguum relinquetur. [Impunitatem perdundę reip. fore credebat] Quidam codices, prodũdę reip. habebant. Sanè prodere temp tam in uſu eſt, atque perdere apud diſertos nihil tamẽ definio. Et ſtatim poſt: Itemq. quendam Cæparium Tarracinenſem. Aldinus codex mutauit in Q. Cæparium, cum in Cic. oratione tertia omnes codices atque adeo ipſius Aldi, M Cæpariũ habeant. Verum in proprijs nominibus hæc omnia proſequi, in Liuianis Decadibus expertus ſum quam ſit prope impoſſibile, maxime in Romana hiſtoria. [Quid aut qua de cauſa conſilij habuiſſet.] Ordinem puto, quid cõſilij, aut qua de cauſa habuiſſet, Vetus codex Gothi habebat, Poſtremo quid conſilij, aut qua de cauſa abijſſet. Eſt tamen dicẽdi hoc genus notandum Et fide publica, hoc eſt, impunitate promiſſa Vulturcio, rectè expoſitum eſt, quippe qui ei paulo poſt præmia decernuntur Cum uero inquit: Nihil amplius ſcire quam legatos tantum modo audire ſolitum. Hic quanquam diſtingui poteſt, illud tamen ex Gabinio, etiam ex legatis aud tum intelligi vult. Idem vetus codex diſtinguit poſt legatos. Sed vide, vt oppido eleganter voluerit Sal. impoſteris tergiuerſationem Lectori ab oculos ponere. Nam ita facere ſolent, qui omnia & ſimulant & diſſimulant. Putoaſit P. Autonium t, litera poſt, t, legendum, non, P. Antonium. [Quippe cui omnes copiæ in vſu quotid. & cul. cor. erant] Senſus præcedens manifeſtus eſt. ratio autem quæ ſubiungitur. Quidam exponunt, Omneis copias in vſu quotidiano, de ſuppellectili. Cultum autem corporis, quod illis nullæ aliæ eſſent diuitiæ. Quę expoſitio nõ diſplicet, maxime quod neſciam meliorem. [Neque amplius poteſtatem ſui faciundam faciundi] Ita habet codex Aldinus. Verum vt ingenue fatear, ego verba hæc non intelligo. Fieri poteſt. vt ſit ex aliquo vetuſto auctore, è quibus Saluſtius pleraque habet vnde & furti accuſatus eſt, haud abſque cauſa, vt putant. Vetuſtatis indicium colligo, quod nemo hæc verba integre habet, quin aliquid ſuppleat. Vetus codex habet: Neque amplius poteſtatem faciundam niſi de eo, &c. Satim poſt P. Antonio, legendum, non, P. Antonio, quod antea etiam admonuimus. [In ſentẽtiam Tyberij. Neronis] Suetonius in Cęſare, vbi de Prætura eius, aliquanto hæc variat. Nam periculum Cæſaris, quod ab equitibus imminebat, longe maius facit. Verum & alia variat. Inuenies. n. in pleriſque codicibus eius, L. Antonium, non, Publium. Decium vero Syllanum ait non piguiſſe, ſententiam ſuam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, velut grauius atque ipſe ſenſiſſe exceptam Saluſt. in Tyberij ſententiam iſte ait.

QVI ſim &c. Ordo eſt. O Catilina tu ſcies qui ſim. ſ. qui has ſcripſi [noli legere quis ſum, quia ſequente, ſ. dicitus qui, vt in Buc. Ne qui ſim quæris Alexi] ex eo, ſcilicet Vulturcio, quẽ miſi ad te. Cura vt ſis vir, id eſt virilis, & animoſus, & cogita in quem locum ſis progreſſus, vnde, ſcilicet regredi nequeas, & vide, id eſt conſidera quid ſit neceſſe tibi. Cura vt adiunges tibi auxilia omnium, etiam infimorum. Ad hæc. i. ſuper dat mandata verbis. ſ. non ſcriptis, dicens ſupple cum ſit hoſtis iudicatus ab ſenatu, quo conſilio, id eſt qua confidentia repudiet, id eſt repellat à ſe, ſeruitia, id eſt ſeruos & eorum auxilia quibus opus habeat, & dicens omnia quæ iuſſerit eſſe parata in vrbe, ne ipſe cunctetur. i. differat accedere propius, ſcilicet ad vrbem. His rebus ita actis, id eſt cum hæc res ita eſſent actæ. nocte qua proficiſcerentur conſtituta, ſcilicet inter eos. Cicero edoctus cuncta per legatos, imperat [quia conſul] Lucio Valerio Flacco. & Caio Pomptinio Prętoribus vt deprehendant, id eſt capiant per inſidias, in ponte Miluio, qui eſt Romæ, qua in Hetruria itur, comitatus, id eſt coniuratos, & miſſos eorum qui erant in comitatu allobrogum, & aperit omnem rem vt diligentius id faciant, cuius ſcilicet rei gratia ipſi mittebantur, & imperat, vt agant cetera, vti. i. quemadmodum ſit opus facto, & permittit illis. i. illos ſecum ducere homines militares, id eſt armorum ſcios, & ita ſup. obſident pontem, ſcilicet Miluium, & hoc præſidijs locatis. i. diſpoſitis per loca, ſine tumultu, ſicut præceptum erat à Cicerone, Poſtquam legati venerunt cum Vulturcio ad id loci vbi

inſidiæ

inſidiæ erant, & clamor eſt exortus ſimul vtrinque.i.ab vtraque parte, vt fit in inuadentibus, legati cognito conſilio, ſcilicet con ſulis tradunt ſe cito Prætoribus ne per errorem offenderentur. [Vulturcius cohortatus ceteros defendit ſe primo gladio].ſ.ſuo, à multitudine cohortis prætorianæ, deinde, vbi deſertus eſt à legatis, obteſtatus.i. precatus per atteſtationem fidei & meritorũ ſuorum prius multa Pomptinium.ſ. ſocium coniurationis, de ſalute ſua ſ.curanda, quòd.i. quia ipſe erat notus ei, ipſe poſtremo timidus.i.vt timidus, quia timens ac diffidens vitæ.i. deſperans de vita, dedit.i.in poteſtatem dimittit ſeſe prætoribus, velut hoſtibus. [Quibus rebus confectis omnia declarantur propere] i. feſtinanter conſuli, ſcilicet Ciceroni, per nuncios. [At ingens cura atque lætitia ſimul occupauere, id eſt inuaſerunt, illum.ſ. conſulem] Nam lætabatur intelligens ciuitatem eſſe ereptam periculis.ſ.incendiorum, & ſtragis, & hoc, coniuratione patefacta. [porrò autem].i.ſed contrarium, ipſe erat anxius, dubitans quid eſſet opus facto t. vt faciat, tantis ciuibus, quia ex patricijs & Equeſtribus deprehenſis in maximo ſcelere, ſcilicet coniurationis in patriam. [Credebat pœnam,] Id eſt punitionem illorum; ſcilicet coniuratorum fore ſibi oneri, quòd nequiret in odiam ſuſtinere præſertim homo nouus, & municipalis, & credebat impunitatem illorum, quia dimitteret eos impunitos, fore cauſam reip. perdendæ, quia verebatur ne iterum eadem molirentur. Igitur poſt longam diſceptationem animo eius confirmato, iubet ſ. viatoribus, & lictoribus Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium, & item cæparium Tarracinenſem, qui parabat proficiſci in Apuliam ad concitanda ſeruitia, id eſt ſeruos in reip. adminiſtratores concitandos, iubet dico vocari ad ſe. [ceteri].i.omnes præter cæparium veniunt ſine mora. cæparius egreſſus paulo ante.ſ. quam viatores ad ipſum venirent, domo, ſcilicet ſua & hoc indicio cognito, profugerat ex vrbe. conſul ipſe, id eſt vt dicunt in propria perſona, tenens Lentulum manu, id eſt per manum, eo q Lent. erat prætor, perducit eum in ſenatum, & iubet reliquos venire in ædem Concordiæ ſ. Deæ, cum cuſtodibus ſ. publicis. Cicer. aduocat eò, ſcilicet in ædem concordiæ, ſenatum, & introducit Vulturcium cum legatis, & hoc exiſtente magna frequentia eius ordinis.ſ.ſenatorij, & iubet Flaccum prætorem afferre, eodem, ſcrinium, id eſt ciſtam, cum literis quas acceperat Flaccus.ſ. à legatis in ponte Miluio, quò ſcriuit eos conuenturos. ſanè eodem aduerbium eſt ad locum ſignificans ad eundem locum. [Vulturcius interrogatus de itinere].i. de cauſa profectionis, ex vrbe cum legatis, & de literis.i. cur nam literas illas ipſe dediſſet, & interrogatus poſtremo quid conſilij haberet, & qua de cauſa haberet tale conſilium ita proficiſcendi, ſup. cœpit fingere, aut fingere i. fingebat primo, omnia alia.i. aliter, quam erat, & diſſimulare id eſt diſſimulabat, de coniuratione.i. per diſſimulationem oſtendebat nihil eſſe, aut ſe nihil ſcire de coniuratione. [Poſt,] Id eſt poſtmodũ vbi iuſſus eſt fide publica, id eſt interueniente fidei reipub. qua ei impunitas promittebatur, dicere, id eſt, indicare rem, ipſe aperit omnia, vti, id eſt quemadmodum erant geſta, & docet ſe accitum, id eſt aduocatum ſocium.ſ. coniurationis, aut cœpti belli, accitum dico à Gabinio & cæpario, nihil ſcire amplius quam legatos, id eſt quam legati ſciant, tantummodo ſolitum audire ex Gabinio vno ex principibus coniurationis Publium Antonium, Seruium Syllam, Lucium Varguntejum, & prætetea, id eſt præter eos multos alios eſſe in ea coniuratione. [Galli,] Scilicet legati & qui cum eis erant, fatentur idem, ſcilicet quod Vulturcius. [At coarguunt,] Id eſt ſimul reprehendunt Lentulum diſſimulantem, ſcilicet coniurationem ſe ſcire, [vbi mira eſt breuitas, nam per hoc ſignificatur Lentulus interrogatus diſſimulaſſe] coarguunt dico præter literas etiam ab eo ſignatas, ſermonibus.i. per ſermones, quos.ſ. ſermones ille.ſ. Lentulus, erat ſolitus habere videlicet regnum Romæ, id eſt Romanum, portendi, id eſt porrò addici, & adindicari, ex libris Sibyllinis, de quibus ad principium ſeati Æneid. 1. & epiſtolarum familiarium Ciceronis multa adnotari ſolent, tribus Cornelijs, id eſt tribus de gente Cornelia, & Cinnam atque Syllam qui de gente Cornelia erant, ſupp. fuiſſe reges Romæ antea, & ſe eſſe tertium, cui foret fatatum, id eſt fatale, potiri vrbe ſ. imperio & dominatione vrbis, potimur autem rebus quarum tandem compotes ſumus. [Præterea ſolitus erat dicere, illum annum,] Scilicet quo inceptaret aut ſperaret, eſſe vigeſimum ab incenſo capitolio, id eſt poſtquam capitolium fuerat incenſum, cuius incendium, vt Cic. in libro de Diuinatione dicit, dicebatur ab Aruſpicibus portendere conflagrationem vrbis, ac ſeditionem in vrbe poſt vigeſimum annum, quem. ſcilicet annum vigeſimum, aruſpices, id eſt qui exta & oblatiões ad aram inſpiciunt, atque inde futura prædicant, reſpondiſſent ſæpe ex prodigijs, id eſt propter prodigia, aut ex ſcientia de prodigijs, & portentis ab ipſis habita, fore id eſt futurum eſſe cruentum bello ciuili.i. effuſione ſanguinis ciuium ab inteſtino bello. [Igitur literis].ſ. ad Catilinam miſſis, perlectis.ſ. à publico miniſtro, ut ab omnibus audirentur, cum omnes cognouiſſent ſua ſigna.i. ſigilla aut chirographa & ſigna manualia, ſenatus decreuit vti.i. vt Lentulus abſ. t abdicatus.i. per ſententiam publicam amotus à magiſtratu.ſ. Prætorio, & quòd item ceteri.ſ. coniurati, haberentur in cuſtodijs liberis.i. in quibus ſolebant aſſeruari liberi & nobiles nondum iudicati. [Et ita Lentulus traditur in cuſtodia] Publio Lentulo Spintheri, ſic cognominato. [ubi Spinther an diſcrimen appellatiui in genitiuo creſcit, iuncq. qui Spinther ſcribant] Cethegus traditur Quinto Cornificio, Statilius traditur C. Cæſari, Gabinius traditur Marco craſſo, Cæparius qui aufugiſſe dictus eſt traditur cuco Terentio ſenatori, & quia aufugiſſe dixerat, addit. [Nam is].ſ. cæparius, retractus.i. ad urbem aut iudicium tractus erat paulo ante, ex fuga. [Interea patefacta coniuratione, plebs, quæ exiſtens primo cupida rerum nouarũ, fauebat nimis bello, exectari].i. execrabatur conſilia Catilinæ, & hoc mente ſua mutata, quia nihil eſt uulgo inconſtantius. Vnde Maro. Scinditur incertum ſtudia in contraria uulgus. & extollere. i extollebat Ciceronem ad Cœlum ſup. uſque, & ipſa agitabat gaudium atque lætitiam ueluti erepta eſſet ex ſeruitute. [Nam quòd putabat alia facinora belli].i. quæ in bello fieri ſolent, fore.i. futura fuiſſe, magis prædæ.i. ad prædam faciendam, quàm detrimento.i. ad detrimentum & ab ſumptionem rerum. Vero pro ſed, putabat incendium.ſ. urbis quod coniurati prætenderant, fore crudele; quia facinus maxime crudele eſt, quod nulli prodeſt, & multis quam maxime nocet immoderatum, quia ignis modum neſcit, creſceret enim in infinitum ſi haberet combuſtibile, & maxime calamitoſum, i. damnoſum ſibi, quippe.i. vt pote, cui.ſ. plebi Romanæ omnes copiæ.i. facultates & fortunæ erant in uſu quotidiano, ex labore diurno, aut ex utenſilibus, quibus quotidie vtebantur. & ex cultu.id eſt, ornamento corporis. non enim poſſeſſiones habebant. [Quidam L. Tarquinius adductus erat poſt eum diem, quo ſenatus conuenerat, ad ſenatum, quem aiebant].ſ. qui eum adducebant] quos non nominat, quia indignos putat cum parum illis fidei habebat, unde de rebus falſis dicere ſolemus, ita aiunt] retractum ſup. eſſe ex itinere, proficiſcentem.i. cũ proficiſceretur ad catilinam. [Is cum diceret ſe indicaturum de coniuratione] Si fides publicè eſſet data.i. per fidem publicam impunitas illi propoſita eſſet, iuſſus.ſ. data fide à conſule.ſ. Cicerone, edicere.i. manifeſte dicere ea quæ ſciret, docet ſenatum eadem, quæ Vulturcius ſup. docuerat, uidelicet de incendijs paratis, de cæde.i. occiſione bonorum.ſ. facienda, de itinere.i. profectione hoſtium. [Præterea dicebat ſe miſſum à M. Craſſo homino potentiſſimo] Qui .i. vt is qui, aut ideo ut nunciaret catilinæ, ne Lentulus & cethegus & alij ex coniuratione, deprehẽſi.ſ. in ipſa coniuratione & in cuſtodia detenti, terrerent eum.ſ. catilinam, quo minus perget, eoque.i. immo quòd ideo magis properaret accedere ad urbem, quo reficeret animos ceterorum.ſ. coniuratorum & conſciorum. qui iam labefacti erant. & illi, ſcilicet deprehenſi eriperentur facilius à periculo. [Sed vbi Tarquinius nominauit Craſſum hominem nobilem]. i. apprime notum maximis diuitijs, id eſt propter maximas diuitias, aut habentem maximas diuitias, & ſumma potentia, id eſt propter ſummam potentiam alij, id eſt partim, rati ſunt rem ſup. eſſe incredibilem, id eſt nõ uerſimilem, pars, partim, hoc eſt alij tametſi exiſtimabant uerũ ſupple eſſe, tamen quia tanta uis, id eſt potentia hominis, ſcilicet craſſi uidebatur in tempore tali, id eſt tam periculoſo magis leniunda, id eſt mitiganda, quam exagitanda, id eſt exaſperãda & prouocãda ad iram; plerique, id eſt plurimi, obnoxij, id eſt deuincti craſſo ex negocijs priuatis, id eſt ob debita, & commercia priuata, conclamant indicem, ſcilicet Tarquinium id indicantem, eſſe falſum, & poſtulant vti, id eſt vt referatur, id eſt cõſul. eius de ea re. [Itaque,] Id eſt & ita cicerone conſulẽte, frequens, id eſt plurimus ſenatus, hoc eſt maxima pars ſenatorum decreuit iudicium Tarquinij uideri.id eſt reputari falſũ, & eũ ſcilicet Tarquinium & retinendum in uinculis, neque poteſtatẽ ſcilicet loquendi faciundam ſupple eſſe, amplius, niſi indicaret, id eſt indicium faceret de eo cuius conſilio eſſet mentitus tãtam rem. [Erant eo tempore qui exiſtimarẽt illud iudicium eſſe machinatum].i. falſo inſtructum à P. Antonio uno ex coniuratis quo. id eſt ideo vt craſſo appellato, ſcilicet ad iudiciũ, potentia illius tegeret.i. protegeret facilius reliquos per ſocietatem

periculi,

periculi, id eſt cum Craſſus uideretur in pari periculo. Alij aiebant Tarquinium immiſſum, id eſt dolo ad iter pro tali iudicio faciendo miſſum à Cicerone, ne Craſſus conturbaret remp. & hoc patrocinio, id eſt defenſione malorum, ſuſcepto. ſ. à Craſſo, more ſuo, id eſt ſicut ipſe Craſſus ſolitus erat facere. Ego audiui poſtea ipſum Craſſum prædicantem. i. publice affirmantē, il lam contumeliam eſſe impoſitam ſibi à Cicerone. Sed ut non putetur impoſita à Cicerone argumētum affert, quòd idem Cæſiſar imponere nolebat, & prius idem iuuinit ex eo quòd iudicem in uinculis aſſeruari conſulerat. Igitur ſed. i. è contrario: Q. Catulus & Caius Piſo, neque precibus, neque gratia. i. fauore aut gratuito beneficio, neque precio potuere iiſdem temporibus. i. per eadem tempora impellere Ciceronem, vti. i. vt Cæſar nominaretur ſ. inter coniuratos, falſo, quia non erat. per Allobroges. ſ. legatos. aut alium indicem. i. reum occultam, cuius ipſe conſcius aut particeps eſſet. indicantem quod uocabulum ab Vindicio ſeruo, qui Bruti filios indicauit, Liuius impoſitum putat. [Nam uterque tam Piſo quam Catulus exercebant graues inimicitias cum illo]. ſ. Cæſare. Piſo ſup. eas exercebat, opugnatus. i. qui à Cæſare oppugnatus fuerat in iudicio, repetundarū. i. ubi iudicatus erat Piſo repetundarum, ſup. pecuniarum aut rerum, quæ repetebantur ab eo cui iniuſte ablatæ fuerant. [Et nō ſunt plures caſus quā repetundarum & repetundis in vſu, quia crimina & damna ſeu pœnæ in genitiuo aut ablatiuo reguntur at uero ſpeciale noſcatur crimen, non dicitur repetundarum, quod per omnes caſus declinatur, ſed repetundarum]propter ſupplicium iniuſtum cuiuſdam Tranſpani. i. quod dederat Piſo contra quendam Tranſpadanum, id eſt habitantem, aut natum trans Padum fluuium, præcipuum in Italia. Catulus ſup. exercebat inimicitias cum Cæſare incenſus odio ea petitione Pontificatus] Quod ipſe catulus exiſtens in extrema ætate & uſus maximis honoribus, diſceſſerat. ſ. ea comitijs uictus à Cæſare adoleſcentulo, Autem pro, ſed, res. i. ut cæſar præferretur, uidebatur opportuna, quòd is exiſtens priuatim, egregia liberalitate dederat publice maximis muneribus grandem pecuniam. [Sed ubi Piſo & Catulus nequeunt impellere conſulem. i. ciceronem ad tantū facinus, ut cæſar falſo nominaretur, ipſi ſingillatim. i. ſinguli propria auctoritate circumeundo atque mentiendo de cæſare ea quæ dicerent, ſe audiſſe ex Volturcio. ſ. indice, aut ea Allobrogibus; conflauerāt illi, id eſt in illum uidelicet cęſarem, magnam inuidiām, uſque adeo ut equites Romani, qui erāt cauſa præſidij. i. cuſtodiæ urbis circū ædem, id eſt templum cōcordiæ. ſ. Deæ. ſeu. i. ſiue magnitudine. i. ob magnitudinem periculi ſeu impulſi nobilitate. i. generoſitate animi]quia ut degeneres animos timor arguit, ita fortitudo generoſos ꝓbat]quo. i. ideo ut ſtudium ſuum in rēpub. eſſet ei arius. i. euidentius; aut magis perſpicuum, minitarentur Cæſari egredienti ex ſenatu glado ſ. ſuo, ſubaudi necem. [Dum hæc aguntur in ſenatu] Et dum præmia decernuntur legatis Allobrogum & Tito Vulturcio, & hoc indicio eorum probato. i. comprobato, liberti Lentuli; & pauci ex clientibus i. ex his, qui cum eius ſerui nunquam fuerint, ſe tamen eius patrocinio & tutelæ addixerant. ſolicitabant diuerſis itineribus. i. uijs & modis atque per diuerſa loca, opifices, i. operarios, quos mechanicos uocāt, & ſeruitia. i. ſeruos in uicis. i. habitantes, ad eripiendum. ſ. è cuſtodia eum. ſ. Lentulum patronum & aduocatum ſuum, & exquirebant. i. diligenter inquirebāt duces multitudinum. i. factioſorum & popularium, qui ſoliti erant uexare remp. precio. i. ob precium eis datum à ſeditioſis. [cethegus autem orabat per nūcios, quia etiam ipſe in cuſtodia erát, familiam. i. familiares ſuos, atque libertos ſuos & electos ſuos, & exercitatos. i. fidos & manu promptos, orabat dico. ſ. oratione animabat, id. i. ad audaciā, ut irrumperent ad ſeſe, grege. i. cumulo facto cum telis, vel irrumperent cum telis, i. ſimul portando tela ſua. [conſul). ſ. cicero ubi cognouit ea parari præſidijs. i. cuſtodijs & defenſoribus vrbis, & magiſtratuum, diſpoſitis id eſt prius per diuerſa loca impoſitis, ut res ac tempus monebat. refert. i. conſultat, ſenatu conuocato. i. poſtquam ſenatum conuocarat, quia conſul erat, quid placet fieri de his qui erant traditi in cuſtodiam, de quibus prius dictum eſt. [Sed frequens ſenatus iudicauerat paulo ante quam id referret; eos]. i. in cuſtodiā traditos, feciſſe contra remp. quo derat crimen læſæ maieſtatis. [Tunc,]Id eſt in ea conſultatione. Decius Iunius Syllanus, rogatus ſentētiam. i. quid ipſe ſentiret primus, quòd, id eſt quia erat deſignatus, id eſt in futurum annum declaratus Cōſul, eo tempore quo alia fierent, decreuerat ſupplicium ſumendum de his qui tenebantur in cuſtodijs, & præterea. id eſt præter eos de Lucio caſſio, de Pub. Furio, de Pub. Vmbreno, de Q. Annio, ſi forent deprehenſi. i. capti in facto. [Iſque,] Id eſt & is permotus poſtea oratione caij cæſaris dixerat ſe iturum pedibus i. per loci mutationem, In ſententiam Tyberij Neronis, quòd. i. quia cenſuerat referendum. i. conſultandum de eadem re, præſidijs abdicatis. i. occulte poſitis, ne interea dum conſultatio fieret, deprehenſi aut vi aut dolo ſoluerentur. [Sed cæſar vbi ventum eſt ad eum, quod poſt multos fiebat quia adhuc adoleſcens erat rogatus à conſule. ſ. cicerone, ſententiam locutus eſt. i. pronunciauit huiuſmodi verba, quibus ſignificatur non minus armorum, quàm verborum peritus.

CAESARIS ORATIO.

OMNES homines P. C. qui de rebus dubijs conſultant, ab odio, amicitia, ira, atque miſericordia vacuos eſſe decet. Haud facile animus verum prouidet, vbi illa officiunt, neque quiſquā omnium libidini ſimul & vſui paruit. vbi intenderis, ingenium, valet. ſi libido poſſidet, ea dominatur, animus nihil valet. Magna mihi copia eſt memorandi P. C qui reges,* aut qui populi ira aut miſericordia impulſi, male * conſuluerunt. Sed ea malo dicere, quæ maiores noſtri contra libidinem, animi ſui recte, atque * ordine fecere. Bello Macedonico, quod cum rege Perſe geſſimus, Rhodiorum ciuitas magna, atque magnifica, quæ P. R. opibus creuerat, infida atque aduerſa nobis fuit. Sed poſtquam bello confecto de Rhodijs conſultum eſt, maiores noſtri, ne quis diuitiarum magis, quam iniuriæ cauſa bellum * inceptum diceret, impunitos eos dimiſere. Item bellis punicis omnibus, cum ſæpe Carthaginenſes & in pace, & per inducias multa nefaria facinora feciſſent, nunquam ipſi per occaſionem talia fecere, magis, quod ſe dignum foret, quam quod in illos iure fieri poſſet, quærebant. Hoc item vobis prouidendum eſt P. C. ne plus apud vos valeat P. Lentuli, & cęterorum ſcelus, quā veſtra dignitas, ne ue magis iræ veſtræ quàm famæ cōſulatis. Nam ſi digna pęna pro factis eorum reperitur, nouum conſilium ad probo, ſin magnitudo ſceleris omnium ingenia exuperat; his vtendum cenſeo, quæ legibus cōparata ſunt. Plerique eorum qui ante me ſentętias dixerunt, compoſite, ac magnifice caſum reip. miſerati ſunt: quæ belli ſæuitia eſſet, quæ victis acciderent enumerauere: rapi virgines, pueros, diuelli liberos à parētum complexu, matres familiarum pati, quæ victoribus collibuiſſent, fana, atque domos ſpoliari, cædem, incendia fieri, poſtremo armis, cadaueribus, cruore, atque luctu omnia compleri. Sed per Deos immortales, quò illa oratio pertinuit? an vt vos infeſtos coniurationi facere? ſcilicet quem res tanta,* atque tam atrox nō permouit, eum oratio * accenderet, non ita eſt, neque cuiquam mortalium iniuriæ ſuę paruæ videntur. multi eas grauius æquo habuere. Sed alijs alia licentia eſt P. C. qui demiſſi in obſcuro vitam agunt, ſi quid iracundia dereliquere, pauci ſciunt, fama atque fortuna eorū pares ſunt, qui magno imperio præditi, in excelſo ętatem agunt, eorum facta cuncti mortales nouere. Ita in maxima fortuna minime licentia eſt, neque ſtudere, neque odiſſe, ſed minime iraſci decet. Quæ apud alios iracundia dicitur, ea in imperio ſuperbia, atque crudelitas appellatur. Equidem ego ſic exiſtimo P. C. omnes cruciatus minores, quā facinora illorum eſſe. Sed plerique mortales poſtrema meminere, & in hominibus impiis ſceleris eorum obliti, de pœna diſſerunt,

* atque populi
* conſuluerunt.
* Verſa quædam est gloria habet, ordine.
* cepti.
* &
* accendet.

runt, ſi ea paulo ſæuior fuerit. D. Syllanum virum fortem, atque ſtrenuum certe ſcio, quæ dixerit, ſtudio reip. dixiſſe, neque illum in tanta re, gratiam, aut inimicitias exercere, eos mores, eamque modeſtiam viri cognoui. Verum ſententia eius mihi non crudelis, (quid enim in tales homines crudele fieri poteſt,) ſed aliena à rep. noſtra videtur. Nam profectò, aut metus aut iniuria te ſubegit Syllane, conſulem deſignatum genus pœnę nouum decernere. De timore ſuperuacaneum eſt diſſerere, cum preſertim diligentia clariſſimi viri conſulis tanta præſidia ſint in armis. De pœna poſſum equidem dicere, id quod res habet, in luctu atque miſerijs, mortem ęrumnarum requiem, non cruciatum eſſe, eam cũcta mortalium mala diſſoluere, vltra neque curæ, neque gaudio locũ eſſe. Sed per Deos immortales quãobrem in ſententiam non addidiſti, vti prius verberibus in eos animaduerteretur? An quia lex Porcia vetat? At aliæ leges item condemnatis ciuibus nõ animam eripi, ſed exilium permitti iubent. An quia grauius eſt verberari, quam necari? Quid aut acerbum aut minus graue eſt in homines tanti facinoris conuicto? Sin quia leuius eſt, qui conuenit in minori negocio legem timere, cum eam in maiore neglexeris? At enim quis reprehendet, quod in parricidas reip. decretum erit? tempus, dies, fortuna, cuius libido gentibus moderatur. illis merito accidet quidquid euenerit. Cęterum vos P. C. quid in alios ſtatuatis, conſiderate. Omnia mala exempla, ex bonis initijs orta ſunt. Sed vbi imperium ad ignaros ciues, aut minus bonos peruenit, nouum illud exemplum ab dignis & idoneis, ad indignos & non idoneos transfertur. Lacedæmonij, deuictis Athenienſibus triginta viros impoſuere, qui remp. eorum tractarent. Hi primo cœpere peſſimum quemque, & omnibus inuiſum, indemnatum necare. Ea populus lętari, merito dicere fieri. Poſt, vbi paulatim licentia creuit, iuxta bonos & malos libidinoſe interficere, cęteros metũ terrere. Ita ciuitas ſeruitute oppreſſa, ſtultæ lętitię graueis pœnas dedit. Noſtra memoria victor Sylla cũ Damaſippum & alios * huiuſcemodi, qui malo reip. creuerant, iugulari iuſſit, quis non factum eius laudabat? homines ſceleſtos & factioſos, qui ſeditionibus rempub. exagitauerant, merito necatos aiebant. Sed ea res, magnæ initium cladis fuit. Nam vti quiſque aut domum, aut villam, poſtremo vas, aut veſtimentum alicuius concupiuerat, dabat operam, vt is in proſcriptorum numero eſſet. Ita illi qui Damaſippi mors lętitiæ fuerat, paulo poſt ipſi trahebantur: neque prius finis iugulandi fuit, quam Sylla omnes ſuos diuitijs expleuit. Atque ego hoc non in M. Tullio, neque his temporibus vereor, ſed in magna ciuitate multa & varia ingenia ſunt. Poteſt alio tempore, alio conſule, cui item exercitus in manu ſit, falſum aliquid pro vero credi. vbi hoc exemplo per ſenatus decretum, gladium conſul eduxerit, quis illi finem ſtatuet? aut quis moderabitur? Maiores noſtri P. C. neque conſilij, neque audaciæ vnquam eguere, neque illis ſuperbia obſtabat, quo minus aliena inſtituta, ſi modo proba erant, imitarentur. Arma atque tela militaria ab Samnitibus, inſignia magiſtratuum à Tuſcis pleraque ſumpſerunt. Poſtremo quod vbique apud ſocios, aut hoſtes idoneum videbatur, cum ſummo ſtudio domi exequebantur. Imitari, quàm inuidere bonis, malebant. Sed eodem illo tempore Gretiæ morem imitati, verberibus animaduertebant in ciues, de condemnatis * ſupplicium ſumebant. Poſtquã reſp. adoleuit & multitudine ciuium factiones valuere, circumueniri innocentes, aliaq́. huiuſcemodi fieri cœpere, tunc lex Porcia, aliæq́. leges paratæ ſunt, quibus legibus exilium damnatis permiſſum eſt. Hanc ergo cauſam P. C. quo minus nouum conſilium capiamus, in primis magnam puto. Profecto virtus, atque ſapientia maior in illis fuit, qui ex paruis opibus tantum imperium fecere, quàm in nobis, qui ea bene parta vix retinemus. Placet igitur, eos dimitti, & augeri exercitum Catilinæ? minime. Sed ita cenſeo, publicandas eorum pecunias, ipſos in vinculis habendos per municipia, quę maxime opibus valẽt. neu quis de his poſtea ad ſenatum referat, neue cum populo agat. Qui aliter fecerit, ſenatũ exiſtimare, eum contra remp. & ſalutem omnium facturum. Poſtquam Cæſar dicendi finem fecit, ceteri verbo, alius alij varie aſſentiebantur. At M. Porcius Cato rogatus ſententiam, huiuſcemodi orationem habuit.

* eiuſmodi.

* Alij habẽt ſummũ ſupplicium.

VALLA

AB odio] Nam odium, quod habetur cõtra remp. non ſinit veritatem diſcernere, & quia odio habetis coniuratores, nõ recte iudicabitis, quapropter iuſtitiam &c. [Amicitia] Nam gratia moti homines fauore iudicare ſolent contra iuſtitiam & rectum. [Ira] Referas ad odium. [Miſericordia] Referas ad amicitiam nam odio iraſcimur. [Verum] Veritate illa ſupra memorata. ſ. odium, ira, amicitia, atque miſericordia [Officiunt] Nocent in iudicando. [Quiſquam hominum] Nemo. [Libidini] Voluntati ſuæ. [Vſui] Vtilitati, nemo eſt, qui animo ſuo morem gerere poſſit, & vtilitatem pub. ſequatur. [Vbi] Quando intenderis ingenium ad odium, valet ad damnandum, ſi vero ingeniũ intenderis ad miſericordiam, valet ad abſolutionem. [Intenderis] Intentum habebis, vbi quando intenderis ad aliquam rem, quia intenſum fuerit & non erit inflexum ab aliqua paſſione, videlicet neque ab odio, neque à miſericordia. [Valet] Suas proprias habet vires, nec ſibi ad huiuſmodi auferuntur, & ob eam rem, recte iudicare poteris, ſed ſi remiſſum fuerit ingenium, & inflexum aliqua paſſione, raro recte iudicabit. [Poſſidet] Ingenium. [Ea libido] .i. appetitus animi. [Animus] Ingenium. [Magna copia] Nunc incipit vti inſinuatione. qua rem ponit, & pro coniuratione ponit externarum ciuitatum defectionem. [Recte] Iuſte, & honeſte [Ordinate] Modeſte, quia ordo præcipuæ verſatur in modeſtia. [Bello Macedonico] Per exempla probat quod dixerat, neq; poſſe ſimul eos parere libidini & vtilitati ſuę, dicit enim &c. [Bello Macedonico] Vere inquam omiſſis, quæ alij reges & populi inconſulte fecerint, ea peccata, quæ maiores noſtri modeſte & ordinate fecerunt. [Macedonico bello] Quod contra Macedones geſtum eſt. [Cum rege Perſe] Scimus quomodo extra ordinem Paulus Æmilius, eam prouinciam Imperator miſſus debilitauit hoſtes & regem ipſum Perſen in triumpho Rom. duxit. [Rhodiorum] Rhodos inſula eſt, & in ea ciuitas eiuſdem nominis. [Magna] Ampla, magnifica, prępotens. [Infida] Perfida, diuerſa, contraria, bello. ſ. Macedoniæ rege Perſe victo. [Conſultum] De Rhodijs, quid nam placeret fieri de Rhodijs, qui defecerant ad hoſtes. [Bellis Punicis] Sicut videri poteſt apud Liuiũ. [Per inducias] Cum induciæ eſſent inter Romanos & Pœnos Carthaginenſes claſſem Romanam inuaſere, & partem eius mari ſummiſerunt, partem aſit traxerunt, & Romanos legatos verberibus cędere auſi ſunt, & tamen cum legati Carthaginenſes veniſſent ad Scipionem eos reliquit intactos, ſed cum legatis Romanorum eos Romam miſit, ſenatus ſimul Romanus eos Carthaginem tutos remiſit. Quod etiam Valer. lib 6. de fide pot. tangit, Speciosa illa quoque Romana fides ingenti Pœnorum claſſe circa Siciliam deducta, duces eius fractis animis conſilia petendæ pacis agitabant. Quorum Hamilcar ire ſe ad conſulem negabat audere, ne eodem modo catenę ſibi inijcerentur, quo ab ipſis Cornelio Aſinę fuerant iniectæ: Hanno aũt certior Rom. animi exiſtimator nihil tale timendum ratus, maxima cũ fiducia ad colloquium eorũ tetendit, apud quos cum fide belli ageret, & tribunus militũ ei dixiſſet, poſſe illi merito euenire, quod Cornelio accidiſſet, vterque cõſul tribunum tacere iuſſit, iſto inquit metu,

ea, Hannno fides ciuitatis noſtræ te liberat, claros fecerat tantum hoſtium ducem vincere potuiſſe, ſed multo clariores fecit aduerſus eoſdem hoſtes parem fidem iniuriæ legationis tueri P.C. debere. [Occaſionem] Per opportunitatem, quam perfidia hoſtium ſibi dederat. [Quod ſe dignum fa.] Quid ad dignitatem ſuā pertineret, hoc item videlicet, vt ſint atrē iores ad ſalutem coniuratorum, q̄ ad obſeruandum quid ipſi cōmiſerint. [Iræ veſtræ con.] Ne magis iram veſtram expleatis. [Nam ſi digna, &c.] .i. ſi tanta pœna reperiretur quanta fuit magnitudo ſcelerum ſuorum. [Pro factis] Pro magnitudine ſcelerum ſuorum. [Nouum conſilium] .ſ. nō ſiterur legibus, ſed alia maiora ſupplicia inueniantur. [His] Conſilijs. [Comparata ſunt legibus] Nam leges non permittebant ciuem Rom. virgis cædi, nec capite puniri, ſed ſi deprehēſus eſſet, perpetuo carcere teneretur, ſin autem extra vrbem fuiſſet, ita vt deprehendi non poſſet, cauſa er. [Rapi] .i. ſtuprari [Pati] .i. ſtupra & adulteria. [Sed per deos] Obſecro vos P.C. [Quo] .i. ad quid illa oratio eſt, in qua crimina & ſcelera coniuratorum nonnulli exaggerare voluerunt. [An vti.] An illa oratio amplificans ſcelera coniurationis pertinuit. [An aut infeſtos] Iratos & infenſos. [Tanta res, atque tam atrox] Cum ironia legendum eſt, qui re non mouetur, multo minus verbis mouebitur. [Atroa] Sæua. [Suæ iniuriæ] Propriæ erant iniuriæ omnium ſenatorum, eo q̄ contra remp. ſua coniuratio facta erat. [Eas] Iniurias ſuas ſ. grauius paſſi ſunt iniurias, q̄ æquum fuerat. [Alijs] Alia vlciſcendi iniurias, nam priuati homines poſſunt iniurias grauius vlciſci, quod potentes facere nō poſſunt, niſi cū ignominia maxima &c. [Demiſſi in obſcuro] .i. humiles homines, in humili & ignobili loco poſiti. [Si quid iracundia deliquere] .i. per iracundiam aliquod crimen fecerunt. [Agunt] i. viuunt. [Fama atque fortuna] Pares. fortuna eſt humilis ergo fama eſt obſcura & ignobilis. [In maxima fortuna] Præpoſiti. exornati magno imperio. i. in locupleti & nobili præſtantiſſimoq; fortunæ ſtatu poſiti, poſſunt pauca licenter facere, ipſis neque odio quidq̄ facere licet. [Studere] Quantum ad gratias. [Odiſſe] Quantum ad odium. [Equidem ego ſic exiſtimo] Et quia occurrebat, quòd ſenatores dicere poſſent, ergo Cæſar exiſtimas hos paruo ſupplicio eſſe afficiēdos, ne crudeliores exiſtimemur potius quam iuſti, confutat illud Cæſar. [Poſtrema meminere] Quia non tam ſcelera eorum conſiderauere quantum pœnam exaggerauerunt. [Poſtrema] .i. pœnas. primo dicitur de crimine, deinde de ſupplicio agitur. [In hominibus impijs] .i. in omnibus contra patriam arma ferentibus, quia impius dicitur in deos, in parentes, in patriam. paulo ſæuum eſſe dicebat. [Decium Syllanum] Et quia multi clari viri de pœna diſſeruerunt, vult ſe beneuolum reddere his, qui de pœna diſputauerunt, & in primis Decio Syllano, qui acerrimus fuerat in hoc. [Fortem] Animo, ſtrenuum corpore. [Tanta re.] .i. tanti momenti re. [Gratia] Quantum ad ſtudere [Aut inimicitiam] Quantum ad odiſſe. [Eos] .i. tales. [Modeſtiam] .i. talem vt nihil gratiæ, nihil amicitiæ cauſa faciat. [Quid in tales homines, &c.] Per parentheſim lege. [Nam profecto] Superius excuſabat Syllanum, q̄ diceret talem virum, tanq̄ modeſtum ſine odio, aut gratia ſententiam dixiſſe, vt ſupplicio capitali animaduerteretur in coniuratores, ergo nunc dicit, ſine odio, neque gratia dixiſti, ſed aut metus, aut iniuria te dicere coegit. Nam vere inquam, aut odio, aut iniuria dixiſti, q̄ hæc duo te dicere coegerunt, vt metus & iniuria. [Nouum genus pœnæ] De nouo genere ſupplicij iudicare, vt neque capite puniantur. [De timore] Quia timebas, vt ſi dimittātur hi, aliquod periculum immineat. [Iniuria]. Quam in rep. facere voluerunt. [Superuacaneum] Superfluum, non eſt opus, vt memas. [Diligentia clariſſimi] Beneuolentiam captat ab auditore, videlicet, à conſule, quem prudentiſſimum fuiſſe dicit in defendenda rep. Nam vt ait Cicero quotieſcunque datum fuerit, vt beneuolentiæ aliquid comparemus, ab auditoribus incipiamus, quod facit hoc loco Cæſar. [Viri] .ſ. Cic. conſulis. [De pœna poſſum] Quod pertinet ad iniuriam coniurationis, vt quemadmodum magna flagitia commiſerunt, ita magno ſupplicio afficiantur. [Ærumnarum] Miſeriarum. [Requiem] Finem. [Non cruciatu] Non pœnam eſſe mortis cauſa inuentam, & poſſum dicere eam mortem. [Diſſoluere] Delere. [Vltra] Vlterius. ſ. poſt mortem. [Curæ] Videlicet triſtitiæ, nam cura generatur ex triſtitia. [Vti prius verberibus] Vt prius verberibus cæderentur, deinde cæſi necarentur. [Animaduerteretur in eos] Vt prius punirentur, nam animaduertere in aliquem, eſt punire aliquem. [An] Non addidiſti. [Lex Porcia] Lex quam Porcius Cato tulerat, ne liceret ciuem Rom. verberibus cædi. [An nō addidiſti] Vt cæderentur verberibus. [In homines] Contra homines. [Sin] Pro ſed, ſi non addidiſti, vt verberentur prius. [In minore negocio] Seruaſti legem, in hoc quòd cenſuiſti ciues Romanos non eſſe verberibus cædendos, ſed feciſti contra legem, quòd cenſuiſti eſſe necandos, quod contra leges eſt. [In minori negocio] .ſ. in verberando [In maiori] ſ. in necando. [Parricidas] .i. eos, qui remp. perdere voluerunt. [Tempus reprehendet] Et tempus ſignificat ſtatum temporis. [Fortuna] Caſus, quia aliquis incidet caſus, in quo hoc reprehendi poterit. [Dies] Cum fœminini generis eſt, ſignificat longitudinem temporis. [Libido] Voluntas. [Moderatur libido gentibus] .i. geores regit & gubernat. [Illis] .ſ. coniuratis. [Quid in alios] Bonum & ſupplicium ex coniuratis ſumere, ſed cauendum eſt. ne malum exemplum inde oriatur. [Ignaros] Legum & iudiciorum. [Minus bonos] Non bonos. [Nouum exemplum] Quod contra leges factum fuerit. [Lacedæmonij] Superius narrauit quomodo Cæſar ad confirmationem ſuæ orationis veniret, nunc dicit omnia mala ex bonis principijs veniſſe. hoc idem cauendum eſſe. hoc temporis dicit, vt ſi conſul damnatos necauerit ciues, ad exempla huiuſmodi rei, cū imperium ad malos peruenerit, ciues bonos, & reipublicæ amantiſſimos videbunt necari pro arbitrio ſuo. [Lacedæmonij] Nunc vero exemplum ponit illius quod ſupra dixerat, videlicet à bonis initijs, mala exempla ſemper profecta fuiſſe. [Deuictis Athenienſibus] Diu bellum fuit inter Athenienſes & Lacedæmonios & magnæ clades vltro citroq; acceptæ ſunt, tandem Lacedæmonij ſuperauerunt Athenienſes, quibus deuinctis triginta. Prætores creantur. qui reip. adminiſtrationem haberent qui poſtea in totidem tyrānos verſi ſunt. [Tractarent] .ſ. triginta viri. [Omnibus inuiſum] Qui odio totius ciuitatis erat perſequendus. [Indemnatum] .i. in dicta cauſa, antequam cauſæ indictio daretur, & ille indemnatus dicebatur. [Ea] ſ. re, quòd peſſimi ciues & inuiſi omnes tollerentur. [Paulatim] Senſim. [Licentia] .i. qui firmato imperio, iam ſibi omnia licere intellexerunt. [Iuxta bonos & malos] .i. ſine diſcrimine bonos & malos interficiebant. [Iuxta] Aequaliter. [Libidinoſe] Pro libidine, & voluntate ſua, nam libido voluntas dicitur. [Ciuitas] Lacedæmoniorum. [Oppreſſa] Seruitute, hoc eſt ſubiecta & obnoxia his triginta prætoribus. [Stultitiæ lætitiæ] Quia ſtulte lætata fuerat, perpeſſa eſt pœnas. [Noſtra memoria] Nunc probat exemplis domeſticis, quod ſuperius propoſuit. Nota eſt diſcordia pop. Rom. quæ fuit inter Syllam, & Marium, qui fauore prædictorum ciuium factus eſt conſul, & Syllam cum ſuis complicibus ex vrbe repulit, & huius Marij partes fouebat Damaſippus quidem Romanus ciuis perditus. ſed poſtquam Sylla recuperatis viribus in vrbem rediit, hunc Damaſippum, & alios ſeditioſos ciues interfici miſit. & hæc omnia pop. Rom. laudabat, ſed &c. [Quis non factum &c.] Quaſi dicat laudabunt omnes. [Noſtra memoria] Noſtra ætate, quod meminiſſe poſſumus, & alios huiuſmodi ſeditioſos, qui ſecuti fuerant Marij partes. [Scelestos] Sceleratos, & factioſos, qui conſpirauerant in rempub. eſt factio malorum conſpiratio. [Seditionibus] Diſcordijs. [Exagitauerant] Turbauerant. [Magnæ cladis initium] Nam à ſeditioſis, & perditis ciuibus, ad bonos, & reipub amantiſſimos, vel ſtudioſos Sylla tranſtulit. [Dabat operam,] Scilicet Sylla. [Vt is] Rom. ciuis qui poſſederat, aut domum, aut villam, aut vas, aut veſtimentum. [In numero proſcriptorum] Proſcripti ciues erant hi, qui cum nomina eorum in foro expoſita eſſent, interfici poterant à quocunque. [Illi] Quibus mors Damaſippi &c. id eſt qui morte Damaſippi lætati fuerant eadem morte paulo poſt ipſi peribant. [Prius finis iugulandi] Non prius factus eſt modus ciuium interficiendorum, quam omnes Syllani milites ſunt locupletati. [Expleuit] Explere eſt plus quam ſatiare. [Atque ergo hæc non in Marcus] Reſpondet Cato. obiectioni, quia dicere poſſet aliquis ſub eo conſule res gerentur, vt nihil tale verendum ſit, confirmat illud Cato, ſed certe poterit eſſe proſpiciendum. [Multa, & varia ingenia] Cum diuerſorum ingeniorum natura ſint homines in vrbe Rom. [Vbi hoc exemplo,] Scilicet quòd M. T. Cic. gladio ciues necaret contra legem, etiam ſi ſeditioſi fuerint pēr decretum ſenatus, quia decreto ſenatus hoc ſibi commiſſum fuerat. [Eduxerit] Perſtrinxerit. [Statuet] Modum quis imponere poterit perdito ciui qui ad imperium peruenerit. [Quis moderabitur?] Quis ciuis gubernabit vim & poteſtatem eius Conſulis hominis perditi? [Maiores noſtri] Pergit Cæſar ſuam orationem expedire, vbi probare intendit, non eſſe nouum conſilium de integro faciendum, videlicet inuſitata ſupplicia ſumantur de noxis, & probat conſuetudine maiorum. dicit. n. &c. [Maiores noſtri] Cum hanc remp. conſtituere. [Neque conſilij] Et propterea ſi hoc vidiſſent, reip. vtile eſſe, illud conſtituiſſent. [Neq; illis ſuperbia atq; arrogantia

gantia inducti ſunt maiores noſtri, quòd aliena cōſtituta ſpernerent ſi modo probauiſſent. [Quo minus, Id eſt vt non. [Proba]Optima. [Arma atque tela] Probat illud exemplis. [A Sammitibus]Eodem genere armorum utebantur Romani, quo Sammites. [Pleraque inſignia à Tuſcis]Videlicet ſellam curulem, lictores, duodecimque faſces. [Vbique]Loco. [Idoneum] Aptum ad conſeruationē reipublicæ, ſeu ſocij, ſeu hoſtes id inſtitutum habuiſſent, illi continuo ſumebant, ſi modo dignum imitatione uiſum fuiſſet. [Studio]Diligentia. [Imitati,]Scilicet bonos bonis illis. [Malebant] Magis uolebant. [Eodem illo tempore]Quo ſupra memorata ſumpſerunt ab alijs. [Animaduertebant in ciues,]Id eſt puniebant ciues uirgis tantummodo non capital pœna [Condemnatis, [Scilicet capitali crimine. [Summum ſupplicium]Quod erat ut uirgis cæderentur. [Factiones] Conſpirationes malorum. [Cœpere circumuenire,]Id eſt fraude opprimere, quia circumuenire eſt & fraude dolis aliquem decipere. [Innocentes,]Id eſt bonos, qui nullo crimine erant damnandi. [Tunc lex Porcia]Quia improbi ciues plerunque puniebant bonum, contra ius & fas. [Quibus exilium]Ergo prohibitum eſt ciues Rom. uirgis cædi, & multo magis ſecuri.]In primis]Præcipue, potiſſimum. [Quominus]Vt non. [Nouum conſilium]Videlicet; ne iubeat coniuratores. qui ciues ſunt, necari, [Hanc cauſam] Videlicet, quia in poteſtate erant pernicioſi ciues, animaduertebant in bonos ciues. [Profecto uirtus]Alia ratio eſt. [In illis]Iunioribus. [Qui ex paruis]Nam cum nihil præter mœnia Romana haberent, quæ Romulus condiderat, imperium totius orbis terrarum perperunt. [Bene parta] Bene acquiſita, bene comparata. [Placet[Dicet aliquis placet tibi ò Iuli Cæſar &c. [Minime]Pro non placet hoc [Pecunias]Pro omnibus bonis accipit. quia in pecudibus omnis ſubſtantia fuit apud maiores, [In vinculis]In compedibus eſſe tenendos. [Per municipia]Per ciuitates, quæ in ciuitate Romanam acceptæ ſunt. [Ne referat] Nullam rationem faciat de his coniuratoribus in ſenatu [Agat cum populo] Pulchram poſuit differentiam inter referre in ſenatu, & cū populo agere, nam refertur in ſenatu tūc enim proponitur aliquid deliberandum ſenatui, agitur cum populo tunc, cum aliquid proponitur populo. [Aliter] Videlicet, qui in ſenatu retulerit, uel cum populo egerit. [Verbo]Quia & pedibus aſſentitur. [Rogatus].ſ. vt diceret quid nam ſentiret de hac re.

OMNIS homines] Oratio eſt in deliberatiuo & in conſultatione poſita. Conſultat an debeat coniuratos ultimo ſupplicio afficere. & quia turpem habet cauſam, inſinuatione utitur, nec non exemplo, quia ut Fabius Quintilianus ſcribit lib. xij. exempla teſtimoniorum locum obtinent. [Patr. Conſcripti]Vnde dicti, plura ſuperius ex Plutarcho. [Vacuos,] Id eſt libertos. [Odio]Ne propter odium damnent. [Amici]Ne propter amicitiam abſoluant. [Ira]Ne uincantur ab ira. Ira, ut diffinuit. Sen eſt concitatio animi ad ultionem uoluntatis iudicio pergentis. Eſt enim ira quæ modum tranſilit, qui ſecum rapit, & nihil per ſe audet ſed animo approbante, neque enim poteſt fieri vt de vltione agatur animo inſciente. Eſt enim impotens ſui decoris oblita, neceſſitudinum immemor. Si affectus irę intueri uelis, nulla peſtis humano generi pluris ſtetit, uidebit cædes. ac venena, & eorum mutuas ſordes, & urbium clades, & totarum extra gentiū eſt principium, ſub ciuili haſta capita uenalia, ſubiectas tectis faces. mœnia. coercitos ignes ſe ingentia ſpatia regionem hoſtili flamma relucentia. Ira ut canit Horatius eſt furor breuis. Diſtat ab iracundia, quemadmodum ebrius ab Ebrioſo, Timendus à timido. [Officiunt]Impediunt. [Quiſquam[Aliquis. [Intenderis, ingenium,]Vbi habes animum inclinatum ad aliquem non potes exercere ueritatem. [Libido] Appetitus, habent alij. & ea. [Dominatur,]Id eſt imperat. utitur ſententia, & à firmiſſimo argumento exorditur. [Magna copia,]Id eſt ampliſſimus dicendi campos. [Miſericordia impulſi Vt de Tigrane qui Mithridati ſocero ſuccurrere uoluit & in ſe ipſum ruina eſt uerſa, de qua re Plutar. in uita Luculli & Pompei. & Appianus in bello Mithridatico plura. [Male conſulerint,]Scilicet rebus ſuis. [Recte] Secundum iuſtitiam. [Ordinate].i. penſiculate. [Rhodijs]Aut de his ſumerent pœnas. [Bellis punicis]Carthaginenſes bella mouentes, Siciliam, Sardiniā, cæteraſque inſulas quæ mari illo continentur occuparunt, & Hiberiam uſque emiſere colonos ſeptingentis deinde ex quo urbem condidere elapſis annis, Rom. Siciliam illis abſtulere deinde Sardiniam. Quare mouentes bella Carthaginenſes, contra ipſos miſſus eſt Attilius Regulus, à quo urbes ferè ducenta in ditionem redactæ ſunt, quæ Carthaginenſium odio ad eum defecerunt. Attamen in eo bello Xantipi ducis Lacedæmonij fraude Attilius capitur. qui cauea clauis circumuallata incluſus extinguitur. & hæc quidem primo punico bello Rom. uel aduerſe uel læta contigere. Poſt hæc inter Romanos, & Carth. pax ſecuta eſt, Libyci interim & Celtæ ſtipendio conducti conquerentes ſe à Carth. fraudati acriter in eos bella uerterunt. Carthag. Romanos in auxilium vocauere, qui iure hoſpitij duntaxat illis aſtricti ab Italia bellum expulerant, ſic enim fœdera inter ipſos teſtari videbantur. Quare abnuentibus Rom. auxiliū, ſuis uiribus freti, magna claſſe in hoſtes delati, omnē maris nauigationem abſtulerunt, & Libyam in ſuam redaxere poteſtatem. hoc bello peracto; Carthag. memores negati auxilij, Romanos ſi quos intercepiſſent negociatores, mari obruebant. Quo cognito, bellum in eos decreuere Rom. Itaque in Hiberiam, contra Annibalem, P. Cornelius, & Cn. cornelius Scipio ambo fratres miſſi ſunt, qui acriter pugnando interfecti fuere quibus filius Publij illis qui perierat, ſucceſſit hic uirtute & militari perita Annibalē multis affecit cladibus. Quibus intellectis Pœni legatos Scipioni cum naui deſtinant Hannonem cognomine Magnum, & Meriphum, ut ſi poſſint, fœdera confirment quibus ſic eſt affatus Scipio, Ne minima quidem omnia digni eſtis ò Carthag. qui toties fœdera uiolaſtis, & ultima in legatos adeo apperte, adeò inique ſæuientes corrupiſtis, ut neque negare, neque contradicere fas ſit, quin extremo ſupplicio digni ſitis. Neque nos ſimilia uobis egimus, ex quo legatos ueſtros Romæ commorantes fœdera pro uobis facientes, cum noſtros vero læuiſſetis, ciuitas noſtra liberos abire iuſſit, ego veſtros in caſtra delatos ad me inſtante adhuc bello illæſos remiſi. Neceſſe eſt igitur, vt tandem errores ueſtros cognoſcatis. Dicam quę mihi uidebuntur, Senatus uero ſentiet ſi putauerit. Dabimus rurſus uobis pacem ò carth. ſi naues longas decem exceptis Rom. tradideritis. Multa alia impoſuit tributa quæ non eſt opus nunc refere quibus aſſentientes Carth. ſecunda facta ſunt fœdera. Quibus deinde neglectis, & denuo defecerunt, & ita tertiū punicum bellum eſt ortum, quod peractum fuit à Scipione Æmiliano, qui ſic ſuadente catone ſenatui, carthaginem funditus deletit Hæc ex Libyco Appiani. [Bellis punicis]Alio utitur exēplo. [Occaſionem]Commoditatem. [Talia fecere].ſ. vt ſumerēt ſupplicium uel ſpoliarent. [Dictum ſe]Dignitate Romanā. [P. Lentuli ſcelus]Quia non tantum deberet ſpectare eorum ſcelera, ſed etiam dignitatem veſtram. [Famæ]Ne dicatis propter odium iudicaſſe. [Nouum conſilium].ſ. vt ultimo ſupplicio & tali pœna afficiantur. [Magnitudo]Grauitas. [Exuperat]Quia nemo poſſet pœnam inuenire tam crudelē, quàm atrox eorū ſcelus, fuit, cum ſit maius dedecus occupare patriam, quàm parentē occidere. [His legibus].i. vt in exilium mittantur. [compoſite] Ordinate. [Victus].ſ. Romanis. [Enumerauere].ſ. qui dixerunt ante me. [Matres familias]Matronas pudicas. [Pati, quæ].ſ. ſtupra. [Illa oratio]. i. ſcelerum enumeratio. [Eum].i. talem. [Ad quo].i. uero. [Alijs]Diuerſis perſonis. [Fama]Nam ſic fama eſt, vt fortuna. i. diuitiæ, & quanto pauperior aliquis, tanto minus, ſi aliquod, commiſit ſcelus uulgatur. [Licentia].ſ. peccandi, quia, quæ non facere quod principis uxor. [Studere].i. fauere alicui. [Alios]Infimos. [In imperio] In magiſtratu. [Poſtrema]Quia mortales non de ſcelere damnatorum, ſed de pœna diſſerunt. [Seuerior]Aſperior. [Fortem]Quia non mutatur animo. [In tanta re. [In iudicio. [In tales].i. tam ſceleratos. [Nouum]Inuſitatum. [Superuacaneum] Quia non eſt timendum. [De pœna]De ſupplicio coniuratorum. [Quod res habet]Quod uerum eſt. [In luctu,]Id eſt dolore. [Diſſoluere,] Id eſt finire. [Curæ]Dolori, quia ipſa mors liberat ipſos à miſerijs. [Condemnatis.]Id eſt conuictis aliquo crimine. [Quid,] Quaſi dicat nihil eſt acerbum, leuius eſt. ſ. uerberari quàm necari, codex antiquus ſi habet: Nam aliæ. i. an aliæ l. ſicut lex Porcia iubent non animam eripi &c. [Tempus]. i. temporis conditio, quia improbatur uno tempore non alio. [Cuius].ſ. fortunę. [Quidquid]Omne ſupplicium. [In alios]præter coniuratos. [Ex bonis]Quia ſi aliquis bonos ut puta Cicero ſupplicio aliquem afficit, & in reip. utilitate, deinde ſubſequetur aliquis, qui ira, ut alia cauſa commotus ciues perdet exemplo ipſius Ciceronis. [Indignos]Quia non omnes Cic. id eſt tam aſtuti erunt. [Traginta uirios]Sen. de animi exercitatione ait, Nunquid potes inuenire urbem miſeriorem quàm Athenienſium fuit, cū illam triginta tyranni diuellerent, mille trecentos ciues optimū quenque occiderāt, nec finem ideò faciebant, ſed irritabāt ſe ipſam ſæuitia. [Lacedemonij]Hiſtoriam ſcribit Plut. in uita Alcibiadis, [Tractarent]Gubernarent. Indemnatum. [Non audita

ſtræ cauſa. [Ea lege] Aliter, ea re. [Fieri] Sumi ſupplicium. [Iuxta] Æque. [Seruitute] .i. tyrannide [Sceleris pœ. d.] Quia primo lætabantur tanquam optimis iudices quòd ſi quis aliquod ſcelus commiſiſſet, ſine proceſſu, ut ita dicam, eum capite plectebãtur [Malo reip.] .i. bello ciuib. [Sed ea res] Seditioſorũ mors. [Vas] Aureum uel argenteum. [Poſt alio] .i. ſequenti. [Alio] Non ſimili conſule. [Item.] Pariter. [Eduxerit] Extraxerit. [Obſtabat] Impediebat [Proba] Laudata. Samnites & Sabini non idem ſunt, ſunt tamen finitimi inter Latium & Vmbriam. [Alia] .i. ſindigna huiuſmodi. [Ea patrus copijs] Alij non copijs, ſed opibus habent [Fecere] Pepererunt, acquiſiti ſunt. [Parta bene] .i. uirtute. [Pecunias] Patrimonia. [Valeor] Munita ſunt. [Referat] proponat. [Eum] Talem. [Varie] Diuerſimode. [M. Porcius cato] Qui Vticenſis eſt dictus.

QVI reges, aut qui populi, ira aut miſericordia impulſi, male conſuluerunt] Manuſcripta, conſuluerint, quomodo & latinitatis ratio poſtulat, niſi ſi quis ἑτέρωσιν eſſe modi uelit. Sed & codex Badianus eodem modo habet, & ceteri uetuſtiores. [Inſidia atque aduerſa nobis fuit] In Fabriciano eſt aduerſa. quod etiam ſi leue, non tamen prætereundum eſſe duxi. Mox. [Sed poſtquam bello confecto de Rhodijs conſultum eſt] Fabricianũ conſultatum eſt ſed diſſentientibus ferè ceteris. Mox. [Ne quis diuitiarum magis quàm iniuriæ cauſa bellum inceptum diceret] In impreſſis quibuſdam eſt, cœptum. Ibidem. Impunitos eus dimiſerit] Manuſcripta, dimiſere. Mox. [Cum ſæpe Carthaginenſes, & in pace, & per inducias] Perperam eſt in recentioribus alterum Et. omiſſum, nõ quidem ullo cum detrimento ſenſus, ſed elegantiæ orationis tamen. Mox. [Multa nefaria facinora feciſſent] In Merſeburgẽſi eſt, nefanda ſed eodem ſenſu. Eſt & apud Ciceronem nefandum ſcelus. Idem alicubi ſcelus nefarium facere dixit. Item, ſceleſtum & nefarium facinus. [Neue magis iræ ueſtræ, quàm famæ conſulatis] In manuſcriptis atque alijs antiquioribus, neu, pro neue legitur, Mox. [Nam ſi digna pœna pro factis eorum reperitetur, nouum conſilium approbo] Manuſcripta. reperitur. indicandi modo, tempore præſenti. Quo quidem & tempore & modo in ſtatim ſubſequentibus cumque his cohærentibus utitur, Sin magnitudo ſceleris omnium ingenia exuperat &c. [An ut uos infeſtos coniurationi faceret] Manuſcripta an uti, uos. quomodo & ea impreſſis quædam. Mox. Scilicet quem res tanta atque tam atrox nõ permouit, eum oratio accẽdere] In uetuſtis accendet, quomodo & Badianum exemplar. Quædam e manuſcriptis, accendat, ut δυνητικῶς ponatur, ſeu modo potentiali, ut vocant, pro, accendere poſſit. [Sed alijs alia licentia] Manuſcriptum, alia alijs. Sed hoc quidem nimis quã leue. [Omnes cruciatus] Legendum, omneis. quomodo & alias ferè. Paulo poſt. [D. Syllanum uirum fortem atque ſtrenuũ certe ſcio, quæ dixerit, ſtudio reip. dixiſſe] Volumen Fabricianum, certo ſcio, quomodo & Cicero ipſe loquitur. Nam is τὸ Certo ferè utitur, quoties quid ſine dubio ſcire ſignificat. Mox. [Verum ſententia eius non uidetur mihi crudelis. Quid enim in tales homines crudele fieri poteſt? ſed aliena à rep. noſtra uidetur] Manuſcripta, uerum ſentẽtia eius mihi non crudelis, omiſſo uerbo illo Videtur. id quod breuitati Saluſtianæ magis conuenit. nam poſtea τὸ Videtur ſequitur. An quia lex Porcia uetat, aut aliæ leges? Item cõdemnatis ciuibus non animam eripi, & quæ ſequuntur] Legendum ea antiquis, An quia lex Porcia uetat? At aliæ leges item condemnatis ciuibus non animam eripi, ſed exilium permitti iubent. Sic & manuſcripta habent, & ſenſus ipſe poſtulat modo & ſequentia ſpectes, & locum accurate totũ excutias. Paulo poſt. [Qui conuenit in minore negocio legem timere, cũ eam in maiori neglexeris] In manuſcriptis ceteriſq. uetuſtioribus eſt minore, maiore. Id rectius eſſe puto. Quod in Merſeburgenſi Obſeruare legitur, ubi nos timere, librarij mendum eſſe ſuſpicor. [At enim quis reprehendet, id quod in patres conſcriptos reip. decretum erit] In nonnullis eſt, reprehendat. idque melius, ut mihi uidetur. pro, reprendere poſſit. Perperam in Badiano, At tu dices, quis reprehẽdet &c. τὸ Dices in ſpatio forſan quod uerſus dirimit, adſcripſerat quiſpiam, id poſtea irrepſit in contextum, incuria, ni fallor, librarij. Legẽdum igitur ita uti hodie ferè eſt in exemplaribus, ut ſit hypophora, cui mox idem per anthypophoram, Tempus, dies, fortuna, cuius libido gentibus moderetur. Paulo poſt. [Sed ubi imperium ad ignaros ciues, aut minus bonos peruenit] Ciues, non reperi in Vetuſtis. In Fabriciano eſt, ad ignaros eius. i. imperij, nã hoc ſupra ſcriptũ erat in ſpatio ipſo quod uerſus dirimit. [Qui remp. eorum tractarent] Sic & manuſcriptum uolumen. In impreſſis uetuſtioribus, non eſt Eorum, ac omitti citra detrimentum ſenſus poteſt. Mox. [Ea populus lætari & merito dicere fieri] Merſeburgenſe. Ea re populus lætari, ſed perperam, nã nec aliter Priſcianus citat quàm habet vulgata lectio. quamuis nõ ignorem, hoc uerbum pereleganter cum ablatiuo iungi. [Iuxta bonos & malos libidinoſe interficere] quid ſi legas, iuxta bonos ac malos? Ego tamen, diſſentiente manuſcripto, nihil mutare auſus ſum. Mox. [Stultitiæ graues pœnas dedit] Manuſcriptũ graueis. [Homines ſceleſtos & factioſos] In impreſſis uetuſtioribus eſt illa Et copula omiſſa, idq; Saluſtianum magis. paulo poſt. [Poſtremo uas aut ueſtimentum alicuius concupiuerat] Manuſcripta poſtremo, aut uas, aut ueſtimentum geminata, uidelicet coniunctione diſiũctiua. Mox. [Dabat operam, ut is in proſcriptorum numero eſſet] Manuſcriptum, ut is. quomodo & alias ferè. Paulo poſt. [Quam Sylla omnes ſuos diuitijs expleuit] Legendum, omneis ſuos, ex uetuſtis. [Aliquid falſum pro uero credi] Codice in membrana deſcripti conſentientibus impreſſis quibuſdam, Falſum aliquid, uerborum ordine mutato Mox. [A Tuſcis pleraque ſumpſerũt] In ijſdem, ab Tuſcis. [Tunc lex Porcia, aliaq. leges paratæ ſunt quibus legibus exilium damnatis permiſſum eſt] τὸ Legibus, in quibuſdam non eſt. Sed quia id codex habet Fabricianus, nihil immuto. Sæpe enim ueteres antecedens repetunt, ipſiq. relatiuo adiungunt, id quod alias quoque eſt à nobis annotatum. Sed & Tum lex Porcia, pro tunc manuſcriptum habet. [Quo minus nouum conſilium capiamus] Merſeburgenſe, conſilium nouum. ut adiectiuum ſequatur. [Ceteri uerbo alius alij, uariè aſſentiebãtur] In quibuſdam antiquioribus eſt aſſentiebat ſed eodem ſenſu. Nam quamuis hodie ferè aſſentior dicimus, ueteres tamẽ & aſſentio dicebant, ut eſt à Gellio annotatum. Sed & Cicero ſæpe eſt hac terminatione uſus, Diomedes tñ Aſſentiebatur hic legit lib. I. quo loco teſtatur non aſſentio ſolum, ſed & aſſentior dici.

NEQVE quiſquam omnium libidini ſimul & uſui paruit] Alibi ita legitur, Neque hominum quiſquam libidini ſimul & uſui paret, Quæ lectio mihi nõ diſplicet. Nec ſcire poſſum, quid uariare uoluerit, quiſquis hæc nobis nuper emendauit. Idem paulo poſt coniunctiuum conſuluerint, mutauit in conſuluerũt, præteritum indicatiui. [Nam ſi digna pœna pro factis eorum reperitetur] Reperitur habent alij codices, in indicatiuo, quod diſplicere non poteſt, cum approbo. quod maxime ſequitur uerbũ eiuſdem ſit modi. Codex Gothi habebat, Si digna pœna pro factis eorum reperiretur, nouum conſilium approbabo. quam lectionem ego non approbabo. [Aut aliæ leges, item condemnatis ciuibus non animam] Hoc loco & incerta diſtinctio eſt, & quid hæc uerba ſibi uelint, minus certum, utrum quid ad hanc argumentationem faciant, haud equidem ſcio, Lector ipſe iudicet. Quidam putant, Aut aliæ leges, interrogatiuè legendum, ac deinde inferendum, Item condemnatis ciuibus &c. Quod rurſus de lege Porcia intelligi uolunt, & de alijs item legibus. Statim poſt. Quid autem acerbum, aut nimis graue eſt in homines tanti facinoris conuictos? Aldinus codex bis Aut legit, aut acerbum, aut nimis graue, & coniunctos pro conuictos, quorũ neutrum mihi placet, Certe Gothi noſtri codex habet, conuictos, non coniunctos. [Arma atque tela militaria à ſamnitibus] Hoc notatu dignum, nam nõ temere apud alios reperias auctores niſi quis hũc locum corruptum putet, & pro ſamnitibus, ſabinis legendum, aut aliũ quempiam populum ab Roma non nimium diſtantem.

OMNEIS homines] Hæc oratio in genere demonſtratiuo, crebras & eas graues habet ſententias pluriaq. ſuſpenſa & pronunciatione, ut intelligantur iuuanda ſunt, unde elucet acrimonia & uis ingenij ipſius Cæſaris, qui ſe & hiſtoriarum peritiſſimum & iuris non ignarum oſtendit, Ordo eſt. [O P.C.] .i. patres conſcripti, hoc uos ſenatores decet, omnes homines] ſicut in principio operis huius. tamẽ hæc uerba non ſunt auctoris noſtri, ſed Cæſaris ab auctore noſtro inſerta] qui conſultant .i. conſilia captant, de rebus dubijs .i. ancipitibus & formidoloſis.] Eſſe uacuos] .i. euacuatos, & immunes, ab odio ita atque miſericordia. ſentit idem quod Cic. in Tuſc. in quem cadit unum pathos ſeu una paſſio, poſſe & reliquas affectiones cadere, ideoq. ut Maro de uiro bono dicit, quòd nõ miſeratur egentem & de forti agricola, ad finem 2. Georg. Neque ille Aut doluit miſerans inopem, aut inuidit habenti. ita Cæſar excludit à bono conſultore miſericordiam, non quòd ſententia non ſit ferenda in mitiorem partem; ſed ne ob miſerationem unius fiat alteri iniuria. ſanè peius eſt odiũ quàm ira, & ira quàm miſericordia, unde ordinem ſeruauit, auxeſis enim negatiua maiora prius negat quæ negata minora fiunt. minus enim eſt non habere poſſe odium quàm miſericordiam, odium nunquam eſt bonum, miſericordia ſæpe. Hic autem intelligit de miſericordia quæ rectũ iudicium perturbat.

Auium,ſcilicet conſultantis,prouidet, id eſt proſpicit reipub. haud facile immo difficillime, vbi illa, id eſt ille paſſiones, officiunt,id eſt contra faciunt & nocent, neque quiſquam hominũ patet,id eſt inſeruit,conſuluit, alij habent paruit ſimul libidini id eſt prauæ affectioni ſuæ,& uſui, id eſt utilitati, intellige quã tum per illũ ſtet,quia eſt caſu,poſſet libidinem habere quę plurimum proſit . uera tamen libido ſit,ut ſi pertinaci libidine perſequatur eum,quem innocentem putat eum tamen dominationem affectet. ingenium ualet ſup.illic vbi intenderis , id eſt applicueris ipſum , ergo ſi odium , non poterit recte conſulere. Si libido poſſidet,ingenium ea .ſ.libido dominatur, & animus .i.ratio & perſpicacitas ingenij nihil ualet. Magna copia. i.facultas memorandi,recitandi,coram uobis ò Patres Conſcripti,aut narrandi,qui reges atque populi impulſi ira aut miſericordia cõſulerint male, id eſt per perniciose & inconſultæ , quod Cæſari ipſi poſtea contigit. Nam per clementiam illis pepercit à quibus poſtea interfectus eſt. Sed ego male dicere ea quæ maiores noſtri, id eſt præceſſores[vt vulgo dicunt]facere contra libidinẽ animi ſui, id eſt cõtra inclinationem naturæ male affectæ,fecere dico recte atque ordinate , id eſt ſecundum ordinem rectum quo ratio dominatur libidini , ciuitas Rhodiorum magna atq; magnifica,id eſt & potẽs & pompoſa,quæ creuerat opibus Pop. Rom.id eſt ablatis à Pop. Rom.bello Macedonico, id eſt tempore belli Macedonij.quod nos geſſimus cum Perſe rege Macedonum , quem Paulus Aemilius Macedonicus deuictum in triumphum duxit , fuit nobis inſida, atque peruerſa , cum tum adoriretur cum Romanos alieno bello impeditos uideret. Sed poſtquam conſultum eſt de Rhodijs, id eſt quæ victo deberent fieri de Rhodijs & hoc bello,ſcilicet Macedonico,cõfecto id eſt ex ſententia imperatoris peracto, maiores noſtri dimiſerunt eos impunitos,id eſt nullam uindicti expetierunt. nequis diceret bellum,ſup eſſe cœptum contra eos,magis cauſa diuitiarum.i.vt ab eis diuitias auferant Romani, quàm iniuriæ , id eſt vt de iniuria ulciſcantur. Item omnibus bellis punicis,id eſt geſtis cum Carthaginiẽſibus cum quibus tria pręcipue geſta ſunt, cum Carthaginenſes dicitur etiam Carthaginienſes . Feciſſent multa facinora nefaria.i.deteſtanda & contra omne fas in pace per inducias ſub quibus claſſem Romanum inuaſerunt,& quos ceperant uirgis occiderunt, & tamẽ legati ad Scipionem miſſi intacti ab eo ad ſenatũ remiſſi,inde incolumes,& Indemnes Carthaginem reuerſi ſunt,ut etiam Val Max.lib.vj.de fide pub.rãgit. Vnde hoc dicit, tamen, id eſt quamuis feciſſent multa nefanda,tamen ipſi.id eſt maiores noſtri, nunquam facere pro faciebant[alij legunt facere,ſed quia ſequitur quærebant,placet vt facere legatur]per occaſionem, id eſt tametſi habebant ſummam occaſionem,talia,ſcilicet deteſtanda quam odium aut libidinẽ uindictæ præ ſe ferrent,quia ipſi quærebãt magis quod forẽt dignum ſe,id eſt maieſtate Romana , quam quod poſſet fieri iure id eſt iuſte & ſaluo iure gentium,in, id eſt contra eos.ſ.Carthaginenſes hoſtes perfidos .Hoc item eſt prouidendum vobis ò patres conſcripti,ne ſcelus P.Lentuli & ceterorum.ſ.coniuratorũ ualeat plus,id eſt impellat vos potius ad acrem vindictã, quam ueſtra dignitas ſup.ualeat reprimendo iram,& temperando,aũt differendo ſupplicium Neu, id eſt neue,ſeu uel ne,conſulatis. i. inſeruatis magis iræ veſtræ quàm famæ ueſtræ.[Nã ſi pœna digna,]Id eſt condigna & ſatis magna,pro factis eorum reperitur alij legunt reperiretur,ſed tunc adderet approbarem,ego approbo nouum conſilium.ſ.non ſtetur legibus , ſed maiora ſupplicia inferantur vt Decius Iunius innuerat,ſiu,id eſt ſed,ſi magnitudo ſceleris exuperat,id eſt tranſcendit ingenia omnium hominum ad excogitanda digna ſupplicia,ego cenſeo , id eſt iudicio utendũ his ſupplicijs quæ ſunt comparata,id eſt inuenta & probata legibus,vt.ſ.ciuis,non cæderetur uirgis nec capite plecteretur ſed in perpetuo carcere,ſi deprehenſus fuerit teneretur,aut ſi euaſerit ,perpetuo exularet pro graui flagitio. Plerique , id eſt complures eorum qui dixerunt ſententias ante me[qui a cum eſſet ad huc adoleſcens poſt ſeniores rogabatur ſententiam]miſerati,id eſt plangentes prouocando ad miſerationem,caſum,id eſt ruinam reipub.compoſite, id eſt oratione compoſita & bene diſpoſita & magnifice,id eſt apparatu verborũ magnifico & grãuitate ſumma enumerauere , id eſt quaſi per annorum recenſuerunt,quæ,id eſt qualis eſſet ſæuitia belli , & quæ , ſcilicet accaderent,id eſt accidet,ſolerent uictis , vt pote uirgines rapi, pueros liberoſq;, id eſt legitime natos diuelli à complexu parentum,ſcilicet vtrorũque ſed pręcipue matrum . Vnde Horat. Bellaque matribus deteſtanda.matres familias,id eſt honeſtas matronas pati ea quæ collibuiſſent uictoribus , videlicet ſtupra & ſpoliationes ac uerbera.[Phana,]Id eſt ædes ſacras , ac domos, ſcilicet priuatas,ſpoliari.cædem,id eſt occiſionem & ſtragem ac incendia fieri,poſtremo omnia compleri armis cadaueribus, atque luctu. Sed per deos immortales,ſcilicet rogati dicant,quod id eſt ad quid pertinuit illa oratio?[uero ſimile fuit talem orationem à multis habendam vnde argute excogitaſſe uidetur Cæſar quid contra diceret aut noui afferret[au ſupple.pertinuit eo vti, id eſt vt faceret uos infeſtos, id eſt uim inſerentes coniurationi]Scilicet, id eſt ſcire licet cur id fecerint & habere ferè ne ironiæ,ſcilicet vt Aeneid.iiij. Scilicet is ſuperis laborem &c. quia oratio accendit , id eſt inflambit & infeſtum faciet eum quam res tanta & tam atroa non promouet?quòd ueriſimile non eſt. vnde addit,non eſt ita. Neque cuiquam mortalium iniuriæ ſuę, id eſt quas ipſe patitur,uidentur paruæ , quaſi dicat ne forte vobis putentur paruæ videri,multi habuere.i. tulerunt,eas,ſcilicet iniurias ſuas grauius.id eſt moleſtius æquo id eſt quam æquum aut par eſſet. Sed alia licentia , id eſt permiſſio minus licita,eſt, id eſt permittitur alijs, id eſt diuerſis diuerſa ignoſcenda ſunt O patres conſcripti, filij qui demiſſi, id eſt abiecti,agunt uitam in obſcuro, id eſt ignoti & priuati,deliquere quid, id eſt aliquid honeſti,ſcilicet officij:iracundia, id eſt propter iracundiam,pauci ſciunt ſupple illud, quia fama & fortuna eorum ſunt pares , id eſt æque obſcure,ſed ſup. cuncti mortales nouere facta eorum qui præditi,id eſt præter ceteros dotati,magno imperio agũt vitam in excelſo, id eſt in ſublimi ubi à multis uidentur, vnde Iuuen. Omne animi uitium tanto conſpectius in ſe Crimen habet quanto maior qui peccat habetur. Ita minima licentia. permiſſio peccandi eſt in maxima fortuna, id eſt ſumma felicitate & abundantia rerum & imperij. Decet ſup. in maxima fortuna exiſtentes,neque ſtudere, id eſt æmulari & zelari in malum, aut alicui plus quam alijs indulgere & gratiam inire neque odiſſe,ſed minime iraſci. Ea quæ dicitur apud illos .ſcilicet demiſſos & obſcuros iracundia, appellatur in Imperio,id eſt in Imperatore ſuperbia atque crudelitas. Equidem , id eſt ego quidem, quaſi dicat vt de me loquar , ò Patres conſcripti ego exiſtimo, id eſt iudico & arbitror ſic videlicet omneis cruciatus eſſe minores quam facinora illorum,ſcilicet coniuratorum,ſed plerique, id eſt plurimi aut ferè omnes mortales, id eſt homines men.ure,memoria habent aut ad memoria reducunt & memorant poſtrema,ſcilicet ſupplicia , quæ poſtrema deberent conſiderari, quia prius conſideranda quantitas peccati & deinde inferendu pœna,& obliti ſceleris diſſerunt in hominibus impijs de pœna eorum ſi ea fuit paulo ſæuerior quàm deceat , quaſi dicat ex eo quòd magis de pœna quàm de ſcelere diſputant innuunt ſe partiales . Tota enim oratio Cæſar.tendit ad clementiam . Ego certe ſcio D. Syllam uirum fortem atque ſtrenuum dixiſſe ea quæ dixerat ſtudio,id eſt fauore reipub.neque, id eſt & non , & ſcio illum nõ exercere,gratiam,id eſt captationem gratiæ & beneuolentiæ,aut inimicitias ex odio,in re tãta vbi optimi cuiuſque ſalus in periculo eſt,ego cognoui eos , id eſt tales mores , & eam,id eſt talem modeſtiam, uiri , ſcilicet D. Syl.ſcilicet ut nihil ob gratiam aut odium diceret.uerum,id eſt ſed ſententia eius uidetur mihi non crudelis , id eſt non dico quòd crudelis enim pro quia.[Quid poſſet fieri crudele in tales homines]Quaſi dicat certe nihil,ſed ſup. videtur aliena à rep.noſtra.[In qua,]Scilicet pietati & clementiæ ſemper conſultum eſt. Nam profecto ò Syllane aut metus,quia times coniuratos, aut iniuria,quia in te iniurij fuerunt, ſubegit , id eſt clanculum cœpit te conſulem deſignatum , ſcilicet in annum futurum decernere,id eſt adiudicare deprehenſis genus pœnæ,id eſt ſupplicij,nouum,id eſt inauditum. Superuacaneum eſt diſſerere de timore,ſcilicet qui in te ſit,cum præſertim tanta præſidia,id eſt tantæ cuſtodiæ,defenſiones vrbis & reipub.ſint in armis. diligentia, id eſt per diligentiã præſtantiſſimi viri conſulis.ſcilicet Ciceronis Equidem , id eſt ego certe poſſum dicere de pœna,id eſt de modo puniendi quomodo puniri debeant deprehenſi , id quod res,id eſt vtilitas habet,mortem eſſe in luctu atque miſerijs , id eſt illis qui in luctu & miſerijs ſunt,requiem, id eſt remiſſionem,immo ceſſationẽ ærumnarum,& non eſſe cruciatum,& eam,ſcilicet mortem diſſoluere,id eſt diſſipare & finire , cuncta mala mortalium . vnde Flaccus, Mors ultima linea rerum, & neque gaudio eſſe locum, ſcilicet ultra mortem,in qua re ſanctius cenſet in proæmio oratione Cato , innuens malis etiam poſt hãc uitam manere ſupplicia & bonis repoſita eſſe præmia, Sed per deos immortales,quęſo ſup ò Syllane cur non addidiſti, in,id eſt ad ſententiam tuã ſup.uti, id eſt vt animaduerteretur,id eſt ultio fieret priuſquã vltimum ſupplicium ſumeretur, in eos, ſcilicet coniuratos?an quia

lex Porcia vetat, aut aliæ leges uetant ſupple in ciues taliter animaduertere? Lex ſupp Porcia, & aliæ leges, iubent, item, id eſt conſimiliter animam, id eſt uitam, non eripi ciuibus condemnatis, ſed iubent exilium permitti. An ſupple, ideo non addidiſti de uerberibus cum decerneres de ſupplicio, quia grauius eſt uerberari, id eſt flagellari, quàm necari, id eſt occidi? quaſi dicat, Certum eſt quod grauius ſit occidi, non tamen iniquum, vnde addit, Quod autem eſt acerbum, aut nimis graue, in. id eſt contra homines conuictos tanti ſceleris, id eſt in tanto ſcelere deprehenſos, quaſi dicat nihil. Sin. ſ. ſed ſi, ideo non feciſti mentionem de uerberibus, quia leuius eſt, quid conuenit timere legem quæ uetat & uerberari & occidi ciuem in negocio minore, ſcilicet in flagellatione, cum neglexerit eam, ſcilicet legem in maiore ſupp. negocio videlicet in ultimo ſupplicio? quia ſi dicat quia lex utrunque, cur potius grauius contra legem decreuiſti quam leuius. At enim, quaſi dicat non debebas prætermittere. Nam quis reprehendet quod erit decretum. in, id eſt contra patricidas reipub. quaſi dicat, nemo. [Tempus]. ſ. edax rerum quia in tempore omnia ſeneſcunt, & labeſcunt, & dies, id eſt tempeſtas mala & fortuna, id eſt aliquis fortuitus euentus, ut ægritudinis, cuius, ſcilicet fortunæ libido, id eſt temeraria uoluntas moderatur. id eſt moderationem imponit gẽtibus gubernans eas modo ſuo id eſt pro libito, accidet illis. ſcilicet coniuratis, merito, id eſt pro merito, quidquid, ſcilicet malè euenerit. [Ceterum] id eſt, ſed inſuper uos Patres conſcripti conſiderate, id eſt attendite, quod conſtituatis in alios. Omnia exempla mala, id eſt quæ malum habuerunt exitum orta ſunt eſt rebus bonis, id eſt probatis, & laudatis in princ. Sed ubi, id eſt poſtquam imperium. ſ. à ſapientibus & bonis inſtitutum, peruenit ad ignaros, aut minus bonos illud nouum exemplum, ſcilicet inſtitutum ab optimis, transfertur ab dignis, & idoneis ad indignos, & non idoneos qui non idem æque feliciter faciunt, quaſi dicat eos qui noua exempla incipiunt non tantum proſpicere. quid ipſi, aut ſui ſimiles poſſint ſed etiam quid deteriores qui in reipub. futuri ſunt. quod probat inductione quadã dicens, Lacedæmonii, id eſt Spartani, ſeu Lacones, & ex Sparta, & Lacedæmone, qui dici poſſunt populi ſapientes deuictis Athenienſibus, id eſt poſtquam deuicerant Athenienſes poſt longa bella, impoſuere. ſcilicet Athenis triginta viros, qui tractarent illic rempub. Hi, ſcilicet triginta viri cœpere, id eſt incœperunt primum, id eſt quamprimum eſſent impoſiti, necati, id eſt occidere, peſſimum quenque, id eſt omnem hominem ualde malum. & inuiſum omnibus, indemnatum, id eſt ſine condemnatione in foro iudiciali habita, quaſi ex arbitrio aut libidine Populus lætari, id eſt lætabatur ea lege, & dicere, id eſt dicebat fieri merito, ſcilicet occiſorum. Poſt, id eſt poſtmodum ubi licentia creuit paulatim cœpere interficere iuxta, id eſt indifferenter ſine diſcrimine bonos & malos libidinoſe, id eſt ea libidine, quia tyranni effecti ſunt, & terrore ſupple cœperunt, aut terrebant Ceteros metu. Ita ciuitas, ſcilicet Athenarum [interpretes intelligunt de Lacedæmone, ſed non procedit vt uictores ſuæ ciuitati rectores imponerent Præterea notum eſt triginta tyrannos Athenis ſimul regnaſſe] oppreſſa ſeruitute, ſcilicet illorum triginta tyrannorum, dedit graues pœnas lætitiæ ſtultæ, id eſt imprudenter acceptæ de occiſione quamuis malorum ſine condemnatione. [Noſtra memoria] Affert exemplum ex hiſtoria Rom. dicens. Sylla uictor noſtra memoria, id eſt cuius rei memores eſſe poſſumus, cum iuſſit Damaſippum, ciuem illum perditum, & alios huiuſcemodi. i. perditos & nullius precij homines qui creuerant, id eſt diuitiis aucti fuerant, malo, id eſt ex malo reipub. iugulari, id eſt inciſo iugulo occidi, quis non laudabat? quaſi dicat nullus. & ita vnus quiſque laudabat, factum eius, ſcilicet Syll. qui ſic malos deleuerat, aiebant, ſcilicet omnes homines ſcele. & factioſos, qui exagitauerant, id eſt conturbauerant rempub. ſeditionibus, necatos ſupple eſſe merito, id eſt ea demerito eorum. [Sed ea res fuit initium magnæ cladis quã Sylla intulit poſtea proſcribens optimum quenque. [Nam vti,] Id eſt ſecundum quod quiſque, ſcilicet Syllanorum militum, cõcupiuerat, aut domum, ſcilicet in vrbe, aut uillam, id eſt domũ in agro. poſtremo aut vas, aut ueſtimentum alicuius, ipſe cupiens, dabat operam, vt is, ſcilicet cuius rem concupiuerat, eſſet in numero proſcriptorum, & ita illi quibus mors Damaſippi peſſime illius uiri fuerat lætitię, id eſt ad lętitiam, paulo poſt ipſi, hoc eſt ipſimet trahebantur, ſcilicet ad ſuppliciũ. neque finis iugulandi fuit prius quàm Sylla expleuit, id eſt cumuletet & vſque ad ſaturitatem ſi qua fieri poſſet impleuit. omnes, ſuos, ſcilicet milites. Atque, aut potius, At neque, ut ſit, At ego neque uereor hæc, id eſt conſimilia fieri, in Marco Tul. id eſt Cic. neque his temporibus, id eſt non uereor quòd M. Cicero ſi data fuerit ei poteſtas plectendi ſontes nouo ſupplicio etiam inſontes ſic plectere velit, quaſi dicat non ideo id dico. Sed multa & uaria ingenia ſunt in magna ciuitate, ut erat Romana, & poteſt alio tẽpore, alio conſule. ſ. exiſtente, cui. ſ. conſuli ſit, item i. conſimiliter ut nunc eſt Ciceroni. exercitus in manu, id eſt in poteſtate, aliquid falſum, id eſt fictum & machinatum ab eo in bonos ciues, credi pro uero. i. tanquam eſſet uerum. [Vbi conſul]. ſ. quiuis eduxerit gladium ſemel in deprehenſos, per decretum ſenatus quis ſtatuet illi finem? aut quis moderabitur? quaſi dicat nemo ſi renuerit, quia ſummam auctoritatem habuerit. [O patres conſcripti, maiores noſtri, ſcilicet qui nos præceſſerunt, & vnde originem trahimus neque eguere vnquam quia ſemper abundauere. conſilij ad conſultandum, neque audaciæ ad faciendum, nam [vt in prologo patuit] priuſquam incipias conſulto & vbi conſuleris mature opus facto, neque ſuperbia obſtabat illis quo minus, id eſt vt non imitarentur inſtituta aliena, id eſt mores alienos, nam & leges ab alijs acceperant ut patet. Dedecori, iuris, ſi modo. i. dummodo illa inſtituta erant proba. i. probanda. Ipſi ſumpſerunt arma atque tela militaria, à Samnitibus, & inſignia magiſtratuum pleraque. i. plurima ſumpſerunt à Thuſcis i. Hetruſcis, uidelicet ſellam curulem quæ erat eburnea & ſceptrum habens, in capite aquilam. tunicam purpuream cum ſignis aureis, amictum purpureum uarium qualem Lydorum Perſarumq;. reges ferebant ſed figura ſemicirculari. cum Perſis eſſet quadrangulari, item xij. ſecures cum faſcibus, quæ ornamento dicuntur à Dionyſio Halycar. ad Tarquinium delata ab Hetruſcis ab eo deuictis bello nouẽnali, cuius opinionem hic Cæſ. approbat cũ ſint qui dicunt Romulum lictores cum faſcibus habuiſſe. Poſtremo. i. vt tãdem vno uerbo dicam Romani exequebantur domi cum ſtudio ſũmo id quod vbique, id eſt vbicunque eſſet, idoneum. i. dignum quod ab eis ſumeretur apud ſocios, aut hoſtes. i. ſiue inuenirent illud apud ſocios, ſiue apud hoſtes quia ipſi malebant, id eſt magis volebant. imitari. ſ. bonos vt aſſequi poſſent, quam inuidere, ut faciunt q̃ui aſſequi nequeunt. [Sed maiores noſtri imitati illi eodem tempore morem Græciæ, nam & leges à Græcis ſumpſerunt animaduertebant in ciues. i. eos acceratè puniebant, uerberibus. i. virgis & flagellis, & ſumebant de condemnatis. ſ. crimine aliquo, ſummum ſupplicium. i. interitum. Poſtquã. R. P. i reſp. ſeu. P. R. ſed potius reſp. Romana, adoleuit. i. adulta & auctior facta eſt & factiones ualuere. i. uires habuere multitudine. i. propter multitudinem ciuium. circumuenire. i. dolis inuoluere innocentes, & alia huiuſcemodi iniqua, cœpere fieri, tunc. ſ. vbi iniquitas eorum uiſa eſt, lex Porcia uetans de ciue ſupplicium vltimum, aut etiam verberibus ſumendum & aliæ leges de impunitate corporali ciuium ſunt paratæ. i. prolatæ & cõſtitutæ, quibus eſt exilium permiſſum damnatis. ſ. ciuibus. i. vt rerum capitalium rei in exilium abire poſſint. O patres conſcripti, ego puto hanc quam dixi cauſam. ſ. ex lege Porcia ſumptam eſſe in primis. i. præcipue magnum, quo minus i. vt nõ capiamus nouum conſilium. ſ. d. pęna deprehenſorum. Profecto maior virtus & ſapientia fuit in illis. ſ. maioribus noſtris, qui fecere tantũ. i. tam immenſum imperium ex paruis copijs. i. multitudine populorum & rerum] & ita argumentatur per locum à maiore] q̃ in nobis qui. ſ. nos retinemus, uix. i. cum ſumma difficultate ea. i. inſtituta & imperia maiorum, bene parta. i. acquiſita. Igitur ſup. dicetis. placet. i. verum placeat mihi eos. ſ. deprehẽſos dimitti & exercitum Catil. augeri per eos. Minimè. i. reſpondeo quòd nequaquam id placet, ſed cenſeo. i. iudicio & ſententiã fero ita pecunias. i. fortunas & facultates eorum. publicandas. i. publico vẽdendas ſup. eſſe, & ipſos eſſe habendos. i retinendos in uinculis per municipia. i. oppida ciuitas Romanæ participia, quæ. i. municipia, ualent. i. pollent maxime, i. præcipue. opibus. i. facultatibus & potentijs ad reſiſtendum. Et ſub. cenſeo ne quis. i. aliquis, referat ad ſenatum. i. iterum ferat ad conſultationem ſenatus, de eis. ſ. ita cõdemnatis, neue agat cum populo. i. intercedat pro eorum redemptione apud Pop. Rom. Cenſeo dico ſenatum exiſtimare. i. iudicare eũ qui fecerit aliter. i. qui retulerit de his ad ſenatum, aut populum pro eis ſolicitauerit, facturum. i. q̃ facturus ſit, aut faciat, cõtra rep. & ſalutem omnium. Poſtquam Cęſar fecit finem dicendi, q̃a expreſſa ſentẽtia eius cognoſcebatur finis orõnis eius, ceteri. ſ. ſenatores & auditores aſſentiebantur orationi eius uarie, quia alius aliter i. quiſq; pro captu ſuo] dicitur autem aſſentio deponentaliter frequentius q̃ aſſentio, & inde ſit aſſentior, quod ex adulatorie aſſentiri quia qui ſemper aſſentitur adulatur] At id eſt è contrario. M. Porcius Cato rogatus. i. iuſſus dicere ſententiam. ſ. ſuam habuit huiuſcemodi orationẽ.

ORATIO M. CATONIS.

LONGE mihi alia mens eſt P.C. cum res atque pericula noſtra conſidero, & cum ſententias nonnullorum ipſe mecum reputo. Illi mihi diſſeruiſſe videntur de pęna eorum, qui patriæ, parentibus, aris, atque ſocis ſuis bellum parauere. Res autem monet, cauere ab illis magis quàm quid in illos ſtatuamus, conſultare. Nam cętera maleficia, *tum perſequare, vbi facta ſunt, hoc niſi prouideris, ne accidat, vbi euenit, iudicia fruſtra implores. Capta Vrbe, nihil reliqui fit victis. Sed per deos immortales vos ego appello, qui ſemper domos, villas, ſigna, tabulas veſtras pluris, quàm rempub. feciſtis, ſi iſta cuiuſcunque modi ſint quæ amplexamini, retinere; ſi voluptatibus veſtris ocium præbere vultis, expergiſcimini aliquando, & capeſſite remp. Non *nunc agitur de vectigalibus, neq; de ſociorum iniurijs, libertas & anima noſtra in dubio eſt. Sæpenumero P. C. multa verba in hoc ordine feci, ſæpe de luxuria, atque auaritia noſtrorum ciuium queſtus ſum, multosq. mortales, ob eam cauſam aduerſos habeo. qui mihi atque animo meo nullius vnquam delicti gratiam feciſſem, haud facile alterius libidini malefacta condonabam. Sed ea tametſi vos paruipendebatis, tamen reſp. firma erat, opulentia negligentiam tolerabat. Nunc vero non id agitur, bonis ne an malis moribus viuamus, neque quantum, aut quàm magnificum imperium populi R. ſit, ſed hæc cuiuſcunque modi videntur noſtra, an nobiſcum vna hoſtium, futura ſint. hic mihi quiſquam manſuetudinem, & miſericordiam nominat? Iampridem equidem nos vera rerum vocabula amiſimus, quia bona aliena largiri liberalitas, malarum rerum audacia, fortitudo vocatur, eo reſp. in extremo ſita eſt. Sint ſanè, quoniā ita ſe mores habent, liberales ex ſociorum fortunis, ſint miſericordes in furibus ærarij, ne illi ſanguinem noſtrum largiantur, & dum paucis ſceleſtis parcūt, bonos omneis perditum eant. Bene & compoſite C. Cæſar paulo ante in hoc ordine de vita & morte diſſeruit, credo falſa exiſtimans eā quæ de inferis memorantur, diuerſo itinere malos bonis, loca tetra, inculta, fœna atque formidoloſa habere. Itaque cenſuit pecunias eorum publicandas, ipſos per municipia in cuſtodijs habendos, videlicet timens, ne ſi Romæ ſint, aut à popularibus coniurationis, aut à multitudine, cōducta, per uim eripiantur. quaſi uero mali, atque ſceleſti tantūmodo in urbe, & non per totam Italiā ſint, aut non ibi plus poſſit audacia, ubi ad defendendum opes minores ſunt. Quare uanum equidē hoc conſilium eſt, ſi periculum ex illis metuit. ſi in tanto omniū metu ſolus nō timet, eo magis refert me mihi atque uobis timere.* Quare cum de P. Lentulo, cęteriſque ſtatueritis, pro certo habetote, uos ſimul de exercitu Catilinę, & de omnibus coniuratis decernere. Quanto uos attentius ea agetis, tanto illis animus infirmior erit. Si paulum modo uos languere uiderint, iam omnes feroces aderunt. Nolite exiſtimare maiores noſtros armis remp. ex parua magnam feciſſe: ſi ita res eſſet, multo pulcherrimam eam nos haberemus. quippe ſociorum, atque ciuium, præterea armorum, atque equorum maior nobis copia, quàm illis eſt. Sed alia fuere quæ illos magnos fecere, quæ nobis nulla ſunt, domi induſtria, foris iuſtum imperium, animus in conſulendo liber, neque delicto, neque libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriā, atque auaritiam, publice egeſtatem, priuatim opulentiam, laudamus diuitias, ſequimur inertiam, inter bonos & malos nullum diſcrimen eſt, omnia virtutis pręmia ambitio poſſidet, neque mirum, vbi vos ſeparatim ſibi quiſq; conſilium capitis, vbi domi voluptatibus, hic pecuniæ, aut gratiæ ſeruitis. Eò fit, vt impetus fiat in vacuam remp. Sed ego hæc omitto. Coniurauere nobiliſſimi ciues patriam incendere: Gallorum gentem infeſtiſſimam Romano nomini ad bellum *accerſunt, dux hoſtium cum exercitu ſupra caput eſt: vos cunctamini, etiā nunc? & dubitatis, quid intra męnia deprehēſis hoſtibus faciatis? miſereamini cenſeo. deliquere homines adoleſcētuli per ambitionē: atque etiam armatos dimittatis. Næ iſta vobis manſuetudo, & miſericordia, ſi illi arma cœperint, in miſeriam conuertetur. Scilicet res ipſa aſpera eſt, ſed vos non timetis eam, immo vero maxime. Sed inertia & mollitia animi, alius alium expectantes cunctamini: videlicet Dijs immortalibus confiſi, qui hanc remp. in maximis ſæpe periculis ſeruauere. Non votis neque ſupplicijs mulieribus auxilia deorum parantur, vigilando, agendo, bene conſulendo, proſpere omnia cedunt. Vbi ſocordiæ te, atque ignauię tradideris, nequidquam Deos implores: irati, infeſtiq. ſunt. Apud maiores noſtros Aulus Manlius Torquatus, bello Gallico filium ſuum, quòd is contra imperium in hoſtem pugnauerat, necari iuſſit. atque ille egregius adoleſcens immoderatę fortitudinis, morte pœnas dedit. vos de crudeliſſimis parricidis quid ſtatuatis cunctamini? videlicet cętera vita eorum huic ſceleri obſtat. Verum parcite dignitati Lentuli, ſi ipſe pudicitiæ, ſi famę ſuæ, ſi Dijs, aut hominibus vnquam vllis pepercit. Ignoſcite Cethegi adoleſcentię, niſi iterum iam patriæ bellum fecit. Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Cæpario loquar? quibus ſi quidquam penſi vnquam fuiſſet, non ea conſilia de rep. habuiſſent. Poſtremo, P.C. ſi me hercle peccato locus eſſet, facile paterer vos ipſa re corrigi: quoniam verba mea contemnitis. Sed vndique circunuenti ſumus. Catilina cum exercitu in faucibus vrget: alij intra męnia, atque in ſinu vrbis ſunt hoſtes: neque parari neque cōſuli quidquam poteſt occulte, quo magis properandum eſt. Quare ego ita cenſeo, cum nefario conſilio ſceleratorum ciuium reſp. in maxima pericula venerit hiq. indicio T. Vulturcij, & legatorum allobrogū conuicti, confeſſiq. ſint, cædem, incendia, aliaq. ſe fœda, atque crudelia facinora in ciues, patriamq. parauiſſe; de confeſſis ſicuti de manifeſtis rerum capitalium, more maiorum ſupplicium ſumendum.

** tu perſequeris.*

** Nunc, nō eſt in alijs.*

** Quae de P. Lentulo,*

** Veteſtum exēplar habet, accerſiuerunt.*

LONGE alia] Videtmus ſuperius, quomodo Cęſ. ſuam ſententiam perorauit, uidelicet, vt diuiſi per municipia, quæ plurimum ualebāt opibus, in uinculis ſeruarēt coniurati, nunc uero ponit, quæ Cato reſponderit. dicit enim Cato ſe multo aliquanter ſentire, Cæſarem. [Longe aliena] Ita quidem ſe dicit ſentire Cæſar, ego autem ualde aliter ſentio. [Longe aliena] Valde aliena à ſententia Cæſaris. [Reputo] Mecum ipſe voluo & cogito. [Illi] .ſ. qui ante me dixerunt [De pœna eorū] Quaſi in dubio ſit, nunquid id puniendum eſſe uideatur. [Patriæ, parentibus] Et hoc fecerint, non dubium eſt, quin puniēdi ſint [Res aūt] .i. conditio rei. [Cauere magis] Videlicet, ne ipſi contra remp. faciant, [Conſultare,] q.d. quis, nec ſint coniuratores, quos in vinculis tenemus, eſſe necandos, & eos, qui adhuc ſunt in poteſtate ſuo, uidelicet in exercitu Catilinæ ſimul ſupplicio eſſe afficiēdos. [Perſequere] Pro perſequi poſſis, cetera uulgo

VALLA

ſcia ſunt eiuſdem generis, vt cum perpetrata fuerint, puniantur
ſed maleficium, quod pertinet ad perdendam patriam, prius pu-
niendum q̃ factum ſit. [Hoc]. ſ. quod pertinet ad perniciem pa-
triæ, uidelicet coniuratio. [Prouideas]. i. diligenter prouidebis.
[Implores] Pro implorabis. [Euenerit] Acciderit. [Nihil reliqui
fit] Nihil relinquitur victis. [Sed per deos immortales] Nolo m
quiſ bonos ciues & reip. amantiſſimos alloqui, ſed vos qui volu
ptatibus & luxurijs deditis eſtis, & ea tñ bona eſſe putatis, cur nõ
expergiſcimini, ut remp. defendatis à coniuratis. vt ueſtris volu
ptatibus diu ſatisfacere poſſitis? [Domos] In urbe. [Villas] In a
gris. [Signa] Statuas, picturas veſtras. [Iſta]. ſ. domos; villas, ſi
& tabellas. [Cuiuſcunq; modi] Seu bonas, ſeu quouis alio mo-
do, & loquitur Cato ſm Stoicos. Nanq; & ipſe Cato Stoicus
erat, & Stoici hæc extrema nullo modo bona eſſe appellanda, pu
tabant, niſi q̃ ad uirtutum animi ptinent. [Amplexamini] Maxi
ma cupiditate comprehenderis. [Ocium præbere]. i. pacẽ quęre
re, per qua veſtria uoluptatibus uti poſſitis. [Expergiſcimini,] Ex
citamini.] De uectigalibus] Quia ſi uectigalia expilarentur, ſi ſo
cij ẽt expilarentur, tñ reſp. maneret ſed nõ ita eſt de coniuratio
ne. [Luxuria & auaritia] Hæc duo mala inter ſe contraria eſſe ui
dentur, & tñ habent coniunctionem inter ſe. Nam luxuria ferè
eſſe nnn poteſt ſine auaritia, & tñ luxuriæ auaritia uidetur eſſe
aliena, ſed quia qui luxurioſi ſunt, multas pecunia profundunt
ergo, ut pecuniæ ſuis voluptatibus ſatisfaciant, auari efficiuntur
[Aduerſos] Contrarios, & infenſos. [Qui mihi] Sed eſt cur mihi
ipſi veniam præſtare debeant, q̃ grauiter inuectus ſum in eorũ
libidinem. [Vnquam delicti]. i. nunquam ullius delicti ueniã de
diſſe mihi, neque aĩo meo, & eſt honeſtus dicendi modus, gratiã
tibi facio huius delicti. i. ueniã tibi do huius delicti. [Haud faci
le condonabam] Non facile remittebam. [Sed ea tameſi] Supe-
rius per amplificationem cœpit deteſtari coniurationem, & alſo
cutus eſt eos, q̃ voluptatibus dediti, ocium ſibi perpetuũ fore exi
ſtimarent, hanc coniurationem impunitam nullo modó permit
terent, nunc probat illud, dicit, n. ea neque de peculatoribus æra
rij neque de iniurijs ſociorum. [Obulentia negligentiam tolera
bat] Quia adeo negligentes eſſe poteramus, vt copias, & opes
reip. aſſumeremus. Nam opes reip. maiores erant, q̃ negligentia
noſtra. [Bonis an malis moribus] Verum modeſti ſimus in ſocios
noſtros. [Futura noſtra]. i. ſint futura tantummodo poſſeſſionis
noſtræ. [Hoſtium futura] Videlicet, ut nõ noſtra ſolum, ſed cõia
hoſtiũ nobiſcum ſint futura. [Quia bona aliena &c. [Quia cor-
ruptis vocabulis res appellatur. [Audacia malorum]. i. qui audẽt
diruperre aliorum bona. vel interficere inimicos ſuos, vel ſtu-
prare mulieres, fortes uocantur, & hæc talis audaciã malorum re
rum iſtis temporibus fortitudo appellatur. [Eo] Ideo. [In extre-
mo ſita] In extremo & vltimo ſita eſt. [Ita mores ſe habent] Qui
ita uiuunt. [Ex fortunis ſociorum. i. fortunas, atq; diuitias ſocio
rum largiantur. & ſe liberales appellent, [Furibus]. i. ueniã præ-
ſtent peculatoribus reip. [Ne illis ſanguinem]. ſ. & fortunas ſo-
ciorum largiantur, & peculatoribus reip. ueniam præſtẽt, nõ lar-
giantur ſanguinem nrm. [Ne perditum eant]. i. non dent, & eſt
honeſtus dicendi modus [Bene compoſite] Hactenus ſuam con
firmauit orõnem, nunc incipit confutare argumenta aduerſarij
. ſ. C. Iulij Cæſ. [De uita & morte] Cum dixit mortem miſeriarũ
finem, non cruciatũ eſſe. [Falſa exiſtimans diſſeruit. [Diuerſo
itinere] Quia alij itinere camporum Eliſiorum poſſident amœna
loca, alij itinere tartari ingentia ſupplicia proferunt. [Tetra]
obſcura. [Inculta] Siluestria. [Feda] Turpia, & deformia, & fœ
tida. [Formidoloſa] Horrore & formidine plena. [Videlicet]
Cenſuit. [Popularibus] Fautoribus coniurationis. [Condita,]
Scilicet precio. [Audacia plus] Quaſi plus audaciæ non in mu-
nicipijs quàm in urbe, ubi ſunt opes ad defendendum, ne eripiã-
tur per uim. [Si cãto omnium] Nos clare ſuperius uidimus, quo-
modo argumẽtari cœpit Cato aduerſus Cæſ. uideſicet, quod cẽ
ſuiſſes in cuſtodijs habendos per municipia coniuratos & cõfu
tauit illud Cato, quia dixit tutius ſeruare Romæ quàm in mu-
nicipijs ſi tum eorum timeret. Nunc reſpondet ad illam partem
ſi non timet, dicens, ſi ille non timet p. c. nec me uſque ſimul ma
gis timere decet. [Sed in tanto] Eſt pulchra compoſitio, aut timet
aut ſi non timet uanum eſt conſilium ſuum. uidelicet quòd per
municipia diſtribuantur, ſi non timet nobis multo magis timen
dum eſt, & hic latẽter, innuit eum huius cõiurationis conſcium
eſſe. [Eo magis] Tanto magis refert, ad rem pertinet. [Mihi at
que vobis]. i. timere mei cauſa & cauſa ueſtri [Statuetis] Senten-
tiam tuleritis. [Pro certo] Certum hoc ſit, & exploratum uobis
[Decernere] Iudicare & ſententiam afferre, [Illi]. ſ. Cat. & cõpli
cibus ſuis. [Infirmior] Imbecillior. [Languere] Torpeſcere, ad

uindictam eorũ, qui capti ſunt. [Omnes] Catil. cum ſuis militi
bus, quos in exercitu habet. [Feroces aderunt] Vrbem ferociter
inuadent. [Armis]. i. tantum modo armis, ſi res ita eſſet, uidelicet
vt armis tantummodo auctum eſſet imperium noſtrum. [Quip-
pe ſociorum inquam] Si reſpub. tantummodo armis aucta fuiſ-
ſet, nos eam multo maiorem atque ampliorem haberemus. [Il-
lis]. i. maioribus noſtris. [Induſtria] Videlicet retinendi ea, quæ
ipſi perpeterant foris. [Iuſtum imperium] Videlicet nullis iniu-
rijs afficiendo ſocios. [Animus] Non gratia, non metu, non mi
ſericordia commouebatur, ſed ueritatem tantummodo ſeque-
batur. [Obnoxius] Subiectus libidini. nam qui ſibi conſcius eſt
alicuius delicti, uel libidinis, non audet liberam habere ſenten
tiam. [Pro] Videlicet pro induſtria, pro iudicio iuſto, pro conſi-
lio, pro libertate conſulendi. [Pub. egeſtatem] Quia rempub.
nihil omnino curamus, [Priuatim obulentiam] Quia dummo-
do nos diuites ſimus parum curamus quomodo ſe reſpub. ha-
beat. [Laudamus diuitias] Vnum ſequitur ex reliquo, nam quia
diuitiæ nobis placent, ideo ocio torpeſcimus. [Inter bonos, &
malos] Quia nulla differentia ſit ſeu bonus, ſeu malus fuerit.
[Ambitio] Ambire eſt blanditijs circumire. uidelicet fictis blan
ditijs allicere. [Neque mirum] Nunc rationes adducit Cato.
quia adeo corrupti ſunt mores ciuitatis vt nullum diſcrimen in
ter bonos & malos ſit. [Sed]. ſ. qa quæ premia uirtutis ſunt, om
nia ambitio ſequitur. [Neque mirum]. ſ. eſt, non diſcrepare, bo-
num à malo & præmia uirtutis ambitionem poſſidere. [Separa-
tim] Vbi non in commune conſultis, ſed priuatim ſibi quiſque
prouidet. [Vbi domi] Et nõ eſt mirum. [Vbi] Quando. [Volupta
tibus] Edendi, bibendi, viſitendi, exornandi domos veſtras, &
ædificandi eas [Hic pecuniæ, aut gratiæ ſeruitis] Videlicet pe-
cuniæ gratia omnia conceditis, ſi quis pecuniam vobis tradide-
rit, ille in ſenatu conſequitur, quod optauerit. & ſi quis plus gra-
tia apud vos valuerit, facile quidquid voluerit obtinebit. [Eo,]
Id eſt ideo [Vacuam] Deſertam, quia reſpub. defenſoribus nu-
da inuaditur à ſceleratis hominibus. [Coniurauere] Rem om-
nem ante oculos, ponit. vt periculoſior videatur. [Nobiliſſimi]
Quaſi dicat ſi homines humiles conditionibus hoc feciſſent
fortaſſe veniam dandam eſſe cenſerem [Infeſtiſſimam] Scitis
Gallos ſẽper P. R. infeſtiſſimos fuiſſe & ſuperatis alpibus in Ita
liam tranſitum feciſſe, eamq; armis plurimum uaſtaſſe. [Dux]
Catil. ſuper caput imminet nobis, qui iam occupauerat alpes.
[Vos cunctamini] Cui tantum periculum immineat, tergiuer-
ſamini. [Miſerere animi] Irridet Caij Cęſaris ntationẽ per quã
dam ironiam. [Adoleſcentuli] Valde iuuenes. [Per ambitio-
nem] Non ſpe regni ſed ambitione quadam. [Res ipſa] Dicet ali
quis. ò Cato non eſt quod metueris, quia res quidem per ſe aſpe-
ra eſt, ſed non timetur, immo tu. ſ. timeris. [Inertia] Inertiam
corporis, mollitiem animi eſſe uult. [Inertia] Imbecilliate cor
poris. [Mollitie] Effœminationi animi. [Cunctamini] Mora-
mini. [In maximus periculis]. ſ. bellis gallicis omnibus belli pu-
nici, primo, & ſecundo & tertio. [Supplicijs,] Id eſt precibus qa
non ſolum ſupplicium pœna dicitur, ſed etiam preces ſignificat
quia apud maiores, omnis pœna erat pecuniaria, etiam quid in-
terfeciſſet pecuniam ſoluebat, ſed multo maiorem, & quia hac
pecunia mulctaritia, quæ ſoluebat propter ſupplicium eme-
bantur hoſtiæ quæ dijs immortalibus immolarentur, inde con
ſuetudo inoleuit, ut ſupplicium preces ſignificarent. [Vigilan-
do] procurando res. [Agendo] Tractando. [Cedunt] Eueniunt.
[Socordiæ atque ignauiæ] Socordiæ animi & inertiæ corporis
te tradideris. [Sunt,] Scilicet dij. [Hoſtem] Contra hoſtem.
[Egregius adoleſcens] Egregij animi iuuenis. Immoderatæ for
titudinis] Quia præter modum fortis fuit. [Morte]. i. capitali
pœna affectus eſt. [Cetera uita, [Id eſt præter hoc ſcelus, i omni
reliqua vita modeſtiſſimi ac temperantes fuerint. [Cetera] Re-
liqua. [Obſtat hoie] vt. ſ. propter reliquam ante actam uitã hoc
ſcelus remitti debet. [Dijs videlicet] Ne cierarer pro deos. [Ho-
minibus] Videlicet ne homines iniurijs afficeret, [Iterum] Se-
cundo. [Nam quid ego] Ac ſi diceret, eorum flagitia ſatis nota
ſunt vobis. [Quidquam penſi] Aliquid conſiderationis habuiſ-
ſent. [Me Hercule] Peccato locus eſſet, ut peccari poſſet ſine ex
cidio reip. vt demiſſis cõiuratoribus experiamini, quanta perni
cies vobis inſtaret. [In faucibus ita] Videlicet in alpid. [In ſinu]
In gremio uidelicet. [Parant, neq; conſ.] Nam ſi quid occulte fa
cere uoluerimus, cõtinuo coniuratores in vrbe ſunt, qui cõſilia
noſtra palam faciant Catil. [Quare ego] Ecce nunc ſententiam
ſuã cõcludit. [Nefario] Scelerato, non dicendo cõtra deorũ iura
[Conſilio] Quia nefas ptinet ad deos & contra deos facit, q̃ pa-
triæ nocere machinaẽ. [In maxima] Videlicet vt ĩperiũ amitte
re.

ret.[Titi Vulturcij]Quia facta fide pub. dixit de coniuratione. [Conuicti] Sunt argumentis confeſſi ſua ſponte, nam conuincimur argumentis, cõfitemur ſponte noſtra. [Fœda] Cruenta. [Cõfeſſi] Nam ſi confeſſi ſunt, ideo manifeſti. [More maiorum] Antequam lex Porcia ferretur, nam lex fuit vt ciues qui contra rẽp. quidquam patrauiſſent, capite punirentur. ſicut Brutus duos filios virgis cædi & ſecuri percuti iuſſit, quòd conſilia prodendæ vrbis ſumpſerunt. Val. lib. 5. cap. 8. de ſeueritate parentum in liberos: Brutus quoque gloria par Romulo, quia ille vrbem, hic libertatem Rom. condidit. Filios ſuos dominationem Tarquinij à ſe expulſam reducentes ſummum imperium obtinens comprehenſos, proq. tribunali virgis cæſos, & ad palum religatos ſecuri percuti iuſſit, & pater vt conſulem ageret, orbusq. viueret, quàm publicæ vindictæ deeſſet maluit.

CARL. LONGE aliena] Diuerſa. [Catonis oratio in del. eſt] Beneuolentiam captat ab auditorum perſona, appellando eos à nomine dignitatis, & à propria perſona cum demonſtret in ſenatu pro communi vtilitate concionem habuiſſe. Arg. ſumitur ab honeſto, honeſtum eſt pro ſalute patriæ coniuratos interficere, & à tuto quia tutiores erunt ſi de his ſumpſerint ſupplicium, cum Catil. iam vrgeat Italiam exercitu. Varias ſententias cõfutat Cato per confirmationem & ſubiectionem. [Illi mihi] Nunc proponit. omnis propoſitio ex duabus rationibus ſaltem conſtare debet. [Diſſeruiſſe] Diſputaſſe. [Reo] Difficultas. [Nam cętera] Prima propoſitionis ratio. [Facta] Commiſſa. [Iudicia] Vt puniantur. [Capta vrbe] Secunda propoſitionis ratio. [Fit victis] Nihil in victoris poteſtate remanet. [Appello] Ad vos conuerto ſermonem ò ciues [Villas ſigna] Articulus eſt. [Amplexamini] Tanto teneris affectu. [Capeſſite] Defendite. [Vectigalibus] Prouentibus reip. [Sæpenumero] More Catoniano digreditur & eſt expolitio. [Luxuria] Intemperantia. [Aduerſos] Infenſos. [Mihi & animos] Dictis & factis. [Condonabam] Tacebam. [Sed ea] ſ. verba mea. [Opulentia] Diuitiarum affluentia. [Tolerabat] Suſtinebat. [Negligentiæ] Ignauiam Romanorum. [Agitur] Queritur. [Miſericordia] Vt diffinit Sen. in ſecundo de Clementia, eſt ægritudo animi ob alienorum malorum ſpeciem, quæ nõ viris, ſed mulieribus conuenit. [Amiſſius] Quia ſi ſceleſtus plectitur, illa quæ iuſtitia eſt, appellatur crudelitas, cum. vt ait Sen. tam omnibus ignoſcere quàm nulli crudelitas ſit. ergo ille qui miſericordiam nocẽtibus præbet crudelis eſt, quamuis ea venia ab imperitis miſericordia dicatur, cum re vera non ſit. [Sociorum] Confœderatorum. [Sanguinem] Vitam. [Compoſite, eleganter. eſt enim ſpecialis confutatio. [Diuerſo itinere] Quia boni ad elyſios tendunt, mali autem in inferno cruciantur. Vnde ait Plato, Anima ſi intemerata exierit de corpore, ſuperna ſportitur, ſi polluta, relegatur ad inferos, [Formidoloſa] Horrẽda [Pecunias] patrimonia. [Publicandas] Confiſcandas. [A popularibus] Fautoribus. [Quare vanum] i. futile. firmiſſima argumentatio eſt cum ſubiectione. [Decernere] Ferre iudicium. [Languere] Deficere animo [Feroces] Terribiles [Armis] Militum multitudine. [Sed alia] Præter arma. [Magnos] Potẽtes. [Induſtria] Exercitatio. [Inter bonos & malos] Vnde Sen. in primo de Clementia ait. Vbi diſcrimen inter bonos & malos ſublatum eſt, cõfuſio ſequitur & vitiorum eruptio. Itaque adhibenda eſt moderatio quæ ſanabilia ingenia diſtinguere à deploratis ſciat, nec promiſcuam habere clementiam oportet. [Sibi] Ad propria cõmoda. [Hic] In ſenatu. [Pecuniæ] Quia propter præmium datis ſententias. [Vacuam] Sine defenſoribus. [Miſeramini] Ironia. [Si illi] Coniurat. [Non votis atque] Sententia. [Bello Gallico] Liuius & Val. Max. bello Latino fuiſſe ſcribunt, Dionyſius quarto lib. bello Gallico. [Contra imperium] Sine imperio patris. [Cunctamini] Hæſitatis. [Cetera vita] Ante acta in qua boni fuere. [Obſtat] Impedit ne puniantur in hoc ſcelere. [Si famæ] Quia contaminatus fuit iterum, nam prius in coniuratione Piſonis fuit. [Ipſe te.] In effectu. [Vrget] Inſtat. [More maiorum] Non ſecundam legem Porciam.

ET cum ſententias nonnullorum ipſe mecum reputo] Dee è manuſcriptis, mecũ ipſe reputo. Nec aliter Florentinum. [Nõ nunc agitur de vectigalibus, neque de ſociorum iniurijs] Codex Fabricianus, non de ſociorum iniurijs. Id quod & acrius eſt & lepidius. Eodem modo ex impreſſis quidam. [Paulò poſt, Multoſque mortales ob eam cauſam aduerſos habeo] In manuſcriptis eſt, vt & impreſſis vetuſtioribus, Multoſque mortales ea cauſa &c. pro, ob eam cauſam. Quomodo Terent. Nec tu ea cauſa miſeris hæc quæ facis. Idem, Et ex me hic reſtituiſſe gratia pro, eius rei gratia. [Aut quàm magnificum imperium Rom. populi ſit] Manuſcripta, populi Rom. vt ſequatur adiectiuum, id quod ſonantius eſt. [Sed hæc cuiuſcunque modi videntur] In manuſcripto quodam eſt, Sed cuius hęc cunque modi vñr. vt ſit, τμῆσις, quomodo & exemplar habet & Beroaldinũ. [Paulò ante in hoc ordine de vita & morte diſſeruit] In hoc ordine, non eſt in impreſſis quibuſdam, licet in manuſcripto ſit. [Quaſi vero mali atque ſceleſti tantum modo in vrbe, & non per totam Italiam ſint] In Fabriciano omiſſa illa Et copula, nõ per totam Italiam, legitur. Quamuis ſecus in alijs. [Si ita res eſſet, multo pulcherrimam eam nos haberemus. [Volumen Fabricianum] Si ita eſſet. nec additur ibi Res, atque hoc modo etiam Aur. Aug. in 5. de ciuitate dei citat. Vtrunque autem rectè dicitur, ſic eſt, & ſic res eſt οὕτως ἔχει, & vtroque Terent. in Andria vtitur. [Inter bonos & malos nullum diſcrimen eſt] In manuſcriptis, diſcrimen nullum, omiſſo verbo ſubſtantiuo. nec aliter Aug. 5. de ciuitate Dei. cap. 12. [Gallorum gentem infeſtiſſimam Rom. nomini ad bellum accerſunt] Codices in pergamenis deſcripti, nomini R. ac ſic rectius legitur. Sed & arceſſunt ibidem, nõ accerſunt. quãuis eodem ſenſu. [Miſereamini cenſeo: deliquere homines adoleſcentuli per ambitionem] Sic & manuſcriptum & alia ferè. Sed Merſeburgenſe & Schurretianum, miſeremini. perperam videlicet. τὸ Cenſeo, hic ad ironiam facit. Neque enim hoc vult Cato, miſericordiam eſſe deprehenſis intra mœnia hoſtibus impertiendam, ſed grauiter in eos animaduertendum, & ſeuere iudicandum. Propterea & ironicam extenuationem criminis addit, quo nullum atrocius eſſe poterat. [Næ iſta vobis manſuetudo & miſericordia, ſi illi arma cœperint, in miſeriam cõuertetur] Hic exemplar Fabricianum in miſeriam vertet, idq. cum vetius multo, tum elegantius. pro, vertetur & commutabimur. Tacitus, Aſtuſq. hoſtium in perniciem ipſis vertebat. Idem, Seu temere lapſa vox in præſagium vertit. Liuius, Veteraq. Scipionum inuidia in prætorem. Idem in perniciem adoleſcenti verterunt. Sic Cn. Velleius in annalibus apud Gellium, Poſtquam tempeſtas ſedauit, inquit pro, ſedata eſt. Pro paſſiuo n. actiuũ poſuit. & Varro apud eundem, In peiore verbo graues proſodię quæ fuere manent, reliquæ mutant, inquit, pro, mutantur. Liu. 9. Dec. 4. Mores quidem P. R. quantum mutauerint, vel hic dies argumento erit. Idem 8. bel. Pun. 2. Non ſepties die, ſicuti fama fert, temporibus ſtatutis reciprocat. pro reciprocatur. Suetonius, Quoties terra in vrbe mouiſſet. pro, mota fuiſſet. Talia apud Virgil. Nox humida cœlo præcipitat. & Ingeminant auſtri. pro præcipitatur, ingeminãtur. Niſi quis eclipſim eſſe malit pronominis, Se Quomodo ni fallor in illo, Accingũt omnes operi. &, Tum prora auertit. Liu. 2. ab V. C. Secuti dedita opera paſſim ad illecebras propulſa pecora, præcipitauere in inſidias. Hic præcipitare paſſiue poſitum videtur. Quamuis Adrianus ferè ſemper veteres ita fuiſſe locutos annotauit, maxime quoties de ſideribus aut tẽporibus mentio incideret. Cęſar, Hyems iam pręcipitauerat, inquit. Eſt & apud Ciceronẽ, Sol iam præcipitans. Sed & alijs de rebus loquentes hoc verbo in hunc modum vtimur. vt Cic. Fibrenus ex eo loco præcipitat in Lirem. &, Loca vbi Nilus præcipitat ex altiſſimis montibus. Idem, Præcipitantem igitur impellamus, & perditum proſternamus. Sic apud eundem præcipitãtem retine, præcipitanti reip ſubuenire &c. quę omnia paſſiue intelligenda eſſe vide. Sed ad inſtitutum. Eſt in quibuſdam perperam, Vereor ne iſta mãſuetudo &c. Qua in re lapſus eſt Felicius quoque Durantinus. Nam vt exemplarium cõſenſum omittam, Donatus in Andriam Hunc locum ita, citat, vt nunc vulgo legitur. Eſt autem nę diphthongo ſcribendum, idemq. omnino eſt, quod Latinis profecto, & illa iurandi particula Mediusfidius. Cic. Næ iſti vehementer errant idem, Næ tu ſi id feciſſes, melius famæ tuę conſuluiſſes. Interdum idem coniungit Næ & Mediusfidius, velut ad Atticum alicubi, & in quæſtionibus Tuſculanis. [Vbi ſocordiæ te atque ignauiæ tradideris, nequidquam deos implores. Seruius in tertio Georg. ſic citat, Vbi ſocordię te &c. quod vt mihi quidem valde placet, ſic nullo in exemplari, quod ſciã, reperitur. [Niſi iterum iam patriæ bellũ fecit] In manuſcriptis eſt, niſi alterum iam patrię &c. ſenſu tamẽ eodem. Quod in quibuſdam Intulit legitur, id ex gloſſa irrepſiſſe ſuſpicor. Paulo poſt, [Facile pateret vos ipſa re corrigi, quoniam verba contemnitis] Ita codices in membrana deſcripti. Perperam in Gymnico & alij, verba mea. Nam verba in genere, opponit ipſi rei. Sed & Baldianum exemplar ſic habet, & Beroaldinum. [Quare ita cenſeo] In manuſcriptis additur Ego. haud male, vt opinor. Paulo poſt. [Cędem incendia, aliaque ſe fœda atque crudelia &c.] In manuſcriptis eſt, aliaq. fœde, omiſſo pronomine Se, idq. melius.

A. MANLIVS Torquatus bello Gallico] Liu. lib. VIII. ac Cicero III. Officiorum ſatis concorditer hunc Titum, non GLAR.

Aulum nominant, & bello Latino id factum, non Gallico. Vetus codex omiſerat prænomen. Quãquam libro quarto de Aul. Poſtumio Tuberto tale quiddam memoriæ proditum ait, cui tamen ipſe non ſubſcribit. Val. Maximus lib. II. de diſciplina militari, de vtroque eandem ſcribit hiſtoriam. Ideo hoc ab auctoribus varie traditum videmus, quod nos ea de cauſa admonẽdum duximus, ne in his codices temere, vt fieri ſolet, emendẽtur. [Catilina cum exercitu in faucibus vrget] Riſum hoc loco mouerũt mihi ieiuni illi commentatores in hunc auctorem, quorum alius exponit in faucibus. ſ. ad deuorãdum, alius, In faucibus. i. introitu ciuitatis, tertius In faucibus Italiæ i. in Alpibus. Cęterum non omnes codices habent Italiæ. Idemque malim quando hoc tempore Catilina cum exercitu in Hetruria erat exponere, In faucibus Apennini, quæ ipſæ tamen ſunt Italiæ.

ASCENSIVS.

LONGE aliena] In hac oratione Cato diſerte & fortiter reſp. conſulit pro magnitudine animi decernens vnde à clementia Cæſaris alienus etiam aliena vtitur oratione, quod in principio innuit dicens. [O patres conſcripti cum]. i. quando, ego conſidero res. ſ. commiſſas, aut potius negocia & vtilitates noſtras, & pericula noſtra in quibus erimus ſi illi ſeruenerint, & cum ſæpe reputo mecum ſententiam nonnullorum præcipue Cæſaris, eſt mihi mens longe aliena .i. abhorrens ab opinione eorum. [Illi videntur mihi deſeruiſſe]. i. diſceptaſſe & decreuiſſe. de pœna eorum qui parauere, Patriæ. ſ. vbi in qua nati ſunt, & parentibus, & aris. ſ. deorum hoc eſt templis, & focis. i. domibus priuatis aut dijs laribus, bellum, pro quorum omnium protectione iuſtum ferè bellũ ſumitur. [Autem pro ſed, res]. i. vtilitas aut negocium expediens, monet magis cauere ab illis. ſ. coniuratis, quam conſultare quid ſtatuamus in illos. i. contra illos. [Nam tu] .i. quilibet veſtrum, perſequere. i. poſſit perſequi & punire ceteros maleficia, vbi. i. poſtquam ſunt facta. & niſi prouidetis .i. quilibet veſtrum prouiderit, ne hoc ſ. maleficium coniuratorum accidat, tu implores. i. quilibet imploret fruſtra. i. in vanum iudicia. i. executionem iuſtitiæ, vbi .i. poſtquam euenerit, quia ipſi & iudices & occiſores erunt, nam nihil reliqui. i. quod relinquatur victis, ſit capta vrbe. i. ſi vrbs fuerit ab illis capta. Sed per deos immortales ſup. adiuro ut uerum fateamini, ego appello. i. alloquor uos. ſ. ſenatores qui feciſti. i. reputaſtis ſemper pluris. i. maiori precio æſtimãda, domos. ſ. in vrbe, uillas. i. domos in agro, ſigna. ſ. ad viuum exculpta, tabulas ueſtras ſ. arte ſieme ſe dedictas. i. delicias veſtras, quàm remp. Et ita curſim taxat mores illorum, ſi vultis retinere iſta. ſ. oblectamẽta veſtram quæ amplexamini. i. tã chara habetis cuiuſmodi ſint. i. ſiue laudanda ſiue uituperãda, quia de ſe bona non ſunt, ſi uultis præbere ueſtris uoluptatibus ocium. i. ſpacium & tẽpus, ſine quo nullæ ſint, expergiſcemini. ſ. de ſopore torporis, & ignauiæ aliquando .i. tandem & capeſſite. i. acceptum ire remp. Nam nõ agitur. i. non diſceptatur nunc de uectigalibus. i. redditibus & penſionibus reip. neque de iniurijs ſociorum. ſ. ulciſcẽdis, libertas noſtra & anima. i. uita noſtra eſt in dubio. i. in periculo. O patres conſcripti ego feci ſæpenumero in hoc ordine. ſ. ſenatorio, uerba. i. locutus ſum & queſtus ſum ſæpe de luxuria atque auaritia ciuium noſtrorum. & habeo ea cauſa. i. propter ea multos mortales. i. homines aduerſus. i. inimicos mihi quia ego qui nullus delicti gratiam. i. ueniam feciſſem mihi atque animo meo, haud facile condonabam. i. remittebam libidini alterius delicta [Sed ea tametſi paruipẽdebatis. ea]. ſ. uerba mea, tamen reſp. erat firma, quia opulentia eius tolerabat. i. ſupportabat negligentiam. ſ. ueſtram. Nunc uero non agitur in uiuamus bonis moribus an prauis neque quantum aut quã magnificum ſit imperium Populi Rom. ſed cuiuſcunque modi uidẽtur hæc. ſ. mores & imperium, agitur an ſint futura noſtra, an hoſtium, una. i. pariter nobiſcum, quia & nos, ſi uicerint, in eorum poteſtatem erimus. Nominat. i. nonne quiſquam nominat. ſ. audet etiã nominare mihi. i. cuilibet hic. i. in hac re manſuetudinem & miſericordiam, q. d. illis nullum penitus eſſe locũ. Equidem. i. certe [Cicero accipit in prima perſona pro egó quidem] nos amiſimus iampridem [ubi tam pridem præterito iungitur & rei non perſiſtẽti] uera uocabula rerum, quia largiri bona aliena uocatur liberalitas, cũ ſit rapinoſa prodigalitas, audacia malarum rerum uocatur fortitudo, cum ſit uitium illi contrarium peccans per abũdantiam, eo. i. propterea reſp. eſt ſita. ſ. locata in extremo. i. ultimo gradu aut æſtimationis aut durationis. Sanè ſint. i. permittatur à me quidem ſi liberales ex fortunis. i. diuitijs ſociorum, quoniam mores ita ſe habẽt ut tales liberales uocentur & honorentur, miſericordes ſint. i. reputentur in furibus i. inter fures ærarij. i. theſauri publici, aut ſint tales miſericordes in furibus pro in. i. erga fures ærarij. ne tamen miſericordes largiantur illis. ſ. furibus ærarij, & peculatoribus, ſanguinem noſtrum. i. etiam uitam noſtram, & ne erant perditum. i. ne perdãt bonos omnes dum parcunt paucis ſceleratis. C Cæſar diſſeruit. ſ. diſputauit paulo ante, ſupple me, bene. i. artificioſe ſecundum quod bonum uocamus artificioſum & peritum, ut, Cur non Mopſe boni quoniam conuenimus ambo &c. & compoſite, decenter, in hoc ordine i. coram nobis de uita & morte. aſſerens uidelicet mala non eſſe quæ in hac uita non ſunt, in quo te errauit. unde ironia non uacat quod dicit bene & compoſite. Nã ſubdit, Credo. ſ. quòd diſſeruit ita exiſtimãs falſa ea quę memorantur de inferis: [Vnde Iuuen. Eſſe aliquos manes & ſubterranea regna &c. Nec pueri credunt niſi qui nondũ ęre lauantur. ſ. exiſtimans falſum eſſe, malos habere itinere diuerſo a bonis loca terra. i. obſcœna & obſcura, inculta i. neglecta, fœda i. immũda, atque formidoloſa. i. plena formidinis paſſiue. [Itaque. i. & ita cenſuit pecunias eorum]. ſ. deprehenſorum publicandas. & ipſos. ſ. deprehenſos eſſe habendos in cuſtodijs per municipia. i. in municipijs, uidelicet timens ne ſi ſint Romæ ipſi eripiantur per uim, aut à popularibus. i. fautoribus coniurationis, aut à multitudine ſ. perdita & ære alieno oppreſſa, quaſi uero mali & ſceleſti ſint tantummodo in urbe, & non ſint ſup. diſperſi per totam Italiam. Aut quaſi audacia non poſſit plus ibi. ſ. in municipijs, ubi minores opes. i. potentiæ ſunt ad defendendum. Quare equidem. i. certe hoc conſilium eſt uanum. i. friuolum & inutile ſi metuit periculum ex illis. ſ. deprehenſis, & ſi ſolus omnium non timet. ſ. Cæſar in tanto metu. Comunium. eo magis conuenit [alij refert legunt] me timere mihi & vobis. Quare. i. quamobrem cum ſtatuetis de P. Lent. & de ceteris ſ. deprehenſis, habetote pro certo vos decernere ſimul de exercitu Catil. & omnibus coniuratis. [Quanto uos &c.] Ex hac oratione clare perſpicitur ſeueritas & acrimonia Catonis, qui ceteris hæſitantibus fortiter agendum cenſuit vt ſub ordine patebit qui talis eſt. O patres conſcripti quãto attentius, i. diligentius agetis uos ea quæ contra coniuratos dicta ſunt, tanto infirmior animus erit. ſ. coniuratis. Si coniurati viderint vos languere. i. more languentium remittere animos paululum, ipſi omnes aderunt iam. i. paulo poſt. feroces. ſ. propter ſucceſſum, unde Maro Æn. v. Hos ſucceſſus alit, poſſunt quia poſſe uidentur. O patres conſcripti nolite exiſtimare maiores noſtros feciſſe remp. magnam ex parua, immo ex minima vt Liu atteſtatur in præfatione & docet lib. i. armis. i. per arma ſeu bella, ſi eſſet ita. i. vt multitudine armatorum aut vi armorum reſp. augeri poſſet, non haberemus eam multo pulcherrimam, quippe. i. quia certe maior copia ſociorũ atque ciuium, præterea. i. inſuper armorum atque equorum eſt nobis, quàm illis. ſ. maioribus noſtris. Sed alia. i. aliæ res fuere quæ fecere illos. ſ. maiores noſtros magnos, quæ nulla. i. non, aut penitus pro nulla parte ſunt nobis, uidelicet, induſtria. i. naturalis gnauitas & ſolertia, domi. i. cum eſſent in pace & iuſtum imperium foris. i. erga externos, & animus liber. i. nulli paſſioni ſeu affectioni obnoxius in conſulendo, hoc eſt neque obnoxius delicto. i. peccato commiſſo, neque libidini. i. malæ uoluntati ad cõmittendum. Nos habemus pro his. i. loco harum uirtutum luxuriam & auaritiam, & egeſtatem pu. id eſt in rep. & opulentiã. i. abundantiam opum & diuitiarum priuatim. i. in propria cuiuſque poſſeſſione. Nos laudamus diuitias & ſequimur inertiam. i. ignauiam & ſocordiam. i. vitã ſine arte & induſtria. Nullum diſcrimen. i. nulla differẽtia, eſt. i. reputatur apud nos, inter bonos. i. fortes ſtrenuos & iuſtos, & malos. i. ignauos & iniquos. [Ambitio]. i. ſuperba petitio bonorum poſſidet omnia præmia uirtutis. i. omnes dignitates debitas his in quibus eſt uirtus. Neque mirum ſub. i. ubi. i. quando quidem uel poſtquam uos capitis conſilium, non in commune, ſed quiſque ſibi. i. pro utilitate ſua, ſeparatim. i. à conſilio alterius. Vbi. i. poſtquam uel quandoquidem uos ſeruitis. i. indulgetis domi uoluptatibus, & hic. i. in foro & ſenatu, hoc eſt in pub. pecuniæ. ſ. plus offerentis, aut gratiæ. i. amicitiæ plus amati. eo. i. per id fit vt impetus fiat in remp. uacuam i. exhauſtam & deſertam. Sed ego omit. hæc. ſ. alia minus pernicioſa. [Ciues nob. con iu. incẽdere patriam] ſ. ſuam & noſtram, acceſſiuerunt. i. aduocauerunt &. ſollicitauerunt gẽtem Gallorum infeſtiſſimam i. nocẽtiſſimam nomini Roma. i. nationi Romanæ, dux hoſtium. ſ. Catilina, eſt cum exercitu ſupra caput. i. imminet nobis; vos cunctamini. i. moram trahitis etiam nunc. ſ. in tanta re, ac dubitatis, quid. ſ. pœnæ ſtatuatis hoſtibus deprehenſis intra mœnia. Ego cenſeo miſeramini, ſi ſupp. aut

quia

quia[& eſt ironia]homines adoleſcentuli deliquere per ambitionem, atque dimittatis etiam armatos.ſ.in patriã. Ego uereor ne iſta i.contemnenda manſuetudo & miſericordia, conuertatur nobis in miſeriam, ſi illi.ſ.coniurati ceperint arma. Scilicet .i.ſcire licet quid ſit, res.i coniuratio eſt aſpera, ſed uos nõ timetis eam, immo licet diſſimuletis, maxime, ſed uos cunctamini expectantes alius alium. i.vos mutuo, & inertia & mollitia. i.per inertiam & mollitiem animi veſtri, cunctamini dico, velut cõfidijs immortalibus, qui ſeruauere, hanc.i. noſtram remp.ſæpe in magnis periculis. Sed erratis quia auxilia deorum non parãtur .i.acquiruntur, uotis.i.per vota, neque ſupplicis, per ſupplicationes, muliebribus.i.quę fiunt leui animo more mulierum.omnia cedunt proſpere.ſ dijs id agentibus, uigilandu, agendo, & bene conſulendo. [Vbi eta. te.].i. quilibet tradiderit ſe ſocordiæ . i. torpori qui eſt ſeorſum à corde & ignauiæ, tu implores.i.plorando inuoces, ne quidquam.i.fruſtra deos quia ipſi ſũt tibi irati & infeſti.. A. M. T. iuſſit apud maiores noſtros.i. priſcis temporibus in bello Gal.necari filium ſuum.quòd is.ſ.filius pugnauerat etiam feliciter, in. i.contra hoſtem.ſ Gallum contra imperium,ſ. patris. Atque il.ſ.filius Tor.adoleſcens egreg.dedit morte pœnas uirtutis immoderatæ, quia inobediẽtis [Vos cunctamini] .i.hæſitatis, quid ſtatuatis.i.conſtituatis; de parricidis crudeliſſimis qui in patriam coniurauerunt? Videlicet]ironice]cetera uita eorum obſtat huic ſceleri.i.punitioni huius ſceleris . [Verum parcite dignitati Lentuli ſi &c.] q.d.quia ipſe non pepercit nec vos pracatis. Ignoſcite adoleſcentiæ Cethegi, niſi.i.ſi non eſt uerum quod intulit iterum bellum patriæ. Nam quid ego loquar de Gabinio, Statilio, Cæpario? quibus ſi fuiſſet.i.ipſi habuiſſent vnquam quidquam penſi.i. conſiderati non habuiſſent de rep.ea.i.talia conſilia. poſtremo patres conſcripti ſi locus eſſet peccato.i.peccatũ tolerari poſſet, me Hercule.ſ.ita iudicante vt verum dico, ego paterer facile uos corrigi.i.caſtigari, ipſa re.i.euentu malo quoniam uerba admonitoria.ſ.contemnitis ubi non apte additur mea . Sed nos ſumus circumuenti undique. Catilina cum exercitu urget.ſ.nos aut Italiam faucibus .ſ. ad deuorandum. Alij hoſtes ſunt intra Mœnia, in ſinu.i.complexu urbis, neque quidquam poteſt à nobis parari neque conſuli occulte, quo.ideſt.quanto aut quo circa eſt magis properandum. Quare ego cenſeo ita, cum.i.quandoquidem. reſp.uenerit in maxima pericula, conſilio neſario ciuium ſceleratorum, & hi.ſ.ciues ſunt conuicti indicio Vulturcij & legatorum allobrogum & confeſſi parauiſſe cædem incẽdia & alia facinora fœda atque crudelia in ciues & patriam, cenſeo inquam ſuppliciũ ſumendum more maiorum de confeſſis, ſicuti de manifeſtis.i.manifeſte reis rerum capitalium.

POSTQVAM Cato aſſedit, cõſulares omnes, itemq́. ſenatus magna pars, ſententiã eius laudant, uirtutem animi ad cœlum ferunt, alij alios increpantes, timidos uocant. Cato, magnus, atque clarus habetur, ſenatus decretum fit, ſicut ille cenſuerat. Sed mihi multa legenti, multaq. audienti, quæ populus R. domi, militiæque, mari, atque terra præclara facinora fecit; forte libuit attendere, quæ res maxime tanta negocia ſuſtinuiſſet. Sciebam ſæpenumero populũ R. parua manu, cum magnis legionibus hoſtium contendiſſe, cognoueram paruis copijs bella geſta cum opulentis regibus. Ad hoc, ſæpe fortunæ violentiam tolerauiſſe: facundia Græcos, gloria belli Gallos, Romanos ante fuiſſe. Ac mihi multa agitanti conſtabat, paucorum ciuiũ egregiam virtutem cuncta patrauiſſe: eoq́.factum, vti diuitias paupertas, multitudinem paucitas ſuperaret. Sed poſtquam luxu atque deſidia ciuitas corrupta eſt. rurſus reſp. magnitudine ſua imperatorum, atque magiſtratuum vitia ſuſtentabat: ac veluti effœta parentũ, multis tẽpeſtatibus. haud ſanè quiſquam Romæ virtute magnus fuit. Sed mea memoria, ingenti virtute, diuerſis moribus fuere duo viri M. Cato, & C. Cæſar: quos quoniam res obtulerat, ſilentio præterire non fuit conſilium, quin vtriuſque naturam & mores quã tum ingenio poſſem, aperirem.

POSTQVAM Cato aſſedit] Nunc dicit quid fecerint ſenatores, perorata Cato. oratione. [Aſſedit] .ſ. perorata oratione. [Omnes conſulares] Omnes conſulares, qui conſulatum geſſerant. [Ferunt,]Efferunt, extollunt. [Sed mihi multa]Digreſſionem facit, in qua oſtendit, quæ nam res fuerit, quod à paruulo initio reſp. Romana ad imperium totius orbis terrarum peruenerit. [Multa legenti] Multas hiſtorias. [Audienti] A maioribus, à ſenatoribus. [Domi] In pace. [Mari, atque terra] Bello terreſtri, atque nauali. [Attendere] Diligenter conſiderare. [Quæ res] .ſ. bello paceq́. geſta. [Parua] Parua turba [Magis legionibus hoſtium] Duabus legionibus Lucullus contra Mithridatem & Tigranem pugnauit, qui in exercitu quinquaginta millia hominum habuiſſe dicuntur. vnde Cicero in oratione pro Archia poeta cum Lucullum laudaret, vt Populi Rom.exercitus, non cum magna manu innumerabiles armatorum copias fudit. [Violentiam] Vt aduerſus Annibalem, aduerſus Gallos. [Facundia Græcos] Quia Græci ſemper Romanis eloquentia, Galli iiſdem Romanis bellicis rebus ſuperiores extiterunt. [Fuiſſe ante Romanos].i. ſuperiores fuiſſe Romanis, & eſt idoneus dicendi modus. Petrus eſt ante Ioannem virtute i. Petrus præſtat Ioannem virtute. [Agitanti] Cogitanti. [Conſtabat] Manifeſtum erat. [Patrauiſſe] Confeciſſe cuncta. quæ ad augendum imperium Populum Rom pertinuiſſent. [Eoq. factum eſt] Quia egregia virtus paucorum omnia comparauerat Populo Rom. ſequitur illud, vt paupertas diuitias, & paucitas ſuperaret multitudinem. [Poſtquam luxu:] Quia occurrebat, ſi paupertas diuitias, & paucitas multitudinem ſuper. quomodo ergo tantum imperium permanſit cum nec virtus, nec parſimonia remanſerit in vrbe? Reſpondet Sal. luxu, luxuria, ſuperfluitate. [Deſidia] Inertia. Nam deſes dicitur, qui labore deſiſtit. [Suſtentabat]Quia ad eam magnitudinem peruenerat vt euerti non poſſet vitijs imperatorum. [Sicuti effœta] Diu inquit ciuitas parentibus, quaſi orba ſine magnæ virtutis ciuibus fuit, [Effœta]Sine ſi reſp. eſſet priuata & orbata parentibus. Nam mulier dicitur eſſe effœta cũ partum ediderit. aut eſſ ęta caſus ablatiui eſt, vt ſit effœta.ſ.exiſtente. [Sed memoria mea]Poſt magnum temporis interuallum ætate mea inquit Saluſtius duo præſtantiſſimi viri in vrbe Romana inuenti ſunt, C. Cæſ. & M. Cat. & vide quomodo poſt digreſſionem ad id peruenerit, quod intendebat, videlicet vt de virtutibus C.Iulij Cęſaris & M.Catonis diceret. [Res obtulit] .ſ.dicendo de orationibus, quas vterque in ſenatu habuerit. [Non fuit conſilium] Non placuit. [Præterire ſilentio] Non nihil de virtute eorum prædicare. [Naturam] Ingenium. [Mores] Conſuetudines vitæ. [Quantum ingenio poſſem] Quantum viribus ingenij valerem.

TIMIDOS] puſillanimes. [Magnus] .i.magnæ fortitudinis. [Sicut ille cenſuerat] Non mirum ſi Catonis ſententiam approbauit ſenatus, erat enim magnæ apud omnes auctoritatis. & vt ait Plut.in Demoſthenis vita, plerunque probatus vir, & fidelem populum habens, vno verbo vel nutu longas aliorum orationes exuperat. [Domi]In remp. [Maxime]Præcipuæ. [Tanta negocia]Tanta difficillima bella. [Contendiſſe]pugnaſſe. [Violentiam fortunæ]Impetum, quia quamuis fracti, tamen non deiecere animum. [Conſtabat]Certum erat mihi. [Patrauiſſe]Aliter parauiſſe. [Luxuria] Intemperãtia. [Ciuitas]Ciues ipſi. [Magnitudine ſua]Opulentia. [M.Catonis] .ſ. Vticenſis. [Ne quid nouaretur] Appianus: Veritus itaque Cicero, ne inſtante nocte aliqua coniuratorum manus in foro exurgeret, ac pro illis pariter & ſe ipſo ſolicitus ne quid dirum aut fœdum molirentur, vtilius eſſe ratus, cum ſenatus in curia adhuc eſſet, celeriter nullo iudicio rem conficere vnum quenque ex coniuratis in carcerem duci imperat. Ibidemq́. multitudine inſcia ſupplicio affecit. Ceteri metu territi hinc inde dilabuntur. Eo modo ciuitas territa paulisper reſpirauit.

SENATVS decretum fit, ſicut ille cenſuerat]Exemplar Fabricianum, ſicuti ille cenſuerat, ſed & raſa ibi cultello erat vltima in ſenat. vt ſuſpicer ibi fuiſſe ſenati decretum. quomodo & alias ferè Saluſtius. Priſcianus quidem certe hic legit, Senati. ut ſit genitiuus antiquus. Eodem modo Donatus in Hecyram Terent. vbi adnotat veteres tumulti & ſenati dicere ſolitos. Sic ſupra Sal. Igitur ſenati decreto Q. Martius Rex &c. pro ſenatus decreto. quod ipſum & Nonius obſeruauit. Illud hic obiter addam ex Cic.ad Atticum, non dixiſſe Catonem primum ſententiam de animaduerſione, ſed omnes ante eum, præter Cæſarem. Cur ergo in ſententiam Catonis? Quia verbis, inquit, luculentioribus, & pluribus, rem eandem comprehenderat. Mox, vibi leuiter innuit, non ſe retuliſſe ſolum ſed & patefeciſſe & cohorta-

VALLA

MVR

tum eſſe, & ante preterea quam conſuleret, ipſum iudicaſſe. Quę omnia, inquit quia Cato laudibus exulerat in cœlum, perſcribendaq; cenſuerat, iccirco in eius ſententiam eſt facta diſceſſio. [Sed mihi multa legẽti, multaq; audienti] In manuſcriptis duobus eſt omiſſa illa. Quę cõiunctio σγλλετικη ſicut in Beroaldino quoque. Id Saluſtianum magis eſſe uidetur. [Ad hoc ſepe fortunæ violentiã toleraniſſe] Muſſetbusgenſe, toleraſſe. ſublata è medio ſyllaba per Syncopam. Paulo poſt. Ac veluti effœta parente multis tempeſtatibus. haud ſanè quiſquã Romæ virtute magnus fuit] Hic perperam alij, parentum. quo quidem & manuſcripti Codices, & alij vetuſtiores. Quãuis autem & Marinus quiſpiam Scodrenſis hoc modo legendum contendat, tñ, quod bona eius venia dictum velim, nequaquã probo interpretationem eius, vt quæ totũ mihi Saluſtiani loci corrũpere ſenſum videantur. Nam & perperam per tempeſtates, ipſe calamitates intelligit, & per parentes, minores, quamuis aſtipulatorem habeat Iacobum quendam Bononienſem. Ego vero patente legendum arbitror, vt Beroaldinum habet exemplar. & hoc Saluſtium dicere velle puto neminem iam multo tpe Romę virtute præſtantem & egregium extitiſſe. idq; velut effœta parente, hoc eſt, tanq̃ iam exhauſta & defecta uiribus vrbe Roma, quæ quaſi parens eſt ciuium Romanorũ. Eſt autẽ elegans metaphora à fœminis, quæ frequenti aut ægro partu nõ amplius pariant. Qua tralatione & Virgilius effœtos agros dixit, quaſi continua fertilitate laſſatos. & Columella, vbertate nimia prioris æui defatigatum, & effectũ ſolum nequire priſtina benignitate præbere mortalibus alimenta. Iam tẽpeſtatibus Saluſtiũ pro tẽpibus vſum eſſe, nihil mirum, cũ id ſæpe alias faciat, cuius & Seruius in primum Georg. meminit, neque Saluſtius modo, ſed & Cicero & alij. Sic poeta quiſpiam apud Ciceronẽ, Qua tempeſtate Pœnus in Italiam venit. pro, quo tẽpe. Ac ſi quid eſt in me iudicij maxime hac voce Sal. vt antiquarium vti decuit. Iam tempeſtatem pro tempore apud Saluſtium accipi oportere, iudicio ſunt ea quæ mox ibidem ſequuntur, Sed mea memoria ingenti virtute, diuerſis moribus, fuere viri duo, M. Cuto, & C. Cæſar. Nam multis illis antea temporibus, opponit memoriam ſuam. hoc eſt, ſæculum & ætatem ſuam. Hoc modo & Auguſtinus intellexiſſe hunc locum videtur cum inquit, Laudat idem Sal. temporibus ſuis magnos & præclaros viros, M. Catonem & C. Cæſarem, dicens, quòd diu il a reſp. non habuit quenquam virtute magnum, ſed ſua memoria fuiſſe illos duos ingenti virtute, diuerſis moribus. Hæc Auguſt. 5. de ciuitate Dei. Quod Sal. ait, multis tempeſtatibus, id nimirum Auguſtinus diu interpretatur. Sed de hoc ſatis. Illud quoque non prætereundum, in manuſcriptis ipſis repetiri, Ac ſicuti effœta. pro veluti quod hodie legitur. Nec ſecus in Veneto atque alijs quibuſdam. Vtitur autem & alias Sal. τὸ Sicuti. pro tanquam, ſeu veluti. ne quem inſolentia vocis in hoc ſignificato offendat, vt, Nihilominus inſontes, ſicuti ſontes circumuenire. &, Conſtituere ea nocte paulo poſt cũ armatis hominibus ſicuti ſalutatũ introire ad Cic. & Sicuti iurgio laceſſitus foret. pro tanquã foret laceſſitus. &, Alij ſicuti iura populi defenderent. pro, quaſi defenderent. [Sed mea memoria ingẽti virtute] Eſt in cunctis manuſcriptis atque item impreſſis quibuſdã, memoria mea, vt pronomẽ ſequatur. [Diuerſis moribus fuere viri duo] Sic in manuſcriptis nec aliter ab Adriano citat de modis latine loquẽdi. Eodẽ modo codex Beroaldinus.

GRAR. A C veluti effœta parentũ] Effœta parente legit Badius in auferẽdi caſu vtrunque, quæ lectio quidẽ placet, nã alterã per genitiuũ, ego ſanè non intelligo. Etiamſi & vetus Codex ita habeat.

ASCAN. POSTQVAM Cato aſſedit, quia conſularis erat & ita ſedere ſolitus cum ſenatoribus. verum orantes ſtabant, vnde eſt, ad iudicium ſta. oẽs conſulares. i. qui aliq̃n conſules fuerant, & ita magna pars ſenatus. i. ſenatorum ſeu ſeniorum, laudant ſniam eius. ſ. Catonis, verum. i. ſed efferũt, ad cœlum. ſ. vſque, virtutem animi eius, alij increpãtes alios. i. ſe mutuo, vocãt ſup. ſe timidos qui aliter ſenſerunt. Cato habetur, i. reputatur ab omnibus clarus atque magnus: Senatus decretũ fit ſicuti ille cẽſuerat. i. vt ſupplicium vltimum ſumeretur de deprehenſis. [Sed inquit auctor noſter] Libuit mihi legenti multa præclara facinora quę ſcripta ſunt, & audienti multa nõ ſcripta, quę Populus Rom. fecit domi, & militiæ. i. in bello. & in ſup. mari & terra, libuit dicit forte attẽdere. i. conſiderare, quæ res. i. q̃ cauſę, ſuſtinuiſſent. i. ſurſum tenuiſſent ne laberentur maxime. i. præcipue tanta negocia, quãta illi geſſerunt. [Sciebam populum Rom. cõtendiſſe parua manu. i. paruo exercitu militum, cum magnis legionibus]. i. copijs in legiones diſtributis, hoſtiũ, de quibus prius diximus. Cognoueram bella geſta paruis copijs. ſ. exercitus Rom. cum regibus opulẽtis, id eſt plenis opum & ita grande exercitum habentibus. Ad hoc. i. inſuper cognoueram P. R. toleraniſſe ſępe violentiam fortunę. i. habuiſſe fortunã maxime ſæuam & inimicam, Et græcos fuiſſe ante Romanos. i. viciſſe eos facundia. i. eloquẽti ſermone. Vnde Maro Æn. vj. Orabũt alij cauſas melius &c. & Gallos fuiſſe ante Romanos gloria belli, quia vt Iuſtinus dicit olim in Africa, & Aſia nullũ bellũ ſine gallo milite feliciter gerebatur. & vt in Iugurtha dicet, cũ Gallis non pro gloria obtinenda, ſed pro ſalute conſeruãda Rom. debellabant. At. i. ſed conſtabat. i. compertum erat & apparebat mihi agitanti, i. verſanti multa. i. multas cauſas tantorum facinorum egregiam virtutẽ paucorum ciuium patraniſſe. i. egiſſe & effeciſſe cũcta, & eo. propterea factum eſt, vti. i. vt paupertas ſuperaret diuitias, & paucitas multitudinem. Sed poſtq̃ ciuitas Rom. corrupta eſt luxu. i. luxurioſa & molli vita, atque deſidia. i. pigritia, rurſus. i. econuerſo tunc reſp. ſuſtentabat ſua magnitudine. ſ. diuitiarum & potentiæ vitia Imperatorum atque magiſtratuum. At. i. ſed, ſicuti. i. quaſi, parente. i. matre. ſ. Romana ciuitate effœta. i. es hauſto fœtu non habente vnde amplius fœtũ producat, ſicut vetulæ effœtæ dicuntur vbi deſinunt concipere, haud quiſquam. i. nemo fuit multis tempeſtatibus Romæ ſanè. i. valde magnus. i. egregius ciuis. Sed duo viri ſ. M. C. & C. Cæſar, fuere mea memoria, ingenti virtute. i. habentes ingentem virtutem diuerſis moribus. vnde eorum mores nimium graphice deſcribit. Quod. ſ. duos tales viros fuiſſe, quoniam res. i. occaſio ſcribendi obtulit, non fuit conſilium prætetire ſilentio quin aperirem quantum poſſem ingenio, naturam & mores vtriuſque.

COMPARATIO M. CATONIS, ET C. CÆSARIS.

IGITVR hís genus, ætas, eloquẽtia propè æqualia fuere, magnitudo animi par, item gloria, ſed alia alij. Cæſar beneficijs, ac munificẽtia magnus habebatur, integritate vitæ; Cato. Ille manſuetudine, & miſericordia clarus factus *eſt, huic ſeueritas dignitatem addiderat. Cęſar dando, ſubleuando, ignoſcendo; Cato nihil largiendo gloriam adeptus eſt. In altero miſeris profugium erat, in altero malis pernicies. Illius facilitas, huius conſtantia laudabatur. Poſtremo Cæſar in animum induxerat, laborare, vigilare, negocijs amicorum intentus, ſua negligere, nihil denegare quod dono dignum eſſet. ſibi magnum imperium, exercitum nouum bellum exoptabat, vbi virtus eius eniteſcere poſſet. At Catoni ſtudium modeſtiæ, & decoris, ſed maxime ſeueritatis erat. Non diuitijs cum diuite, nec factione cum factioſo, ſed cum ſtrenuo virtute, cum modeſto pudore, cum innocente abſtinentia certabat. eſſe quam videri bonus malebat. Itaque quo minus gloriam petebat, eo magis illam aſſequebatur. Poſtquam vti dixi, ſenatus in Catonis ſententiam diſceſſit, Conſul optimum factu ratus, noctẽ, quæ inſtabat, ante capere, nequid eo ſpatio nouaretur, Triumuiros quæ ad ſupplicium poſtulabat, parare iubet. Ipſe diſpoſitis præſidijs, Lentulum in carcerem deducit, cæteris idem fit per prætores. Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur, vbi paululum aſcenderis ad lęuam circiter duodecim pedes humi depreſſus. eum muniunt vndique parietes, atque inſuper camera lapideis fornicibus iuncta, ſed inculta tenebris, odore fœda, atque terribilis eius facies eſt. In eum locum poſtquam demiſſus eſt Lentulus, iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. Ita ille Patricius ex gente clariſſima Corneliorum, qui conſulare imperium Romę habuerat, dignum moribus, factiſque ſuis exitum vitæ inuenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Cæpario eodem modo ſupplicium ſumptum eſt.

* Dictus eſt, non habetur in antiquis exemplaribus.

GENVS

VALLA GENVS, ætas, eloquentia] Quia ambo erant ætate florentes, eloquentia inſignes, genere nobiles. [Alia alij] Notādum eſt q; alius cum de pluribus dicatur, hic de duobus tantum dicitur. [Beneficijs] Merendo. [Munificentia] Largiendo. [Ille] Cæſar. [Manſuetudine, & miſericordia,] [Ignoſcendo] Nocentibus, ſeueritate dignitatis nemini parcendo, qui quidem aliquid deliquiſſet. [Dando] Beneficia pauperibus. [Subleuando,] Miſeris. [Ignoſcendo] Nocentibus. [Nihil largiendo] Nec pecunias, nec pœnas remittebat Cato. [Pernicies] Exitiū. [Facilitas] Quia facilis erat ad ignoſcendū. [Conſtantia] Quia conſtans erat & à iuſtitia nullo modo deterreri poterat. [Poſtremo] Pergit mores & ingenium Cæſaris & Cato. proſequi oſtendens, quæ tam inter eos differentia eſſet. dicit enim vt omnia complectar, Cæſar vir nobiliſſimus fuit, Cato autem ſeueriſſimus & modeſtiſſimus. [Laborare, vigilare] Laboribus, vigilijs operam dare & intentum eſſe. [Sua negligere] Paruipēdebat res ſuas priuatas, dummodo ſociorum negocia procuraret. [Quod dono] Nihil quod donari poſſet vnquam negabat, [Nouum] Magnum quod tādem obtinuit cum in Galliam miſſus eſt. [Vbi] In quo ſtudium, exercitatio &c. [Decoris] Decentiæ & ornamē ti, ne quid faceret contra honeſtatem. [Seueritatis] Iuſtitiæ. adeo enim ſeuerus erat, vt precanti ignoſcere nollet. [Diuitijs] Vt cęteris diuitijs præſtaret. [Factione] Factio dicitur malorum conſpiratio. Factiones interdum dicuntur opes & diuitiæ [Cum ſtrenuo] Vt ſtrenuum virtute, modeſtum pudore, innocentem abſtinentia ſuperaret. [Eſſe] Poſtquam ad propoſitum redit, dicens, duo tanta virtutute viri ſententiam ſuam dixerant.] Senatus in Cat ſententiam diſceſſit] Senatus omnis laudauit Catonis ſententiam. [Antecapere] Præuenire, anticipare. [Triumuiros] Iudices rerum capitaliū [Diſpoſitis præſidijs] In locis opportunis, ne quis per vim Lentulum eriperet. Nam potētiſſimus erat in vrbe Fuerat enim ante conſul, nunc vero Prætor. [Quæ poſtulabat] Videlicet laqueum & eiuſmodi, quibus noxij necātur. [Quod Tullianum] Quotieſcunque relatiuum inter duo ſubſtantiua diuerſorum generum ponitur, cuicunque uolueris addere potes, dummodo utrunque ſit appellatiuum. quod ſi eorum alterum proprium eſt, concordatur cum proprio non cum appellatiuo. [Parietes] Muros. Differentia eſt inter mœnia, murum, & parietem. Nam mœnia ſunt vrbis, murus publicorum ædificiorum, paries priuatorum [Camera] Arcus incuruus. Differentia eſt inter camerā, & fornicem. Nam camera eſt totum ædificium coniunctum, fornix eſt quælibet ex quatuor arcubus cameræ, ſuper quibus ædificata eſt ipſa camera. [Inculta] Deformis. [Lapideis fornicibus] .i. uincta fornicibus ex lapide factis. [Fœda] Sordida. [Terribilis] Formidoloſa. [In eū locum] Deſcripſit locum in quo demiſſi ſunt nocentes, nunc dicit quomodo ſupplicium ſumptum eſt de his. [Demiſſus] Superiori loco miſſus in inferiorem. [Iudices reorum] Hos maleficiorum iudices appellamus.

MARL. GENVS] Catonis genus principiū dignitatis & gloriæ ſumpſit à proauo uiro claro, hic Cato Porcius apud L. Druſum auunculum educatus eſt mortuis parentibus, ferunt ſtatim à pueritia conſtantiam & Cato. ſeueritatem conſpicuam fuiſſe. hæc Plut. multa de hoc Cato. Val. Max. ca. de maieſtate & de indole. Cæſaris ingenium & mores deſcribunt Plut. & Tranquil. [Alia] ſ. gloria. [Seueritas] Rigiditas ſubleuando opitulando miſeris. [pernicies] Calamitas. [Facilitas] Humanitas. [Eniteſcere] ſuſcipere lucem. [Nihil denegare] Quod poſſet amicis impartiri. [Factione] Quia non ſtudebat populari auri: [Quanto magis] Cic. in Tob. Quanto magis fugiebat gloriam tanto magis inueniebat, & tanquam umbra corpus ſequebatur. Tullianum ab etymologia, Nam Tul. ſignificat ſanguinis effuſio, quia ſceleratorum ibi erat carnificina. Alij ab ipſo inuentore. [Muniuntur] Claudunt. quia non habet feneſtras.

ILLE manſuetudine & miſericordia clarus factus eſt] τὸ Eſt non reperi in manuſcriptis. ac maiore cum gratia abeſt. Nec eſt in omnibus impreſſis. [Vbi uirtus eius eniteſcere poſſet] Eius non eſt in manuſcriptis, nec impreſſis uetuſtioribus. Nec Auguſti quidem addit, ubi hunc locum citat, lib. 5. de ciu. dei. paulo poſt. [Itaque quo minus petebat gloriam, eo magis illam aſſequebatur] Illam non reperi in quibuſdam, nec in Merſeburgenſi, & omitti poteſt, citra detrimentum ſenſus. Auguſt. haud ſcio an memoria lapſus ita citat. eo magis illum ſequebatur nempe gloria Catonem. Forte non fuit ad manum liber, itaque memoriæ fiſus, ut fit, perperam hoc modo citauit. In manuſcriptis præterea non itaque ſed ita legitur conſentientibus exemplaribus Baldiano Beroaldino, ac ſi quid eſt in me iudicij, rectius hoc modo legitur. In altero. miſeris profugium erat] In quibuſdam, perfugium. Vtrunque apud Cic. reperitur, τὸ Erat, non eſt in manuſcripti nec in impreſſis quibuſdam ac rectius abeſt. Paulo poſt. [Nihil denegare quod dono dignū eſſet] In uno Fabriciano eſt, bono dignum. ceteris reclamantibus. Sed hic nihil pronuncio, tm̄ diuerſam lectionem indico, non iudicium interponens meum, ſed integrum relinquens lectori ſuum [Iudices rerum capitaliū, q̄bus præceptum erat, laqueo gulam fregere] In uetuſtis eſt, Vindices reorū capitalium, pro Triumuiri capitales quorū interuentu ſupplicium de facinoroſis ſumebatur. De his aūt hiſtoricum loqui, cum per ſe facile liquet, tum auctor libelli de magiſtratibus Rom. quem Feneſtellam uocant. teſtatur. Nam quo loco capitales dictos oſtendit, quod capitalibus quæſtionibus præeſſent, mox ibidē, Eorundem, inquit, interuentu triumuirorū, in eos, q cum L. Catil. coniurauerant, animaduerſum eſt, ut meminit Sal. Vt aūt Sal. hic vindices capitaliū rerū, ſic alicubi Cic. vīdices facinorū & ſceleris dixit. Eſt apud eundē peccatorū uindex, uindex ſcelerum. Paulo poſt. [Dignum moribus factiſque ſuis exitum uitæ inuenit] Sic & uolumen Fabricianum, & alia duo. In Merſeburgenſi uero ceteriſq uetuſtioribus, exitum uitæ. quō Liuius, Quod nemo eorum ſatis dignum ſplendore uitæ exitum habuit. Mihi utra lectio uerior, haud dum liquet.

TRIVMVIROS quæ ad ſupplicium poſtulabat, parare iubet] Oppido obſcurus eſt hic ſermo, cum ſenſus ſit ſatis manifeſtus. Quidam putarent plurali numero legendum, Poſtulabāt quod etiam uetus codex habet, ſed æque in obſcuro manēte ſēſu Ego quid certo dicam non habeo, coniecturas libenter adfero. Paulo poſt, Vbi paululum aſcenderis ad læuam circiter duodecim pedes humi depreſſus, dubium eſt, uerum, Vbi, aſcenderis duodecim pedes intelligamus, an locus humi depreſſus, duodecim pedes. Sed poſterius malim, propter reliquam loci deſcriptionem. Quidam codices, Fornicibus uincta legunt paulo poſt à uincio, quod alij iuncta à iungo. Et vetus codex aſcenderis habet, non Deſcenderis. Sed iudicet Lector.

IGITVR] Vt eorum mores exequat. [Genus] .i. generoſitas ætas & eloquētia fuere his duobus prope. i. ferè autem quaſi æqualia & magnitudo animi erat his duobus par. item gloria ex uirtute & præclaris facinoribus proueniēs, erat ſub. par. ſed alia ſup. erat alij. ubi alij inter duo ponitur cum Valla diceret altera alteri. i. alia via nata erat gloria Cæſari alia Catoni. [Cæſar habebatur magnis beneficijs & munificentia. i. liberalitate ſua. [Cato habebatur magnis integritate uitæ, qui caſte & incorrupte uixit & ſeuere dixit. [Ille] .ſ. Cæſar factus ſupp. eſt, clarus manſuetudine & miſericordia, quia ſecundum Plinium erat vſque ad plenitudinem clemens, illis enim pepercit à quibus poſtea interfectus, eſt unde inter funebres ludos de eo cantatum dicit Suetonius ex Pacuuij armorum iudicio, Men ſeruaſſe ut eſſent qui me perderent, quæ cauſa fuiſſe uidetur Vrg. vt Aeneam tam pium fingeret. Seueritas. ſ. uitæ, in qua rigide uerū ſequebatur, addiderat huic, ſ. Catoni dignitatem; quia eſſet ebrius inuētus, uerendus erat. Cæſar adeptus eſt gloriam dando. ſ. munera, ſubleuando. ſ. depreſſos, & ignoſcendo. ſ. in ſe peccātibus. Cato adeptus eſt gloriam nihil largiēdo. i. quia largitiones aut captiones nulla facere uolebat & tamen ſummam dignitatē aſſecutus erat. In altero ſ. in Cæſare erat ſup. miſeris profugium. i. patrocinium ad ipſum profugiētibus. In altero. ſ. in Cat. erat, malis i. maleficis, pernicies. i. exterminium & interitus. facilitas. i. beneuolentia ad faciendum quoad ab eo peteretur illius. ſ. Cæſaris, laudabatur & conſtantia. i. firmitas in uerbo & facto huius. ſ. Catonis laudabatur. Poſtremo. i. ut paucis omnia dicam, Cæſar induxerat in animum. i. ſibi conſtituerat, laborare. ſ. pro amicis vigilare, pro amicis q̄ a intentus negocijs amicorū, negligere ſua. ſ. negocia, & nihil denegare quod eſſet dignum Dono. i. quod pro dono reputetur. vt vbique & accipientis & accepti Signitas ſeruetur, & exoptabat ſibi magnum imperiū, & exercitū. ſ. magnū & bellū nouū, ubi uirtus. ſ. ſua poſſet eniteſcere. i. euidēter apparere cū gloria. At. i. ecōtrario Catoni erat. i. Cato habebat ſtudiū modeſtię. i. moderatę & tēperatę ab omni inſolētia & ſuperbia vitæ, decoris. i. honeſtas & honoris, ſed maxime. i. p̄cipue, ſeueritatis. i. inflexibilitatis. & certabat. i. cōtendebat non cū diuite diuitiis. i. vt ditior uideret, neq; factione cū factioſo, ſed uirtute. i. fortitudine, cum ſtrenuo, & pudore cum modeſto abſtinentia. ſ. ab alienis, cū īnocēte. i. īnocuo, & malebat eſſe bonus q̄ uideri, nō tā aſpernabat uideri, Itaq; .i. & ita, quo. i. quanto minus petebat gloriā. eo tāto magis aſſequebat. ſ. gloriā, quod & alijs ferè cōtigit, qa glorioſi. i. glorię ſectatores ſæpe inglorij ſunt. Poſtq̄ ſenatus ut dixi diſceſſit, i. diſcedēdo cōſēſit in ſuā Catō cōſul. ſ.

Cic.tatus optimum factu.i.vt fiat ſupp. eſſe,antecapere noctem quæ inſtabat.i.ſubſequẽtem,ne quid nouaretur.i. noui fieret eo ſpatio, iubet Triumuiros .i. iudices aut executores iuſtitiæ rerum capitalium,parare ea quæ aut id quod poſtulabat ad ſupplicium ſup exequendum videlicet laqueum, ipſe.i conſul Cic. deducit Lentulum in carcerem,& hoc præſidijs diſpoſitis .i.ne eriperetur. idem.i.duci in carcerem ſi cęteris per prætores.[Eſt locus in carcere] Quod Tullianum appellatur .i. qui locus appellatur Tullianum [ſiue propter hoc factum à Tullio, ſeu potius antiquo vocabulo , aliter eſſet prolepſis via poetæ conceſſa . ſanè regula elegantiæ eſt : Quoties eſt relatiuum, qui inter duo ſubſtantiua diuerſorum generum ponitur , & eorum ſequens eſt proprium,aptius conformetur ſequenti. ſiu appellatiuum vtilibet] depreſſus humi.i.ad humum,vbi aſcenderis paululum ad lęuam.i.ſiniſtram partem circiter duodecim pedes,eum.ſ.locũ,muniunt vndique .i. ex omni parte, parietes .i. muri laterales, licet muri ſint magnorum ædificiorum & publicorum, atque inſuper .i. de ſuper eſt camera.i.locus incuruus, & teſtudinatus, vincta .i. colligata,fornicibus i. arcubus ſeu circumferentijs lapideis. ſed facies eius eſt inculta tenebris i.propter tenebras.& fœda atque terribilis odore.ſ.grau.[Poſtquã Lent. eſt demiſſus].i.deorſum immiſſus in eum locum,iudices rerum capitalium.i. Triumuiri, quibus præceptum erat à Cic.iuſtitiam exequi,fregere gulam.ſ. Lentuli,laqueo.i.ſuffocauerunt & ſtrangulauerunt eum . [Itaque ille].ſ.nobilis Lentulus Patricius ex gente clariſſima.ſ. Corneliorum,qui habuerat Rom. imperium conſulate, inuenit exitum vitæ dignum moribus & factis ſuis . Supplicium eſt ſumptum eodem modo de Cethego, Statilio,Gabinio, & Cæpario.i. eodem modo fracta laqueo gula extincti ſunt.

DVM ea Romę geruntur,Catilina ex omni copia, quã & ipſe adduxerat,& Manlius habuerat,duas legiones inſtituit, cohortes pro numero militum complet. Deinde,vt quiſq; voluntarius,aut ex ſocijs in caſtra venerat,æqualiter diſtribuerat, ac breui ſpatio legiones numero hominum expleuerat, cum initio duobus non amplius millibus habuiſſet. Sed omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis inſtructa , ceteri,vt quẽque caſus armauerat,ſparos, aut lanceas, alij præacutas ſudes portabant . Sed poſtquam Antonius cum exercitu aduentabat,Catilina per mõtes iter facere: modo ad vrbem,modo Galliam verſus caſtra mouere,hoſtibus occaſionem pugnandi non dare,ſperabat propediem magnas copias ſe habiturũ, ſi Rom. ſocij incepta patrauiſſent . Interea ſeruitia repudiabat. cuius initio ad eum magnæ copiæ concurrebant, opibus coniurationis fretus , ſimul alienum ſuis rõnibus exiſtimans,videri cauſam ciuium cum ſeruis fugitiuis cõicaſſe.Sed poſtquã in caſtra nũcius peruenit , Rom. coniurationem patefactam,de Lentulo & Cethego,ceterisq́. quos ſupra memoraui,ſupplicium ſumptum , plerique quos ad bellum ſpes rapinarũ , aut nouarum rerum ſtudium illexerat,dilabuntur,reliquos Catilina per mõtes aſperos magnis itineribus in agrũ Piſtorienſem adducit,eo conſilio,vti per tramites occulte perfugerẽt in Galliam tranſalpinam.At Q Metellus Celer cũ tribus legionibus in agro Piceno præſidebat,ex difficultate rerum eadem illa exiſtimans,quæ ſupra diximus,Catilinam agitare.Igitur,vbi iter eius ex profugis cognouit,caſtra propere mouit,ac ſub ipſis radicibus montiũ cõſedit, quà illi deſcenſus erat in Galliam properanti.Neque tamen Antonius procul aberat, vtpote qui magno exercitu locis ęquioribus expeditos in fugam ſequeretur.Sed Catilina, poſtquam videt montibus,atque copijs hoſtium ſe clauſum,in vrbe res aduerſas,neque fugæ,neque præſidij vllam ſpem,optimum factu ratus in tali re fortunam belli tentare , ſtatuit cũ Antonio quamprimum confligere . Itaque concione aduocata,huiuſcemodi orationem habuit.

DVM ea Romæ] Nunc redit ad Cat.dicens , quomodo ſe habuerit poſtquam audiuit , quæ facta fuerant. [Abduxerat] Tunc cum ab vrbe profectus eſt. [Inſtituit] Ordinauit.[Cohortes] Pro numero, nam legio ſex cohortes continet. vtraque cohors ſexcentos milites cõtinet. [Aequaliter] Per oẽs cohortes]Sed ea omni] Hoc plurimum Catil. nocuit, pauci admodum arma militaria habebat. [Caſus] Sicut caſu vnicuique ad manus arma peruenerant.[Sparos] Eſt genus teli , quo vtuntur ruſtici ad putandas arbores, & eſt oblongum , & in extremo incuruũ in modum pedis.[Galliam verſus] Notandum eſt hanc propoſitiuuem verſus ſiue in appoſitione ſiue in compoſitione ſemper poſtponi debere, in compoſitione, vt dextorſum , leuorſum.in appoſitione.vt hic in Galliã verſus. [Incepta]Incẽdia,rapinas,[Seruitia].i.ſeruos, quorũ magna copia confluxerat libertatis cupiditate. [Alienum] Inconueniens, ne extimaretur malo potiusq́ bono ciui id facere.[Dilabuntur] In diuerſas partes fugiũt.[Magnis itineribus] Longis itineribus. [Piſtorienſem] Piſtoriũ ciuitas eſt Hetruriæ. [Tramites]Dñt anguſtiores ſemitæ. [Præſidebat]Erat inquit in agro Piceno Q. Met. qui cum videret in maximis anguſtijs Catil.exiſtimauit, Catilinam eadẽ illa cogitare,quę propoſuerat Sal.[Ex difficultate rerũ]Ex anguſtijs, quibus obſitus erat Catil, [Sub radicibus]In faucibus alpium. [Qua deſcenſus]Qua parte deſcenderet Catil. vt iret in Gallia . [Neque tamẽ Antonius]Superius ſcripſit,quõ Metel. Celer exiſtimãs id,quod erat.ſ.in Galliã tranſire ſtatuiſſe Catil. qui alpiũ fauces occupauit,nec interea eũ perſequi deſiſtebat Ant.& non valde erat aptior Catil.ad fugiendũ,q̃ ad perſequendum Ant.nã ſi Cat.erat cũ ſuis expeditior ad fugã, Ant.locis æquioribus iter faciebat,igitur quãtũ iuuabat ſpes fugæ Cat.tñ Antoniũ ęquiora,q̃uis tñ Met.Celer Catil.diſcẽdẽti ex alpibus oppoſitus eſſet. [Tẽtare]Expiri. [Æquioribus]Planioribus [Mõtib⁹] Obiectis. [Clauſum]Hinc Antonius præmebat,hinc mõtes aſtabant. Fortunam] Seu proſperam,ſeu aduerſam. [Concione] Multitudine. [Ex timido]Si naturaliter fuerit imbellis, non poteſt firmior fieri corpore,& ſi timidus fuerit,non poteſt audaciam,& fortitudinem animi capere.[Ignauo]Ad corpus. [Timido]Ad Animum. [Natura]Ad ſtrenuum.[Moribus]Ad fortitudinem.ſed cũ hinc pericula ſint,hinc gloriam videtis ſtrenuos & fortes eſſe oportere. [Patere] Apparere. [Sed ego vos quo] Occurrebat, ſi nihil proficit oratio imperatoris ad milites adhortandos, cur nos aduocaſti?]Socordia,ignauia.[Cladem]Calamitatem. [Nequiuerim]Quia ſe nobis obijcit.[Mecum] Nunc vero pergit Catilina quod ſuperius cœperat, vt oſtendat,in qua neceſſitate ſint milites ſui,vt fortiter ſibi pugnandum intelligant. [Inata] Pariter. [Loco] Statu.[Ab vrbe].ſ.exercitus Antonij. [A Gallia].ſ.exercitus Metelli.[Parato]Prõpto.[Dextris]Nã dextræ noſtræ poſſunt nobis hoc parare. [Texerint]Defenderint. [Nobis & illis] Nõ eadem neceſſitate bellũ geritis,quia nos pro nobis , illi pro alij pugnant.[Superuacaneũ] Superfluũ,& minime neceſſariũ.

CVM ea Romæ] Dum coniurati puniũtur. Legio habebat x.cohortes partim ex equitibus,& plurimas ex pedibus. Cohors conſtabat vt plurimum ex quingentis quinquaginta quinque peditibus & ſexaginta ſex equitibus , vt ait Vegetius . Prima tamen cohors quæ in dextro cornu erat maiorem numerum habebat cęteris , & viros nobiles nec non fortiores.in ea quæ erat aquila præcipuum Romani exercitus ſignum,cui præerat tribunus. [Inſtructa]Cataphracta.[Lanceas]Hiſpanicum eſt vocabulum. [Pugnandi] Conſerendi manus. [Cuius rei.] Aliqui legunt . ſed Priſc ſexto. ſi rectè memini,legit cuius pro quorum, figurate. [Opibus coniurationis] Potentia coniuratorum diuitum. [Communicaſſe]Communiſſe. [Dilabuntur] In diuerſis modis effugiunt. [Occulte] Euitatis Antonio & Fl. Metello . Præſidebat collocandus erat in præſidium. [Exiſtimans] .ſ. Catilinam Agitare. nam Catil. putabat qua via ſaluti ſuæ conſuleret . [Cognouit] .ſ. Metellus. [Illi .ſ. Catilinæ , [Fortunam belli] Nam fortuna in rebus humanis plurimum poteſt,& præcipue in bello cum exitus bellorum ſint incerti.

COHORTES pro numero multum cõplet] In vetuſtis, Cohorteis. [Nec multo poſt, Catilina per monteis iter facere] vbi hodie ferè,montes. Et paulo inferius, reliquos Catilina per monteis aſperos. Nec multo poſt, octo cohorteis. &, Cohorteis paulatim incedere iubet. Annotauit autem lib. 7. Priſcianus , quæ in ns & rs deſinant , horum accuſatiuum pluralem ferre in eis ęque. Hinc fonteis apud Virg. parteis & bidenteis apud eundẽ parenteis apud Terent.[Modo ad vrbem,modo Galliam verſus caſtra mouere] Priſc. ſuper 12. verſus Virg. legit, in Galliam verſus. Eius verba ſunt Verſus quoque ſuppoſitum inquit , loca

libus

VALLA

MARI'

libus nominibus, aduerbium eſſe inuenitur. vt, Italiam verſus, Galliam verſus. Sal. tamen etiam præpoſitionem ei antepoſuit in Catil. in Galliam verſus. Hæc Priſcianus. quem mehercule ipſa memoriam lapſum putarem, niſi eodem modo, atque ille citat, in codice manuſcripto reperiſſem. Sed & Velleius Paterculus 1. Ante triennium, inquit, quam Caſſius cenſor à Lupercali in palatium verſus theatrum facere inſtituit. Cæſar 7. caſtra ea Biturigibus mouet in Arûernos verſus. Idem 6. T. Labienum cum legionibus tribus, ad oceanû verſus in eas parteis quæ Menapios attingunt proficiſci iubent. Non diſſimile illud Hirtij 5. de bello Africo, ad Cercinam inſulam verſus ire iubet. &, Claſſem ad inſulas Baleares verſus conuertit. Corn. Tacitus in Germania, Modico flean, inquit, in occidentem verſus. Tale forſan videri poſſit illud Ciceronis in Lælio, Atque is primum inſtituit in forum verſus agere cum populo, niſi quis participium eſſe malit τὸ verſus. vt intelligas eum primum concionari cœpiſſe conuerſum non ad ſenatum & comitium, ita vti alij fecerint, ſed ad forum. Vt iure hic mireris ruditatem & inſcitiam eorum, qui, ſi dijs placet, verſus agere, pro habere orationem metro conſtantem interpretantur. nec minus illius, qui in editione Heruagiana operum Tullianorum hæc in Indicem coniecit. C. Licinius Craſſus verſibus cum populo primus agere inſtituit. Strenuos & induſtrios homines, qui hæc in Indice annotarunt. Cæteri vt quenque caſus armauerat, ſparos, aut lanceas, alij præacutas ſudes portabant. Seruius in 11. Æn. portare legit. niſi ſint mendoſi codices. Vt ſit enallage modi; quæ figura propria Hiſtoricorum eſt. ſicuti idem in 2. Æn. annotauit. [Interea ſeruitia repudiabat, cuius rei initio ad eum magnæ copiæ concurrebant] Legendum, cuius initio. vt eſt in manuſcriptis. Nam perperam additur Rei, in libris recentioribus. Tu vide ſi lubet Priſc. lib. 17. vbi docet illud Cuius ſingulare, ad rem & ſenſum potius eſſe, quam ad vocem referendum. Mox. [Cauſam ciuium cum ſeruis fugitiuis cõmunicaſſe] τὸ Seruis, non eſt in vetuſtis quibuſdam neque id addit Felicius Durantinus. Forte ex gloſſa irrepſit. nam & apud Cic. ſæpe ſic repetitur. vt, Habet legionem, habet fugitiuos. &, Viuebat cum fugitiuis, & Arſenio princeps fugitiuorum. In epiſtola tamen Vatinij ad eundem additur Seruus. Dicitur mihi tuus ſeruus anagnoſtes fugitiuus Vardaci eſſe. Et in pandectis lib. 11. titul. de fugitiuis. vt ſubaudias, Seruis. Paulo poſt. [In agrum Piſtorienſem adducit] Manuſcripta & item illud à Baudio excuſum, conſentiente Beroaldino, abducit, Vtrum, rectius ſibi, iudicent. [Profugeret in Galliam Tranſalpinam] In quodam è manuſcriptis reperi. Ciſalpinam. [Montibus atque copijs hoſtium ſeſe clauſum] Sic in manuſcriptis, & quidẽ melius.

GLAR. INTEREA ſeruitia repudiabat, cuius initio] Quidam adiecerant re. p. vt ſit ſenſus, Cuius rei. Quidam putant per Syllepſim relatiuum ad intellectum genus relatum hoc ſenſu, cuius generis initio ad eum magnæ copiæ concurrebant. Sed hercle relatiuum ſæpe numerum mutat cum antecedente, vt hic ſingularem plurali. Contrarium eſt hoc Boetij: Quid vero ſi corpus ſpectes, imbecillius homine reperire queas? quos ſæpe muſcularum quoque morſus necat. Qualia multa ſimilia apud auctores reperias. Vetus codex habet, Interea ſeruitia repudiabat, quorum initio ad eum magnæ copiæ concurrebant. quæ ſi vera eſt lectio, nullam prorſus habet difficultatem. [Occulte perfugerent in Galliam Tranſalpinam] Haud dubie ab ſciolo aliquo additũ eſt illud, Tranſalpinam, quanquam & Gobi habet codex, nimis enim ea diſtabat. Et cum ante & poſt ter fiat huius in Galliam ſeceſſionis, ſiue fugæ potius mentio, nunquam tamen additur, Tranſalpinam. Sanè Sal. niſi paulo ante agri Piſtorienſis feciſſet mentionem, ignotum reliquiſſet nobis locum in quo facta hæc eſt pugna: Quod autem commentarij hæc Sal. verba, Sub ipſis radicibus montium conſedit, qua illi deſcenſus erat in Galliam. in faucibus Alpium exponunt, id vero eſt inſanire, quaſi in Ciſalpina Gallia hæc fuiſſet pugna, cum in Hetruriæ extremis ad Apenninum finibus ſit facta. ideoque exponendum hoc de Apennino, non de Alpibus. Verum Sal. hoc cum Liuio habet cõmune in locorum in diligenti deſcriptione, ſecus certe quam C. Cæſar.

ASCENSIVS.

DVM ea] Redit ad narrationem de Catil. dicens. [Dum ea quæ dicta ſunt geruntur] i. publice ſiunt Rom. Catil. inſtituit duas legiones ex omni copia, quam & ipſe Catil. adduxerat ab Rom. & Manlius habuerat. ſ. ante aduentum eius vbi copia ſingulariter pro exercitu ponitur, & complet cohortes pro numero militum. i. quantum potuit pro militibus quos habebat. Nam legio ſex cohortes continet, & cohors ſexcentos milites, deinde diſtribuerat æqualiter. i. ratione æquabili ſeu ex æquitate, vt quiſque venerat in caſtra aut voluntarius. i. ſponte ſua. aut ex ſocijs, ac expleuerat breui ſpacio legiones numero. ſ. iuſto hominum [ita vt haberet iuxta calculum ſuperioris commentarij ſepties mille ducentos milites, aut vt alij volunt duodecies mille & quadringentos. Nam vt Feſtus ait legionem C. Marius primus deſcripſit ſex millium & ducentorum hominum, cum antea quatuor millium fuiſſet. vnde etiam appellabatur legio quadrata. ſanè legio dicta eſt quod legerentur milites in delectu, [vt ait Var.] cum Catil. non habuiſſet in initio amplius duobus millibus. ſ. militum. Sed circiter [quod aduerbium hic eſt] quarta pars ex omni copia erat inſtructa armis militaribus. i. quibus milites in legitimo bello bene inſtituto inſtrui ſolent. Cæteri portabant [vt caſus armauerat quenque. i. ſecundum quod quiſque à caſu telum inuenerat, vt in tumultu & ſeditione fieri ſolet, vnde Æn. 1. Iamq́. faces & ſaxa volãt, furor arma miniſtrat, & eiuſdem 7. Hic torre armatus obuſto, Stipitis hic grauidi nodis, quod cuique repertum, Rimanti telum ira facit,] Sparos. i. tela oblonga & in fine incurua, quibus ruſtici arbores putãt, & vepres demũt, Aen. 10. Agreſteſq. manus armat ſparus. ſunt qui lanceã ſine ferro putent aut lanceas, alij ſudes i. haſtilia non ferrata, præacutas i. priores partes acutas habentes, & forte præuſtas, vt Aen. 7. Non iam certamine agreſti, Stipitibus duris agitur ſudibus ve præuſtis. [Sed poſtquam Ant.] ſ. alter conſulum aduentabat cũ exercitu, Catilina ſup. cœpit facere iter per montis. i. montes, & mouere modo i. interdum caſtra ad Vrbem, modò Galliã verſus, diſcedendo ab vrbe, & non dare. i. nõ dabat hoſtibus occaſionem pugnandi, quia ſup. ſperabat ſeſe habiturum propediẽ magnas copias, ſi ſocij de quibus ſupplicium ſumptum eſt patrauiſſent. i. effeciſſent Romæ incepta. i. quæ conabantur facere, & repudiabat. i. refutabat. interea ſeruitia. i. ſeruos fugitiuos. cuius rei. i. quorum ſeruorum, alij textus habent, quorum magnæ copiæ concurrebant ad eum initio. i. antequam repudiari ſeſe viderentur, repudiabat dico exiſtens fretus. i. confiſus, & munitus opibus. i. facultatibus, & copijs coniurationis. i. habendis ex coniuratis, & exiſtimans ſimul videri alienum ſup. à ſuis rationibus i. inſtitutis, quia tendebat ad imperium, communicaſſe cauſam ciuium ſ. oppreſſorum ære alieno. cum ſeruis fugitiuis. Sed poſtquam nuncius venit in caſtra. ſ. Catil. ſupplicium ſumptum ſup. eſſe Romæ de Lent. Cethego, & cæteris, quos memorauí ſupra i. Statilio, Gabinio, & Cæpario. & hoc coniuratione patefacta. [Plerique]. i. valde multi, quos ſpes rapinarum, aut ſtudium. i. affectione nouarum rerum illexerat ad bellum, dilabuntur. i. in diuerſa loca lente diſcedunt, & Catilina adducit reliquos. i. non dilapſos, ſparſos per montes in quibus dilatabant, magnis itineribus. i. profectionibus, & vt dicunt longis, in agrum Piſtorienſem, iacentem ad Piſtorium oppidum Hetruriæ. eo conſilio vti. i. vt ipſe profugeret occulte in Galliam, Tranſalpinam, [vt in prouinciam Delphinatum, aut Lugdunenſem, qui nunc ita dicitur] per tramites. i. occultas vias, per medios montes & ſiluas ducentes. Q. Metellus celer. i. agnomine, præſidebat. ſ. præſidio erat in agro Piceno cum tribus legionibus ſ. militum, exiſtimans. i. iudicans illa eadem quæ diximus. ſ. Catilinam, fugam in Galliam parare, ex difficultate rerum, quia difficillimum fuiſſet illi imperio Romano reſiſtere, exagitare. i. exagitabat Catilinam, alij textus habent, agitare, vt ſit exiſtimans Catilinam agitare eadem quæ diximus &c. ſed tunc illi ſuppoſito Q. Metel. deeſſet verbum, nam ſequitur, Igitur vbi Metellus cognouit ex profugis. i. ex his qui derelicto Catilina ad ſe perfugerant, iter eius. ſ. Catilinæ ipſe mouit caſtra, id eſt tentoria & munitiones ſuas proponere, id eſt feſtinanter, & conſedit, id eſt locum cœpit à conſido, hoc eſt caſtrametatus eſt ſub ipſis radicibus. i. in pede montium, ea ſupple parte qua deſcenſus erat illi, ſcilicet Catilinæ properanti in Galliam. Neque tamen Ant. abe. pro. vtpote qui ſequeretur magno exercitu, ſed locis æquioribus, id eſt planioribus, & ita facilioribus ad iter, Catilinam & ſocios eius expeditos, id eſt accinctos ad fugam. [Sed poſtquam Catilina videt ſe clauſum montibus atque copijs hoſtium] Et videt res aduerſas in Vrbe, neque vllam ſpẽ eſſe fugæ, neque præſidij, id eſt protectionis, ratus tentare, id eſt experiri fortunam belli, eſſe optimum factu, id eſt vt fiat de ſe in tali re, ſcilicet tam ancipiti, conſtituit confligere quàm primum, id eſt vt primum poſſet, cum Antonio, id eſt cum exercitu eius, ita aduocata concione, id eſt multitudine exercitus ipſa habuit huiuſcemodi orationem, ad milites ſuos.

ORATIO CATILINAE.

* In manuſcriptis quibuſdā legitur, ego habeo.

COMPERTVM * habeo milites, verba virtutem non addere, neque ex ignauo ſtrenuum, neque fortem ex timido exercitū oratione imperatoris fieri, quāta cuiuſq; animo audacia, natura, aut moribus ineſt, tanta in bello patere ſolet. Quem neque gloria, neque pericula excitant, nequidquam hortere. timor animi auribus officit. Sed ego vos, quo pauca monerem, aduocaui, ſimul vti cauſam mei conſilij aperirem. Scitis equidem milites, ſocordia atque ignauia Lentuli * quantam ipſi, nobiſque cladem attulerit, quoque modo, dum ex vrbe pręſidia opperior, in Galliam proficiſci nequiuerim. Nunc vero quo loco res noſtræ ſint iuxta mecū omnes intelligitis. Exercitus hoſtium duo, vnus ab vrbe, alter à Gallia obſtant: diutius in his locis eſſe, ſi maxime animus ferat, frumenti, atque aliarum rerum egeſtas prohibet: quocūque ire placet, ferro iter aperiendum eſt. Quapropter vos moneo, vti forti, atque parato animo ſitis: & cū pręliū inibitis, memineritis vos diuitias, decus, gloriam, pręterea libertatem, atque patriam in dextris veſtris portare. Si vincimus, omnia nobis tuta erunt: cōmeatus abunde, municipia, atque coloniæ patebunt. Si metu ceſſerimus, eadem illa aduerſa fient: neque locus, neque amicus quiſquam teget, quem arma non texerint. Præterea milites, non eadem nobis, & illis neceſſitudo impendet. nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus: illis ſuperuacaneum eſt pro potentia paucorum pugnare. quo audacius aggredimini, memores priſtinæ virtutis: licuit nobis cū ſumma turpitudine in exilio ætatem agere. Potuiſtis nonnulli Romę amiſſis bonis alienas opes ſpectare quia illa fœda atque intoleranda viris videbantur, hęc ſequi decreuiſtis. ſi hæc relinquere vultis, audacia opus eſt. Nemo niſi victor pace bellū mutauit. Nam in fuga ſalutē ſperare, cū arma, quibus corpus tegitur, ab hoſte auerteris, ea vero dementia eſt. Semper in prœlio ijs eſt maximum periculum, qui maxime timent, audacia pro muro habetur. Cum vos conſidero & milites: & cum facta veſtra æſtimo, magna me ſpes victoriæ tenet. animus, ætas, virtus veſtra me hortantur, præterea neceſſitudo, quę etiam timidos fortes facit. Nam multitudo hoſtium ne nos circumuenire queat, prohibent anguſtiæ loci. Quod ſi virtuti veſtrę fortuna inuiderit, cauete, ne inulti animam amittatis, neu capti potius ſicuti pecora trucidemini, quàm uirorum more pugnantes, cruentam, atque luctuoſam uictoriam hoſtibus relinquatis.

* Vetuſtiquidā codices habent, quātum ipſi nobiſq; cladis attulerit.

VALLA

COMPERTVM habeo &c.] In hac oratione intendit Catilina ſuos animare, vt fortiter pugnando hoſtes deuincant. vel ſi victi fuerint, luctuoſam & cruentam & victoriam relinquant, dicens. [Compertum &c.] q. d. multitudine verborum nihil eit opus, ſcio enim multitudinem verborum non addere viris virtutem, & hoc eſt compertum ego &c. [Oratione] ideſt per orationem, quia inutilis eſt longa oratio, vere verba non addunt virtutem, nunc viris, quia quanta audacia ineſt animo cuiuſque. [Nam,] Id eſt naturaliter inſita. [Aut moribus] i. per doctrinam, tanta &c. vere, verba non addunt ignauo virtutem, quia quem neque gloria victoriæ, neque pericula, neque fugæ excitant, vere nequidquam hortere. [Timor auribus officit] i. nocet auribus i. per auditionem. Cum enim pericula timido enarrantur, ipſe ſit timidior. [Sed ego] Et quia verba nec ſtrenuo, nec ignauo addunt virtutem, non ideo vos vocaui, vt hortarer ad virtutē, ſed quo i. vt pauca monerē &c. [Scitis equidem] Finito exordio incipit narrare, & conſilium aperire. [Nunc vero, quo in loco] i. in quanta aduerſitate [Iuxta] i. æqualiter. [Vnus ab vrbe] ſ. exercitus Ant. ex parte vrbis. Alter à Gallia. ſ. Q. Metel. Celer, hic autem non poſſumus morari pro egeſtate, & hoc eſt. [Diutius &c.] Si maxime animus ferat. i. ſi maxime vellemus, & ex vtraque parte obſeſſi ſimus, ergo quocunque &c. [Aperiendum] Cum ſit ab hoſtibus impeditum. [Quapropter] Quia ita agendum eſt, vos moneo &c. [Potentia paucorum] & ob eam rem parui faciunt vter vincat. [Licuit] Ecce neceſſitas maxima. [Amiſſis] Perditis bonis veſtris. [Hæc] Arma. [Niſi victor] Cui ſemel bellum placuerit, ſi pacem voluerit, neceſſe eſt vt victor euadat. [Auerteris] Abieceris. [Ea vero] i. certe. [Maximum periculum] Quia maximo timore afficiuntur, qui periculis ſubiacent. [Nam] Reſpondet obiectioni. [Inulti] Non vindicati. ſicut pecora, quia quemadmodum pecora iugulantur, ita vos cum in eorum manibus perueneritis, iugulabimini. [Ordines inſtituit] Totius aciei Centuriones, Tribuni militum, manipuli. [Legati] Legati qui legioni ſex millium, ſexcentorum, & ſexaginta ſex hominum præerant.

MARS.

COMPERTVM habeo. [Strenuum] Alacrem. [Natura] Quia à natura naſcuntur fortes. [Moribus] Vſu & exercitatione armorum. [Patere] Cognoſci. [Officit] Obſtruit quia non audiunt imperatoris verba. [Sed ego] Propoſitio eſt. [Pauca] Docilitatem captat. [Socordia] Ad conſilium. [Ignauia] Ad corpus. i. ſomnolentia. [Quo in loco] Quo ſtatu [Ferat] Cupiat. & ſi velimus non poſſumus, quia non habeamus commeatum. [Patebunt] Aperta erunt. i. nobis obſequentur. [Eadem neceſſitudo] Eadem neceſſitas. [Priſtinæ] Solitæ fortitudinis. [Eſt opus audacia] i. aggredi maximum diſcrimen. [Audacia pro] Fortitudo pro magno munimento. [Conſidero vos] Fortitudinem veſtram. [Fortes facit] Vnde Sen. acerrima eſt virtus, quam vltima neceſſitas excutit.

COMPERTVM habeo milites] In manuſcriptis & impreſſis antiquioribus eſt additum, Ego. quod perperam in noſtris deeſt. Mox. [Verba virtutem viris non addere] τὸ Viris, non eſt in exemplaribus calamo deſcriptis, neque item in impreſſis paulo correctioribus. [Nunc vero quo loco res noſtræ ſint] Manuſcripta ferè, quo in loco, addita præpoſitione, Cic. haud ſcio an vſquam præpoſitionē addat, nam ad Atticum, per bono loco res fuit, inquit. &, Quoad perſpiciamus, quo loco ſit res. &c. Meliore loco res erant noſtræ. Paulo inferius. [Si animus maxime ferat] In manuſcriptis eſt, ſi maxime animus ferat. ordine vocis immutato, id ni fallor mollius eſt. [Cum arma quibus corpus tegitur, ab hoſte auerteris] In Merſeburgenſi eſt, quis corpus tegitur. Id rectius eſſe puto mox. [Semper in prœlio ijs eſt maximum periculum, qui maxime timent] In prœlio. non eſt in codice Fabriciano. Verum in ſpatio ipſo tamen quod verſus dirimit adſcriptum eſt. S. in prœlio, quo ſignificatur id ſubaudiri quod nos in contextu habemus. Ego linquendum arbitror, propterea quòd in cęteris manuſcriptis ſit. [Nam multitudo hoſtium ne nos circumuenire queat] Nos, manuſcripta non habent, nec in impreſſis vetuſtioribus additur ac ſicuti ego exiſtimo, abeſſe maiore cū gratia poterit. Sed nec Felicius Durantinus addit.

CLAR.

TIMOR animi auribus officit] Amphibolum iu animi, dicere ne velit, Timor animi, an, Auribus animi, per metaphorā, ſed prior ſenſus magis arridet. [Illis ſuperuacaneum eſt pugnare pro pat. pop.] Hoc cum irriſione tanquam in ocioſos, vel in ſtolidos potius ac ſtupidos, ab homine Thraſone dictum videtur. [Quia illa fœda &c. hæc ſequi decreuiſtis] Ingens hic difficultas eſt, quid per illa & Hæc intelligendum? Quidam illa exponunt, in exilium fugere, & hæc, arma, alterum hæc, quæ incepimus. Item, relinquere. i. ab ijs cęptis deſiſtere. Atqui haud ſcio, num ſatisfaciant ſtudioſo lectori. Hoc etiam apud me maxime dubium, quid hæc ſibi verba velint, audacia opus eſt, ſi quidē rectè expoſitum eſt, relinquere i. ab ijs inceptis deſiſtere, quæ nullus Commentatorum attingit. Lector ipſe diſpiciat. Codex vetus pro Hæc ſequi, legit Hoc ſequi. [Cum arma quibus corpus tegitur ab hoſtibus auerteris] Si auerteris, pro Abieceris dixit, vt quidam exponunt, diſtinguendum videtur poſt Ab hoſtibus, vt ſit ſenſus, Cum arma auerteris, quibus corpus tegitur ab hoſtibus.

ASCENSIVS.

COMPERTVM ego habeo &c.] Oratio hæc aut reuera à Catilina ad milites eſt habita, aut nimium graphice ab authore excogitata, exprimit enim penitus animum talis hominis in tali caſu conſtituti, ita vt animum vadem ſpe felicitate & prudētia

eo cognoſcas: pluſque loquentiæ quam ſapientiæ. Nititur autem milites ſuos ex deſperatione ſalutis ad ſalutem manu quærendam inducere, q.d. illud Æneid. 2. Vna ſalus victis nullā ſperare ſalutem. Vnde dicit: O milites quaſi ipſe dux, aut imperator ſit, & aliter dixiſſet more Alexādri Magni cōmilitones, ego habeo compertum, & ita ſibi credendum prætendit, verba. ſ. exhortatoria, non addere virtutem. ſ. ijs qui eam non habent, aut legamus vt multi textus habent viris, vt ſit viris. i. ijs qui ſua ſpōte virtutem habent, neque exercitum fieri oratione. i. per orationem imperatoris. ſtrenuum. i. acrem & fortē ex ignauo ideſt qui prius fuerat ignauus: neque fortem ex timido. i. vbi prius fuerat timidus. Tanta audacia. i. animoſitas cuiuſque ſolet patere in bello, quanta ineſt animo cuiuſque non oratione, ſed natura ideſt per naturam, aut moribus. i. ex conſuetudine, quæ eſt altera natura Et tu hortere eum, quem neque gloria. i. cupido gloriæ ſupp. excitat, neque pericula excitant ad plus aut minus faciendum: nequidquam. i. fruſtra & in vanum, timor animi officit. i. nocet auribus: quia timentes non percipiunt ea quæ dicuntur, ſed ego aduocaui vos ſup. ideo: quo. i. vt, memorem. i. in memoriam veſtram reducam pauca, ſimul vti. i. vt ego aperirem cauſam meī cōſilij. Equidem. i. certe milites ſcitis quantam cladem. i. afflictionem. ſocordia. i. puſillanimitas & ignauia Lentuli attulerit ipſi, ſcilicet Lentulo, cui gula laqueo fracta eſt, atque nobis, qui vndique anguſtijs premimur, quoque. i. & quo [ſunt enim duæ partes] modo ego nequiuerim proficiſci in Galliam, dum. i. tātū ſpectium, aut quoniam operior præſidia. i. auxilia ex vrbe. ſ. ab Lentulo, Cethego, alijſq. poſt necem Ciceronis mittenda, vetu pro ſed, vos omnes intelligitis nunc, iuxta. i. quaſi, mecum. i. vt ego, quo loco. i. in quo ſtatu ſint res noſtræ. i. ſalus noſtra, vt Æneid. 2. Quo res ſumma loco Panthu? duo exercitus hoſtium obſtant. ſ. nobis. vnus. ſ. ductu ſub Ant. obſtat ab vrbe. i. ne fugiamus Romam verſus, alter. ſ. exercitus Metelli obſtat à Gallia. i. ne fugiamus in Galliam. Et egeſtas. i. penuria & indigentia frumenti & aliarum rerum ad victum pertinentium, prohibet eſſe diutius in his locis. ſ. inter montes, & duos exercitus, ſi. i. quamuis animus ſup. noſter. maxime. i. præcipue ferat, q.d. neque eſſe poſſumus, neque ſi poſſumus velimus, quocunq; placet ite, ſiue Rom. ſiue in Galliam, iter eſt aperiendum ferro. i. armis. [Quapropter ego moneo vos, vti. i. vt ſitis animo forti, atque parato. i. præſenti, & vti memineritis, cum. i. quando inibitis prœlium, vos portare in dextris veſtris. i. in virtute veſtra. & ſecundum q fortiter bellaueritis diuitias. ſ. expugnatis ciuibus, decus. i. honorem, gloriam, & præterea. i. inſuper libertatem, atque patriam, qua carendum ſit, ſi victi fueritis, quia ſi vicerimus, omnia erunt nobis tuta, cōmeatus. i. victualia erunt nobis abunde, municipia. i. oppida gaudentia ciuitate Romana, & coloniæ à Romanis deductæ, patebunt. i. aperientur nobis, ſin. i. ſed ſi ceſſerimus metu. i. per metum, illa eadem quæ proſpera dicta ſunt, fient nobis aduerſa, neque locus quiſquam, quia nuſquam recipiemur; neque amicus, quia nullum habebimus. teget ſup. eum. i. quemlibet noſtrum, quem arma non texerint. i. protexerint. [Præterea] i. inſuper ò milites, non eadem neceſſitudo impendet. i. imminet nobis, & illis. ſ. aduerſarijs noſtris, quia nos certamus pro patria. i. vt recipiamur in patriam, abs qua excluſi ſumus, pro libertate. i. vt liberi ſimus, qui in ſeruitute habiti ſumus ob æs alienum, & pro vita. i. vt viuamus; quibus ſi vincamur, cum reliquis coniuratis moriendum ſit, ſuperuacaneum. i. ſuperfluum & nullius neceſſitatis eſt illis. ſ. hoſtibus noſtris, pugnare pro potentia paucorum. i. vt conſeruent paucia potentiam, quaſi dicat quia nos pro neceſſitate, & illi ad placitum pugnaturi ſunt, vero ſimile eſt nos acrius pugnaturos, quo. i. quocirca aggredimini audacius exiſtātes memores virtutis priſtinæ. i. prius à vobis obtentæ, licuit ideſt permiſſum fuit vobis agere ætatem. i. viuere in exilio. ſ. in prouincia Gallicana, cum ſumma turpitudine. i. ignominia vitæ, potuiſtis nonnul i. i. vos quidam, ſpectare ideſt frequenter inſpicere Romæ, opes. i. opulentes diuitiās alienas; quia paucorum potentium, & hoc bonis ſup. veſtris amiſſis, quia illa. ſ. in exilium fugere, aut ſeruitutem quodāmodo pati, videbantur ſupp. vobis fœda atque intoleranda viris, [ſiue ita fuerit ſiue non, callide id aſſerit vt in ea neceſſitate ex virtute conſtitutos dicat, vnde regredi turpiſſimum ſit] & decreuiſtis ſequi hęc. ſ. quę incępimus. ſ. potēter potentes expugnare, ſi vultis relinquere hæc ideſt deſiſtere ab inceptis, opus eſt audacia, quia non datur ab armis diſcedere impune. [Nemo enī ſemel bellū placuit, mutauit bellum. i. mutando abiuit bellum, pro pace. i. recipiendo pacem, niſi victor. i. voti compos, q.d. non eſt niſi penes victorem ex bello facere pacem. [Nam ſperare ſalutem] i. conſeruationem tui, in fuga. i. per fugam, cum auerteris. i. in contrariam partem ab hoſte verteris vel abieceris, arma, quibus corpus tegitur, ea eſt vero. i. certiſſime, dementia. i. inſania, maximum periculum eſt ſemper in prœlio his qui maxime timent, quod verbum in prouerbium trāſit, audacia habetur pro muro, quia vt Maro dicit, audaces Fortuna iuuat. O milites cum ego conſidero vos & cum ego æſtimo. i. appretior veſtra facta. ſ. priſtina, magna ſpes victoriæ tenet me, animus veſter ætas & virtus veſtra hortantur me. [Præterea neceſſitudo] i. neceſſitas extrema, quæ fecit etiam timidos à natura, fortes à caſu, nam anguſtiæ loci prohibent ne multitudo hoſtiū queat vos circumuenire. i. per dolum adoriri. quòd ſi fortuna inuiderit veſtræ virtuti. i. ſi per infortunium vobis cadendum fuerit, [conatur itam addere quæ non parum ſecundum Ariſtot. 3. Moralium ad fortitudinem facit, dicens. At qui ira etiam ad fortitudinem referunt, fortes enim & hi videntur qui ira feruntur. ſed Cic. Offic. i. imponit Peripateticis, quòd iracundiam laudent, & dicant eam vtiliter à natura datam, ſed neque iracundiā laudat Ariſt. neque iram beluinam, ſed ſecundum vulgares loquitur, cum & Homerus dicat, Vires iniecit ira, & animum ira concitatur, & efferbuit ſanguis. Quin ipſe Ariſt. Ira, inquit, ſubminiſtrat bilem fortitudini. Qui aūt propter hęc agunt pugnaces quidem ſunt, & non fortes, non. n. ob honeſtatem agunt, aut vt ratio præſcribit &c. verū qualiſcunque audacia modo vincat ſatis ſit Catilinæ.] cauete ne amittatis animam. i. vitam inulti, neu. i. ne vt capti trucidamini, id eſt truculenter occidamini potius ſicut pecora, quàm pugnantes more virorum, ſcilicet fortium, relinquatis hoſtibus victoriam cruentam effuſo cruore ipſorum, & ideo luctuoſam.

HÆC vbi dixit, paululum commoratus, ſigna canere iubet, atque inſtructos ordines in locum æquum deducit: * Deinde remotis omnium equis, quo militibus exæquato periculo animus amplior eſſet, ipſe pedes exercitum pro loco, atque copijs inſtruit. Nā vti planities erat inter ſiniſtros montes, & ab dextera rupe aſpera, octo cohortes in fronte conſtituit: reliqua ſigna in ſubſidijs arctius collocat: ab his centuriones omneis lectos & euocatos. præterea ex egregijs militibus, optimum quenque armatum in primam aciem ſubducit, C. Manlium in deſtra, Feſulanum quendam in ſiniſtra parte curare iubet. Ipſe cum liberis & colonis propter Aquilam aſſiſtit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuiſſe dicebatur. At ex altera parte C. Antonius pedibus æger, quòd prœlio adeſſe nequibat, M. Petreio legato exercitum permittit. Ille cohortes veteranas, quas tumultus cauſa conſcripſerat, in fronte, poſt eas cęterum exercitum in ſubſidijs locat. Ipſe equo circumiens, vnumquenque nominans, appellat, hortatur, rogat, vt meminerint ſe contra latrones inermes, pro patria, pro liberis, pro aris atque focis ſuis certare. Homo militaris, quòd amplius triginta annis, tribunus, aut præfectus, aut legatus, aut prętor, cū magna gloria in exercitu fuerat, pleroſque ipſos factaq. eorum fortia nouerat, ea cōmemorando militum animos accendebat. Sed vbi omnibus rebus exploratis, Petreius tuba ſignum dat, cohortes paulatim incedere iubet, idem facit hoſtium exercitus. Poſtquam eò ventum eſt, vnde à ferentarijs prœlium committi poſſet, maximo clamore infeſtis ſignis * vtrique concurrunt, pila omittunt, res gladijs geritur. Veterani priſtinæ virtutis memores cominus acriter inſtare. Illi haud timidi reſiſtunt, maxima vi certatur. Interea Catilina cum expeditis in prima acie verſari, laborantibus ſuccurrere, integros pro ſaucijs arceſſere, omnia prouidere, multum ipſe pugnare, ſæpe hoſtem ferire, ſtrenui militis, & boni imperatoris officia ſimul exequebatur. Petreius, vbi videt Catilinam contra ac ratus erat, magna vi contendere, cohor

tem

* Dein

* Vtriq; non legitur in antiqs exēplaribus

tem prætoriam in medios hoſtes inducit, eóſque perturbatos, atque alios alibi reſiſtentes interficit. Deinde vtrinque ex lateribus ceteros aggreditur. Manlius & Feſulanus in primis pugnantes cadunt. Poſtquam fuſas copias, ſeque cum paucis relictum videt Catilina, memor generis atque priſtinæ dignitatis ſuæ, in confertiſſimos hoſtes incurrit, ibique pugnans confoditur. Sed confecto prœlio, tum vero cerneres, quanta audacia, quantaque animi vis fuiſſet in exercitu Catilinæ. Nam ferè quem quiſque pugnando viuus locum cœperat, eum amiſſa anima corpore tegebat. Pauci autem, quos medios cohors prætoria diſiecerat, paulò diuerſius, ſed omnes tamen aduerſis vulneribus conciderant. Catilina vero longe à ſuis inter hoſtium cadauera repertus eſt, paululum etiam ad huc ſpirans, ferociamque animi, quam habuerat viuus, in vultu retinẽs. Poſtremo ex omni copia, neque in prælio, neque in fuga, quiſquam ciuis ingenuus captus eſt. ita cuncti ſuæ, hoſtiumque vitæ iuxta pepercerant. Neque tamẽ exercitus P.R. lætam, aut incruẽtam victoriæ adeptus erat. Nam ſtrenuiſſimus quiſque, aut occiderat in prælio, aut grauiter vulneratus diſceſſerat. Multi autẽ, qui ex caſtris uiſendi, aut ſpoliandi gratia proceſſerant, uoluentes hoſtilia cadauera, amicum alij, pars hoſpitem aut cognatum reperiebant. Fuere item qui inimicos ſuos cognoſcerent. ita uarie per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus, atque gaudium agitabantur.

PEDES] Cum diſcendiſſet equo. [Pro loco] Pro qualitate. [Aſpera rupe] Aſpero ſaxo. [Reliqua ſigna in ſubſidijs &c.] Si forte prima acies ceſſiſſet. [Ab his centuriones] pergit dicere, quo pacto inſtruxit exercitum ſuum dicit. n. cum a dextra in rupe aſpera poſuiſſet aciem, in ſubſidijs manipulos collocaſſet, ex his delegit centuriones &c [Ab his] Subſidijs. [Centuriones] Qui præerant manipulis. [Euocatos] Euocati dicebantur, qui ſcripti erant in diuerſis urbibus ſociorum populi Romani. [Ex gregarijs] Gregarij milites dicuntur de grege, qui nullum ordinem habent. [Curare] Curam habere. [Aquilam] Ideo propè uexillum eo quòd aquilas ſigna Romana ſcimus fuiſſe. [Cimbrico] Quod geſſit, contra Cimbros. [Aeger pedibus] Podagra laborans. [Veteranas cohortes] Id eſt ueteranorum militum cohortes. Veterani milites dicebantur, qui diu militiam geſſerant & propterea rei militaris erant peritiſſimi. [Tumultus cauſa] Veterani milites ſubditi periculi cauſa conſcripti erant. [Poſt eas] Poſt ueteranos milites, quos ſubiti periculi cauſa conſcripſerat. [In ſubſidijs] Subſidia dicta ſunt à ſubſidẽdo, eo quòd poſt primas acies ſubſideant, id eſt ſteut, & cum prima acies uicta, uel labefacta fuerit, tunc milites, qui ſubſidijs præerant, in primo loco ponebantur, unde prima acies pedem retulerat. [Nominans] Nominatim. [Ipſe] Petreius. [Pro aris & focis] Pro templis & focis. [Præfectus] Qui princeps exercitum ductauerat. [Prætor] Imperator. idemque facit, quo tempore motus eſt exercitus Antonij, & eodẽ Catil. motus eſt exercitus. [A ferentarijs] Ferentarij dicuntur milites leuis armaturæ, eo quòd arma tantum modo ferebant, quæ leuia manibus geruntur. [Prætoria] Cuius cohortis imperatoria tutela erat, hi ex robuſtiſſimus totius exercitus erant delecti. [Expeditis] Leuis armaturæ. [Ex lateribus] Non in fronte ubi Catilina uerſabatur. [In primis] Inter primos [Catilina] Poſtquam Catilina omnes ſuos uidet fuſos meminit ſuæ nobilitatis, & ne turpiter caperetur in hoſtes confertiſſimos prorupit, ubi confoſſus eſt. [Fuſas] Stratas cæſas. [Confoditur] Transfigitur. [Sed confecto] Nunc dicit Saluſt. qualiter ſe habuerũt Romani fuſo exercitu hoſtium. [Confecto] Perfecto. ſ. inter Catilina & Marcum Petreium, quod in ancipiti fortuna lance ſteterat. [Tunc uero cerneres &c. & eſt ordo clarus. [Vis] Conatus. [Amiſſa anima] Id eſt uita. [Diuerſius] A ſuis. [Catilina uero longe] Catilina non modo contentus fuit non fugere, uerum etiam Romanos irrumpere uoluit, ne inultus moreretur. [Ingenuus,] Id eſt qui libere natus eſſet. [Iuxta] Similiter. [Tamen] Quamuis cæſus eſſet exercitus Catilinæ. [Voluentes] Vt ſpoliarent. [Lætitia] Eorum qui inimicos reperiebant. [Mœror] Luctus eorum, qui amicos, cognatos, hoſpites inuenerant.

IN ſubſidio] Vt ſi pedites qui antierant retrocederent, illis ſubſidium afferant: quibus præeſt[illegible] qui dicitur el Re de guarda. [Ab his] Quæ collocarat in ſubſidio. [Euocatos] Collectos ex diuerſis locis, nec erant milites, ſed pro militibus habebantur; vt puta Mediolan. qui in [illegible] regis, ſine regio ſtipendio, iuerunt, euocati dicũtur. [Marius] Cimbros apud aquas Sextias profligauit. [Colonis] Quæ olim à Sylla in Hetruriam miſſæ fuerant [Legato] Locotenenti. [Permittit] Dat regendum. [Veteranas, [Id eſt exercitatas [Conſcripſerat,] Id eſt uocauerat in exercitum. [Hortatur]. ſ. ad pugnam. [Focis] Priuatis domibus. [Homo]. ſ. Petreius. [Prætor] Ductor exercitus. [Exploratis] Viſis ordinibus ſuis. [Signum] Canit claſſicum. [A ferentarijs] Qui utuntur iaculis [Exiauus trifariam diuidit pedeſtrem turbam] Primo ſunt Armati qui grauis armaturæ dicuntur, Lorica & telo, vel Cypleo & ſcuto utuntur. Sunt uelites qui expeditis dicuntur & ſolum iaculum habent una cũ enſe. Sunt etiam medij qui peltati dicuntur. ſ. leue & breue ſcutũ habentes, quod vulgo dicitur el brocoliere. Sunt vt ait Vegetius lib. ij. Rorarij a rorando dicti qui more roris ſparguntur, & primi ſtipulant hoſtes. [Ferentarij] A ferendo, accenſi, funditores, exculcatores, & ſagitarij. [Pila] Haſtas longas de quibus Dionyſius. [Infeſtus] Aduerſis. [Res] Conſlictus [Priſtinæ uirtutis] Solitæ fortitudinis. [Acriter] Vehementer. [Interea] Dum in prima acie certatur. Laborantibus] Inclinatis. [Acceſſere] Acceſſebat. [Strenui] Fortiſſimi. [Generis] Quia & nobilis familia fuit, & ſi fuiſſet captus ludibrio omnibus ſe fore cognoſcebat. [Ibi] Inter hoſtes. [Vis animi] Fortitudo. [Defecerat] Deſtituerat. [Diuerſius] Ex ordinibus ſuis [Suæ uitæ] Quem ad modum cædebant hoſtes, non dubitabant & ipſi cædi.

DEINDE remotis omnium equis, quo militibus ex æquato periculo animus amplior eſſet] Manuſcriptum deni. Idque rectius Venetum, remotis omnibus equis, id eſt perperam. Nam & Hirtius eodem ferè modo quo Saluſtius. Cæſar. inquit, primũ ſuo, deinde omnium è conſpectu remotis equis, vt æquato omnium periculo &c. Eſt & in quibuſdam, quo peditibus, uelut in Veneto, Argentoratenſi, alijs plerique. Nos hoc in medio relinquemus. [Ille cohorteis veteranas, quas tumultus cauſas conſcripſerat] Legendum, quas tumulti cauſa. idque Saluſtianum magis, nec aliter Nonius Marcellus, Sic apud eundẽ Ennius, Quid hoc tumulti eſt? pro tumultus. Sic Terent. Nihil ornati, nihil tumulti. Sic Saluſt. ante, Senati decreto. pro ſenatus. [In ſubſidijs locat] Hanc lectionem ipſe probo, quamuis in quibuſdam ſit collocat. ſed eodem ſenſu. Paulo inferius. [Interea Catilina cum expeditis militibus in prima acie verſari] τὰ Militibus, non eſt in manuſcriptis, & impreſſis antiquioribus. [Paulo diuerſius iacebant, ſed omnes tamen aduerſis vulneribus conciderant] In manuſcriptis non eſt, Iacebant, & citra detrimẽtum ſenſus abeſſe poterit. Paulo poſt. [Paulum adhuc etiam ſpirans] Fabricianum, paulum etiam ſpirans, nec uero ſecus in impreſſis vetuſtioribus, niſi quòd paululum in his reperitur. Forſan aliquis Etiam, pro ad huc poſitum annotarat. id poſtea irrepſit in contextum. Quamuis non negem, hæc coniungi ſimul, poſſe, uelut apud Ciceronem, Facinus fortaſſe adhuc in nullo etiam uindicatum. [Nam ſtrenuiſſimus quiſque aut occiderat in prœlio aut grauiter vulneratus diſceſſerat] Quamuis Laur. Valla in quibuſdam repererit, ſtrenuus quiſque. tamen exemplar manuſcriptum quod penes non eſt, cum vulgata hodie lectione facit. Sed & Cato de re ruſtica, At ex agricolis, inquit & viri fortiſſimi, & milites ſtrenuiſſimi gignuntur. &. Corn. Tacitus. aa. Sumi bellum etiam ab ignauis, ſtrenuiſſimi cuiuſque periculo geri. Hoc velut corollarium addere libet. Multa de Cicerone Saluſt. in hiſtoria Catilinæ ſilentio prætermiſit, eaque cum primis quæ præcipue ad eximiam & ſingularem Ciceronis gloriam ſpectarent, conſulto ne vt qui eius eſſet inimicus, an uero imprudens, haud facile dixerim. Eo tamẽ potius inclinat animus, vt dedita opera Saluſtium hæc de induſtriaq. omiſiſſe credam, & illam hiſtoriæ legem, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribẽdo, ne qua ſimultatis in his prætermittendus, neglexiſſe, quæ nequaquam fuerit ſilẽtio prætereunda. Eorum hic aliqua ſubijcienda eſſe duxi. I. Primum igitur Ciceroni gratiæ ſunt ampliſſimis uerbis actæ, quod uirtute, conſilio, prudentia ſua remp. periculis maximis liberaſſet, idq. ſine cæde, ſine ſanguine, ſine exercitu, ſine dimicatione, tãta pace, tanto ocio, tanto ſilẽtio, ut ipſemet Cic. inqt iij. inuectiua in Catilinã De hoc uerbum nullũ Sal. II. Dein. Patet pariter eſt à Q. Cat. ac M. Catone frequentiſſimo ſenatu nominatus,

tus, nec de hoc Saluſtius quidquam. Iuuen. vero: Sed Roma parentem, Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Et in 7. Plinius, Salue, inquit, primus omnium parens Patriæ appellate, primus in toga triumphum linguæq́. lauream merite, III. Præterea eius nomine decreta vijs immortalibus ſupplicatio eſt, qui honos ante Ciceronem togato contingit nemini. Atq; his decreta verbis eſt, vt ipſem. t inquit, quòd vrbem incendijs, cæde ciues, Italiam bello liberaſſet. Quæ ſupplicatio, inquit, ſi cum ceteris conferatur, hoc intereſt, quòd ceteræ de repub. bene geſta, hæc vna conſeruata repub. conſtituta eſt. Nec huius quidem facta ab eo mentio. IIII. Ad hęc L. Gellius ei in ciuicam à repub. deberi dixit. Eſt hoc quoque ſilentio præteritum, vt cętera pleraque, dum aduerſarium Criſpus debita commendatione defraudat. Sed audiamus, quid ipſemet Cicerone in Piſonē de hoc atque alijs ad gloriam ſuam ſpectantibus Me, inquit, Q. Catulus, princeps huius ordinis, & auctor publici conſilij, frequentiſſimo ſenatu parentem patriæ nominauit. Mihi hic vir clariſſimus qui propter te ſedet, L. Gellius his audientibus ciuicam coronam deberi à rep. dixit. Mihi togato ſenatus, non vt multis bene geſtæ, ſed vt nemini, conſeruatæ reipub. ſingulari genere ſupplicationis deorum immortalium templa patefecit. Idem ad Atticum, Cn. Pompeium affirmat in ſenatu non ſemel, ſed ſępe, multis verbis Ciceroni ſalutem imperij atque orbis terrarum adiudicaſſe. V. Poſtremo ſtatua eum inaurata Capuæ decuriones decorarunt, & patronum adoptarunt, propter ſalutem illius vrbis conſulatu conſeruatam ſuo, vt ipſemet pro P. Seſtio teſtatur. Sed & in Piſonem, Quorum Capuæ, inquit, te prætextatum nemo aſpexit qui non gemeret deſiderio mei, cuius conſilio cum vniuerſam rempub. tum illam ipſam vrbem meminerant eſſe ſeruatam. Me inaurata ſtatua donarant, me patronum vnum aſciuerant, à me ſe habere vitam, fortunas, liberos, arbitrabantur. Hæc Cic. Sed quid de hoc vſpiā Saluſtius? Quaſi vero & hęc & hoc genus alia non multo ad rem magis facerent, quàm aut illa veterum Romanorum laus, deque corruptis ſeculi ſui moribus querela aut vero tam libenter ac prolixe tributum Cæſari Catonique præconium. Quorum vt vterque fuerit merito laudandus, Cæſaris tamen in laudibus, cum & ipſe ſit coniurationis creditus particeps tandiu commorari, ſuperuacaneum eſſe mihi videtur, ne dicam præter decorum. Nam ille de origine vrbis & corruptis populi Romani moribus, initij que morum ciuilium ſiue à propoſito digreſſio, ſeu verius altior repetitio, vtcunque nominare lubeat, nec aliena prorſus ab hiſtorię argumento videtur, & lectori accidit non ingrata. Sed de hoc iam ſatis, modo vnum addidero. Mire Saluſtius hoc diſſimulat, Cæſarem fuiſſe inter coniuratos habitum, qua de re tam multa interim Suetonius, cuius cum primis probatur in hiſtoria fides. Nam is ſuſpicionem veniſſe illum teſtatur, quaſi conſpirauerit cum M. Craſſo conſulari, item P. Sylla, & Antronio, poſt deſignationem conſulatus ambitus condemnatis. Cuius coniurationis meminerunt Tanuſius Geminus in hiſtoria, M. Bibulus in edictis, C. Curio pater in orationibus, de qua & Cicero in quadam ad Atticum epiſtola ſignificare videtur. Sed & auctores eſſe ait, qui cum Cn. etiam Piſone conſpiraſſe Cæſarem teſtentur. Nam fuiſſe inter ſocios Catilinæ nominatum, & apud Nouium Nigrum quæſtorem à L. Vectio indice, & in ſenatu à Q. Curio quorum hic è Catilina ſeſe cognouiſſe diceret, ille chirographum quoq; eius Catilinæ datum pollicer etur, Suetonius ipſe confirmat, quantis tis hoc diſſimulare noſter ſtudeat. Itaque an hic nulla gratiæ in ſcribendo ſit ſuſpicio, aliorum eſto iudicium.

GLAR. ET ab dextra rupes aſpera] Ita vetus codex. Quidam nominatum rupes, in ablatiuum rupe, mutarunt. Sed temere meo quidem iudicio, cum ante copulam Et, aliter præcedat nominatiuus planities. Scio etiam alterum eſſe apud auctores loquendi modum, at hic non habet locum. Continuo poſt; reliqua ſigna in ſubſidijs arctius collocat, Codices quidam habent reliquarum ſigna, vt ad cohortes reliquas referatur. Vetus codex, reliquorum, at id haud magni momenti [Ipſe cum liberis & Colonis] Dubium, liberis ne ſuis, an libertis, quia ſeruitia repudiauit, intelligendum. Vetus codex, Libertis habet. Quid ſi municipes intellexerit, cum colonorum proxime ſubiunxerit mentionem? [Illa cohortes veteranas. Ipſe equo circuiens] Mirum quam hic hæſitent Commentatores, ad contraria & ſentiant, & exponant in re non admodum difficili. Ego per ille petreium, intelligo per Ipſe Antonium, quod ſi Lector ipſe, ſimul atque priora cum ſequentibus conferet, facile intelliget.

ASCAN. HÆC vbi &c.] Proſcribit inſtructionem militum ad pugnam dicens, vbi, id eſt poſtquam Catil. dixit hæc præmiſſa ipſe commoratus paululum vt notaret animos militum, iubet canere, id eſt cantu erigere ſigna. Scilicet militaria quæ vexilla vocant, atque deducit ordines, id eſt claſſes militum inſtructos, ſcilicet ad pugnam, in locum æquum & planum, deinde remotis equis omnium qui equos habebant quo, id eſt ideo vt animus eſſet amplior, id eſt maior peditibus, & hoc periculo adæquato, id eſt ęquali facto cum equites & ad defendendum ſe, & ad fugiendum paratiores in equis eſſent, ipſe exiſtens pedes; id eſt pedibus non equo incedens, inſtruxit exercitum pro loco atque copijs, id eſt multitudine militum. [Nam vti,] Id eſt ſecundum quòd planities erat inter montes ſiniſtros, id eſt à ſiniſtra iacentes, & rupes aſpera erat à dextra, ipſe conſtituit octo cohortis in fronte, id eſt in prima acie, & collocat, id eſt inſtituit arctius, id eſt denſius & compreſſius ſigna reliquarum, ſcilicet cohortium, aut reliquorum militum, in ſubſidijs, id eſt vnde ſubſidio venire & ſuppetias ferre poſſint. [Ex his,] Scilicet ſubſidiarijs cohortibus, ſubducit, id eſt ſuberahit & demit omnes centuriones, id eſt præfectus manipulis, lectos. ſcilicet dum legiones fierent ex P. R. & euocatos, ſcilicet ex diuerſis vrbibus ſociorum P. R. præterea, id eſt inſuper optimum quenque ex militibus gregarijs, id eſt nullum ordinem aut locum dignitatis habentibus qui ſitio nomine dici ſolent, ſubducit dico armatum in primam aciem, ad primum impetum ſuſtinendum, quia prima quæque coitio acerbiſſima eſt. [Et iubet tanquam imperator] C. Manlium principem exercitus Feſulani, curare, id eſt accurate rem gerere in dextera parte, & quendam Feſulanum ignobilem, & ideo cum non nominat, in ſiniſtra parte, ipſe Catilina aſſiſtit, id eſt locum capit cum liberis & colonis deductis, prope, aquilam, id eſt, ſignum habens pro inſigni aquilam, quam C. Marius dicebatur habuiſſe in exercitu bello Cimbrico, id eſt geſto cum Cimbris populis Germaniæ, qui auctore Feſto lingua Gallica latrones dicuntur. Vt vero Ser. lib. 7. dicit, Cimbri ea regione Germanorum quæ ad aquilonem vergit & ad oceanum pertinet cognati ſunt, quis ab exitu Rheni vſque ad Albin initium capiunt, Tortellius dicit, nunc Flamingos dici, qui inundatione oceani fugati ad Italiam in campo Raudio à Mario deleti ſunt. Sanè plures Cimbricam putant quę nunc Dacia dicitur ſeu Daunia, profecti Cimbri per Galliam quam præter Bellouacos vaſtauerunt, tandem in Italiā irrupuerunt. Vnde dicit Florus in Epitomatis Liu. ſic lib. 67. Cimbri vaſtatis omnibus quæ citra Rhodanum & Pyrenæum ſunt, per ſaltum in Hiſpaniam trangreſſi, ibique multa loca populati à Celtiberis fugati ſunt, reuerſique in Galliam bellicoſis quidem ſe Teutonis coniunxerunt. Et lib. 68. C. M. conſul ſumma vi oppugnata à Teutonis & Ambronibus caſtra defendit, duobus deinde prœlijs circa aquas, eos hoſtes deleuit. In quibus cæſa traduntur hoſtium ducenta mil. capta nonaginta. Marius abſens quintum conſul creatus eſt, triumphum oblatum donec Cimbros vinceret diſtulit. Cimbri repulſo ab Alpibus fugatoque Quinto Catulo proconſ. qui fauces alpium obſederat, & ad flumen Athesim caſtellum Editum inſederat reliquerat atque vbi virtute ſua explicata fugientem proconſ. exercitumque proſecuti in Italiam traiecissent, iunctis eiuſdē Catuli, & C. Marij exercitibus prœlio victi ſunt ab eis. In quo cæſa traduntur hominum cæſum quadraginta mil. capta ſexaginta mil. Marius totius ciuitatis conſenſu receptus pro duobus triumphis qui offerebantur vno contentus fuit. Primores ciuitatis qui aliquandiu vt nouo homini ad tantos honores euecto inuiderant, conſeruatam ab eo remp. fatebantur. Itaque nec impetum eorum Syl. nec ſecundum Manlius, nec tertium Cœpio ſuſtinere potuerunt, omnes enim fugati & exuti caſtris fuere. Actumque erat de imperio niſi Ma illi ſęculo contigiſſet. Is enim funditus Teutones prius, deinde Cimbros debellauit, quem populo Romano tertium vrbis conditorum ob id appellauit, quòd non à minore diſcrimine tunc Romam ſeruaſſet quàm cum exactus Gallorū furor à Furio Camillo, qui ſecundus à Romulo vrbis conditor eſt habitus. At. i. ſed Caius Ant. ęger pedibus. i. laborans podagra [ſanè vt Valla docet hunc locum cuans orator dixiſſet pedibus ægris] quòd. i. quia, ipſe nequibat adeſſe prœlio, permittit exercitum Petreio legato. ſ. ſuum exercitum. Ille. ſ. Petreius [vel forte Ant. quia Ant. milites conſcripſerat, & ſequitur, Sed vbi &c.] collocat in fronte. i. in prima acie cohortis veteranas, id eſt veteranorum militum, qui tandiu militiæ aſſueti fuerant & quaſi emeriti, quas conſcripſerat, cauſa tumultus, id eſt tumultuarij belli ſubito obeundi, & collocat poſt eas in ſubſidijs, id eſt vnde ſubſidio venire poſſent, ceterum .i. reliquum exercitum, ipſe quia pedibus æger erat circumiens priuſquam exercitū dimitteret, equo, & nominans vnū quenq; appellas ſup. eum hortatur, & rogat vt

meminceſt

meminerit ſe certare contra latrones inermes pro patria pro liberis, pro aris atque focis, de quibus prius dixi, exiſtens homo militaris qui fuerat cum magna gloria in exercitu amplius triginta annis, aut tribunus, aut præfectus, aut legatus, [vt nunc Petreius] aut prætor, qui & imperator erat, nouerató. pleroſq. & fortia facta eorum accendebat. ſ. ad gloriam & ad conſimilia facienda animos militum, commemorando ea. ſ. fortia facta. [Sed poſtquam Petreius, ergo prius de Ant. locutus eſt, omnibus rebus exploratis. ſ. per exploratores, dat tuba i. per tubam, ſignum, ſcilicet ineundi prœlij & exeundi caſtra, ipſe iubet cohortis, ſcilicet ſuas incedere. i. progredi paulatim. Idem facit exercitus hoſtium. [Poſtquam ventum eſt eo]. i. ad eum locum, vnde prœlium poſſes cõmitti ab ferentarijs .i. militibus leuis armaturæ, aut quia ceterorum arma ferreæ, aut quia eminus ferrent iaculis & fundis, ambo, ſupp. exercitus concurrunt vtrinque magno clamore & cum ſignis infeſtis. i. ferentes ſignas infeſta, omittunt pila, tela Romana oblonga, aut quas picas vocant Galli, res agitur. i. prœlium fit, gladijs & ita cominus. [Veterani memores priſtinę virtutis]. ſ. ſuę, inſtare. i. inſtabit acriter cominus. i. quaſi coniunctis manibus, quod de propè dicuat, ſicut eminus de longe quaſi è manu mittendo tela, illi. i. Catilinarij, reſiſtunt haud timidi, & ita certatur vtrinque maxima vi. [Interea Catilina verſari]. i. verſabatur in prima acie. i. parte belli inſtructa in acutum, & ſuccurrere. i. ſuccurrebat laborantibus. i. exiſtentibus in periculo & ſuccumbentibus accerſire. i. accerſiebat, aduocabat, & ſufficiebat integros pro faucijs. i. loco fauciorum, prouidere, id eſt prouidebat omnia, & pugnare. i. pugnabat multum, & ferire. i. feriebat ſæpe hoſtem, & ita exequebatur. i. obibat ſimul officia ſtrenui militis, quia fortiter pugnabat, & boni imperatoris, quia bene & prudenter proſpiciebat, hortabatur, & imperabat. [Petreius] Alij textus habent, præterea Petreius, vbi videt Catilinam contendere magna vi contra. i. ea aduerſo, vt erat iratus, ita vt ita vires exercitaret. inducit cohortem prætoriã. i. quæ erat principalis, vt deputata ad cuſtodiam prætoris & imperatoris in quo eſſe ſolet ſalus exercitus, in medios hoſtes, quia, vi irrupe runt, & interficit eos perturbatos ex ſubita irruptione, atque aſſiſtentes alibi. i. diuerſos diuerſis partim irrumpentibus, partim immiſſis, partim in acie prima bellantibus. [Deinde aggreditur ceteros. ſ. Catilinarios vtrinque. i. ea lateribus. i. cornibus aciei. Manlius. ſ. ductor exercitus, & Feſulanus ille qui Manlio commendatus erat, cadunt. i. occidunt, & oppetunt mortem cadentes in primis. i. inter primos. [Poſtquam Catilina videt copias] ſupp. ſuas fuſas, & ſe relictum cum paucis, memor generis id eſt progeniei, quia de gente patricia, & domo Corneliorum & Scipionũ erat, vnde ipſe in reſponſiua ad Ciceronem, Erat, Scipione ſoboles luculenta & cetera, & memor priſtinæ dignitatis ſuæ, qua cum nobiliſſimus eſt habitus, incurrit in hoſtes confertiſſimos, aut confertiſſimos. i. denſiſſimos à confercor, & pugnans confoditur ibi. [Sed confecto prœlio]. i. poſtquam prœlium erat confectum, tum. i. tunc cerneres. i. quilibet cerneret, vero. i. ad verum & præcipue, quanta audacia & quanta vis, animi fuiſſet in exercitu Catilinæ. [Nam quiſque ferè tegebat eum locum corpore ſuo amiſſa anima]. i. vita, quem cęperat. ſ. defendendum viuus. i. dum adhuc viueret pugnando. [Pauci autem quos cohors prætoria diſiecerat medios cõciderant paulo diuerſius]. i. diſtantius à loco capto, ſed tamen omnes conciderant vulneribus aduerſis, id eſt ab anteriore parte non à tergo ſuſceptis. Catilina vero repertus eſt longe à ſuis inter cadauera hoſtium, ſpirans. i. anhelans etiam. i. adhuc paulum & retinens in vultu ferociam animi quam habuerat viuus. [Poſtremo]. i. denique quiſquam ex omni copia, neque in prœlio, neque in fuga ciuis ingenuus, eſt captus, ita. i. in tantum cuncti pepercerant iuxta. i. conſimiliter ſuæ vitæ & hoſtium vitæ. i. non minus volebant ſe interfici quàm hoſtes. Neque tamen exercitus pop. Rom. atas adeptus victoriam lætam, aut incruentam. Nam ſtrenuus, aut ſtrenuiſſimus quiſque [dubitat enim Valla verum legendum ſit] aut occiderat in prœlio, aut diſceſſerat vulneratus grauiter. Multi autem quã proceſſerant e caſtris gratia viſendi, aut ſpoliandi voluentes cadauera hoſtilia, reperiebãt alij amicum, pars. i. alij hoſpitem, aut cognatum ſup. occiſum. fuere item qui cognoſcerent inter occiſos. ſuos inimicos. Ita. i. & ſic lætitia, mœror, luctus, atque gaudia agitabantur varie per exercitum.

C. Criſpi Saluſtij de Catilinario bello ſcriptum feliciter explicit.

IOANNES CHRYSOSTOMVS BARTHOLOMAEO SOLDO FRATRI. S.

DEDI operam mi frater, vt Saluſtij de bello Iugurthino interpretationem inchoarem, vt haberes quod & vtiliter legeres, & commode doceret. Cum opus abſoluero curabo illud ad te tranſmittere. Tu interea da operam, vt memoriæ teneas, quæ præcepta dederim tibi, cum à te diſcederem Scholaſticos aſſiduo ſtudio, atque labore proſequere, eoſque omni diligentia cuſtodi. Plura ſcriberem, niſi celeritas nuncij prohiberet. Vale. Ex monaſterio ſancti Leonardi V. Calend. Ian. M.CCCCLXX. extra Veronam.

IOANNES CHRYSOSTOMVS BARTHOLOMAEO SOLDO FRATRI. S.

MITTO ad te expoſitionem in Saluſtium de bello Iugurthino, ſicuti eram pollicitus, opus ſummo labore confectum. Qua in re ideo maior eſt à me labor ſuſceptus, quòd non ſolum ſententiæ, reſque ipſæ mihi fuerunt explicandæ, ſed ordo quoque verborum multis in locis eſt demonſtratus, vt et tu ipſe melius intelligeres, & alios facilius doceres. Tu ſi Saluſtium, & interpretationem, atque expoſitionem noſtram diligẽter intuitus fueris, aditum intelligentiæ tibi multas ad res apertum eſſe cognoſces. Te rogo, vt des operam: ne tantus labor fruſtra à me ſuſceptus, ne ve ex induſtria mea ignauia tibi parta eſſe videatur. Quod ſi te hoc opere noſtro delectatum eſſe intellexero, ad alia maiora aggredienda ſtudium meum excitabis. Quantum enim tibi prodeſſe ſcis, ego etiam quantum poſſim intelligo. Nemo enim eſt qui te mihi in hac luce charior ſit, vel cui plus ingenium meum deſudare cupiam. Sed facite dignum præſtes, in quem talia à fratre officia conferantur. Cum epiſtolam legeris, Brixiam te conferes ad ſanctum Saluatorem, & fratrem Stephanum conuenies, cui opus tibi aſſignandum tradidi. Curabiſque vt textum correctiſſimum habeas, atque ita lege, vt meo labore proficere incipias. Vale, & Paſinum tuum cura diligenter. Vxorem, ceteroſque meos nomine meo ſaluta. Datum Patauij, XV. Calen. Iulij. M. CCCCLXX.



C. SALVSTII CRISPI DE BELLO IVGVRTHINO HISTORIA.

FALSO quæritur de natura ſua genus humanum, quòd imbecilla, atque æui breuis, * forte potius, quàm virtute regatur. Nam contra repurando, neque maius aliud, neque præſtabilius inuenias: magiſque naturæ induſtriam hominum, quàm vim, aut tempus deeſſe. Sed dux, atque imperator vitæ mortalium, animus eſt, qui ubi ad gloriam, uirtutis uia graſſatur, abunde pollens, potenſque, & clarus eſt: neque fortunæ eger. quippe quæ probitatem induſtriam, cæteraſq; bonas artes, neque dare, neque eripere cuiquam poteſt. Sin captus prauis cupidinibus, ad inertiam & voluptates corporis peſſundatus eſt, pernicioſa libidine paulisper uſus, ubi per ſocordiam, & vires, tempus, ætas, ingenium defluxere, naturæ infirmitas accuſatur, ſuam quique culpam auctores ad negocia transferunt. Quod ſi hominibus bonarum rerum tanta cura eſſet, quanto ſtudio aliena, ac nihil profutura, multumque etiam periculoſa petunt, neque regerentur magis caſibus, quàm regerent caſus, & eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus, gloria æterni fierent. Nam uti genus hominum compoſitum è corpore, & anima eſt; ita res cunctæ, ſtudiaque omnia noſtra, corporis alia, alia animi naturam ſequuntur. Igitur præclara facies, magnæ diuitiæ, ad hoc uis corporis, & alia huiuſcemodi omnia breui dilabuntur. At ingenij egregia facinora, ſicuti anima, immortalia ſunt. poſtremo corporis & fortunæ bonorum, uti initium, ſic finis eſt: omniaque orta occidunt, & aucta ſeneſcunt. animus incorruptus, æternus, rector humani generis, agit, atque habet cuncta, neque ipſe habetur. Quo magis prauitas eorum admiranda eſt, qui dediti corporis gaudijs per luxum, atque ignauiam ætatem agunt. cæterum, ingenium, quo neque melius, neque amplius aliud in natura mortalium eſt, incultu, atque ſocordia torpeſcere ſinunt: cum præſertim tam multę, uarięq; artes ſint animi; quibus ſumma claritudo paratur. Verum ex his magiſtratus, & imperia, poſtremo omnis cura rerum publicarum, minime mihi hac tempeſtate cupienda uidentur: quoniam neq; uirtuti honos datur, neque illi quibus per fraudem ius fuit, utiq; tuti, aut eo magis honeſti ſunt. Nam ui quidem regere patriam, aut parentes, quanquam & poſſis, & delicta corrigas, tamen importunum eſt, cum præſertim omnes rerum mutationes, cędem, fugam, aliaq; hoſtilia portendant. Fruſtra autem niti, neque aliud ſe fatigando, niſi odium quærere, extremæ dementiæ eſt, niſi forte quem inhoneſta, & pernicioſa libido tenet, potentiæ paucorum decus atque libertatem ſuam gratificari. Cæterum ex his negocijs, quæ ingenio exercentur; in primis magno uſui eſt memoria rerum geſtarum, cuius de uirtute quia multi dixere, prætereundum puto: ſimul neque per inſolentiam quis exiſtimet, memet ſtudium meum laudando, extollere. Atque ego credo fore qui (quia decreui procul à rep ætatem agere) tanto, tamque utili labor meo, nomen inertiæ imponant. Certe, quibus maxima induſtria uidetur, ſalutare plebem, & conuiuijs gloriam quærere. qui ſi reputauerint, & quibus ego temporibus magiſtratum adeptus ſum, & quales uiri idem aſſequi nequiuerint; & poſtea quæ genera hominum in ſenatum peruenerint, profecto exiſtimabunt me magis merito, quam ignauia iudicium animi mei mutauiſſe; maiusque commodum ex ocio, meo, quàm ex aliorum negocijs reip. uenturum. Nam ſępe audiui * ego Q. Maximum, P. Scipionem, prętera ciuitatis noſtræ præclaros uiros ſolitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, uehementiſſime ſibi animum ad uirtutem accendi, ſcilicet non ceram illam, neque figuram tantam uim in ſeſe habere; ſed memoria rerum geſtarum, eam flammam egregijs uiris in pectore creſcere, neque prius ſedari, quàm uirtus eorum famam, atque gloriam adæquauerit. At contra, quis eſt omnium his moribus, qui non diuitijs & ſumptibus, non probitate, neque induſtria cum maioribus ſuis contendat? Etiam homines noui, qui antea per uirtutem ſoliti erant nobilitatem anteuenire; furtim & per latrocinia potius, quàm bonis artibus ad imperia, & honores nituntur: perinde, quaſi prætura & conſulatus, atque omnia alia huiuſcemodi, per ſeipſa clara & magnifica ſint, ac non perinde habeantur; ut eorum, qui ea ſuſtinent, uirtus eſt. Verum ego liberius, altiusq; proceſſi, dum me ciuitatis morum piget, tædetque. Nunc ad inceptum redeo.

* forte

* Ego, nō eſt in quibuſdam vetuſtis Codicibus.

COMMENTARIA IOANNIS CHRYSOSTOMI SOLDI BRIXIANI, IN BELLVM IVGVRTHINVM.

SALVSTIVS ciuis Romanus Senatorij ordinis fuit. Hic primo ſe ad remp. contulit, & in ea aliquandiu uerſatus eſt, poſt ea cum ei in Sen. (ut tradit Acron) à cenſoribus obiectum eſſet, quòd libertinarum ſectator eſſet, tum ille, non ſe matronarum, ſed libertinarum ſectatorem eſſe teſtatus eſt, atque ideo ſenatu repulſus eſt, quod & in principio belli Catilinarij, & in præſenti exordio excuſat. Dicit enim aliam fuiſſe cauſam, quamobrem ſe ab adminiſtratione reipub. remoueret, quòd uidelicet virtuti honos non daretur, ſed ambitio omnia uirtutis pręmia poſſideret. Sed re uera conſtat Saluſtium infamia circa fœminas laboraſſe. Nam (ut idem Acron refert) in Fauſtinę Syllę filię, & Milonis uxoris adulterio deprehenſus. ab ipſo T. Annio Milone flagellis cęſus eſt. Igitur Saluſt. ob eiuſmodi flagitia à Senatu remotus, cum intelligeret ſibi ob tantam ignominiam aditum ad honores penitus intercluſum, omiſſa cura reip. ſe ad hiſtoriam ſcribendam contulit. In qua re ita claruit, ut omnibus, qui hiſtoriam ſcripſerunt, omnium iudicio, ante ponatur. Et quemadmo-

dum apud Græcos Thucydides, Herodotum, cęteroſque qui hiſtoriam ſcripſerunt, nobilitate, & artificio dicendi ſuperauit, ſic apud Latinos Saluſtius, Liuium, cęteroſque hiſtoricos facile vicit. Vnde Quintilianus Thucydidi Saluſtium, comparat, Liuium Herodoto. Portò tam in Thucydide, quam in Saluſtio mira breuitas quædam, & affectata rerum vbertas cõmendatur. Nam vterque ita rerum frequentia creber eſt, vt verborum propè numerum ſententiarum numero conſequatur. Genus autem dicendi preſſum, & nitidum, & omnino rebus magis, quàm verbis redundans. In hoc autem opere, bellum, quod Romani cum Iugurtha Rege Numidiæ geſſerunt, conſcribit. Sed ante præmittit exordium, in quo cauſam (vt diximus) oſtendit, quamobrem ſe ab adminiſtratione reipub ad hiſtoriam ſcribendam contulit, ne forte ignauiæ daretur, ſi vel tædio laboris, vel metu periculi potius, quam iuſto iudicio animi rempub. reliquiſſe videretur. Dicit enim ſic, cum multa ſint ſtudia, & exercitia animi, quibus ſumma laus, & claritudo comparari poſſit, veluti conſilio remp. regere, dare operam literis, & alia huiuſmodi, hoc tempore mihi non placuit per adminiſtrationem reipub. laudem, & gloriam comparare, quia videbam hoc tempore imperia & honores, & magiſtratus dari hominibus indignis, & non virtute pręditis, ſed ambitione corruptis. Et propterea aliud ſtudium, atque aliud exercitium animi quærendum eſſe putaui, in quo laudem, & gloriam comparare poſſem. Sed ex omnibus ſtudijs, quæ exercentur animo, atque ingenio, vtiliſſimum viſum eſt hiſtoriam ſcribere, & memoriæ mandare res geſtas. Et ideo ad hoc ſtudium, atq; exercitium me contuli, omiſſa cura reipub. Sed videamus, quomodo paulatim veniat ad exponendam hanc cauſam, atq; hunc ſenſum explicandum. [Falſo queritur] Iniuſte, inquit, homines conqueruntur de natura ſua, dicentes, quòd natura ſua imbecilla ſit, & viribus infirma, & breui tempore duret, & quòd fortuna potius quàm conſilio regatur, ſed male faciunt, qui ſic conqueruntur. Nam ego contrarium exiſtimo. Nihil enim eſſe puto maius, aut præſtabilius natura hominis; homo enim cunctis animantibus præſtat, & excellit. Nam homo capax eſt rationis, &c. omnia animantia præter hominem, carent ratione. Eſt autem ratio aſpectus animi, qui per ſeipſum verum, non per corpus intuetur. Et ratio eſt, per quam verum à falſo diſcernitur. Et hac ratione carent cætera animantia præter hominem. [Falſo] Ordo eſt. Genus humanum falſo queritur, id eſt conqueritur de natura ſua, quòd imbecilla, ſcilicet ipſa natura, atque æui breuis regatur potius forte, quàm virtute. [Falſo,] Id eſt falſe, eſt aduerbium, id eſt iniuſte. [Genus humanum,] Id eſt homines. [Quod imbecilla,] Id eſt viribus infirma. [Ecce cauſas, quare homines conqueruntur de natura ſua. Tres ſunt cauſæ, primam cauſam eſſe dicũt, quia natura hominis infirma ſit viribus; Nam multa ſunt animalia fortiora hominibus quantum ad vires, vt bos, leo, & multa alia. Secundam cauſam eſſe dicunt, quia natura hominis, breuis ætatis eſt. Nam ætas hominis breuis admodum, eſt, pauci enim ſunt, qui centeſimum annum attingant. multi inter ipſa infantiæ primordia intereunt, denique communis hominum natura, vix ſexageſimum annum attingit. Tertia cauſa, quare conqueruntur de natura ſua eſt, quia dicunt, hominem magis regi, & gubernari à fortuna quàm à conſilio, propterea quia dicunt hominem multis caſibus fortunæ eſſe ſubiectum qui non poſſunt humana ratione neq; conſilio euitari. Sed has omnes rationes inferius confutat, & eas falſas eſſe oſtendit. [Æui,] Id eſt ætatis, temporis. [Forte] Hoc eſt fortuna, & eſt caſus ablatiui, nominatiuus eſt fors. Terentius. Quod fors feret, feram. [Quam virtute,] Id eſt conſilio & iudicio animi. [Nam contra reputando.] Ordo eſt. Nam reputando contra, neque inuenies aliud maius, neque præſtabilius, ſcilicet ipſa natura hominis, magiſque, ſcilicet inuenies induſtriam hominum deeſſe naturæ quàm vim, aut tempus. [Nam contra] Vere dico, quòd genus hominum falſo conqueritur, quia è contrario exiſtimando, nihil inuenitur præſtabilius humana natura. Et reddit cauſam quare dixit, quòd genus humanum falſo conqueritur. Et confutat eas rationes, propter quas homines conqueruntur de natura ſua. Dicit enim, ſi diligenter inſpicere volumus, non uires, aut tempus deeſt naturæ hominũ, ſed induſtria, quia ſi homines vellent exercere animum, & ingenium, ſatis viribus & fortes ualidi eſſe viderentur, & vbi breuis vitæ eſſe videntur, exercendo virtutem animi, & ingenij, immortales efficerentur, quia memoria eorum nunquam periret, ſi præclarum aliquod monumentum ingenij ſui relinquerent. Et certe uerum eſt, quod dicit. Ecce quamuis Saluſtius ipſe ſecundùm naturam humanam breui tempore durauerit, tamen quia præclarum ingenij ſui monumentũ reliquit, memoria eius æterna manebit. Et hoc eſt, quod dicit. [Nam] Pro quia. [Contra reputando] Contra exiſtimando. [Præſtabilius,] Id eſt excellentius. [Induſtriam,] Id eſt exercitationem animi, & ingenij. [Quantum] Refertur ad id, quod dixit Imbecilla. [Aut tempus] Ad id, quod dixit, Æui breuis. [Sed dux] Ordo eſt. Sed animus eſt dux, atque imperator vitę mortalium, qui, ſcilicet animus eſt abunde pollens, potens, & clarus, neque eget fortuna, vbi, id eſt quando graſſatur, ſcilicet ille animus ad gloriam uia uirtutis. [Sed dux] Ac ſi diceret. Ita quidem homines conqueruntur de natura ſua dicentes illam eſſe infirmam, & breuis ætatis, & fortunę eſſe ſubiectam. [Sed ego oſtendam illos falſum exiſtimare, & iniuſte conqueri. Et hic incipit confutare opinionem eorum, qui exiſtimant & conqueruntur, quòd natura hominis ſit infirma, & breuis ætatis, & quòd fortuna potius quàm conſilio regatur. Dicit enim ſic, Homo compoſitus eſt ex anima & corpore. Anima à Deo eſt, corpus à terra. Animus, ſiue anima dominari debet, corpus ſeruire. Si igitur homo animum teneat corpori imperantem, neque permittat illum uinci, & peſſundari à uoluptatibus corporis, ſed illum ad uirtutes exerceat, ſine dubio ſatis uiribus potens erit, neque à fortuna regetur, ſed ipſe reget fortunam, & eas res geret, quarum memoria ęterna erit, ut cum ipſe homo mortuus fuerit. tamen facta eius uiuunt. Et ita oſtendit quemadmodum homo poſſit ętatem ſuam, quę natura breuis eſt, memoria excellentium factorum quàm longiſſimam facere. [Sed dux,] Id eſt rector, quia animus regit corpus. [Imperator,] Id eſt dominus. Nam animus dominatur, corpus autem ſeruit, unde ipſe Saluſt. in Catilinario, Animi imperio, corporis ſeruitio magis utimur. Alterum nobis cum dijs, alterum cum belluis commune eſt. [Mortalium,] Id eſt hominum. Quia cum inquit animus tendit ad gloriam per uiam uirtutis, ſatis potens eſt, & uiribus ualet. neque fortuna indiget contra opinionem eorum qui dicunt ꝙ natura hominis, id eſt homo ſit imbecillis, & à fortuna regatur. [Ad gloriam] Gloria eſt frequens fama cum laude. [Virtutis uia,] Id eſt per uiam uirtutis. [Graſſatur] .i. tendit, uadit & graſſari uenit ab eo, quod eſt gradior, & graſſari, ſecũdùm Nonium Marcellum duo ſignificat, aliquando graſſari eſt ſupra modum ſęuire, aliquando ſignificat ambulare, ut hoc loco. [Potens] .i. ualens, ſcilicet uirtute, potens, ſcilicet uiribus. [Clarus] Nobilis. [Neque fortuna eget] Quia animus prouidet ſibi ea, quę ſunt neceſſaria ad gloriam comparãdam ſine adminiculo & pręſidio fortunæ. [Quippe,] Id eſt quia, [Quę,] Scilicet fortuna, uere dico quòd animus non indiget fortuna, quia animus per ſe ſibi parat, & acquirit probitatem, & induſtriam, & alias bonas artes, quibus tendit ad gloriam, quas res fortuna nec dare cuiquam, nec tollere poteſt. [Bonas artes,] Id eſt bonos mores, & uirtutes, nam artes in numero plurali mores ſignificant. [Sin captus] Ordo eſt. Sed infirmitas naturę accuſatur, & quiſque auctores transferunt ſuam culpam ad negocia, ubi, id eſt quando uel poſtquam uires, tempus, & ingenium defluxere per ſocordiam ſi animus captus prauis cupiditatibus eſt peſſundatus ad inertiam, & uoluptatem corporis uſus paulisper pernicioſa libidine, ſin captus, ita quidem animus ſatis eſt potens, & clarus, neque fortuna indiget, quando per uirtutem exercetur ad gloriam imperium retinens ſupra corpus. ſed contrario, ſi animus uincatus à uoluptatibus corporis, ignauiæ, & libidini deditus cum homo ad finem uitę ſuæ peruenerit, ętate conſumpta in luxu & inertia, & nihil pręclarum, & memoria dignum in tota ſua uita geſſerit, continuo naturam culpat humanam, cum reuera non naturam, ſed uitia culpare debeat. [Captus] Irretitus. [Prauis] Peruerſis. [Peſſundatus eſt,] Id eſt calcatus. [Ad inertiam] Pigritiam, ut nihil agere uelit memoria & laude dignum. [Voluptatum corporis] Veluti ad luxuriam & gulam, his enim uitijs uigor animi eneruatur. [Pernicioſa] Mala & damnoſa. [Vbi per ſocordiam,] Id eſt ignauiam, & negligentiam. [Socordia proprie eſt negligentia animi, inertia eſt negligentia corporis, ſocordia, dicta, quaſi ſeorſum à corde. [Defluxere,] Id eſt transiere. [Naturę infirmitas accuſatur,] Id eſt culpatur, quia dicunt naturam infirmam eſſe, & imbecillam, ut pati non poſſit tot labores. Nam cum uident in uita ſua nihil pręclarum & memoria dignum geſſiſſe, dicunt hoc eueniſſe propter imbecillitatem humanę naturę. quę tot labores pati non poteſt. Atque ita culpant naturam, cum potuiſſent ipſos culpare, qui ſe totos uoluptatibus corporis dederunt, & luxurię, atque ignauię ſeruierunt. [Suam quiſque culpam auctores ad negocia transferunt] .i. aut culpam in naturam transferunt, aut in aliquod aliud negocium, cum potius in ſeipſos culpam transferre deberent. [Culpam] .i.

quòd

quòd nihil in uita ſua præclarum, & memoria dignum geſſerunt. [Ad negocia,] Id eſt ad res, quæ in humana vita contingunt. Multa enim contingere poſſunt homini, quæ illum impediunt, ne præclarum aliquid gerere poſſit, vt ægritudo, inopia. Sed re-uera ſeipſos potius quam aliquid aliud culpare deberent, quia animum virtutibus excollere noluerunt, ſed illum prauis cupiditatibus, ac voluptatibus corrumpi permiſerunt. [Quod ſi hominibus] Ordo eſt, Homines neque regerentur magis caſibus, quàm regerent caſus, & procederent eo magnitudinis vbi pro mortalibus fierent æterni gloria, ſi tanta cura bonarum rerum eſſet ipſis hominibus, quanto ſtudio petunt aliena, ac nihil profutura, & multum etiam periculoſa. Docet quomodo poſſint homines facere, ne regantur à fortuna, ſed ipſi regant fortunam, & quomodo poſſint ex mortalibus immortales fieri non natura, ſed æternitate gloriæ. Et ita perſtat in propoſito, vt oſtendat falſo homines conqueri, ꝙ natura humana ſit breuis, & quòd à fortuna regatur. Dicit enim ſi homines tanto ſtudio bonis artibus & virtutibus operam darent, quanto ſtudio caduca, & nihil profutura quærunt, profecto non magis regerentur à fortuna, quàm ipſi infortunati regerēt, & ad eam magnitudinem peruenirent, vt pro mortalibus, gloria immortales fierent. [Bonarum rerum] Omnino tria ſunt genera bonorum, videlicet bona animi, bona corporis, bona fortunæ, bona animi ſunt virtutes, videlicet, iuſtitia, prudentia, fortitudo, temperantia. Iuſtitia autem diuiditur in has partes, ſcilicet religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obſeruantiam, & veritatem. Prudentię partes ſunt memoria, intelligentia, prouidentia. Partes fortitudinis, magnificentia, fidentia, patientia, perſeuerantia. Temperantię partes, continentia, clementia, modeſtia. Hę igitur virtutes, earumque partes bona animi dicuntur, quæ ſtabilia ſunt, nec à poſſidente poſſunt auferri. Bona corporis, ſunt incolumitas, ſanitas, velocitas, vires, pulchritudo, & hæc inſtabilia ſunt & breui tempore dilabuntur. Bona vero fortunæ, ſunt diuitiæ, honores, dignitates. Et hæc quoque bona nequaquam ſtabilia ſunt, ſed pro arbitrio fortunæ feruntur, licet Chriſtiana religio fortunam tollat, & cuncta nutu diuino regi, atque euenire confirmet. Dicit ergo Saluſtius. Si homines bona animi tāto ſtudio, atque ſolicitudine quærerent, quanto ſtudio quærunt bona corporis, atque fortunæ, quæ ſunt caduca, & inſtabilia, profecto non magis regerentur à fortuna, quàm ipſi regerent fortunam, & ex mortalibus gloria æterni fierent. [Bonarum,] Scilicet bonorum animi, quæ ſunt virtutes, quas ſupra poſuimus. [Aliena,] Id eſt extranea à nobis, id eſt bona fortunæ, ſicuti ſunt diuitiæ, quę bona externa dicuntur, quia ſunt extra nos. [Ac nihil profutura] Quæ nihil prodeſſe poſſunt, immo plerunque obſunt. [Periculoſa,] Quis neſcit, diuitias multis ſæpe periculo, & exitio fuiſſe? [Petunt] Appetunt, quærunt. [Neque regeremur magis à caſibus] Cauſa quare homines putant naturam humanam caſibus fortunæ eſſe ſubiectam, hæc eſt, quia ſequuntur ea bona, quę re-uera fortunæ ſubiecta ſunt, ſicuti ſunt diuitiæ, quæ cū ab eis auferuntur, dicunt naturam humanam, fortunę eſſe ſubiectam, ſed ſequantur bona animi, ſequantur virtutes, quę ab eis auferri nō poſſunt, & tunc intelligent, id quod eſt verum, videlicet naturam humanam, caſibus fortunæ non eſſe ſubiectam. [Et eo magnitudinis procederent,] Id eſt ad eam magnitudinem peruenirent. [Gloria æterni] Vbi ſunt mortales, efficerentur immortales nōn quia non morerentur, ſed quia poſt mortem facta eorum viuerent. [Nam vbi] Ordo, ita res cunctæ, & omnia ſtudia noſtra ſequuntur, alia naturam animi alia naturam corporis, vti, pro ſicut genus humanum compoſitum eſt ex anima & corpore. [Nam vti] Oſtendit quomodo fieri poſſit id, quod dixit, ſcilicet vt homines ex mortalibus, gloria immortales, & æterni fieri poſſint. Dixit enim. Sicut homo compoſitus eſt ex anima & corpore, anima autem immortalis eſt, corpus vero mortale: ſic etiam omnes res, & omnia, quæ facimus, alia ſunt mortalia, alia uero immortalia. Mortalia ſunt ea, quæ pertinent ad corpus, ſicuti eſt pulchritudo, diuitiæ. Nam iſta pertinent ad corpus, & ab tempus pereunt. Immortalia uero ſunt ea, quæ pertinent ad animum, ſiue animam ſicuti ſunt ea, quę exercentur conſilio, prudentia, & ingenio, & hoc breuiter dicit. Bona animi immortalia ſunt, ſicut ipſa anima. Bona corporis, & fortunæ ſunt mortalia, ſicuti corpus. Si ergo ex mortalibus immortales effici cupimus ſequamur bona animi, & ommittamus, ac contemnamus bona corporis, & fortunæ. quia illa ſunt æterna & immortalia, hæc uero mortalia & corruptibilia. [Studiaque omnia,] Id eſt omnia exercitia, ſcilicet quæ facimus, & exercemus. [Alia ſequuntur naturam corporis] Sicuti ſunt bona corporis & fortunæ, quæ ſunt mortalia & corruptibilia, ſicuti corpus, alia ſequuntur naturam animi, & hæc ſunt bona animi, & quæ ſunt immortalia, ſicut ipſa anima. [Igitur præclara facies] Oſtendit, quæ ſunt ea. quæ ſequuntur naturam corporis, & quæ ſunt ea, quæ ſequuntur naturam animi. dicit ergo, pulchritudo corporis, magnæ diuitiæ, præterea vis corporis, & cætera huiuſmodi, quę ponuntur in numero bonorum corporis, vel fortunæ. ſequuntur naturam corporis, quia ſunt mortalia, ſicuti corpus, & breui tempore pereunt. [Ad hoc] .i. præterea. [Dilabuntur] Cadunt & pereunt, ſicuti corpus. [At ingenij] Nunc oſtendit, quæ ſint illa, quæ ſequuntur naturā animi, & immortalia ſunt, ſicuti anima. [Ingenij egregia facinora] .i. pclara facta ingenij. ſicuti eſt dare operā Philoſophiæ, res geſtas mandare memoriæ, cauſas forēſes oratoria facultate tractare, & eas ſcriptis ac memorię cōmēdare, cōſilio iuuare remp. hæc & hmōi preclara ingenij ac uirtutis opera immortalia ſunt, ſicut anima] Poſtremo cor] Ordo eſt, Poſtremo ſic eſt finis bonorū corporis, & bonorū fortunę .i. ſicut eſt initiū, ac ſi diceret qđ opus eſt multa dicere? bona corporis & fortunæ ſicuti habent principium, ſic & hñt finem, quia neceſſe eſt, vt omne quod oritur, aliqñ moriatur. & omne quod creſcit, aliquando ſenaſcat, & ad finem aliqñ perducatur. Sed alia eſt ratio animi, quia animus æternus eſt, & propterea opera eius æterna ſunt ſimiliter. Æternum dicimus, quod eſt ſine principio, & fine ſicuti eſt Deus, qui nec principium habet, nec finem. Sed anima licet finem non habeat, tñ habet principium, quia à Deo creata eſt. [Omniaq; orta occidunt] .i. omnia, quæ ſunt nata aliquando moriuntur. Et occido media correpta ſignificat morior, media uero producta, ſignificat interficio, primum à cado, ſecundum à cædo compoſitum eſt. [Aucta] Quæ creſcunt.] Animus incorruptus] .i. incorruptibilis, & immortalis. [Æternus] .i. qui finem non habet. Rector humani generis] Quia animo, & uirtute eius cuncta gubernantur [Agit] .i. regit, Virg. in 1. Æneidos, Tros Tyriuſque mihi nullo diſcrimine agetur .i. regetur. [Habet] .i. tenet, & intelligit, nam habere ſignificat intelligere, ut ait Donatus in Terentium. Quod enim tenemus corpore, habemus quoque commune animo. quod habemus intelligimus. [Neque ſe habet] Ipſe animus non intelligitur. [Quo] .i. propter quod. Nunc concludit dicens. Cum hęc ita ſint, repręhendendi ſunt magnopere illi, qui in uita ſua tantummodo curam corporis habent animum autem atq; ingenium incultum, & inexercitatum relinquunt. cum multę ſint artes, ac multa ſtudia, in quibus ſi animum & ingenium exercere uellent, ſummam laudem, & gloriam comparare poſſent. & hoc eſt quod dicit. [Prauitas] .i. peruerſitas. [Corporis gaudijs] .i. uoluptatibus. [Per luxum] Atque ignauiam ætatem agunt .i. uiuunt luxuria, & ignauia. [Cęterum] .i. ſed. Amplius .i. maius nihil enim eſt melius, aut maius ingenio in natura hominis, quia per exercitationē ingenij ſumma quoque claritudo cōparatur. [Incultu] .i. ignauia, inexercitatione, quia non exercendo ingenium torpeſcit. [Socordia] .i. negligentia. [Torpeſcere] Marceſcere, corrumpi. [Sinunt] Permittunt. [Cum prǽſertim tam multę] Paulatim deſcendit ad id, quod ſupra diximus, uidelicet ut oſtendat rationem conſilij ſui, quare omiſſa cura, & adminiſtratione reip. ſe ad hiſtoriam ſcribendam contulerit. [Tam multę uarięque ſunt artes animi] Multa .n. ſtudia ac multę artes, in quibus animum, & ingenium exercere licet, ad gloriam comparandum, ueluti dare operā Philoſophię, in adminiſtratione reip. uerſari cauſas forenſes tractare, hiſtoriā conſcribere, hę oēs artes animo, atque ingenio exercentur, ex quibus ſumma claritudo comparatur. [Claritudo] Gloria, fama. [Paratur] .i. comparatur, & acquiritur. [Verum ex his] Tribus ſupra generaliter docuit, quemadmodum homines poſſint ad ſummā gloriam peruenire, ſi uidelicet cōtemnere uelint bona corporis & fortunę & amplecti bona animi, uidelicet uirtutes, & ſi non patiantur animum, & ingenium ſuum ocio, & ignauia torpeſcere, prǽſertim cum multa ſint ſtudia, ac multę artes in quibus illud ualeant exercere. Nunc ſpecialiter ad cauſam deſcendit, ut oſtendat, in qua arte potiſſimum ingeniū ſuum exercere uoluerit. Dicit enim cum adminiſtratio reip. una illarum artium ſit, in quibus ſi animus & ingenium exerceantur, ſumma gloria comparari poteſt, non placuit mihi hoc tempore in hac arte ingeniū meum exercere, & propterea me ad aliam artem atque aliud ſtudium contuli, uidelicet ad hiſtoriam ſcribendam, quoniam inter cæteras ſtudia, hoc maxime utiliſſimū eſt, memorię mādare res geſtas & ita honeſto nomine factum ſuum excuſat. Nam cum propter flagitia ſua turpiter à ſenatu repulſus adminiſtrationē reip. relinquere coactus ſit, dicit ſe non coactum, ſed ſponte, & certo iudicio remp. reliquiſſe, quia uidelicet honores, & magi-

feciſſe Cæſarem legimus. [Gratiam quærere] Gratiam, & fauorem acquirere. [Qui ſe reputauerunt] Ordo eſt, Profecto illi exiſtimabunt me mutauiſſe iudicium animi magis merito quam ignauia, & maius commodum venturum reip. ex ocio meo, quã negocio aliorum, ſi qui ideſt illi reputauerint, & quibus temporibus ego ſum adeptus magiſtratum & quales viri nequiuerint aſſequi idem. ſ. quod ego adeptus ſum, videlicet magiſtratũ, & poſtea quæ genera hominum peruenerit in ſenatum. Illi inquit intelligent, me non propter ignauiam, ſed iuſtis de cauſis ſubtraxiſſe ab adminiſtratione reip. & me ad hiſtoriam ſcribendam cõtuliſſe, ſi conſiderare voluerint, quibus ego temporibus ſum adeptus magiſtratum, & quales viri non potuerint aſſequi illum magiſtratum, & ſi cõſiderabunt, quæ genera hominum peruenerint in ſenatum, nam hoc tempore venerũt in ſenatum homines ſordidi, & ignobiles, qui, maieſtatem ſenatus ignobilitate ſua polluunt. Et propterea ego pati non potui, verſari in adminiſtratione reipublicæ, cum viderem ſenatum electum non ex nobilibus, & ſapientibus, ac præſtantibus viris, ſed ex omni fece hominum commixtum atque pollutum, & ideo mutaui conſilium, & iudicium animi mei, vt nollem diutius verſari in adminiſtratione reip. ſed potius hiſtoriam conſcribere, preſertim cum ego iam perfunctus eſſem honoribus in rep. & cum magiſtratus eſſem aſſecutus, quem ſummi, & præſtantes viri aſſequi non potuerunt. Et hoc eſt, quod dicit. [Qui ſi reputauerint] .i. conſiderauerint. [Quibus ego temporibus] Videlicet cum adhuc iuuenis eſſem, magiſtratum adeptus ſum, hoc ideo dicit, quia poſſet dicere aliquis, ô Saluſti, tu ideo non vis in adminiſtratione reip. verſari, quia non ſperas, te poſſe aliquem magiſtratum conſequi. Reſpondet, hæc non eſt cauſa, quia cum eſſem iuuenis, tum magiſtratum ſum conſecutus, quem ſummi, & excellentes viri aſſequi non potuerunt, nunc in hac ætate iam matura multo magis me poſſe aſſequi magiſtratus ſperare licet. [Quales viri.] Videlicet præſtantes & excellentes. [Ipſum] .ſ. quod ego ſum aſſecutus, videlicet talem magiſtratum. Cic. in inuectiua contra Saluſtium obijcit ei, quòd quæſtor, & prætor prouinciam Africam expilauerit, ergo Saluſtius hunc magiſtratum eſt aſſecutus quia prætor prouinciam Africam texit. quem magiſtratum Saluſtius ſit aſſecutus non legimus, ſed intelligere poſſumus aliquem ex minoribus magiſtratibus, vt quæſturam, ædilitatem, fortaſſe & præturam: ſed in hoc nihil temere affirmamus. [Quæ genera hominum] Videlicet homines ſordidi, & ignobiles, qui non erant digni, vt in ſenatum admitterẽtur. [Magis merito] .i. iuſta de cauſa. [Ignauia] .i. propter ignauiam, quia laborem ſubterfugerem adminiſtrãdæ reipublicæ, & iudicium animi mei mutauiſſem vt exiſtimarem melius eſſe hiſtoriam conſcribere, quam adminiſtrare rempub. [Maius commodum] .i. maiorem vtilitatem. [Ex ocio meo] Duplex eſt ocium, honeſtum ocium, & turpe ocium, honeſtum dicitur eorum, qui ſubtrahunt ſe à rebus gerendis, & in aliquo honeſto ſtudio plurimum occupantur, ſicuti multi Philoſophi tẽporibus ſuis feciſſe leguntur, qui nequaq̃ ſe ad temp. conferebant, ſed ſe totos ad contemplandam rerum naturam tradebant, ſicut Plato feciſſe legitur, qui temp. non attingit, ſed totum tempus in philoſophia conſumpſit. Ocium turpe dicitur eorum, qui laborem prorſus fugiunt, & ſe ignauiæ dedunt, nec ingenium, nec corpus exercentes. [Ex ocio meo] .ſ. ſcribendi hiſtoriam. [Quam ex aliorum negocio] Qui remp. adminiſtrant. Ocium proprie eſt illorum, qui ingenium in aliquo ſtudio contemplationis exercent, vt philoſophi, hiſtorici, & poetæ faciunt. Negocium eſt illorum, qui in rebus gerendis occupantur, vt ſunt illi, qui in adminiſtratione reip. verſantur, in foro cauſas agunt, qui bella gerunt, & cetera huiuſmodi faciunt. [Ea negocio] .i. ea occupatione, & labore adminiſtrandæ reip. [Republicæ] .i. in repub. [Nam ſæpe ego audiui] Reddit ratione, quare vtilius ſit, hiſtoriam ſcribere quam adminiſtrare remp. & hoc eſt quod dicit. Hiſtoria eſt imago quædam, & figura, atque pictura earũ rerum geſtarum, quam viri gloriæ cupidi intuentes accenduntur, & deſiderio quodam vehementi inflammantur, vt ea facta imitentur, quæ in ipſa imagine hiſtoriæ depicta intuentur. [Sic enim ingr] Audiui Quintum Maximum, & Publium Scipionem Africanũ & alios claros viros ſolitos dicere, auide, atque vehementer ſibi accendi animum, cum imagines maiorum ſuorum intuerentur, quia ipſa imagine geſta præc ara maiorum in eorum animo cernerent, quæ imitari atque inſequi cupiebant. Quod ſi imago, vel pictura tantam habet vim ac virtutem, vt animos intuentem vehementer accendat. quia in ipſe imagine quodammodo cernant facta illius, cuius effigiem intuentur, quanto magis hoc facit hiſtoria, quæ multo clarius, multoq́; expreſſius, quam ſtatua, vel pictura, non ſolum egregie geſta, & facta, ſed etiam dicta, & conſilia, & animos clarorum, atque excellentium virorum ante oculos ponat? [Nam ſæpe ego audiui] Vere dico, q maius commodum venturum eſt in rempublicam ex ocio meo ſcribendi hiſtoriam quam ex aliorum negocio, quia animi hominum accẽdũtur per hiſtoriam. Nam cum legunt in hiſtoria excellentium virorum facta, accenduntur, & inflammantur animi eorum, vt imitentur facta, quæ legunt. Sic .n. audiui Quintum Maximum, & Publium Scipionem ſolere dicere, q eorum animi magnopere accenderentur, cum excellentium virorum imagines intuerentur, quia tunc in memoriam veniebant facta virorum illorum, quorum imagines intuebantur. & ſic animi eorum accendebantur, vt facta illorum imitarẽtur, q ſi per imaginem, vel picturam tantopere accenduntur animi, quanto magis accendentur per hiſtoriam, quæ eſt imago multo expreſſior, atque politior? Nam imago, vel pictura tantummodo exprimit corporis effigiem, ſed hiſtoria exprimit effigiem animi, conſilij, mentis, & habitus, vt Cicero pro Archia poeta, An cum ſtatuas & imagines non animorum ſimulacra, ſed corporum ſtudio ſe multi ſummi homines reliquerunt, conſiliorum reliquere, & virtutum noſtratum effigiem nomine, multo male debemus ſummis ingenij expreſſam atque politam [Nam ſæpe] Ordo eſt Nam ego ſæpe audiui Q. Maximum, & Publium Scipionem, & præterea præclaros viros noſtræ ciuitatis ſolitos dicere ita, videlicet, animum vehementiſſime accendi ſibi ad virtutem, cum intuerentur imagines maiorum. Et etiam dicere .ſ. id eſt certe, non illam figuram hẽre tantã vim in ſeſe, ſed eã flãmam creſcere in pectore viris egregijs, memoria rerũ geſtarũ, neque illã flammam. ſ. prius ſedari, quam virtus eorũ adæquauit famam, atque gloriam eorũ. Audiui. ſ. à maioribus natu. Quid eſt hoc, quod audiui, hoc quod ſequitur. [Q. Maximum &c.] Hic eſt, qui Annibalem iuuenil iter exultantem patientia ſua vicit, cuius non dimicare, vincere fuit. De hoc Ennius, Vnus qui nobis cũctando reſtituit rem [P. Scipionem] Hic eſt. qui Annibalem prœlio fudit, atque fugauit, & Carthaginem tributariã Pop. R. fecit. [Præterea] .i. præter hos. [Imagines] Vel ſtatuas, vel picturas. [Cerã] .i. ſtatuam ceream. [Neque figuram] .i. picturam. [Tantam vim in ſe habere] Quia animi non accendebantur pp ſtatuam illam, vel picturã, ſed pp memoriam rerũ geſtarum ab eo, cuius imaginem intuebãtur [Memoria] propter memoriam [Eam flammam] .i. eam cupiditatem, illud deſideriũ. [Sedari] .i. cõprimi, & extingui. [Ceſſare] Quieſcere [Sedari] .ſ. illam flammam .i. illam cupiditatem non prius conquieſcere, & ceſſare quam virtus adæquaret famam & gloriam. i. priuſquam virtus pertingeret, & perueniret ad æqualem gloriam ita quod maiores noſtri virtute conabantur maiorum ſuorum gloriam adæquare. Sed econtrario homines huius noſtræ ætatis faciunt. Nam non famam, neque gloriam, aut probitatem, vel induſtriã maiorum ſuorum, ſed ſumptus, & diuitias adæquare contendũt. [Atqui] .i. ſed certe. [Contra] .i. eſt contrarium Ordo eſt, At contra .i. econtrario, quis omnium eſt exiſtens his moribus, qui non contendat cum ſuis maioribus diuitijs, & ſumptibus, non autem .ſ. probitate neque induſtria? Hoc dicit, Homines noſtri temporis contendunt cum ſuis maioribus, cum diuitijs, & ſumptibus, non cum probitate, & induſtria, quia conantur ſuperare maiores ſuos in diuitijs, & ſumptibus, non autem in virtutibus. Quis eſt omnium,] q. d. nemo eſt, qui non faciat hoc. [His moribus] .i. talibus moribus, quales .ſ. ſunt mores noſtri temporis. [Diuitijs, & ſumptibus] Per hæc duo vitia notat contraria, auaritiam & prodigalitatem, Auaritiã in accumulãdis diuicijs, prodigalitatem in expendendis [Sumptibus] .i. expenſis. [Probitate] .i. bonitate. [Contendat] .i. certet. [Etiam homines] Carpit mores ſui temporis, & ſupra luxuriam, & auaritiam notauit, nũc carpit ambitionem dicens, Antea noui homines erant qui nullis maiorum ſuorum imaginibus adiuti, propria virtute honores aſſequebantur, nunc aũt per latrocinia, & ambitionem eos aſſequuntur, quaſi claritudo in magiſtratibus ſit, ac non potius tales ſint magiſtratus, qualis eſt eorum virtus, qui eos adminiſtrãt, Et hoc eſt quod dicit. [Homines noui] Homines noui dicuntur, qui nulla maiorũ ſuorum nobilitate, aut gloria, ſed propria virtute ad honores accedunt, ſicuti fuit Marius, & Cic. qui cũ maiores ſui nulla gloria, aut fama rerũ geſtarũ claruiſſent, facti ſunt cõſules, alter ſepties, alter ſemel. Hi nobilitatem nõ acceperũt, ſed virtutem ſibi pepererunt. Ergo noui homines dĩt ignobiles gñe. qui virtute ſibi nobilitates, & gloriam acquirũt. [Etiam homines noui] Ordo eſt. Etiam homines eleuãtur ad imperia, & ad honores furtim, & per latrocinia potius q̃ bonis artibus. qui ſoliti erant anteuenire nobilitatem per virtutem. Anteuenire no

bilitatem] Cum eſſent ignobiles, uirtute nobiles ſuperabant in petendis honoribus. Nunc aũt non uirtute, ſed per ambitionem ad honores accedunt. [Antevenire] Vincere, ſuperare. [Furtim, & per latrocinia] .i. per ambitionem, q̃a populum largitione, pecuniisq́. corrumpunt. [Potius quam bonis artibus] .i. bonis moribus & uirtutibus. [Ad imperia] Videlicet ad conſulatum & pręturam. Nam hi duo magiſtratus proprie dicũtur imperia, q̃a his faſces conceduntur. Cõſul xij. faſces habet. .i. duodecim lictores prætor ſex. Lictores autem dñr a ligãdo. hi Conſulem, uel Prętorem præcedunt, faſces uirgarum ſecuribus alligatos portantes, quæ ſunt inſignia magiſtratus. Virgis aũt reos pro qualitate criminis cædebant, ſecuri aũt percutiebant, & occidebant. [Nituntur], i. graſſantur, & tẽdũt. [Perinde] .i. ſimiliter. [Quaſi] .i. ſicut. [Prinde quaſi] Ordo pendet à ſuperiori, dico, q̃ noui homines per ambitionem nituntur ad honores, perinde quaſi conſulatus & Prætura, atq; alia huiuſmodi ſint clara, & magnifica per ſe, ac nõ habeantur, perinde vt eſt uirtus eorũ, qui ſuſtinent. .i. hi noui homines tendunt ad honores per ambitionem, quia credũt ſe per honores nobilitatem, & gloriam acquirere, ſed decipiuntur. Nam honores & magiſtratus per ſe non hñt nobilitatẽ, aut claritudinem, ſed clari & magnifici ſũt, ſi illi uirtute præditi ſũt, q̃ eos magiſtratus adminiſtrãt. Et hoc eſt, quod dicit. [Atque alia huiuſmodi] .i. cæteri magiſtratus. vt Tribunatus, cẽſura, ædilitas quæſtura. [Ac non perinde habebantur] .i. & non reputentur talia, qualis eſt uirtus eorũ, qui ea adminiſtrant. [Suſtinẽt] Adminiſtrant. Et bene dixit, ſuſtinent, quia honores ſemper ſunt cũ onere. [Verum] Paulo inquit lõgius proceſſi, dum mores ciuitatis reprehendo, quia mihi diſplicent. Nam tota ciuitas auaritia luxuria, & ambitione corrupta eſt. Hæc enĩ tria uitia, & hic & in Catilinario carpſit. [Liberius] Quia licẽter carpſi mores ciuitatis. [Altius] .i. longius. [Proceſſi] Progreſſus ſũ. [Nũc ad inceptũ redeo] .i. nũc reuertor ad id, quod inceperã, uidelicet, vt ſcribã res geſtas à Populo Rom. ante enim bellum Catilinæ ſcripſerat. ſed digreſſus erat ab incepto interponens hoc exordium.

BARTHOLOMEI MARLIANI IN C. CRISPI *Saluſtij de Bello Iugurthino Commentaria.*

FALSO] Accentũ habet in fine. i. nõ merito. [Imbecilla] Fragilis. Vnde Plinius. quid eſt homo? imbecilliſſimum corpus, obnoxium ſexcentis malis & Sen. Quid eſt homo? quodlibet uas quaſſũ, & tactu fragile. [Breuis] Sen. de Breuitate vitę, inquit, Maior pars mortaliũ de naturæ malignitate conqueritur, quòd exiguum æui gignimur q̃ hęc tam velociter, tam rapidè dati nobis temporis ſpatia decurrant. Non exiguum enim temporis habemus, ſed multũ perdidimus ſatis longa uita eſt, ſi tota bene collocetur, Sed vbi per luxum ad negligentiam defluit, vbi nulli rei bonæ impẽditur, ultima demum neceſſitate cogente quam ire non intelleximus, tranſiſſe ſentimus. Ita eſt non accepimus breuem, uitã, ſed fecimus, ſicut amplæ & regiæ opes vbi ad malum dominum peruenerunt, momento diſſipantur. At quamuis modicæ, ſi bono cuſtodi traditę ſunt. vſu creſcunt, ita ætas noſtra bene diſponenti multum patet, ergo falſo conqueritur genus hominum de uitæ breuitate. [Forte] Quod falſum eſt. quamuis Theophraſtus, auctore Cicerone, dicat, uitam regit fortuna non ſapientia. Et Iuuen. Si fortuna uolet &c. Maiores fortunam ſtantem in pila pingebant, in altera manuum copiam habebat, & diuitiarum affluentiam oſtendebat, In altera gubernaculum tenebat quo demonſtrabat omnia ſe regere. [Reputando] Conſiderando. [Contra] Quòd ætas regatur forte. [Quam uim] Quia ſatis habent uirium mortales. ſi induſtriam exercerent. [Aut tempus] Quia ait Sen. Quam bene viuas refert. non quam diu. [Animus Dux] Imperator, & dominus corporis. [Graſſatur] .i. pleno gradu it. eſt etiam graſſari impetum in aliquem facere. [Ad gloriã] .ſ. ſolidam, quia eſt etiã gloria adumbrata, vt in ueſtibus & in diuitijs. Aug. in ciuitate dei, ait, Gloria & conſentiens laus bonorum, quam bonus quidem repudiare non debet. [Abunde] Plus ſatis. [Fortuna eget] Quia animus omnia bona in ſe habet. fortuna uero, auctore Cicerone in Lælio, cæca eſt. [Quippe] Quia. [Neque eripere] .ſ. probitatem. Inde Sen. ad Albinũ ait, Nihil eripit niſi quod dedit fortuna, uirtutem non dat, neque eam detrahit. [Prauis] Prauus dicitur ille, qui ſibi ipſi nocet, vt in Catil. Sed ingenio prauo maloq́ [Peſſundatus] .i. conculcatus. [Libidine pern.] Peſtifera uoluptate. [Culpam] Quòd amiſerint uirtutem. [Negocia] .i. occupationes. [Tanta cura] Sen. multi corpora, pauci ingenia curant. corpora in ſagina, animi in macie, celebres ſũt culinæ, in ſcholis philoſophorũ ſolitudo. [Caſus] Eſt, ut ait Boethius in quinto, euẽtus inopinatus. Ariſt. Quoties aliquis aliquid conatur, & aliter eueniat caſus dr̃. [Eo] Ad eam magnitudinem. [Dilabuntur] Quia ut in Catil. dixit diuitiarum & formæ gloria fluxa eſt. [Agit] .i. oĩa gubernat. [Habetur] Quia non eſt ſub imperio uoluptatis. [Gaudijs] Illecebris. [Virtuti] Honeſto & laudato uiro. [Per fraudem] .i. illi qui aſſecuti ſunt magiſtratus largitione. [Portendat] A longe denunciet. [Odium] Quia non emẽdabis urbem corruptam ſed odium capies. [Inhoneſta] illaudata. [Decus] .i. magiſtratum. [Libertatem] Quia uendit ſeipſum. Nam quamuis habeat magiſtratum, tñ nutu paucorum omnia agit. [De uirtute eius] .ſ. hiſtoriæ. [Memoria rerum ge.] Hiſtoriæ. Annales libri ſunt continentes res plurium annorum geſtas, obſeruato cuiuſque anni, ordine unde & nomen accepere, nudi ſunt & ſimplices, uelutiq́. commentarij, q̃ breuiter rem complectentes materiam præbent uolentibus hiſt. ſcribere Hiſtoria eſt rerũ geſtarũ narratio, dicta ab ἱστορέω quod eſt narro, Cic. in 2. de Oratore. Erat hiſtoria annalium cõfectio. Res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Põtifex maximus, efferebatq́. in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas ut eſſet cognoſcendi populo, hiq́. annales maximi nominantur. Virg. itaque omnium rerum peritiſſimus inducit Æneã tanquam Pontificem dicere, Et uacet annales. Cum ergo Æneas ut Põtifex inducatur, merito annales appellat hiſtoriam. [Labori] Ocio meo in ſcribendo geſta aliorum. [Salutare plebem] Allicere ad ſe plebem ſalutando quenquam nomine proprio. [Induſtria] Cura. [Gratiam] Auram popularem. [Quæ genera hominum,] q.d. uilia unde Sen. proſpera, in plebem & in uilia ingenia plerunque deueniunt. [Merito] Legitima de cauſa. [Negocijs] Gubernatione reip. [Q. Fabium] .ſ. maximum de quo Plut. & Ennius, Vnus qui nobis cunctando reſtituit rem. Non ponebat enim rumores ante ſalutem. [Pup. Scipionem] Qui eo die quo Carthaginem uidit, eo die ipſam expugnauit, & P. R. tributariã fecit, de quo Plut. Appianus in lib. Libyco & Val. Max. pluribus in locis. [Eam flammam], i. eam uirtutis cupidinem. [Contra] Nunc agunt mortales. [Per latrocinia] Per fraudes & corruptiones. [Virtus] .i. præſtantia. [Liberius] ideſt nimis aperte.

IN C. CRISPI SALVSTII DE BELLO IVGVRthino hiſtoriam, Caſtigationum liber ſecundus.

SORTE potius, quam virtute regatur] Manuſcripta, quæcunque ipſe viderim, Forte potius pro, fortuito euentu. nam Fors pro fortuna ſæpe ponitur. Cic. ad Atticum, Sed hæc fors viderit, quæ talibus in rebus plus quam ratio poteſt. Idem, Quemcunque fors tulerit caſum Sed & impreſſa quædam ſic habent. Neque tamen priorem lectionem repudio, quæ & ipſa bene habet. Mox. [Nam contra reputando neque maius aliud, neque præſtabilius inuenies] Manuſcripta inuenias. pro inuenire aliquis poſſit, δυνητικῶς ac per ἀπρόσωπον modi. quo & ex impreſſis quędam. Eſt aũt multo elegantius quam quod Gymnicus habet. [Qui vbi ad gloriam virtutis via graſſatur] Eſt in manuſcripto quodam, vi graſſatur. q̃uo & Calepinus quiſpiam citat. Verum priorem lectionem probandam magis eſſe duco. Graſſatur. pro toto impetu fertur, & quaſi pleno gradu contendit. Paulo poſt. [Neque fortunæ eget. quippe quæ probitatẽ, induſtriã, aliasq́. bonas artes, neque dare neque eripere poteſt] Eſt in alijs perperam vt opinor, neque fortuna eget. nam & idem alibi, maiores noſtri P. C. neque conſilij, neque audaciæ vnquam eguere. Cic. tñ ablatiuum ferè huic verbo addit, ſicuti & Sal. interdum. Quanquam ad Atticum Cic. egeo conſilij, inquit. M. Cato apud Gellium vitio vertunt, inquit, quia multa egeo. Accuſatiuũ huic verbo τοῦ ἐργάσμου addidit. Ne quid diſſimulem tñ, eſt in manuſcriptis vno excepto, fortuna, caſu, ablatiuo, & haud ſcio, an apiculus ille quo ſit diphthõgus perderam ſit ibidem omiſſus, Illud quamuis leue, non tamen prætereundum eſſe duxi, artes hic habere vetuſtos codices, non artes. idq́. Saluſtianum magis. Sic poſtea, quaſcunque vrbeis & agros manu ceperat. pro, vrbes, quod in peruulgatis exemplaribus eſt. Habet & Aſcenſianus codex, ceteraſq́. artis bonas. vbi hodie ferè, aliaſq́. bonas artes. In manuſcriptis τὸ Bonas adiectiuum poſt ſubſtantiuum ponitur. Mox. [Sin captus prauis cupidinibus, ad inertiam & voluptates corporis peſſundatus eſt] In Fabriciano atque alijs quibuſdã, diuiſim, legitur peſſum datus, q̃uo Tacitus. i, poſtquam hic ſecordia ſeruerit, ille per libidines peſſum datus ſit. Mox. [Vbi per ſocor-

diam vires, tempus, ingenium diſluxere) Sic in manuſcriptis. ubi hodie ferè, defluxere. Id rectè, an ſecus, aliorum eſto iudicium. [Neque regerentur magis, quàm regerent caſus] Ita manuſcripta volumina, contra quam hodie legitur. vt ſubandias, Caſibus, idq; magis breuitati Saluſtianæ conuenit. Quale propemodum eſt illud apud Plin. lib. 7. de Cicer. Omnium triumphorum lauream adepta maiorem, nam ſubandiunt Laurea. Quod quidam non attendentes, neque rationem breuiloquentiæ Plinianæ habentes, triumphorum pro omni triumpho poſitum per enallagē exiſtimarunt. In Merſeburgenſi eſt, Neque regerentur magis, q̃ ipſi regerent caſus. [Cum præſertim tam multæ variæq; artes ſint animi] Eſt in manuſcriptis & impreſſis vetuſtioribus, tam multæ variæque, ſint artes animi. Id mollius eſt, alioqui ſibilum efficit inamœnum & inſuauem τὸ S in priore voce extremum, in inſequente primum [Quoniam neque virtuti honos datur, neq; illi quibus per fraudem ius fuit, vtique tuti aut eo magis honeſti ſunt] In manuſcriptis duobus eſt, quibus per fraudem is fuit, pro, quibus honos per fraudem contingit. Exemplar Aſcenſianum & Beroaldinum, quibus per fraudem conceſſum ius fuit. Niſi quis pro imperio poteſtateq; pub. Ius accipere velit. τὸ Vtique, non habent Codices in pergamenis deſcripti. Tametſi non me fugit, apud Ciceronem aliquoties hãc particulam reperiri, eũ primis ad Atticum. Sed & Merſeburgenſe exemplar eam habet, & impreſſa cuncta quotquot ipſe viderim. [Certe quibus maxima induſtria videtur, ſalutare plebem, & conuiuijs gloriam quærere] In manuſcriptis eſt, conuiuijs gratiam quærere. quo colligere gratiam & captare, atque aucupari fauorem & beneuolentiam multitudinis, apparandis conuiuijs. Sed nec gloriam repudio. etenim apte ſanè quadrat. Quod ſi gratiã legere malis, id quod mihi magis arridet, ad liberalitatem & benignitatem opulentorum, ſui gloriam ad magnificentiam & ſplendorem ſpectabis. Nam & qui conuiuia libenter exhibent aut epulum vulgo dant, gratiam, qui lautè & ſumptuoſo apparatu gloriam conſequi ſolent. Intelliges autem hunc locum de publicis conuiuijs. quibus multitudinis ſtudium, & amorem ſibi homines ambitioſi conciliabant. Qua de re Cic. in oratione pro L. Muræna. [Paulo inferius] At contra, quis omnium eſt his moribus qui non de vitijs, & ſumptibus, non probitate, neque induſtria cum maioribus ſuis cõtendat?) In manuſcriptis eſt, quin diuitijs & ſumptibus ꝓ, qui non. Et ſic identidẽ Cic. hac particula vtitur. Iã non vitijs, ſed diuitijs & ſumptibus eſſe legendum, præter antiquorũ fidem etiã Aſcenſianus Codex indicat. Coniunxit autem hęc Sal. alibi quoque, nimirum ad Cæſarem de rep. ordinanda, Iuuentus, inquit, probitati & induſtrię, non ſumptibus neque diuitijs ſtudeat. Paulo poſt. [Perinde quaſi Prætura & Conſulatus] Legendum, proinde quaſi, vt in manuſcriptis eſt quomodo ferè ſemper apud Saluſt. [Nunc ad inceptum opus redeo] In manuſcriptis non eſt, Opus. Sed & poſtea Sal. Quamobrem ab inceptũ redeo, inquit.

IN C. CRISPI SALVSTII IVGVRTHINVM *bellum, Henrici Glareani Annotationes,*

DEcus atque libertatem ſuam gratificari] Illud gratificari, varię exponunt Cõmentarij. Soldus cõiungit, libido gratificari, & exponit. Libido gratificandi. Badius addit in expoſitione ſua verbum Velint, quod nulli contextus habent. Sed ſubiungit, Si ordo hic eſt, Libido gratificari, ponitur more Græcorum pro gratificandi. Sin, libido tenet gratificari, Tenet ponitur quaſi pro cogit. Hæc ille. Ego puto ordinem eſſe, Niſi forte quem inhoneſta & pernicioſa libido tenet gratificari. i. gratis donare decus atque libertatem ſuam potentiæ paucorum, quaſi diceret, quos iuuari fieri mancipia. [Neque prius ſedari quam virtus eorum famam aut gloriam adæquauerint] Et hoc loco illud, Eorũ non omnes legunt. Sanè ambiguum eſt, quo referendum, Virtus ne eorum an famã atque gloriam eorum coniungendum, põt. n. vtrunq; referri. Badius & ita dubitauit, vt bis legeret eorũ quippe qui exponat, Neque flammã illã ſedari prius q̃ virtus eorũ. ſ. virorum præclarorum adæquauerit famam atque gloriam eorum. ſ. maiorum ſuorum. Quod non ſequemur. Lector iudicet, & inueniet nos non temere dubitaſſe. Etiam homines noui, &c. furtim & per latrocinia] Quidam Ciceronem notari putant. Sed quo de eo, quantumuis inimicus diceret per latrocinia, quę in Catilina ſue cum laude non priuauit. Soldus per latrocinia exponit, per ambitionem, Badius vero, occulta largitione. Ego quid certo dicã planè hæſito, fieri autẽ põt, vt de alijs quibuſdã loquatur, ſceleratis inquam, quorũ ea tempeſtate magna erat natio-

IODOCI BADII ASCENSII, IN BELLVM *Iugurthinum Commentaria.*

FALSO quæritur de natura ſua genus humanũ] Allaturus huius operis auctor inſtituti ſui rationem, cur videlicet prætermiſſa reip. adminiſtratione ſe ad hiſtorię deſcriptionem applicuerit, orditur ab communi hominum natura, quæ talis eſt, vt nullus ſit excuſationi locus, quo minus clarus, memorandoſque euadat, cum tot ſint animi humani exercitia quæ nos ad immortalem gloriam perducant. quocirca falſo, & immerito, inquit, quæruntur plerique de natura ſua, ꝙ fragilis, & caduca ſit, cum in tantillo ſpatio æternum honorem mereri poſſent, vnde eſt illud Virgilianum: Breue, & irreuocabile tempus. Omnibus eſt vitæ, ſed famam extendere factis. Hoc virtutis opus, &c. Iuxta quod Diuus Auguſtinus dicit, Nihil refert quandiu, ſed quam bene vixeris. Quod & in Euangelio figuratum videtur, vbi æqualem denarium recipiunt, qui ad veſperam venerant, & qui pondus & æſtus diei tulerant. Cum vero tot ſint animi exercitia, nullum vtilius, aut viro bono dignius putat, quam res geſtas ſcriptis mandare, de cuius rei vtilitate ſuo loco dicturi ſumus. Huius operis titulus eſt. [C. Criſpi Saluſtij bellum Iugurthinum]. i. geſtum à pop. Rom. contra Iugurtham Numidarum Tyrannum; cuius argumentum in principio narrationis aperietur, diuiditur enim hic liber in duas partes, exordialem, & executiuam, executiua incipiet ibi. [Bellũ ſcripturus ſum] In exordiali facit, quod dixi, vnde ordo eſt. [Genus humanum]. i. ferè omnis homo quæritur. i. conquęritur, falſo. i. immerito, aut potius falſa ratione inductum, cum putet ſe miſerum & infęlix, ꝙ tam breui includatur vitæ ſpatio, corpuſq; tam fragile ac imbecillum habeat, cum contra animo immortali ęternam gloriam mereri poſſet, ſi potius animum quam corpus exercuerit. Chriſtiano autẽ homini (vt ad nos quoque reſpiciam) cum frequens ſit, nulla eſt iuſta de breuitate aut fragilitate vitę querela, nam ſi bene vixerit, vt decet, quilibet eſſet deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, haberetq; diſſolutionem in voto & vitam in patientia. Itaque vt Cicero in Paradoxis veriſſime dicit. Mors terribilis eſt ijs, quorum cum vita omnia extinguuntur, non ijs quorum laus emori non poteſt, &c. [Falſo igitur]. i. immerito & falſa opinione inductum quæritur genus humanũ de natura ſua. i. de exiſtentia ſua naturali, aut ratione naſcendi, quòd. i. quia ætas. ſ. eius exiſtens imbecilla. i. fragilis & debilis quaſi ſine baculo, hoc eſt ſuſtentaculo, atque breuis æui. i. vitæ, q. d. quia certo ſcit, ꝙ diu viuere non poſſit, & dum viuit homo incertus viuit & infirmus, quia homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miſerijs, &c. regatur potius forte. i. fortuna, aut fortuito euentu quam virtute. i. prudentia & fortitudine. Dicitur autem hæc fors, vt apud Terentium, Quod fors feret feram, &, o fors fortuna, & ab hac forte, vt Æn. III. Forte ſua Libycis tempeſtas appulit horis. Item, vt quidã legunt huius fortis, vt, Neſcia mens hominum fati, fortiſq; futuræ, ubi quidã ſortis legunt] Docet cur falſo. Nam tu inuenies. i. quilibet inueniet, & comperiet reputando. i. bene conſiderando & attendendo naturam ſuam, contra. i. cõtrarium, uidelicet aliud. i. quod nis aliud ens, neque maius ſup. eſſe, neque pręſtabilius, quam ſup. hę natura humana, & induſtriam. i. grauitatem & ſolertiam magis deeſſe naturæ hominum, quàm vim. i. uirtutem & potentiam, cũ eam imbecillem conquęratur, & q̃ tempus, cum eam breuẽ, qui dicat. Sed vt rectè reputant, ſciant quod animus eſt dux atque imperator. i. propria poteſtate fretus gubernator, vitę mortalium, qui. ſ. animus, vbi. i. quando, graſſatur. i. violenter & potenter tendi, (iuxta quod ſcriptura eſt, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud) uia uirtutis. i. per uiam uirtutis ad gloriã eſt pollens. i. ualens, potens, & clarus abunde, neque eget fortuna, quippe. i. ut pote quæ neque poteſt dare, neque eripere cuiquam probitatem, induſtria, & alias bonas artes, ſiue artes, vt in Catilinario latius dictum eſt. Neque ſi iuſta lance penſitauerimus, cõtrarium erit ille quod ibidem dictum eſt, Sed profecto fortuna in omni re dominatur. Non enim loquitur illic de omni re ſimpliciter, ſed de omni ea in quam fortuna uidetur uires ſuas extendere, loquitur enim de clara fama ex pręclaris factis obtinenda, quod caſu quodam fortuitu uni potius quam alteri contingit, unde Alexander Magnus dicitur ad ſepulchrũ Achillis dixiſſe eum fuiſſe perbeatum, quòd talem ſuorum facinorum, meruerit habere præconem. Cęterum adnotabimus etiam hiſtoriographos more poetarum diuerſas ſententias pro diuerſis locis habere ſolitos. [Sin]. i. ſed ſi, animus ſup. captus. i. irretitus, illa-

queactis, infeſtatus, prauis.i. pernicioſis, & indebitis, cupidinibus.i. cupiditatibus. (Et eſt cupido ſic fœminini generis cum pro filio Veneris, & deo amoris, maſculini fit) eſt peſſundatus.i. depreſſus & quaſi ſub pedes datus & deiectus, ad inertiam.i. ignauiam & ſocordiam & voluptates i. illecebras corporis, ipſe animus vſus paulisper.i. per paulum temporis, libidine pernicioſa.i. vſque ad necem nocente. vnde Flaccus, Sperne voluptatem nocet empta dolore voluptas, vbi.i. poſtquã vires, ætas, ingenium defluxere.i. deperierunt ſubito, per ſocordiam.i. inertiam vitæ, tunc ſupple accuſatur infirmitas naturæ, quę nunc quidem eſt, ſed inexcuſabilis propterea ꝙ vitio inducta. Vnde Diuus Auguſtinus huius auctoris diligens lector dicit ſic. Dum ſeruitur libidini facta eſt cõſuetudo, & dum conſuetudini non reſiſtitur, & facta eſt neceſſitas. Quique auctores transferunt ſuam culpam ad negocia.i difficultatem rerum quod nimium graphice Seneca in epiſtolis docet, oſtendens eſſe, qui dicant ſe non eſſe ſumptuoſos, ſed ita eſſe mores ciuitatis, &c. [Quod ſi tanta cura rerum bonarum] i. vtilium eſſet hominibus. i. ſi homines haberent tantam curam bonarum rerum, quanto ſtudio.i. quanto conatu & diligentia, petunt aliena. ſ. ab vtilitate, ac nihil profutura.i. nihil vtilitatis allatura, & etiam multum pericloſa, neque regerentur magis caſibus.i. incertis euentibus rerum, quia cum nihil proſpiciant faciunt ſecundùm euenta quaſi pro neceſſitate, quam regerent caſus, quia, Sapiens dominabitur aſtris. Et vt dicit Iuuen. Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia, ſed te Nos facimus fortuna deam cœloque locamus. Ideoq; dicit Philoſophus quod quanto minus eſt in aliquo ſapientiæ, tanto plus eſt in illo fortunæ; quia tanto plura eueniunt illi à caſu. Stulti autem reguntur à caſibus, quia coguntur facere ſecũdum neceſſitatem immergentem, ſapientes autẽ regunt caſus, quia prouidentia ſua quæ pernicioſa accidiſſent, ſi non fuiſſent prouiſa, ſic præueniendo regunt, vt minus noceant. Et quia prudentes regũt caſus, ideo prudenter dixit Maro in principio Æn. Tot voluere caſus inſignem pietate virum, tot adire labores impulerit. [Et mortales procederent].i. prouenirent eo.i. ad id magnitudinis.i. ad eam magnitudinem, vbi.i. in quo, aut in qua magnitudine fierent pro mortalibus.i. vbi nunc ſunt mortales æterni.i. vt æther ſemper duraturi, & ita immortales, nam vti.i. quemadmodum genus hominum eſt compoſitum ex corpore & anima, ita cunctæ res, & omnia ſtudio ſequuntur naturam, alia ſupple ſequuntur naturam corporis, quia cum corporibus intereunt, alia ſequuntur naturam animi.i. vt animus, æterna ſunt. Dat exempla primo de ſequentibus naturam corporis, dicens. [Igitur facies].i. figura oris, præclara i. valde formoſa & quaſi reſplendens, magnę diuitiæ, ad hoc.i. inſuper, vis.i. robur, & fortitudo corporis & omnia alia huiuſcemodi quæ corpus ſequuntur dilabuntur. i. decidunt & intereunt, breui ſ. tempore. [At].i. ſed econtrario, egregia facinora ingenij ſunt immortalia, ſicut anima ſupp. immortalis eſt. [Poſtremo] i. denique vt initium eſt corporis & bonorum fortunæ, ſic eſt & finis. [Animus exiſtens incorruptus] Immo incorruptibilis. [Sępe enim participia in ius prouerbialiter ponuntur, vt aut illaudati neſcit Buſiridis aras, in Georg. & Æneid. 7. Diues inacceſſos vbi Solis filia lucos. i. innacceſſibiles quos nemo accedere debeat] & æternus, quia finem non habet, nec ſecundum hunc, principiũ, aliter ſi ortum diceret, & interiturum cenſeret. Credebant enim ſequentes Pythagoram animos increatos æternosque certo numero haberi, & in alia corpora tranſire, agit.i. impellit & ducit cuncta, neque habetur.i. dirigitur violenter à quouis, quod verum eſt propter liberum arbitrium. Vim tamen omnem perdurandi & regendi ab eo, à quo & initium habet à Deo. [Quo ma.] Sancte concludit malam opinionem peruerſamque vitam hominum non naturam eſſe culpandam, cum plerique neglecto animo qui æternus eſt, corpus caducum colant ac foueant dicens. Quo.i. quocirca vel propter quòd, magis admiranda eſt prauitas.i. iniquitas & peruerſitas eorum, qui dediti gaudijs corporis agunt ætatem per luxum.i. mollitiem, & ignauiam.i. pigritiam, cæterum.i. ſed, ſinunt.i. permittunt, ingenium.i. vim animi, quo neque melius, neque amplius.i. maius eſt aliud. ſ. quidquam in natura.i. tota ſubſtantia naturali, mortalium.i. hominum, ſinunt dico torpeſcere.i. marceſcere, quaſi torpore ex pigritia proueniente, incultu, atque ſocordia.i. puſillanimitate, quæ eſt ſeorſum.i. ſeparata à calore cordis. vnde & ſegnis ſeorſum ab igni, qui maxime actiuus dicitur. Præſertim cum ſint multæ & variæ artes animi, quibus ſumma claritudo.i. nobilitas clariſſima paratur.i. acquiritur. Ita ut non ſint audiendi qui ſe ceſſare dicant, cum non habeant quid boni agant. [Verum ma. & imp. & poſtre.].i. vt uno uerbo complectar, omnis cura rerum pu. uidentur mihi ex his quæ animi uirtute geruntur minime cupienda hoc tempeſtate.i. temporis noſtri ſtatu peruerſo. [Quoniam neque honos].i. honor datur uirtuti (unde dicit Iuuen. Sat. 1. Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum, Si uis eſſe aliquis probitas laudatur & alget. Criminibus debent hortos, prætoria menſas, Argentum uetus & ſtantem extra pocula caprum) neque illi quibus fuit. ſ. conceſſum (quod uocabulum quidam addiderunt, ſed non eſt neceſſum) ius. ſ. iuriſdictionis per fraudem. quoniam uirtuti non eſt locus, ſunt utique, id eſt, certe, eo.i. propterea ꝙ iuriſdictionem habent, magis tuti; quia in ſummo periculo uerſantur, cum tot ſint ſeditioſi & factioſi & non uiſtis ſuffragijs ius obtinuerunt, aut magis honeſti.i. maiore honore digni aut habiti, quia & ſunt & ſciuntur per fraudem ius adepti. [Nam quidem] i. certe, regere patriam aut parentes ui, quanquam & poſſis. ſ. facta poteſtate publica. & corrigas delicta, ita ut etiam utiliter regas; tamen eſt importunum.i. impertinens, & indecens quia patria & parentes uolunt libere, hoc eſt per liberis ſuffragijs electos regi, neque commodum eſt, præſertim cum omnes mutatores rerum.i. regiminum & rectorum, portendant.i. futura demonſtrant, cædem.i. occiſionem, fugam & alia hoſtilia. ſ. bonorum publicationem, exulationem, incarcerationem, cum alterius factionis homines gubernacula ſuſcipiunt. Autem pro ſed, niti, i. conari & moliri aliquid fruſtra.i. nequidquam & ſine præmio, neque quærere.i. acquirere fatigando ſe aliud ſ quidquam, niſi odium, quia qui reip. bene facit, nulli feciſſe uidetur, cum à nullo mercedem ſuſcipiat, qui uero male, omnibus iniurijs uidetur & ita nihil quærere præter odium ex ſummo labore, eſt extremæ.i. ſummæ dementiæ. Sanè extremum dicimus potius de malis ſiue culpæ, ſiue pœnæ, quàm de bonis, vt extremus labor extrema dementia, extremum. ſuppliciũ, ſicut & ultimum quod Phyſica ratione comparatum Seruius autumat ad illud quod de fama dicitur Æn. 4. Extremam (ut perhibent) Cœo Enceladoq; ſororem, dicens, Extremam.i. peſſimã. Nam qui de medicina tractant dicunt inutiliores eſſe qui naſcuntur ultimi. Quo circa quidam hinc ius primogenituræ natum uolunt, ſed ad ordinem. Extremæ de. niſi forte in eo quem libido inhoneſta. i. contra honeſtam ſuadens ut pote patriæ habenas vi occupare, & pernicioſa.i. ad necem uſque dãnoſa tenet .i. inuadit & cogit ſicut eum quem habet in poſſeſſione ſua, gratificari.i. gratis facere & impendere potentiæ paucorum. ſ. ambitioſorum, ut poſtea Cęſaris aut Pompei, aut Auguſti, decus.i. honorem & libertatem ſuam, hoc eſt ſtulte agunt qui labores ſumunt, unde nihil mercedis præter odium ſuſcipiant, niſi forte tales ſint qui uelint gratificari omnia ſua. i. omnia facere grata & commoda, quibuſdam potẽtibus, qui non minus dementes ſunt. Si ordo hic eſt libido gratificari, ponitur more Græcorum pro gratificandi. Sin libido tenet gratificari, tenet ponitur quaſi pro cogit. [Cæterum ex alijs negocijs.] Tangit emolumenta prouenientia ex hiſtorijs ut inſtituti ſui ratione commendet, ſed id per quam parce ac ſobrie, ne aut arrogans aut inſolens uideatur. Cæterum, hiſtoriæ commoditates Philip. Beroaldus uir ſane quàm diſertus & oppido quam diligens abunde proſequitur, quia ex eius lectione omnium ætatum, omnium gentium, omniumque populorum res geſtas, quaſi præſentes intueri poſſumus, quod quanti ſit Cic. declarat, dicens: Nihil earum rerum ſcire quę antequam naſcereris factæ ſunt. hoc eſt ſemper eſſe puerũ. Et cum ſenibus ſit maior experientia, maiorq; fides propter unius ſęculi rerum cognitionem, quanto maior eſſe debet lectitantis hiſtorias, è quibus tot ſęcula repetit. Eſt enim hiſtoria teſtis temporũ, lux ueritatis, magiſtra uitę, nuncia uetuſtatis; quę, & oratori per quam eſt neceſſaria, quoniam ut inquit Quintil. alere poteſt orationem molli quodam ac iucundo ſucco. Nec eſt ferè concio in qua non alicuius rei geſtæ citetur exemplum. Eſt præterea (inquit Beroaldus) operæpretium in uoluminibus hiſtoricorum omnis exempla documenta ueluti in illuſtri monumento poſita intueri. Vnde pulchrum eſt (inquit Diodorus) ex aliorum erratis in melius inſtituere uitam noſtram, & quid expetendum, quid ue fugiendum ſit, ex aliorum exemplis poſſe cognoſcere. Proinde haud immerito Demetrius Phalereus Ptolomæum Regem ſubinde admonebat, ut libros lectitaret, quoniam quę amici non audent principibus demonſtrare, ea omnia in libris ſcripta reperiuntur. Hæc ex illo. Plura diximus in pręfationibus ubi & differentiam hiſtorię ab annalibus & alijs partibus diximus. Ordo autem eſt, cęterum. i. ſed ut ad inſtitutum redeam, memoria rerum geſtarum.i. lectio hiſtorię, eſt ex alijs negocijs, id eſt inter alia negocia, quę exercentur ingenio, in primis.i. pręcipue magno uſui.i. utilitati. de cuius. ſ. memorię rerum geſtarũ

hoc

hoc eſt hiſtoriæ virtute.i.valore,quia multi dixere.i.dixerunt artificioſe,ego puto prætereundum .ſ. ſilentio, ſimul.i. pariter ob hanc cauſam ne quis exiſtimet i.cenſeat,memet.i. meipſum extollere laudādo.i.per laudes, meum ſtudium ideſt exercitium ſtudioſum. At.i.econuerſo.ego credo fore ideſt futuros eſſe inuidulos.ſ.qui imponant labori meo tanto i.tam magno,& tam vtili, nomen inertiæ.i.ignauiæ,quia non ſine arte ſit, licet abſque magno labore uideatur ſcribi hiſtoria, quia ego decreui agere ætatem procul à rep.i.ab adminiſtratione reip.de qua re ſe in præfatione Catilinarij etiam purgauit & Cicero in præfationibus officiorum. Certe illi imponant mihi nomen inertiæ quibus maxima induſtria.i.ſolertia & artificioſa grauitas uidetur ſalutare plebem ideſt captare beneuolentiam plebis ex amica ſalutatione, & quærere.i.acquirere gratiam.ſ.plebeiorum,conuiuijs.i.epulo illis dato[Qui].ſ.inuiduli ſi reputauerint.ſ.ad memoriam reducēdo conſiderauerint,quibus tēporibus,quia periculoſiſſimis,ego adeptus ſim magiſtratus,& quales ideſt quantum excellētes uiri nequiuerint aſſequi,idem .ſ. quod ipſe hoc eſt conſimiles magiſtratus,& quæ.i.qualia genera hominum,q.d.indigniſſima,peruenerint poſtea in ſenatum .ſ. in ordinem ſenatorum,profecto .i.profecto.i.uera . ipſi exiſtimabunt me mutaſſe iudicium animi mei .i. propoſitum,magis merito.i.è decenti cauſa,quam ignauia.i.ppter ignauiam [ubi notabimus ſapientis eſſe mutare propoſitum ſi res mutentur] & exiſtimabunt maius cōmodum uenturum reip. ex ocio meo.i.ſtudio literario,quo hiſtoriam ſcribo, q̄ ex negocijs aliorum qui remp.male tractant. Nam ego audiui ſæpe, Q. Max.& P.Scip.preterea.i.preter eos ſup.alios preclaros uiros ciuitatis noſtræ.ſ.Romanæ,ſolitos,cum intuerentur, imagines.i. ſtemmata maiorum,dicere ita,uidelicet animum accendi ſibi uehementiſſime ad uirtutem.ſ.id eſt ſcire licet,unde id eueniat,q.a non ceram illam unde ſtemmata fiebant,ut in Iuuenale ibi,Stēmata quid faciūt,late ſcriptum eſt,neque figuram.i. faciem aut imaginem maiorum,habere in ſeſe tantam uim.ſ.ut accēdat animos intuentium,quia ſic cuiuslibet animum incendiſſent;ſed eā flammam .i. illud incendium creſcere egregijs uiris in pectore, memoria.i.per memoriam rerum geſtarū a maioribus ſuis,[unde dici ſolet, q pictura & cælaturæ ſint illiteratorum libri] neqz flāmam illam ſedari priusq̄ uirtus eorū.ſ.uirorum preclarorum adequauerit i.ex equo aſſecuta ſit famam atque gloriam eorū.ſ. maiorū ſuorū,[Atqui].i.ſed quo,contra.i.ecōtrario. quis oīum ſ.hoīum,eſt his.i noſtri ſeculi,moribus.i.uiuens inata mores noſtri ſeculi qui nō contendat.i.certare audeat cū maioribus ſuis. de diuitijs & ſumptibus,ſed non de probitate neqz de induſtria, q.d.nullus.q.a quilibet ſuperaret maiores ſuos in diuitijs & ſumptibus ſed nō quiſq̄ probitate aut induſtria.[Etiam].i.inſuper, hoīes noui [qui nunq̄, & quorum maiores nunq̄ fuerunt in eo magiſtratu in quo noui hoīes dīt]q.ſ.homines noui ſoliti erant anteuenire.i.excedere nobilitatē.i. uiros nobiles per uirtutē,nitūtur.ſ. conātur peruenire ad imperia & honores potius furtim ſ. fraude & occulta largitione,q̄ ex bonis artibus.i.uera uirtute & honeſto artificio.[Periode].i.eodē modo quaſi prætura i.officiū aut dignitas prætoris,& cōſulatus.i.dignitas aut officiū conſulis,atque oīa alia.ſ.officia ſeu imperia huiuſcemodi,ſint clara & magnifica per ſeipſa.i.ſimpliciter ſine alterius acceſſione.[Ac non ha.perin.].i penitus ita,ut eſt uirtus eorum qui ſuſtinent ea. Sicut enim Comicus aſſerit,diuitiæ quæ iſti bona uocant,perinde ſunt atque qui illis utuntur,qui enim illis bene utuntur illis bona ſunt,qui uero male mala. Conſimile eſt de magiſtratibus & honoribus, in quibus neque ſalus neque requies eſt niſi bene utentibus,[Verum ego proceſſi lib.s.uſus maiori licentia q̄ lex præfationis poſcat,& altius.i.longius repetens exordium, q̄ neceſſe erat,quia interdicta ab Horatio in arte poetica dānata,eſt altius ſumere exordiū rei narrandæ. Vnde dicit:Nec reditū Diomedis ab interitu Meleagri, Nec gemino bellū Troianum orditur ab ouo. Sēper ad euentū feſtinat,& in medias res. Nō ſecus ac notas auditorem rapit &c.[Proceſſi inquit altius] i.euagatus ſum ultra inſtitutū,dum piget.i.miſeret me,& tædet morū ciuitatis ſubaudi noſtræ,ut qui cōtra cor ſuum eos diu tulerit Idē quodammodo dicit in præfatione Liuius his uerbis:Legentium pleriſque haud dubito quin primæ origines & proxima originibus minus præbitura uoluptatis ſint,feſtinantibus ad hæc noua, quibus iampridem præualentis populi uires ſeipſæ conficiunt . Ego contra hoc quoque laboris premium petam , ut me a conſpectu malorum,quæ noſtra per tot annos uidit ætas,tantiſper certe dum priſca illa tota mente repeto. auertam, omnis expers curæ,quæ ſcribentis animum,etſi non flectere a uero, ſolicitum tamen efficere poſſit. [Nunc re.].i.nemo,ad opus inceptum.i. ad narrationem belli Iugurthini; Sanè re , non ſemper iterationem ſignat,ſed verbum cum eo compoſitum ſæpe pro ſe.i.quaſi ſimplex ſit ponitur . Sæpe etiam contrarium denotat vt quoties cum uerbo ad velaturam ſeu clauſuram pertinens componitur , vt velo & reuelo, claudo & recludo,texo & retexo , ſero & refero,tego & relego contraria ſunt .

BELLVM ſcripturus ſum, quod populus R. cum Iugurtha rege Numidarum geſſit, primum, quia magnum & atrox, variaq. victoria fuit, deinde, quia tum primum ſuperbiæ nobilitatis obuiam itū eſt,quæ contentio, diuina & humana cuncta permiſcuit, eoq. vecordia proceſſit,vt ſtudijs ciuilibus bellum atq; vaſtitas Italiæ finem faceret. Sed priuſquam huiuſcemodi rei initium expediam,pauca ſupra repetam;quò ad cognoſcendum omnia illuſtria magis,magiſq. in aperto ſint. Bello punico ſecundo,quo dux Carthaginienſium,Annibal,poſt magnitudinem nominis Romani, Italiæ opes maxime attriuerat,Maſiniſſa rex Numidarum, in amicitiam receptus à P. Scipione, cui poſtea cognomen Africano ex virtute fuit, multa & pręclara rei militaris facinora fecerat. Ob quæ, victis Carthaginienſibus,& capto Syphace,cuius in Africa magnum, atque late imperium valuit,populus Rom. quaſcunque vrbes & agros manu ceperat,Regi dono dedit.Igitur amicitia Maſiniſſæ bona atque honeſta nobis permanſit,ſed imperij vitæq. eius finis,idem fuit. * Deinde Micipſa filius eius regnum ſolus obtinuit, Manaſtabale & Guluſſa fratribus morbo abſumptis. Is Adherbalem & Hiempſalem ex ſeſe genuit. Iugurthamq. Manaſtabalis fratris filium,quem Maſiniſſa, * quia ortus ex concubina erat, priuatum reliquerat,eodem cultu quo liberos ſuos domi habuit. Qui vbi primum adoleuit,pollens viribus,decora facie,ſed multo maxime ingenio ualidus, non ſe luxui neque inertiæ corrumpendum dedit,ſed(uti mos gentis illius eſt) equitare,iaculari,curſu cū ęqualibus certare, & cum omnes gloria ante iret,omnibus tamen charus eſſe. Ad hoc pleraque tempora in uenando agere,leonem atque alias feras primus,aut in primis ferire,plurimum facere,& minimum ipſe de ſe loqui.

* Dein
* quòd

BELLVM] Exordio præmiſſo,rem ipſam aggreditur. Dicit ſe ſcriptorū eſſe bellum, quod P. Romanus geſſit cum Iugurtha Rege Numidarū . Numidia eſt pars Africæ, in qua regnauit Maſiniſſa Rex,ſocius,& amicus Pop. Rom.Hic Maſiniſſa tres habuit filios,Micipſam, Manaſtabalem, & Guluſſam . Sed mortuo Manaſtabale,& Guluſſa, Micipſa ſolus regnum obtinuit,qui Adherbalem & Hiempſalem filios ex ſeſe genuit. Iugurtham autem filium fratris ſui Manaſtabalis educauit,vt filiū, quem Maſiniſſa auus priuatum reliquerat,quia ex concubina natus erat . Sed Iugurtha virtute & viribus multum valebat,ingenio maxime excellens , maior natu Adherbale , & Hiempſale. Micipſa igitur timens ne poſt mortem ſuam Iugurtha.paruis liberis Adherbale,& Hiempſale exiſtentibus regnum ſibi vſurparet,ſtatuit eum obiectare periculis & eo modo tētare,ſi quo modo Iugurtha perire poſſet. Cum igitur Populus Rom. Numantiā ciuitatem Hiſpaniæ,duce Scipione,obſideret, Micipſa auxilia peditum , & equitum ad id bellum Populo Rom. miſit, quibus Iugurtham præfecit,ſperans illum in eo bello poſſe interire. Sed longe aliter euenit . Nam virtus Iugurthæ in eo bello plurimum enituit,ac multa præclara facinora geſſit,ob quę Scipio Iugurtham in concione laudatum , ac donis militaribus inſigne donatum,finito bello capta ,& deleta Numantia ad Micipſam remiſit cum literis , in quibus virtutem Iugurthæ miris laudibus extollebat . Quo factum eſt vt Micipſa,mutato conſilio,ac animo,quem antea interire cupiebat, hunc maxime incolumem eſſe vellet . Micipſa igitur Iugurtham ſibi in filium adoptat , & paulo poſt moriens fortunas ſuas omnes , ac regnum ipſum ei cum liberis commune reliquit. Mortuo Micipſa cum tres Reguli.

SOL.

li.

li, Adherbal, Hiempſal, & Iugurtha regnum inter ſe diuidere cõſtituiſſent, loco, & tempore ad id faciendum conſtituto, Iugurtha Hiempſalem natu minorem per inſidias interfecit. Quo extincto, cum ad occupãdum vniuerſum regnum ieciſſet animum contra Adherbalem exercitum parat, & prœlio facto, illum victum fudit, fugauitq́; Adherbal victus, ac regno ſpoliatus Romam venit expoſitaq́; nefanda crudelitate Iugurthæ in ſe, fratremque ſuum Hiempſalem extinctum, à ſenatu petit auxilium contra illum. Senatus decretum fit, vt mittãtur decem legati, qui regnũ inter Adherbalem & Iugurtha diuiderẽt. Diuiſio itaque regno, cum legati Romani ex Africa diſceſſiſſent, rurſus Iugurta animum intendit, ad occupandum regnum Adherbalis. Igitur exercitu comparato, regnum eius inuadit. Adherbal neceſſitate coactus, & ipſe copias parat, Iugurthæ obuiam proficiſcitur, mox prœlio commiſſo, Iugurtha Adherbalis exercitum fudit, atque ipſum Adherbalem cum paucis equitibus in Cyrtham oppidum fugere compellit, Iugurtha oppidum obſidet. Interea Adherbal per literas ſenatum monet, quo in ſtatu fortunæ ſuæ ſint poſiteq; regno ſpoliatum à Iugurtha eſſe, fame, ad ferro ad extrema eſſe deductum, nec amplius obſidionem poſſe ſuſtinere, Iugurthã decreta ſenatus patiſfacere, petere, vt ſibi auxilium mittat. His literis in ſenatu recitatis, fuerunt, qui cenſerent ſtatim Adherbali ſubueniendum eſſe, & exercitum in Africam contra Iugurthã eſſe mittendum. Sed reſiſtentibus amicis Iugurthæ, quos ſibi pecunijs parauerat, ne quid tale fieret, legati ad Iugurtam mittuntur, qui verbis ſenatus eum ab incepto deſiſtere cogerent. Iugurtha legatis verba dedit, quo ad vſque diſcederent. quo facto, illi qui cum Adherbale intra oppidum obſidebantur, perſuadent ei, vt oppidum Iugurthæ tradat, tantum ab eo vitam petit. Deditione igitur facta, Iugurtha ſtatim cõtra fidem datam Adherbalem excruciatum interfecit. Quæ cum Romæ nunciata eſſent, grauiter à ſenatu ſunt habita. Igitur L. Calpurnius Beſtia conſul cum exercitu contra Iugurtham mittitur, à quo conſul pecunia corruptus, turpiter cum eo fœdus fecit, quam rem ſenatus, Populuſque Romanus grauiter tulit. Poſt Calpurnium, Albinus conſul mittitur contra Iugurtham, à quo diu ludificationibus tractus, cum ei res ſpem deditionis faceret, tandem, re infecta, quia tempus comitiorum inſtabat, Romam redijt, Aulo fratre ſuo pro prætore relicto, qui exercitui & prouinciæ præeſſet. Hic ſeu belli conficiendi cupidus, ſeu, vt à rege pecuniam acciperet, menſe Ianuario, aſpera hyeme, exercitum ex tabernaculis in expeditionem vocat. Iugurtha cognita imperitia eius, velut pauidus ad eum ſupplices legatos mittit. Ipſe exercitum per loca ſaltuoſa, velut fugiens ducit. Aulus hunc magis inſequitur. Vbi Iugurtha videt ſe traxiſſe Romanos in locum ſibi commodum ad pugnandum, prœlium committit, in quo Romanos fudit, ac fugauit. Poſtero die cum Aulus, & Iugurtha in colloquium veniſſent, fœdus inter eos ita factum eſt, vt oẽs Romani incolumes ſub iugum mitterentur. & poſt, vt decem diebus extra Numidiam decederent. Quæ cum Romæ nunciata eſſent, dolor ac timor omnes inuaſit. Poſt Auli fœdus, & Romani exercitus fugam, Metello conſul. prouincia Numidia per ſortem venit. Hic optimi imperatoris artibus vſus, cum exercitũ, vitio ſuperiorum ducum licentia ſolutum accepiſſet, ad normã veteris diſciplinæ reduxit, atque ita Iugurthã aggreſſus aliquot prœlijs opes eius attriuit. Poſtremo C. Marius poſt Metellum conſul creatus, cum ei Numidia prouincia decreta eſſet, Iugurtham bello perſequens, tandem illum ad extrema compulit, & per proditionem ſibi traditum in triumphum duxit. Hoc eſt totius operis argumentum. [Primum, quia magnum] ideſt aſperum, & difficile. [Variaque victoria] Quia aliquando Romani vicere, aliquando ſunt victi, vt ſupra monſtrauimus. Ergo varia victoria, quia aliquando vicerunt Romani, aliquando Iugurtha. [Superbiæ nobilitatis obuiatum eſt] Sæpe certamina erant, & ſeditiones inter Patres. i. inter ſenatum, & plebem, quia ſenatus magna ex parte cuncta pro arbitrio ſuo gerebat. in hoc ergo bello plebs maxime nobilitati, & patribus reſtitit, ſicuti infra videbitur. Nam magna pars nobilitatis Iugurthæ fauebat, quia ab eo pecuniam acceperat, quod plebs moleſte ferebat. Sed quomodo plebs reſtiterit nobilitati, videbitur infra. Nam C. Marium nouum hominem & ignobilem contra factionem nobilitatis Cos. creauit. Et hic primum factiones in urbe Rom. pullulare cœperunt, quia ciuitas quodammodo in duas partes diuiſa eſt, vna factio, & vna pars erat nobilium, altera pars plebis Nec hæ partes prius deſtiterunt, quam tota ciuitas, atque vniuerſa Italia uaſtata eſt, & cæde, ac ſanguine ciuium repleta eſt. [Cõtentio,] Certamen .ſ. partium. [Diuina & humana cuncta permiſcuit] Hoc ideo dicit quia ex his partibus bellum ciuile inter Marium, & Syllam ortum eſt, dum plebs Marium, nobilitas Syllam ſibi ducem aſſumit, quo bello omnia iura diuina & humana violata ſunt, nec enim leges humanæ, aut diuinæ in bello ualuerunt, ſed prout libido uictoris erat, fiebant. [Permiſcuit] Perturbauit. [Eoque vecordiæ proceſſit] ideſt ad eam inſaniam peruenit. [Studijs ciuilibus] ideſt partibus & factionibus. [Bellum atque uaſtitas Italiæ finem faceret] Non prius inquit partiũ, & factionum certamen ceſſauit, quam bello, & uaſtitate finierunt Italiæ. Nam tota Italia bello ciuili Marij, & Syllę implicata eſt. [Quæ contentio] Ordo eſt. Et quæ cõtentio permiſcuit diuina & humana, & proceſſit. ſ. ea cõtentio eo uecordiæ, ut bellũ, atq; uaſtitas Italię faceret finem ſtudijs ciuilibus. i. factionibus & partibus ciuium, quia non prius ceſſauerunt partes. & factiones ciuitatis, quam finirentur bello & naſtitate, ac clade totius Italiæ. [Sed priuſquam] Ordo. Sed ego repetam pauca, priuſquam expediam initium huiuſcemodi rei quo. i. ut omnia ſint magis illuſtria ad cognoſcẽdum, & ſint magis in aperto. [Sed prius] Ante, inquit, quam incipiam narrare bellum Iugurthæ, pauca, quæ antea geſta ſunt, exponam, ut omnia clarius intelligantur, & facilius. [Priuſquam expediam initium huiuſcemodi rei] i. priuſquam exponam, & explicem initium belli Iugurthini. [Pauca repetam] Pauca ante geſta narrabo, & exponam, nam repetere, hoc loco non ſignificat rem antedictam replicare, ſed rem ante geſtam narrare, quia bellum punicum ſecundum geſtum eſt ante bellum, Iugurthinum. [Illuſtria] Clariora. [Bello punico ſecundo] Ter Romani cum Carthaginienſibus bella geſſerunt. Primum punicum bellum confecit. Q. Luctatius conſul. Secundum Scipio Africanus maior, uicto Annibale, & Carthagine, tributaria facta Pop. R. Tertium Scipio Africanus minor, deleta prorſus, & extincta Carthagine. [Bello punico ſecundo] Ordo eſt, Maſiniſſa Rex Numidarum eſt receptus in amicitiam à Publio Scipione, cui poſtea fuit cognomen Africanus ex uirtute, dico quòd eſt receptus in amicitiam, bello Punico ſecundo, quo Annibal Dux Carthaginienſium maxime attriuerat opes Italię, poſt magnitudinem nominis Rom. fecerat. ſ. Maſiniſſa multa præclara facinora rei militaris, ob quæ populus Romanus dedit dono regi quaſcunque urbes & agros ceperat manu. Victis Carthaginienſibus, & capto Syphace, imperium eius magnum, atque latum ualuit in Africa. [Bello punico ſecundo] Primo punico bello finito, Q. Luctatio, & M. Manilio conſulibus, pax Carthaginienſibus annis 40 data eſt 23. annis poſt, inceptum eſt ſecundum bellum punicum, & 17. anno finitum. Hoc autem ordine geſtum eſt, Annibal Amilcaris filius poſt mortem patris dux. Carthaginenſium creatus, quinto menſe, poſtquam à Carthagine diſceſſerat in Italiam peruenit cum 80. millibus peditum, decem millibus equitum. Conſules P. Cornelius, & T. Sempronius inter ſe prouincias partiti ſunt. Cornelio Hiſpania, Sempronio, Sicilia cum Africa ſorte euenit. Copias ita inter ſe diuiſerunt Sempronio datæ ſunt legiones duæ, quæ octo millia militum continebant. Nam ſingulæ legiones quaterna millia militum habebant. Poſt CCC. equites, & hic numerus ex Romanis. Sociorum autem Populi Romani data ſex ſexdecim millia peditum, equites mille octingenti, naues longæ 160. celoces 12. cum his terreſtribus, maritimiſque copijs in Siciliam profectus eſt Sempronius, ubi feliciter contra Carthaginienſes dimicauit, 7. nauibus captis, ceteris in fugam uerſis. Cornelio minores copiæ datæ ſunt. Legiones duæ cum ſuo iuſto equitatu, quatuor decim millibus peditum, equitibus mille ducentis ex ſocijs. Cornelius igitur cum his copijs obuiam proficiſcitur Annibali in Italiam tranſeunti, in tranſitu Rhodani primum prœlium commiſſum eſt, haud grande, ſed atrox in quo ſuperiores Romani fuerunt cc. ex hoſtibus ceciderunt in eo prœlio ex Romanis 160. Secundum, apud Ticinum flumen, haud longe à Placentia prœlium ab Annibale, & Scipione commiſſum eſt, cum omnibus copijs, in quo Annibal ſuperior fuit, grauiter, conſule uulnerato, quem è periculo liberauit uirtus pubeſcentis filij, cui poſtea cognomen Africani fuit. Et cum P. Cornelius Scipio uiribus, & numero copiarum Annibali par non eſſet, iuſſu ſenatus Sempronius, relicta Sicilia. ſe Scipioni coniunxit, & apud Trebiam caſtra locauit, ubi cum conſilio, uel potius temeritate Sempronij, renitente Scipione, cum prœlium cum Annibale eſſet commiſſum, ingenti clade fuſi, fugatiq́. ſunt Rom. Deinde cum alpes Annibal tranſiſſet, apud lacum Traſymenum, Flaminio cõſule duce, exercitum Romanum prœlio fudit, in quo prœlio cæſa ſunt Romanorum 15. millia, decẽ millia ſparſa fuga per oẽm Hetruriam diuerſis itineribus Romam petiere. Tranſlato

deinde

deinde in Apuliā bello, apud Cannas. Conſulibus Aemilio Paulo, ac Terēt. Varrone Annibal, prœlio commiſſo, temeritate Terent. inuito collega ac renitente, exercitum Romanum fuſū ad internicionem occidit. In hoc prœlio Romanorum xl. peditum millia cæſa ſunt, equites duo millia ducenti, & tanta prope ciuiū ſociorum pars cæſa traditur In his Paulus Aemilius conſul cecidit. Hac clade res Rom. afflicta eſt, vt de ſumma rerum prope deſperatum ſit. Cum Mango frater Annibalis, nuncius huius victoriæ, Carthaginem miſſus de rebus à fratre geſtis in Italia. apud ſenatum loqueretur, dixit occidiſſe illum ſupra ducenta millia, ſupra quinquaginta millia hoſtium cepiſſe, ad fidem deinde tantæ felicitatis effundi iuſſit in veſtibulo curię annulos aureos, qui vt quidam tradunt, tres modij cum dimidio fuerunt, verior tñ fama eſt modiū non exceſſiſſe. Hac victoria multæ ciuitates ad eū defecerunt, inter quas Capua ciuitas opulētiſſima. Vario d. in de euentu cum Marcello apud Nolā pugnauit, ſed tādem Marcellus cum ſpeculatum exiſſet, inſidijs interceptus occiditur. Dū in Italia hæc ab Annibale geruntur, P. Cornelius Scipio in Africam mittitur, ibi Syphacem regem Maſſæſylorum, qui cū Carthaginenſibus fœdus habebat, ad amicitiam Romanorum traxit. Maſſæſyllā gēs affinis Mauris eſt regione Hiſpanię maxime qua ſita noua Carthago eſt, quo facto in Hiſpaniam tranſit, vbi ſeditio militaris orta cōprimitur. Deinde compoſitis rebus Hiſpaniæ, cum rediret Maſiniſſa, qui cum Carthaginenſibus erat ad Scipionem venit. eumq́. alloquitur, gratias agit ei de fratris filio remiſſo, ea eo tpe affirmat, eū ſe quæſiſſe occaſionem, quā oblatam deorum beneficio omiſerit. Cupere ſe illi Populoque Romano operam nauare, ita ut nemo vnus magis enixe adiuuet rem Romanam. Lętus eum Scipio vidit, audiuitq́. cum caput rerum in omni hoſtiū equitatu Maſiniſſam ſciret, fide data, acceptaq́. firmataq́. amicitia, Maſiniſſa digreditur, permiſſuq́. Scipionis populatur agros vicinos, ne ſine cauſa ex Gadis, vbi erat in continentem tranſiſſe videretur. ſicq́, Gadis redit. Deinde cū Romam Scipio rediſſet, & in ſenatu extra urbem res à ſe in Hiſpania geſtas narraſſet, quot oppida ex hoſtibus vi cepiſſet, quoties acie dimicaſſet, ſenatu miſſo urbem ingreſſus eſt. ſtatimque ſummo omnium conſenſu ante annos conſul creatus eſt P. Licinio Craſſo pontifice maximo ſtatimq́. ingenti claſſe, atque exercitu Siciliam traiecit, præmiſſo in Africam Lælio, ad quem prędas ex agro inermi agentem Maſiniſſa cum paucis equitibus venit, queritur, ꝙ in Sicilia Scipio cunctetur. Cum igitur hæc per Lælium Scipioni nunciata eſſent, & in alterum annum ei prorogatum eſſet imperium, cum exercitu in Africam traiecit, ac primo Vticam ciuitatem obſidere parat. Carthaginem ſe Haſdrubalem ea Hiſpania accerſunt, ut patriæ prope circunſeſſæ opem ferat, Syphacem qui iam Haſdrubalis filiam in uxorē acceperat orat, ut Carthagini, et vniuerſæ Africę ſubueniat Haſdrubal cū triginta millia peditum tria millia equitum confeciſſet Syphaci ſe coniunxit, qui exercitum quinquaginta millia peditum, cum nullo equitatu cōparauerat. quorū aduentu Scipio ab obſidione Vticæ diſceſſit. ſextodecimo anno belli Punici, Seruilio Cepione, & Seruilio Heminio conſulibus, Scipioni prorogatum eſt imperium donec in Africam bellatū foret. Scipio igitur caſtra Syphacis & Haſdrubalis, inſtructo exercitu, nocturno tpe aggreſſus incēdit. Cæſ. ſunt, aut flāmis cōſūpta quadraginta millia hominum, capta ſupra quinque millia, vndecim ſenatores nobiles Carthaginienſium, centum octoginta quatuor ſigna militaria capta Carthaginienſes tanta clade accepta, cum quid agēdū eſſet conſulerent, decernūt exercitum reparādum, Syphacemq́. orandum, ne bello abſiſteret. Igitur, nouo exercitu comparato, qui fuit ad triginta millia armatorum. Scipionem ab Vticæ oppugnatione depellunt, commiſſoq́. in campo magno, ſic uocant. pręlio, Pœni, Numidęq́ funduntur à Rom. Ibi Syphax, grauiter equo vulnerato, dum obequitat, ſi aciem nutantem ſiſtere poſſet, effuſus in terram viuus opprimitur. Qua clade Carthaginienſes coacti ſunt Annibalem ea Italia reuocare. Cum igitur Annibal in Africam traiecit, & contra Scipionem caſtra locaſſet, duces in colloquium venerunt, ſi forte de pace fienda inuicem conuenirent. Cū de pace nihil agerēt, vterque exercitum ad prœliū inſtruit. Dato vtrinque ad pugnam ſigno concurrunt, ſumma vtrinque pugnatū eſt, tandem. Pœni fundūtur. Carthaginienſiū ſociorumq́. ea die cæſa ſunt ſupra viginti millia, totidem ferme capta, cū centū triginta duobus ſignis militaribus. Elephāti vndecim capti, quos ad lxxx. Annibal in acie locauerat. Non tñ R. incruenta victoria fuit. Nā ii. millia ex Romanis ceciderūt. poſt hæc Verminā Syphacis filiū, Carthaginēſibus auxiliū ferentē magna exercitus parte, Scipio fudit cæſa eo pręlio quindecim millia hoſtium. Deinde victis Carthaginēſibus pax data eſt his cōditionibus, vt liberi legibus ſuis viuerēt, populandi eo die finē Romani facerēt, perfugas, fugitiuoſq. & captiuos, vt Carthaginenſes redderent. Romanis bellum ne in Africam, ne ve extra Africam, iniuſſu Populi Rom. facerent, naues roſtratas traderent, Maſiniſſæ res redderēt, & fœdus cum eo facerēt, decem millia talenta argenti deſcripta, æquatis penſionibus, in annos quinquaginta ſoluerent, centum obſides arbitratu Scipionis darent. Atq; ita finis ſecūdo punico bello à Scipione impoſitus eſt. His ita geſtis Romam reuerſus clariſſimum oīum egit triumphum. [Bello ſecundo punico] Pœni dīt Carthaginenſes, quaſi Phœni. Nā de Tyro phœnicis regionis parte Venere, qui Carthaginem cōdiderunt, unde punicus Carthaginenſis. Dido nanque de Tyro, quę eſt pars Phœnicis regionis venit, quæ Carthaginem condidit. [Poſt magnitudinem nominis Romani] Nam iam tunc nomen Romanorum magnum erat per totum orbem terrarum pp. magnitudinem imperij. [Italiæ opes maxime attriuerat] Quia multas & clariſſimas victorias in Italia ex ducibus, atque imperatoribus Rom. aſſecutus fuerat xij annis, quibus in Italia fuit, ſicuti ſupra mōſtrauimus. In amicitiā receptus eſt à Pub. Scipione, eo modo, quo ſupra diximus. Multa militaris rei, & præclara factu nota fecerat, q a una cū Scipione bis Haſdrubalem, & Syphacē pręlio, atque acie vicit, & poſtremo ipſū Annibalē, victis Carthaginēſibus. [Haſdrubale, & Syphace bis prœlio victis, ac ad poſtremum, ipſo Annibale acie ſuperato à Scipione, q poſtea ob eam victoriā dictus eſt Africanus. [Capto Syphace] Eo prælio, quo ipſe, & Haſdrubal victi ſunt in cāpo magno apud Vticā Africæ ciuitatē, vt ſupra mōſtrauimus. [Regi dono dedit] [Maſiniſſæ. refert Titus Liuius, Scipionē, parta victoria de Haſdrubale duce Carthaginiēſiū, & Syphace rege, ſceptro, & corona, atq; alijs īſignibus Maſiniſſam donaſſe, ac pręſente exercito regē appellaſſe, poſtea ſenatus decreto, quidquid urbiū, & agri bello acquiſiuerant in Africa Romani, ipſi Maſiniſſæ dono datū eſt. [Bona] .i. ipſius vtilis. [Atque honeſta] Hoc eſt honorifica, & honeſtate digna. [Imperij, uitæq́. eius idem finis fuit] Quia finitū eſt imperium qñ uita Maſiniſſæ finita eſt. [Deinde] Videlicet. poſt mortem Maſiniſſæ. [Is] .ſ. Micipſa. [Quòd ortus ea concubina Maſiniſſa auus Iugurthæ ipſum Iugurthā priuatum reliqt, quia non erat natus legitime, ſed ea concubina. Nam qui ſunt illegitime nati, non ſuccedunt in hereditatem. ſicuti etiam hoc tempore fit. [Priuatum] Videlicet ſine regno, non dedit ei partem aliquam regni. [Eodem cultu] Videlicet quantum ad victum & veſtitum tractauit Iugurtham. ſicuti filios proprios, quantum ad victum & veſtitum. [Eodem cultu,] Victu & veſtitu. [Habuit] .i. tractauit. [Qui] .ſ. Iugurtha. [Adoleuit] .i. creuit. [Pollens] .i. potens. [Decora facie] .i. pulchra facies dicitur tota ſpecies, quę apparet, & cernitur, ſecundum Donatum in Terent. [Validus] .i. potens. [Luxu] .i. luxuriæ, & delicijs. [Inertiæ] .i. ignauiæ corporis. [Vti mos eſt gentis illius] Sicuti eſt conſuetudo. Numidarum, quia Numidæ, ubi ad adoleſcentiam veniunt, exercēt ad iuuentutem corpus equitando, iaculando, currendo, venando nam per hæc exercitia uires corporis roborantur. [Equitare] Pro equitabat. Conſuetudo hiſtoricorum eſt, ut infinitum ponat frequenter pro præterito imperfecto indicatiui. [Iaculari] Pro iaculabatur. [Cum æqualibus] .i. ſocijs, & coæuis. i. qui eiuſdem ætatis ſunt. [Certare] Pro certabat. [Cum omnes anteiret] .i. ſuperaret. [Gloria] .i. fama, & laude. [Tamen omnibus charus eſſe poterat] Hoc ideo dicit, quia fermè ſemper virtuti comes eſt inuidia, ſed in Iugurtha aliter erat. Nam quamuis virtute ſuperaret, tamen nemo ei inuidebat, ſed omnibus charus erat, & ab omnibus amabatur. [Ad hæc] .i. præterea, & eſt uſitatus loquendi modus apud Criſpum hic, & in Catilinario millies patet, & alibi notatum fuit. [Pleraque tempora] .i. multa tempora, hoc eſt multum temporis. [Agere] Pro agebat .i. conſumebat. [Ferire] Pro feriebat. & hic uirtutem, & exercitationem Iugurthæ oſtendit, qui non dedit ſe luxuriæ, & ignauiæ, ſed uirtuti, & exercitationi corporis. [Facere] Pro faciebat. [Loqui] Pro loquebatur. Non oſtentabat uirtutem ſuam uerbis, neque egregia facta ſua, quæ in expugnatione Numantiæ. & alibi geſſerat, uerbis extollebat, ſed cum multa faceret, nihil de ipſo dicebat.

BELLVM ſcrip. [Superbiæ] Arrogantiæ. [Diuina] Quia deorum templa, tempore Syllæ ſpoliata fuere. [In aperto] In manifeſto. [Poſt magnitudinem,] Poſtquam Romani rerum potiebantur. [Attriuerat] Conculcauerat, perdiderat. [Capto Syphace, [De Maſiniſſa plura Appianus in Libyco bello qui de Syphace ſic ait, Syphax conſpecto Maſiniſſa ira conci- Mars

tus

tus in eũ fertur, cui lęte Maſiniſſa obuiat. Dum igitur ſingulari certamíue inter ſe dimicant, Syphacis milites terga vertentes ad alteram fluminis ripam traiecere, hic dum quiſpiam Syphacis equum propuliſſet, Regem inſidentem humi deiecit, eoq; modo captus eſt Syphax, & cũ eo alter ex filijs, Syphacẽ ductũ Rom. alij dignum ſupplicio, quod ſocijs & amicis bellum intuliſſe, alij amicum populi Rom. in Hiberiam fuiſſe aiebant. hos inter rumores Syphax, Numidię Rex mœrore confectus interijt [Imperium magnum] Quantũ ad opes. [Valuit] Potens fuit. [Manu] .i. armis. [Regi dono d.] Factis ſecundis fœderibus inter Rom. & Carth. duce Scipione, quia poſtea maior Africanus eſt appellatus, Maſiniſſę Rom. ſocietatis & fidei monumenta huiuſcemodi contulere: Coronam auri, ſellámq; ex auro, pariter cęlatum curum ex ebore, & purpureã ſtolamq; Rom. equum pręterea phaleris ornatum aureis, & arma quibus in bello vterentur, hęc Appian. in bel. Libyco, nullam tñ mentionem facit q Rom. dederint vrbes & agros [Amicitia] Vſque ad extremum vitæ diem cum P.R. in amicitia permanſit. vnde idem Appianus, Rom. legatos ad Maſiniſſ. miſere, qui illum hortarentur ad bellum, verũ ille ſenio ac valetudine confectus iacebat, qua ea re à legatis haud audiri potuit, habebat plures filios, ſed nothos, tres tãtum legitimos, ad opera male concordes. Qua ea re Scip. veteris cum illo atque auo beneuolentiæ memor quaſi regni ac filiorum cõſultorem futurum accesſerat. ad quem Scipio cum proficiſceretur Maſiniſ paulo ante aduentum eius, iam morti proximus filijs mandauit, vt Scip. obſequerentur, ipſum inter eos compoſiturum omnia, quibus dictis ceſſit è vita. vir ad omnia fortunatus, ad eo ſe extulit, vt à Marſutijs qui ab Oceano ſunt vſque ad Cyrenæos, vſque in Mediterraneis propagauerit imperium. Man ſuſcecit plurimas Numidarum nationes, à natura corpore eximio ac robuſto vſque ad extremum fuit ſenectutis, prœlijs ad vltimum vitæ diem operam attendit, equum ſine ephippijs ſolitum aſcendere. [Honeſta] Quia populus erat honoratus ex tanti viri ſocietate, & ipſe ex ſuis virtutibus à populo. [Vitæq;] Quia quemadmodum imperium ipſius tranquillum fuit, ſenio confectus, ita imperium & tranquillam vitam terminauit. [Solus obti. regnum] .ſ. Numidię, nam mortuo patre placuit Scipioni, vt Micipſa maior natu ſuccederet, cui ſtudium pacis in primis fuit curæ, & Cyrtham vrbem, & quæcunq; regia in ea eſſet habere conceſſit; Geloſſo militaribus artibus edocto qui ſecundus ab illo fuit, belli pacisq; poteſtatem pariter tribuit, Manaſtabali, qui minor natu fuerat, & iuſtitiæ fauebat plurimum, quæ dubia inter populos forent diiudicare. In hunc modum Scipio Maſiniſſę regnum ac ſubſtantiam diuiſit. [Priuatum] Sine parte regni] Habuit] Nutriuit. [Luxui] .i. crapulæ. [Iaculari venando] Venationi intentus erat. quam, & Dion oſtendit, principi vtilem eſſe, Optimi principes venationes exercent, rem honeſtam laudabilemq;, vnde corpus robuſtior, animus ferocior efficitur; nam in ea omnia quæ pertinent ad rem militarem exercentur; ſudant, laborant, famem, ſitimque patiuntur [Cum æqualibus] Quia pares cum paribus, &c [Alias feras] Pantheras, vrſos.

DEINDE quia tum primum ſuperbiæ nobilitatis obuiã itum eſt] In quibuſdam eſt, dehinc, veluti manuſcriptis, quia particula Cicero quoque vtitur. In Veneto, quod eſt à Pincio excuſum, Obuiatum legitur, pro obuiam itum. ſed perperam videlicet. quamuis eodem modo & Merſeburgenſe habeat, & Florentinum. [Sed priuſq̃ huiuſcemodi rei initium expediam] Manuſcripta quædam, expedio. quõ Cicero quoque interdum. velut de Or. Sed priuſquam illa conor attingere, proponã breuiter, &c. & in Philip. Cui priuſquam de cæteris rebus reſpondeo, de amicitia pauca dicamus. Paulo poſt. [Quo dux Carthaginenſium Annibal] In manuſcriptis eſt Carthaginienſium. quõ & alias ferè in ijſdem. Vult autẽ & Priſcianus Carthaginienſium dici, lib. 4. Sed & Ennianus ille verſiculus, quem Cicero alicubi citat, cũ Priſciano facit, Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginiẽſis. Niſi quis hoc metri ratione excuſatũ velit. Sic infra Saluſtius, victis Carthaginienſibus. &, bello Carthaginienſi. Item Syphacem & Carthaginienſes. Eodem modo in Catil. cũ ſæpe Carthaginienſes in pace, &c. [Quaſcunque vrbes & agros manu cœperat] Legendum, vrbeis quõ in impreſſis quoque vetuſtioribus. Manu cœperat. pro, pugnando cœperat. ut alibi idem loquitur. T. Liuius III. ab V.C. Quem agrum miles pro parte virili manu cępiſſet, eum ſenex quoq; voce qua una poſſet uindicaret. Paulo poſt. [Deinde Micipſa filius eius regnũ ſolus obtinuit] τὰ Eius, nõ eſt, in uetuſtis, nec in manuſcriptis ipſis, & ex gloſſa irrepſiſſe ut in eiſdẽ, dein legitur. In Merſeburgenſi dehinc. [Quem Maſiniſſa, quia ortus ex concubina erat] In manuſcriptis alijsq; uetuſtioribus, q ortus, tametſi eodem ſenſu. Paulo poſt. [Non ſe luxui atque inertiæ corrumpendum dedit] Volumen Fabricianũ, non ſe luxu neque inertiæ. pro luxui. quõ ueteres loqui conſueſſe annotauit lib. 4 Gellius cap. 16. Hinc Terent. Veſtitu nimio indulges. pro ueſtitui. & Virgilius Teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro. pro aſpectui. &, Quod, nec concubitu indulgent. &, Parce metu Cytherea. Sed & Cæſarem in Anticatione dominatu, pro dominatui dixiſſe oſtendit. & alibi ornatu, pro ornatui. Tacitus III. per cultum & munditias, copiaq; & affluentia luxu propior, pro luxui. & XIV. Cruciatu aut pręmio cũcta peruia eſſe, p cruciatui. [Mox, Et cum oẽs gloria anteiret] Legendum, omneis. quõ & Donatus in Andriam citat, ut eſt in uetuſtis exẽplaribus. [Leonem atque alias feras primus aut in primis ferire] Sic in Fabriciano eſt non primas. Mox. [Plurimum facere, & minimũ ipſe de ſe loqui] In Veneto & alijs quibuſdam, de ſe ipſe, legitur.

IVGVRTHAMQVE Manaſtabalis fratris filium, quẽ Maſiniſſa] Illud, Quem, non Iugurtham, ſed Manaſtabalẽ referre quidam putãt, ideoq; quiam uetuſtioribus hñt Codices, alterã lectionem non putant reijciendam, quæ ita habet, Iugurthamq; filium Manaſtabalis fratris, quem Maſiniſſa, q ortus ex concubina erat, priuatum reliquerat. Vt intelligamus, Manaſtabalem Micipſæ fratrem ex concubina ortum, non Iugurtham. Neque obſtare quod poſtea dicit auctor, Hiempſalem etiã antea Iugurtham deſpexiſſe, quia materno genere impar erat. Id enim intelligi de genere quod à matre traxerat parens Iugurthæ, & in ipſum deinde Iugurtham etiam deriuatum. Nam qua, inquiunt, alioqui ratione Maſiniſſa Iugurthã in imperium poſtuiſſet, non potem cum filijs? Commentatores uero de Iugurtha intelligũt. Ipſe. Lector iudicet. nam ego me hic non prorſus explico. GLAR.

BELLVM] Huius hiſtoriæ narrationem ne mauiter noua quærentis ſuperbe inuenta contemnam, ſic ex Ioanne Chryſoſtomo Soldo habeto. Exordio pręmiſſo rem ipſam aggreditur. Dicit ſe ſcripturũ eſſe bellum quod populus Romanus geſſit cũ Iugurtha Rege Numidarum. Numida eſt pars Africæ in qua regnauit Maſiniſſa rex ſocius & amicus populi Romani. Hic Maſiniſſa tres habuit filios; Micipſam, Manaſtabalem, & Guluſſam. Sed mortuo Manaſtabale & Guluſſa, Micipſa ſolus regnũ obtinuit, qui Adherbalem & Hiempſalem filios ex ſe genuit. Iugurtham autem filium fratris ſui Manaſtabalis educauit ut filium, quem Maſiniſſa auus priuatum reliquerat, quia ex concubinatu erat. Sed Iugurtha uirtute & uiribus multũ ualebat, ingenio maxime excellens, maior natu Adherbale & Hiempſale. Micipſa igitur timens ne poſt mortem ſuam Iugurtha paruis liberis Adherbale & Hiempſale exiſtentibus regnum ſibi uſurparet, ſtatuit eum obiectare periculis, & eo modo tentare, ſi quo modo Iugurtha perire poſſet. Cum igitur pop. R. Numantiam ciuitatem Hiſpaniæ duce Scipione obſideret, Micipſa auxilia peditũ & equitum ad id bellum P. R. miſit, quibus Iughurtam præfecit, ſperãs illum in eo bello poſſe interire, ſed longe aliter euenit. Nã uirtus Iughurtæ in eo bello plurimum enituit, ac multa præclara facinora geſſit, ob quæ Scipio Iugurtham in concione laudatũ, ac donis militaribus inſigne donatum finito bello, & capta ac deleta Numãtia ad Micipſam remiſit cum literis, in quibus uirtutem Iugurthę miris laudibus extollebat. Quod factum eſt ut Micipſa mutato conſilio atque animo quẽ antea interire cupiebat hunc maxime incolumen eſſe uellet. Micipſa igitur Iugurthã ſibi in filiũ adoptat, & paulo poſt moriens fortunas ſuas oẽs ac regnũ ipſum cum liberis cõmune relinquit. Mortuo Micipſa cum tres reguli Adherbal, Hiempſal, & Iugurtha regnũ inter ſe diuidere conſtituiſſent, loco & tpe ad id faciendum conſtituto, Iugurtha Hiempſalem natu minorem per inſidias interfecit. Quo extincto cum ad occupãdum uniuerſum regnũ ieciſſet animum contra Adherbalẽ exercitum parat, & prœlio facto illum uictũ fundit fugatq;. Adherbal uictus ac regno ſpoliatus Romã uenit, expoſitaq; nefanda crudelitate Iugurthæ in ſe, fratremq; ſuum Hiempſalẽ extinctũ, à ſenatu petit auxilium contra illum Senatus decreto fit ut mittãtur decem legati qui regnum inter Adherbalem & Iugurthã diuiderent, Diuiſo itaque regno cũ legati R. ex Africa diſceſſiſſent, rurſus Iugurtha animum intendit ad occupãdum regnum Adherbalis. Igitur exercitu comparato regnũ eius inuadit. Adherbal neceſſitate coactus & ipſe copias parat, & Iugurthę obuiam proficiſcitur, mox prœlio commiſſo Iugurtha Adherbalis exercitum fundit, atque ipſum Adherbalem cũ paucis equitibus in Cirtham oppidum fugere compellit. Iugurtha oppidum obſidet. Interea Adherbal per literas ſenatum monet, quo in ſtatu fortunæ ſuæ ſint poſitæ, regno ſe ſpoliatũ à Iugurtha eſſe, fame ac ferro ad extrema eſſe deductũ, nec amplius obſi-

dionem ASCEN.

dionem poſſe ſuſtinere, Iugurtham decreta ſenatus paruifacere petere vt ſibi auxilium mittat. His literis in ſenatu recitatis fuerunt qui cenſerent ſtatim Adherbali ſubueniendum eſſe, & exercitum in Africam contra Iugurtham eſſe mittendum. Sed reſiſtẽtibus amicis Iugurthæ, quos ſibi pecunijs parauerat ne quid tale fieret, Legati ad Iugurtham mittũtur, qui uerbis ſenatus eum ab incœpto deſiſtere cogerent. Iugurtha legatis uerba dedit quo adusque diſceſſere. Quo facto illi qui cum Adherbale Iera oppidum obſidebantur perſuadent ei, ut oppidum Iugurthæ tradat, tantum ab eo uitam petat. Deditione igitur facta Iugurtha ſtatim contra fidem datam Adherbalem excruciatum interficit. Quæ cum Romæ nunciata eſſent, grauiter à ſenatu ſunt habita Igitur L. Calpurnius Beſtia Conſul cum exercitu contra Iugurtham mittitur, à quo conſul pecunia corruptus turpiter cum eo fœdus fecit, quam rem ſenatus populusq́. R. Grauiter tulit. poſt Calpurnium, Albinus conſul mittitur contra Iugurtham, à quo diu ludificationibus tractus cum ei rex ſpẽ deditionibus faceret tandem re infecta quia tempus comitiorum inſtabat Romã redijt, Aulo fratre ſuo proprætore relicto, qui exercitui & prouinciæ præeſſet. Hic ſeu belli conficiendi cupidus, ſeu vt à Rege pecuniam acciperet, menſe ianuario aſpera hieme exercitũ ex tabernaculis in expeditionem uocat. Iugurtha cognita imperitia eius uelut pauidus ad eum ſupplices legatos mittit. Ipſe exercitum per loca ſaltuoſa velut fugiens ducit. Aulus hoc magis inſequitur. Vbi Iugurtha videt ſe traxiſſe Romanos in locum ſibi cõmodum ad pugnandum, prœlium cõmittit, in quo Romanos fundit ac fugat. Poſtero die cum Aulus & Iugurtha in colloquiũ veniſſent. fœdus inter eos ita factum eſt, ut omnes Romani ĩcolumes ſub iugum mitterentur. & poſt decem diebus extra Numidiam decederent. Quæ cum Romæ nunciata eſſent, dolor ac timor omnes inuaſit. Poſt Auli fœdus, & Romani exercitus fugam, Metello conſuli prouincia Numidia per ſortem euenit. Hic optimi imperatoris artibus uſus, cum exercitum vitio ſuperiorum ducum licentia ſolutum accepiſſet, ad normam ueteris diſciplinæ reduxit. Atque ita Iugurtham aggreſſus aliquot grauibus prœlijs opes eius attriuit. Poſtremo C. Marius poſt Metellum conſul creatus, cum ei Numidia prouincia decreta eſſet, Iugurtham bello perſequens, tandem illum ad extrema compulit & per proditionem ſibi traditum in triumphum duxit. hoc eſt totius operis argumentum. [Primum, quia magnum]. i. aſperum & difficile. Variaq́. uictoria, quia aliquando Romani uicere, aliquando ſunt uicti, vt ſupra monſtrauimus. Ergo varia uictoria, quia aliquando vicerunt Romani, aliquando Iugurtha. [Superbiæ nobilitatis obuiatum eſt. Sæpe certamina erant, & ſeditiones inter partes, i. inter ſenatum & plebem, quia ſenatus magna ex parte cũcta pro arbitrio ſuo gerebat In hoc ergo bello plebs maxime nobilitati & patribus reſtitit, ſicuti infra uidebitur. Nã magna pars nobilitatis Iugurthæ fauebat contra honeſtatem, quia ab eo pecuniam acceperat, quod plebs moleſte ferebat. Sed quomodo plebs reſtiterit nobilitati videbitur infra. Nam. C. Marium nouum hominem & ignobilem cõtra factionem nobilitatis conſulem creauit. Et hinc primum factiones in vrbe Romana pullulare cœperunt, quia ciuitas quodãmodo in duas partes diuiſa eſt, una factio & una pars erat nobilium, altera pars plebis Nec hæ partes prius deſtiterunt quàm tota ciuitas atque uniuerſas Italia vaſtata eſt, & cæde ac ſanguine ciuium repleta eſt. [Cõtentio, certamen] ſ. partiũ diuina & humana cuncta permiſcuit. Hoc ideo dixit, quia ex his partibus bellum ciuile inter Mariũ & Syllam ortum eſt, dum plebs Marium, nobilitas Syllam ſibi ducẽ aſſumit, quod bello omnia iura diuina & humana uiolata ſunt, nec enim leges humanæ aut diuinæ in eo bello ualuerunt ſed pro vt libido uictoris erat ita fiebant. Permiſcuit] Perturbauit. [Eoq́. vecordiæ proceſſit]. i. ad eam inſaniam peruenit, ſtudijs ciuilibus i. partibus & factionibus. [Bellum atque vaſtitas Italiæ finem faceret] Non prius, inquit partium & factionũ certamen ceſſauit quàm bello & uaſtitate finiretur Italia. Nam tota Italia bello ciuili Marij & Syllæ implicata eſt. [Quæ contentio] Ordo eſt, quæ contentio permiſcuit cuncta diuina & humana, & proceſſit. ſ. ea contentio eo vecordię ut bellum atque uaſtitas Italiæ faceret finem ſtudijs ciuilibus. i. factionibus & partibus ciuium, quia non prius ceſſauerunt partes & factiones ciuitatis q̃ finirentur bello & uaſtitate ac clade totius Italię, hæc ille Ceterum vt more meo procedam pauca reperam. [Bellum ſcripturus ſum] proponit in principio, propoſitumq́ue ei mendat quod ſtatim proſequitur dicens in principio. [Ego ſcripturus ſum] ſ. in hoc opere, bellum quod P. R. geſſit. i. publice tractauit & exhauſit, cum Iugurtha rege Numidarum, non qui uerus rex eſſe debebat, ſed qui pro rege inſtitutus erat & ſeſe rem geſſerat. Sicut in Euangelio: In diebus Herodis regis Iudæ, qui tamẽ non ex ſucceſſione legitima erat rex, ſed à Romanis inſtitutus. ſcripturus, inquit, ſũ ob multa, primũ. i. prima de cauſa, q̃ ſupp. illud fuit magnum, quia multis copijs geſtum, & atrox, quis multis trucidans, & varia victoria. i. habens variam victoriã nũc Romanorũ. nunc Iugurthinorum. Vnde videtur varia victoris potius ablatiui caſus quàm nominatiui. [Deinde quia primum tũ] Id eſt tunc hoc eſt ex eo bello, in quo Marius homo nouus & popularis ad cõſulatum prouectus eſt, obuiatum eſt. i. reſiſtentia facta eſt ſuperbiæ nobilitatis. i. nobilium, qui plebeios antea penitus deprimebant. Vnde ciuilia bella ſub Metello conſule, qui in hoc bello primas partes geſſit, orta atteſtatur Flaccus in principio ſecundi carminum dicens: Motum ex Metello conſule ciuicum, Belliq́. cauſas, & uitia, & modo, Ludumq́. Fortunæ, grauesq́ue, Principũ amicitias, & arma Nondum expiatis uncta cruoribus, Periculoſæ plenum opus aleæ Tractas &c. Sanè ex eo q̃ Marius ſummam gloriam ex hoc prœlio, ſummumq́. fauorem populi nactus erat, orta eſt inuidia Syllæ in eum, qui cum acerbum geſſit poſtmodũ bellum, quo omnia diuina & humana permiſta, atque confuſa ſunt. Nam honeſta Syllæ uictoria in ſummum nefas verſa eſt [vt memorauimus in Catilinario.] [Quæ contentio]. ſ. inter patricios & plebeios cõmiſcuit. i. confundit cuncta diuina & humana. i. omnia turbauit, vt quis nõ mare cœlo miſceat, Sanè antiqui dum maxime confuſa & perplexa mẽte erant, clamabant. O cœlũ terra, ò maria Neptuni, vt in Terent. Et ideo pro ſumma cõmotione dicebant diuina & humana confundi, aut quia diuina, & humana iura indifferenter violata ſũt. Et ſupp. proceſſit eò. i. ad id, vecordiæ. i. ueſaniæ & demẽtię, aut paruæ prudentiæ. Væ enim uunc ſignificat multu, vt ve pallida apud Horat, & ve grãdi ſubere, vt quidã legunt apud Perſiũ, oũe parum, vt ueſtibulum. i. parum ſtabulum ſeu ſtatio, Vnde vecors autem nullius, aut peruerſi cordis, ut bellum. ſ. ciuile aperte geſtũ & uaſtitas. i. deſolatio uaſtatis agris Italię faceret ſtudijs. i. factionibus & contentionibus ciuilibus finem, ſed ego repetam. i. aſſumam dicẽdo pauca ſupra. i. prius geſta, quò. i. ideo vt omnia ſint magis illuſtria ad cognoſcendum. i. vt cognoſcantur, & ſint magis in aperto. i. manifeſto. Vbi gerundium in dum ponitur abſolute in ſignificatione paſſiua, vt Valla docet allegans hunc locũ. [Bello punico ſecundo] De hoc loco ita diſſerit Ioannes Chryſoſtomus Soldus: Ter. Romani cum Carthaginenſibus bella geſſerunt. Primum punicum bellum confecit Q. Luctatius cõſul. Secundum Scipio Africanus maior uicto Annibale & Carthagine tributaria facta P. R. Tertiũ Scipio Africanus minor, deleta prorſus & extincta Carthagine. Primo punico bello finito. Q. Luctatio & M. Manlio conſulibus pax Carthaginenſibus annis xl. data eſt, uiginti tribus annis poſt, incœptum eſt ſecũdũ bellum punicum. & uigeſimo ſeptimo anno finitum. Hoc autem ordine geſtum eſt. Annibal Amilcaris filius poſt mortẽ patris dux Carthaginenſium creatus, quinto menſe poſtquàm Carthagine diſceſſerat in Italiam peruenit cum lxxx. millibus peditum x. millibus equitum. Conſules, P. Cornelius & Sempronius inter ſe prouincias partiti ſunt. Cornelio Hiſpania, Sempronio Sicilia cũ Africa ſorte euenit. Copias inter ſe diuiſerunt. Sẽpronio datæ ſunt legiones duæ, quæ octo millia militũm continebant. Nã ſingulæ regiones quaterna millia militũ habebant, poſt trecẽti equites. Et hic numerus ex Romanis. erat. Sociorũ aũt. P. R. data ſunt ſexdecim millia peditum, equites mille octingenti. Naues longæ clx. celoces xij. Cum his terreſtribus maritimisq́. copijs in Siciliam profectus eſt Sempronius, vbi fœliciter contra Carthaginenſes dimicauit vij. nauibus captis, ceterisq́. in fugã verſis. Cornelio minores copiæ datæ ſunt, Legiones duæ cũ ſuo iuſto equitatu & xiiij. millibus peditum equitibus mille ducentis ex ſocijs. Cornelius igitur cũ his copijs obuiam proficiſcitur Annibali in Italiam tranſeunti.] In tranſitu Rhodani primum prœlium cõmiſſum eſt, haud grande, ſed atrox, in quo ſuperiores Romani fuerunt cc. ex hoſtibus ceciderũt in eo pręlio, ex. Romanis clx. Secundum apud Ticinũ flumen haud longe à Placentia prœlium ab Annibale & Scipione cõmiſſum eſt cum omnibus copijs in quo Annibal ſuperior fuit grauiter cõſule vulnerato, quem è prœlio liberauit virtus pubeſcentis filij, cui poſtea cognomẽ Africani fuit. Et cũ P. Corn. Scipio uiribus & numero copiarum Annibali par nõ eſſet, iuſſu ſenatus Sẽpronius relicta. Sicilia ſe Scipioni cõiunxit, & apud Trebiã caſtra locauit. Vbi cũ cõſilio uel potius temeritate Sempronij renuente Scipione, pręliũ cũ Annibale eſſet cõmiſſum, ingenti clade fuſi fugatique ſunt Romani. Deinde cum Alpes Annibal tranſiſſet apud lacum Thraſymenum

ſymenum

ſymenum Flaminio conſule duce exercitum Romanum prœlio fudit, in quo prœlio cæſa ſunt Romanorum quindecim millia, decem millia ſparſa fuga per omnem Hetruriam diuerſis itineribus Romam petiere. Tranſlato deinde in Apuliam bello apud Cannas, conſulibus Aemelio Paulo, ac Terent. Varrone, Annibal prœlio commiſſo temeritate Terent. inuito collega ac renitente, exercitum Rom. fuſum ad internicionem occidit. In hoc prœlio Romanorum quadraginta millia peditum cæſa ſunt, Equitum duo millia ducenti, & tanta propè ciuium ſociorumq́ pars cæſi traduntur. In his Paulus Aemilius conſul cecidit. hac clade ita res Rom. afflicta eſt, vt de ſumma rerum prope deſperatum ſit. Cum Mango frater Annibalis nuncius huius victoriæ Carthaginem miſſus de rebus à fratre geſtis in Italia apud ſenatum loqueretur, dicit occidiſſe illum ſupra ducenta millia, ſupra quinquaginta millia hoſtium cepiſſe, Ad fidem deinde tantę felicitatis effundi iuſſit in veſtibulo curiæ annulos aureos, qui, vt quidam tradunt tres modij cum dimidio fuerunt. Verior tamen fama eſt modium non exceſſiſſe. Hac victoria multæ ciuitates ad eum defecerunt, inter quas Capua ciuitas opulentiſſima. Vario deinde euentu cum Marcello apud Nolam pugnauit. Sed tandem Marcellus cum ſpeculatum exiſſet, inſidijs interceptus occiditur. Dum in Italia hæc ab Annibale geruntur, P. Cornelius Scipio in Africam mittitur. Ibi Syphacem regem Maſſæſylorum, qui cum Carthaginienſibus fœdus habebat ad amicitiam Romanorum traxit. Maſſæſyla gens affinis Mauritaniæ eſt in regione Hiſpaniæ, maxime quà ſita noua Carthago eſt, ſpectans. Quo facto in Hiſpaniam tranſijt vbi ſeditio militaris orta comprimitur. deinde compoſitis rebus Hiſpaniæ cum rediret Maſiniſſa, qui cum Carthaginienſibus erat ad Scipionem venit, eumq́. alloquitur, gratias agit ei de fratris filio remiſſo. Ex eo tempore affirmat eam ſe quæſiſſe occaſionem, quam oblatam deorum beneficio non omiſerit. Cupere ſe illi populoq́. Rom. operā nauare, ita vt nemo vnus magis enixe adiuuerit rem Romanam. Lætus eam Scipio vidit audiuitque, cum caput rerum in omnium hoſtium equitatu Maſiniſſam ſciret, fide data acceptaque, firmataq́. amicitia, Maſiniſſa digreditur, permiſſuq́. Scipionis populat agros vicinos ne ſine cauſa ex Gadibus vbi erat in continentem tranſiſſe videretur, ſicque Gadis redijt. Deinde cum Romam Scipio redijſſet & in ſenatu extra vrbem res à ſe in Hiſpania geſtas narraſſet, quot oppida ex hoſtibus vi cepiſſet, quoties acie dimicaſſet, ſenatu miſſo vrbē eſt ingreſſus, ſtatimq́. ſummo omnium conſenſu ante annos conſul creatus eſt cum P. Licinio Craſſo Pontifice Maximo. ſtatimq́. ingenti claſſe atq; exercitu in Siciliam traiecit præmiſſo in Africam Lælio ad quē prædas ex agro inermi agentem Maſiniſſa cum paucis equitibus venit, quærit is quòd in Sicilia Scipio cūctetur. Cum igitur hæc per Lælium Scipioni nunciata eſſent, & in alterum annum ei prorogatum eſſet imperium, cum exercitu in Africam traiecit. Ac primo Vticam ciuitatem obſidere parat, Carthaginiēſes Aſdrubalem ex Hiſpania accerſunt, vt patriæ propè circunſeſſæ opem ferat. Syphacem qui iam Aſdrubalis filiam vxorem acceperat, orat vt Carthagini, vt vniuerſæ Africæ ſubueniat. Aſdrubal cum triginta millia peditum, tria millia equitum coëgiſſet, Syphaci ſe coniunxit, qui exercitum quinquaginta millia peditum cum multo equitatu comparauerat, quorum aduentu Scipio ab obſidione Vticæ diſceſſit. ſeptodecimo anno belli punici Seruilio Scipione, & Seruilio Gemino conſulibus Scipioni prorogatum eſt imperium, donec in Africa debellatum foret. Scipio igitur caſtra Syphacis & Aſdrubalis inſtructo exercitu nocturno tēpore aggreſſus incendit. Cæſa ſunt aut flammis conſumpta quadraginta millia hominum, capta ſupra quinque millia, vndecim ſenatores nobiles Carthaginienſium, 184. ſigna militaria capta. Carthaginienſes tanta clade accepta cum quid agendum eſſet conſulerent, decernunt exercitū reparandum, Syphacemq́. orandum ne bello abſiſteret. Igitur nouo exercitu comparato, qui fuit ad triginta millia armatorum, Scipionem ab Vticæ oppugnatione depellunt, cōmiſſoq́. in campo magno (ſic vocant) prœlio, Pœni, Numidæq́. funduntur à Rom. ibi Syphax grauiter equo vulnerato dum obequitat ſi aciem nutantem ſiſtere poſſet, effuſus in terram, opprimitur, ac viuus capitur. Qua clade Carthaginienſes coacti ſunt Annibalem ex Italia reuocare. Cum igitur Annibal in Africam traieciſſet, ac cōtra Scipionem caſtra locaſſet, duces primo in colloquium venerunt, ſi forte de pace inuicem conuenirent, cum de pace nihil agere potuiſſent, vterq; exercitum ad prœlium inſtruit. Dato vtrinque ad pugnam ſigno, cōcurritur, ſumma vi vtrinque pugnatum eſt. tandem Pœni funduntur. Carthaginienſium ſociorumq́. ea die cæſa ſunt ſupra viginta millia, totidem fermè capta cum 132. ſignis militaribus. Elephanti vndecim capti, quos ad 30. Annibal in acie locauerat, non tamen Romanis incruenta victoria fuit. Nam decem millia ex Romanis ceciderunt. Poſt hæc Verminam Syphacis filium Carthaginienſibus auxilium ferētem miſſa exercitus parte, Scipio fudit, cæſa eo prœlio 15. millia hominum. Deinde victis Carthaginienſibus, pax data eſt his conditionibus, vt liberi legibus ſuis viuerent, populandi eo die finem Romani facerent. Perfugas fugitiuosq́. & captiuos, vt Carthaginienſes redderent Romanis. bellum ne in Africa, ne ve extra Africam iniuſſu populi R. facerent. Naues roſtratas traderent, Maſiniſſæ res redderent, & fœdus cum eo facerent. decem millia talenta argenti deſcripta æquis penſionibus in annos quinquaginta ſoluerent, centum obſides arbitratu Scip. darent. Atque ita finis ſecundo punico bello à Scip. impoſitus eſt. His ita geſtis Romam reuerſus clariſſimum omnium egit triumphum. Bello ſecundo. Pœni dicuntur Carthaginienſes quaſi Phœni. Nam de Tyro Phœnicis regionis parte venerunt, qui Carthaginem condiderunt, inde Punicus Carthaginienſis. Dido nanque de Tyro quæ eſt pars Phœnicis regionis, venit, quæ Carthaginem condidit. [Poſt magnitudinem nominis R.] Nam iam tunc nomen Romanorū magnum erat per totum orbem terrarum, propter magnitudinem imperij. [Italiæ opes maxime atteruerat] Quia multas & clariſſimas victorias in Italia ex ducibus atque imperatoribus Rom. aſſecutus fuerat 17. annis quibus in Italia fuit, ſicuti ſupra monſtrauimus. Hæc Soldus. Ordo autem eſt. Maſiniſſa rex Numidarum receptus bello punico ſecundo. i. tempore belli punici ſecundi: (Bellum enim ſignificat totum illud tempus, quo diſcordia agitur. Pugna vero & prœlium duntaxat quo contigitur & manus conſeruntur] quo. ſ. ſecundo bello punico, Hannibal (ſcribitur autem frequentius Annibal) dux Carthaginienſium, poſt magnitudinem nominis Romani. i. poſtquam nomen Romanum maximum euaſerat, attriuerat. i. carptim atterendo abſumpſerat, maxime. i. potiſſimum opes. i. poteſtatem & facultates Italiæ, receptus dico, in amicitiam à Pup. Scipione, cui fuit poſtea ea virtute. i. propter virtutem, cognomen [dicerent Grammatici agnomen, quia cognomen eſt cognationis nomen, Agnomen eſt adnatum nomen ex aliquo euentu, vt hic ex virtute & victoria] Africano, id autem oratorie, quia quando relatiuum datiui caſus præcedit, & ſequitur nomen alterius caſus addi poteſt tertium datiui, aut alterius caſus, venuſtius tamen datiui, vt Aeneid. i. Cui nunc cognomen Iulo. Et Liu. libro primo ſubaudiens cui. dicit Fauſtulo nomen ferunt) fecerat. ſ. Maſiniſſa, multa & præclara facinora. i. facta rei militaris, ob quæ. ſ. facinora & merita, Carthaginienſibus victis, & Syphace. ſ. re. ca. i. poſtquam Carthaginien. erant victi & captus Syphax cuius. ſ. Syphacis imperium magnum atque latum valuit. i. validum fuit in Africa. Pop. Rom. dedit dono regi. ſ. Maſiniſſæ quaſcunque vrbes, & agros ſupple quoſcunque cœperat manu. i. vi bellica, Et per hæc oſtendit gratitudinem populo Romano, qui animaduertens in quanta neceſſitate conſtitutæ Reip. ſubuenerat Maſiniſſa, in eum ſumma beneficia contulit, quæ res illi maximo ſuis vſui, vt ſequentia docent. [Igitur amicitia poſt mortem Maſiniſſæ] Narrat de filijs eius, dicens, Igitur, quia tam liberalis erat pop. Rom. in Maſiniſſam, amicitia Maſiniſſę regis Numidiæ permanſit. i. vſque ad vltimum vitæ eius manſit nobis. ſ. Romanis, bona, quia vtilis, & honeſta, quia glorioſa, glorioſum enim eſt ſibi beneficio deuincire regem. Sed idem fuit finis imperij eius, & vitæ eius, quia ſimul cum vita eius extinctum videtur imperium eius, vel quia nemo illi ſucceſſit tali imperio dignus, vel quia tam parum durauit ſucceſſorum regnum, vt non regnaſſe videantur, aut ſenſus eſt, idem eodem tempore fuit finis imperij eius & vitæ eius, & hoc eſt non prius amiſit imperium, quam vitam, deinde. ſ. poſt mortem Maſiniſſæ Micipſa filius ſup. eius obtinuit ſolus regnū, & hoc Manaſtabale & Guluſſa fratribus ſupp. eius abſumptis. i. ablatis e medio viuentium, morbo, is. ſ. Micipſa rea genuit, id eſt propagauit ex ſe. i. de ſemine ſuo, Adherbalem, & Hiempſalem liberos, & habuit domi. ſ. ſuæ eodem cultu, quo. ſ. habuit liberos. i. legitimos filios ſuos, Iugurtham filium Manaſtabalis, ſcilicet fratris ſui ante obitum eius genitum, quem Maſiniſſa pater Micipſæ & auus ipſius Iugurthę reliquerat priuatum. i. ſine regno, eo quòd ortus erat non ea legitima nante, ſed ex concubina. Qui. ſ. Iugurtha, vbi adoleuit primum. i. grandior effectus eſt, pollens. i. valens viribus, & decora facie. i. habens decoram faciem, ſed exiſtens multo, maxime. i. præcipue, validus ingenio, id eſt induſtria, & ſubtilitate animi, non dedit ſe luxui neque inertiæ corrumpendum, id eſt effœminandum ſe, vti, id eſt que

admodum

admodum mos eſt illius gentis, cœpit ſup. agitare. ſ. feras, iaculari. i. iacula emittere & proijcere, certare curſu cum æqualibus. i. coæuis ſeu contemporaneis ſuis, & cum anteiret. i. excederet omnes, gloria ideſt per glorioſam famam, tamen eſſe charus omnibus, ad hoc. i. inſuper, agere. i. agebat & tranſigebat, pleraque; ideſt plurima tempora in venando, ferire. i. feriebat, in primis, id eſt inter, primos, aut primus leonem atque alias feras, & facere. i. faciebat [aut intelligatur verbum cœpit] plurimum. i. plurima præclara facinora, & loqui. i. loquebatur minimum. i. parciſſime de ſe, contra quod faciunt iactabundi de ſe, qui vbique facile inuidiam concitant.

QVIBVS rebus Micipſa, tametſi initio lætus fuerat, exiſtimans Iugurthæ virtutem regno ſuo gloriæ fore, tamen poſtquam hominem adoleſcentem, exacta ſua ætate, & paruis liberis, magis magiſq. creſcere intelligit, vehementer eo negocio permotus, multa cum animo ſuo voluebat. Terrebat eum natura mortalium auida imperij, & præceps ad explendam animi cupidinem. præterea opportunitas ſuæ liberorumque ætatis, quæ etiam mediocres viros ſpe prædæ tranſuerſos agit. ad hoc ſtudia Numidarum in Iugurtham accenſa, ex quibus, ſi talem virum dolis interfeciſſet, ne qua ſeditio, aut bellum oriretur, anxius erat. His difficultatibus circumuentus, vbi videt, neque per vim, neque inſidijs opprimi poſſe hominem, tam acceptum popularibus, quòd erat Iugurtha manu promptus, & appetens gloriæ militaris, ſtatuit eum obiectare periculis, & eo modo fortunam tentare. Igitur bello Numantino Micipſa cum populo Romano equitum atque peditum auxilia mitteret, ſperans vel oſtentando virtutem, vel hoſtium ſæuitia facile eum occaſurum, præfecit Numidis, quos in Hiſpaniam mittebat. Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, euenit. Nam Iugurtha, vt erat impigro atque acri ingenio, vbi naturam P. Scipionis, qui tum Romanis imperator erat, & morem hoſtium cognouit, multo labore, multaq. cura, præterea modeſtiſſime parendo, & ſæpe obuiam eundo periculis, in tantam claritudinem breui peruenerat, vt noſtris vehementer charus, Numantinis maximo terrori eſſet, ac ſanè, quod difficillimum in primis eſt, & prœlio ſtrenuus erat, & bonus conſilio. quorum alterum, ex prouidentia timorem, alterum ex audacia temeritatem plerunque afferre ſolet. Igitur imperator omnes ferè res aſperas per Iugurtham agere, in amicis habere, magis magiſq. eum in dies amplecti. quippe cuius neque conſilium, neque inceptum ullum fruſtra erat. huc accedebat munificentia animi & ingenij ſolertia. Quibus rebus ſibi multos ex Romanis familiari amicitia coniunxerat.

SOL. D. QVIBVS rebus Micipſa] Ordo eſt. Micipſa tamen permotus vehementer eo negocio, voluebat multa cum ſuo animo poſtquam intelligit hominem adoleſcentem magis ac magis creſcere, exacta ſua ætate, & paruis liberis. ſ. exiſtentibus, tametſi ipſe Micipſa fuerat lætus in initio, quibus. i. illis rebus, exiſtimans virtutem Iugurthæ fore gloriæ ſuo regno. A principio Micipſa gaudebat, quod Iugurthæ virtus in dies creſcebat, credens, & exiſtimans, Iugurtham futurũ gloriæ regno ſuo, ſed poſtea timere cœpit, cum videret illum nomium creſcere. Timebat. n. ne ſi ipſe moreretur, vel etiam adhuc, ipſo viuente, Iugurtha regnum occuparet, quia filij ſui Adherbal, & Hiempſal adhuc parui erant, & ipſe erat ſenex. [Quibus rebus] Videlicet, quia Iugurtha ita ſe dederat ad exercendas vires corporis. [Fore]. i. futurum eſſe. [Gloriæ]. i. ad gloriam. [Exacta]. i. finita, quia iam Micipſa ad extremam ſenectutem venerat. [Paruis liberis] .i. filijs ſuis Adherbale, & Hiempſale. [Eo negocio]. i. ea re, videlicet, quia creſcebat nimium virtus, & potentia Iugurthæ. [Voluebat]. i. agitabat, conſiderabat. [Terrebat eum] Micipſa ideo timebat, quia videbat naturam hominum eſſe procliuem & cupidam ad imperium. Nam naturaliter homines magis cupiunt imperare, quàm ſeruire. Et propterea timebat, ne ſi moreretur, Iugurtha capta occaſione filios ſuos interficeret, & regnum vſurparet, ſicuti etiam fecit. [Terrebat]. i. pauefaciebat. [Mortalium] Id eſt hominum. [Auida] .i. cupida [Et præceps]. i. prona, procliuis, & inclinata, quia naturaliter homo nititur explere cupidinem animi ſui. [Opportunitas] i. occaſio. ſ. terrebat. [Suæ ætatis] Quia ſenex erat. [Liberorum]. i. filiorum, quia adhuc parui erant. Quæ etiam mediocres viros ſpe prædæ tranſuerſos agit. Opportunitas, inquit, facit, vt hi, qui à natura boni ſunt, ſpe alicuius commodi data, mali, & peruerſi efficiantur, nam ſæpe hoc euenire ſolet, vt homo, qui à natura bonus eſt, oblata ſibi occaſione ad aliquod facinus perpetrandum ducatur, quod non feciſſet, nec excogitaſſet, niſi occaſio ſibi oblata eſſet, & hoc eſt, quod dicit. [Quæ] .ſ. opportunitas. [Etiam mediocres] Non ſolum malos, ſed etiam moderatos, & modeſtos. [Spe prædæ] Spe lucri, & commodi. [Tranſuerſos agit]. i peruertit, & peruerſos facit, vt ex bonis malos faciat. [Ad hoc] .i. præterea. [Studia] .i. fauor & beneuolentia, quia Numidæ omnes miro quodam amore Iugurtham diligebant propter virtutem eius, & ei fauebant. [In Iugurtham]. i. erga, & in fauorem Iugurthæ. [Ex quibus]. ſ. ſtudijs propter ſtudia Numidarum in Iugurtham Micipſa timebat, ne ſi Iugurtham dolo, vel vi interfeciſſet, ſeditionem populi contra ſe, vel bellum concitaret. Ordo eſt. Ex quibus anxius erat. ſ. Micipſa, neque ſeditio, aut bellum oriretur, ſi interfeciſſet talem virum dolis. [Talem virum]. ſ. Iugurtham, ac ſi diceret tam gratum omnibus. [Ne qua ſeditio] .i. ne aliqua diſcordia. Et ſeditio proprie dicitur populi diſcordia, neque enim recte diceretur ſeditio inter duos, & dicitur ſeditio, quaſi ſeorſum initio. [Anxius erat]. i. timebat. [His,] Id eſt talibus. [Circumuentus]. i. circundatus, & preſſus, ſcilicet Micipſa. [Acceptum popularibus,] Id eſt tam gratum populo. Popularis dicitur ſecundum Donatum, in Terent. dota populo amatus eſt, & hoc loco hanc ſignificationem non habet. Popularis etiam dicitur ciuis, popularis, humilis, popularis vilis, & hæ ſignificationes hoc loco conueniunt, vt popularibus dicat hominibus populi. [Manu promptus,] Id eſt ſtrenuus, & fortis manu. [Obiectare,] Id eſt obijcere, & exponere. [Periculis] Vt quem aperte interficere non audebat, exponendo illum periculis faceret interire. [Fortunam tentare,] Id eſt experiri fortunam, ſcilicet ſi aliquo modo Iugurtha perire poſſet. [Numantino] Numantia ciuitas eſt Hiſpaniæ, quam Scipio Africanus minor diu obſeſſam, tandem cœpit, atque deleuit. [Ad hoc bellum] Micipſa auxilia peditum, & equitum miſit populo Romano, quia amicus erat, & ſocius erat populi Romani. His igitur peditibus & equitibus, quos mittebat in Hiſpaniam Micipſa, ducem præpoſuit Iugurtham ſperans illum in eo bello poſſe interire, vel dum virtutem ſuam oſtentare vult, vel propter ſæuitiam hoſtium. [Sæuitia] Crudelitate. [Occaſurum,] Id eſt periturum, moriturum. [Præfecit] Præpoſuit. [Res longe aliter, ac ratus erat, euenit.] Id eſt res multo aliter euenit quam putabat. [Longe,] Id eſt valde. [Ac] Pro quàm. [Ratus erat.] Id eſt putauerat. [Nam Iugurtha] Ordo eſt. Nam Iugurtha breui tempore peruenerat in tantam claritatem, vt eſſet vehementer noſtris charus, & eſſet maximo terrori Numantinis, multo labore, & multa cura, præterea parendo modeſtiſſime, ſæpe eundo obuiam periculis, vbi pro poſtquam cognouit naturam Pub. Scipionis, qui tum erat Imperator Rom. & poſtquam cognouit morem hoſtium. dico fecit hæc omnia, vti ſicut erat. ſ. homo impigro, atque acri ingenio. [Nam Iugurtha] Reddit cauſam, quare res aliter euenit quàm putabat Micipſa, quia Micipſa putabat Iugurtham in eo bello periturum, ipſe autem clarior euaſit. [Vt erat] Ac ſi diceret, facile cognouit naturam P. Scipionis. & conſuetudinem hoſtium, tanquam homo acuti, & acris ingenij. [Impigro] Dicimus, Cæſar vir acer ingenio, & vir acri ingenio, & vir acris ingenij. [Impigro] Veloci. [Acri,] Id eſt vehementi. [Imperator,] Id eſt dux. [Morem] Conſuetudinem. [Parendo] Obediendo. ſ. Imperatori, [Claritudinem,] Id eſt famam, gloriam. [Noſtris]. i. Romanis, [At ſanè] .i. certe. [Quod difficillimum in primis]. i. quæ res maxime difficillima eſt, vt inueniantur in vno, & eodem homine, & conſilium animi, & fortitudo corporis. [Strenuus] Fortis. [Quorũ alterum]. ſ. eſſe bono conſilio. Hoc dicit, euenire ſolet, vt hi qui valent conſilio, plerunque ſint timidi, quia prouident, & intelligunt ea quæ contingere põt, & hi q. valent viribus, temerarij ſint, & ſe imprudẽter periculis obijciant propter audaciam, quam hñt ex viribus. Dicit ergo

eſſe bonum conſilio ſolet afferre timorem ex prouidentia, eſſe ſtrenuum prælio, ſolet afferre temeritatem ex audacia. [Ex prouidentia] .i. propter prouidentiam, nam quia prouident etiam aduerſa ſibi poſſe contingere, plerunque timent, & propterea dixit rem eſſe difficillimam, vt hæc duo in vno inueniantur, quia contraria ſunt prouidentia, & temeritas, & duo contraria non poſſunt ſtare ſimul in vno ſubiecto, vna enim & eadem res non poteſt eſſe alba ſimul, & nigra. Igitur, quia Iugurtha erat ſtrenuus prælio, & bonus conſilio, agere, pro agebat, fermè omnia difficilia, & aſpera Scipio per Iugurtham faciebat. [Amplecti] Pro amplectebatur. [Quippe] Quia Iugurtha nihil per ſe excogitabat, conſilio, aut opere incipiebat ſine cauſa. [Erat fruſtra] .i. inutiliter, ſine cauſa [Huc accedebat] .i. ad hoc addebatur, adiūgebatur, nam accedere eſt addi, & adiungi, vnde acceſſio eſt additio, & incrementum. [Munificentia] .i. liberalis, quia Iugurtha liberalis erat. [Solertia] Induſtria. Eſt aūt induſtria proprie vis quædā ingenij exercitata, cui contraria eſt ignauia .i. torpor ingenij, qū ingenium non exercetur, ſed torpore languescit. [Quibus rebus] His inquit rebus multos ex Romanis ſibi fecerat amicos.

MART. QVIBVS rebus] Quibus virtutibus. [Creſcere] .ſ. in precio. [Permotus] Perturbatus. [Aetatis ſuæ,] Id eſt ſenilis. [Tranſuerſos] .ſ. relicta virtutis, & honeſtatis vita. [Difficultatibus] Quia ex vna parte hominis virtutem, ex alia ſe ſenem conſiderabat, & timebat ne regnum ſuis filijs eriperetur. [Tentare forte] Vt in bello interficeretur. Bello Numantino, Cic. in uſſ [Numātino] Celtiberico quod per viginti annos durauit. Numantiam eandem eſſe q Cæſaream Auguſtam aliqui aiunt, ſed auctore Strabone diſtat ab illa per mille & trecenta ſtadia. [Oſtendendo] Demonſtrando fortitudinem ſuam in primis feriēdo hoſtem. [Longe aliter] Vnde Sen. ſæpe locum fecit maiori fortunæ, inuidia. [Acri] .i. perſpicaci ingenio ad omnia obeunda. [Hoſtium] Hiſpanorum qui primo impetu ſunt minaces. [Modeſtiſſime] Sine querela, vnde Sen. malus eſt miles qui Imperatorem gemens ſequitur. [Periculis] Ita prouidebat, ne hoſtes aliquod incommodum exercitui vel ſibi poſſent inferre. [Strenuus prælio] Ad conferendas manus [Timorem ex prouidentia] Nam ille qui prouidus eſt timet conſiderando pericula quæ ſibi euenire poſſunt. quod præcipit Sen. in cap. de exercitatione animi his verbis, Aeſtimāda ſunt ipſa quæ aggredimur & vires noſtras cum rebus quas tractaturi ſumus comparare. Debet enim ſemper plus eſſe virium in auctore quàm in pondere. Neceſſe eſt vt opprimant onera, quæ ferente maiora ſunt. [Audacia] Quia homo audax ſine prouidentia in hoſtes ruit. [Habere] Pro habebat .ſ. Iugurtham. [Magis atque m.] Quia ait Plin. in Panegiricis. Virtutes ſunt amoris inflammatrices. [Erat fruſtra] Quia quidquid dicebat id eueniebat effectu. [Solertiam in genij] erat vt ait Apuleius & Plin homo chamæleon, qui conueniebat cum omnium moribus.

EXACTA ſua ætate, & paruis liberis] Manuſcriptum, exacta ætate ſua, vt pronomen ſequatur. [Vehementer eo negocio permotus, multa animo ſuo voluebat] manuſcripta, cum animo ſuo addita præpoſitione. quomodo & Aldinum exemplar. pro, molta ſecum ipſe agitabat, reputabat. paulo poſt. [Præterea opportunitas ſuæ, liberorumq. ætatis] Legendum è Vetuſtis, ſuæq. & liberorum ætatis eaq. loquendi ratio, hiſtorica magis eſt. Nec procul inde. [Vbi videt neque per vim neque inſidijs opprimi poſſe] In Merſeburgenſi erat, neque per vim, neque per inſidias. Verum prior lectio melior, nam & poſt eodem modo, vt per vim aut dolis tentare inquit. [Qui tum Romanis Imperator erat] Hæc vera lectio quamuis, & in manuſcripto quodam & in Beroaldino ſit Romanus Imperator, caſu nominatiuo. Eſt in Veneto, præerat. ſed haud dubie perperam [Huc accedebat munificētia animi, & ingenij ſolertia] Illa Et, copula non eſt in pleriſque vetuſtis, Mox. [Quibus rebus multos ex Rom. ſibi familiari amicitia comunxerat] In quibuſdam eſt, Quibus rebus Iugurtha. [Id quanquam & ſententia poſtulat, & ambiguitatis euitandæ ratio [nam alioqui ad P. Scipionem referri verbum poſſet] tamen quia non incommode omitti poteſt, haud magno in diſcrimine pono, addas ipſum, nec ne.

ASCEN. QVIBVS rebus .ſ. tam laudabilibus, tametſi .i. quanquam Mihipſa patruus eius fuerat lætus initio, exiſtimans .i. cenſens & arbitrans virtutem Iugurthę fore .i. affuturā eſſe regno ſuo. gloriæ .i. ad gloriam, tamen poſtquam ipſe exiſtens ætate ſua .ſ. exacta .i. ad extremum vſque acta. & liberis paruis .i. habentem liberos tam paruos Adherbalem & Hiempſalem, poſtquam intelligit Iugurtham hominem adoleſcentem .i. iam ferè in flore vitæ magis & magis creſcere, permotus .i. perturbatus vehemēter, eo negocio .i. ſolicitudine ex ea re ſumpta, voluebat .i. verſabat & agitabat multa in animo ſuo, quia na. mor .i. ferè omnium hominum auida imperij, & præceps .i. multum procliua & prona, ad explendam cupidinem animi .i. id quod aueret & cuperet, terrebat .i. terrore & timore afficiebat eum .i. Mihipſam timentem iā filijs ſuis virtutem Iugurthæ, prçterea .i. inſuper terrebat eū opportunitas .i. idoneitas & aptitudo ad fraudem ſubeundam, ętatis ſuæ; quæ tam exacta erat, & liberorum .ſ. ſuorum, quæ iā nec dum ferè inceperat, quæ .ſ. opportunitas agit etiam mediocres; q.d. nedum ſummos viros qualis erat Iugurtha, tranſuerſos .i. extra limitem iuſtitiæ, ſpe prædæ .ſ. obtinendę. Ad hoc .i. præter dicta etiam hoc terrebat eum, videlicet ſtudia .i. fauores & beneuolentiæ Numidarum .i. populi regni ſui, accenſa .i. vehementer parata, in .i. erga Iugurtham, ex quibus .ſ. ſtudijs Numidarum in Iugurtham anxius erat .i. cum anxietate timens, ſi interfeciſſet talem .i. tam præſtantem & tam charum omnibus virum .ſ. Iugurtam, dolis, nequa, ſeditio .ſ. à ſuis, aut bellū à vicinis regibus aut P. R. oriretur. Mihipſa circumuentus .ſ. anguſtiatus, his .i. huiuſmodi difficultatibus .i. perplexitatibus, vbi .i. quādo videt .i. cōſiderat hominem .ſ. Iugurtham [ſæpius autem hominem orator q̄ virum dicit, cōtra Poeta, auctor eſt Valla] tam acceptum .i. gratum & placentem popularibus .i. de factione populi exiſtētibus; neq; per vim neq; inſidijs [conuenientius erat, neq; per vim neq; per inſidias, aut neq; vi neq; inſidijs] q. .i. quia Iugur. erat prōptus manu .i. ad percutiendum, & appetens glorię militaris ſtatuit obiectare eum periculis .i. belli, & tentare, .i. experiri fortunam .i. aleam belli eo modo. Igitur cum .i. quandoquidem Mihipſa mitteret P. R. auxilia equitum & peditum bello Numantino .i. quod gerebatur contra Numātiam ciuitatem Hiſpaniæ, præfecit .i. ducem & ductorem ac Principem fecit .ſ. Iugurtham, Numidis .ſ. populis ſuis quos mittebat in Hiſpaniam, ſperans eum .ſ. Iugurtham, occaſurum .i. in mortem .ſ. occidendum eſſe, vel oſtentādo virtutē, & ita temeritate ſua vel ſæuitia hoſtium .ſ. Numantinorum, qui bellicoſiſſimi erant. Sed ea res euenit longe aliter ac .i. quam Mihipſa ſup. erat ratus .i. opinatus. Nam Iugurtha vt .i. ſecundum quòd [& eſt venuſta locutio] erat ingenio impigro .i. gnauo & ſtrenuo atque acri .i. vehementi, vbi .i. poſtquam cognouit naturam .i. indolem ſeu ingenium, & [vt dicunt] conditiones P. Scipionis, qui erat tum .i. tunc Imperator R. aut potius Rom. & mores hoſtium .i. Numantinorum peruenerat .i. euaſerat, breui .ſ. tempore, multo labore & multa cura, prçterea .i. inſuper. parendo .i. obediendo Imperatori, moleſtiſſime, & [quod dicunt minus decenter] humillime, & eundo obuiam .ſ. ſeſe obijciendo periculis, peruenerat dico in tantam claritudinem .i. ſplendorem nominis & gloriæ, vt eſſet vehementer charus noſtris .i. Romanis, & eſſet Numantinis .i. hoſtibus, maximo terrori .i. formidini horrendæ. At ſanè .i. certe, q.d. ſi quęris quomodo id effecit, ipſe erat in primis .i. præcipue & ſtrenuus prælio, & bonus .i. vtilis cōſilio, quod .ſ. eſſe ſimul ſtrenuum in prælio & bonum apprime in conſilio eſt difficillimum; [male coniungunt quidam difficillimū & in primis, quia duo ſuper latina nō congruunt] Probat quòd ſit difficillimum, dicens, quorum alterum .ſ. eſſe bonum conſilio ſolet plerunque afferre timorem ex prudentia, quia cognoſcitur periculum, alterum .ſ. ſtrenuum eſſe in prælio, ſolet plerunq; hoſt eſt vt plurimum afferre temeritatem, id eſt inconſiderationē & inconſultationem ex audacia. Et ergo ſeruius dicit. Quibus ſanguis calidus, vt Afris, maior eſt prudentia, ſed minor audacia in bello, contra quibus frigidus, vt Theutonis. at quibus temperatus etiam illa mediocriter inſunt, vt Gallis. [Igitur Imperator] Docet vt Iugurtha maxime charus & clarus euaſerit, dicens: Igitur, quia & ſtrenuus in prælio, & bonus in primis erat conſilio, Imperator .ſ. Scipio, agere, .i. agebat ferè omnes res aſperas .i. difficiles, ſicut arduum accepit ſecundum A. Gellium in præfatione Catilinaria, dicens, in primis arduum videtur res geſtas ſcribere. & habere .i. habebat eum magis in amicis .i. inter amicos, & amplecti, id eſt amplectebatur, eum in dies .i. per ſingulos dies magis. Quippe .i. ratione cum ſup. cuius neque vllum conſilium neque vllum inceptum erat fruſtra .i. irritum aut fruſtra initum, huc .i. ad has virtutes accedebat .i. adijciebatur, aut addebatur, munificentia .i. liberalitas animi, & ſolertia .i. ſolers induſtria ingenij, quibus, rebus .i. per quas res .ſ. munificentiam & ſolertiam, Iugurtha coniunxerat ſibi multos ex Romanis, amicitia familiari .i. conſuetudine familiaris & amicæ vitæ.

EA tempeſtate in exercitu noſtro fuere complures noui atque nobiles; quibus diuitiæ, bono, honeſtoq.

ſtoque potiores erant, factioſi, domi potentes, apud ſocios clari magis, quàm honeſti, qui Iugurthæ non mediocrem animum pollicitando accendebant, ſi Micipſa rex occidiſſet, fore uti ſolus regno Numidiæ potiretur, in ipſo maximam uirtutem, Romæ omnia uenalia eſſe. Sed poſtquam Numantià deleta, P. Scipio dimittere auxilia, & ipſe reuerti domum decreuit, donatum atque laudatum magnificè pro concione Iugurtham in prætorium adduxit, ibiq. ſecreto monuit, uti potius publice, quàm priuatim amicitiam populi Ro-
*quibus mani coleret, neu *aliquibus largiri inſueſceret, pericu loſe à paucis emi, quod multorum eſſet. ſi permanere uellet in ſuis artibus, ultro illi & gloriam, & regnum uenturum, ſin properantius pergeret, pecuniam, & ipſum præcipitem caſurum. Sic locutus, cũ literis eum, quas Micipſæ redderet, dimiſit. Earum ſententia hæc erat, Iugurthæ tui bello Numantino longe maxima uirtus fuit. quam rem certo ſcio tibi gaudio eſſe. Nobis ob merita ſua charus eſt. ut idem ſenatui, populoq. Romano ſit, ſumma ope nitemur. Tibi quidem pro noſtra amicitia gratulor. En habes uirum dignum te, atque auo ſuo Maſiniſſa. Igitur rex ubi ea, quæ fama
*cum acceperat, ex literis imperatoris ita eſſe cognouit, * tũ uirtute, tum gratia uiri permotus, flexit animum ſuũ, & Iugurtham beneficijs uincere aggreſſus eſt, ſtatimque eum adoptauit, & teſtamento pariter cum filijs heredem inſtituit. Sed ipſe paucos poſt annos morbo, atque ætate confectus, cum ſibi finem uitæ adeſſe intelligeret; coram amicis & cognatis, itemque Adherbale, & Hiempſale filijs, huiuſcemodi uerba cum Iugurtha fertur habuiſſe.

SOLD. EA tempeſtate,] Id eſt eo tempore. [Noui atque nobiles] Id eſt ignobiles & nobiles. Eo tempore inquit, multi fuerunt tam nobiles quàm ignobiles, qui Iugurtham incitabant, dicẽtes fore, vt ipſe totius Numidiæ occuparet imperium, ſi Micipſa patruus eius interijſſe, dicebant Iugurtham hoc facile aſſequi poſſe, quia in eo magna virtus erat, & Romæ omnia vendebantur, videlicet, prouinciæ, regna, & imperia. Qui autem ita Iugurtham incitabant, erant homines factioſi, auri potentes, & hoc eſt quod dicit. [Cum plures] .i. valde multi. Quibus diuitiæ bono, honeſtoq. potiores erant .i. quibus diuitiæ cariores erant, quàm honeſtas, & iuſtitia. Nam eiuſmodi homines propter diuitias, iuſtitia, & honeſtate calcata, vnum quodque facinus perpetraſſent. [Bono & honeſto] .i. vtili, & honeſto. Nihil autem vtile eſſe poteſt, quod iuſtitia vacat ſecundum Stoicos, & hoc Cic. tractat. & propterea diximus bonum, iuſtitiam intelligi, aut certe bono, & honeſto dixit, vtili & honeſto ſecundũ Ciceronem, qui in arte veteri honeſtatis duas partes eſſe dicit honeſtatem ſimplicem, & honeſtatem iunctam, honeſtas ſimplex dicitur, quæ appetitur propter ſe, honeſtas iuncta dicitur, quæ appetitur partim propter ſe, partim propter aliud .i. propter vtilitatem, honeſtas ſimplex eſt virtus. Eſt autem virtus habitus animi, naturæ modo rationi conſentaneus. Hæc diuiditur in iuſtitiam, prudentiam, & temperantiam. Iuſtitia eſt habitus animi, cõmuni vtilitate cõſeruata, ſuam cuique tribuens dignitatem. Prudentia eſt rerum bonarum, & malarum, & vtrarunque ſcientia. Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio & laborum cum vtilitatis ratione perpeſſio. Temperantia eſt rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi, firma, & moderata dominatio. hæ virtutes in eas partes diuiduntur, quas ſupra nominauimus, quę ad ſimplicem pertinent honeſtatem, honeſtas autem iuncta eſt, quæ in ſe honeſtatis habet, & vtilitatis conſiderationem. Sũt enim multa, quę nos cum dignitate, tum quoque fructu ſuo ducunt, vt gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude. Dignitas eſt alicuius, honeſta, eſt honore & verecundia digna auctoritas. Amplitudo eſt potentiæ, aut maieſtatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. Amicitia eſt voluntas erga aliquem rerum bonarum, illius cauſa, quem diligit. cum pari eius voluntate. Bonum erga Saluſt. appellat hanc honeſtatis partem, quam habet cũ honeſtate coniunctam, conſiderationem vtilitatis, honeſtum autem appellat ſuperiorem illam ſimplicem partem honeſtatis. Sed diuitiæ, quas illi, qui Iugurtham accendebant, bono & honeſto cariores habebant, neque ſuperiorem illam, neque hãc poſtremam partem honeſtatis attingunt. [Potiores] .i. cariores [Factioſi] Factio dicitur malorum hominum conſpiratio. [Domi potentes] Videlicet Romę, [Apud ſocios] Socij populi Romani dicebantur, q erant cum populo R. confederati, ſicuti erant Latini, ſicuti fuit Maſiniſſa, & Micipſa. Nam quoties populus Romanus bellum gerebat ſocij auxilia mittebant, & viciſſim, ſi ſocijs bellum ab aliquo populo illatum eſſet, pop. Rom. eis auxilia mittebat, & eos tuebatur. [Clari] Hoc eſt fama inſignes. [Quã honeſti] .i. quàm virtute præditi. Clarus aũt, & nobilis in bonam & in malam partẽ accipiuntur. [Pollicitando] .i. promittendo. [Accendebant] .i. incitabant. ſ. dicẽtes. [Occidiſſet] .i. mortuus eſſet, & interiret. [In ipſo] Et dicebant in ipſo eſſe virtutem. [Romæ omnia venalia] Id eſt Romę omnia vendi, & omnia eſſe vendibilia, ſi dici poſſet. Ecce occaſiones ad obtinendum imperium Numidæ. In te ò Iugurtha eſt virtus, & Romæ omnia venduntur. hoc autem ideo dicitur quia Iugurtha dicere potuiſſet, Senatus populusq. R. non patietur ſocios ſuos videlicet filios Micipſę regno ſpoliare. Reſpondent adhoc, Tu omnia pecunijs obtinebis. quod etiam poſtea fecit. Venalia dicuntur quæ ad vendendum exponuntur, à veneo venis .i. vendo. [Sed poſtquam Numantia] Ac ſi diceret, ita quidem homines corrupti Iugurtham incitabant, ſed Scipio imperator aliter ipſum admonuit, cum deleta Numantia ipſum & donatum, & laudatum domum remiſit. Ordo eſt. Sed P. Scipio adducit in pretorium Iugurtham donatum, atque laudatum magnifice pro cõcione, poſtquam ipſe Scipio decreuit dimittere auxilia, & ipſe decreuit reuerti domum deleta Numantia. [Deleta] .i. exciſa deſtructa. Dimittere vulgo dicitur licentiate. Auxilia, proprie dicuntur copiæ, quæ à ſocijs mittuntur in auxiliũ belli. [Ipſe] .ſ. Scipio. [Reuerti domum] .i. Romam. [Donatũ] .ſ. donis militaribus. [Atque laudatum] Quia miris laudibus Scipio in concionẽ virtutem Iugurthę, & facta illius laudauit. [Pro concione] .i. in concione. Concio eſt multitudo populi, vel exercitus conuocata. Prætorium dicitur tabernaculum imperatoris. [Ibique] .ſ. in pretorio. [Coleret] .ſ. ſeruaret, cuſtodiret. [Neu] Id eſt & ne largiri, vel pecuniam, vel munus. [Inſueſceret] Conſueſceret. [Periculoſe à pa[illegible]emi quod multorum eſſet] Scipio ſciebat & ipſe, quòd Ro[illegible]ecuniam omnia fiebant. Sed tamẽ monebat Iugurtham, [illegible]nijs ſibi regnum parare vellet, quia cum periculo emitur à paucis, quod eſt cõmune omnium. [Periculoſe] Subaudi dicebat. Nam omnia pendent ab eo, quod dixit, monuit, & monere nõ potuit, niſi dicendo, Periculoſe paucis emi, & dicebat Scipio, quòd ſi quis velit emere à paucis hominibus id, quod eſt cõmune omnibus, valde periculoſe hoc facit, quia omnes non patiuntur, quòd pauci vendant ea, quę ſunt cõmunia tam ſibi, q̃ his, qui ea vendunt. [Si permanere vellet] Subauditur & dicebat. Scipio, inquit dicebat ad Iugurtham, ò Iugurtha, ſi perſeueraueris in virtutibus, & gloria, regnum habebis, ſed ſi ante tempus per largitionem pecuniarum, imperium tibi parare volueris, & pecunia tua, & tu ipſe peribis. [Suis artibus] Suis moribus, & virtutibus. [Vltro] .i. etiam ſi non quæſieris. [Venturum] .ſ. eſſe. [Properantius] Feſtinantius. [Pergeret] .i. tenderet, iret caſurum. ſ. ruiturum, [Sic locutus] Cum hæc inquit, Scipio dixiſſet, Iugurtham dimiſit, & ei literas dedit, quas Micipſæ redderet [Earum] .ſ. literarum. [Iugurthæ] Hęc fuit ſententia literarum Scipionis ad Micipſam. [Longe] .i. valde. [Sũma ope] .i. ſumma vi. [En] Pro ecce. [Virum] .ſ. Iugurtham. [Dignum] Quia non degenerat à moribus tuis, & aui ſui Maſiniſſæ. [Igitur rex] Cum igitur rex per literas Scipionis intellexiſſet id, quod antea per famam cognouerat, mutauit animum ſuum, vt Iugurthã, maxime incolumem eſſe vellet, quem paulo ante interire cupiebat. Ordo eſt. Rex. ſ. Micipſa permotus, tum virtute ipſius Iugurthæ, tum gratia viri, flexit animum ſuum, & eſt aggreſſus vincere Iugurtham beneficijs, & ſtatim eum adoptauit, & inſtituit heredem pariter cum filijs teſtamento, vbi .i. poſtq̃ ipſe rex cognouit ea literis imperatoris ea eſſe ita, quę acceperat fama. [Fama] Per famam. [Acceperat] .i. audiuerat, intellexerat. [Tum] .i. partim. [Gratia viri] .ſ. Scipionis, & virtus Iugurthæ, mouit, eum, & gratia Scipionis, q ita ſcripſerat. [Flexit] .i. mutauit. [Aggreſſus eſt] .i. conatus eſt. & cępit. [Eum adoptauit] .i. filium fecit, ſm A. Gel enim extranei ſumuntur in locum liberorum, aut per prætorem fit, aut per populum. Quod per prætorem fit, adoptio dicitur, quod per populum, arrogatio. Ergo adoptare eſt extraneum

cabina. [Si genuiſſem,] Quando Micipſa Iugurtham paruum accepit in domum ſuam, nondum filios genuerat, & ideo dicit, quando te paruum accepi in domum meam exiſtimaui me, ita charum tibi fore, ſicuti ſi filios genuiſſem. [Neque ea res falſum me habuit]. i. neque ea res me decepit. quia ſemper me charum habuiſti, & non fefelliſti opinionem meam. Et tunc captat beneuolentiam à perſona auditoris. i. à perſona Iugurthæ, cum quo loquitur, quia pietatem erga ſe commemorat, & præclara facta eius. [Nam vt alia] Ecce cauſam reddit, quare Iugurtha non fefellit opinionem ſuam, quia ſemper eum mirifice coluit vt patrem, & eius honori non defuit, nam Iugurtha magno honori Micipſæ fuit, tum alijs in rebus, tum præcipue in bello Numantino. [In Hiſpania nomen familiæ noſtræ renouatum eſt] Sicuti ſupra monſtrauimus, Maſiniſſa amicitiam cum Scipione contraxit, cum Scipio ipſe ex Hiſpania diſcederet, vel certe, quia Maſiniſſa antequam ſe cum Romanis coniungeret multa cum Aſdrubale duce Carthaginenſium, bella in Hiſpania geſſerat contra Romanos, & nomen eius in Hiſpania propter hoc celebreſcebat quod poſt multos annos Iugurtha, bello Numantino, inſigni virtute, ac gloria renouauit. [In Hiſpania] In, qua eſt Numantia. [Renouatum eſt] Quod erat iam vetuſtate deletum & propè memoria extinctum. [Poſtremo]. Ordo. Poſtremo viciſti inuidiam gloria, quod eſt difficillimum inter mortales, i. quæ res difficillima eſt inter homines. Hoc ideo dicit, quia, vt diximus ſupra, virtuti ſemper comes eſt inuidia, nã qui virtute præditi ſũt ſemper eis inuidetur, ſed Iugurtha virtute ſuperauit inuidiam, quia uirtus ei, non inuidiam peperit, ſed beneuolentiam conciliauit. Nam propter virtutem Iugurtha ab omnibus amabatur, ſicuti ſupra monſtrauit. [Gloria]. i. virtute. [Nunc] Poſtquam beneuolentiam captauit, & à perſona ſua, & à perſona auditoris deſcendit ad cauſam, & oſtendit quid velit ab eo. [Per hanc dexteram] Intelligimus Micipſam hæc dicentem dexteram Iugurthæ apprehendiſſe. [Hos] Dicticos. i. demonſtratiue, dixit oſtendens Adherbalem & Hiempſalem, qui adoranti. [Genere ſanguinis coniunctione] Nam Micipſa, & pater Iugurthæ fratres erãt. [Beneficio meo] Quia te adoptaui in filium & tunc per adoptionem frater eorum es. [Malis]. i. magis velis. [Non exercitus] Sententiæ generales pulcherrimæ. [Armis]. i. vi. [Cogere] i. cõparare, acquirere. [Auro]. i. pecunijs. [Parare]. i. acquirere. [Officio] [Officium dicitur cum homo facit, quod ex honeſtate facere debet. [Pariuntur] Vel parantur. i. acquiruntur officia. [Quis autem] Micipſa per ratiocinationem hoc concludere intendit. vt ſi regnum incolume ſeruare volunt, concordes ſint Et propoſitio eſt talis. Si regnum ò filij, incolume ſeruare vultis, vos oportet eſſe concordes, & amore coniunctos. Ratio propoſitionis eſt, Nam amici magis quàm exercitus, aut pecuniæ præſidio regni ſunt. Nemo autem amicior eſt, quàm frater fratri, ergo vos qui fratres eſtis, oportet eſſe concordes & amores coniunctos. [Fidum]. i. fidelem. [Imbecillimum]. i. infirmum. [Boni eritis]. i. concordes, & vnanimes. [Maximæ]. ſ. res. [Ceterum ante hos] Scilicet Adherbalem & Hiempſalem. [Ante hos]. i. magis, quã hos. ſ. decet. [Decet] Inquit, vt tu magis quàm hi, prouideas, ne inter vos diſcordia oriatur, quia tu & ætate, & ſapientia antecedis eos. [Nam in omni certamine] Reddit autem cauſam & rationem, quare Iugurtham magis quàm Adherbalem, & Hiempſalem prouidere deceat, ne diſcordia inter eos oriatur, quia ſi inter vos diſcordia & contentio orietur, omnes tibi hanc culpam adſcriberent & attribuerent, quia tu es potentior, & propter ætatem, & propter ſapientiam, & propter vires, quia in omni certamine, & in omni diſſenſione, ille qui plus poteſt, dicitur facere iniuriam, & eſſe cauſa totius diſcordiæ. pari ratione ſi inter vos diſcordia orietur, omnes exiſtimabunt ò Iugurtha cauſam diſcordiæ à te proficiſci, quia tu plus potes. Et propterea magis te quàm illos prouidere decet, ne inter vos diſcordia, & certamen oriatur. [Ne aliter quid eueniat]. ſ. diſcordia aliqua. [Nam in omni certamine] In omni contentione. & diſcordia. [Opulentior]. i. ditior, potentior. [Vos autem ò Adherbal] Nũc Micipſa conuertit ſermonem ad filios Adherbalem & Hiempſalem. [Colite] Amate, & honorate. [Hunc talem virum] ſ. Iugurtham. ac ſi diceret, tanta virtute, & gloria præditum. [Nitimini] Conamini & date operam, ne melior ſit filius Iugurtha quem adoptaui, quã m quos genui. [Meliores liberos] Notandũ liberos numero plurali dici etiam de vno. [Meliores liberos ſumpſiſſe] ſ. Iugurtham. [Quam genuiſſe]. ſ. vos.

MARL. PARVVM ego Iugurtha] Micipſæ oratio ad Iugurtham in deliberatiuo eſt. deliberat velle, Iugurtham liberis ſuis fidum reddere. Arg. ab honeſto ſumitur, honeſtum eſt enim, nullas inſidias tendere filijs illius, cuius beneficio in hereditatis parte eſt aſcriptus, & à tuto, quia nemo eſt amicior fratribus. Beneuolentiam à perſona ſua captat, cum oſtendat ſe liberaliſſimum erga Iugurtham fuiſſe, & à perſona auditoris laudando ipſum à virtute, nec non à rebus ipſis, cùm dicat imperium firmum, nec inſtabile illis tradere. [Sine ſpe] Quia non tibi nec imperium, nec diuitias reliquerat. [Ob beneficia] Quia ex priuato te regem feci, [Inuidiam] Adeo aſcendiſti vt nemo tibi inuideat. Cicero ait, Inuidia ſemper aſcendit, & vbi eo deuenit vbi, æqualis eſſe non poſſit, ceſſat. Gloria eſt laus conſentiens bonorum. [Propinqui] Patrueles. [Beneficio] Adoptione. [Officio] Aequitate. [Pariuntur] Acquiruntur. [Dilabuntur] Diſſipantur, quia omne regnum diuiſum diſſoluetur. [Obſeruate] Omni honore imitamini. [Sumpſiſſe]. ſ. in adoptionem.

FACTA omittam] Manuſcriptũ, facinora. [Me regnumq; meum gloria decoraſti] Quanto rectius in manuſcriptis, meq; regnumq. meum, geminata coniunctione. Hic eſt enim peculiaris mos loquendi hiſtoricorum. Exempla plenè ſexcenta apud Liuium, Curtium, & reliquos [Moneo obteſtorq. te, vt hos qui genere tibi propinqui] Legendum, uti hos. nam ſic ferè Saluſt. Te, volume Fabricianum habebat alterius manu additum in ſpatio quod verſus dirimit, neque eſt in alio præterea quodam, nec in exemplari denique Beroaldino [Verum amici, quos neq; armis cogere, neque auro parare queas, officio & fide pariuntur] Sic in manuſcriptis atque alijs vetuſtis. non parantur, quomodo in Eun. Terent. Cupio aliquos parere amicos beneficio meo. & in Andr. Obſequium amicos veritas odium parit. Sic alicubi amicitias parere dixit Cic. Vocum affinitas anſam errori præbuit. [Qui ætate & ſapientia priores] In Merſeburgenſi & impreſſis vetuſtioribus, Quia ætate &c. ſed eodem ſenſu. Forte aliquo in exemplari ſcriptum erat, qui ætate vt in initio poſterioris dictionis foret diphthongus, æ, id aliquis non intelligens, illam à vocalem particulæ precedenti addidit. Atque ita forſan legi cœptum Quia, pro qui. Verum hic nihil admodum pronuncio. tantum diuerſam lectionem eſt annotare viſum. [Colite & obſeruate talẽ hũc virum] τὸ Et, nõ eſt in manuſcriptis, nec in alijs vetuſtioribus, & ſic eſt Saluſtianum magis. [Mox. [Ne ego meliores liberos ſumpſiſſe, quàm uidear genuiſſe] Legendum ẽ Fabriciano, ſũpſiſſe uidear, q̃ genuiſſe, Porrò ſumpſiſſe, pro adoptaſſe dixit.

ASCEN. PARVVM ego Iugurtha] More ſenum captat in principio beneuolentiam Iugurthæ à perſona ſua, propter beneficia in eum collata, ſicut Terentianus Simo in Andria occipit loqui cum liberto ſuo Soſia, Ego poſtquam te emi à paruulo vt ſemper tibi apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus ſcis &c. dicit itaque Micipſa, O Iugurtha ſuſcepi. i. ſurſum & quaſi in gratiam cepi, ſicut, Suſcepit Iſrael puerum, te paruum amiſſo patre. ſ. Manaſtabile, exiſtentem ſine ſpe. ſ. regni. [cum ex illegitimo coitu natus eſſet,] ſine & opibus, [quia illegitimi non ſuccedunt. & Maſiniſſa auus ipſum Iugurtham vt dictum eſt priuatum reliquit.] exiſtimans me fore, hoc eſt futurum eſſe, non minus charum. i. dilectum & amabilem tibi, quam liberis, hoc eſt legitimis filijs, ſi genuiſſem,] quia tunc nondum genuerat, non minus dicit charum ob beneficia. ſ. in ſe collata, quam ſiip. liberis ab generationem,] Neque ea res habuit me falſum. i. deceptum & illuſum ſpe, aut opinione, vnde ſequitur, Nam vt alia omittam. Callide cõmemorat Micipſa merita Iugurthæ, vt ille ſe merito diligi ſperaret, dicẽs, Neque falſum me habuit ea res, ſcilicet qua exiſtimabam te mihi charum fore. Nam vt omittã, id eſt ſilentio præteream. alia facta tua magna & egregia, tu rediens nouiſſime. i. vltime, quia res maxime noua, vltima uidetur facta Numãtia i. ex bello Numãtino, decoraſti. i. ornaſti, & me & regnum meum gloria, quia laudatus à Scipione redijſti, & feciſti tua virtute. i. per virtutem tuam, Romanos amiciſſimos nobis ea amicis. i. vbi prius tantum amici fuerant. Nomen. i. gloria & fama [ſicut apud Maronem Aeneid. ij. Et nos aliquod nomenq; decusq; geſſimus. Et in Buc. Semper honos, nomenq; tuum, laudesq. manebunt.] familiæ. i. domus noſtræ, eſt innouatum. i. noua gloria nobilitatum in Hiſpania, vbi antea clarum fuerat ea geſtis Maſiniſſæ cũ Aſdrubale contra Romanos, clarius effectum eſt ex geſtis Iugurthæ cum Scipione prò Romanis Poſtremo, quod. i. quæ res, eſt difficillimum. i. difficillima acquiſitu, inter mortales, tu viciſti. i. ſuperaſti inuidiam gloria. i. per gloriam tuam, qui tametſi liuor ſumma petit, tamen inuidia non eſt ferè niſi inter pares, aut pro paribus, quia enim plebeiorum felicitati regiæ inuidet niſi forte pro rege, aut principe ſuo? &c. Cum igitur tantam gloriam nactus fuerit deſitum eſt illi inuideri. Nunc quoniam natura facit mihi finem uitæ. i. quia natura morte de-

cedo, ego moneo,& obteſtor te per hanc dexteram, id eſt quam v. meo, videlicet tuam, i. per virtutem tuam, quæ in dextera potiſſimum perſpicitur,& per fidem regni i. quam debes regno, vti, id eſt vt habeas charos hos. ſ. duos filios meos [quos illi demonſtrauit hoc dicens] qui exiſtentes tibi propinqui genere .i. conſanguinitate , quia patrueles ſunt fratres tibi beneficio meo. i. per adoptionem meam, neu. i. ne ue malis. i. magis velis, adiungere, ſcilicet tibi ad ſocietatem regni alienos, quam retinere coniunctos. ſanguine. i. neceſſitudine ſanguinis , quia non exercitus neque theſauri ſunt præſidia. i. protectiones & cuſtodiæ regni i. verum i. ſed amici , quos neque queas , hoc eſt nemo queat cogere armis, neque parare. i. comparare auro, ſed ſupple qui pariuntur, id eſt acquiruntur, officio, hoc eſt debito & honeſto facto,& fide, id eſt fidelitate,& autem pro ſed, quis eſt amicior, hoc eſt magis amicus,[ſunt qui legant amicitior, ſed minus audiendi] quam frater ſupp. eſt fratri? q. d. nullus , aut quem alienum inuenies fidum ideſt fidelem, ſi fueris hoſtis tuis. ſ. neceſſarijs ? q. d. nullum Equidem. i. ego certe trado vobis regnum firmum , hoc eſt validum, ſi eritis boni. i. fideles & concordes : ſin, hoc eſt ſed ſi eritis mali, imbecillum. i. debile . Nam paruæ res creſcunt concordia, in eſt per concordiam,& maximæ ſup. res dilabuntur. i. deciduntur. diſcordia . Ceterum. i. ſed ó Iugurtha decet te ante hos. i. potius quam hos filios meos prouidere, ne quid eueniat aliter. ſ. quam volumus, quia tu es prior. i. ante is ætate & ſapientia. Nam in omni certamine. i. contentione is qui eſt opulentior ideſt ditior, etiam ſi. i. quanquam accipit iniuriam , uidetur tamen facere iniuriam, quia plus poteſt. i. quia potentior eſt. Autem pro ſed, uos ó Adherbal,& Hiempſal, colite. i. ueneramini,& obſeruate, ſcilicet cauete ne oſtendatis hunc talem, id eſt iam preſtantem uirum uidelicet Iugurtham: imitamini uirtutem , ſcilicet eius, & enitimini, id eſt elaborate efficere, ne ego uidear ſumpſiſſe, id eſt adoptaſſe meliores liberos, quam genuiſſe , hoc eſt ne uos deteriores ſitis Iugurtha.

Hiempſalem referebantur, ceterum vbi res poſtularet, ſe ipſum cum magna manu uenturum.

AD ea Iugurtha, tametſi regem ficta locutum intelligebat;& ipſe longe aliter animo agitabat, tamen pro tempore benigne reſpondit. Micipſa paucis poſt diebus moritur. Poſtquam illi more regio iuſta magnifice fecerant, Reguli in vnum conuenere, vt inter ſe de cunctis negocijs diſceptarent. Sed Hiempſal, qui minimus ex illis erat, natura ferox etiam ante ignobilitatem Iugurthæ, quia materno genere impar erat, deſpiciens, dextra Adherbalem adſedit, ne medius ex tribus quod apud Numidas honori ducitur, Iugurtha foret. Deinde tamen, vt ætati concederet fatigatus à fratre, vix in alteram partem traductus eſt. Ibi cum multa de adminiſtrando imperio diſſererent: Iugurtha inter alias res ait, oportere quinquennij conſulta, & decreta omnia reſcindi, nam per ea tempora confectum annis Micipſam, parum animo valuiſſe. Tum idem Hiempſal placere ſibi reſpondit. nam ipſum illum tribus his proximis annis adoptione in regnum perueniſſe. Quod verbum in pectus Iugurthæ altius quàm quiſque ratus erat, deſcendit. Itaque ex eo tempore, ira & metu anxius, moliri, parare, atque ea modo in animo habere, quibus per dolum Hiempſal caperetur. Quæ vbi tardius procedunt, neque lenitur animus ferox: ſtatuit, quouis modo inceptum perficere. Primo conuentu, quem ab regulis factum ſupra memoraui, propter diſſenſionem placuerat diuidi theſauros, fineſque imperij ſingulis, conſtitui. Itaque tempus ad vtranque rem decernitur, ſed maturius ad pecuniam diſtribuendam. Reguli interea in loca propinqua theſauris, alius alio conceſſe. Sed Hiempſal in oppido Thirmida forte eius domo vtebatur, qui proximus lictor Iugurthæ, charus, acceptusq. ei ſemper fuerat, quem ille caſu miniſtrum oblatum promiſſis onerat, impellitq. vti tanquam ſuam domum viſens eat, portarum claues adulterinas paret, nam veræ ad

AD ea Iugurtha] Quamuis, inquit Iugurtha intelligeret, Micipſam ficta locutum fuiſſe, & aliud habuiſſe in animo, aliud dixiſſe, tamen benigne reſpondit, ſicuti tempus poſtulabat. [Et ipſe,] Scilicet Iugurtha. [Agitabat,] Id eſt verſabat. i. cogitabat in animo ſuo , non enim reſpondit, ſicuti cogitabat in animo, ſed ſicuti tempus poſtulabat. [Poſtquam] Mortuo, inquit Rege, cum exequias magnifice celebraſſent, in vnum reguli conuenerunt, vt de omnibus rebus inter ſe diſſererent,& diſputarent [Illi,] Scilicet Micipſæ mortuo. [More regio] Secundum regiam conſuetudinem. Magna enim ambitione, & pompa exequiæ regum celebrabantur. [Iuſta,] Id eſt exequias funebres , & tantummodo plurali numero declinantur. [Reguli.] Scilicet Iugurtha , Adherbal & Hiempſal. [Diſceptarent] Diſcuterent, & diſputarent. [Sed Hiempſal] cum in vnum reguli conueniſſent, vt de omnibus rebus inter ſe colloquerentur, inter ſedendum Hiempſal, ita conſedit : vt fratrem Adherbalem inter tres medium conſtitueret, quamuis ætate Iugurtha prior eſſet, nõ enim ferre poterat, vt Iugurtha honores eſſet ſuperior, qui genere erat inferior, nam ex concubina natus erat. [Ante Adherbalem aſſedit] i. iuxta Adherbalem ſedit. [Deinde tamen , vt ætati concederet]. i. vt locum daret Iugurthæ, qui ætate maior erat. [Vix,]Id eſt cum labore, difficulter. [Ibi cum multa]Oſtendit in hoc primo colloquio, quòd inter ſe reges habuerunt cauſam diſcordiarum, & certaminis eorum. Nam cum Iugurtha dixiſſet omnia oportere reſcindi, quę Micipſa ſtatuerat & decreuerat quinque annis ante mortem ſuam, quia propter ætatem,& ſenectutem, non ſatis animo valebat, Hiempſal reſpondit, id ſibi placere, nam in eo quinquennio dicebat Iugurtham à Micipſa filium adoptatum . Quod dictum ex animo & memoria Iugurthę non deceſſit , poſtq. illud ſemper cogitauit Iugurtha , quo pacto Hiempſalem interficeret. [Conſilia.]Id eſt ſtatuta. [Decreta] Quidquid decreuiſſet Micipſa per quinque annos ante mortem.[Reſcindi] .i. irritari, vt eſſent irrita quęcunque decreuiſſet.& nihil valerent, nullam vim haberent.[Nam,]Scilicet dicebat. [Confectum]Conſumptum. [Parum animo valuiſſe,]Id eſt non ſatis intellectu valuiſſe, ideo ipſe dicebat reſcindi. [Alius,] Id eſt interius . [Quam quiſque erat ratus] Quam quiſquam putauerat. [Anxius] Solicitus. [Moliri]Pro moliebatur, id eſt parabat. [Atque eo modo,] Id eſt tantummodo. [Habere] Pro habebat in animo. [Quæ vbi tardius procedunt] Cum, inquit, Iugurtha videret Hiempſalem per dolum facile capi non poſſe, ſed eam rem tardius perfici , & in longius tempus ire quam volebat, decreuit, quoquo modo, id eſt vel per vim, vel per inſidias facere, quod ſtatuerat.[Quæ,] Scilicet vt per dolum Hiempſal caperetur. [Quæ,] Id eſt quæ res . [Vbi] Pro poſtquam. [Tardius procedunt] .i. in longius tempus vadunt. [Neque lenitur].i. mitigatur. [Animus ferox] .i. indomitus animus. ſ. Iugurthæ [Quouis modo] .i. quoquo modo, quolibet modo, videlicet, vt ſi non poſſet per inſidias interficere Hiēpſalem, vi aperta eum occideret. [Inceptum,] Id eſt propoſitum animi ſui. [Perficere] Adimplere, complere. [Primo conuentu] in primo colloquio, quid fecerunt inter ſe reguli, decreuerant videre theſauros,& omnes pecunias,& aſſignare vnicuique partē ſuam imperij , vt vnuſquiſque ſciret, quod ſuum eſſet. [Primo conuentu].i. quando primum conuenerunt. [Ad vtranque rem] Scilicet ad diuidendum imperium , & ad diuidendos theſauros. [Maturius,] Id eſt prius, celerius. [Diſtribuendam] .i. diuidendam. [Alius alio,] Id eſt alius in alium locum. [Conceſſere,] Id eſt venere, profecti ſunt. [Sed Hiempſal]. ſ. conceſſit, & profectus eſt. [Oppidum] .i. in ciuitatem Thirmidam . [Forte eius] Nunc dicit , quo conſilio Iugurtha vſus fuerit , vt per inſidias Hiempſalem captum interficeret . Dicit enim , Iugurtha miniſtrum quendam habebat charum admodum & gratum ſibi, qui familiariter utebatur domo Hiempſalis : Nam domum habebat propriam in ea ciuitate, in qua Hiempſal ſe contulerat. Iugurtha igitur hunc miniſtrum ad ſe uocat, multa, & magna præmia ei promittit, ſi fecerit hoc, quod ei proponit. Tandem illum inducit, ut ad eam ciuitatem uadat, in qua erat Hiempſal, & claues portarum adulterinas,& falſas faciat,& certo, ac ſtatuto tēpore portas aperiat,& Iugurthæ milites introducat. Miniſter ille omnia, ſicut dixerat Iugurtha, breui tempore facit, & per noctem Iugurthæ milites introducit. Atque ita Hiempſal, qui audito tumultu, in tugurium cuiuſdam ancillæ confugerat ; capitur

& obtruncatur, caputque eius ad Iugurtham defertur. [Eius domo] .ſ. Hiempſalis. [Lictor] .i. miniſter. Nam lictores dicuntur miniſtri, qui magiſtratum, vel regem præcedunt] Qui erat proximus Iugurthæ] Ex multis lictoribus iſte, de quo loquitur, proximus erat Iugurthæ, quia magis propè Iugurtham incedebat. [Vtebatur] Quia hic lictor familiariter verſabatur in domo Hiēpſalis. [Acceptus] .i. gratus. [Et] ſ Iugurthæ. [Quem ille] Ordo eſt, quem miniſtrum caſu oblatum ille onerat promiſſis, & impellit, vt eat tanquam viſens domum ſuam, & paret claues adulterinas, nam veræ .ſ. claues referebantur ad Hiempſalem. [Ille] .ſ. Iugurtha. [Onerat promiſſis] Quia multa Iugurtha, & magna præmia promittit. [Impellit] .i. inducit. [Viſens] .i. viſitans. [Claues adulterinas] .i. falſas. [Nam veræ] .ſ. claues, ac ſi diceret veras claues habere non potuiſſet, quia cum clauſæ eſſent portę ciuitatis, claues reportabantur ad Hiempſalem. [Cæterum] Vbi res poſtularet] .i. quando omnia parata eſſent. [Seipſum venturum] .ſ. ducebat. [Maxima manu] .i. multitudine.

MARL. A D hæc .ſ. verba Micipſæ. [Agitabat] .ſ. quod facturus eſſet in imperio. [Pro tempore] Quia ægrotabat. [Magnifice] Pompaliter. [Diſceptarent [Communicarent. [Ferox] Indomitus. [Antea] Viuente patre. [Ignobilitatem] Vilitatem. [Deſpiciēs] Contemnens. [Ne medius] Quia ille locus erat honoratior, vnde Virgil. primo. Cum venit auleis iam ſe regina ſuperbis. Aurea compoſuit ſponda, mediamque locauit. [Fatigatus] Multis precibus motus. [Ibi] Hoc in loco. [Alia res] Neceſſarias regno. [Proximis] Præteritis. [Erat ratus] Quia tametſi illud verbum paruipendere videbatur tamen timebat. [Ira] Perturbatione. [Metu] Ne à regno diſturbaretur. [Primo conuentu] In prima congregatione. [Proximus] Familiaris. [Promiſſis] Pollicitationibus. [Eat] .ſ. Thirmidam. [Res poſ. Data eſſet opportunitas.

E T I A M ante ignobilitatem Iugurthæ] Legendum, antea. Id & plenius eſt & ſonantius. [Quid ſi diuiſum legas, Etiam antea, vbi nos coniunctim Etiam?] Paulo poſt. [Deinde tamen vt ætati concederet] Manuſcripta, dein tamen, quæ particula ſanè eſt in veterum ſcriptis frequens. Ita poſtea. Dein locu cauſſa ſolis ardoribus. Nam ſic exemplar manuſcriptum, vbi hodie ferè. Deinde. Merſeburgenſis Codex Dehinc tamē vt ætati, &c. Mox. [Vix in alteram partem traductus eſt] In manuſcriptis eſt, tranſductus, quod antiquitatem magis redolet, & apud Terentium & Cæſarem reperitur. [Ibi cum multa de adminiſtrando imperio diſſererent, Iugurtha inter alias res ait, oportere quinquēnij cōſulta & decreta omnia reſcindi] Manuſcriptum inter alias res iacit. pro, inter alia hoc ſignificat & innuit, oportere quinquennij conſulta, &c. Nam ſic interdum hoc verbo vtimur. Cic. ad Atticum ij. Sed illud quid nam ſit, ſcire cupio, quod iacis obſcure, iā etiam ex ipſis. Quinque viris loqui quoſdam, Quidnam. i. pro, quod obſcure & tecto ſignificas, T. Liuius vj. ab V. C. Ad hoc domi cōcionantis in modum ſermones plenꝰ criminum in Patres, inter quos cum omiſſo diſcrimine uera an uana iaceret, theſauros Gallici auri occultari à patribus iecit. pro, ſignificauit, quo & alias idem. Sed & uerbo iactare Liuius in eodem ſignificato utitur. Vt v. ab V. C. Iactantibus non obſcure Gallis, haud magna mercede ſe adduci poſſe, ut obſidionem relinquant. Et apud Tacitum, Iacere fortuitos ſermone, lib. 5. Idem, Si qua diſcordes ieciſſent, inquit. Fuit credo quidquid ſibi nam vellet τὸ Iacit, minus intellexerit. Is igitur deceptus ſpecies recti, ut eſt inſcitia, ſubſtituendum putauit, Ait. Quod ſi cui vulgata lectio magis arridet, is perſuaſum ſibi habeat, animū errore & uana ſpecie atq; imagine ueri præoccupatum in cauſa eſſe, cur ei minus caſtigatio noſtra placeat. Hæc iam annotatam, cum ecce affertur & aliud manuſcriptum, in quo ipſo idem reperi, ut iam nullus ſcrupulus relinquatur. Cæterum decreta reſcindi Sal. pro irrita infectaq; fieri, ſiue pro irritis haberi dixit, quomodo & Cicero, Cæſaris acta reſcindere, cōſtituta ab alio reſcindere, iudicium uel res iudicatas reſcindere, atque hoc genus alia, pro infirmare, diſſoluere, labefactare. nam his uerbis interdum eodem modo eſt uſus. [Quod uerbum in pectus Iugurthæ altius, quàm quiſquam ratus erat, deſcendit [Legendum, quàm quiſquam ratus, omiſſo illo uerbo Erat, quod ea gloſſa inepti alicuius & inſulſi litteratoris irrepſiſſe credo in contextum. [Sed Hiempſal oppido Thirmida] Manuſcripta cuncta, in oppido, addita præpoſitione. quomodo & Badianum & alia quædam. Exemplar Florentinum, Venetum, atque ex his deriuata, in oppidum Thirmidam, quaſi ad uerbum Conceſſere referatur, ſed perperam meo iudicio.

GLAR. D E X T E R A Adherbalē adſedit, ne medius ex trib.] Quidam Codices habebant, ante Adherbalē aſſedit. Sanè illud Dextra ambiguum eſt, nihil enim refert, ſiue dextra Adherbalis, ſiue Hiempſalis intelligas, modo Hiempſal Adherbali proxime aſſederit. Sic enim uel ipſa Hiempſal, qua iuuenili erat audacia, ſiebat melius, uel Adherbal, quod iure poterat. Si itaque in medio ſedere, plus erat quam ſuperiore alioqui loco, nihil refert in utrā Adherbalis partem aſſederit Hiempſal. Nullo enim pacto fieri potuit medius Iugurtha, ſiquidem duo hi contigui ſedebat. Quare paulo poſt uerbum, in partem alteram, Iugurthæ, ſcilicet exponendum eſt. Alioqui Adherbal ſe feciſſet medium, unde Iugurtha nihil honoris habuiſſet, fruſtraque fatigauiſſet fratrem, ut ætati concederet. [Sed Hiempſal in oppido Thirmida forte eius utebatur domo] Aldinus Codex hæc uerba, Forte eius utebatur domo, Parentheſeos ſignis incluſerat, cū nominatiuus Hiempſal ad Vtebatur uerbum conſtruatur. Soldus hanc domū Hiempſalis eſſe credidit, cum ſit Lictoris. Et ipſe auctor ſtatim de Iugurtha, atque adeo de Lictore ſubiungit. Impellitque uti tanquam ſuam domum uiſens erat. Soldum Badius in hoc rectè redarguit, ut eum, qui auctoris ſenſum non intellexerit.

I V G V R T H A tametſi intelligebat regem] .ſ. Micipſam ASCAN locutum ficta. i. excogitata per dolum contra mentem ſuam, & ipſe .ſ. Iugurtha agitabat .i. uerſabat & meditabatur in animo longe aliter quia ſolus, regnare propoſuerat, tamen reſpondit ad ea quæ à Micipſa dicta erant benigne, pro tpe. i. ſicut moribundo reſpondendum cenſebat. [Micipſa moritur paucis diebus poſt] .i. poſtquam ea locutus fuerat. [Poſtquam illi, &c.] Auſpicatur narrationem de diſcordia inter regulos ſumptis poſt mortem Micipſæ, dicens. Poſtquam reguli fecerant .ſ. Micipſæ defuncto, iuſta .i. debitas exequias [Declinamus autem iuſta ſubſtantiue & tantum pluraliter pro iuſtis officijs, & exequijs defunctorum] more regio .i. ut regem decet, magnifice .i. pompoſe & ſumptuoſe, ipſe reguli .i. minores reges ſeu cohæredes regni, Adherbal, Hiempſal, & Iugurtha, conuenerunt in unum .ſ. locum, ut diſceptarent .i. diſcuterent & diſputarent ac tractarent, de cunctis negocijs .ſ. ad regnum ſpectātibus. Sed Hiempſal qui erat minimus .ſ. natu ex illis, exiſtens ferox natura .i. ea naturali inclinatione, deſpiciens, pro eo qui deſpexerat quaſi ſit aſpernatus etiam antea non ſolum tunc ignobilitatem .i. ingeneroſitatem (ut ſic dicatur) Iugurthæ, qui nobilior quidem, ſed minus generoſus erat, quia erat impar .i. inferior, genere materno, quia ex concubina genitus, aſſedit .i. ſedit iuxta Adherbalem fratrem maiorem natu, dextera .i. à dextera parte, ne Iugurtha foret medius ex tribus quod .ſ. medium ſic eſſe ducitur .i. reputatur, apud Numidas honori .i. ad honorem, quia medius locus à natura aſſignatur principi, ut Soli inter planetas, & cordi in corpore humano. Deinde tamen fatigatus hoc eſt crebra admonitione ſolicitatus à fratre .ſ. Adherbale ut concederet ætati, quia minor ſupra maiorem ſederat, uix .i. cum difficultate ſumma eſt traductus in alteram partem .i. in ſiniſtram. Ibi .i. tunc aut in eo loco, cum differerent multa de regno adminiſtrando, Iugurtha ait inter alias res, oportere omnia conſulta & decreta quinquennij .i. facta à Micipſa proxime elapſo quinquennio, reſcindi .i. irrita haberi. Nam ſupple ait Micipſam confectum .i. cōſumptum, annis, hoc eſt ſenio, ualuiſſe animo .i. ratione, parum per ea tempora, .ſ. quinquennij. Tum .i. tunc idem Hiempſal reſpondit placere ſibi .ſ. ut omnia reſcindantur. Nam ſup. ait illum ipſum .ſ. qui hoc dixerat Iugurtham, perueniſſe in regnū .i. in partem regni adoptione .i. per adoptionem Micipſæ his tribus annis proximis .ſ. quinquēnij, quod uerbum deſcēdit altius .i profundius (ubi manifeſte altum pro profundo dicitur, aliter non deſcendiſſet. Sicut contra cœlum dicitur profundum) in pectus Iugurthæ quàm quiſque ratus erat. [Itaque] .i. & ita, quia ægerrime tulit uerbum Hiempſalis Iugurtha, anxius ira & metu, ne ab hæreditate penitus excluderetur, ſup. cœpit aut more hiſtorico, moliri .i. moliebatur .i. machinabatur cum ſumma mole .i. difficultate, & parare .i. parabat, & habere .i. habebat in animo, modo .i. ſolummodo uel duntaxat ea, quibus Hiempſal caperetur .i. capi poſſet per dolum. [Quæ] .ſ. machinata & parata, ubi .i. poſtquam procedūt .i. ad effectum perueniunt, tardius .ſ. quam ſperabat neque .i. & nō, & animus .ſ. Iugurthæ, ferox, non lenitur .i. non mulcetur neque mitigatur (ut tamen ſolet per temporis moram. unde Venus in Iunonem Æn. V. Quam nec longa dies pietas, nec mitigat ulla) ſtatuit .i. conſtituit perficere inceptum .i. necem Hiempſalis, quouis modo, ſiue per dolū & clam, ſiue per uim & manifeſte, placuit primo cōuentu .i. ad conſultationem habendam conuentione, quem ego memoraui .i. recitaui factum ab regulis .i. cohęredibus regni, theſauros diuidi propter diſſenſionem ortam inter cohęredes, & fines imperij conſtitui ſingulis .i. ſuam cuique partem aſſignari. Et ita tempus decernitur .i. addicitur communi decreto, ad utranque rem .ſ.

ad theſauros diuidendos, & ad regnum diſpartiendum, ſed ſup. decernitur maturius.i.prius ad pecuniam diſtribuendã. Reguli.i. cohæredes, ſeu pares regni, conceſſere interea.i.abierunt in loca propinqua theſauris, alius ſup. conceſſit alio.i.ad alium locum. Sed Hiempſal vtebatur forte.i.à caſu, in oppido Thirmida.ſ.nomine, domo eius qui exiſtens proximus lictor.i. ſatelles & cuſtos corporis Iugurthæ, fuerat ſemper charus & acceptus ei.i. Iugurthæ (Soldus legit in oppidum Thirmidum, hoc ordine; Sed Hiem. conceſſit ſup. in oppidum Thirmidum. Quidam lictor proximus Iugurthę, qui charus & acceptus fuerat ei ſ. Iugurthę, vtebatur forte domo eius, quam Hiempſal illic habuerat, ſed prior lectio concinnior eſt) quem.ſ.lictorem, ille.ſ. Iugurtha, oblatum caſu.i.à fortuna miniſtrum.ſ.ad tale negocium peragendum, onerat.i. opprimit promiſſis, & impellit, vti.i.vt eat.ſ. in hoſpitium Hiempſalis, tanquam viſens ſuam domum (ergo non domum Hiempſalis) paret.i.comparet claues portarum adulterinas.ad ſimilitudinem verarum factas. Nam veræ claues referebantur, ſcilicet ſingulis noctibus poſtquam portæ erant clauſæ, ad Hiempſalem. Cæterum.i.ſed inſuper ſup. dicit ſeipſum venturum cum magna manu vbi.i.quando res.i.vtilitas poſtularet.

NVmida mandata breui conficit; atque vti doctus erat, noctu Iugurthæ milites introducit, qui poſtquam in ædes irrupere: diuerſi regem quærere, dormientes alios, alios occurſantes interficere, ſcrutari loca abdita; clauſa effringere, ſtrepitu, & tumultu omnia miſcere, cum interim Hiempſal reperitur occultans ſe in tugurio mulieris ancillæ, quò initio pauidus & ignarus loci profugerat. Numidæ caput eius, vti iuſſi erant, ad Iugurtham referunt. Cæterum fama tanti facinoris per omnem Africam breui diuulgatur, Adherbalem omneſque qui ſub imperio Micipſę fuerant, metus inuadit. In duas partes diſcedunt Numidæ, plures Adherbalem ſequuntur, ſed illum alterum, bello meliores. Igitur Iugurtha quàm maximas poteſt copias armat, vrbes partim vi, alias voluntate, imperio ſuo adiungit, omni Numidiæ imperare parat. At Adherbal, tametſi Romam legatos miſerat, qui ſenatum docerent de cæde fratris, & fortunis ſuis, tamen fretus multitudine militum parabat armis contendere. Sed vbi res ad certamen venit, victus ex prœlio, profugit in prouinciam, ac deinde Romam contendit. Tum Iugurtha peractis conſilijs, poſtquam omni Numidia potiebatur in ocio, facinus ſuum, cum animo reputãs, timere populum Rom. neque aduerſus iram eius, vſquam, niſi in auaritia nobilitatis, & pecunia ſua ſpem habere. Itaque paucis diebus cum argento & auro multo, legatos Romam mittit, quis præcepit, vti primum veteres amicos magnis muneribus expleant, deinde nouos acquirant, poſtremo quæcunque poſſint largiendo, parare ne cunctentur. Sed vbi Romam legati venere, & ex præcepto regis hoſpitibus, alijſque, quorum ea tempeſtate in ſenatu auctoritas pollebat, magna munera miſere: tanta commutatio inceſſit, vt ex maxima inuidia in gratiam & fauorem nobilitatis Iugurtha veniret. Quorum pars ſpe, alij præmio inducti, ſingulos ex ſenatu ambiendo nitebantur, ne grauius in eum conſuleretur. Igitur vbi legati ſatis confidunt, die conſtituto ſenatus vtriſque datur. Tum Adherbalem hoc modo locutum accepimus.

Sol. D. NVMIDA] .ſ.miniſter ille. [Breui] .ſ.tempore. [Doctus] Inſtructus. [Introducit] Vel in ciuitatem, vel certe in domum Hiempſalis. [Qui] .ſ.milites. [In ædes] .i.in domũ. [Irrupere] .i.vi introire. [Diuerſi] Videlicet, alius alia via. [Quærere] Pro quærebant. [Occurſantes] Obuiam factos. [Interficere] Pro interficiebant. [Scrutari] proſcrutabantur] .i.inquirebãt. [Abdita] .i.ſecreta. [Clauſa] Quæ clauſa erant frangebãtur. [Miſcebant] .i.turbabant [Tugurio] Tugurium eſt domus vilis, & abiecta, à tegendo dicta. [Quo] .i. in quod tugurium. [Referunt] Reportant. [Tanti facinoris] .i. tanti ſceleris. Facinus in bonam, & malam partem accipi poteſt. Nam & bonũ, & malum facinus dicimus. [Diuulgatur,] Id eſt ſpargitur. [Adherbalem] Ordo eſt, Metus inuadit Adherbalem, & omnes, qui fuerant ſub imperio Micipſæ] Numidiæ] Tota Prouincia Numidarum in duas partes diuiſa eſt, vna pars Adherbalem, altera Iugurtham ſequebatur, ſed plures tamen ſequuntur Adherbalem, qui meliores erant bello ſequuntur Iugurtham. [Copias] Exercitum. [Qui ſenatum docerent] Qui ſenatui exponerent. [Profugit in Prouinciam] Romani partes terrarum, quas bello ſubiugabant, prouincias appellabant, ad quas vel prætores, vel proconſules cum officio mittebant, qui eas regerent. Multa ergo oppida in Africa popul. Roman. habebat, quas per magiſtratus adminiſtrabat. Hæc ergo loca, quæ pop. Rom. habebat, dicebantur prouincię, in hanc prouinciam Rex Adherbal victus à Iugurtha, profugit, deinde in Romam venit. [Contendit] .i.vadit, proficiſcitur. [Tunc cum Iugurtha Hiempſalem occidiſſet, & Adherbalem regno ſpoliaſſet. ſcelus ſuum in animo pertractans, timere cœpit pop. Rom. nec aliquam ſpem habebat aduerſus irã eius niſi in auaritia nobilium Rom. & in pecunia ſua. Ordo eſt. Tunc Iugurtha reputans facinus ſuum cum animo ſuo, timere pro timebant pop. Rom. neque habere, pro habebat ſpem vllam aduerſus iram eius, niſi in auaritia nobilitatis, & in ſua pecunia, poſtquam potiebatur omni Numidia in ocio, peractis cõſilijs. [Peractis conſilijs] .i. perfectis conſilijs.i.cum perfeciſſet id, quod facere decreuerat, videlicet cum Hiempſalem interfeciſſet, & alterum fratrem Adherbalem Regno expuliſſet, & totum Regnum Numidiæ vſurpaſſet, ſicuti facere cogitauerat. [In ocio] In quiete & pace, quia nemo ei impedimentum afferebat. [Reputans] Conſiderans, pertractans. [Populum Romanum timere] Timebat enim pop. Rom. quia ſciebat illum non eſſe paſſurum ſocios ſuos, tam indigne & crudeliter fuiſſe vexatos à Iugurtha. [Vſquam] .i. in aliqua re. Niſi in auaritia nobilitatis, quia ſperabat nobiles Senatores Romæ auaros, à ſe poſſe pecunia corrumpi, ne paterentur aliquid decerni contra ſenatum, quod etiam fecit. [In auaritia nobilitatis] .i. nobilium ciuium Romanorum. [Et pecunia ſua] Quia ſperabat nobiles Rom. ciues poſſe corrumpere. [Quibus præcepit] .i.iuſſit. [Ne cunctẽtur] .i.ne morentur, ne differant. [Sed vbi Romam legati [Oſtendit quanta mutatio animorum Rom. facta ſit, poſtquam legati Iugurthæ Romam miſſi, ciues muneribus, & pecunia corrumperunt. Dicit enim Iugurtham facta largitione, in gratiam omnium veniſſe, quem antea omnes odio habebant. [Sed vbi] Ordo eſt, Tanta commutatio inceſſit, vt Iugurtha veniret in gratiam nobilitatis, ex maxima inuidia, vbi pro poſtquam legati Rom. venere, & miſere magna munera hoſpitibus & alijs, auctoritas quorum pollebat in ſenatu, ea tempeſtate dico miſere magna munera ex præcepto regis, quorum pars inducti ſpe, alij inducti præmio nitebantur, ambiendo ſingulos ex ſenatu, ne conſuleretur grauius in eum. [Hoſpitibus] Vel qui ſuſceperant legatos hoſpitijs, vel qui aliquando ſuſcepti fuerant hoſpitio à Iugurtha in prouincia Numidiæ. [Ea tempeſtate] Eo tempore. [Pollebat] .i. potens erat. [Inceſſit] Inuaſit. [Vt ea maxima inuidia] .i. odio. Ecce commutatio. quem primo maxime oderant, ei poſtea fauebant, eumque ſumme diligebant. [Quorum] .ſ.nobilium. Nam nobilitas collectiuum nomen eſt. [Pars ſpe.] Quidam inducti ſpe, quam legati faciebant: promittebant enim in futurum magna munera. [Alij præmio] Alij inducti præmio qui iam munera vel pecunias acceperant. [Ambiendo] .i. blandijs circumueniendo, & blandiendo, quia qui corrupti erant, alios ſenatores ſingillatim alloquebantur, blanditijs rogantes, ne in Iugurtham graue aliquid decernerent. [In eum] .i. Iugurtham. [Conſuleretur] .i. decerneretur, deliberaretur, & determinaretur. [Igitur legati] Poſtquam legati viſi ſunt muneribus & pecunijs ſatis ſibi propitios reddidiſſe ſenatores, vt iam confidere poſſent, dies ſtatuitur, in quo & Rex Adherbal, & ipſi legati in ſenatum venirent. [Locutũ] .ſ.in ſenatu. [Accepimus] .i.audiuimus, intelleximus. [Vtriſque] .ſ.& Regi & legatis. [Senatus datur] Vt Sen. eos audiat.

MANDATA] Commiſſionem. [Doctus] Inſtructus. [Irrupere] Impetum fecere. [Alios] .ſ.regis ſatellites. [Strepitu] Fragore. [Tumultu] Clamore. [Cæterum] Præterea. [Diuulgatur] Diſſeminatur. [Meliores] Fortiores & aptiores ad res gerendas, non enim ad bonitatem refertur. Igitur vt poſſit occidere Adherbalem, alij Codices ſic legunt: [Igitur Iugurtha, quam maximas copias poteſt armat, vrbes partim vi, aliquas uoluntate imperio ſuo adiungit, omni Numidiæ] In omnibus partibus Numidiæ, Mar

midiæ, parat imperare. [Dehinc] Ex prouincia vel poſtea. [In ocio] Sine aduerſario. [Vſquam] Aliquo modo. [Primum] Ante alios. [Quæcunque] Etiam ignobilem. [Conſuleretur] Fieret decretum. [Grauius] Acerbius. [Conſtituto] Determinato,

OCCVLTANS ſe in tugurio mulieris ancillæ] Manuſcripta non habent additam præpoſitionem In. Seruius in primum Aen. hunc locum citans præpoſitionem addit, ut ſunt meudoſi codices. Iidem in 8. At Donatus in Andriam quidem In, omittit, conſentientibus ad unum quotquot ipſe viderim exemplaribus. in Phormionem vero, addit præterquam in codice Romano, vbi hic locus cōtra quā in alijs ferè eſt omiſſus. Mihi vulgata lectio haud ſanè diſplicet. pro, deliteſcens in tugurio, abdensq. ſeſe. niſi quis legendum forte putet, Cum interim, Hiempſal reperitur occultans in tugurio, &c. accuſatiuo omiſſo. quū ad Atticum Cic. Inuentus eſt vix in hortis ſuis occultans, vt vide licet, abſolute actiuum ponatur. Tametſi in Merſeburgenſi eſt, occultans ſeſe, vt nihil certi quis affirmare queat. [Quam maximas poteſt copias armat] In Merſeburgenſi & impreſſis vetuſtioribus, copias parat. pro comparat. In ceteris manuſcriptis eſt vulgata lectio, conſentiente Beroaldino. Mox. [Vrbem partim vi alias, voluntate imperio ſuo iungit] Legendum, vrbes, & adiungit, ex manuſcriptis, & impreſſis quibuſdam. [De cæde fratris, & ſuis fortunis] Manuſcripta. & fortunis ſuis, vt pro nomen ſequatur id quod elegantius eſt. Nec ſecus ex impreſſis quædam. [Ac deinde Romam contendit] In vetuſtis eſt, de hinc, qua voce per ſæpe & alias vtitur. [Tum Iugurtha paratis conſilijs, poſtquam omni Numidia potiebatur] In quibuſdam eſt peractis conſilijs. in manuſcripto, patratis. pro perfectis quæ in animo habuerat. idq. verbum maxime omnium placet. Sic dicimus, patrare incepta, patrare facinus. pro peragere, perficere. Mox. [In ocio facinus ſuum cum animo reputans] Sic & Fabricianum. & cetera manuſcripta, quomodo Cic. alicubi, Multa mecum ipſe reputaui, inquit. Verum in quibuſdam tamen eſt, in animo, perperam vt opinor. Paulo poſt. [Romam legatos mittit, quibus præcipitur] manuſcripta, quis præcepit, quomodo & alias ſæpe. Mox. [Vti primum veteres amicos magnis muneribus expleant] In manuſcriptis & alijs quibuſdam non eſt, magnis Mox. [Deinde nouos acquirant] Eſt quidem in Merſeburgenſi atque alijs vetuſtis Exquirant. ſed in Fabriciano cuius nos plerunque fidem ſequimur, adquirant. pro comparent, concilient, adiungant. Id enim proprie hoc loco ſignificat. Habent eodem modo cetera manuſcripta. [Sed vbi legati Romam venere, & ex præcepto regis] Perperam eſt in recentioribus omiſſa copula Et quæ eſt in antiquioribus addita. Mox. [Vti ex maxima inuidia & maleuolentia in gratiam & fauorem nobilitatis Iugurtha veniret] In vetuſtioribus quibuſdam eſt maleuolentia additum, cui fauorem ſtatim opponat, ſicut inuidiæ gratiam. In manuſcriptis tamen & recentioribus non eſt idem additum, ac citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit. Mox. [Singulos ex ſenatu ambiendo] Fabricianum, ambiundo, nec aliter Merſeburgenſe.

GLAR. FACINVS ſuum cum animo reputans] Alij codices habent. In animo reputans, cum in præpoſitione, quod & ſimplicius eſt, & apud auctores frequentius.

ASCEN. NVMIDA, hoſpes ille confecit breui]. ſ. tempore, mandata Iugurthæ, atque introducit noctu milites Iugurthæ, vt. i. ſicuti erat doctus à Iugurtha, qui. ſ. milites poſtquam irrupere in ædes. ſ. quas tenebat Hiempſal, quærebant regem. ſ. Hiempſalem, diuerſi. i. per diuerſa loca, & interficere. i. interficiebant alios. i. quoſdam ex familia Hiempſalis dormiētes, alios occurſantes. i. poſt excitationem obuiam venientes. [Scrutari]. i. ſcrutabantur loca abdita. i. abſcondita, & effringere. i. effringebant clauſa. i. loca, & miſcere. i. miſcebant ſtrepitu & tumultu omnia, tam clauſa quam non clauſa, quia cum vi graſſarentur, vbique erat ſtrepitus pedum, & tumultus ex clangore armorum & clamore. [Cum interim] Breuiter vt cetera ferè, perſcribit inuentionem & occiſionem Hiempſalis, dicens. Cum. i. quandoquidem Hiēpſal [multi ſcribunt Hienſal, ſed peritorum iudicio perperam] reperitur à militibus Iugurthinis, aut à Numida illo, interim, dum. ſ. ſic quærebatur, occultans ſe in tugurio. i. caſula & paruo tegmine mulieris ancillæ. i. ſeruilis conditionis Vbi notāda eſt regula Ciceroniana, Cuius ſpecies præmiſſa eſt non eius addēdum genus, vnde quia omnis ancilla mulier, ſed non econtrario, & quia omnis gemellus frater, ſed nec econtrario, ita rectè diceret mulieris ancillæ & fratres gemini, ſed non ancillæ mulieris, nec gemini fratres. Quod. i. quod tugurium, ipſe perfugerat initio, exiſtens pauidus & ignarus loci, Numidę à Iugurtha miſſi referunt caput eius. ſ. Hiempſalis, ad Iugurtham, ſicut erāt iuſſi. ſ. à Iugurtha. vbi per id quod dicitur factum, intelligitur etiam quod non dicitur, videlicet Hiempſalem obtruncatum eſſe, aliter enim nō retuliſſent caput eius. Ceterum fama tanti facinoris, quale eſt occidiſſe filium regis & patruelem ſuum, diuulgatur breui per omnem Africam, metus inuadit Adherbalem fratrem Hiempſalis, & omnes qui fuerant. ſ. dum viuerent, ſub imperio Micipſæ patris Adherbalis. Numidæ diſcedunt poſt illud factum in duas partes, plures ſequuntur Adherbalem, qui erat verus rex, ſed meliores. i. peritiores & vtiliores bello. i. ad bellum gerendum, ſequuntur ſup. illum alterum. ſ. Iugurtham. Igitur quia diſſenſionē vidit Iugurtha, parat copias quam poteſt maximas, & parat adiungere ſuo imperio vrbes partim. i. quaſdam vi, & alias voluntate. i. ſponte, & imperare omni Numidiæ. Adherbal tametſi miſerat legatos Romam, qui docerent. i. certiorem facerent ſenatū de cede. i. nece fratris. ſ. Hiempſalis, & de fortunis. i. aduerſitatibus & potentijs ſuis, tamen fretus. i. confiſus & adiutus, multitudine militum, parat contendere cum Iugurtha, armis. i. vi. Sed vbi res venit ad certamen. i. vbi pugnatum eſt, ipſe victus profugit ex prœlio in prouinciam. i. regionem prius deuictā, & poſtea regno adiectam, ac contendit. i. proficiſcitur dehinc Romam. Tū. i. tunc Iugurtha peractis conſilijs, poſtquam potiebatur. ſ. vi, omni Numidia, reputans in animo. i. ſecum æſtimans facinus ſuum in ocio. i. cum iam ocium habere, timere ſupp. cœpit, aut timere pro timebat P. R. neque habere. i. non habebat vſquam ſpem aduerſus iram eius. ſ. P. R. niſi in auaritia nobilitatis. ſ. Romanæ, & pecunia ſua. Itaq; mittit poſt. i. poſtea paucis diebus legatos Romam cum multo auro & argento, quibus præcepit vti. i. vt repleant primum pecunia veteres amicos, deinde exquirant. i. indagent nouos, poſtremo ne cunctetur. i. ne differant parare. i. acquirere, largiendo. i. per largitiones quæcunq; poſſint, ſed vbi. i. poſtquam legati. ſ. Iugurthę venere Romam, & miſere. i. miſerunt, ex pręcepto regis. i. Iugurthæ magna munera hoſpitibus. ſ. regis. i. ijs quibus cum ius hoſpitalitatis habebat ſe mutuo recipiēdi hoſpitio, & alijs, quorum auctoritas, pollebat. i. plurimum valebat ea tempeſtate, in ſenatu, tanta commutatio. ſ. ſententiarum & animorum, inceſſit. ſ. ſenatoribus, vt Iugurtha veniret in gratiam & fauorem nobilitatis. i. nobilium Rom. ex maxima inuidia, & maleuolentia. i. vbi eum proſecuti fuerant ſumma inuidia, & maleuolentia. Quorum pars. i. aliqui inducti, ſpe. ſ. futurorum munerum, & alij pręmio. ſ. iam accepto, nitebantur, ambiendo. i. more ambientium orando, ſingulos ex ſenatu, ne conſuleretur idest ne per conſultationem definiretur, & ſententia ferretur, grauius. i. durius quam volebat, in eum. ſ. Iugurtham. Igitur vbi. i. poſtquam legati ſatis confidunt. ſ. parti ſuæ, & ſententiæ per ſenatū dandæ, ſenatus datur vtriſque. ſ. Adherbali accuſatori, & legatis Iugurthæ defenſoribus, & hoc die conſtituto. ſ. ad agendum de controuerſia ipſorum, nos accepimus Adherbalem locutum tum, id eſt tunc in ſenatu, hoc modo.

ADHERBALIS VERBA.

PATRES conſcripti Micipſa pater meus moriens mihi præcepit, vti regni Numidiæ tantummodo procurationem exiſtimarem meam, ceterum ius & imperiū eius penes vos eſſe, ſimul eniterer domi, militiaq. quā maximo vſui eſſe pop. Rom. vos mihi cognatorum, vos affinium loco ducerem. Si* ea feciſſem in veſtra amicitia, exercitum, diuitias, munimenta regni me habiturum. Quæ pręcepta patris mei cum agitarem, Iugurtha, homo omnium quos terra ſuſtinet, ſceleratiſſimus, contempto imperio veſtro, Maſiniſſæ me nepotem etiam ab ſtirpe ſocium, atque amicum pop. Ro. regno, fortuniſque omnibus expulit. Atque ego P. C. quoniam eò miſeriarum venturus eram; vellem potius ob mea, quàm ob maiorum meorum beneficia poſſe me à vobis auxilium petere, ac maxime deberi mihi beneficia à P. R. quibus *utinam non egerem, ſed ea ſi deſideranda erant, uti debitis uterer; Sed quoniam parum tuta per ſeipſa probitas eſt; neque mihi in manu fuit Iugurtha qualis foret, ad vos confugi P. C. quibus, quod mihi miſerrimum eſt, co-

* ita.

* utinā, non habatur in antiquis quibuſdam exemplaribus.

gos prius oneri, quàm vſui eſſe. Ceteri reges, aut bello victi in amicitiam à vobis recepti ſunt, aut in ſuis dubijs rebus ſocietatẽ veſtram appetiuerunt. Familia noſtra cum pop. Rom. bello Carthaginienſi amicitiam inſtituit: quo tempore magis fides eius, quàm fortuna petenda erat. Quorum progeniem, vos P.C. nolite pati me nepotem Maſiniſſæ, fruſtra à vobis auxilium petere, ſi ad impetrandum nihil cauſæ haberem, præter miſerandam fortunam, quòd paulo ante rex genere, fama, atque copijs potens, nunc deformatus ærumnis, inops, alienas opes expecto: tamẽ erat maieſtatis pop. Rom. prohibere iniuriam, neque pati cuiuſquam regnum per ſcelus creſcere. Verum ego his finibus eiectus ſum, quos maioribus meis populus Rom. dedit, vnde pater, & auus meus vna vobiſcum expulere Syphacem, & Carthaginienſes. veſtra beneficia mihi erepta ſunt, P.C. vos in mea iniuria deſpecti eſtis. heu me miſerũ, huccine Micipſa pater beneficia tua euaſere? vt quem tu parem cum liberis tuis, regniq. participem feciſti, is potiſſimum ſtirpis tuæ extinctor ſit? Nunquam ne ergo familia noſtra quieta erit? ſemper ne in ſanguine, ferro, fuga verſabitur? Dum Carthaginienſes incolumes fuere, iure omnia ſæua patiebamur: hoſtes à latere: vos amici procul, ſpes omnis in armis erat: Poſtquam illa peſtis ex Africa eiecta eſt, læti pacem agitabamus, quippe, quis hoſtis nullus erat, niſi forte quem vos iuſſiſſetis. Ecce autem ex improuiſo Iugurtha intolerãda audacia, ſcelere, atque ſuperbia ſeſe efferent, fratre meo, atque eodem propinquo ſuo interfecto, primum regnum eius ſceleris ſui prædam fecit. Poſt, vbi me iiſdem dolis nequit capere, * nihilominus, quàm vim aut bellum expectantem, in imperio veſtro, ſicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem & coopertum miſerijs effecit, vt vbi vis tutius, quam in meo regno eſſem. Ego ſic exiſtimabam P.C. vti prædicantem audieram partem meum, qui veſtram amicitiam diligenter colerent, eos multum laborem ſuſcipere, ceterum ex omnibus maxime tutos eſſe. Quod in familia noſtra fuit, præſtitit, vt in omnibus bellis adeſſet vobis, nos vti per ocium tuti ſimus, in manu veſtra eſt. P.C. Pater nos duos fratres reliquit; tertium Iugurtham beneficijs ſuis, ratus eſt nobis cõiunctum fore. Alter eorum necatus eſt, alter ipſe ego manus impias vix effugi. Quid agam? aut quo potiſſimũ infelix accedam? generis præſidia omnia extincta ſunt. Pater vti neceſſe erat, naturæ conceſſit, fratri, quem minime decuit propinquus per ſcelus vitam eripuit. Affines, amicos, propinquos ceteros meos, alium alia clades oppreſſit; capti ab Iugurtha, pars in crucem acti, pars beſtijs obiecti ſũt, pauci, quibus relicta eſt anima, clauſi in tenebris, cum mœrore & luctu, morte grauiorem vitam exigunt. Si omnia quæ aut amiſi, aut ex neceſſarijs aduerſa facta ſunt, incolumia manerent, tamen ſi quid ex improuiſo mali accidiſſet, vos implorarem P.C. quibus, pro magnitudine imperij, ius & iniurias omnes curæ eſſe decet Nunc vero exul patria, domo, ſolus, atque omnium honeſtarum rerum egens, quo accedam? aut quos appellem? Nationes ne, an reges? Qui omnes familię noſtræ ob veſtram amicitiam infeſti ſunt, an quoquam mihi adire licet, vbi non maiorũ meorum hoſtilia monimenta plurima ſint? aut quiſquã noſtri miſereri poteſt, qui aliquando vobis hoſtis fuit? Poſtremo Maſiniſſa nos ita inſtituit P.C. nequem coleremus niſi populum R. ne ſocietates, ne fœdera noua acciperemus, abunde magna præſidia nobis in veſtra amicitia fore. ſi huic imperio fortuna mutaretur, vna occidendum nobis eſſe, virtute, ac Dijs volentibus, magni & opulenti eſtis, omnia ſecunda & obediẽtia ſunt, quò facilius ſociorum iniurias curare licet. Tãtum illud vereor, ne quos priuata amicitia Iugurthæ parum cognita tranſuerſos agat, quos ego audio ſumma ope niti, ambire, fatigare vos ſingulos, ne quid de abſente incognita cauſa ſtatuatis, fingere me verba, & fugam ſimulare, cui licuerit in regno manere. Quod vtinã illum, cuius impio facinore in has miſerias proiectus ſum, eadem hęc ſimulantem videam, & aliquãdo, aut apud vos, aut apud Deos immortales rerum humanarum cura oriatur; vt ille, qui nunc ſceleribus ſuis ferox, atque præclarus eſt, omnibus malis excruciatus, impietatis in parentem noſtrum, fratris mei necis, mearumq. miſeriarum graues pęnas reddat. Iamiã frater animo meo chariſſime, quanquam tibi immaturo, & vnde minime decuit, vita erepta eſt; tamen lætandum magis, quam dolendum puto caſum tuũ. Nõ enim regnum, ſed fugam, exilium, egeſtatem, & omnes has, quæ me premunt ærumnas, cum anima ſimul amiſiſti. At ego infelix in tanta mala præcipitatus, ex patrio regno, rerum humanarum ſpectaculum præbeo, incertus quid agam. Tuas ne iniurias perſequar, ipſe auxilij egens? an regno conſulam? cuius vitæ neciſq. poteſtas, ex alienis opibus pendet? Vtinam emori, fortunis meis honeſtus exitus eſſet, ne viuere contemptus viderer, ſi defeſſus malis iniuriæ cõceſſiſſem. Nunc * quoniam neque viuere libet, neque mori licet ſine dedecore, P.C. oro vos per liberos atque parentes veſtros, per maieſtatem populi Romani ſubuenite mihi * miſerrimo: ite obuiam iniuriæ, nolite pati regnum Numidiæ, quod veſtrum eſt, per ſcelus, & ſanguinem familiæ noſtrę tabeſcere.

* nihil minus.

* Quidã vetuſti codices ſic habent, Nunc neque viuere libet, neque mori licet ſine dedecore. Patres Co. &c.

* miſero.

SOLD.

PATRES Cõſcripti] Romulus, qui primus Romæ regnauit centum ſenatores elegit, quos à ſimilitudine curæ, patres appellauit, poſt centum alij, vt refert Liuius, additi ſunt, qui quia ſimul cum primis in ſenatu ſcripti ſunt, ſimul omnes patres conſcripti ſunt appellati, quaſi ſimul ſcripti. Patres autem ideo dicti ſunt, vel ab ætate, quia centum illi primi à Romulo ſenes electi ſunt, vnde & ſenatores, dicti, vel vt dicit Sal. à ſimilitudine curæ, quia velut patres filios ſuos & familiam, ſic illi remp. curarent, & adminiſtrarent, Qui ab is patribus deſcenderunt, Patricij ſunt vocati. Hęc autem oratio in genere deliberatiuo poſita eſt. Eſt autem genus deliberatiuum, quod poſitum in conſultatione, habet in ſe ſuaſionem & diſſuaſionem. Suadet enim ſenatui, vt ſibi cõtra Iugurtham auxilium ferat. Huius autem generis finis eſt vtilitas. Nam qui ſuadet aliquid, oportet vt oſtẽdat, id eſſe vtile. Vtile autem diuiditur in tutum, & honeſtum. Tutum eſt, quod conficit inſtantia, vel conſequentis periculi vitationem, qualibet ratione. Honeſtum diuiditur in rectum, & laudabile. Rectum eſt, quod cum virtute & officio fit. Id diuiditur in prudentiam, iuſtitiam, fortitudinem, & modeſtiam. In hac igitur oratione ab his partibus maxime argumentatur, & à iuſtitia præſertim. Nam vt ait Cicero, Iuſtitiæ partibus vtemur, ſi aut innocentum aut ſupplicum miſereri dicimus oportere. ſi oſtendemus bene merẽtibus gratiam referri conuenire, ſi demonſtrabimus vlciſci male meritos, oportere, ſi ſocietates atque amicitias ſtudioſe coli conuenire dicemus. Ab his partibus tota oratione arguit. Eſt autem oratio compoſita ad eliciendam miſericordiam ſenatus in ſe, & ad indignationem concitandam contra Iugurtham. Oratio diuiditur in exordium, narrationem, diuiſionem confirmationem, confutationem, & concluſionem. In hac oratione omnes hæ partes tractantur, excepta diuiſione, quæ neceſſaria non erat. In exordio beneuolentiam captat à perſona ſua & à perſona aduerſariorum. A perſona ſua beneuolentiam captat, cum

quæ

quæ incommoda ſibi acciderint, exponit, dicit enim ſe expulſum regno & omnibus fortunis ſpoliatum. Simul etiam beneuolentiã captat, cum obſecratione humili ac ſupplici utitur. A perſona aduerſariorum beneuolentiam captat, cum crudelitatem Iugurthæ in ſe & fratrẽ ſuum oſtendit, dicit enim ſe crudeliter ab ipſo regno expulſum. Attẽtos facit auditores, cum oſtendit hoc de quo agit, ad ipſos, qui audiunt pertinere. Dicit enim ſe ex toto regno pulſum, cuius adminiſtratio tantummodo non ſua fuerit, ſed ius regni ipſius Pop. Rom. ſit. Hæc in exordio facit. Nam exordium eſt oratio, per quam nobis beneuolum, attentum, & docilem reddimus auditorem. [Patres conſcripti] Alloquitur ſenatores. Ordo patet, & ſenſus. Dicit enim, pater meus moriens, præcepit mihi, exiſtimarem adminiſtrationem regni Numidiæ tantummodo eſſe meam, ſed regnum ipſum eſſe Pop. Rom. [Procurationem]. i. adminiſtrationem. [Eius] ſ. regni. [Penes vos] Apud uos eſſe. i. regnum ipſum eſſe veſtrum. Et ita attentos facit auditores, cum oſtendit hoc, de quo loquitur ad eos pertinere. [Eniterer] Conarer. [Simul]. i. & præcepit, ut darem operam, ut eſſem maxime utilis Pop. Rom. [Vſui]. i. utilitati. [Vos mihi cognatorum, uos affinium] Cognati genus paternum reſpiciunt, affines genus maternum. [Ducerem] i. exiſtimarem. [Si ea feciſſem] Pendet à ſuperiori, hoc enim reſpicit illud, quod dicit præcepit, ſed præcipere non poterat, niſi dicendo, ergo ſubauditur. & dicebat, me habiturum exercitum diuitias, munimenta regni in ueſtra amicitia, ſi ea feciſſem. [Si ea feciſſem]. i. ſi ita exiſtimaſſem, ſicuti mihi præcipiebat. [In ueſtra amicitia] Quia veſtra amicitia erit mihi exercitus, erunt diuitiæ, erit munimentum regni. Et ex his uerbis ſibi beneuolentiam cõciliat auditorum, cum in nulla re niſi in amicitia Pop. R. ſpẽ habuiſſe oſtendit. [Quæ cum præcepta] Nunc aduerſarium in odium adducit, cum ſuperbiam eius, & crudelitatem oſtendit, qui contempto, & neglecto imperio Pop. Rom. ſe regno crudeliter expulit. [Agitarem]. id eſt. ſeruarem. Ex hoc ſibi beneuolentiam comparat cum laudat officium ſuum ſine arrogantia. [Contempto imperio ueſtro] Ex hoc indignationem ſenatus contra Iugurtham concitat. [Maſiniſſæ me nepotem] Perſonam Maſiniſſæ nominat artificioſe, quia hic & amicitiam inſtituit cũ P. R. & eam, dum uixit officioſiſſime coluit. [Expulit.] Vi eiecit. [Atque ego] Exordio præmiſſo, tranſit ad narrationem, in qua breuiter exponit, quid uelit petit enim auxilium à ſenatu cõtra Iugurtham, licet, & illa potuerit eſſe narratio in qua rem geſtã breuiter aperuit, uidelicet, quemadmodum regno expulſus ſit à Iugurtha. [Atque ego P. C.] Vide quid dicat. Vtinam, inquit ita mihi eueniſſet, vt ſi aliquando in meis neceſſitatibus opus eſſet auxilium petere à vobis. id facere auderem magis propter beneficia mea Ergo Pop. Rom. quam propter beneficia maiorum meorum. Ac ſi diceret doleo, quòd cum à me nullum beneficium acceperitis, cogor à uobis beneficium petere. Nam ſi aliquando uobis aliquod beneficium præſtitiſſem, iuſta cauſa eſſet, cur in meis neceſſitatibus ego quoque à uobis beneficium & auxilium peterem. Nunc autem nullum meum erga uos beneficium, ſed tantummodo beneficia ipſe maiorum meorum audaciam præſtat ad petendum à uobis auxilium. [Sed vellem potius vt mea erga uos beneficia quam beneficia maiorum meorum hanc præſtarent audaciam. Et hoc eſt quod dicit. Ordo eſt, Atque ego, O patres conſc. Vellem potius me poſſe petere à uobis auxilium ob beneficia mea, quàm ob beneficia maiorum meorum, quoniam ego eram venturus eo miſeriarum, vt uellem maxime beneficia deberi mihi à P. R. quibus vtinam non egerem, ſed vti vere debitis, ſi erant deſiderando. [Eo miſeriarum]. i. ad eas. hoc eſt in tantas miſerias. ſ. ad quantas perueni. [Ob mea] i. propter mea. ſ. beneficia. [Meorum maiorum] In hac parte latenter tangit P. Rom. memorem eſſe debere beneficiorum maiorum ſuorum. ſ. Maſiniſſæ aui, & Micipſæ patris ſui. Nã ut ſupra monſtrauimus, Maſſiniſſa in Africa contra Carthaginenſes multa præclara facinora geſſit, Micipſa etiam bello Numantino P. R. iuuit. [Ac maxime] Vide quid dicat. Vellem inquit. vt P. Rom. mihi beneficia deberet, ſed nollem eis indigere. & ſi beneficijs. P. Rom. indigerem, uellem poſſe vti debitis nõ gratuitis. Beneficia debita dicuntur, quæ alij debent ex merito noſtro. gratuita dicuntur beneficia quæ alij nobis præſtant, non ex merito noſtro, ſed ex gratia ſua, & liberalitate, cũ nihil nobis debeant. [Deberi mihi beneficia à P. R. [Quomodo Pop. R. deberet Adherbali beneficia? Si Pop. R. accepiſſet aliqua beneficia ab Adherbale. tunc ei deberet beneficia. [Vti debitis uterer]. i. vterer his beneficijs, quæ mihi deberentur ex merito meo à P. Rom. [Sed quoniam] Ac ſi diceret ſi noſſem, vt mihi eſſet neceſſe petere

auxilium à P. R. Sed quoniam neceſſitas incumbit, propterea ad vos confugi. neque enim per me tutus eſſe poſitum. Et hoc eſt quod dicit. [Sed quoniam ipſa probitas]. i. ipſa bonitas, ac ſi diceret, quoniam bonitas meã & innocentia per ſe tuta eſſe non poteſt, neque Iugurtham cognoſcere potui, qualis eſſet, ad uos confugi. [Neque mihi in manu fuit Iugurtha]. i. neque mihi cognitus eſt Iugurtha, qualis eſſet. Et eſt modus notandus. Ea in manu eſſe dicuntur, quæ palam cognoſcuntur. Nam id, quod in manu habemus, nobis eſt notum. [Confugi]. i. recurri [Quibus] Quod mihi miſerrimũ eſt, cogor prius oneri eſſe quã uſui. Doleo inquit, quod prius vobis ſum oneri, quam utilitati, quia à uobis beneficium peto, antequã aliquid vtilitatis uobis attulerim. [Vſui]. id eſt. utilitati. [Ceteri reges] Per narrationem expoſita cauſa tranſit ad confirmationem. Nam tota ſpes vincendi, rationiſq́. perſuadendi in confirmatione & confutatione poſita eſt. Eſt autem confirmatio, per quam argumentando noſtræ cauſæ fidem, & auctoritatem, & firmamentum adiungit oratio. Omnes autem argumentationes ſumuntur, aut ex his, quæ attributa ſunt perſonis, aut ex his, quæ ſunt attributa negocijs. perſonis attributa ſunt. nomen, natura, uictus, fortuna, habitus, affectio ſtudia, conſilia, facta, caſus, orationes. Hoc loco arguit à factis, dicit enim quid fecerint maiores ſui pro Pop. Roma. Simul à partibus iuſtitiæ, arguit, ut antea diximus. Nam iuſtum eſt benemerẽtibus gratiam referre, in hoc argumento maxime petiſſat, ut meminerint benificiorum, aut aui ſui Maſiniſſæ, aut patris Micipſæ. dicit ergo, Ceteri reges in veſtram amicitiam uenere neceſſitate coacti, cum ſibi magis, quàm uobis prodeſſe quærerent, ſeu Maſiniſſa auus meus vobiſcum amicitiam contraxit eo tempore, quo uobis ſe maxime eſſe utilem intelligebat, fidei magis quàm fortunæ ratione. Ceteri reges. Familia noſtra. uidelicet Maſiniſſa. [Bello Carthaginenſi,] Scilicet bello Punico ſecundo, hoc ſupra monſtrauimus. [Inſtituit] Incepit, inchoauit. [Fides eius magis quam fortuna] Quia tunc Maſiniſſa pauper erat. Vnde Liuius refert ad eum Romanos tranſiſſe tantummodo cum ducentis equitibus. Ergo fides eius magis quam fortuna erat petenda quia potentia eius erat parua; vt pote, qui ſpoliatus erat à Carthaginenſibus, & cum his poſtea fœdus fecerat. [Petendæ,] Id eſt ea petenda, deſideranda. [Quorum progeniem;] Ad familiam refertur, ſed familiam nomen collectiuũ, & in numero ſing. plures ſignificat, unde dicit, id eſt quorum filios. ſ. me nepotem Maſiniſſæ nolite pati, fruſtra petere auxilium à uobis. [Si nihil cauſæ] Nunc utitur locis ad conciliandam miſericordiam accommodatis, plures locos Cic. tractat, quibus miſericordia captatur, quorum primus eſt, per quem, quibus in bonis fuerimus, & nunc quibus in malis ſimus, oſtendimus. Hoc loco utitur Adherbal, dicit etiam. Si nihil haberẽ aliud quod uos moueret ad præſtandum auxilium, fortuna meas vos mouere deberet, quia paulo ante etiam Rex potens genere, fama, exercitu fortiusq́. omnibus, nunc inops. & calamitatibus, & miſerijs plenus omnibus rebus ſpoliatus alienas opes mendicare compellor. Hic locus diligenter tractatus ſine dubio multũ ualet ad animos flectendos ad miſericordiam. [Si tibi aliud] Ordo eſt, Tamen erat maieſtatis P. R. prohibere iniuriam, neque pati regnum cuiuſquam creſcere per ſcelus, ſi nõ aliud cauſæ haberem ad impetrandum, præter miſerandam fortunam, quod prò quia, ego paulo ante rex potens genere, fama, atque copijs, nunc deformatus ærumnis, & inops, expecto opes alienas. Ac ſi diceret. Si nullã cauſam ſocietatis & amicitiæ haberẽ cum P. R. tamen maieſtatis P. R. eſt miſerabili fortunæ meæ ſubuenire, & non pati, ut aliquis uſurpet regnum alterius per ſcelus ſicuti fecit Iugurtha. [Genere] Sanguinis nobilitate. [Nunc deformatus]. i. deturpatus. [Aerumnis]. i. per ærumnas. [Aerumnæ] proprie dicuntur. labores onerosi, dictæ ab ærumnulis, quę ſecundum Plautum ſunt furcillæ, quibus religata ſarcinas uiatores gerebant ſecundum Sextum Pompeium [Alienas opes] Aliena præſidia; uel opes. facultates. [Tamen maieſtatis erat P. R.] Arguit hoc loco à partibus fortitudinis quæ res magnas & excelſas ſequitur, & à partibus iuſtitiæ, quæ quod ſuum eſt cuiq; reſtituit. [Per ſcelus creſcere] Sicuti creſcit regnum Iugurthæ per ſcelus, qui Hiempſalem dolo interfecit, & Adherbalem regno expulit. [Verum ego his] Vide quid dicat, & quo hoc cum ſuperiore ſẽſu coniungit. Si non hẽrem aliam cauſam, præter miſerandã fortunam. tum pp̃ maieſtatem ueſtram, debe retis mihi ſubuenire. Sed præter fortunam miſerabilem habeo alias cauſas, uidelicet amicitiam & ſocietatem antiquam, quia P. R. propter ſocietatẽ & amicitiam donauit maioribus meis hoc regnum, de quo ſum expulſus, & de quo auus meus, & pater meus, vna nobiſcum expulerunt

poſuerunt Syphacem & Carthaginenſes, & hoc eſt, quod dicit. [Verum].i.ſed. His finibus].i.eo regno.[Pop. Rom. dedit] Hoc ſupra dixit, quia victis Carthaginenſibus, & capto Syphace P. Rom. dono dedit Maſiniſſæ quaſcunque ciuitates, & loca bello acquiſiuerat in Africa. Vnde auus meus ſ. Maſiniſſa.[Pater].ſ. Micipſa & ex hoc oſtendit ſocietatem antiquam, quæ fuit inter ſuam familiam, & P.R.[Veſtra beneficia mihi erepta ſunt].i. non poſſū uti veſtro beneficio, quia id, quod vos dediſtis aliquā do maioribus meis, mihi abſtulit Iugurtha.[Vos in mea iniuria deſpecti] Dum Iugurtha facit iniuriam, vos deſpicit. Et ita indignationem ſenatus contra Iugurtham concitat.[Heu miſerum me, Huccine Micipſa pater.] Exclamatio eſt quæ fit ad ſignificationem doloris, aut alicuius indignationis per hominis; aut urbis, aut loci, aut rei cuiuſpiam compellationem. Locus etiam vnus eſt ex his, ex quibus & in nos miſericordia captatur, & odium, atque indignatio in aduerſarium concitatur, quod fit, quoties cum indignatione conquerimur, quod ab iis, à quibus minime conueniat, male tractemur, amicis propinquis, quibus bene fecerimus, quos adiutores recitauimus. [Huccine] Huc inquit, ò pater. Micipſa tua beneficia peruenerūt, ut quem tu filium adoptaſti, hic filiorum tuorum interfector exiſtat. [Micipſa] Sermonem ad patrem mortuum conuertit. [Ante omnia ſæua patiebamur] Dum Carth. in imperio fuerunt, metu omnia mala patiebamur. Nam neceſſarium erat, ut eos hoſtes haberemus, qui erant hoſtes P.R.[Hoſtis à latere].ſ. Carth. Nam & Carth. & Numidæ in Africa ſunt. [A latere].i.à uicino. [Eiecta] Nam eo tempore quo Adherbal hæc dicebat, Carthago deleta erat ab Africa no minore. [Intoleranda audacia] Iugurtham in odium adducit, ſuperbiam eius, arrogantiam, & crudelitatem exponens. [Regnum eius ſceleris ſui prædam fecit] Quia Iugurtha poſt ſcelus ſuum quo Hiempſalem interfecit, regnum eius rapuit. [Poſt vbi] Ordo eſt, Poſtquam ille Iugurtha effecit me extorrem ſicuti videtis, ideo ne, nihil minus expectaniçm, quam vim, aut bellum, & effecit me inopem patria, domo, & coopertū miſerijs etc. [Vt eſſem tutius, ubi vis, quam in meo regno. [Eiſdem dolis].ſ.quibus ceperat fratrem meum. Nihil minus, quia nihil erat, quod minus timerem quàm bellum à Iugurtha. [In imperio veſtro] Nā ut à principio dixit, regnum & imperium Numidiæ vult eſſe Romanorum, ſed adminiſtrationem tantum modo ſuam. [Ego ſic] In tota oratione hoc agit, ut oſtēdat in nulla ſe ſpem habere uoluiſſe, aut præſidia regni ſui collocaſſe, niſi in amicitia, & ſocietate P.R.[Ceterum].i.ſed exiſtimabam eos multum laborem ſuſcipere, qui ueſtram tenerent amicitiam, ſed ſuper omnes eſſe tutos. [Quod in familia noſtra fuit] Arguit à partibus iuſtitiæ, videlicet gratia. Nam partes iuſtitiæ ſunt religio, pietas, gratia vindicatio, obſeruantia, & ueritas. Eſt autē gratia, in qua amicitia rum, & beneficiorum alterius memoria, & alterius remunerandi uoluntas continetur. Dicit ergo familia noſtra ſemper uobis auxilio fuit in omnibus bellis, iuſtum eſt igitur, ſi grati eſſe neceſſitates beneficiorum eſſe vultis, ut nos nihi veſtrum in tanta neceſſitate præſteris auxilium. [Quod in familia] Ordo eſt, Noſtra familia præſtitit.ſ.hoc ut adeſſet vobis in omnibus bellis, quod in noſtra familia fuit.i.quantum familia noſtra potuit, uobis auxilio fuit in omnibus bellis. [Nos] Ordo eſt. In veſtra manu, ubi nos ſumus tuti per otium, ac ſi diceret. Parum quod eſt, quod peto. Nam ſine bello vos facere poteſtis, ut tutus ſim in regno. [Pater nos duos fratres reliquit] Rem ponit ante oculos, ita ut magis geri, quàm narrari uideatur. [Alter eorum].ſ. Hiempſal, alterius Iugurthę. [Propinquus].ſ. Iugurtha oppreſſit. [Quid agam aut quo potiſſimum infelix accedam] Color eſt, qui appellatur, Subiectio. Eſt autem ſubiectio, cū interrogamus, aut quærimus quid contra nos dici poſſit, deinde ſubijcimus id quod oportet dici, aut non oportet, aut nobis adiumento futurum ſit, aut aduerſarijs obfuturum. Dicit ergo, Quid agam? aut quo potiſſimū infelix accedam? ac ſi diceret, à quo præſidium petam? A meis? At hi extincti ſūt. An ab affinibus, propinquis, amicis? At hi alius alia clade à Iugurtha ſunt oppreſſi. An ab alijs regibus, & nationibus? At omnes infeſti, & inimici ſunt mihi propter ſocietatem & amicitiam, quæ mihi eſt cum P.R. Cum igitur & familiæ noſtræ, & propinquorum & amicorum, & affinium, & regū, & nationum, ac gentium omnium præſidia mihi ſublata ſint, relinquitur, ut ad vos confugiam, & à vobis præſidium petam P.C. & à Pop. Rom. in cuius amicitia, & ſocietate familia noſtra regni ſui præſidia, ſemper uoluit eſſe collocata, & hoc eſt, quod dicit. Vtitur autem colore, qui dicitur commoratio, quæ fit, cum in loco firmiſſimo manetur diutius, & eodem ſæpius reditur, ſicut facit Adherbal, qui per totam orationem hoc tractat, & ad hanc ſententiam ſæpius recurrit, ut dicat maiores ſuos ſpem omnem conſeruandi regni ſui in fide; ac ſocietate P.R. poſitam eſſe uoluiſſe, nec ad præſidium regni ſui aliarum gentium aut regū ſocietates, aut fœdera quæſiuiſſe. [Pauci] Miram crudelitatem Iugurthæ oſtendit, quia ſupplicia morte grauiora inuenit. [In tenebris].i.in carcere. [Sed ſi omnia] Ordo eſt. P.C. tum ego implorarem vos, quibus decet ius & iniurias omnes eſſe curæ pro magnitudine imperij, ſi quid aduerſi accidiſſet ex improuiſo, ſi omnia manerent incolumia, quæ aut amiſi aut facta ſunt aduerſa neceſſarijs. Supra dixit, præſidia generis, amicorum, affinium, & propinquorum eſſe ſublata, nec ab eis poſſe præſidium petere, quia eorum pars extincti ſunt, pars in carcere clauſi, nunc dicit, Si pater, & frater, & amici, & propinqui, & omnes ſupra dicti uiuerent, & incolumes eſſent, tamen ſi quid mihi aduerſi accidiſſet, ad uos confugiſſem. à uobis auxilium implorarem. nunc uero, cum eorum mihi præſidia ſublata ſint, & exul patria in tanta calamitate poſitus ſim, ad quos alios confugiam, niſi ad nos? q.d. nemo mihi relictus eſt, à quo præſidium petam, niſi à uobis. Et quia quis obijcere potuiſſet. Sunt & aliæ nationes. atque alij reges, à quibus potes auxilium petere. Reſpondet Adherbal non poſſum quia omnes mihi, & familiæ noſtræ ſunt aduerſi propter ſocietatem, & amicitiam veſtram. Sed ſi etiam poſſem ab alijs, quàm à vobis auxilium petere, nō facerem, quia Maſiniſſa auus nos ita docuit, atque inſtruxit, ne cum aliquo populo, aut rege, vel gēte ſocietatem, & amicitiam haberemus, niſi cum P.Rom. in eo magna nobis & ampla præſidia ad tuendum regnum noſtrum futura dicebat. Et hoc eſt quod dicit. [Quæ aut amiſi] Hoc pertinet ad patrem, & ad fratrem extinctum. [Aut quæ neceſſarij aduerſa facta ſunt, hoc pertinet ad affines, propinquos, & amicos. Nam neceſſarij dicuntur, non ſolum ſanguine ſed & familiaritate, atque amicitia nobis coniuncti. [Aduerſa facta ſunt] Non ſolum quantum ad eos, qui necati ſunt, ſed etiā quātum ad eos, qui carcere afflicti ſunt. [Incolumia manerent].i. ſalua, atque integra & quantum ad uitam, & quantum ad fortunas & quantum ad dignitatem. Nam dicitur incolumis de cuius ſalute, ac dignitate nihil diminutum eſt. [Pro magnitudine imperij] Arguit à fortitudine, cuius partes ſunt magnificentia, fidētia, patientia, perſeuerantia. Nunc ab ea parte, quæ dicitur magnificentia arguit. Eſt autem magnificentia rerum magnarū, & excelſarum, quam animi ampla quadam, & ſplēdida propoſitione agitatio, atque adminiſtratio. Dicit ergo pro magnitudine imperij ueſtri vos decet dare operam, ut vnuſquiſque ius ſuum habeat, & iniurias illatas uindicetis, atque puniatis. [An quoquam].i. ab aliquo ad aliquem locum. Quo inquit ire poſſem, vbi non appareat, quemadmodum maiores mei hoſtes fuerunt illius loci propter vos. Nam quicunque fuerūt hoſtes veſtri, fuerunt & familiæ noſtræ propter ſocietatem. [Poſtremo] Ac ſi diceret. Etiam ſi haberem præter vos, unde præſidium petere poſſem, non poterem, quia auus noſter Maſiniſſa ita nos docuit, ne cum aliquo populo ſocietatem haberemus, niſi cum P R. Dicebat incolumi imperio Rom. nos quoque futuros incolumes. Et econtra, ruente & cadente imperio, Rom. nos etiam occaſuros eſſe. [Ac dijs uolentibus] Ac ſi diceret benignitate deorum. Et arguit à poſſibili. Nam qui petit, ea petere debet, quæ is præſtare poſſit, à quo petit. [Virtute].ſ. veſtra. [Dijs volētib.].i. benignitate deorum. [Magni].ſ. nomine, ac fama. [Opulenti].ſ. imperio id eſt potentes, & diuites, ac ſi diceret, [Date operam, ut intelligā, Maſiniſſam uera nobis prædixiſſe de nobis. Dixit enim incolumi hoc imperio nos quoque futuros incolumes. Nunc ueſtrū imperium incolume eſt, & magnum atque amplum. Curate igitur, ut ego propter ueſtram ſocietatem incolumis ſim. Et ita cōcludit argumenta ſuæ confirmationis. [Omnia ſecunda].i. proſpera. [Sociorum] Confœderatorum, quos nunc vulgo colligatos uocant. [Iniurias] Sicuti eſt iniuria, quam mihi Iugurtha intulit. [Tantum illud uereor] Nunc tranſit ad confutationem. Confutatio eſt, per quam aduerſariorum argumenta diſſoluimus. [Quos] Inquit, intelligo priuata amicitia fauere Iugurthę, & ambire vnumquemque ueſtrum, ne ipſo abſente, aliquid contra ipſum ſtatuatis, & dicere, me fingere uerba, & ſimulare fugā cum in regno manere potuerim, quod falſum eſt. [Ne quos].i. aliquos. [Tranſuerſos agat].i. peruertat, & à recto deducat. [Maxima ope].i. maxima vi [Niti].i. conari. [Ambire] Blādities circumuenire. [Abſente].ſ. Iugurtha. [Fingere me uerba] Subaudi me, & audio illos dicere, me fingere uerba. [Quod utinam] Per imprecationem uerit in Iugurtham hoc, quòd de ſe dicunt aduerſarij ſui. Amici Iugurthæ, dicunt me omnino fingere, ſed ut i nam inquit ego aliquādo videam Iugurtham ſceleratum ita fingentem,

gentem,

gentem, & ſimulantem quemadmodum ego fingo vt ſic pœnas meritas luat ſcelerum ſuorum, quæ in patrem meum & fratrẽ Micipſam auſus eſt perpetrare.[Quod vtinam].i.ſed vtinam.ordo eſt. Quod.i.ſed vtinam videam illum ſimulantem hęc eadem illum dico,impio facinore cuius ſuum proiectus in has miſerias. Et aliquando oriatur cura rerum humanarum apud vos, aut apud deos immortales,vt ille,qui nunc eſt ferox,atque præclarus ſuis facinoribus extruciatus omnibus malis, reddat graues pœnas impietatis in parentem noſtrum,& pœnas necis fratris mei & pœnas miſeriarum mearum.[Sceleribus ſuis ferox].i.indomitus,& immanis propter ſcelera ſua.(Præclarus]Nobilis per ironiam dictum. [Impietatis in parentem]Quia à quo adoptatus erat in filium,eius filios impie perſecutus eſt. [Iamiam animo meo chariſſime frater]Hic incipit concluſio,quæ tripliciter tractatur,aut per enumerationem aut per indignationem , aut per conqueſtionem.hic concludit per conqueſtionem.Eſt autem cõqueſtio oratio auditorum miſericordiam captans . In hac conqueſtione ea pluribus locis miſericordiam captat,ex primo loco,cum oſtendit ex regno ad tantas miſerias eſſe deductum ex loco ſexto,cum oſtendit præter ſpem in tantas calamitates incidiſſe,ex quartodecimo, cum humili & ſupplici oratione obſecrat auditores, vt ſui miſereantur.& ſibi opem ferant.Iamiam, color eſt,qui dicitur conduplicatio,quæ fit cũ ratione amplificationis,aut commiſerationis eiuſdem vnius,aut plurium verborum iteratio fit.Nunc vnius verbi iteratio eſt, & orationem ad fratrem extinctum vertit, vt nece indigna fratris commemorata, animi omnium magis ad miſericordiam cõmoueantur.[Animo meo chariſ.]Affectum ſuum erga fratrem oſtendit.[Immaturo .i.iuuenis.[Et vnde].à quo.ſ.à Iugurtha propinquo ſuo,& fratre adoptiuo. [Vnde minime decuit] Captat miſericordiam ex eo loco,per quem cum indignatione conquerimur,ꝙ male tractemur ab his, à quibus minime conueniat,propinquis amicis, quibus bene fecimus,minime decuit.ſ.eripi.Ordo eſt,O frater chariſſime animo meo.iamiam tamen puto eſſe lętandũ magis caſum tuum quàm dolendum,quanquam uita ſit erepta tibi immaturo,&.ſ.erepta ſit ab eo, unde. i.à quo minime decuit. ſ.eripi. [Caſum tuum].i.pp mortem tuam. [Non enim]Reddit cauſam quare magis lætandum ſit ex morte eius quàm dolendũ. melius fuit mori quàm uiuere, ſicuti ego viuo.ſ.in exilio,in egeſtate,in ærumnis,hæc omnia mala cum vita ſimul amiſiſti (Fugam]Declarat quid ſit fuga.i.exilium.[Premunt]Affligũt,ærumnas.i.miſerias.& labores.[Anima].i.uita.[Præcipitatus].i.deiectus[.Rerum humanarum ſpectaculum præbeo]Sine dubio ingenti artificio hanc concluſionem tractat. Paulo ante,inquit , rex eram, nunc in tanta mala deductus ſum,vt rerum humanarum ſpectaculum & exemplum ſim,quia qui me aſpiciunt,diſcunt ex me, quam mutabilis ſit rerum humanarum naturæ, quia cum paulo ante rex fuerim, nunc autem tam inops & infelix, doceo rerum humanarum natura inſtabilem eſſe , atque uolubilem. Incertus].i.dubius.[Quid agam]Subiectio,quem colorem etiam ſupra tractauit.[Tuas ne iniurias perſequar, ipſe auxilij egens?] q.d.num adhuc perſequar fratrem extinctum ab eo?An regno conſulam?).i.prouidebo,q.d.non poſſum,cum vita mea & mors in poteſtate aliorum ſit poſita. [Tuas ne iniurias perſequar , ipſe auxilij egens]O frater,an perſequar eum,qui tibi iniuriã attulit,cum ego indigeam auxilio?q.d.non poſſum,non enim poſſum tibi ad uindicandis iniurias auxilium afferre,cum ego ipſe egeam auxilio. [An regno].ſ.meo.[Cuius].ſ.mei.Ordo,An ego conſulam regno cuius poteſtas uitæ , & necis pendet ex alienis opibus,vita inquit mea & mors ex aliorum pendet auxilio. Nã ſi mihi affertur auxilium,uiuam,ſi negatur auxiliũ,moriar.[Ex opibus alienis.].i.ex præſidio alieno.[Vtinam emori .fortunis meis honeſtus exitus eſſet,ne viuere contemptus uiderer,ſi defeſſus malis iniuriæ conceſſiſſem]Vtinam inquit pro dignitate mea honeſte mori poſſem,ne turpiter,& cum dedecore viuere videar,ſi malis defatigatus iniuriam prohibere,& ſuperare non ualens, in regnum non rediero. Atque ita,neque mihi viuere placet,neque mori poſſum ſine dedecore. Adherbal in eo ſtatu,quo erat,nec mori,nec viuere honeſte poterat,quia regno , & dignitate,& fortunis omnibus ſpoliatus tanquam homo priuatus, turpiter cum dedecore & vixiſſet,& mortuus eſſet. Quia ergo neutrum honeſte facere poterat,medium quoddam petit à Senatu,Pop.Q.Rom.vt præſidio eius reſtituatur in regnum,[Vtinam emori]i.vtinã mors eſſet honeſtus finis ſtatui meo,& hoc eſt quod dicit.]Contemptus].i.neglectus ſpretus.[Iniuriæ conceſſiſſem,.]Id eſt locum dediſſem iniuriæ.quid eſt locum dare iniuriæ, niſi vinci ab iniuria, & iniuriam ſuperare non poſſe

Nunc neque viuere libet,quia regno pulſus, & fortunis omnibus ſpoliatus cũ dedecore viuo [Neque mori licet].i.nec mori poſſum ſine dedecore eadem ratione.ſ. quia ſecundum dignitatem generis mei,regno omiſſo , & fortunis omnibus priuatus mori non poſſem.[Subuenite mihi miſero,ite obuiam iniuriæ]Diſſolutio eſt,quę fit,cum oratio coniunctionibus ex medio ſublatis ſeparatis partibus,effertur [Ite obuiam iniuriæ] i.iniuriam prohibete,arcete.repellite [Regnum Numidię ,quod veſtrum eſt] Quo id eſt ualidiſſimum argumentum,& primum,& vltimũ ponit. Vult enim hoc inhærere animis auditorum ,regnum Numidię eſſe non ſuum,ſed Populi Romani. Per ſcelus & ſanguinem cædem fratris ſui à Iugurtha perpetratam notat,ut animi auditorum contra Iugurtham ad indignationem , & odium concitentur,[Tabeſcere,]Id eſt corrumpi.

PATRES conſcripti]Oratio Adherbalis ad ſenatum,ſi ſi nem eius ſpectamus,in deliberatiuo genere,tamen demonſtratiui habet partes,quia præterita narrat. Beneuolentiam à perſona propria captat narrando incommoda ſua,& à rebus ipſis,cum dicat Numidiæ regnum eſſe in Pop.Rom poteſtate.[Similiter à perſona aduerſariorum , nouiſſime à perſona auditorum. Arg.ſumitur ab honeſto.honeſtum eſt enim Pop.Rom.ſocium & amicum defendere. nec non à regno expulſis auxilium præſtare,& à facili,quia ò P.C.magni & opulenti eſtis & omnia ſecundæ & obedientia vobis ſunt. Narrat, & confutat. Nouiſſime cum miſeratióne concludit,vnam habet exornationem, in quã immoratur.[Moriens] Morientis enim verba maximum habent effectum vt his carminibus demonſtrat Auguſtus, Sed legum ſeruanda fides,ſuprema voluntas Quod mandat fieriq́,iubet parere neceſſe eſt.[Præcepit] Mandauit.[Quã maximo]Valde vſui P.R.Pater.ſ.præcepit vt ducerẽ &c.[Si feciſſem ea]Si obſequi bilis vobis fuiſſem, [Agitarem]Cum effectu agerem.[Contempto ueſtro imp.]Quia regnum quod habemus nobis à P.R.conceſſum eſt, quod tamen in eorum poteſtate eſt.[A ſtirpe]A maioribus,nam ſolent poſteri factionibus quibus & parentes fauebant fauere.[Ergo à ſtirpe].i. natum non factum ex tempore. [Eo miſeriarum] Ad tantas miſerias. [Deſideranda]Petenda. [Vti debitis]Quia amicitia debet eſſe mutua.[Vteter].ſ.beneficijs.[Probitas]Innocentia.[Per ſeipſa]Sine armis .[In manu] In promptu,differt à ſub manu. Nam ſub manu dicitur ille,qui ſemper habet conſilium paratum ad prouidendũ aduerſis.[Quialis[Quam ſceleſtus.[Oneri]Quia prius à vobis peto ſubſidium quàm tribuerim.[Vſui].i.commodo. [Societatem]Confœderationem.[Fides eius].ſ.familiæ noſtrę[Fortuna]Opulentia.[Impetrandum]Obtinendum auxilium.[Res genere]Quia non occupaui hoc armis nec ex ipſo aliquem expuli.[Defor.[Quia vt ait. Sen grauiſſimum eſt de regno cadere. [Defor.]Sordidatus. [Ærumnis] i.laboribus corporis. Ærumnæ corpus affligant ait Hieron. Apuleius. Aerumnulas appellat quaſdam furculas quibus viatores vtuntur ad ſuſtentãdum onus cum defeſſi ſunt.[Inops] Omnium indigens . [Per ſcelus] Per cædem. [Dedit] Dono conceſſit [Vobiſcum]Cum Scipione. [Veſtra beneficia]Munera.[Iniuria mea]Quia non ſolum ego ſum deſpectus. ſed & vos nam imperium ueſtrum nobis eripiunt.[Heu miſerum]Apoſtrophat ad patrem & ſubijcit indignitatem [Huccine] Venerunt ad hunc finem.[Stirpis]Legitimorum filiorum.[Nunquã] Expolitio eſt tota.[Iure omnia]Quia quicquid mali hoſti ab hoſte infertur , iure patitur.[A latere]In confinibus & vos procul. nec tam cito auxilium nobis præſtabatis.[Peſtis] Carthaginis imperium. [Lęti]Quia non habebamus hoſtes.[Iuſſiſſetis]Nã nullus hoſtis nobis erat, niſi quem vos volebatis , quia ſi quiſpiam vobis hoſtis erat ,& nobis,quia ſumebamus arma contrà ipſum pro veſtra defenſione.[Fecit prædam]Occupauit . [Poſt vbi[Ordo eſt, Iug.fecit me extorrem, exulem patria,domo inopem, & eo opertum.i.onuſtum omnibus miſerijs , dico me expect.nihilominus quam uim aut bellum, ſicuti videtis, in ueſtro imp.poſtquam nequiuit capere me in eiſdem dolis.[Vt vbiuis] in omni parte. Adeſſet]Paratus eſſet.[Coniunctũ]Nobis amicus.]Impias]Sceleratas.[Extincta]Perdita. [Erat neceſ[Quia vt ait Horatius,& calcanda ſemel via leti [Quem] .ſ.Iugur. propinquum.[Abiecti] Dari laniandi . [Grauiorem]Peiorem. [Etiam ſi ſta.]Scilicet bona.Iniurias eius]Scilicet Iugurthæ, alius codex ita legit,quibus pro mag.Imperij ius & iniuria &c. [Solus ſine] Cognatis.[Appellem] Inuocẽ [Inſtituit]] Hęredes reliquit.[Mutaretur ,]Scilicet Pop. Rom . qui nunc proſperam habet fortunam aliquod in commodum pateretur . [Virtute].i.fortitudine . {Dijs volentibus] Opitulantibus . [Curare] Repellere.[Magni]Potentes Priuata]Cum ſingulis Romanis.

MARL.

[Tran-

[Tranſverſos] Præter iuſtitiam. [Parum cognoſ.] Quia Iugurthæ præſidia parum cognoſcitur. [Quos] ſ. priuatos. [Summa ope.] Manibus. [Singulos] i. ſeparatim. [Licuerit] Facultas fuerit. [Aliquando] Poſt longas calamitates. [Oratur] Veniat. [Ferox] Inſolens. [Iamiam frater] Nunc obijcit fratris imaginem tanquam miſeriarum ſpectaculum. [Animo meo] ſ. es. non potes enim à mente mea auferri. [Immaturo] Ante tempus. [Fugam] Quia non es coactus fugere vt ego. Sed amiſiſti i. euitaſti fugam. [Nō regnum] Quia imperante periſti. [Infelix] Siniſtro fato genitus. [Præcipitatus] Ex inopinato deuolutus. [Spectaculum] Suum exemplo quam mutabilis ſit fortuna. [Egens auxilij tuas in] Qui mihi ſuccurrere non poſſum, quo modo vlciſcar tuas iniurias. [Regno conſulam] Inſiſtam vt regnum recuperarem. [Pendet ex &c.] Duco ſpiritum precarium. Illi dicuntur ducere ſpiritum precarium quorum vita eſt in poteſtate alicuius [Conceſſiſſem] Locum dediſſem. [Neque mori licet ſine d.] Non datur honeſta mors mihi, dicerent enim mortales me non fuiſſe conſtantem & propterea exceſſiſſe humanis vt pericula & miſerias euitarem. [Per liberos] Per beneuolentiam qua proſequimini filios veſtros. [Eſt veſtrum] Quod olim Maſiniſſæ donaſtis. [Tabeſcere] Deficere.

CETERVM ius & imperium eius penes vos eſſe] Eius, nō eſt in omnibus vetuſtis, nec ſenſus magnopere requirit, nam genitiuus ille regni Numidiæ, huc eſt referendus qui anteceſſit. Sic paulo poſt. [Quæ præcepta patris mei cum agitarem] τὸ Mei, non eſt in omnibus vetuſtis & eſt ab literatore forſan aliquo adiectum, qui voluerit explicare, quo de patre loqueretur. proinde ac ſi non id ſatis è ſuperioribus planum perſpicuumq́. foret. Talia permulta paſſim ſunt cum in Saluſtio, tum in ceteris ferè omnibus adiecta. Id quod facile ſentit, qui ſcripta veterum diligenter euoluit. Ne quid tamen diſſimulem, eſt in manuſcriptis duobus hoc loco, parentis mei. Mox. [Contempto veſtro imperio] Manuſcripta, contempto imperio veſtro. vt pronomen ſequatur, quomodo & Badianus codex. Mox. [Etiam à ſtirpe ſocium atque amicum P. R.] Manuſcriptum, ab ſtirpe. Hoc autem ideo Adherbal, quod Maſiniſſæ nepos eſſet, qui rex, ſociusq́ue, & amicus fuerat ab ſenatu appellatus. Cuius nominis honorem & paucis admodum & pro magnis erga ſe regnum meritis atque officijs dare Pop. Rom. conſueuit. [Quibus vtinam non egerem] Non eſt in vllo vſpiam manuſcripto, quod ſciam, illa optandi particula Vtinam, ac mea, quidem ſententia rectius eadem abeſt. Qui locum expenderit, ſi cuius modo eſt in literis iudicij mecum haud dubie faciet. Nec exemplar eam Beroaldinum habet. [Secundum ea ſi deſideranda erant, vti debitis vteret] Codices quidam in pergamenis deſcripti, conſentientibus & impreſſis nonnullis, interq́. hos eo qui à Pincio eſt Venerijs excuſſus, Sed ea ſi deſideranda erant. Verum priorem lectionem eſſe veriorem, è Priſciano liquet. Is enim libro 13. de præpoſitione agens, Secundum, inquit, quādo, pro κατὰ & μετὰ accipitur, loco præpoſitionis eſt. Saluſtius in Iugurthino, Secundum ea, vti debitis vteret. Lucanus 8. ſecundum Aemathiam lis tanta datur. Ita Priſcianus, videlicet hoc dicit, Secundum in Saluſtij exemplo, poſt vel proxime ſignificare in Lucani, pro. Vt mirari ſatis non queam, quid ille ſibi velit, qui pro ſuper accipi annotauit, quem in ſcopulum tamen & Thomas Linacer impegit. [Sed ſi ad impetrandum nihil cauſæ haberem] Illa particula. Sed non eſt in codicibus manuſcriptis, nec in ceteris impreſſis. Mox. Nunc deformatus ærumnis, inops, alienas opes expecto] In alijs eſt, experto. Vtrunque mea quidem ſententia ſic quadrat, vix vt notis, vtrum alteri præferas niſi quod prius illud eſt in codicibus manuſcriptis. Cic. ad Atticum, Cæſar iam opes meas, non vt ante opem expectat. Idem alibi, auxilium expetere dixit, quomodo & Terentius in Andria, auxilium expetens. [Heu me miſerum] In tribus manuſcriptis eſt, Eheu. nec aliter citare Probus videtur. quo loco docet, hanc interiectionem etiam liberæ à numeris orationi, & cum primis hiſtoriæ conuenire. Quanquam autem Valla hanc particulam nulli caſui ſeruire docet, eſt tamen inuenire vbi cum accuſatiuo iuncta ſit. Terentius in Phormione, Eheu me miſerum, inquit. Et Cicero in oratione antequam iret in exilium, Eheu conditionem huius temporis. Sed Virgilius nullum ei addit caſum in Buc. Eheu quod volui miſero mihi. & iterum, Eheu quā pingui macer eſt mihi taurus in eruo? Sed nec Tibullus, Eheu diuitibus video gaudere puellas. Idem, Ferreus eſt eheu, quiſquis in vrbe manet. Sunt qui & hoc & ſimilibus locis, heu heu legere malint. Sanè codex Merſeburgenſis hic habet, Heu heu miſerum, & eodem modo Florentinus. Verum, ne quid diſſimulem, & heu ſine caſu ſæpenumero ponitur, vt apud Ciceronem, Heu quàm diſpari domino dominaris. Virg. Heu fuge nate dea, &, Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis. ſic ſæpe alias, velut 2. Aen. Heu quæ nunc tellus inquit, quæ me æquora poſſunt accipere? & 4. Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem Audeat affatu? &, Heu furijs incenſa ferox. [Semper ne in ſanguine, ferro, fuga verſabitur?] Manuſcripti codices & impreſſi quidam, Verſabimur habent. Id mihi quidem magis arridet. [Hoſtis à latere, vos amici procul] In manuſcriptis eſt, hoſtis ab latere, idq́. melius. [Læti pacem agitabamus, quippe quibus nullus hoſtis erat] In manuſcriptis eſt, quis hoſtis nullus erat. pro, quibus. Ita in Officijs Cicero, A quis male pugnatum eſt, inquit. pro à quibus. Saluſtius paulo ante, Legatos Romam mittit quis præcipit: Sic poſtea alicubi, Quis adiutoribus Regem aggreſſus, impellit vti aduerſum Rom. bellum incipiat. Rurſus. Quis omnia honeſta, atque inhoneſta vēdere mos erat. &, Quis omnia regnū aduerſa ſint. Mox. [Ecce aūt ex improuiſo Iugurtha intolerāda au.] Hæc vera lectio. Ceterum eſt in Merſeburgenſi, de improuiſo, ſed eodem planè ſenſu. Dicimus enim improuiſo, ex improuiſo, de improuiſo. [Cicero pro Muræna, Syracuſam improuiſo in caſtra Amilcaris irrumpunt] Idem in Verrem, Ex improuiſo ſi quæ res natæ eſſent. Sic & de improuiſo alicubi dixit. [Sicut videtis, extorrem patria] Fabricianum, ſicuti videtis, quomodo & alias ferè. [Vt in omnibus bellis adeſſet vobis] Manuſcripta, vti in omnibus bellis. Merſeburgenſe. adeſſent vobis, numero plurali. [Alter eorum necatus eſt] In Merſeburgenſi & alio quodam manuſcripto non eſt verbum ſubſtantiuum. Paulo poſt. [Alium alia clade oppreſſit] Manuſcriptum Fabricij, clades, conſentientibus & alijs duobus. Verum Merſeburgenſe, clade auferendi caſu. [Iniurias omnes] Legendum ex vetuſtis, omneis. [Nunc vero exul patria domo, ſolus, atque omnium rerum honeſtarum egēs quo accedam, aut quos appellem?] Manuſcriptum, atque omniū honeſtarum egens rerum. Eſt qui accidam hoc loco, non accedam legat, idque ex commentarijs in Terentium Donati. Accitat quidem in Hecyram Donatus locum Saluſtij quendam vbi is dixerit, Qua accidam, aut quo? ſed non hunc opinore bello Iugurthino. Itaque lectionem vulgatam relinquendam puto. Ceterum appellare hic eo plane modo accipitur, quo apud Ciceronem cum ait, Quem enim alium appellem? quem obteſter? quā implorem? &. Vos etiam atque etiam imploro atque appello ſanctiſſimæ deæ. Item, Quid agendum eſt] qui deus appellandus? cuius hominis fides imploranda? Ergo quos appellem Saluſtius, pro, quos inuocem? quorum fidem & miſericordiam implorem atque expoſcam? quibus opem auxiliumque petam? [Poſtremo Maſiniſſa ita nos inſtituit] In nonnullis eſt, Micipſa, vt de patre ſuo non auo loquatur. & ſic quoque Florentinū. licet aliter codices in membrana deſcripti. [Quos ego audio ſūma ope niti. Manuſcripta, maxime ope niti, quomodo, & Badianum exemplar & Beroaldinum, ſed eodem, ſenſu. pro, ſummis viribus [Omnibus malis excruciatus] In quibuſdam additur, Ipſe. [Mox, Graues pœnas reddat] Legendum, graueis. [Tamen lætandum magis, quàm dolendum caſum tuum puto] Manuſcripta, quam dolendum puto caſum tuum. [Cuius vitæ neciſq́. poteſtas ex alienis opibus pendet] Manuſcripta, ex opibus alienis, ut adiectiuum ſequatur. [Oro vos per liberos atque parentes ueſtros] In manuſcriptis non eſt Oro, neque in Beroaldino, ſed tantummodo Per vos per liberos &c. quæ lectio, haud dubium quo melior ſit. Nec aliter ferè Liuius ix. ſecundi belli Punici, Quibus per uos fidemq́. ueſtram P.C. priuſquam eorum ſcelus expietis, neq; in Italia, neq; in Africa quicq̃ rei geſſeritis.

SECVNDVM ea ſi deſideranda erant, vti debitis vteret] Obſcuriſſime hoc dictum eſt. Vetuſtiores codices habeban. Sed ſi ea deſideranda erant, &c. Ceterum uerba, quæ per duos deinde ſequuntur uerſus, etſi luculenta ſint, ſenſus tamen ad præcedentia nullam facit fidem. Nam probitas, quid ad præcedentia? qd deinde hæc verba, [Neque mihi in manu fuit Iugurtha qualis foret? Hæc ideo mihi annotantur, vt eo diligentius codices antiqui inſpiciantur. Nam non eſt mihi dubium multis in locis, temporum potiſſimum iniuria, ac ſciolorum quorundam audacia hunc auctorem mutilum, cuius exemplaria tam varia leguntur. Multa etiam diſſimulo, quia annotationes ſcribimus, non commentum. [Aut ex neceſſarijs aduerſa facta ſunt] Nō dixit neceſſarios maſculino, ſed neceſſaria neutra genere, vt imperia & ſeruitia pro imperatoribus ac ſeruis dicere frequenter claſſici ſcriptores ſolent. [Ne viuere contemptus videret] Omnes codices habent, Contemptus, atque ita etiam Soldus legit, quippe qui exponat. Contemptus. i, neglectus, ſpretus. Badius autem putat, GLA.

tat,

tar, contextus legendum eſſe. Quid illum mouerit, non hercle intelligo, Sed admonendus erat Lector, ſi forte alij aliud ſuccurreret, quod me fugerit. Idem Baldus non ita multo poſt, de L. Opimio, cum alij legant, Eum Iugurtha, tametſi Rom. in amicis habuerat, ipſe, In inimicis, pro In amicis legit, propter illud Tamen, quod proxime ſequitur, tamen accuratiſſime accepit, & habet ſanè ueri ſpeciem, ſed Lector iudicet.

Aſcen. · PATRES conſcripti. Hæc oratio in genere deliberatiuo verſatur, ſuadet.s. ſenatus vt ſibi ſuppetias ferre iubeat, oſtendēs id vtile & honeſte ac facile Rom. fore, vtile vt ſocius Rom. imperij permaneret. honeſtum, quia id pater & auus meriti erant. facile, quia dicturus eſt, Nos vti per ocium tuti ſimus in manu veſtra eſt Patres Conſcripti, qui ſic dicti ſunt, quia à Rom. primo erant cētum ſeniores ad rudiſcendum conſcripti, deinde alij cētū additi. qui omnes à ſimilitudine curæ, aut quòd ſeniores eſſent, Patres Conſcripti appellabantur. Ordo aut eſt, ò Patres Conſ. i. vos ſenatores Rom. Micipſa pater meus præcepit mihi moriens, & ita in ſuprema voluntate, cui quia ſerio enūciari creditur, plurimum auctoritatis iura tribuunt, vti. i. vt, ego exiſtimarem. i. cēſere putarem, tantūmodo procurationem. i. gubernationem, & non dñm, aut ueram poſſeſſionem regni Numidiæ eſſe meam. Ceterū. i. ſed ius & imperiū eius. ſ. regni, eſſe penes uos & P.R. in poteſtate uřa & P.R. & ita callide aſſerit Rom. debere regnum Numidię tutari vt ſuum Simul, ſup. pręcepit, vt ego eniterer eſſe vobis domi & militię. i. tam in pace quàm in bello, quā maximo vſui. i. ingentiſſimæ utilitati, & ſup. vt ducerem. i. reputarem, uos ſup. eſſe mihi loco cognatorum. i. conſanguineorum, & neceſſariorum, & loco affinium. i. acquiſitorum per legem. Et ſup. dicebat [nam id non præcepit] ſi ego feciſſem, ea quæ pręceperant, me habiturum ſup. eſſe in veſtra amicitia. i. per ueſtra amicitiam, exercitum, diuitias, & munimēta. i. præſidia & protectiones regni. Quæ præcepta patris. ſ. Micipſæ, cum ego agitarem. i. agitare inciperem, Iugurtha celeratiſſimo omniū [quos terra ſuſtinet, & ita captat beneuolentiam & commiſerationem ex odio & ſcelere aduerſarij ſui] expulit me nepotem Maſiniſſæ P.R. amiciſſimi & dum viueret veliſſimi, ſocium atque amicū P.R. etiam à ſtirpe, quia à patre & auo, expulit, inquit regno, & omnibus fortunis. i. poſſeſſionibus, & hoc veſtro imperio contempto. Atque ego ò patres conſcripti [quoniam etiam venturus eo miſeriarum. i. ad eas miſerias vt debeam à uobis auxilium implorare] vellem potius me poſſe petere à vobis auxilium ob mea beneficia. ſ. à me. i. vos collata, quam ob beneficia maiorū. ſ. patris & aui [ne putentur maiores tantum dicendi ubi cognationum noīa deſinunt] ac vellem maxima beneficia deberi mihi ſ. ob merita mea, P.R. quibus. i. beneficijs mihi debitis, utinā ego non egerem, & ita non cogerer ea repoſcere, ſed ſi ea. ſ. beneficia mihi debita à vobis, erant deſideranda. i. aliquando exigēda, ego vterer ſup. ipſis. i. veluti debitis. ſ. ſed quoniam probitas, i. proba & honeſta vita, eſt parū tuta per ſeipſam, neque fuit mihi in manu. i. in potentia, qualis foret Iugurtha, quaſi dicat licet ſedulo cauerim ne merito mihi ab illo iniuria fieret, tamen non potui cauere quin immerenti iniurius eſſet, & ideo ò Patres Conſcripti, ego confugi ad uos. i. ad auxilium veſtrum, quibus [quod mihi eſt miſerrimum. i. ſumma miſeria & ſummus cruciatus] ego cogor eſſe prius oneri quàm vſui. i. vtilitati. Ceteri reges recepti ſunt in amicitiam ſub. P.R. aut victi bello .i. poſtquam victi fuerant, [quod Cicero in Officijs pro laude Romanorum dicit] aut appetiuerunt veſtram ſocietatem in ſuis rebus dubijs. i. cum de rebus ſuis, deſperarent. Noſtra familia, quia auus Maſiniſſa, inſtituit. i. incœpit cum Populo Romano amicitiam, bello Carthaginien. quo tempore magis fides. i. Populo Romano vt in poſterum profit, erat petenda quàm fortuna, quia tunc maxime attrita ea res Romana non procedit autem vt dicatur eius ſ. familiæ noſtræ, licet cum ducentis tantum equitibus ad Romanos tranſierāt, vt Liuius inquit, quia longe plus momenti eſt ad pauperem po. tranſiſſe quam cum ipſe pauper eſſet, alter etiam non diceret contrarium Ceteris regibus. ſ. præterea ſi de familia ſua loqueretur diceret eorum, qui addit quorum, ſicut in pſalmo, Domus Aaron ſperauit in domino, adiutor eorum &c. In quo genere dicendi eſt locutio congrua in re non in voce quia domus & familia ponitur pro ijs qui ſunt de ea, quorum igitur familiarium noſtrorum nolite vos patres conſcripti me progeniem, & ſup. nepotem Maſiniſſæ, petere ſup. à vobis fruſtra auxilium. [Sed ſi &c] argumentatus eſt à iuſto & honeſto, nunc mouet ad cō miſerationem, ad quam elicienda Cicero multos adducit locos, quorum me primus eſt, cum oſtendimus in quibus bonis fuerimus, & in quibus malis nunc ſimus, quo loco nunc vtitur, eſt enim grauiſſimus. nam maximum genus infortunij eſt fuiſſe fœlicem dicit ergo, Sed ſi ego nihil cauſæ haberem ad impetrandum. ſ. quod petit, præter fortunam miſerandam. i. miſeratione dignam, quòd ego paulo ante rex exiſtens poten. genere, fama atque copijs, nūc deformatus. i. deturbatus ærumnis, calamitatibus, exiſtens inops, expeto opes alienas, tamen, id eſt nihilominus erat maieſtatis populi Romani, id eſt pertinebat ad maieſtatem Pop. R. proh bere iniuriam, neque pati regnum cuiuſquam. i. cuiuſcunque creſcere per ſcelus. i. per ſceleratum auſum. Tangit aūt Iugurthā cuius regnum] niſi Romani proſpexerint] incrementum ſumpturum ſit per duplex ſcelus, utpote per necē Hiempſalis, & expulſionem Adherbalis hæc conquerentis. [Verum ego his finibus eiectus ſum &c. Artificioſe quidem, conatur P.R. incitare contra Iugurtham, cum perſuadeat P.R. ab eo contēptum & quaſi expulſum eſſe ſuo regno, ſed id fruſtra, qm̄ plurimi largitionibus corrupti erant, vt eorū fateantur illud Ouidianum, Dat cenſus honores, Cenſus amicitias, pauper ubiq; iacet Ordo eſt, Verum i. ſed ego ſum eiectus cōtemptibiliter expulſus, his finibus [ſ. regni & patriæ ſuæ] quos P.R. reddit maioribus meis. ſ. auo Maſiniſſæ, vnde pater. ſ. Micipſa, & auus. ſ. Maſiniſſa expulere vna nobiſcum. i. cū vobis, Syphacem. ſ. regē potētem in Africa: & Carthaginenſes, Rom. noīs perpetuo hoſtes, unde dictum eſt quòd victis Carthaginenſibus & capto Syphace P.R. dedit Maſiniſſæ quaſcumque urbes & loca in Africa ceperat. Veſtra beneficia. i. quia à vobis orta etiam à vobis protegenda ſunt, ſunt erepta mihi, ò patres conſcripti, vos eſtis deſpecti, & contempti, & vilipenſi mea iniuria. i. per meam iniuriam aut in mea. i. mihi illata iniuria. Heu me miſerum, & eſt ploratio pathos mouens, ſimul cum apoſtrophe. i. conuerſione ſermonis ad abſentem, immo ad defunctum. ò Micipſa pater, Huccine. i. anne in hunc exitum, euaſere beneficia tua in Iugurtham collata, ut is. ſ. Iugurtha quem tu feciſti parem. i. æqualem, cū liberis. i. filijs legitimis tuis, & participem. i. coheredem regni, ſit potiſſimum. i. maxime omnium extinctor ſtirpis. i. progeniei & ſobolis tuæ? Ergó, etiam indignatiua uox noſtra familia nunquam erit quieta. i. in quiete, verſabimur ne ſemper in ſanguine ferro & fuga? Nos patiebamur iure. i. merito omnia ſæua. i. crudelia facinora belli. dum. i. donec Carthaginenſes fuerunt incolumes. ſ. in regno ſuo; quia tunc hoſtes erant à latere, & vos ò Rom. amici. i. qui nobis eratis amici, ſup. eratis procul, omnis ſpes ſup. noſtra erat in armis. Poſtquam illa peſtis. ſ. Carthago eſt eiecta ex Africa, [quod in gratiam Romanorum dicit] nos læti agitabamus pacem, quippe. i. vtpote, quibus nullus hoſtis erat niſi forte ille, quem vobis iuſſiſſetis ſup. à nobis pro inimico habēdum Ecce aut ex improuiſo, [Et ita mouet pathos ab eo quod eſt præter ſpem [Et bene vtitur in tali re Ecce] Iugurtha afferens. i. extollens ſeſe, audacia intoleranda, & ſcelere atque ſuperbia, fratre meo. ſ. Hiempſale, atq; eodē propinquo ſuo. ſ. Iugurthæ, quia patrueli, interfecto, fecit primum. i. primo regnum eius ſ. Hiempſalis prædam ſui ſceleris. i. per ſcelus ſuum obtentam. Poſt. i. deinde vbi nequiuit me capere in eiſdem dolis, quibus fratrem intercepit, effecit me expectantem. i. formidantem [ſicut ſperare pro timere capitur, vt Aen. 4. Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem] nihil minus, quia nequaquā expectabā] qui vim aut belliū in imperio veſtro. i. quæ, & quod inferretur mihi in veſtro imperio. i. regno quod à vobis tenebam. quidam legunt ex, & iūgunt ſequenti ſic, effecit me &c. extorrem ex imperio veſtro, ſed dicamus vt occepimus, effecit me ſicut videtis, [extorrem. i. exulem, patria ſ. communi, & domo. ſ. priuata,] exiſtentem inopem. ſ. ſine facultate & auxilio, & ſ. inſuper, coopertum. i. obrutum miſerijs. vt ego eſſem vbiuis. i. vbicūque locorū, tutius quā quam in regno meo. vbi maxime tutus eſſe debebam. Et ita aſſerit quod Maronianus Melibeus in Buc. Nos patriam fugimus. Ergo ò patres conſcripti, exiſtimabam. i. cogitabam ſic, vti, id eſt quemadmodum ego audiueram patrem meum, prædicantem. i. ſerio aſſerentem, eos, qui colerent. i. fouerent & conſeruarent diligenter amicitiam veſtram, ſuſcipere multum laboris, quia Rom. tunc multos habebant inimicos, ceterum. ſ. ſed eſſe maxime tutos ex omnibus. ſ. pop. i. inter, omnes populos. Familia ſup. noſtra. i. pater & auus, præſtitit id quod fuit in familia noſtra. i. in poteſtate eius, videlicet vti. i. vt adeſſet. i. auxilio eſſet vobis in omnibus bellis ſ. Numantino & Carthaginenſi, & eſt in veſtra manu. i. in poteſtate veſtra, vti. i. nos ſimus tuti ab inſidijs Iugurthæ, per ocium, i. dum habemus ocium ab hoſtibus. Patres conſcripti vt ſeratis ingratitudinem Iugurthæ, & ita tacite ab ingratitudine aduerſarij beneuolentiam captat. Pater. ſ. Micipſa, reliquit nos duos fratres. ſ. Hiempſalem, & me Adherbalem, & ratus eſt Iugurtham

gurtham, fore, id eſt futurum eſſe tertium. ſ. fratrem coniunctum nobis, beneficijs ſuis. ſ. patris. i. per adoptionem, alter. ſ. fratrum quos pater reliquit, eſt necatus. ſ. ferro militum Iugurthę, & ego ipſe vix effugi impias ma. alterius. ſ. Iugurthæ, ceterum, quia alter de duobus dicitur, legamus non alterius, ſed alter eius, vt ſit, ego ipſe alter. ſ. duorum fratum via effugi impias ma. eius. ſ. Iugurthæ. Quid agam? color eſt qui vocatur ſubiectio, qua quærimus quid contra nos dici poſſit. deinde ſubijcimus id quod oportet dici, aut non oportet, aut quod nobis adiumento futurum ſit, aut adverſarijs obſuturum. dicit ergo, Quid agam? aut quo potiſſimum accedam? ego iuſſæ. omnia præſidia. i. auxilia de ſenſoria generis noſtri ſunt extincta. Pater. ſ. Micipſa, conceſſit naturæ. i. naturali diſſolutioni, vti. i. quemadmodum erat neceſſe neceſſitate fatali aut naturali, propinquus, ſ. ſanguine Iugurtha quem minime decuit, ſup. id facere, eripuit fratri. ſ. Hiempſali vitam per ſcelus, quia parricidium ob auaritiam & inuidiam commiſit, & ipſe Iugurtha oppreſſit affines & ceteros amicos meos, & propinquos, alium alia ela. i. diuerſos diuerſa nece., pars. i. ipſi partim ſunt capti à Iugurtha, pars. i. partim ſunt acti, id eſt ſublati in crucem, pars. i. partim ſunt obiecti beſtijs, vt ab eis deuorentur, pauci quibus anima. i. vita eſt relicta, clauſi in tenebris. ſ. carcer. aut latebris, exigunt. ſ. educunt violenter cum mœ. & luctu vitã grauiorem, id eſt moleſtiorem morte. [Sed ò patres conſcripti ſi.] Id eſt tametſi omnia. ſ. præſidia, quæ ego aut amici per violentiam Iugurthæ, aut quæ facta ſunt mihi aduerſa. i. hoſtilia & inimica maneret mihi, incolumia. ſ. ſalua & fauorabilia, tamen ſi quid. i. aliquid mali. i. aduerſi accidiſſet mihi ex improuiſo. i. præter opinionem, ego implorarem. i. quodam ploratu & quadam querimonia in auxilium meum vocarem vos, quibus eſſe curæ decet ius & omnis iniurias, quæ à quocunque fiunt, pro magnitudine imperij, propterea quòd ius autem habetis imperium, decet vos curare ius cuiuslibet, vt vnicuique tribuatur quod ſuum eſt & omnis iniurias, vt eas à violentia illatas repellatis, quia duplex eſt officium iuſtitiæ, alterum nulli iniuriam inferre, alterum ſi poſſis propulſare, & quia id olim Rom. faciebant ideo dicit 2. Officiorũ Cic. quòd illud (.ſ. imperium Rom. patrocinium orbis terræ verius quàm imperium poterat nominati. [Nunc vero exul patria] Argute docet ſe id neceſſitate cõpulſum facere, quod etiam ſi nulla ſit neceſſitas facturus fuiſſet. Neceſſitatem autem in eo oſtendit, quòd alibi nullum norit pręſidium, vnde lamentando & queritando dicit, Nunc vero carẽs exul. patria. ſ. communi, & ſup. domo priuata niſi ſic domo patria, i. paterna & auita, carens ſolus. i. ſine comitatu & præſidio (quod quia regibus non conuenit, illis futuræ mortis omen eſt quoties per ſomnum ſoli videntur abire. unde Aened, 4. de Didone, Semperque relinqui Sola ſibi, ſemper longam incomitata videtur Ire uiam, & Tyrios deſerta quærere terra) Atque egens omnium rerum honeſtarum. i. ad honorem regium aut regalem pertinentium, quo. i. ad quos, aut quem locũ accedam, aut quos appellem (. patronos auxilii ne pro ep, appellem nationes. i. uicinos populos, an reges. ſ. confines?: qui. ſ. reges & nationes, ſunt omnes infeſti. i. uim inferẽtes & nociui (niſi legatur infenſi. i. ira ei quia læſi) noſtræ familiæ. i. domui, ob. i. propter ueſtram amicitiam, quia eam coluimus & colimus. An licet mihi adire quoquã. i. quouis gentium, ubi non ſunt plurima monumenta. i. indicia & ueſtigia hoſtilia. i. hoſtilitatis maiorum meorum? q. d. non quia ubique extant oppida, caſtella, pagi aut uillæ ab eis uaſtata. An quiſquã, qui aliquando fuit hoſtis nobis, poteſt miſerere noſtri? q. d. non eſſe ueriſimile. Poſtremo. i. denique ò partes conſcripti. Micipſa. ſ. pater meus inſtituit. i. moribus imbuit & erudiuit nos ita, ne coleremus quem. i. aliquem regem, aut populum, niſi Pop. R. acciperemus ſocietatem ſup. nouam, neque noua fœdera. i. pacta pacis aut ſocietatis porca fede cęſa. i. ſacrificijs deorum quos teſtes inuocabant, percuſſa. i. percutiendo porcam inita, & ſup. dixit præſidia. i. defenſiones & cuſtodias, magna abunde. i. uſque ad abundantiam, fore. i. futura eſſe nobis, in amicitia noſtra. Sed ſup. dixit ſi fortuna mutaretur, quoque. i. etiam hoc. ſ. de quo loquor ut ſocius. q. d. noſtro imperio. i. ſi per aduerſam fortunam contigerit Rom. imperium occidere, ſicut (tempore Annibalis parum abfuit, ita tacite monet Rom. ea. ſuum mortalium, ut facilius miſeros miſerẽtur, iuxta quod dicit Dido, Virgil. Aen. 1. Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco) eſſe occidendum nobis. i. oportere nos occidere, una. i. pariter cum imperio Rom. Vos eſtis nunc uirtute. ſ. ueſtra, & dijs uolentibus. i. fauore deorum magni & opulenti. i. potentes, omnia ſunt ſecunda. i. proſpera, & obedientia. i. cedẽtia uotis ueſtris, quo. i. quocirca, licet. i. licitum eſt facilius ſup. vos curare iniurias ſociorum.

[Ego vereor tamen illud, ne priuata amicitia Iugurthę]. i. priuatim contracta, parum cognita, quia ſi cognoſceretur non timeretur, neque coleretur à quoquam, & ita nititur odium aduerſarij inducere; agat quos. i. aliquos veſtrum tranſuerſos. i. extra tramitem æquitatis & iuſtitiæ, quos. ſ. corruptos ego audio. i. intelligo niti. conari ſumma ope. i. tota poteſtate, ambire. i. per ambitum precari, & fatigare vos ſingulos, ne quid ſtatuatis de abſente. ſ. Iugurtha, & cauſa incognita, vt ipſi dicunt, & ita per occupationem purgat ea quæ ab aduerſarijs obijci poſſent. Et ſup. dicere, me fingere verba. ſ. accuſatoria, & ſimulare fugam, cui. ſ. mihi liceret manere in regno. [Quod vtinam videam illum]. ſ. Iugurtham (cuius impio facinore, ego proiectus ſum in has miſerias) ſimulantem hæc eodem, ſicut ſup. ego ſimulo. i. vtinam iam vere proiectus eſſet è regno vt ego ſum. & cura rerum humanarum. i. vt res humanę recte & iuſta ſe habeant, oriatur aliquando. i. tandem aut apud vos, vt apud deos immortales, (quod Stoici optat, nam Epicurei, Nec curare deum credunt mortalia quenquam.) & illa ipſe. ſ. Iugurtha, qui nunc eſt. i. habetur ferox atque pręclarus, ſceleribus ſuis ideſt per ſcelera ſua, excruciatus omnibus malis. i. aduerſitatibus & pœnis, reddat graues pęnas impietatis. i. propter impietatem in parentem noſtrum & necem fratris mei Hiẽpſalis, & mearum miſeriarum. i. propter miſerias meas. [Iamiã] Facit apoſtrophem ad fratrem occiſum dicens, Iamiam. i. potiſſimum iam, ò frater ſ. Hiẽpſal, chariſſime animo meo, quanquã vita eſt erepta, tibi immaturo, quia flore ætatis, immo ineunte iã adoleſcentia. [Et vnde]. i. ab illo, abs quo decuit minime. ſ. eam tibi eripi, quia patruelis & fratre adoptiuo, beneficio patris in regni parem accito, tamẽ ego puto caſum tuum magis lætandũ. i. lętitia proſequendum, quàm dolendum. quia lætor duo paſſiue ponitur, ſunt qui legant ob caſum. Cauſam affert dicens, Nõ enim amiſiſti tãtum regnum quod bonum videbatur, ſed amiſiſti ſimul cum anima. i. vita, fugam, exilium, egeſtatem, & omnes has ærumnas. i. calamitates & miſerias, quæ premunt me. Et eſt ſummi doloris indicium optare mortem, vt Aen. O terque quaterque beati, Quis ante ora patrũ Troiæ ſub mœnibus altis Cõtigit oppetere &c. At ego infelix pręcipitatus ex patrio regno, quaſi dicat ex ſumma fœlicitate in tanta mala, præbeo ſpectaculum. i. ſpeculum rerum humanarum, q. d. tragicum argumentum, exiſtens incertus quid agam, ne pro an ego proſequar. i. vlciſcar tuas iniurias, exiſtens ipſe egens auxilij, an ego conſulam. i. conſilio proſpiciã regno. ego (inquit) cuius vitæ & necis, hoc eſt mortis violentæ, poteſtas pendet ex opibus. i. potentia alienis, quia ſi Romani adiutores fuerint, viuet, ſi deſtituerint eum, necãdus videtur. Soldus legit per ſubiectionem interrogatiue ſic, Incertus ſum quid agam, Tuas ne iniurias perſequar? Ipſa auxilij egens. An regno conſulam? Cuius &c. vt ſit ordo, Ego ſum incertus quid agam. O frater perſequar ne tuas iniurias quaſi dicat non, quia ipſe ſup. ſum egens auxilij. An conſulam hoc eſt proſpiciam & proſim regno? quaſi dicat non, quia is ſum cuius &c. Vtinã emori, hoc eſt e attingui eſſet honeſtus exitus fortunis meis. ſ. aduerſis. Alij habent poſſem, vt ſit vtinam poſſem emori, & ſup. ſic honeſtus exitus eſſet fortunis meis, ne ego viderer viuere contemptus ſed melius contentus ſcribetur, ne ego viderer contentus viuere, ſi ego defeſſus, hoc eſt defatigatus malis. i. aduerſitatibus, ceſſiſſem iniurię. i. vtinam honeſte mori eſſet, ne putaret contentus viuere ſi ceſſiſſem iniuriæ non redeundo in regnum, quia defeſſus malis. Nunc neq; libet mihi viuere, quia turpe eſt, neq; licet mori ſine dedecore, quia turpe eſſet defeſſum malis regẽ cedere iniuriæ, P. C. ego obteſtor per liberos atque parẽtes vros. per maieſtatem P. R. ſubuenite mihi miſero, ite obuiam iniuriæ, nolite pati regnum Numidiæ, quod eſt veſtrum, tabeſcere. i. corrũpi per ſcelus. ſ. Iugurthę, & ſanguinẽ familiæ noſtrę.

POSTQVAM rex finem loquendi fecit, legati Iugurthę largitione magis, quam cauſa freti, paucis reſpondent; Hiempſalem ob ſęuitiam ſuam à Numidis interfectum, Adherbalem vltro bellum inferentem, poſtquam ſuperatus ſit. queri, quòd iniuriam facere nequiuiſſet, Iugurtham ab ſenatu petere, ne ſe alium putarent, ac Numantiæ cognitus eſſet, neu verba inimici ante facta ſua ponerent, Deinde vtriq; curia egrediuntur. Senatus ſtatim cõſulitur, fautores legatorum, preterea ſenatus magna pars, gratia deprauata Adherbalis dicta contemnere, Iugurthæ virtutem laudibus extollere, gratia, uoce, deinq; omnibus modis pro ale-

no

no ſcelere, & flagitio, ſua quaſi pro gloria nitebantur. At contra pauci, quibus bonum & ęquum diuitijs charius erat, ſubueniendum Adherbali, & Hiempſalis mortem ſeuere vindicandam cenſebant. Sed ex omnibus maxime Aemilius Scaurus, homo nobilis, impiger, factioſus, auidus, potentiæ, honoris, diuitiarum, cæterum vitia ſua callide occultans. Is poſtquam videt Regis largitionem famoſam imprudentemque, veritus (quod in tali re fieri ſolet) ne polluta licentia inuidiam accenderet, animum à conſueta libidine continuit. Vicit tamen in ſenatus pars illa, quæ vero precium, aut gratiam anteferebat. Decretum fit vti decem legati regnum, quod Micipſa obtinuerat, inter Iugurtham & Adherbalem diuideret. Cuius legationis princeps fuit L. Opimius, homo clarus, & tum in Senatu potens qui conſul C. Gracchó, & M. Flacco interfectis, accerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat. Eum Iugurtha, tametſi Romæ in amicis habuerat: tametſi accuratiſſime accepit dando, & polſicendo multa perfecit, vti famæ, fidei, poſtremo omnibus ſuis rebus, commodum regis anteferret. reliquos legatos eadem via aggreſſus, pleroſq; capit, paucis charior fides quàm pecunia fuit. In diuiſione regni, quæ pars Numidiæ Mauritaniam attingit, agris viriſque opulentior, Iugurthæ traditur, illam, ſpecie, alteram quàm vſu potiorem, quæ portuoſior, & ædificij magis exornata erat, Adherbal poſſedit. Res poſtulare videtur Africæ ſitum paucis exponere: & eas gentes quibus cum nobis bellum aut amicitia fuit, attingere. Sed quæ loca, & nationes ob calorem aut aſperitatem: item ob ſolicitudines minus frequentata ſunt, de his haud facile compertum narrauerim cętera, quàm pauciſſimis obſoluam.

SOLD. POSTQVAM] Finita oratione Aherbalis dicit, quid ex altera parte legati reſponderint. [Largitione] Quam fecetant, vt ſupra dixit. Cum cauſa eorum turpis erat. [Freti] Confiſi. [Paucis].i. cum paucis verbis. [Hiempſalem ob] Hoc falſum eſt. [Adherbalem vltro bellum inferentem] Et hoc quoque eſt falſum. [Vltro].i. ſponte, cum prouocatus non eſſet. [Quæſti] Pro conquæſti. [Adherbalem] Per omnia ſubauditur reſpondent vel dicunt, nam reſpondentes dicebant. [Ac Numantiæ cognitus eſſet] Virtutem Iugurthæ in bello Numantino monſtratam in memoriam reducunt. [Ac] Pro quàm. [Vtrique] Et rex, & legati. [Curia].i. ſenatu. [Conſulitur].i. rogatur. Nam qui ſenatum rogabat, propoſita re, de qua deliberandum eſſet, vnumquenque ſenatorem rogabat, vt ſententiam ſuam diceret, deinde, cum ſuper ea re ſatis dictum videretur, ſenatores in ſententiā mittebantur. Nam ab vna parte curiæ, in alteram partem transferebantur. Et hoc erat ire pedibus in ſententiam, quidquid maior pars decreuiſſet ſcriptis notabatur Et id tale dicebatur ſenatuſconſultum, vel Decretum ſenatus. [Deprauata gratia].i. ficta & corrupta ipſa gratia, ſiue per gratiam. [Contemnere dicta Adherbalis] Pro contemnebant. [Extollere Iugurthę virtutem] Pro extollebant, id eſt laudabant. [Nitebantur pro gloria,] Id eſt certabant. [Pro alieno ſcelere,] Scilicet ipſius Iugurthæ, ita contendebant pro ſcelere Iugurthæ, vt ſcelus Iugurthæ defenderent qui & Hiempſalem interfecerat, & Adherbalem regno ſpoliauerat. [At contra bonum & æquum,] Id eſt honeſtum, & iuſtum, id eſt honeſtas, & iuſtitia. [Seuere,] Id eſt iuſte, & pro merito vindicandum, id eſt puniendum. [Cenſebant] Iudicabant. [Sed ex omnibus maxime Aemilius Scaurus] Scilicet cenſebat. Super omnes Aemilius Scaurus cenſebat Adherbali eſſe ſubueniendum. & Iugurtham eſſe puniendum, qui Scaurus, quamuis auarus & diuitiarum cupidus eſſet, tamen non permiſit ſe à legatis pecunia corrumpi, quia videbat eam largitionem tam aperte & imprudenter fieri, vt inuidiam in eos qui corrupti eſſent, accendere poſſet. Mores autem Scauri deſcribit, hac de cauſa, quia cum diuitiarum & potentiæ cupidus eſſet, mirum videtur, quòd & ipſe non fuerit à legatis largitione corruptus. Sed Saluſtius cauſam oſtendit, quare non permiſerit ſe corrumpi, & dicit, Scaurus quidem erat potentiæ cupidus & diuitiarū, ſed ſua vitia callide & aſtute occultabat. Nolebat enim, vt omnes vitia ſua intelligerent. Et ideo cum videret eam largitionem quam legati Iugurthæ faciebant, eſſe nimis apertam, & imprudentem, ita ut inuidiā accendere poſſet, & continuit ſeipſum, & nihil pecuniarum à legatis Iugurthæ accipere noluit, & propterea libere contra Iugurtham in ſenatu locutus eſt. Et hoc eſt quod dicit [Homo nobilis] Ex gente patricia. [Impiger] In laboribus exercitatus. [Factioſus] Quia factiones amabat. [Auidus] Cupidus. [Callide] Aſtute, malitioſe. [Is poſtquam] Ordo eſt. Is veritus. ſ. id qđ ſolet fieri in tali re, ne polluta licentia accenderent nimiam inuidiam, continuit animum à conſueta libidine, poſtquam ille videt famoſam & imprudentem largitionem regis. [Regis] ſ. Iugurthæ, quam faciebant legati eius. [Famoſam].i. infamem, & turpem. [Imprudentemque] Quia nimis aperte, & imprudenter eam largitionem faciebant legati. [Veritus].i. timens. [Quod in tali re fieri ſolet] Sic enim euenire ſolet, ut eiuſmodi largitiones odium, & inuidiam pariant, quia corrumpunt verum animi iudicium. Nam cum homo vel pecunijs, vel munere aliquo, vel gratia corruptus eſt, non dicit quod ſentit & plerunque non ſentit, id quod ſentire debet. [Ne polluta licentia,] Id eſt ne turpis, & inhoneſta largitio. [Accenderet] Concitaret. Animum à conſueta libidine continuit. quia nihil à legatis accipere voluit. A conſueta libidine, nam ſupra dixit eum fuiſſe cupidum diuitiarum. Dicit tamen quamuis pauci ſenatores, & maxime Scaurus, cuius magna erat in ſenatu auctoritas cenſerent, Iugurtham eſſe puniendum, & Adherbali ſubueniendum, tamen fautores Iugurthæ vicerunt. ſ. ne quid contra ipſum decerneretur. uidelicet, ne pro tantis ſceleribus puniretur. Nam verebatur ſe regno, & uita ſpoliari, quemadmodū ipſe Hiempſalem interfecerat, & Adherbalem regno priuauerat. [Pars illa] Videlicet fautores Iugurthæ qui corrupti erant pecunia & qui præponebant pecuniam, & gratiam veritati. [Quæ vero precium, aut gratiam anteferebat].i. qui præponebat pecuniam & gratiā ueritati. [Vero].i. ueritati. [Decretum fit] Dicit quid decreuerit ſenatus. Decreuit ſenatus vt eligerentur decem legati ex Romanis, qui diuiderent regnum totum, quod Micipſa tenuerat inter Adherbalem & Iugurtham. [Qui conſul] Caio Graccho, & M. Ful. Flac. interfectis acerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat. Dicit quamobrem L. Opimius princeps illius legationis eo tempore fuerit potens in ſenatu. Hic Lucius Opimius accerrime pro dignitate, & partibus ſenatus contra plebē, & C. Gracchum tribunum plebis dimicauerat, cum eſſet conſul. Res autem ita geſta eſt, Caius Gracchus tribunus pleb. plures leges ad minuendam nobilitatis potentiam & ad conciliandam ſibi populi beneuolentiam tulit, ueluti de colonis deducendis, de ueſtibus publice militibus dandis ſine ſtipendiorum diminutione, de iunioribus decem & ſeptem annis ad militiam non cogendis, tulit & de ſuffragijs ſociorum, pares Italos, & ciuens conſtituens. Tulit, & frumentariam legem, de annona pauperibus aſſignanda. Tulit de iudicibus deligendis. Nam cum ſoli antea ſenatores iudicarent, ob eamq; rem à plebe timerentur, trecentos ex equeſtri ordine iudices adiecit parem ſenatoribus numerum ſtatuens, hæc lex potentiam ſenatus magna ex parte pręcidit, ac minuit. Vias, lapide laborato, & arenam ſumma diligentia muniuit. Ob hęc cum ſe ſumme gratum ſine à populo credidiſſet, Caium Fannium amicum ſuum ad conſulatum gratia & fauore ſuo prouexit. Ipſe trib. pl. ſecundo creatus eſt plebe id iubēte, ſine ulla ipſius petitione. Sed cum ſenatum ſibi infeſtum animaduerteret, Fannium uero conſulem ob id ipſum minus potentē, quia ſibi amicus erat, rurſus alijs legibus promulgatis, aīos plebis ſuſcitauit colonias Tarētum, atq; Capuam mittendas, & Latinos in cōmunionem ciuitatis uocandos, decernens. Sed cum L. Opimius factus conſul multas ex legibus à C. Graccho latis abrogare decerneret, erat. n. ei inimicus, ꝙ Graccho Fannium amicum ſuum in comitijs pręferret, repulſam antea acceperat, Gracchus multitudine collecta, aduerſus conſulem reſiſtere ſtatuit, amicis, & maxime Fuluio Flac. uiro cōſulari familiari ſuo, & in diuiſione agrorū, collega cohortante eum atq; incitante. Quo die Opimius de abrogandis legibus Gracchianis erat laturus, prima luce ab utriſq; Capitolium occupatur, ibi dum cōſul ſacra feciſſet, miniſter quidam Antillus nolc inteſtina aſportans, illis qui circa Fuluiū erant, dixit cedite bonis ciuibus mali ciues, quo dicto miniſter à Fuluianis ſtatim occiditur. Ea de re C. Grac. quidē indoluit. At L. Opimius conſul, quaſi data occaſione, ad ulciſcendum ſuos hortatus eſt. Imber ea die certamē diremit. Poſtero die cō-

ſul

MARI.

ſul ſenatum ſummo mane in curiam uocat, ibi dum de repub. ageretur corpus Antilli cum planctu ſecus curiā defertur, ſimulante conſule, id ſe mirari, ſenatu egreditur, & ad indignationē concitatus decreuit, vt Opimius conſul videat, ne quid reſp. detrimenti capiat, ille ſtatim iubet, vt ſenatus arma capiat, atque equites Romani ſinguli binos ſeruos cū armis poſtridie adducāt. At Fuluius contra ſe parare, & plebem colligere cœpit. Igitur poſtero die Fuluius cum armatis hominibus montem Auentinum occupat, hunc ſecutus eſt Gracchus triſtis nec armatus, ſed velut in forum iturus, togatus, paruo dūtaxat gladio accinctus, vbi Gracc. cum ſua multitudine ſe Fuluio coniunxit, cōi conſenſu miſerunt minorem filium Fuluij cum caduceo ad ſenatum, & conſilium, qui de concordia ageret, conſul Opimius reſpondit, ſi de concordia agere vellent, de Auentino deſcenderent, & ſe iudicio ſenatus permitterent, ac veniam poſtularent. Quod cū adoleſcens Gracchо & patri retuliſſet, ferunt C. Gracchum voluiſſe ad ſenatum deſcendere. Sed cæteris non probantibus, iterum remiſſus eſt adoleſcens cum mandatis ſimilibus. At Opimius pugnandi cupidus, puero in cuſtodiam tradito, cōtra Gracchum & Fuluium cū multitudine armatorum ac ſagittatorum Cretenſiū profectus aduerſarios prœlio commiſſo perturbat, & in fugam vertit. Fuluius in quoddam balneum ſe coniecit, ac paulo poſt deprehenſus cum maiore filio occiditur, Gracchus fugiens cum in templum Dianæ ſe contuliſſet, & ſibi ipſe vim inferre vellet, à Licinio, & Pomponio fideliſſimis familiaribus prohibitus eſt. Itaq; in fugam conuerſus cum aduerſarij iam a pontem ligneum illum iam aſſequerentur, Licinius, & Pomponius amici ſe obijcientes non prius quenquam tranſire permiſerunt, quam ipſi pugnantes occiſi ſunt. Cum C. Graccho ſeruus vnus aufugerat Philocrates, ac cum vniuerſi certatim eum hortarentur, nemo tamē auxilium præſtaret, nec petenti equum quiſquam concederet, & iam aduerſarij adeſſent, ſe in ſacrum dearum nemus proripuit. ibiq́ue à Philocrate ſeruo occiditur, qui primo dominum, deinde ſeipſum peremit. Caput eius abſciſſum, & Septumuleo quodam relatum, ſtatera deinde impoſitum librarum x. & vij. ac dimidiæ pondus traxit, detracto cerebro, & pro eo plumbo infuſo à Septumuleo, vt equum pondus auri de publico, vt erat promiſſum, acciperet. In eo certamine cæſa ſunt circiter tria millia hominum ex pleb. Corpora C. Gracchi, & Fuluij, & aliorum hominum in Tyberim proiecta ſunt, bonaq́ue eorum publicata, edictum eſt mulieribus, ne lugerent. [Acerrime victoriam nobilitatis in plebem exercuerat] Nam vt ſupra apparet Opimius conſul victor cum tota nobilitate tria millia hominum ex plebe occidit, & quod crudeliſſimum fuit, occiſos ſepultura ſpoliauit, cadaueribus in Tyberim proiectis. [Eſt Iugurtha] Opimius princeps legationis cum ad Iugurtham ueniſſet, ſplendide ſuſceptus eſt à rege, atque ab eo pecunia corruptus, commodum regis famę & fidei ſuæ antepoſuit. Obquam rem cum Romam rediſſet, cum ſummo dedecore in iudicio damnatus eſt, ut tradit Plutar. in uita Gracchorum. [Accuratiſſime] Diligentiſſime. [Perfecit] Obtinuit. [Famæ] Fidei, quia pecunia corruptus Opimius pluris faciebat commodum regis, quàm famam ſuam, & fidem. Nam in diuiſione regni meliorem partem Iugurthæ aſſignauit. [Eadem via] .i. eadem ratione. ſ. largitione pecuniarum. [Pleroſq́ue] Maiorem partem legatorum pecunia corrupit, pauci tamen ex ipſis corrumpi non potuerunt. [In diuiſione] Dicit meliorem partem regni per legatos Iugurthæ fuiſſe aſſignatam, pulchriorem uero Adherbali. [Quæ pars] Subauditur ea. ſ. pars Mauritaniæ, in qua habitant Mauri. [Illam alteram] Ordo eſt. Adherbal poſſedit illam alteram partem, potiorem ſpecie. i. pulchriorem, quàm vtiliorem. [Specie] .i. pulchritudine. [Quā vſu] .i. vtilitate. [Quæ portuoſior] Quia hæc pars plures portus habebat. [Res] .i. propoſitum. [Poſtulare] Exigere. [Sed quæ] Ordo eſt. Sed ego haud facile narraui compertum de his. ſ. locis & nationibus, quæ loca, & nationes ſunt minus frequentata, aut aſperitate aut ſolitudine ob calorem. De ſitu Africæ totius videtur eſſe dicendum, ſed quoniam in Africa loca ſunt, & nationes, ad quas homines accedere non poſſunt, propter aſperitatem, & ſolitudinem ipſorum locorum, quæ eſt in eis locis propter Solis calorem, ideo de his non dicam, quia de his veram non habemus cognitionem. [Ob calorem] Nam Africa in Meridie poſita eſt, & circa eam calor ſolis uehementer exæſtuat, adeo ut multa loca habitari non poſſint propter ſolis calorem, de quibus locis ſe facile dicere non poſſe affirmat. [Aut aſperitate] Aut ſolitudine minus frequentata. Conceptio generis eſt, nam neutrum genus concipit maſculinum, & fœmininum, ut hoc loco. Cum dixiſſet, loca, & nationes, intulit frequentata, & neutro reſpondit. Dicit enim ea loca non eſſe frequentata & celebrata propter locorum nimiam aſperitatem, & ſolitudinem, quæ eſt in eis locis, & hoc propter nimium Solis calorem, & ideo ad ea loca rariſſime homines accedunt, & propterea de his perfecta, & uera cognitio haberi non poteſt, & cum uera non poſſit haberi cognitio, de his dicit ſe non eſſe ſcripturum. [Compertum] Cognitum. [Cætera quam pauciſſimus abſoluam] .i. reliqua loca, uidelicet, quę ſunt frequentata, & de quibus poteſt haberi certa notitia, paucis uerbis exponam. [Quam pauciſſimis] .i. ualde paucis uerbis. [Abſoluam] .i. perfecte exponam. Nam abſoluere eſt perficere, ita ut nihil deſit. [Abſoluam] Id eſt dicam & exponam.

OB ſæuitiam] Ferocitatem animi ſui. [Fautores] Qui fauebant Iugurthæ. [Gratia dep.] Contaminata beneuolentia. [Voce] .ſ. qua exornabant laudes. [Quaſi pro ſua g.] tanquam pro maieſtate ſua certarent. [Callide] Prudenter. [Famoſam] Omnibus cognitam [Imprudentem] Inuerecundam. [Libidine] A cupiditate diuitiarum. [Accuratiſſime] Honorifice. [Pollicendo,] ſcilicet maiora. [Famę] honori. [Attingere] breuiter deſcribere. MARL.

LEGATIS Iugurthæ largitione magis quàm cauſa freti Melius, Legati caſu nominatiuo. id operatum eſt in curia commiſſum. [Mox, A Numidis interfectum] Codex Fabricianus, ab Numidis. [Paulò poſt, Sua quaſi pro gloria nitebatur] In manuſcriptis atque item impreſſis uetuſtioribus nitebantur, numero plurali. Id rectius eſſe puto. [Subueniendum Adherbali] Manuſcriptum ſubueniendum. Iam conſtat, ita ferè antiquos loqui ſolitos, ut in gerundijs loco E, uocalem V, frequenter ponerent. id quod paſſim in fabulis Terentij Plautique occurit. Sic apud iureconſultos familiæ herciſcendæ, finium regundorum, communi diuidendo. pro, herciſcendæ, regendorum, diuidendo. Annotauit hoc primo libro Priſcianus. Quanquam autem is hoc fieri dicat in his uerbis, quæ à tertia coniugatione naſcantur, tamen in quarta etiam fieri conſtat. Nec eſt Priſcianus male locutus. nam apud ueteres una eademque coniugatio erat tertia & quarta, id quod uel è Donati methodo liquet. Nam is ſolum tres coniugationes ponit. Vt omittam probum, Diomedem Victorinum, Seruium, qui idem faciunt. Quartam ipſi tertiam productam uocant, cuius & Phocas meminit. [Is poſtquam uidit regis largitionem famoſam imprudentemq́ue] Lege, imprudentemq́ue. Affinitas uerborum, locum errori fecit. Eſt autem in manuſcriptis. Videt tempore præſenti, contra quàm Gymnicus habet. Ibidem, [Veritus (quod in tali re fieri ſolet) nec polluta licentia inuidiam accenderent] τὸ Fieri, non eſt in alijs, ac ſi quid ego iudico, maiore cum gratia abeſſe poterit. Nec in manuſcriptis uoluminibus reperi. Sed & alibi Saluſt. Simulq́ue (id quod in tali re ſolet) alij portenta atque prodigia nunciabant. Deeſt fieri. [Tamen accuratiſſime accepit] Manuſcripta cuncta, recepit recte ne an ſecus aliorum eſto iudicium. Quanquam cum his & Beroaldinum facit. [In diuiſione regni pars Numidiæ] τὸ Regni manuſcripta non habent, & ex gloſa forte irrepſit. [Agris uiriſque opulentior] Manuſcripta quidem, agro uiriſq; quomodo & impreſſis quibuſdam eſt, & in ipſo Merſeburgenſi. [Paulò poſt, Et eas gentes, quis cum nobis bellum] Legendum ea uetuſtis, gentes. [Mox, Sed quæ loca & nationes, ob calorem & aſperitatem, item ob ſolitudines, minus frequentata ſunt] In manuſcriptis atque alijs uetuſtioribus eſt omiſſa præpoſitio, item ſolitudines. Id rectius eſſe puto.

POSTQVAM Rex loquendi finem fecit] Poſt orationē Adherbalis affert ſententiam reſponſorum per legatos Iugurthę qui magis in pecunia, quàm in facto aut iuſta cauſa domini ſui confiſi paucis reſpondebant querelæ iuſtiſſimę ipſius regis, id pro ſummo fundamento habentes, quòd Iugurthæ mores Scipioni Imperatori P.Q.R. iampridem ſatis noti eſſent. In qua monendi ſumus non nimium eſſe confidendum adoleſcentium præſertim moribus, qui ſæpe deteriores fiunt. Ordo igitur eſt. Poſtq̄ rex. ſ. Adherbal fecit finem loquendi. i. conticuit, legati Iugurthę .i. miſſi ab Iugurtha, freti magis largitione Iugurthę quàm cauſa. ſ. iuſta ipſius, reſpondent paucis ſup. uerbis. Nam enim raro adduntur, unde dicimus, breui, paucis, recta, ſi qua, dextra, maiores & ſimilia, ſubaudiēdo, tempore, uerbis, uia, ratione, manu, natu uel tempore. [Reſpondent Hiempſalem eſſe interfectū à Numidis [Callide tacent, quòd iuſſu Iugurthæ, ob ſæuitiam ſuam, quia natura ferox & ſuperbus reuera erat. [Reſpondent, & reſpondentes dicunt Adherbalem inferentem] .ſ. Iugurthę, bellū ultro. i. priuſquam laceſſitus ſit, quęri. i. cōqueri, poſtquam ſit ſuperatus, quòd nequiſſet facere iniuriam, & dicunt Iugurtham petere ab ſenatu, ne ſe putarent alium, ac. i. quàm eſſet cognitus. ſ. Scipioni & exercitui Rom. Numantiæ. i. apud Numantiam in ASCA:

Hiſpania vnde laudatiſſimus redierat,neu i.i.ne ue i.dicunt eum petere,ne ſenatores, ponerent verba inimici .i. Adherbalis : ante facta ſua.ſ.Iugurthæ. Deinde poſtquam id orauerant, vtrique tã Adherbal quam legati digrediuntur à curia .ſ. Senatoria, Senatus conſulitur.i.rogatur ſententiam quid fieri debeat ſtatim poſt abſceſſum contendentium . Fautores legatorum & præterea .i. præter eos,magna pars ſenatus.i.ſenatorum, deprauata.i.corrupta gratia.i. beneuolentia in Iugurtham , aut fautores eius , aut gratitudine ob dona eius,contemnere ideſt contemnebant dicta Adherbalis,& extollere .i.extollebant virtutem Iugurthæ , laudibus.i.plauſibus magnuum,gratia.i.beneuolentia vultus , & voce .i. ſermone . Denique nitebantur omnibus modis pro ſcelere & flagitio alieno.ſ. Iugurthæ ſup. defendendo & purgando quaſi.i.perinde atque niterentur,pro ſua.i.propria,gloria ſup. augẽda. At.i.ſed contra.i. econtrario,pauci [ſicut ferè vbique paucio res ſunt boni.vnde Iuuen. Rari quippe boni] quibus bonum .i. iuſtum & æquum erat carius.i dilectius & acceptius diuitijs,cenſebant.i.iudicabant,ſubueniendum ſup.eſſe Adherbali,& mortẽ Hiempſalis vindicandam.i.vindictam proſequendam ſeuere.i.rigide . Sed ex omnibus maxime ſup.cenſebat id Aemilius Scaurus homo nobilis,impiger.i.ſtrenuus,factioſus.i.ſeditioſus, auidus.i.cupidus potentiæ,honoris, & ſup. diuitiarum Ceterum occultans vitia ſua.ſ.ambitionem & auaritiam , callide.i. verſute. [Et ita is] ſ.Scaurus,poſtquam videt largitionem regis ſ. Iugurthæ famoſam.i.infamem,& impudentem.i. inuerecũde factam, veritus ſup id quod ſolet fieri in tali re, vbi potentiores corrupti ſunt,ne licentia.i.potentium,polluta.i.violata per largitionem , accenderent inuidiam.i.odium ſiquis obuiaret, ipſe continuit animum ſup.ſuum à libidine.i.auiditate factionis & nouarum rerũ, conſueta ſup. ſibi. Tamen .i. tandem aut nihilominus licet pauci cauſæ veræ fauerent,tamen illa pars.ſ.maior quæ anteferebat vero.i.veritati,aut iuſtæ querelæ,pretium aut gratiam .i. fauorem ſuum, vicit in ſenatu,ita vt nihil durius in Iugurtham decerneretur. Vnde ſequitur.[Decretum fit].i.decernitur in Senatu, vti i. vt decem legati,miſſi.ſ. in Numidiam, diuiderent inter Iugurthã & Adherbalem,regnum quod Micipſa obtinuerat . Cuius legationis princeps fuit L.Opimius homo clarus & potens tum ideſt tunc in ſenatu,qui C.Grac.& M.Fuluio Flacco conſulibus interfectis.ſ.propter leges populares exercuerat acerrime,in.i.contra plebem victoriam nobilitatis, quam obtinuerant nobiles interfectis trib.pl.Sanè Grac.vt po.placeret,tulit leges de deducendis colonijs & veſtibus publice militibus dandis ſine ſtipendiorum diminutione ; de minoribus 17. annis ad militiam non cogendis ; de ſuffragijs ſociorum pares Italos & ciues conſtituens : & præcipue legem frumentariam de annona pauperibus aſſignanda: de iudicibus delegendis extra Senatum. Quo fauore fretus, C.Fannium amicum ſuum ad Conſulatum perduxit , Tribunus plebis conſtitutus . Sed L. Opimius in conſulatu ſuo , pluribus Grac. legibus abrogauit, renitentibus Grac. & amico eius tunc conſule, M.Ful. vnde orta ſeditione,Ful. Auentinum occupat , quem Grac.ſequitur triſtis & paruo duntaxat gladio accinctus . vnde iuniorem filium Ful.cum caduceo ad ſenatum & conſulem de concordia miſit qui retulit conſulem decreuiſſe ſi cõcordiam peterent Auentinum deſererent , quo audito voluit Grac. ad ſenatum proficiſci,ſed cęteris id non probantibus, filius remiſſus . in carcerem coniectus eſt à conſule auido pugnæ . Nam ſtatim cum magna manu in Auẽtinum irrumpit, aduerſarios in fugam vertit. vnde Ful. ſe in quoddam balneum coniecit ac paulo poſt cum maiore filio deprenſus occiditur.Grac.in ædem Dianæ ꝓfugit,vbi cum ſibi vim inferre vellet,à Licinio & Pomp.fideliſſimis familiaribus prohibitus;cum aufugere vellet,ab aduerſarijs in ponte ligneo deprenſus fuiſſet , niſi familiares illi ſe pro illo morti oppoſuiſſent , quibus cadẽtibus in ſacrum dearum nemus profugit , ibique à Philocrate ſeruo qui cum illo aufugerat , id expoſtulans occiſus eſt , qui occiſo domino ſuperuiuere nolens ſe quoque interemit. [Iugurtham tametſi,] Hoc eſt quanquam habuerat Rom.eum.ſ.Lucium Opimium in inimicis.i.inter inimicos ſuos,tamen accepit eum accuratiſſime, hoc eſt cum ſumma cura,& perfecit dando & pollicendo multa, vti.i.vt anteferret.ſ.Opimius,famæ,fidei & poſtremo omnibus rebus ſuis,commodum regis.ſ.Iugurthæ. [Iugurtha aggreſſus reliquos] .ſ.nouem legatos eadem via.ſ. dando & pollicendo multa, capit.i. in ſentẽtiam ſuam adducit pleroſque,quia fides fuit paucis charior quam pecunia. Ea pars Numidiæ quæ exiſtens opulentior agris & viris,attingit Mauritaniam,traditur Iugurthæ in diuiſione regni, Adherbal poſſedit illam alteram potiorem, hoc eſt meliorẽ ſpecie,quæ vſu.i.vtilitate,quæ erat portuoſior hoc eſt habẽs plures portus,& magis exornata ædificijs.[Res].i.vtilitas & cõmoditas dicẽdorum, videtur ex poſtulare,ponere,i.vt exponam paucis ſitum Africę,& attingere eas gentis.i.gentes,quibuſcum;hoc eſt cum quibus fuit nobis bellum aut amicitia. [Sed hoc narrauero [alij narrauerim legunt præteritum pro futuro] haud facile compertum,quia non eſt facile compertum,de his ſupple locis & nationibus , quæ loca & nationes ſunt minus frequentata ob calorem & aſperitatem inter ſolitudines,ſed abſoluam quam paucisſimis cętera.

IN diuiſione orbis terræ,plerique in parte tertia Africam poſuere,pauci tantũmodo Aſiam,& Europã eſſe,ſed Africam in Europa.Ea fines habet,ab occidente fretum noſtri maris,& Oceani,ab ortu Solis, decliuem latitudinem,quem locum Catabathmon,incolæ appellant,mare ſçuum & importuoſum,ager frugum fertilis,bonus pecori,arboribus infœcundus, cœlo terraq.penuria aquarum,genus hominum ſalubri corpore,velox,patiens laborum,pleroſq; ſenectus diſſoluit, niſi qui ferro aut beſtijs interiere. Nam morbus haud ſępe quenquam ſuperat. Ad hoc,malefici generis plurima animalia.Sed qui mortales initio Africam habuerint,quiq; poſtea acceſſerint,aut quõ inter ſe permiſti ſint,quanquam ab ea fama,quæ pleroſque obtinet,diuerſum eſt, tñ, vti ex libris Punicis,qui regis Hiempſalis dicebantur,interpretatum nobis eſt,vtique rem ſeſe habere cultores eius terræ putant , quàm paucisſimis dicam. Cęterũ fides eius rei penes auctores erit.

IN diuiſione] Dicitq; communem eſſe opinionem ſcriptorũ,ꝙ orbis terrarũ in tres partes diuiſus ſit ſcilicet Aſiam, Europã , & Africam, fuerunt tñ qui dicerent orbem terrarum tantum in duas partes eſſe diuiſum.ſ.in Aſiam,& Europam, & huiuſmodi Africam in parte Europæ poſuerunt. [Pleriq;] .i. maior pars ſcriptorum.[Poſuere],i.ſcripſere. Nam ponere ſignificat ſcribere.Horatius. Scriptor honoratum ſi forte reponis Achillem. Iuuenalis, Semper ego auditor tñ nunquam ne reponam .i. reſcribam. Perſius. Scis ponere lucrum . Pauci tantum ſubaudi poſuere,[Sed Africam in Europa eſſe]Deſcribit Africam,& ei dat terminos ab oriente,& ab occidente. [Ea].ſ.Africa. [Fretum noſtri maris].i.aquam noſtri maris. Nam fretum licet mare ſignificet, proprie tamen dĩ aqua maris mobilis ab vndarum feruore nominatum.[Et oceani]Oceanus eſt mare magnum,quod vniuerſam terram ambit. [Ab ortu ſolis decliuem latitu].ſ.habet. Ab oriente,inquit, Africa habet fines latitudinem quãdam decliuem.i.pẽdentem . Quem locum Catabathmon incolæ appellant, habitatores eum locum lingua Punica appellant Catabathmon. [Mare ſæuum].ſ.eſt nauigandum difficile,& periculoſum.[Ager fertilis frugum] Per oĩa ſubauditur eſt. Terra inquit fœcunda eſt , & fructifera.[Bonus pecori]Ager Africæ bonus eſt,& vtilis pecori , quia paſcua habet latiſſime , pecoris aũt appellatione oĩa animalia grandiora intelligunt,vt ſunt armenta,& greges.[Arbori infœcundus] Sterilis eſt arboribus . Nam ibi arbores non naſcuntur,ratio aũt ſubinfertur ſtatim quia ibi neque de cœlo pluit aqua,neq; de terra manat. [Penuria] .i. inopia. Genus hominum ſalubri corpore. Non potuit breuius,& perfectius,cũcta deſcribere. In Africa,inquit,homines corpora habent ſana, raro morbis & infirmitatibus obnoxia , & ideo maiori ex parte homines vſque ad ſenectutem viuunt. [Velox] Quantum ad curſus celeritatem.[Pleroſque] .i.maiorem partem. [Senectus diſſoluit] Dicit homines ibi pro maiori parte non mori , niſi ſenectute.[Diſſoluit].i.interemit, [Ferro] Videlicet in pugna dimicãdo,aut in aliquo priuato certamine.[Beſtijs]Videlicet vel leonibus,vel alijs feris. [Nam morbus]Vere dico , quia pro maiori parte intereunt,vel ſenectute,vel ferro,aut beſtijs, quia ex morbo raro moriuntur.[Superat]Occidit,interimit.Virg.1.Æneid. Clam ferro incautum ſuperat.i.interficit. [Ad hoc] i.præterea. [Malefici generis plura animalia].ſ.ſunt,vt leones & ſerpentes. [Sed qui mortales]Deſcripſimus Africam,& fines eius, & qualitatem terræ, atque hominum. Nunc dicemus qui homines primo habitauerint Africam. Deinde qui adiuncti cum prioribus ſe commiſcuerint . Et hoc quod dicam , licet diſſentiat à fama multorum, tamen ita nobis interpretatum eſt ex libris Punicis,

qui fuerunt Hiempſalis, & ita etiam res ſe habet ſicuti habitatores Africæ putant. Ordo eſt. Sed tñ ego quam pauciſſimis dicã, qui mortales habuerint Africã in initio, & q́ poſtea acceſſerint, aut quõ ſint permixti inter ſe, vti eſt nobis interpretatum ex libris Punicis, qui dicebantur. ſ. eſſe regis Hiempſalis, & vt cultores eius terræ putant, rem ſeſe hr̃e, quãquam eſt diuerſum ab ea fama, quæ obtinet pleroſque. [Mortales] Homines. [Africam habuerint]. i. habitauerint. [Quique] Et qui hoïes poſtea ſuperuenerint, & additi ſint, & adiuncti. [Inter ſe permixti, videlicet poſteriores cũ prioribus. [Quanq̃ ab ea fama, quę pleroſq; obtinet diuerſum eſt] .i. q̃q̃, hoc, quod dicã, diſſentiat à fama multorũ. Nam multi dñt rem non ita ſeſe hr̃e. [Diuerſum] Differens. Tñ vti ex libris Punicis, qui regis Hiẽpſalis dicebantur, nobis interpretatũ eſt. Saluſt. libros lingua Punica conſcriptos habebat qui aliquñ regis Hiempſalis fuerant. Eos cum non intelligeret ꝓpter diuerſitatem linguæ, ſibi fecit interpretari, ea quibus libris accepit, qui primi homines fuerint, qui Africam habitauerint. [Cultores]. i. habitatores. [Eius terræ]. ſ. Africę Opinio eorũ, qui nũc habitant Africam, cõuenit cum his, quę accepi ex libris Punicis. [Rem ſeſe hr̃e]. i. rem ita eſſe, & veritatem ita eſſe. [Cęterũ fides eius rei penes auctores erit] Sed hoc, inquit, credetur auctoribus Punicis non mihi, quia auctores Punici hoc probè eſſe ponunt.

MARL. IN diuiſione orbis] Coſmographi orbem continentẽ aiunt eſſe, cum re vera non ſit. nam videmus multa maria mediterranea. Libya triquetra. i. triangularis eſt, vt ait Ser vir. verſus auſtrũ .i. verſus partem Meridionalem habet Cretã, verſus Occidẽtem habet Hiberiam oppoſitã, verſus Orientem habet Syrtes & Cyrenes, à qua parte, quia eſt nobilior incipiam, in illa. n. parte ſunt vrbes præſtantiſſimæ. Abundantia aquarũ, quæ maxime prodeſt ad vbertatem ideo abũdantiſſima eſt frugũ, varia ſunt animaliũ genera, vt Elephãti, ſunt, vt Solinus ſcribit, muſtelæ ea magnitudine qua eſt felis. Et teſtudines in aliquo flumine altas ſeptẽ cubitos hñt gulam perforatam ex qua ſpirant, ſunt vites tantæ magnitudinis vt duo vix poſſint cõplecti. Libyci à Gręcis Mauruſij, à Romanis Mauri appellantur, Saluſt. ait, Mauros pro Medis, vltra Mauritaniam eſt regio Maſſęſylorũ in qua equis parum vtuntur, ſed faciles ſunt, nam virga reguntur, & multi ſequũtur dños tanq̃ canes. In interiora Libyæ ſunt loca montana verſus mare ſunt loca feraciſſima quæ Getuli tenent. Demum ſunt Aethiopes Heſperij, verſus Orientem ſunt Naſamones & Garamantes vltra hos non habitatur, verſus Aethiopiam omnia Libyæ loca ſunt habitata. Latitudo Libyę eſt quatuordecim milia ſtadia, lõgitudo eſt paulò minor duplex. [In diuiſione orbis] Rotunditatis. [Decliuẽ lat.] Quia Mauritiana habet multa loca montana deſcẽdentia verſus Syrtes & ibi ſunt Getuli. [Catabathmõ] Incipit hic locus ab Alexãdria vſq; in Agyptum. [Infœcũdus] Sterilis. [Penuria] Indigẽtia. [Terra] Quia nõ ſunt fontes, nec flumina. [Superat] Enecat. [Adhoc] Ad perdẽdos homines. Intelligendum tamen eſt loca Libyæ habere latitudinem verſus Oriẽtem, non autem longitudinem quia verſus Orientem ſunt flumina.

QVEM locum Catabathmon incolæ appellant] M. Antonius Sabellicus in cap. Plin. v. lib. v. mendoſe pleroſque cũ in Plinio, tum in hoc & Saluſtij loco Catabathmum legere in eoq; inſigniter illos errare cenſet. Ipſe Catabaſby nõ legit, ſi dijs placet. Verum Sabellicũ, virũ alioqui longe doctiſſimũ, & de rep. literaria prolixe meritũ, vehemẽter hic hallucinatũ eſſe cũ res ipſa indicat, tum Hermolaus pluribus oſtẽdit, qui & ſecũ facere teſtatur Plinium, Strabonem, Pomponium, Diodorum, Euſtachium, Stephanum, Dionyſium, Martianum, Antonium, Solinum. Dĩ aũt καταβαθὸς, ἀπὸ τοῦ καταβαίνειν quod eſt deſcendere. Vt iure eos rideas, qui vocẽ eſſe Punicam adnotarũt. [Mare ſęuum & importuoſum] τὸ Et, nõ eſt in manuſcriptis, nec impreſſis vetuſtioribus. Mox. [Et ager frugũ fertilis] Ne hic quidem copula additur in manuſcriptis. In duobus frugũ ſterilis legit, ſed perperam. [Arboribus infœc.] Manuſcripta arbori numero ſingulari.

GLAR. EA fines habet ab occidente fretum noſtri maris & Oceani] Fretum Herculeũ intelligit, quod vocat Fretum noſtri maris & Oceani, quod inter noſtrũ mare & Oceanũ eſt. Propius ad Geographicã veritatem dixiſſet, Ea fine is habet ab occidente fretũ noſtri maris & Oceani. Verum hic auctor, quemadmodum & Liuius, parũ penſi hęc habuit. C. aũt Cæſar apud Latinos, & Herodotus apud Gręcos haud quaq̃ hæc neglexiſſent. Catabathmon vero Africæ limitẽ ab ortu Solis vetuſte. ſ. ponit, cum quidam ẽt Nilum, quos Ptolomæus rectè reprehendit lib. a. cap. 1. Hæc aũt verba, Mare ſæuũ & importuoſum, & ager frugũ fertilis & c. de tota Africa, nõ de Catabathmo intelligenda. Verum hoc quoq; Lectori conſiderandũ. Quo ſenſu ad hũc huius deſcriptiunculæ.

antequã narret qui mortales initio Africã habuerint, ſubnectit. Adhoc maleficii gñis plurima animalia, ſi nc Adhæc, ꝑ præterea poſitum, vt ſæpe alias, an ad hoc. i. vt homines non veniãt ad extremã ſenectutem. [Interpretatum nobis eſt, vtiq; rem ſeſe hr̃e] Interpretatum paſſiue vſurpauit, Nam ea deponentia olim erant cõia, vt apud Græcos ſunt μέσα auctore Priſciano. Et vtique, duæ ſunt dictiones pro Et vti. i. & quemadmodum. Gothi codex habebat, vtique, quod placet, propter vitandam ambiguitatem.

ASCEN. IN diuiſione orbis terræ] Deſcripturus per topographiam loca, regiones, reges & populos Africæ; primo ponit diuiſionem orbis terræ, quam, quia alij bimembrem faciunt, diuidentes vniuerſam terram in Aſiam & Europam, vtpote qui Africã ſub Europa conſtituunt, alij vero trimembrem diſtinguentes Africã ab Europa, ideo dicit plerique. Vnde ordo eſt. Plerique. i. plurimi coſmographi. i. mundi deſcriptores, poſuere in diuiſione orbis. i. globi rotũdi, terrę. ſ. vniuerſę, Africam in tertia parte, pauci ſup. dixerunt, Aſiam & Europã eſſe tantummodo. ſ. in diuiſione orbis terræ, ſed ſup. dixerunt Africam eſſe in Europa. Ea. ſ. Africa, habet ab occidente fretum. i. feruorem aquarum, noſtri. i. Italici, ſeu Tyrrhenı maris, & Oceani. i. magni maris accingentis totũ vniuerſum, quod habet ad Mauritianam. [Ab ortu Solis]. i. ab Orientali plaga, habet latitudinẽ decliuem. i. in conualle deſcendentem, quẽ locum incolæ appellant Catabathmon. i. deſceſſum, vt dicam lectione ſequenti. [Mare ſup. eſt illic ſæuũ]. i. truculentum & indomitum (quo circa monſtrũ à Palinuro vocatur Aeth. ſ. quodlibet mare. Et hinc Flac. 1. Carm. Ode iij. Illi robur & æs triplex Circa pectus erat, qui fragilem truci Commiſit pelago ratem Primus) & ſupp. importuoſum. i. nullum portum ſatis tutum habens. [Ager ſup. eſt illic fertilis frugum] Vnde idẽ Flac. 1. Carm. Ode 1. Illum ſi proprio cõdidit horreo, Quidquid de Libycis verritur areis &c. Et Plin. lib. 2. ſcribit in Africa eſſe regionem ccl. millium paſſuum per circuitum fertilitatis eximię, cum centeſima fruge agricolis fœnus reddenti terra. Et ager eſt bonus. i. vtilis pecori. ſ. alendo, vnde Maro Georg. iij. Quid tibi paſtores Libyæ, quid paſcua verſu Proſequar? & raris habitata Mapalia tectis? Sæpe diem noctemq; & totum ex ordine menſem Paſcitur, itq; pecus longa in deſerta ſine vllis Hoſpitijs, tantum campi iacet, &c. Et ager eſt illic infœcundus arbori. ſ. ferendę, penuria. i. propter penuriam. i. inopiam & difficultatem habendarum aquarum cœli. i. aeris per pluuiam, quia illic rariſſime pluit, & terræ, quia nec fontes nec riuos frequenter habet, vnde arenoſa eſt regio. Genus hominum eſt corpore ſalubri. i. proximo ad ſalutem, quaſi ſano, vnde hic ſalubre quod dat ſalutem pro ſano quod habet ſanitatem accepiſſe dicitur. Et oratorie dictum eſt ſalubri corpore. i. habens ſalubre corpus, & eſt velox, patiens laborum. i. faciliter tolerans labores, ſenectus i. vltima ætas, diſſoluit. ſ. in morte naturali pleroſque. i. plurimos eorum, niſi qui interiere ferro, vt in bello, aut beſtijs. ſ. feris, aut venenoſis quę illic plurimæ ſunt. Nam morbus haud ſæpe. i. raro ſuperat, hoc eſt vincit vſque ad diſſolutionem, quenquam. i. aliquem eorum. Ad hoc. i. inſuper ſupp. ibi ſunt plurima animalia, gñis malefici, hoc eſt de genere maleficiũ. i. faciẽti homini malum. Sed ego dicam quam pauciſſimis, hoc eſt valde paucis ſupp. verbis, qui mortales habuerint. i. incoluerint, in initio Africam. quique, hoc eſt & qui acceſſerint poſtea, aut quõ primi & acceſſorij, ſint permixti inter ſe, quanquam ſup. quod dicã, eſt diuerſum ab ea fama, quæ obtinet, hoc eſt occupat & credere facit, pleroſque. i. plurimos, tñ dicam vti, hoc eſt quemadmodum, interpretatum. i. Latinis verbis expoſitũ eſt, ex libris Punicis, hoc eſt Punica lingua deſcriptis, qui dicebantur eſſe Hiempſalis regis, vtique i. & vti. i. & quemadmodũ, (Sunt n. dnę particulę) cultores terrę eius. & hoc eſt eiuſmodi aut Hiempſalis, putant rem. i. rei veritatem hr̃e ſeſe. [Cæterum] .i. ſed fides. ſ. credulitas, aut fidelitas in deſcriptione eius rei, hoc eſt populorum & habitatorum Africæ erit penes auctores. ſ. Punicos, q. d. non penes me, quia eam rem penitus exploratam non habeo. Proſequitur autem deſcriptionem, dicens.

AFricam initio habuere Getuli, & Libyes, aſperi, incultiq́;, quis cibus erat caro ferina, atque humi pabulum uti pecoribus. Hi neque moribus, neq; lege, aut imperio cuiuſquã regebantur, uagi, palantes, qua nox coegerat, ſedes habebãt. Sed poſtquã in Hiſpania Hercules, ſicuti Afri putant, interijt, exercitus eius cõpoſitus ex uarijs gẽtibus, amiſſo duce, ac paſſim multis ſibi imperiũ petentibus, breui dilabitur. Ex eo nu-

mero Medi, Perſæ, & Armeni nauibus in Africam tranſuecti, proximos noſtro mari locos occupauere. Sed Perſæ intra Oceanum magis, hiq; alueos nauium inuerſos pro tugurijs habuere: quia neque materia in agris, neque ab Hiſpanis emendi, aut mutuandi copia erat. Mare magnum & ignara lingua, commercia prohibebant. Hi paulatim per connubia Getulos ſibi miſcuere, & quia ſæpe tentantes agros, alia deinde; * atque alia loca petiuerant, ſemetipſi Numidas appellauere. Cæterum adhuc ædificia Numidarum agreſtiū, quæ Mapalia illi vocant, oblonga in curuis lateribus tecta, quaſi nauium carinæ ſunt. Medis autem & Armenijs acceſſere Lybies. Nam hi propius mare Africum agitabant. Getuli ſub Sole magis, haud procul ab ardoribus. Hiq; mature oppida habuere. nam freto diuiſi ab Hiſpania, mutare res inter ſe conſtituerant. Nomen eorum paulatim Lybies corrupere, Barbara lingua Mauros, pro Medis appellantes. Sed res Perſarum breui adoleuit, ac poſtea Numidiæ nomine, propter multitudinem à parentibus digreſſi, poſſedere ea loca, quę proxime Carthaginem Numidia appellatur. Deinde vtrique alteris freti, finitimos armis, aut metu ſub imperium ſuum coegere: nomen, gloriamq; ſibi addidere: magis hi, qui ad noſtrū mare proceſſerant: quia Lybies quam Getuli minus bellicoſi. deniq; Africæ pars inferior, pleraq; ab Numidis poſſeſſa eſt, victi omnes, ingentem, nomenq; imperantium conceſſere. Poſtea Phœnices, alij multitudinis domi minuendæ gr̄a, pars Imperij cupidine ſolicitata plebe, & alij nouarum rerum auidi, Hipponem, Adrumentū, Leptim aliaſque vrbes in ora maritima condidere; hæq; breui multū auctę, pars originibus ſuis pręſidio, alię decori fuere. Nam de Carthagine ſilere melius puto, quàm parum dicere, quoniā alio properare tempus monet. Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa diuidit, ſecundo mari prima Cyrene eſt, colonia Thæreon, ac deinceps duæ Syrtes, interq; eas Leptis, deinde Aræ Philemon, quem locum Aegyptum verſus finem imperij habuere Carthaginienſes. poſt, aliæ punicæ urbes, cętera loca vſque ad Mauritaniam Numidæ tenent. Proxime Hiſpaniam Mauri ſunt. Super Numidiam Getulos accepimus, partim in tugurijs, alios incultius vagos agitare. Poſt eos Aethiopes eſſe, deinde loca exuſta Solis ardoribus. Igitur bello Iugurthino, pleraque ex Punicis oppida, & fines Carthaginienſium, quos nouiſſime habuerant: pop. Rom. per magiſtratus adminiſtrabat. Getulorum magna pars, & Numidæ vſque ad flumen Mulucham ſub Iugurtha erant. Mauris oībus Rex Bocchus imperitabat, pręter nomen cętera ignarus pop. Rom. itemq; nobis neque bello, neque pace antea cognitus. De Africa & eius incolis, ad neceſſitudinem rei, ſatis dictum * eſt.

** atque, nō eſt in alijs vetuſtioribus.*

** Alij nō habent, eſt.*

SOLD. AFRICAM in initio] Primi qui habitauerunt Africam fuerunt Getuli, & Lybies, qui ritu ferarum ſine legibus & ſine vllo rectore viuentes ſparſi vagabantur. Deinde mortuo Hercule gentes diuerſæ, quę erant in exercitu eius ex Hiſpania per mare in Africam tranſierunt. Hæ autē gentes erant Medi, Perſæ, Armenij. Sed Perſæ coniunxerunt ſe Getulis, & connubia miſcuerunt, Medi & Armenij adiunxerunt ſe ad Lybies. Et ita paulatim in Africa creuit numerus incolarū, vrbeſq; ędificari cœptæ ſunt ab his, qui antea in tugurijs habitabant. Poſtea etiam Phœnices venerunt in Africam, & multas vrbes condiderunt, quas Saluſtius inferius commemorat. [Habuere]. i. habitauere. [Aſperi]. i. duri, & rigidi, quantum ad victum. nam carnibus ferinis, & pabulo veſcebantur tanquam pecora. [Inculti] Quantum ad veſtitum. [Atque humi]. i. ex terra. [Moribus neq; legibus] Inter mores & leges hoc intereſt, Mos eſt communis conſenſus omnium ſimul habitantium, qui inueteratus conſuetudinem facit. Lex eſt quę aliquid fieri non fieri ve præcepit, aut vetat. [Palantes]. i. ſparſi, & vagantes [Quo] Subauditur ex parte certas & ſtabiles ſedes, aut domicilia non habebant. Sed vbicunque nox eos, inueniſſet, ibi habitabant. Sed poſtquam, cum inquit Hercules in Hiſpania mortuus eſſet, exercitus eius, qui mixtus erat ex diuerſis gentibus, ſtatim diſſipatus eſt, quia cum eſſent, diuerſæ nationes per gentes, ſimul ſtare nō potuerūt, amiſſo duce. & ideo pars eorū ex Hiſpania per mare tranſiuit in Africam. [Exercitus eius compoſitus]. i. mixtus. [Ex varijs gentibus] Nam alij erant Medi, alij Perſæ, alij Armenij. [Amiſſo duce]. i. Hercule. [Paſſim]. i. vbique, per oēs. [Imperiū petentibus] Quia vnuſquiſq; ſibi quærebat Imperium. [Breui dilabitur]. i. diſſipatur, & ruit. [Proximos]. i. vicinos. [Noſtro mari]. i. Africo mari. i. Romano. i. mari per quod nos Romani nauigamus, & ſub imperio noſtro tenemus. Sed Perſæ intra Oceanū magis. ſ. occupauere locos. Nā hi retrahentes ſe longius à noſtro mari mediterraneo, magis Oceanum verſus habitauere. [Hi alueos nauiū inuerſos] Aluei nauium inuerſi fuerunt eis. [Tuguria] Quia ſub fundis nauium inuerſis habitauerunt. Et cauſam oſtendit, quare ſibi aliter domos ædificare non potuerunt, quia nec in Africa materies lignorum erat, nec ab Hiſpanis emere poterant, aut commutare. Nam inter Africam & Hiſpaniam medium eſt mare, & pręterea cum linguam Hiſpanię ignorarent, nō ſatis commode negociationes exercere poterant. [Materies] Videlicet ligna. Nam ſupra dixit terram Africæ eſſe infęcundam arboribus, ꝑ nimiū caloris æſtum. [Copia]. i. facultas, & declarat, quare non poterāt emere ab Hiſpanis, aut cōmutare, q̄a mare, & ignara lingua ꝓhibebant [Mare magnum]. i. mare Oceanum, qđ eſt inter Africam & Hiſpaniam. [Ignara]. i. ignota, incognita. ſ. lingua Hiſpana ignota ipſis Perſis, vel ignara lingua. ſ. ſua. i. ignorans. [Commercia]. i. negociationes. [Hi]. ſ. Perſæ. [Et quia ſæpe tentantes agros] Dicit quare hi Perſæ cum Getulis adiuncti Numidę ſint appellati, hi ab initio qualitatem agrorum tentantes ſæpius, vt terram fertilem & fœcundam inuenirent, multa loca diuiſerunt & à diuidendo ſemetipſos Numidas appellauerunt, à Gręco vocabulo. Nā *νέμεμαι* ſignificat diuido. [Partiuerant] Antiqui partio, & partior dicebant, vt hoc loco partiuerant dixit. Nos autē partior dicimus. [Tentantes agros]. i. qualitatem agrorū probantes, an fœcunda eſſet in eis terra, an nō ex hoc eueniebat, vt multa loca diuiderēt, quia agros, quos ſteriles & infęcūdos ꝓbabant eos deſerebant, & relinquebant, atq; alios tentabant. [Cæterum adhuc ædificia Numidarū] Dicit ergo Sal. quod vſq; ad ſua ipa ædificia domorum agreſtium, ſiue rudium Numidarum gētium in modum, ſiue ad inſtar carinarum erant facta, quia ſic à principio alueos nauium inuerſos pro tugurijs habuere. [Mapalia illi vocant] Ex hoc ergo loco aperte colligitur, quid ſignificent Mapalia. Nam Mapalia ſunt domus hominū agreſtium in agris. [In curuis]. i. flexis, & incuruatis. [Nauium carinæ] Carina eſt pars nauis inferior. [Medis autem, & Armenijs acceſſere Lybies] Ita quidē Perſæ cōiunxerunt ſe Getulis, ſed Medi & Armenij adiunxerunt ſe ad Lybies populos. [Acceſſere Lybies]. i. ceſſere ad Lybies. i. peruenerunt ad Lybies, & ſe eis cōiunxerunt. Lybies autē magis mare Africum Romam verſus agitabant. Getuli vero in meridiem magis verſi non procul à Solis ardoribus habitabant. [Mare propius Africum]. i. magis propè Africū. [Agitabant]. i. habitabant, & viuebant. [Sub ſole magis] In plagam auſtralem magis deſcendentes. [Hiq; mature oppida habuere] Medi & Armeni celeriter vrbes habuerūt, quia per mare Africum in Hiſpaniam nauigare, & mercaturam exercere poterant. [Qui]. ſ. Medi, & Armenij. Nec quenquam mouere debet, q̄ relatiuum hoc ab antecedēte tam longe diſtet, quia hæc omnia per parēthesim interpoſita ſunt videlicet. Nam hi Lybies mare propius Africū agitabant, Getuli ſub ſole magis haud procul ab ardoribus. [Mature]. i. celeriter. [Oppida] Vrbes. [Freto]. i. mari. [Diuiſi ab Hiſpania] quia vt dictum eſt, mare diuidit Africā ab Hiſpania. [Mutare res inter ſe inſtituerant] Ac de cauſa, inquit, Medi, & Armenij celeriter vrbes condiderunt. quia per mare in Hiſpaniam nauigare poterāt, & mercaturam exercere vnde cito facti ſunt opulenti. Sed mirum videtur, quòd ſupra dixit Perſas, qui poſtea Numidæ ſunt appellati. ideo alueos nauium inuerſos pro tugurijs habuiſſe, propterea quòd domos & vrbes ædificare non poterant, quia ab Hiſpanis materiam ædificandi emere non poterant, nec res commutare, quia mare prohibebat, quod medium erat. Nunc autem dicit Medos & Armenios celeriter vrbes ædi-

ſicaſſe, opportunitate maris per quod in Hiſpaniam nauigabant interueniente. Ergo mare Perſis erat impedimento, & Medis, atque Armenijs adiumēto ad nauigandum in Hiſpaniam. Hoc certe mirum videtur, ſed maria erant diuerſa. Oceanus enim mare magnum Perſas ad Hiſpanis diuidebat, & per Oceanū nauigare non poterant. Medi autem, & Armenij commode per mare Africum in Hiſpaniam nauigabant. [Inſtituerant,]Id eſt inceperant. [Mutare res].i.mercaturā exercere, quæ fit per commutationem rerum. [Nomen eorum paulatim Libyes corrumpere]Subauditur inſtituerant. Cœperant inquit Libyes populi paulatim corrompere nomen Medorum pro Medis Mauros vocantes. [Libyes]Cum his ſe commiſcerant Medi, & Armenij at paulò ante dixit. [Sed res Perſarum]Dicit quemadmodum hæ gētes ī Africa creuerint, & imperiū auxerint. ſ. Medi, & Armenij Perſę, & Medos quidem, atq; Armenios dixit celeriter vrbes ędificaſſe, quia cōmode in Hiſpaniam nauigare poterāt, & mercaturam exercere. Nunc dicit quō creuerint Perſæ, q̄ Numidæ ſunt appellati ſicut ſupra dixit. [Sed res Perſarū].i.imperium. Virg. 3. Aen. Poſtq̄ res Aſię Priamiq; euertere gentē. [Breui].ſ.tpe. [Adoleuit] i.creuit, ac ſi diceret, ita quidē Medi, & Armenij nauigādo & mercaturā exercendo cito vrbes condiderunt, & opulenti facti ſunt, ſed & Perſę breuiter imperium ſuum auxerunt, nō mercaturam exercendo, ſed bella gerendo. Nam Perſæ, qui Numidæ ſunt dicti, finitimos populos bello ſuperatos Imperio ſuo ſubegerunt, atque ita gloria belli magni facti ſunt. [Ac poſtea Numidæ nomine propter multitudinem à parentibus digreſſi, poſſedere ea loca, quæ proxime Carthaginem, Numidia appellabatur]Dicit quòd hi Perſæ, qui poſtea dicti ſunt Numidæ, cū multum numero & multitudine creuiſſent, à parentibus ſuis diſceſſerunt, & ea loca, quę ſunt propè Carthaginem poſſederunt, quę loca poſtea dicta ſunt Numidia. [Ac poſtea Numidę nomine, ac ſi diceret, hi Perſæ prius, poſtea Numidæ appellati nomine, digreſſi à parentibus propter multitudinem poſſederunt ea loca, quæ propè Carthaginem appellatur Numidia. [Digreſſi.] Id eſt cum diſceſſiſſent. [Proxime Carth.] Id eſt valde propè Carthaginem. [Deinde vtrinque]Dicit, hi Numidæ, quamuis in duas partes eſſent diuiſi, tamen ad bella gerēda ſibi inuicem, auxilio erant, & ita populos vicinos Imperio ſuo ſubiugabant. [Deinde vtrique]Videlicet, & hi, qui in priſtinis ſedibus remanſerant, & hi, qui ſedes nouas, & loca propè Carthaginem occupauerant. [Freti]Confiſi, quia vbi opus erat, ſibi inuicem auxilia præſtabant. [Finitimos]id eſt, populos vicinos, & proximos. [Armis].s.bello. [Nomen].i.famam. [Magis quam hi, qui ad noſtrum mare proceſſerunt, quia Libyes quàm Getuli minus ſunt bellicoſi] Dicit Numidas qui Perſæ prius dicebantur, maiorem famam, & gloriam bello ſibi comparaſſe quam Medos & Armenios. Et hæc fuit ratio, quia Getuli, cum quibus ſe Numidæ coniunxerant, magis bellicoſi fuerunt, quàm Libyes cum quibus Medi & Armenij ſe coniūxerāt, Et hoc eſt quod dicit. [Qui ad noſtrum mare proceſſerant].ſ. Medi & Armenij. Nam ſupra dixit, Medos & Armenios ſe ad Libyes adiunxiſſe, qui mare propius Africum agitabant. Dicit ergo Numidæ nomen, & gloriā ſibi addidere, magis quā Medi, & Armenij, qui ad noſtrum mare proceſſerant.i. iuxta mare noſtrum habitauerant. Et hæc fuit ratio, quia Libyes, quibus admixti ſunt Medi, & Armenij minus ſunt bellicoſi, quàm Getuli, quibus ſe admiſcuerunt Perſæ, qui poſtea Numidæ ſunt dicti. [Ad noſtrum mare].i.mare Africū. hoc tempore dicit mar lion. Deniq; Africæ pars inferior pleraq; à Numidis poſſeſſa eſt, ac ſi diceret, Vis videre, quomodo verum eſt, quod dico, videlicet, quòd Numidæ maiorem belli gloriam adepti ſunt, quam Medi & Armenij, qui poſtea dicti ſunt Mauri; Ecce maiori ex parte gentes omnes, quæ in inferiori parte Africę poſitę ſunt, à Numidis bello victę ſunt, & in gentem nomenq; conceſſere victorum. [Pars inferior]Videlicet pars illa, quę magis in plagam auſtralem deſcendens meridiem reſpicit. [Pleraque].i.pro maiori parte. [Victi omnes ingentem nomenque imperantium conceſſere]Conſuetudo fuit apud antiquos, vt victi nomen acciperent eorum, qui viciſſent, vnde gētes & populi, qui fuerant à Numidis victi bello, nomen proprium amiſerunt, & Numidæ ſunt appellati. Et hęc eſt quod dicit imperantium). ſ. Numidarum. [Conceſſere].i.peruenere. [Poſtea Phœnices]Hoc uſque dixit, quomodo Getuli & Libyes primi populi fuerint, qui Africam habitauerint, deinde quemadmodū Perſæ, Medi, & Armenij his adiuncti, Imperium in Africa auxerunt, mutato nomine, ut Perſę Numidę uocarentur, Medi & Armenij appellarentur Mauri. Nunc dicit quemadmodum de Phœnice regione multi in Africam trāſierunt, Imperij cupiditate ducti, & rerum nouarum auidi, qui multas in Africa vrbes condiderunt. [Alij multitudinis minuendę gratia]Varias cauſas oſtendit, quare de Phœnice in Africā multi venerint. [Gratia].i.cauſa multi deſcendebant, ut multitudinem domi minuerent, quia regio tantam multitudinem commode capere non poterat, & paſcere. [Pars Imperij cupidine ſolicitabat plebem]Multi Imperium affectabant, cum eſſent potentes, & plebem minutamque turbam, & inopem inducebant, ut ſecum proficiſcerentur ad nouum Imperium quęrendam. [Solicitata] Verbis, & pollicitationibus inducta. [Hipponem, Adrumentum, Leptim]Hęc ſunt nomina ciuitatum [In ora.] In regione maritima. videlicet circa mare. [Hę].ſ.urbes. [Originibus ſuis præſidio]Aliquę harum ciuitatum pręſidio fuerint Phœnicibus, unde originem ducebant alię fuerunt honori, & ornamento. [Nam de Carthagine]Dicit quemadmodum Hippon, Adrumentum, & Leptis originem ducunt à Phœnicibus, quia de Carthagine nolo inquit dicere, quia melius eſt de ipſa tacere, quam parum dicere. Nam & ipſa Carthago à Phœnicibus originem ducit. Sed quia Carthago à ampliſſima ciuitas erat, & caput totius Africæ maluit tacere de ipſa, quam tantummodo dicere, à quibus condita eſſet, niſi etiā totam explicaret hiſtoriam. A Phœnicibus autem hoc modo originem ducit. Dido cum fratrem ſuum Pygmalionem, qui maritum eius Sichęum interfecerat fugeret, collecta ingenti multitudine de Tyro, quæ pars eſt Phœnicię regionis, claſſe in Africā venit. vnde cum ab Iarba rege pelleretur, callide petit, vt ei venderet tantum terræ, quantum poſſet cum bouis tenere, quòd cum ille promiſiſſet corium in tenuiſſimas corrigias ſectum tetendit occupauitque ſtadia xxiiij. quæ tria milliaria conficiunt. Atque ita vrbem condidit, quæ primo Byrſa appellata eſt à corio bouis nam Byrſa ſignificat bouis corium poſtea aucta Tyros dicta eſt poſtremo Carthago vocata ab Cartha oppido, vnde fuit Dido. Hæc ciuitas poſtea aucta ad eam magnitudinem venit vt xxiiij. milliaria in circo pateret, tunc cum capta & euerſa eſt à Scipione Aemilio qui ob eam victoriam Africanus poſtea dictus eſt. [Alio].i.ad aliud, videlicet ad hiſtoriam poſitam Iugurthini belli perſequendam. [Mouet].i.hortatur. [Igitur] Ergo ſuccincte & breuiter dicamus de alijs ciuitatibus Africæ, quandoquidem de Carthagine nunc dicere volumus, quoniam longam explicare opporteret hiſtoriam, quod nunc facere non poſſumus, qa ad aliud tendimus. [Igitur]Deſcribit ciuitates, quæ ſunt citra fines Africæ, quæ orientem reſpiciunt. Nam antea dicit Africam ab Oriente habere fines Catabathmon, qui locus diuidit Africam ab Aegypto. [Ad Catabathmon].i.apud, videlicet citra Catabathmon. Nam ultrà hunc locum Africa non procedit. Prima Cyrene eſt. prima ciuitas, quæ inuenitur apud Catabathmon eſt Cyrene. hæc ciuitas Cyrene dicitur à regina Cyren. quæ eam condidit, & de ſuo nomine eam appellauit, vt dicit Seruius. [Colonia Theræon]Nomina ciuitatum ſunt [Duæ Syrtes]Ipſe Sal. inferius deſcribit has Syrtes. Sunt autem loca in mari periculoſa, quia ſunt arenoſa. [Inter quas Leptis]Hęc ciuitas inter duas Syrtes eſt poſita, non quòd in mari ſit fundata, ſed extra mare poſita inter duas Syrtes. [Deinde Philænum aræ].ſ. ſunt. Quare hic locus dictus ſit Philænum aræ, Hiſtoria eſt conſideranda. nam cum Carthaginenſes, & Cyrenenſes de finibus diu inter ſe bello decertaſſent, tandem defatigati. ita inter ſe conuenerunt; vt certo die legati vtriuſque ciuitatis domo diſcederent, & quo in loco obuij inter ſe fuiſſent, is locus communis vtriuſque ciuitatis finis haberetur. Igitur à Carthagine duo fratres miſſi ſunt, qui Philęni vocabantur, hi celeriter iter ſuum direxerunt. Cyrenenſes tardius iuerunt. Hi igitur domi Pœnas metuentes, quia tardius iuerant, criminabantur, Carthaginenſes, dicentes eos ante tempus conſtitutum domo diſceſſiſſe, & propterea celerius veniſſe, ſe non paſſuros, vt victi domum habebāt, Igitur cum Carthaginienſes aliam aliquam conditionem æquā peterent. Cyrenenſes hanc eis obtulerunt; vt quo in loco fines populo ſuo peterent, ibi viui obruerentur ſe quoque tandem conditionē ſubire paratas. [Philæni probata cōditione, ſe vitāq; ſuam reip. cōdonauerunt, atque vbi fines patriæ eſſe volebāt, ibi viui ſepulti ſunt. ob eam rem Carth. Philænis fratribus aras conſecrauerunt in eo loco, vbi viui obruti, ac ſepulti ſunt, Philæ nō aræ eſt locus vbi ſūt fines imperij Carthag. verſus Aegyptū. [Quem locum]Ordo eſt, quem.ſ. locum ipſi Carthaginienſes habuere finem. ſ. Imperij verſus Aegyptum. [Poſt aliæ Punicę vrbes].ſ.ſunt poſt loca, & ciuitates, quas ſupra deſcripſit, ſunt aliæ Punicæ vrbes. i.vrbes Carthaginienſium. [Cetera loca]Apparet magnum fuiſſe Numidarum, Imperium. [Super Numidia.i.vltra Numidiam, Ordo eſt. Nos accepimus Getulos vagos agitare

te partim in tugurijs,alios incultius,ſupra Numidia,vltra Numidiam,inquit,habitat Getuli; partim in Tugurij,alij etiam incul ſius vagantes. Et vltra Getulos habitant Æthiopes.Poſt Æthiopes loca ſunt deſerta,exuſta caloribus. Solis.[Accepimus].i.audiuimus , intelleximus.Tuguria ſunt vilia ædificia in agris paleis tecta à tegendo dicta [Incultius].i.aſperius, quia multi ex Getulis ſubdio,hoc eſt ſub aere degunt ſine tecto.[Agitare].i.viuere, habitare . [Poſt eos Aethiopes eſſe].i. accepimus. Aethiopes ſunt,qui ob ſolis calorem,cui ſunt vicini,carnem nigram habēt ἀπὸ τοῦ αἴθειν.quod eſt ardere. Nā ætho græce.Latine ſignificat ardeo καὶ ὤψ τοῦ ὠπός. i.à vultu][Deinde ſubaudi accepimos eſſe loca exuſta Sola ardoribus].ſ.pp ſolis vicinitatem.[Igitur bello Iugurthino]Ordo eſt.Igitur.P.R.adminiſtrabat per magiſtratus pleraque oppida ex Punicis.& fines Carthaginienſium, quos nouiſſime habuerat , dico adminiſtrabat bello Iugurthino .i.tpe belli Iugurthini.Poſtquam totam Africam deſcripſit,nūc concludi,oſtendens , qui eam imperio regebāt.Nam antea tot Africæ imperabant Carthaginenſes.Numidæ ; Mauri.Getuli , Aethiopes,Totum imperium Africæ inter hos erat diuiſum.Sed tpe Iugurthini belli ferè totā eam partem quam Carthaginienſes tenuerāt.P.R.per magiſtratus regebat, tū à Scipione Africano minori deleta Carthagine, & imperio eius ferme toto in ditionē,& poteſtatē P.R.redacto . Magna pars Getulorū & Numidiæ ſub imperio Iugurthæ erat, Bocchus rex Mauris imperabat.Quos nouiſſime habuerat , quos nuperrime ſubegerat duce & imperatore,P.Scipione.Aemeliano,cui Africanus eſt dictus, quia imperiū Carthaginis,quod erat in Africa Romano ſubegit imperio , ipſa Carthagine prorſus deleta & extincta.[Per magiſtratus]Videlicet per conſules, vel prętores,vel proconſules.Pręter nomen per cetera ignatus P.R.Bocchus rex Maurorū ignotus erat. P.R.omnia , excepto nomine , quia nulla amicitiam. aut ſocietatem cum P.R.habuerat.Et ideo pręter nomē erat in ceteris rebus Pop. Rom. prorſus incognitus. [Cetera].i.deinceps.i.per cetera.i.ceteris rebus [Ignatus].i.ignotus , incognitus.Ignarus dicitur, & qui ignoratur. [Incolis]Habitatoribus. [Ad neceſſitudinem].i.ad neceſſitatem Saluſtius digreſſione facta ad ſcribendum Africam;dicit ſe nunc ad propoſitum redire quandoquidem de Africa id quod erat neceſſarium dixit.

HERCVLES] Non ſolus ſed cum magno exercitu peregrinabatur cū quo monſtra domuit,perijt aūt in Oeta monte. [Noſtro mari]Mediterraneo.[Medi].ſ.erant.de his lege Dionyſium primo lib. [Sed Perſæ]Qui in Herculis aus ilium erant.[Cōmercia] Mutationem mercium [Numidas app.[Quia Perſæ viuebant latrocinijs,& illud nomen erat infame,ideo Nomidarū nomen ſumpſerunt. Strabo.vlt. [Ab Hiſpania]Hiſpania à rege Hiſpano dicta eſt,quę antea ab omne liberia dicebatur.Trogus [De Carth.] Carthaginem in Libya Phœnices annis quinquaginta ante Ilij captiuitatem condidere.Conditores fuere xorus & Carchedon. Sicut autem Romani & ipſi Carthaginiēſes exiſtimāt.Dido mulier è Tyro profecta cuius uirū cum Pygmaliō vrbis tyrannus clam interemiſſet ſomnio monita , collectis ijs quibus Pygmalionis ſæuitia inuiſa fuerat,pecunijsque in vnum congeſtis in Libyam è nauigauit,& eo loci vbi nunc Carthago ſita eſt vrbes conſedit.Expellentibus deinde eos incolis , tm̄ ſoli deprecati ſunt io quod ſe conferrent,quantum taurino corio circundare poſſent. Primum inter Phœnices riſus eſt ortus rei exilitate,demum qui huiuſmodi foret aſtus ſcire cupientes,potiſſimum cum ambigerem, quemadmodum ciuitas tam anguſto ſpatio includi poſſet conceſſuros ſe iureiurando affirmauere. Hi corium per minuta ſecantes circumpoſuere loco vbi nouę Carthaginis arx reſidet , quæ ob id Byrſa appellata eſt.Procedēte mox tpe vrbem extra Byrſam condidere. Demum ſubacta Libya magnam maris tenuere partē. hæc Appianus.Strabo & Solinus ex originibus Catonis à Phœnicibus conditā eſſe affirmant Carth. appellata eſt,quia lingua Numida Carthag.i. Nouam vrbem dicunt [Hipponem &c.[Has vrbes non Phœnices ſed Græci condidere vt Græci ſcriptores tradunt.[Theræorum] Laconicor. Thera vrbs eſt Laconiæ ex qua coloni venerunt & occuparunt Inſulam quæ Calliſta dicebatur & à nomine ſuo Theram appellauerunt. Circa extremitatem inſulæ Batus condidit Cyrenem Carth ſub ſuo imperio CCC ciuitates habuere.Aethiopes.ſ. heſperias. [Bocchus]Aliq legūt Bogud.[Neq; cognitus]qa nec exercitus ipſius,nec ipſum vidit P.R. ſed tm̄ nomine cognouit.

AFRICAM habuere , in initio Getuli & Libyes]Manuſcripta,initio habuere,præpoſitione omiſſa.quo paulo ante, Sed qui mortales initio Africam habuerint.[Vagi; palātes,qua nox coegerat, ſedes habebant]Codices in membrana deſcripti præter vnum , qua nox coegerat.vt ſubaudias habere.Hoc eſt,ubicūque nox eos oppreſſerat,ibi cōmorabantur,cū alioqui ſedem ſtabilem & domicilium certum non hn̄ent.Exemplar à Priucio Venetijs excuſum,vt & alia pleraque , quo nos cogerat quo ferè à doctis citatur. pro quem in locum nox compulerat , ibi manebant. [Amiſſo duce.ac paſſim multis ſibi imperiū petentibus] Manuſcripta , multis ſibi quiſque imperium petentibus, verum perperā, niſi quis malis Quiſque , pro quibus que poſitum.Facit cum manuſcriptis Florentinum, atque item Beroaldinum. [Hi paulatim per connubia Getulos ſibi miſcuere]Manuſcripta. ſecum miſcuere.pro conionxere ſibi.Additur.n.huic verbo interdum illa Cum præpoſitio cum ſuo caſu.Cic.cum quibus tanquā purpuram miſceri oporteat. Idē. parentalia cū ſupplicationibus miſceri. Liuius datiuum,9.Dec. 4.Cum concilij noſtri eam fieri inus , & nobis miſcuerimus. Idem.3.belli punici ſecundi.Quod connubium vetuſtum multas familias elatas ac potentes Romanis miſcuerat. [Poſt eos Aethiopes] In manuſcriptis Legimus. Aethiopas, & ſic rectius.vt ſit accuſatiuus grecu αἰθίοπας moa. [Deinde loca exuſta ſolis ardoribus] Manuſcripta,dein.atq; ita rectius. [Et alij nouarum rerum auidi]Manuſcripta quædam,& alij nouarum rerum auidis. quo & Badianum. vt ſint duo ablatiui abſolute poſiti. Beroaldinum,Cupidis habet,pro auidis. Verum id ex gloſſa ni fallor irrepſit. Moa.[Hæq. breui multum auctæ]Manuſcriptum Eaq.breui &c.[Vſque ad flumen Muluchā,] Fabricianum, ad flumen vſque Mulucham.Paulo poſt.[Satis dictum eſt] τὸ Eſt manuſcripta nō habent,ac rectius ab eſt. Sed & ſtatim ante. De Africa & de eius incolis in manuſcriptis non repetitur illa præpoſitio De , nec in Aſcenſiano , aut Beroaldino . Sold.

SED Perſę intra Oceanum magis]Hoc, Intra Oceanum, Badius & rectè,& erudite exponit,introrſus ad Oceanum. Siue Saluſtius Oceanum poſt Atlantes ad occaſum, ſiue poſt Getulos ad meridiem crediderit. Nam ſequentes loci complures ita & exponendi,& intelligendi. Perſarum .n. & Getulorum commercium cū Hiſpanis,tum Oceanus,tum Libyes medij,qui ad fretū Herculeum agitabant,prohibebant. Itaque illos,hoc eſt Perſas, mare magnum.i. Oceanus,& ignara lingua prohibebat, quo minus cum Hiſpanis cōmercia haberent. At Libyes,etſi lingua diuerſi, propinquitate tamen locorum facile cum Hiſpanis rer commutare poterant. Et vide num ignara lingua dictum ſit pro ignorata. Vt infra ad finem pugnæ Metelli eſt Iugurtha de Numidis loquens, Pleroſque, inquit, velocitas & regio hoſtibus ignara tutata ſunt. Ignoratus tm̄ apud eūdem hunc auctorem eſt, vbi de Iugurtha victo ac vagante ait, Ipſe cum delectis equitibus Metellū ſequitur nocturnis auijs itineribus ignoratus Romanos palanteis repente aggreditur. Nō quod Badius exponit, Et lingua Perſarum ignara linguæ.ſ.Hiſpanorū.non ſatisfacit mihi,cū auctori verba addat,quæ in nullis inueniuntur codicibus.[Medis aūt & Armenij acceſſere Libyes]Ita vulgata habet lectio . Atqui vt Perſæ aduenæ acceſſere Getulis,ita Medi ac Armenij exteris Libybus acceſſere,nō Libyes Medis ac Armenijs.Quare magis placet vetuſta lectio,quę ita habebat.Medi ac Armenij acceſſere Libybus. Quod quidam temere mutarunt horrentes datiuum Libybus,rarius apud Latinos auditum,q̄q̄ taleis aliqn̄ inuenimus. Quidam codices ēt habebant Libyas,accuſatiuum grecum. Hoc ſenſu, Medi ac Armeni acceſſere Libyas prępoſitione ad verbū lata. Quam lectionem ego neutiquam reijcio & eam ſecutus eſt Badius. Porrò quæ proxime ſequuntur verba [Nam hi propius mare Africum agitabant , Getuli ſub ſole magis haud procul ab ardoribus]In Parentheſi legit Suldum, & rectè. Et illud, Hi, ante Propius, Lybyas refert, qui Getulis conferuntur, At illud alterū, Hiq. , quod poſt Parentheſim ponitur, refert Medos atque Armenios, quod Badius, qui poſt Soldū ſcripſit, non adnertit. Quāquam illud Lector fortaſſis magis miretur, cum Perſarū nomē in Numidarū. Medorū in Maurorū commutatū fuerit, in quid Armeniorū ſit mutatum nomen. Sed credendum eſt, vel abiectā prima ſyllaba, eum Medis in Mauros conceſſiſſe Armenios, aut non admodū certam hāc, quod & auctor aſſerit, eſſe hiſtoriam, Varia huiuſmodi noſtra etiamnum ętate, in gentium nominibus inuenimus, vt id nullo pacto mirum videri queat [Magis hi que ad noſtrum mare proceſſerant] Puto legendum eſſe, Aut magis quàm hi, aut, Magis his. Priorem lectionem habet Soldus. Sed iu dicet Lector. [Denique Africæ pars inferior pleraque à Numidis poſſeſſa eſt]Illud, Inferior , Soldus exponit de parte quę magis in plagam Auſtralem deſcendens meridiem reſpicit. Ego verò puto referendum eſſe ad curſum fluminum Africæ, quæ ferè à meridie in Septentrionem currunt, vt Bragrada, Ampſaga, Mulucha, & reliqua. Quanquam poteſt & inferior intelligi, quæ ad oc

caſum eſt, vt Cæſarienſem quoque Mauritaniam complectatur. Nam eo Syphacis regio pertinebat, quam Maſiniſſa à Romanis poſtea habuit, & ipſe Saluſtius paulo poſt dicturus eſt. Et Numidæ uſq; ad flumen Mulucham ſub Iugurtha erant. Malua aũt flumen propè Mulucham, apud Ptolemæum duas ſeparat Mauritanias. Sane q̃q̃ Saluſtius Prætor in Africa fuerit, multa tñ negligenter de ea ſcripſiſſe ui, quæ ad loca attinent. quod in poſterioribus oſtendimus. Quod & de Liuio in Annotationibus noſtris maxime in tertiã Decada non ſemel conqueſti ſumus [Secũdo mari prima Cyrene eſt, Colonia Theræon] Hic uero Cõmentatores noſtri egregie cæcutiunt. Colonia There, inquit Soldus, nomina ciuitatum ſunt, Badius uero Cyrene, Colonia, Theræõ vrbes, inquit, illæ ſit dictę. Haud dubie Badius iuuenis ſcripſit. Nã dum ego illum noui, alius erat. Soldum non noui, qui meam præceſſit ætatem. Herodotus lib. 4. oſtẽdit Cyrenem Coloniam eſſe. Theræon. i. populi Theræ inſulæ, Theræon vero genitiuus Græcus, vt paulo poſt Philænon. Poterat alienus uideri ab hiſtorico Latino, qui Theræorum & Philænorũ magis amaret. Cæterũ æ diphthongo penultima ſcribenda, vt alia ceciderunt. [Deinde aræ Philænõ] Deinde, inquit, quaſi poſt Syrteis ac Leptum occaſum uerſus ſint. [Philænorum aræ, quod nullo pacto verum eſt Ipſe ſanè ab ortu incipit, ac poſt Catabathmon occaſum verſus Cyrenem nominat. Deinde Syrtim magnã ad cuius intimũ ſinum, ſi Ptolemæo credimus Philenorum ſunt aræ, nõ poſt duas Syrteis, ac Leptim. Cæterum cum ait, cætera loca vſque ad Mauritaniam Numidæ tenent. Vides Lingitanam ſolã Saluſtio Mauritanã dictam, Cæſarienſem vero ſuo Iugurtha fuiſſe. Syphacis quondam regnam, quippe Mulucham flumen eius facit fineis, quem Straboni ac Ptolomeo Molochath dictum exiſtimo. Ad dit Strabo Molocath Mauritaniæ ac Maſſæſyliorum fuiſſe terminum, cum Ptolomęus Maluam collocet terminum, aliquanto magis ab orientem quàm Molochath. Porrò cum ait, Super Numidis in Getulos accepimus, ad fluminum lapſum retulit, & montana illa quæ Africæ ſecundum Cancri Tropicum imminent. Quare non bene Soldus exponit, ſupra. i. vltra. Denique cũ ait, Poſt eos Æthiopas eſſe, deinde loca exuſta Solis ardoribus, perinde loquitur, atque Æthiopas citra Torridam zonam eſſe crediderit, cum Ptolemæus, aliique Geographi intra Tropicos ſub æquatore, ac noſtra demum ætas ibi eſſe certo deprehenderit.

ACARN GETVLI. ſupple populi, aſperi, & inculti, quibus cibus erat eatõ ferina. i. ferarum, & pabulum i. forma veſcendi aut nutrimentum herbidum erat humi. i. ſuper terram, vt. i. quemadmodum ſup. eſt pecoribus, habuere. i. tenuerũt in initio Africã [Hi] ſ. Getuli, neque regebantur moribus. i. inſtitutis ea antiqua obſeruatione, neque lege. ſ. ſcripta aut lata, neque imperio cuiuſq̃. i. viri prudentis, ſed ipſi vagi. i. per varia loca diſcurrentes, & palantes. i. oberrantes ſine conſtituto fine & ſine ductore, habebãt ſedes ſup illic quo nox coegerat ſup. eos ſeſe recipere aut recli nare. Sed poſtq̃ Hercules interijt in Hiſpania] ſicuti Afri putãt quia alij, quod Liuius & Virgilius ſequuntur, dñt incolumen in Italiam ex Hiſpania veniſſe, & illic Cacum interemiſſe] exercitus eius. ſ. Herculis, compoſitus. i. collectus ex varijs gentibus dilabitur. i. in diuerſa loca diſcendit, breui, ſ. tpe, & hoc duce. ſ. Hercule amiſſo, ac multis petentibus ſibi imperium paſſim. i. ferè in ſingulis locis. [Ex eo numero]. ſ. exercitu Herculano, Medi, Perſæ, & Armenij i. populi ex Armenia, trãſuecti nauibus in Africã occupauere locos [Sic & Æn. 1. Deuenere locos. & Explorare locos &c.] proximos noſtros. i. Italico mari. Sed Perſæ ſup. compauere loco magis intra Oceanum. i. introſum ad Oceanum, & hi. ſ. Perſæ, habuere alueos. i carinas ſeu alueos nauium, inuerſos. i. habentes ima ſurſum verſa & cõtra pro tugurijs. i. integumentis à ſæuitia cœli [Quia neque materia]. ſ. ædium facienda rum, erat in agris vt qui arboribus ſint in fœcũdi, neque copia. i. facultas emendi aut mutuandi. i. mutuo accipiendi. ſ. materiam ab Hiſpania, ſup. erat, quia mare magnum, & lingua Perſarum, ignara linguæ. ſ. Hiſpanorum, cum tñ ex Hiſpania venerint prohibebant commercia. i. commercationes & negociationes per precia aut commutationes rerum. [Hi]. ſ. Perſæ, miſcuere ſecum paulatim per connubia. i. coniugia, Getulos. ſ. populos. [Et quia ipſi Perſæ tentantes agros]. i. facientes periculum de bonitate agrorum, petiuerant, aut patiuerant alia, & deinde alia loca, ipſi appellauere ſemet. i ſe ipſos Numidas. i. diuiſos lege, aut paſtores. Nã nomao νέμω dicitur diuido, ſed quia Numida primã corripit forte dicitur à nomos. i. lex & iduo. i. diuido, aut quia nomos dr̃ regio paſcua, & nomas, ados, Numida paſtor. [Cæterum. i. ſed ædificia Numidarum, quæ illi vocant Mapalia. i. Tugutara] agreſtium, ſũt adhuc, quaſi carinæ, oblõga tecta curuis lateribus, Medicaũt & Armenij acceſſere Lybes. ſ. populos. Nam hi. ſ. Medi, agitabant propius. i. magis propè mare Africum, quaſi Getuli agitabant magis ſub Sole. haud procul ab ardoribus. ſ. Æthiopum. [Et hi habuere mature hoc eſt cito opida, nam diuiſi freto]. i. anguſto mari ab Hiſpania, conſtituerant mutare. i. per mutationem comparare inter ſe res. ſ. quibus egebant. [Libyes hoc Libyci, corrupere paulatim nomen eorum, appellantes lingua barbara]. ſ. ſua Mauros pro Medis. [Sed res]. i. imperium [Sæpe enim res pro imperio ponitur, ut Aen. iij. Poſtquam res Aſię Priamiq; euertere gentem. Et eiuſdem primo, Rom. rerum dominos gentemq; togatam. Sic dicere ſolemus Lacedæmonios diu rerum potitos] Perſarum, i. eorum qui ex Perſide in Africam venerant, adoleuit. i. creuit & aucta eſt breui, ac poſtea Numidæ nomine. i. ſic nominati [vt dictum eſt, quòd lege diuiſi, aut quòd paſtores] digreſſi propter multitudinem à parentibus poſſedere ea loca quæ proxima, aut exiſtentia proxime Carthaginem. Numidia appellatur. Vbi regula elegantiæ ſuperius poſita utitur, qua uerbum correſpondet uiciniori. Similq. proxima aut proxima gratia poſitum prope accuſatiuum adnectit. [Deinde vtrique tam remanentes in Getulia, quam qui ad loca vicinia Carthagini venerant, freti]. i. adiuti, alteris. i. mutuo auxilio. [Vbi eſt regula notanda, Quoties duobus aliquid viciſſim conuenit ita, vt hic illi & ille huic, ſed neuter ſibi aliquid facit aut non facite, tũc vterque alteri aut neuter alteri, non vterque vtrique nec neuter neutri feciſſe dicetur. verbi gratia, qui citeriores Numidæ erãt præſidio non ſibi, ſed vlterioribus, & ulteriores citerioribus bene dicit vtrique alteris freti. Et ſi in ſingulari certamine duo, vt Brutus & Aruns mutuo occiſi ſint, quia neuter ſe occiderit non dicam vtrũque ab vtroque, ſed vtrunque ab altero, occiſum, & neutrum alteri pepercisse,] coegere finitimos. i. conterminos ſuos. ſub imperium ſuum, aut armis. i. bello geſto, aut metu ne geratur, & addidere ſibi nomen & gloriam, ſed magis hi. ſ. citeriores, qui proceſſerant ad mare noſtrum. ſ. Tyrrhenum, cõtra oſtia Tyberina, quia vt dicitur Aen. primo, Vrbs antiqua fuit Tyrij tenuere coloni, Carthago, Italiam contra, Tyberinaq; longe Oſtia &c. quia Libyes. i. Libyci, erant minus bellicoſi quam Getuli & ita facilius vincebãtur. Sanè Græce dicitur Libys, Libyos homo ex Libya, quæ eſt ab Atlante ad Canopum, dicta uel à Libya vxore Epaphi, vel quòd Libs uẽtus Africus inde flat, denique inferior pars Africæ eſt poſſeſſa pleraque. i. ferè tota à Numidis [Et omnes victis conceſſere in gentem, & nomen imperãtiũ]. ſ. victorũ, hoc eſt à victoribus omnes Numidæ dicti ſunt, quod ne Latinis fieret ab Troianis fugiens Iuno apud Virgilium exoraſſe Iouem. [Poſtea Phœnices]. i. qui venerant ex Phœnicia ſup. egreſſi Phœnicia, alij gratia minuendę multitudinis. ſ. populi, domi. i. quę erat nimium frequens in patria, pars hoc eſt partim plebe ſolicitate. i. quia plebs erat ſolicitata, cupidine imperij, & alij auidi nouarum rerum, condidere in ora hoc eſt regione maritima. i. ad mare Africanum ſpectante, Hipponem, cui Diuus Auguſtinus poſtea præſedit, Adrumetum, Leptim, & alias vrbes, ergo & illæ vrbes ſunt, hæ. ſ. vrbes dictæ, exiſtentes auctæ multum, breui. ſ. tempore, fuere pars hoc eſt partim originibus ſuis. i. priſcis Phœnicibus, præſido, hoc eſt ad præſidium & protectionem, aliæ fuere originibus ſuis decori. i. ad decus & ornamẽtum honoris. Et ſi quis dicat Carthaginem in ea quoque regione à Tyrijs cõditam eſſe, & etiam de ea re debere loqui, dicit de his duntaxat loquor, nã ego puto melius ſilere. i. penitus nihil dicere de Carthagine, quam dicere parum, cum eius vrbis origo & fama factorum ingentem depoſcat hiſtoriam, quoniam tempus monet properare alio. i. ad alia dicenda. [Igitur] Vt paucis reliquum ſitum Africæ percurrat, ad, hoc eſt iuxta Catabathmon. i. deſcenſũ illum, [eſt enim Catabathmos diſceẽſus ſeu valis deuexa in Aegyptum Africam finiens, quod nomen ſumitur καταβαίνω catabęno. i. deſcendo, qui locus diuidit Aegyptum ab Africa ſecundo mari quod Aegyptum reſpicit] Prima habitatio, i. vrbs habitatũ illic eſt Cyrene, colona Therçon, i. vrbes illę ſic dictę deinde ſunt duę Syrtes. i loca arenoſa in mari habẽtia breuia vada. i. nũc aquam nunc arenam, vbi nauigantibus ſummũ eſt periculũ. unde Aen. 1. in breuia & ſyrtes vrget, miſerabile viſu, & eiuſdẽ v. Hunc ego Getulis agerẽ ſi ſyrtibus exul. inter quas. ſ. ſyrtes eſt Leptis vrbs prius dicta, deinde ſup. ſunt arę Philenorũ. i. fratrũ. [Quem locum Carthaginienſes habuere finem imperij Aegyptũ uerſus] Vnde dicit Soldus ſic, Quare hic locus dictus ſit Philenorum arę, hiſtoria conſideranda. Nã cum Carth. & Cyrenenſes de finibus diu inter ſe bello decertaſſent, tandẽ defatigati ita inter ſe cõuenerũt, vt certo die legati vtriuſque ciuitatis domo diſcederent, & quo in loco obuij inter ſe fuiſſent is locus con

munis

munis utriuſque ciuitatis finis haberetur. Igitur à Carthagine duo fratres miſſi ſunt, qui Philæni vocabantur. Illi celeriter iter ſuum peregerunt, Cyrenenſes tardius iuerunt. Hi igitur domi pœnas metuentes, quia tardius iuerant, criminabantur Carthaginienſes dicentes eos, ante tempus conſtitutum domo diſceſſiſſe, & propterea celerius veniſſe ſe non paſſuros, vt victi domum abeant. Igitur cum Carthaginienſes aliquam conditionem ęquá peterent, Cyrenenſes hanc eis obtulerunt, vt quo in loco fines populo ſuo peterent, ibi viui obruerentur, ſe quoque eandem conditionem ſubire paratos. Philæni probata conditione ſe vitamque ſuam reip. condonauerunt, atque vbi fines patriæ eſſe volebant, ibi viui ſepulti ſunt, ob eam rem Carthaginienſes Philænis fratribus aras conſecrauerunt in eo loco, vbi viui obruti ſunt. Hæc ille. Annotabis puer verſus præpoſitionem ferè poſtponi, ut hic Ægyptum verſus. Poſt. i. deinceps poſt aras Philęnorum ſunt aliæ vrbes Punicæ. i. in Punica regione dicta à Pœnis, quia, œ, in, u, longum mutatur vt pœna punio, Mœnia munio, pœnus punicus. Numidæ tenent cætera loca vſque ad Mauritaniam, ideſt Maurorum patriam, Mauri autem ſunt proxime. i. maxime propè Hiſpaniam. Nos accepimus. i. intelleximus (quia non viderat ea loca) Getulos. ſ. populos agitare ſupra Numidiam. i. in ſuperiore regione quàm ſit Numidia, agitare. ſ. vitam ac negocia ſua, partim in tugurijs quæ Mapalia aut Magalia Pœnorum lingua dicuntur. i. paruis integumentis contra ſęuitiam cœli, alios qui non habeot tuguria agitare vagos. i. vagabundos, incultius, id eſt magis inculte & aſpere, cum ſubdio vitam degerent. Et accepimus Æthiopes eſſe poſt eos. i. Getulos, deinde loca exuſta ardoribus ſolis. i. torridam zonam, cui Aethiopes vicini ſunt. vnde dicti ſunt, quaſi αἴθοντες. Aethopes. i. ardentes Aethops enim dicitur ardens, & ſimiliter Aethos ardens aut cauma. ſeu ardor. Igitur P. R. adminiſtrabat per magiſtratus. ſ. Proconſules aut Prętores in Prouinciam miſſos, bello Iugurthino. i. tempore belli Iugurthini, aut victo Iugurtha, pleraque. i. plurima oppida ex Punicis. ſ. oppidis, & fines Carthaginienſium. [Quos] .i. fines ipſi Carthaginienſes habuerant nouiſſime .i. vltime aut ſi ſit habuerat, dic quos P. R. habuerat nouiſſime .ſ. poſt ſecundum bellum Punicum, ſed ſupp. magna pars Getulorum & Numidiæ vſquę ad flumen Mulucham .ſ. nomine, erat ſub Iugurtha. [Bocchus rex imperitabat]. i. dominabatur. omnibus Mauris. Ignarus per cætera (poeta diceret ſine per, ignarus cætera. i. in cæteris ſicut, ſed cætera Grains) P. R. præter nomen. i. famam eorum itemq. i. & conſimiliter neque cognitus erat nobis pace neque bello ante. ſ. illud bellum. Satis eſt dictum de Africa & incolis eiuſdem, tam regibus quàm populis, ad neceſſitudinem rei. ſ. præpoſitæ. [Poſtquam autem] Poſt deſcriptionem Africæ, redit ad hiſtoriam quam miranda breuitate proſequitur innuens duntaxat regnum Numidiæ inter Adherbalem, & Iugurtham ex ſententia Legatorum Romanorum conduiſum, ac dicens.

*Quidā legunt, ab Africa.

POſtquam diuiſo regno legati * Africa diſceſſere, & Iugurtha contra timorem animi præmia ſceleris adeptum ſeſe videt; certum eſſe ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, omnia Romæ venalia eſſe, ſimul & illorum pollicitationibus accenſus, quos paulò ante muneribus expleuerat, in regnum Adherbalis animum intendit. Ipſe acer, bellicoſus, at is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, opportunus iniuriæ, metuens magis quam metuendis. Igitur ex improuiſo, fines eius cum magna manu inuadit: multos mortales cum pecore, atque alia præda capit, ædificia incendit, pleraque loca hoſtiliter cum equitatu accedit. Deinde, cum omni multitudine in regnum ſuũ ſe conuertit, exiſtimans Adherbalem dolore permotum, iniurias ſuas manu vindicaturum, eamq; rem belli cauſam fore. At ille, ꝙ neque ſe parem armis exiſtimabat, & amicitia pop. Ro. magis, quam Numidis fretus erat, legatos ad Iugurtham de iniurijs quæſtum miſit. qui tametſi contumelioſa dicta retulerant, prius tamen omnia pati decreuit, quàm bellum ſumere, quia tentatum antea, ſecus ceſſerat. Neque eo magis cupido Iugurthę minuebatur; quippe qui totum eius regnum animo iam inuaſerat. Itaq; non vti antea cum prædatoria manu, ſed magno exercitu comparato bellum gerere cœpit; & aperte totius Numidiæ imperiũ petere. Cæterum qua pergebat, vrbes, agros uaſtare, prædas agere, ſuis animum, hoſtibus terrorem augere. Adherbal vbi intelligit eò proceſſum, uti regnum aut relinquendum, aut retinendum armis eſſet; neceſſario copias parat, & Iugurthæ obuius procedit. Interim haud longe à mari propè Cirtham oppidum, vtriuſq; exercitus conſedit, & quia diei extremum erat, prœliũ non eſt inceptum. ſed ubi plerunque noctis proceſſit, obſcuro etiam tum lumine, milites Iugurthini ſigno dato caſtra hoſtium inuadunt, ſemiſomnos partim, alios arma ſumentes fugant, funduntq;. Adherbal cũ paucis equitibus Cirtham profugit. Et ni multitudo Togatorum fuiſſet, quæ Numidas inſequentes à mœnibus prohibuit, vno die inter duos reges cęptum atque patratum bellum foret. Iugurtha oppidum circunſedit, vineis turribusq;, & machinis omnium generum expugnare aggreditur, maxime feſtinans tẽpus legatorum ante capere, quos ante prœlium factum, ab Adherbale Romam miſſos audiuerat. Sed poſtquam ſenatus de bello eorum accepit, tres adoleſcentes in Africam legantur, qui ambos reges adeant, ſenatus, populique Romani uerbis nuncient, uelle & cenſere eos ab armis diſcedere, ita ſeque, illisq; dignum eſſe.

POſtquam diuiſo] Nunc redit ad propoſitum, ut oſtendat quid fecerit Iugurtha, poſtquam legati Romani diuiſerunt regnum Numidiæ inter ipſum & Adherbalem. Ordo eſt, Iugurtha ratus eſſe certum, id eſt id, quod acceperat ex amicis ſuis apud Numantiam, uidelicet omnia eſſe uenaliam Romæ, & accenſus pollicitationibus illorum, quos paulò ante muneribus expleuerat, intendit animum in regnum Adherbalis, poſtquam legati diſceſſere Africa, diuiſo regno, & poſtquam uidet ſe eſſe adeptum præmia ſceleris contra timorem animi. Cum, inquit, legati Rom. diuiſo regno ea Africa diſceſſiſſent, ſtatim Iugurtha cogitare cœpit quomodo regnum Adherbalis inuadere poſſet, quandoquidem cognouit id eſſe uerum, quod audiuerat ab amicis ſuis, cum apud Numantiã eſſet, uidelicet quòd omnia erant uenalia Romę. [Contra timorẽ animi præmia ſceleris adeptum ſeſe uidet]. i. poſtquam uidet ſe eſſe cõſecutum impunitatem ſceleris ſui contra id, quod timebat in animo ſuo. Nam Iugurtha ſemper timuerat, ne ſenatus ſcelus ſuum puniret, quia Hiempſalem inter fecerat, & Adherbalem regno expulerat. [Præmia ſceleris]. i. impunitatem, quia ſenatus non puniuit ſcelus Iugurthę, immo decreuit, ut dimidiũ regni Numidiæ haberet. [Apud Numantiam acceperat] .i. audiuerat, hoc quod ſupra monſtratum eſt. [Omnia Romæ uenalia eſſe]. i. omnia Romæ per pecuniam uendi, quod Iugurtha tunc expertus erat. Nam pecunijs impunitatem ſui ſceleris emerat à ſenatoribus Rom. [Pollicitationibus]. i. promiſſionibus, quia legati qui pecuniam & munera paulò ante ab eo acceperant, promiſerant ei ſuum auxilium ſi forte acciſſeret, ut de eo aliquid tractaretur Romæ in ſenatu. [In regnum] Vt regnum Adherbalis inuadat. [Intendit] Dirigit. [Ipſe acer] Ecce occaſiones, quæ accendebant Iugurtham, ut regnum Adherbalis inuaderet. [Ipſe] ſ. Iugurtha. [Acer]. i. fortis. [Bellicoſus] Bello aſſuetus, belli peritus. [At is]. ſ. Adherbal. [Petebat] Id eſt inuadebat [Quietus]. i pacificus. [Placido] ſ. miti, [Opportunus iniuriæ] .i. ad iniuriam commodus uidelicet, cui commode inferri poſſet iniuria. [Fines eius] Imperium Adherbalis. [Magna manu]. i. magna multitudine. [Vindicaturum]. i. ulturũ. [At ille] ſ. Adherbal. [Armis]. i. bello. [Quæſtum]. i. ad conquerendum. [Contumelioſa dicta] Quia Iugurtha cauſam belli quærebat. Legatis Adherbalis contumelioſe reſpondit, ut Adherbal, & iniurijs ſimul & contumelijs concitatus, bellum contra eum ſuſciperet. Sed Adherbal omnia potius pati uolebat, quam bellum ſumere contra Iugurtham, quoniam bello paulò ante ab eo uictus fuerat. [Retulerant] Reportauerant. [Prius] .i. potius. [Decreuit] .ſ. Adherbal. [Secus ceſſerat] .i. male euenerat. Nam, ut ſupra uiſum eſt, à Iugurtha prœlio eſt Adherbal [Neque eo]. i. propter id, quia Adherbal de iniurijs ſibi à Iugur-

tha illatis uindictam non faciebat. ſed tolerabat non tamen propter id Iugurthæ cupiditas minuebatur. [Manu] .i. multitudine. [Comparato] .i. tractato, collecto. [Petere] .i. inuadere. [Qua pergebat] Subauditur ea parte. [Vaſtare] Pro vaſtabat. [Agere pro agebat,] Id eſt pellebat, vel ducebat. [Augere] Pro augebat. [Vbi] Poſtquam. [Eo proceſſum] .i. ad id peruentum. [Copias,] Id eſt exercitum. [Diei extremum] .i. extrema pars diei. [Plerunque noctis] .i. magna pars noctis. [Proceſſit] .i. pertranſijt. [Obſcuro lumine] .ſ. exiſtente. [Signo dato] Videlicet cum buccina, tuba. [Inuadunt] .i. aggrediuntur. [Et ni multitudo togatorum] Niſi inquit ciues, Iugurthinos milites à mœnibus vrbis repuliſſent, eo die finitum eſſet bellum quod inceptum erat. nam vrbem Cirtham introiſſent, & regem Adherbalem cepiſſent. ſed ciues prohibuerunt. [Et ni] Pro niſi. [Togatorum] .i. oppidanorum, & ciuium, qui non erant armati, vt milites, ſed togati, vt ciues eſſe ſolent .i. toga induti. [Patratum] .i. perfectum, & finitum, ni in oppidum Cirthã, Adherbal ingreſſus fuiſſet à Iugurtha fugatus victuſque. [Oppidum] Ciuitatem. [Circũſedit] .i. obſedit. [Vineis] Vinea eſt genus machinæ in modum vitis, ab vna parte tectum, ſub qua milites tecti pugnant. Vnde ſecundùm Feſtum Pompeium, ſub vitem præliari dicuntur milites, qui ſub vinea militari pugnant. Sub vineam iacere dicuntur milites, cum Centurionibus aſtantibus ſudes iacere coguntur, hoc genus machinæ in vrbium expugnatione mœnibus admoueri ſolitum erat. [Turribuſque] Turres ſunt ædificia alta, atque munita extra mœnia, ab hoſte obſidente conſtructa, de quibus commode, & tute pugnatur. [Maxime feſtinans] Iugurtha feſtinabat, vt ſi poſſet, vrbem expugnaret, antequam legati Adherbalis Romam peruenirent. Nam Adherbal legatos Romam miſerat ante bellum inceptum, uidelicet, cum Iugurtha ſubita incurſione prædabundus fines eius inuaſit. Deinde multis locis incenſis, vaſtatoque agro, & præda abacta, in regnum ſuum reuerſus eſt, vt ſupra viſum eſt. Vel certe, tunc miſit legatos, cum intellexit Iugurtham iam comparato exercitu, non præparatoria manu, vt antea regnum ſuum inuaderet. [Anteccapere] .i. anteuenire. [Præuenirer] Videlicet, vt prius vrbem caperet, quàm legati Romam peruenirent. [Accepit] .i. audiuit, intellexit. [In Africam legantur] .i. legati mittuntur. [Senatus populique Rom. verbis nuncient] .i. ex parte ſenatus, & pop. Rom. nuncient. I. hoc quod ſequitur, videlicet, ſe velle & cenſere. i. decreuere. ſ. hoc, videlicet, vt à bello deſiſtant. [Ita & cenſere] Ita etiam dignum ſe. ſ. Senatu populoque Romano. [Illiſque] .ſ. regibus.

MARS. AB Africa] Dicta eſt ab Afro Herculis filio & idẽ eſt quod Libya. Solinus. [Intendit] Vertit. [Opportunus iniuriæ] Paratus ad accipiendum iniuriam magis quam ad defendendum regnum. [Metuens] Metuebat alios potius qui illis terrorem inferret. [Igitur] .i. data occaſione. [Petit cum equitatu] Occurrit vndique in regnum cum exercitu. In regnum ſuum] .i. Adherbalis. [Eam rem] Illam regni inuaſionem. Quam Numidis] Quàm proprio exercitu. [Inuaſerat] Animo propoſuerat. [Proceſſum eo] Ad hanc extremitatem. [Cirtha.] Oppidum mediterraneum auctor Strabo. Plin. appellat vrbes in ora .i. prope mare ſitas. [Fundunt] Diſſipant. [Togatorum] Non oppidanos intelligit, ſed Romanos & Italos qui in Numidia negociabantur. [Patratum] Finitum bellum. [Vineis] Cratis viminibus factis quæ cooperta terta milites ad mœnia vrbis accedebant. [Turribus] Appianus in bello Libyco ubi formam triumphi Scipionis deſcribit, ait. Ferebant & ligneæ turres. [Machinis omnium generum] Vt arietibus catapultis. [Cenſere] Decernere. [Ita] Deponendo arma. [Eſſe dignum ſeſe] Maieſtate Romana. [Et illis,] Scilicet regibus, quia erant ſanguine coniuncti, & fratres per adoptionem.

POSTQVAM diuiſo regno legati Africa diſceſſere] Sic & manuſcripta. Perperam in quibuſdam eſt, ab Africa. nam & inferius, Vbi eos Africa diſceſſiſſe ratus eſt, inquis. Mox. [Certum eſſe ratus quod ex amicis apud Numantiam acceperat] Sic & manuſcripta. In alijs, ad Numantiam. quomodo per frequenter Cicero loqui conſueuit. Sic Virg. ad Troiam dixit pro apud Troiam, & Liuius, dum hæc ad Veios agebantur. pro apud Veios. Hoc, ni fallor, e gloſſa nimirum irrepſit. nam annotarat forte aliquis ad pro apud eſſe poſitum. τὸ Eſſe ibidem, non eſt in manuſcriptis, ac citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit. [Multos mortales cum pecore] Legendum, mortaleis. [In regnum ſuum ſe conuertit] τὸ Se, non reperitur in Beroaldino, neque in vllo manuſcripto, quaſi abſolute ponatur hoc verbum. Sic alibi, Clam cum paucis ad pedites conuertit, inquit. & Corn. Tacitus 3. Poſtquam cædibus ſeruitum, & magnitudo famæ exitio erat, cæteri ad ſapientiora conuertere. Hic quoque ſine caſu poſitum. Mox. [Exiſtimans Adherbalem dolore permotum iniurias ſuas manu vindicaturum] Manuſcripta, dolore permotum Adherbalem, quæ collocatio verborum melior. [Et quia diei extremum erat, prælium non inceptum] τὸ Eſt, in Manuſcriptis non eſt. Paulò poſt. [Quæ Numidias inſequẽtes à mœnibus] In manuſcriptis & impreſſis quibuſdam omiſſa præpoſitio eſt, mœnibus prohibuit. Vtrunque mihi placet, & utroque modo Cicero loqui conſueuit. Cæſar. 1. belli Gallici, finibus prohiberi dixit, ſine addita præpoſitione. Mox. [Iugurtha oppidum circunſedit] In manuſcriptis eſt, igit. Iugurtha. nec aliter in impreſſis quibuſdã.

INIVRIAS ſuas manu uindicaturum] Vide ancipitem reciprocationem in uerbo, Suas, Iugurtham ne referas, qui intulerat, an Adherbalem, cui illata erat. Ipſius, quod medium uerbum inter Suas ac Eius Grammatici ponunt, ſuſtuliſſet hanc dubitationem. [Vrbes, agros uaſtare] Duo nomina abſque coniunctione ad vnum verbum connexa ſunt, cum apud auctores ſæpius tria, duo rarius. Sed hæc alijs committenda. [Ad Cirtham oppidum] Strabonis Codex libro vltimo Geographiæ habet, Adherbalem & obſeſſum, & occiſum ad Vticam, ubi planè mendam puto. Vtica enim hoc tempore in prouincia erat Romanorum, qua legati paulò poſt Iugurtham literis euocant. Nemo igitur hunc locum ex Strab. lib. ſed contra illum ex hoc, qui bene habet emendare conetur. GLAR.

POSTQVAM Legati] .ſ. Romani, diſceſſere ab Africa, & hoc regno. ſ. Numidiæ diuiſo, inter regulos dictos, & Iugurtha uidet contra timorem animi .i. contra id quod timuerat in animo ſuo, uidelicet magnum malum ab Romanis propter necẽ Hiempſalis, uidet dico, ſe adeptum præmia ſceleris. i. ex ſcelere, quia partem regni maiorem quã habiturus fuiſſet, ſi ille ſuperuixiſſet, ratus. i. arbitrans eſſe certum. i. indubitatum & omnino exploratum quod didicerat ex amicis. i. ex amicorũ & Romanorum relatione, apud Numantiam .i. cum illi ſub Scipione cum Romanis militaret, uidelicet omnia eſſe uenalia Romę, & accenſus ſimul .i. inſuper pollicitationibus illorum, quos expleuerat paulò ante .ſ. quàm legati mitterentur ad diuidendum regnum, muneribus .i. donis miſſis; intendit. i. intente adijcit animum in regnum. i. in partem regni, Adherbalis. i. quæ aſſignata erat Adherbali, ipſe ſup. erat aut intendit ex itens acer & bellicoſus; at. i. ſed is quem petebat ſup. inſidijs, uidelicet Hiẽpſal erat ſup. quietus. i. pacificus, imbellis. i. fugitans litium & belli, ingenio placido. i. habens ingenium placidum, & ita opportunus .i. idoneus & accommodatus, iniurię ſup. accipiendę ab Iugurtha, quia magis metuens quam metuendus. Igitur, quia animum in regnum Adherbalis intenderat Iugurtha, ipſe inuadit cum magna manu ex improuiſo. fines. i. limites, eius. ſ. Adherbalis aut regni eius, & capit multos mortales .i. homines improuidos, cum pecore atque alia præda. i aliarum rerum, & incendit ædificia, & petit. i. ingreditur hoſtiliter pleraque loca cum equitatu. i. cum equeſtri exercitu. Deinde Iugurtha ſup. conuertit ſup. ſe cum omni multitudine. i. prædonũ & prædarum, in regnum ſuum. i. proprium, exiſtimans. i. arbitrans Adherbalẽ permotum. i. vſque ad ultionem impulſum, dolore. i. propter dolorem, uindicaturum manu. i. exercitu iniurias ſuas, aut Iugurthæ, ut pote quas intulerat, aut Adherbalis quippe quas acceperat, & exiſtimans eam rem fore cauſam belli. Ac. i. ſed ille. ſ. Adherbal, quòd. i. quia, neque exiſtimabat ſe parẽ ſup. Iugurthæ, armis. i. rebus bellicis, & quòd fretus erat. i. adiutus aut confiſus magis amicitia P.R. q̃ Numidis, miſit legatos ad Iugurtham queſtum. i. ad conquerendum, de iniurijs. i. ab eo illatis, qui. ſ. legati, tametſi retulerunt dicta. i. reſponſa, contumelioſa. i. opprobrioſa, tamen Adherbal decreuit prius. i. potius pati omnia. ſ. aduerſa, quam ſumere bellum. ſ. cum Iugurtha, quia ſupp. bellum tentatum. i. attentatum ab Adherbale ceſſerat antea ſecus ſup. quam uolebat. Neque cupido. i. cupiditas Iugurthę minuebatur magis eo. i. per id, quòd tam placidum uidebat fratrẽ, quippe. i. utpote, qui inuaſerat, animo. i. intentione, iam. ſ. antea totum regnum eius. ſ. Adherbalis. Vnde graphice dicit Lucanus lib. 1. Nulla fides regni ſocijs, omniſque poteſtas impatiens conſortis erit, &c. [Itaque non uti] Proſequitur narrationem de bello Iugurthino contra Adherbalem initio, dicens. Itaque. i. & ita quia animo inuaſerat totum regnum Adherbalis, ipſe Iugurtha cœpit agere bellum, non uti. i. quemadmodum, ante. i. prius, cum manu. i. exercitu prædatorio. i. ad prædam accincto (ubi cum ſignificat comitem, nam manus pro copijs ponitur, alioquin dixiſſet manu ſine cum, non enim iungitur cum inſtrumento) ſed exercitu magno comparato ad hoc, & cœpit, petere aperte. i. manifeſte imperium. i. regnum & dominium totius Numidiæ. Cæ- ASCEN.

terum.i.ſed,inſuper, vaſtare repente cœpit,aut potius vaſtate.i. vaſtabat vrbes & agros.ſup.ea.i.per eam viam qua pergebat, & agere.i.agebat & auertebat pdas, & augere.i augebat ſuis. i.militibus,& fautoribus animum.i.animoſitatem,& hoſtibus terrorem.i.formidinem. Adherbal,ſiue Atherbal,ubi.i. poſtquam intellexit proceſſum eſſe.i.peruentum[impersonaliter, ponitur] eo.i.ad id neceſſitatis,vt i.vt,aut regnum eſſet relinquendum, aut retinendum armis,parat neceſſario.i.propter neceſſitatem, copias.i.exercitum? & procedit obuius Iugurthæ.Interim.i.interea dum procedit,exercitus vtriuſque tam Iugurthæ quam Adherbalis, conſedit.i.ſedem cepit & caſtrametatus eſt.haud lõge à mari prope Cirtham oppidum,vbi magis commune proponitur, vt ſignificatur per minus commune Cirtham. Et quia iam erat extremum.i.extrema pars diei:i.lucis, prœlium non eſt incœptum.ſ.ſtatim, ſed vbi.i.poſtquam plurimum. i.plurima pars noctis proceſſit lumine. ſ.naturali, vt pote ſtellarum,aut lunæ, etiam tunc obſcuro,[alij legunt cum lumine,quaſi lumen modi cum ſecum adduxerunt, [milites Iugurthini,ſigno.ſ.iucũdi belli per turbam, aut aliud quoduis inſtrumentum,dato, inuadunt caſtra hoſtium.ſ.Adherbalis, & militum eis,& fugant, & fundunt.i.proſternunt.ſ.hoſtes, partim ſemiſomnos.i. dormitantes, & ſemiſopore perfuſos[vbi notabimus regulam Vallæ. In his quæ ambiguam habent declinationem ſeruandam eſſe conſuetudinem. Nam ſemiſomnum potius per ſecundam,& in ſomnem & ex ſomne potius per tertiam dicemus inflexionem]& alios ſumẽtes arma.Adherbal profugit cum paucis equitibus Cirtham & ni.i.niſi multitudo togatorũ.i.ciuium nõ armatorũ,ſed in togis exiſtentium,[Sanè togati ſunt proprie Romani, ſed potuit & aliis toga eſſe.nam non eſt vero ſimile Romanos illic tunc fuiſſe]fuiſſet ſup.illic, quæ prohibuit mœnibus.i.nè ingrederentur mœnia Numidas inſequẽtes, bellum foret.i.fuiſſet,cœptũ.i. incœptum cum effectu,inter duos reges.ſ.Iugurtham,& Adherbalem, & patratum.i.conſummatum & penitus geſtum uno die quia Adherbal occiſus fuiſſet. Iugurtha itaque prohibitus ingredi,circumſedit,i.obſedit oppidum.ſ.Cirtham,& aggreditur.i. contendit, expugnare.i.oppugnando capere ſup.ipſum, uineis, turribus, & machinis ſup.alijs[quia uineæ & turres etiam machinæ ſunt]omnium generum.i.modorum & formarum.Vinea autem eſt genus machinæ in modum uitis ab una parte tectum ſub qua milites pugnabant.unde ſecundum Feſtum Pompeium ſub vite præliari dicũtur milites,qui ſub uinea militari pugnare habent autem milites connexa & conuexa ſupra ſcuta.Turres ſunt machinæ altiores unde in mœnia iaciebantur tela.Aggreditur inquam expugnare,feſtinans maxime,antecapere.i.præripere tempus legatorum quos audiuerat miſſos Romam ab Adherbale ante prœlium factum.ſ.ante ipſos.[Sed poſtquã &c.]Quia corrupti erant plurimi ex ſenatu Rom.nihil decenter, in hac re geritur,niſi in ſcriptore,qui omnia fideliter vt geſta ſunt,narrat. Dicit.n.miſſos iuuenes ad tantam litem dirimendam, ubi mitti debebat copioſior exercitus ad iniuriam uindicandam,ut ex ordine patebit,q talis eſt,Sed poſtq̃ ſenatus.ſ.Rom.accepit.i.intellexit, aut nouam[vt dñt]accepit, de bello eorum.i.Iugurthæ & Adherbalis,tres adoleſcentes[quos nõ nominat,ne uilipendiſſe eos viſus,&c diffamaſſe uoluiſſe uideretur]legantur.i.mittuntur in Africam,qui adeant,i.cõueniant, ambos reges.ſ.Adherbalem & Iugurtham,& nũcient verbis.i.nomine,aut iuſſu. S.P.Q.R.i. Senatus Populiq. Rom.ſenatum ſup.& P.R.cenſere & uelle eos diſcedere ab armis,& ita eſſe dignum ſe.ſ.ſenatu Rom.quem pacis eſſe auctorem decuit,& illis, q inter ſe tã propinqui eſſent.

LEGATI in Africam maturantes veniunt: eò magis quòd Romæ,dum proficiſci parant,de prœlio facto,& oppugnatione Cirthæ audiebatur: Sed is rumor clemens erat.Quorum Iugurtha accepta oratione reſpondit,ſibi neque maius quidquam,neque charius auctoritate ſenatus eſſe,ab adoleſcentia ita ſe eniſum,vt ab optimo quoque probaretur, virtute, non malitia P.Scipioni ſummo viro placuiſſe, ob eaſdẽ artes à Micipſa,non penuria liberorum in regnum adoptatum eſſe. Ceterum quo plura bene atque ſtrenue feciſſet, eo animum ſuum iniuriam minus tolerare. Adherbalem dolis vitæ ſuæ inſidiatum,quod vbi comperiſſet,ſceleri eius obuiam iſſe. populum R. neque rectè,neq; pro bono facturum,ſi ab iure gentium ſeſe phohibuerit: poſtremo de omnibus rebus legatos Romam breui ſe miſſurum. Ita vtrique digrediuntur. Adherbalis appellandi copia non fuit. Iugurtha vbi eos Africa deceſſiſſe ratus eſt,neque propter loci naturam Cirtham armis expugnare poteſt, vallo, atque foſſa mœnia circundat, turres extruit, easq. præſidijs firmat,præterea dies,noctesque, aut per vim, aut dolis tentare defenſoribus mœnium præmia modo,modo, formidinem oſtentare, ſuos hortando ad virtutem arrigere,prorſus intenta cuncta parare,Adherbal vbi intelligit omnes ſuas fortunas in extremo ſitas, hoſtem infeſtum,ſpem auxilij nullam, penuria rerum neceſſariarum bellum non poſſe trahi,ex his, qui una Cirthã profugerant duos maxime impigros delegit,eos, multa pollicendo, ac miſerando caſum ſuum, confirmat, uti per hoſtium munitiones noctũ ad proximum mare,dein Romam pergerent.Numidę paucis diebus iuſſa efficiunt.Literæ Adherbalis in ſenatu recitatæ ſunt, quarum ſententia hæc fuit.

MATVRANTES].i.feſtinãtes [Ego magis].i.ideo magis feſtinantes veniunt in Africam quia dum in Africam ire parant, iam Romæ audiebatur, quomodo prœlio commiſſo,victus Adherbal in vrbem Cirtham profugiſſet,& ibi à Iugurtha obſideretur. [Sed is rumor clemens erat].i.hæc fama mitis erat,quia non valde aſpera nunciabantur, nec ea res valde diuulgabatur.[Quorum] ſ.legatorum.[Accepta oratione] i.audito ſermone. [Reſpondit] Iugurtha,cum audiuiſſet legatos ſibi verbis ſenatus imperãtes, vt à bello deſiſteret,callide reſpondit, ſe nihil charius habere auctoritate ſenatus.i. ſe nihil charius habere,quam vt faciat id,quod ſenatus decernit.[Ab adoleſcentia] Hæc omnia ſunt clara.Et ſubauditur,per omnia reſpondit, vel dicebat [Enixum].i.conatum,dedi ſemper operam ab adoleſcẽtia mea,vt me vnuſquiſque optimus laudaret. Ob virtutẽ apud Numantiam placui Scipioni optimo imperatori,ob eandem virtutem Micipſa me in filium adoptauit [Probaretur].i.laudaretur. [Artis].i. virtutes.[Non penuria liberorum].i. non quia filios non haberet Micipſa,me in regnum adoptauit,ſed propter virtutem. Nam filios duos habebat.[Ceterum]Sed dicebat eo.i.ideo animum ſuum minus tolerare iniuriam, quòd, pro quia feciſſet plura bene,atque ſtrenue. Apud legatos Iugurtha cauſam ſuam mendacio defendit.Dicit,n.Ego hoc bellum non ſponte ſuſcepi ſed coactus. Nam cum Adherbal mihi tẽderet inſidias,& me dolo interficere conaretur, coactus ſum me defendere, & iniuriam repellere. Nam cum multa fortiter fecerim non poſſum iniurias tolerare, ſed hoc totũ falſum eſt,quod Iugurtha dicit. [Strenue].i. fortiter.[Minus].i.non.[Dolis] id eſt per dolos.dolus à lædendo dictus eſt.[Quod ibi comperiſſet] Et dicebat ſe obuiam iſſe ſceleri eius. [Vbi pro poſtquam comperiſſet quod].i.illud videlicet inſidiari ſibi.[Comperiſſet].i.inueniſſet. [Obuiam iſſe] i. reſtitiſſe. [P.R.] Pop. R. inquit,non bene faciet ſi me prohibuerit iniuriam mihi illatam repellere, quod iuregentium conceditur vnicuique. Nam ius gentium & ius naturale eſt, vt vnicuique vim vi repellere liceat. Ab iuregentium ſeſe prohibuerit] Videlicet, ſi prohibuerit, quo minus vim vi repellam, quod apud omnes gentes licet. Nam ius gentium dicitur, quod apud omnes gẽtes ſeruatur. [Ita]Hoc modo, videlicet cum Iugurtha ita reſpondiſſet.[Vtriq;].ſ.legati Iugurthæ. [Digrediuntur].i.ab inuicem diſcedunt [Iugurtha vbi eos]Iugurtha poſtquã legatos Ro. ex Africa diſceſſiſſet cognouit,cũ videret ſe Cirtham armis capere non poſſe quia per naturam loci muniriſſima erat, vallo, & foſſa mœnia circundat,turres altas extruit, & eas præſidijs firmat,hoc fecit, ne qs ex vrbe egredi poſſet, & ne cõmeatus introferri poſſent.[Ratus eſt] i.opinatus eſt. [Expugnare] .i.uincere [Vallo]Valli dicuntur fuſtes foſſatum genere maſculino. Nam munitio ipſa uallũ dicitur neutro genere.nam uallũ eſt munitio ex fuſtibus facta.i.ex palis. Vnde qui obſidẽt urbes uallo,& foſſa ſolent eas cingere, ne oppidani ſubita eruptione exercitum inuadere poſſint, & ne cõmeatus ex aliqua parte introduci poſſint ne ue multitudo poſſit exire,atq; ita ad famẽ ciuitas deducatur, ut ea neceſſitate deditionẽ facere cõpellatur. [Præſidijs].i.præſidiũ dicitur à præſidendo.Eſt aũt præſidium electa militũ multitudo ad cuſtodiam alicuius,uel urbis,vel arcis,uel caſtelli,uel alterius

SOLD.

cuiuſpiam

quiſpiam loci muniti poſita. [Firmat].i.munit. [Dies noctesq;.] i. per diẽ, & noctẽ [Tentare] Pro tẽtabat, more ſuo. [Defenſoribus] Promittebat ingentia præmia his, qui vrbem defendebant, ſi eam ſibi tradere vellent.] Modo].i. aliquando. [Intentus].i. ſolicitus. [Adherbal] Ordo eſt, Adherbal delegit duos maxime impigros ex his qui profugerant ſecum vna Cirtham, & confirmat eos multa pollicendo, & miſerando caſum ſuum, vti noctu pergerent ad mare per munitiones hoſtium dehinc pergerent Romam, vbi pro poſtquam cognoſcit omnes ſuas fortunas. ſ. eſſe in extremo, & hoſtem infeſtum. ſ. eſſe, nullam ſpem auxilii. ſ. eſſe, & bellum trahi non poſſe penuria rerum neceſſariarũ. Senſus patet, cum inquit, Adherbal vidit ſe ad extremum eſſe deductum, nec habere ſpem aliquam auxilij, & obſidionẽ diutius ferre non poſſe, propter inopiam rerum neceſſariarum, duos viros Romam miſit, cum literis ad ſenatum. [Omnes fortunas ſitas] i. ſtatum ſuũ. [Sitas].i. poſitas eſſe. [Hoſtem infeſtum].i. hoſtem in exitiũ ſuũ paratum, & perſeuerantem. [Penuria].i. inopia. [Rerum neceſſariarum] Quia neceſſaria ad victum iam deficere inceperãt. [Trahi].i. prolongari. [Impigros].i. ſtrenuos. [Miſerãdo caſum ſuũ] i. in commiſerationem ducendo. [Confirmat] id eſt inducit. Paucis diebus iuſſa efficiunt, quia paucis diebus Romam venerunt cum literis Adherbalis ad ſenatum. [iuſſa].i. præcepta, quæ præceperat Adherbal. [Quarum ſententia] Saluſtius non verba ſed ſententias literarum Adherbalis ponit.

Gl. vr. P. V B. Scipioni viros] Ea eſt vere laus, quæ à probato viro proficiſcitur, ait Cic. in epiſt. [Cõperiſſet] Pro certo habuiſſet. [Rectè] Secundum iuſtitiam. [Non fuit co.] Quia erat clauſus contra ſ. neceſſaria ad expugnationẽ. [Infeſtũ] Intentũ in expugnatione. [Confirmat] Excitat aĩum. [Miſerando] Demonſtrando ſe iã in poteſtate hoſtiũ eſſe. [Per munitiones] Per hoſtium caſtra.

S E D is rumor clemens erat] Perperam in Merſeburgenſi & alijs pleriſque, hiatuno. Porrò clemens, pro non nimius ponitur. cuius & priſcianus meminit. [Ob eaſdem artes à Micipſa] Legendum artes. Paulò poſt. [Adherbalem dolis vitæ ſuę inſidiatũ quod vbi comperiſſet, eius ſceleri obuiam iſſe] τὸ Eius, non eſt in omnibus vetuſtis, & additũ mihi videtur, vt & alia pleraque. Sed in manuſcriptis quibuſdam eſt tamẽ. Porro obuiam ire, hic eſt reſiſtere, ſic Cicero, malorũ conatibus obuiam ita dixit. [Poſtremo de omnibus rebus legatos Romam breui ſe eſſe miſſurũ] In manuſcriptis hæ duæ voces, ſe eſſe deſunt. An autem eleganius abſint, aliorum eſto iudicium. [Neque pp naturam loci] Manuſcriptum, neque propter loci naturam. quomodo & ea impreſſis quædam. Merſeburgenſis vero, Neque per loci naturam. ve ſit ſenſus, Loci natura obſtabat, quo minus expugnare Cirthã poſſet. [Suos hortando ad virtutem arrigera] In manuſcriptis eſt, erigere. Sed & prior lectio mihi placet. nam & alibi Sal. Eos non paulum, inquit, oratione ſua Marius arrexerat. [Bellum iri poſſe trahi] In manuſcriptis & alijs, bellum trahi non poſſe. Paulo poſt. [Literæ Adherbalis in ſenatu recitatæ ſunt] Sunt, non eſt in manuſcriptis neque ceteris vetuſtioribus.

Mart. V I R T V T E, nõ militia P. Scipioni ſummo viro plac.] Incerta eſt diſtinctio, ſit ne dictũ, Virtute & militia, ad priora referendũ, an ad poſteriora. Badius ad poſteriora retulit, fortaſſis quod magis quis militia placet, q̃ probetur; at ego puto æque militia neminem placere, atque nemini probari, ideoq. ambiguum eſt.

L E G A T I I] ſ. illi tres iuuenes, maturantes. i. feſtinantes veAscen. niunt in Africam, & eo. i. tanto magis maturantes, quod cum parant proficiſci. i. procul faceſſere. i. deſcendere, audiebatur R. de prœlio facto. ſ. inter reges, & de oppugnatione Cirthæ in qua Adherbal erat, facta ab Iugurtha. [Sed is rumor]. ſ. de oppugnatione erat clemens. i. mitis & modicus. Ita Soldus legit. Alij legunt demens, i. ab effectu, quia dementes faciebat. [Quorum]. ſ. legatorum oratione accepta. i. intellecta, Iugurtha reſpondit quidq̃ neque maius, neque charius auctoritate ſenatus, eſſe ſibi, & ſup. ſe eſſe nixum. i. eminentes conatum ita ab adoleſcentia. ſ. ſua vt probaretur. i. approbaretur, ab optimo quoque. i. ab omni valde bono. [Et reſpõdit ſe placuiſſe P. Scipioni, virtute].i. propter virtutem, non malitia. i. non maligna calliditate, & ſe adoptatum eſſe à Micipſa in regnum non penuria liberorum, quia duos tunc habebat, ſed ob eaſdem artes .i. ob virtutes quibus Scipioni placuerat. [Caeterum]. i. inſuper reſpondit, quod .i. quia feciſſet, pleraque. i. valde multa bene. i. iuſte aut proſpera, atque ſtatuit. i. ſorter eo. i. propterea, animũ ſuum tolerare minus iniuriam, quia imbellium eſt iniuriam patientiae accipere. Et reſpondit Adherbalem eſſe inſidiatum vitæ ſuæ, dolis. i. per dolos, quod. i. & illud, hoc eſt, & reſpondit quòd vbi. i. poſtquam comperiſſet. i. compertum habuiſſet, illud. ſ. Adherbalem inſidiari vitę ſuæ, ſupp. ſe iſſe obuiam ſceleri. Et reſpõdit P. Rom. facturum neque recte. i. decẽter, neque pro bono. i. æquitate ſi prohibuerit. i. procul habuerit & impedieuerit ſeſe. i. ſeipſum Iugurtham à iure gentium. i. quod communi gentium conſenſu omnibus permittitur, videlicet vim vi repellere. [Poſtremo reſpondit ſe miſſurum breui]. i. tempore Romam legatos de omnibus rebus. ſ. diſcernendis, & ita. i. poſt talem reſponſionem vtrique. ſ. tam Iugurtha q̃ legati digrediuntur Et ita copias. i. facultas appellãdi. ſ. ad Rom. ſenatũ ſuperat, modo. i. ſolummodo Adherbali, quia non potuit ius ab legatis obtinere. Alij legunt non fuit, ut ſit ſenſus, Copia appellandi. i. ſeſe opponendi dictis Iugurthæ non fuit Adherbali. ſ. facta. Vterque autem ſenſus ferè in idem redit, ſed prior placet qui appellauit. [Iugurtha ubi &c.] Proſequitur verſutum & ſubdolum ingenium Iugurthæ, qui poſt abſceſſum legatorum bellum inſtaurauit, & pluribus dolis uſus eſt dicens, Vbi. i. poſtquam Iugurtha ratus eſt eos. ſ. legatos Rom. diſceſſiſſe Africa, neque poteſt expugnare. i. pugnando capere, Cirtham. ſ. oppidum, armis. i. ui, propter naturam. i. naturalem munitionem loci, circundat Mœnia ſup. eius, uallo atque foſſa, & extruit turres. ſ. ad expugnationem oppidi, & firmat. i. fortificat eas, præſidio. i. cuſtodia militum impoſitorum [nam præſidium dicimus eſſe quod Galli guarniſon vocant] præterea tentare. i. attentabat dies & noctes. i. ſine intermiſſiones ut per vim & dolis. i. per dolos, & oſtentare. i. oſtẽtabat, defenſoribus Mœnium modo. i. interdum præmia, ſi Mœnia prodiderint & ingreſſum permiſerint, & modo formidinẽ. i. tormenta formidãda, ſi recuſauerint, & erigere. i. erigebat ſuos. ſ. milites & fautores ad virtutem. ſ. oſtentandam, hortando. i. per adhortationes, & ipſe intentus parare. i. parabat, prorſus. i. porrò verſus, hoc eſt omnino aut ad omnia cuncta. i. ad expugnationem vtilia. [At]. i. ſed, vbi. i. poſtquam Adherbal intelligit omnes fortunas ſuas eſſe ſitas. i. collocatas, in extremo ſup. periculo, Et intelligit, hoſtem. ſ. Iugurtham, infeſtum. i. violentum ſup. eſſe & nullam eſſe ſpem auxilij, & bellum non poſſe trahi. i. protrahi & differri, in penuria. i. propter penuriam. i. inopiam & difficultatem habẽdi rerum neceſſariarum. ſ. ad cuſtodiam oppidi, vt ſunt cõmeatus & arma ac milites animoſi, delegit. i. quodam delectu legit, ex his qui profugerãt, vna. i. ſimul ſecum Cirthã, in illud oppidum, duos. ſ. milites maxime impigros. i. in primis ſtrenuos ac veloces, & confirmat. i. animat, eos pollicendo multa ſi munus obierint, ac miſerando, i. ad miſerationem concitandam commemorando, caſum ſuum. i. miſeriam ſuam, vti id eſt vt pergerent per munitiones hoſtium, noctu. i. tempore nocturno ad mare proximum, & pergerẽt deinde Romam. Ex hoc loco videtur orta fictio Virgiliana in 9. Aen. vbi Niſus & Eurialus ad Aeneam legantur noctu, ab obſeſſis Troianis. [Numidę]. ſ. illi duo efficiunt paucis diebus. i. intra paucos dies, quia maxime impigri erant, iuſſa. i. mandata aut voluntatẽ regis. [Literæ Adherbalis ſunt recitatæ in ſenatu, quarum. ſ. literarum, ſententia fuit hæc. i. huiuſmodi quę ſubſequitur. Vnde ſignificat non ſub ea forma eſſe ſcriptas.

NON mea culpa ſępe ad vos oratum mitto P.C. Sed vis Iugurthæ ſubigit, quem tanta libido extinguendi me inuaſit; vt neque vos, neque Deos immortales in animo habeat, ſanguinem meum, quàm omnia malit. Itaq; quintum iam menſem ſocius, & amicus populi R. armis obſeſſus teneor, neq; mihi Micipſæ patris mei beneficia, neque veſtra decreta auxiliantur. ferro, an fame acrius vrgear, incertus ſum. Plura de Iugurtha ſcribere dehortatur me fortuna mea. etiam * ante expertus ſum parũ fidei miſeris eſſe, niſi tamen intelligo illũ, ſupra quã ego ſum petere, neque ſimul amicitiam veſtram, & regnũ meũ ſperare. Vtrũ grauius exiſtimet nemini occultũ eſt. Nam initio occidit Hiempſalem fratrem meũ. deinde patrio regno me expulit. quæ ſanè fuerint noſtræ iniuriæ, nihil ad vos. Verum nunc regnum veſtrum armis tenet, me, quem vos imperatorem Numidis impoſuiſtis, clauſum obſidet. legatorum verba quanti fecerit, pericula mea declarant. Quid eſt reliquum, niſi vis veſtra, qua moueri poſſit? nam ego quidem vellem, & hæc quæ ſcribo, & illa, quæ antea in ſenatu queſtus ſum, vana forent

* antea.

potius,

potius, quàm miſeria mea fidem verbis faceret. Sed tantum natus ſum, vt Iugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem, non iam mortem, neque ærumnas, tantummodo inimici imperium, & cruciatus corporis deprecor. Regno Numidiæ, quod veſtrum eſt, vti libet conſulite, me ex manibus impijs eripite; * per maieſtatem imperij, per amicitiæ fidem: ſi ulla apud uos memoria remanet aui mei Maſiniſſæ.

* In vetuſtis legitur, & vos, per maieſtatem, &c.

SOLD.

NON mea culpa].i. propter meam culpam. In hac Epiſtola beneuolentiam captat à ſenatu, & in odium aduerſarium adducit, cum eius crudelitatem oſtendit, & ſuperbiam [Oratum] .i. ad orandum. [Vis] Violentia. [Subegit] .i. coegit. [Extinguendi].i. occidendi. Ecce crudelitatem Iugurthæ oſtendit. [Inuaſit] .i. inceſſit. [Neque vos, neque Deos] .i. nec Deos, nec homines veretur. [Sanguinem meum] .i. vitam. [Mallet] .i. magis velit. [Itaque]. Quia cœpit me extinguere, ideo iam menſes quinque me obſidet. [Socius] Per hoc oſtendit ſibi à ſenatu auxilium deberi. Et eſt argumentum à partibus iuſtitiæ, videlicet à gratia. [Neque patris mei] Contra Iugurtham non opitulatur mihi, quòd à patre meo ipſe in filium adoptatus eſt, neque quòd vos decreuiſtis, quam partem regni quiſque poſſideat, ſed calcata pietate, & decreto veſtro neglecto, me regno expulit, & vitã mihi auferre conatur. [Beneficia] .ſ. in Iugurtham, quia Iugurtha à patre meo in filiũ adoptatus, & aſſumptus eſt, & hoc nihil mihi prodeſt, quia Iugurtha impius, & immemor beneficij ſanguinem meum quærit. Decreta veſtra; id quod vos decreuiſtis, videlicet vt vterque partem illam regni teneat, quã legati Rom. aſſignauerunt, ipſe Iugurtha hoc negligit, & regnum meum inuaſit. [Ferro an fame] Ingentibus malis ſe premi dicit, ferro, & fame. [Acrius] .i. vehementius. [Vigear] .i. premar. [Incertus ſum] .i. neſcio, dubius ſum. [Dehortatur fortuna mea] .ſ. infelix, & aduerſa fortuna dehortatur me plura ſcribere de Iugurtha, quia timeo ne mihi non credatur. Nam ita euenire ſolet, vt miſeris & infelicibus parum credatur. [Parum fidei miſeris eſſe] .i. parum credi miſeris, ſicuti ego ſum regno, & fortunis omnibus ſpoliatus. [Niſi tantum intelligo] Ac ſi diceret, Neſcio vtrum mihi credatis id, quod ſcribo de Iugurtha. Sed hoc certo ſcio. Aliud etiã præter me Iugurtham quærere. Nam quærit hoc, quomodo regnum Numidię, quod eſt veſtrum, ſibi vſurpet. Quare ſi mihi auxilio eſſe non vultis, ſaltem rebus veſtris prouidere. Tantum illud à vobis peto, vt me ex manibus eius eripiatis & hoc eſt, quod dicit. Et ea hoc loco maxime attentos facit eos, ad quos ſcribit. Dicit enim hoc ad eos pertinet, de quo agitur. [Niſi tantum] .i. ſolummodo. [Illum] .i. Iugurtham. [Supra quam ego ſum petere] Intelligo inquit Iugurtham plus quam ego ſum quærere, nõ ſolum me quærit, ſed etiam aliud. Et ita ſenatum valde ſolicitũ reddit, ne diutius tardet contra Iugurtham prouidere. Dicit enim Iugurtha quærit aliud quàm me. Et quid eſt illud, quod quærit? imperium Numidiæ, quod eſt veſtrum, ſibi vſurpare quærit. [Petere] .i. quærere. [Supra quàm ego ſum] .i. plus q̃ ego ſum. [Neque ſimul amicitiam veſtram, & regnum ſperare meum] ego intelligo, quòd Iugurtha hæc duo ſimul ſperare, non poteſt, videlicet, vt & amicus veſter ſit, & regnum meum teneat, atque vſurpet. Nouit enim & intelligit Iugurtha, hoc fieri non poſſe, vt me regno ſpoliet, & ſit ueſter amicus. [Et quamobrem] Quia cum ego iunctus ſim ſocietate & amicitia cum populo Romano, aperte intelligit, ſe eſſe veſtrum inimicum ſi me regno ſpoliauerit, ius enim ſocietatis, & amicitiæ, hoc exigit, vt qui mihi hoſtis eſt, is etiam veſter ſit hoſtis. Cum autem nunc Iugurtha me regno ſpoliauerit, aperte ſe hoſtem P. R. eſſe demonſtrat, atque fatetur, quòd ſi hoſtis veſter eſt Iugurtha, videte, ne regnum Numidiæ, quod eſt veſtrum, ſibi vſurpet. Et hoc eſt quod dicit. [Neque ſimul] Et intelligo illum Iugurtham non ſperare ſimul amicitiam veſtram, & regnum meum, quia amicus veſter eſſe non poteſt ſimul, & tenere regnum meum. Et hæc eſt ratio, quia ego ſum amicus & ſocius populi Romani, vt neceſſe ſit, eum eſſe veſtrum inimicum, qui mihi inferat iniuriam. [Verum grauius exiſtimet, nemini occultum eſt] Ac ſi diceret, Cum Iugurtha intelligat ſe amicitiam veſtram ſimul & regnum meum habere non poſſe. i. cũ Iugurtha intelligit ſe non poſſe veſtrum amicum eſſe ſimul, & mihi inimicum, quis non intelligit, cum me regno iam ſpoliauerit, illum factum eſſe veſtrum inimicum, & hoſtem. Si autem veſter hoſtis eſt factus, quis hoc quoque non intelligit illum aliud quærere, quàm me. i. videlicet regnum Numidiæ, quod eſt veſtrum. Et hoc eſt, quod dicit. [Verum grauius exiſtimet, nemini eſt occultum] .i. nemo ignorat, an grauius aliquid cogitet Iugurtha. i. nemo ignorat, an maius quoddam quærat Iugurtha quam ego ſum. Vult enim Adherbal probare hoc, & concludere, quòd Iugurtha quęrit aliud, quam ſe Adherbalem, videlicet regnum Numidiæ, quod eſt populi Romani, vt ſenatus cito prouideat, quando res ſuas agitur. Nam in initio probat hoc Adherbal, quod dicit, videlicet Iugurtham, aliud quærere, quam ſe Adherbalem. Et hoc probat ab ante actis, ac ſi diceret, Iugurtha hoc facere cõſueuit, cum aliquem regno ſpoliauit, ſtatim aggreditur alium, & propterea, cum me regno ſpoliauerit, quis dubitabit, quin regnũ Numidiæ quod eſt veſtrum, ſtatim inuadit? immo illud iam armis tenet, niſi cito prouideatis. Iugurtha enim habet hanc conſuetudinem, vt cum aliquem regno ſpoliauerit, ſtatim alium aggrediatur. probat ab exemplo dicens, Iugurtha primo Hiempſalem fratrem meum interfecit, deinde me regno expulit. [Nam in initio] Verò dico, quòd cum Iugurtha me regno ſpoliauerit, nemo ignorat quin grauius aliquid facere cogitet, quia ſic facere conſueuit. Nam in initio Hiempſalem occidit, deinde me regno expulit. [Quæ ſanè fuerint noſtræ iniuriæ nihil ad vos] Color eſt, qui vocatur occupatio, quæ fit, cum dicimus, non præterire, aut non ſcire, aut nolle dicere. inde quod nunc maxime dicimus, vt hoc loco. Adherbal commemorat iniurias acceptas à Iugurtha, ut oſtendat eas ad ſenatum pertinere, quandoquidem ipſe Adherbal ſocius eſt, & amicus pop. Rom. Et tamen dicit iniurię, quas intulit Iugurtha noſtræ ſint .i. ad nos tantummodo pertineant. [Nihil ad vos] .ſ. pertineant. ac ſi diceret, de iniurijs noſtris, nolite eſſe ſoliciti, ſed ſoliciti eſſe de regno Numidię, quod eſt veſtrum, quod nunc Iugurtha armis tenet. [Nihil ad vos] .ſ. pertineant iniuriæ noſtræ. per occupationem monet ſenatum, vt iniurias illatas à Iugurtha vlciſcatur, & tamẽ negare uidetur. [Verum] Ac ſi diceret, ſi de noſtris iniurijs non curatis, ſaltem de regno Numidiæ, quod eſt ueſtrum curam habere. [Veſtrum regnum] .ſ. Numidiæ, ſicut ſupra dixit. Adminiſtrationẽ regni vult eſſe ſuam, ſed regnum ipſum vult eſſe pop. Rom. [Quanti fecerit] .i. quanti æſtimauerit. [Pericula mea declarant] Non enim eſſem in his periculis, ſi verba legatorum obſeruaſſet. [Quid reliquum] .i. quid ſupereſt? quid reſtat, per quod Iugurtha moueri poſſit? [Niſi vis veſtra] .i. potentia veſtra. [Nam ego quidem] Ordo eſt, Nam pro quia, & hęc quę ego ſcribo, & illa, quę ante ſum queſtus in ſenatu, vana forent potius. i. potius eſſent falſa, quam miſeria mea faceret fidem verbis, ac ſi diceret, vos poteſtis credere id eſſe verum, quod ſcribo, quia calamitas & miſeria mea facit, vt credatis. Sed vtinam, & hæc, quæ nunc ſcribo, & ea quæ cõqueſtus ſum in ſenatu de Iugurtha, cũ eſſem Romę, eſſent falſa potius quàm miſeria mea faceret fidem verbis. vellem, vt id, quod ſcribo, non etiam verum potius quàm vt ex miſeria mea credatis verum eſſe quod ſcribo. [Sed quoniam in eo natus ſum] Ordo eſt. Sed ego iam deprecor, vt euadam non mortem, neque ærumnas, ſed tantummodo imperium inimici & cruciatus corporis, quoniam ſum natus eo. i. ad id, vt eſſem oſtentui ſcelerum Iugurthæ. Senſus pendet à ſuperiori, nam antea pro occupationem hoc dixit. nolo vos de me, & de meis iniurijs eſſe ſolicitos, ac ſi diceret non peto, vt me reſtituatis in regnum, quia nolo vos de me eſſe ſolicitos, tantummodo de regno Numidiæ, quod eſt veſtram, eſſe ſoliciti, quia quantum ad me attinet, vnum ſolum à vobis peto, vt me de manibus impijs Iugurthæ eripiatis, ne ſi in poteſtatem, & manus eius venero, uitam in tormentis & cruciatibus finire compellar. [Eo natus ſum, ac ſi diceret] Quoniam fatali quadã neceſſitate ad hoc natus ſum, & ad hanc miſeriam me uenire oportebat, ut Iugurtha in me potiſſimum ſua ſcelera oſtentaret. [Scelerum oſtentui eſſem] .i. ut eſſem ad oſtentationem ſcelerum Iugurthæ, quia Iugurtha ſua ſcelera in me potiſſimum oſtentat. [Inimici] .ſ. Iugurthæ. [Imperium] Poteſtatem, ſuperbiam, & dominationem [Euadam] .i. effugiam. [Regno Numidiæ, quod ueſtrum eſt, uti libet conſulite] Color eſt qui dicitur permiſſio, quæ fit, cum in dicendo nos oſtendimus aliquam rem totam tradere, & concedere alicuius uoluntati. Sicuti hoc loco facit Adherbal, dicit enim de regno Numidię, ego non curo, facite, prouidere, ut uultis, ueſtrum eſt, illud tantũ à uobis peto ut me de manibus impijs Iugurthę eripiatis & hoc precor per maieſtatem imperij, & fidem amicitiæ. [Conſulite] Prouidete.

NON mea culpa) Quia non fui cauſa ſumendi belli. [Libido] Cupiditas. [Beneficia Micipſæ] Quia pro Romanis ſumpſit arma.] Decreta] Quibus inter nos regnum diuiſiſtis. [Me,] q.d. ueſtrum procuratorem. [Clauſum] Obſeſſum. [Vis ueſtra] Si paretis exercitum. [Oſtentui] Vt Iugurtha poſſet explere ſæuitiam in me.

MARL.

Quem

QVE ad tanta libido extinguendi me inuaſit] Sic in editis, alioqui ſuſpicari poſſis, extinguendi mei legendum, vt videlicet vocales concurrentes locum errori fecerint. Sed nihil immuto. [Plura de Iugurtha ſcribere dehortatur me fortuna mea] τὸ Me, licet in Fabriciano ſit, non reperi tñ in alijs vetuſtioribus, ac elegantius abeſſe poterit, nullo ſenſus detrimento. [Quam miſeria mea fidem verbis faceret] In nonnullis eſt, vobis faceret, ſed alterum quod in manuſcriptis quoque eſt, magis probarim. pro, ad credendũ mihi vos impelleret, Seu, ad habẽdam fidẽ verbis meis induceret. [Tantummodo inimici imperiũ & cruciatus corporis deprecor] Hæc nimirum vera lectio eſt quãuis in Beroaldino ſit, Cruciatus corporis vt euadam deprecor. Fuit credo qui nõ intellexerit elegantem vſum verbi Deprecor, is ea quæ ſuperſunt adiecit de ſuo. Atq; hoc deinde forte è ſpatio irrepſit in contextũ.

NISI tamen intelligo illum ſupra quam ego ſum petere] Alij annum pro tamen legunt, quod magis placet. Quanquam ſatis adhuc obſcurus manet ſenſus, quem ego non penitus intelligo. Soldus exponit, Supra quàm ego ſum. i. Numidiæ regnum ſeu imperium, quod veſtrum eſt. Lector cogites quid malis.

NON mea culpa] In hac Epiſtola Adherbal artificioſe captat beneuolẽtiam ab ſenatu, & conatur aduerſarium in odium adducere pp ſuperbiam & crudelitatem eius. Ordo eſt. O patres conſcripti. i. ſenatores Rom. ego non mitto ſæpe ad vos, mea culpa. i. per meam culpam, oratum. i. ad orationem habendam, ſed vis. i. violentia Iugurthæ, ſubegit. i. tacite coegit ſupp. me ad vos oratum mittere. Quem. ſ. Iugurtham, tanta libido. i. mala cupiditas extinguẽdi me, alij legunt mei inuaſit, vt neq; habeat in animo. i. neque cogitet vltores fore, aut neque formidet vos, neque Deos immortales, quorum interdum vltio lenta quidam eſt, ſed tanto grauior, Val. Max. auctore. vnde illud Æn. Si genus humanum & mortalia temnitis arma, At ſperate Deos memores fandi atque nefandi. & ſup. vt malis ſanguinẽ meum. i. vitam meã aut ſanguinis effuſionem quaſi eum ſitiat, quàm omnia. i. omnes alias res mundi. [Itaque iam quintum menſem] Proſequitur literarum Adherbalis querelam dicens in perſona ipſius Adherbalis. Itaque. i. & ita quia tantopere ſanguinem meum ſitit, ego ſocius & amicus P. R. teneor obſeſſus armis. ſ. Iugurthę, iam quintum menſem. i. vſque ad quinti mẽſis durationem. Neque beneficia patris mei Micipſæ, collata. ſ. in Iugurtham, neque decreta veſtra, quia decreuerunt ab armis diſcedendum eſſe, & inter eos conueniendum ut per legatos conſtitutum erat, auxiliantur. i. opem ferunt mihi, & ita ſum incertus an vrgear acrius ferro. i. armis ferreis, an fame. i. penuria commeatus. Fortuna mea. i. miſerabilis calamitas mea, dehortatur me ſcribere. i. hortatur ne ſcribam (Sunt enim contraria hortor & dehortor, ſicut doceo & dedoceo &c.) plura de Iugurtha. i. de perfidia eius. Etiam. i. inſuper, expertus ſum parum fidei eſſe miſeris. i. miſeros habere parum fidei. i. credulitatis. i. quod parum creditur miſeris. (Quia ut dicit Iuuen. Quantum quiſque ſua nummorum ſpectat in arca, Tãtum habet & fidei) & ita vult dicere q̃ fruſtra quæreretur de Iugurtha; niſi tantum. i. niſi hoc ſolum inquit eſſet, quòd intelligo illum. ſ. Iugurtham petere ſupra quàm ego ſum. i. quiddam quod ſupra me eſt. videlicet imperium Romanum, quod inuaſurus ſit ſi Numidia potiretur. [Neque]. i. & non, intelligo ipſum non ſperare ſimul amicitiam veſtram & regnum meum. [Et nemini eſt occultum]. i. quilibet ſcit verum. ſ. horum, videlicet an non ſperare poſſe amicitiam veſtram, an regnum meum, ipſe. ſ. æxiſtimet grauius, quia certum eſt quod grauius ferat amittere regnum meum quàm amicitiam veſtram. Nam vt ſciatis quàm auidus ſit ad regnum meum & quàm paruiſaciat amicitiam veſtram, ipſe occidit in initio. ſ. diſcordiarum Hiempſalem fratrẽ meum non dicit noſtrum, quia ille adoptatitius tantum erat, deinde expulit me regno patrio. i. paterno. Sanè. i. vt ſanè & ſerio loquar, nihil ad vos ſup. pertinet, quæ. i. quales fuerint noſtræ iniuriæ. i. quas nobis deinde intulit. [Verum ipſe tenet nunc armis] i. vi regnum veſtrum, vt cuius Micipſa voluit Adherbalem eſſe duntaxat adminiſtratorem, vt ipſe ſupra confeſſus eſt, & obſidet me quem vos poſuiſtis. i. conſtituiſtis per legatos veſtros imperatorem Numidiæ clauſum. ſ. in Cirtha oppido, mea pericula. i. mala periculoſa in quibus verſor, declarant quanti fecerit. i. pendérit, verba legatorum. ſ. de regno concludendo, & lite dirimenda. Quid reliquum ſup. eſt. i. quid reſtat adhuc, niſi vis. i. violenta iuſſio veſtra qua poſſit moueri. i. diuelli ab inſtituto. q. d. nihil. Nam ego quidem vellem & hæc quæ ſcribo, & illa quæ queſtus ſum antea in ſenatu, forent. i. eſſent vana. i. mẽdoſa potius quàm miſeria mea faciat vobis fidem. i. credulitatem. Sed quoniam ego natus ſum in eo. i. in ea conditione vitæ, vt eſſem Iugurthæ oſtentui. i. ad oſtentationem ſcelerum ſupp. ſuorum, ita vt iactabundus oſtentaret me quem ſummum ſcelus ſic læſit, ego non precor iam. i. non molior auertere per preces iam mortem, neque ærumnas. i. ſummas ruinas, ſed ſupp. deprecor tantummodo imperium. ſ. ſuperbum inimici, & cruciatus corporis, quos durior morte æſtimat vt Aen. ij. Pœnas cum ſanguine poſcunt.

HIS literis recitatis, fuere qui exercitum in Africam mittendum cenſerent: & quamprimum Adherbali ſubueniendum, de Iugurtha vti interim conſuleretur: quoniam legatis non paruiſſet. ſed ab iiſdem illis regis fautoribus ſumma ope enixum eſt, ne tale decretũ fieret, ita bonum publicum, vt in pleriſq; negocijs ſolet priuata gratia deuictum. Legantur tamen in Africam maiores natu nobiles, amplis honoribus vſi, in quis fuit M. Scaurus, de quo ſupra memorauimus, conſularis, & tum in ſenatu princeps. hi q̃ in inuidia res erat, ſimul & à Numidis obſecrati, triduo nauim aſcendere, deinde breui Vticam appulſi, literas ad Iugurtham mittũt, quàm ocyſſime ad prouinciam accedat, ſeque ad eum ab ſenatu miſſos. Ille, vbi accepit homines claros, quorum auctoritatem Romæ pollere audierat, contra inceptum ſuum veniſſe; primo commotus metu, atque libidine diuerſus agitabatur. Timebat iram ſenatus, ni paruiſſet legatis; porrò animus cupidine cæcus, ad inceptum ſcelus rapiebatur, vicit tñ in auido ingenio prauũ conſilium. Igitur exercitu circũdato, ſumma vi Cirtham irrumpere nititur, maxime ſperans diducta manu hoſtium, aut vi, aut dolis ſeſe caſum victoriæ inuenturum. Quod vbi ſecus procedit, neque quod intenderat, efficere poteſt, ut prius, quàm legatos conueniret, Adherbalis potiretur, ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus in prouinciã uenit. Ac tametſi ſenatus uerbis graues minæ nunciabantur, quod ab oppugnatione non deſiſteret, multa tamen oratione conſumpta legati fruſtra diſceſſere. Ea poſtquam Cirthæ audita ſunt, Italici, quorum uirtute mœnia defenſabantur confiſi, deditione facta propter magnitudinem pop. Rom. inuiolatos ſeſe fore Adherbali ſuadent uti * ſeſe, & oppidũ Iugurtha tradat, tantum ab eo uitam paciſcatur, de cęteris ſenatui curę fore. At ille, tametſi omnia potiora fide Iugurthæ rebatur, tñ quia penes eoſdem ſi aduerſaretur, cogẽdi poteſtas erat; ita uti cenſuerant Italici, deditionem facit.

HIS literis recitatis] Cum hæ literæ recitatæ fuiſſent in ſenatu, dicit quod decreuit ſenatus, poſtquam literæ Adherbalis ſunt in ſenatu recitatæ, quidam fuerunt, qui cenſerunt exercitum, ſtatim in Africam eſſe mittendum, & Adherbali ſubueniẽdum, interea in ſenatu decernerent, quid eſſet faciendum de Iugurtha, qui legatis non obediuerat, ſed fautores Iugurthæ impediuerunt, ne hoc ſenatuſconſultum fieret. Decretum itaque eſt, ut legati ad Iugurtham mitterentur, qui ei minarentur verbis ſenatus, quòd ab oppugnatione deſiſteret. [Quam primum. i. cito. [Conſularis]. i. deliberaretur. [Interim] Videlicet dum exercitus in Africam mittitur. [Summa ope]. i. ſumma vi. [Enixum eſt] Nota enixum in paſſiua ſignificatione ab enitor]. i. conor. [Ita bonum publicum] Commune victum eſt, & ſuperatum gratia priuata. Nam bonum commune fuiſſet ſubuenire Adherbali ſocio, & amico pop. Rom. Vt in pleriſque ſolet negocijs, ſicuti fieri ſolet in multis rebus, & negocijs. [Gratia priuata]. i. gratia quorundam, qui priuati fauebant Iugurthæ pecunia ab eo corrupti. [Legantur]. i. legati mittuntur. [Maiores natu]. i. ſenes, non ſicuti paulò ante adoleſcentes. [Amplis vſi honoribus]. i. perfuncti magnis honoribus, vt conſulatu, ſicuti Scaurus, qui & conſul fuerat & princeps ſenatus. [In quis,] Id eſt in quibus. [Hi]. ſ. legati triduo nauem aſcendere, pro aſcenderunt, quia res erat in inuidia, & quia à Numidis obſecrati. ſ.

ti.ſ.fuerant. [Res erat in inuidia] .i.in odio. Nam multi moleſte ferebant, q̀ Iugurtha tam ſceleratus eſſet in Adherbalem & tam ſuperbus, vt legatis non paruiſſet. [A Numidis] Qui venerant ad ſenatum cum literis Adherbalis. [Obſecrati] Rogati. [Triduo].i.tribus diebus.[Vticam] Eſt ciuitas Africæ,quam Romani tenebant. [Appulſi].i.aduecti. [Literas ad Iugurtham mittunt] Cum ei literas mittunt.ſ.vt quam celerrime accedat ad prouinciam.[Quam ocyſſime].i.quam celerrime,hoc eſt valde, & maxime celeriter.[Accedat].i.veniat.[Ad prouinciam] Sicuti ſupra dixit,ea pars Africæ,quam tenebant Rom.vocabatur prouincia,à porrò & vincendo dicta. [Ille vbi accepit] Ordo eſt. Ille.ſ.Iugurtha primo cõmotus metu,atque libidine agitabatur diuerſus, vbi pro poſtquam accepit homines claros veniſſe contra ſuum inceptum, quorum.ſ.hominum auctoritatem audiuerat pollere Romæ. Cum inquit, Iugurtha audiuiſſet homines ſummæ auctoritatis veniſſe ad ſe,timere cœpit, Sed tamen cum hoc timere erat iuncta libido perficiẽdi quod ſemel incœperat, videlicet,vt vrbem Cirtham expugnaret, & Adherbalem caperet. Cum ergo metus & libido Iugurtham agitarent, vicit tamdem libido atque ita circũdato exercitu Cirtham irrumpere conatus eſt,ſed nihil perficere potuit. [Pollere] .i.valere. [Contra inceptum].i.contra conatum ſuum,videlicet, vt cogerent eũ deſiſtere ab incepto,& à propoſito ſuo.[Metu atque libidine] Ipſe declarat,& quid timeret,& quid caperet, timebat ſenatum, niſi paruiſſet legatis, qui volebant eum ab oppugnatione Cirthæ deſiſtere,cupiebat autem ipſe vrbem capere, priuſquam ad legatos veniret. [Aduerſus] .i.in diuerſas partes. [Agitabatur].i.cõmouebatur. [Porrò].i.deinde.[Cupidine].i.cupiditate.[Ad inceptũ ſcelus] Videlicet,vt Cirtham vrbem expugnaret,& Adherbalem caperet atque necaret.[Rapiebatur] Ferrebatur,ducebatur. vicit tamẽ in auido ingenio prauum conſilium, quia deliberauit prius expugnare vrbem ſi vllo modo poſſet, deinde ad legatos venire. [Irrumpere].i.per vim ingredi. [Nititur] Conatur per oppugnationem ingredi.[Maxime ſperans] Sperabat Iugurtha poſſe vrbem,aut vi,aut dolis capere,ſi hoſtes diuiderentur inter ſe, nec in vno loco ſimul omnes pugnarent,ſed ſeparati vrbem diuerſis in locis defenderent.& hoc eſt quod dicit.[Maxime ſperans, deducta manu hoſtium,aut vi, aut dolis ſeſe caſum victoriæ inuenturum] Deducta manu hoſtium idest diuiſa multitudine hoſtiũ qui vrbem defendebãt,videlicet,ne in vno loco ſimul omnés pugnarent,nam deduco ſignificat diuido. [Aut vi,aut dolis] .i.aut per vim,aut per dolos, quia quando ſimul omnes in vno loco pugnant,difficilius ſuperantur,& difficilus decipiuntur. Sed ſi multitudo diuiſa eſt,facilius,& vincũtur,& dolis decipiũtur.[Quod vbi ſecus procedit] Ordo eſt. Ille Iugurtha venit in prouinciam cum paucis equitibus ne amplius morando incenderet M. Scaurum, quem plurimum metuebat. vbi pro poſtquam quod.i.illud ſecus procedit,neque poteſt efficere,id quod intenderat.ſ.vti potiretur Adherbalis,priuſquam conueniret legatos, Senſus patet. [Secus procedit] .i. aliter euenit.ſ. quam putabat, nam ſperabat poſſe vrbem capere, antequam legatos conueniret, ſed non potuit. [Intenderat].i.cogitauerat, & conatus fuerat. & declarat, quid ſit illud,quod intenderat,volebat enim priuſquam legatos conueniret capere Adherbalem. [Conueniret] .i. alloqueretur. [Adherbalis potiretur].i.Adherbalem caperet, & eum in poteſtatem ſuam redigeret. [Amplius].i.diutius.[M.Scaurum] Principem legationis.[Incenderet].i.exagitaret. irritaret. [In prouinciam] Dixi antea,quid ſit prouincia. [Venit in prouinciam] Videlicet Romanorum ad legatos. [At tametſi] Ordo eſt. Ac.i. & tamen legati fruſtra diſceſſere conſumpta multa oratione,tãetſi, pro quamuis graues minæ nunciabantur ei verbis ſenatus. quòd pro quia non deſiſteret ab oppugnatione, quamuis legati ex parte ſenatus grauiter minarentur Iugurthæ, quia non deſiſteret oppugnare Adherbalem, tamen nihil fecerunt ſed fruſtra diſceſſerunt. [Ea] Ordo eſt. Italici,virtute quorum mœnia defenſabantur,confiſi ſeſe fore inuiolatos per magnitudinem pop. Rom.facta deditione ſuadent Adherbali, vti tradat ſe, & oppidum Iugurthæ,& ſuadẽt,& dico fecerunt hoc,poſtquam ea ſunt audita Cirthæ, pacifcatur tantum vitam ab eo, & dicebant de ceteris fore curæ Senatui. [Qui vrbem Cirtham defendebant magna ex parte erant Italici] Igitur hi cum viderent legatos fruſtra diſceſſiſſe, nec ſpem auxilij Adherbali eſſe relictam ſuadent ei,vt & ſe & vrbem Iugurthæ tradat,hoc pacto,vt vitam ſibi relinquat. Adherbal quamuis crederet Iugurtham fidem non eſſe ſeruaturum, tamen quia illa Italici, qui hoc ſuadebant Adherbali,cogere etiam poterant,ille nolens fecit, ſicut illi hortabantur, & tradidit ſe Iugurthæ. Quo facto ſtatim Iugurthæ contra fidem, Adherbalem interfecit. [Ea,] Id eſt illa res,videlicet quomodo legati fruſtra diſceſſiſſent, re infecta. [Confiſi] Sperabant Italici,ſi deditio fieret, ſe nihil paſſuros eſſe,ſed fore omnino inuiolatos à Iugurtha, quia erant Italici ſub imperio Romano conſtituti. [Tantum ab eo vitam paciſcatur] .i.ſolum ex pacto vitam petat. [De cęteris] .ſ. rebus Italici dicebant, O Adherbal,ſi vitã ſeruaueris,ſatis eſt,cętera ſenatus curabit. [At illa] Ordo eſt. At .i.ſed ille fecit deditionem, ita vt Italici cenſuerant,quia poteſtas cogendi erat penes eoſdem, ſi ille aduerſaretur, tametſi pro quamuis ille rebatur, omnia potiora fide Iugurthæ. Adherbal quamuis de fide Iugurthæ dubitaret, videlicet illum non ſeruaturum id, quod promitteret, tamen quia videbat fore, vt ſi nollet,cogeretur per vim ab ipſis Italicis, tradidit ſe,& vrbem Iugurthæ, [Tametſi omnia potiora fide Iugurthæ,rebatur] .i.quamuis putabat omnia eſſe meliora, quàm fidem Iugurthæ. Videbat Adherbal, ſe nihil peius facere poſſe, quam ſe fidei Iugurthæ committere,quia ſciebat illum non eſſe ſeruaturum fidem. [Penes eoſdem] .i. apud eoſdem .ſ. Italicos, quia ſi noluiſſet Adherbal tradere ſe, & vrbem Iugurthæ,ſicuti nolebant,ipſum coegiſſent,vel ipſi vrbem tradidiſſent.

PRIVATA gratia] Paucorum priuatorum [Primo commotus] Audito nuncio, perturbatus. [Auido ingenio] .ſ. expugnandi vrbem. [Prauum].i ſibi nocens. MARL.

ET quam primum Adherbali ſubueniendum] τὸ Et,in duobus manuſcriptis non erat. [Interim de Iugurtha conſuleretur] Sic in manuſcriptis,niſi quod in Fabriciano τὸ Vti, quod Gymnicus habet,additum in ſpatio erat. [Summa ope eniſum eſt,ne tale decretum fieret] In alijs,ſumma ope eniſum. omiſſo verbo ſubſtantiuo.& ſic codices in membrana deſcripti. [Legantur tamen in Africam maiores natu nobiles, amplius honoribus vſi] Legendum,amplius honoribus,id quod frequens eſt apud Ciceronem. Operarum incuria hoc mendum irrepſit. quamuis eodem modo codex Baſilienſis. Mox. [In quis fuit M. Scaurus] In alijs, M. Aemilius Scaurus. In quis,pro inter quos dixit. Eſt enim græciſmo. quomodo in Lælio Tull. niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe. pro inter bonos. Mox. [Et tum in ſenatu princeps] Manuſcripta duo,ſenatus princeps. Quanquam vtrũque recte, & vtroque modo Cicero loquitur. Sed & in inſcriptione quadam Arimini princeps in ſenatu legitur. vbi alias ferè,princeps ſenatus. Liuius,princeps, inquit ſenatus tertium fectus P.Scipio Africanus. Hoc genus honoris, vt in Africani vita teſtatur Plutarchus,ijs tantum deferri conſueuit,qui auctoritatem & gloriam maximis in remp. meritis, præſtantiſſimisque rebus geſtis eſſent conſecuti.[Seq. ad eum ab ſenatu miſſos] In manuſcriptis eſt omiſſa coniunctio, Se ad eum &c. quomodo & in impreſſis vetuſtioribus. Porrò animus cæcos cupidine ad inceptum ſcelus rapiebatur] Manuſcripta duo,rapiebat, vt ſubaudias Iugurtham. ſed vtrum rectius,aliorum eſto iudicium. nam ego mihi non liquere fateor. Paulò inferius. ac tametſi ſenatus verbis minæ graues nunciabantur] Sic in vetuſtis. ac ſi quid ego iudicio,elegantius adiectiuum ſequitur. Porrò ſenatus verbis. pro nomine ſenatus dixit. [Quod ab oppugnatione non deſiſteret] In manuſcripto quodam eſt præpoſitio omiſſa. quomodo Virg. Mane incepto deſiſtere vitam. Sed præpoſitionem addas, necne,parum ſanè refert. Cæſar oppugnatione deſtitit,inquit Cicero. Quaſi deſtiterim priſtina cauſa Sic Cęſar,cõſilio deſiſtere,itinere deſiſtere dicit. Cicero præpoſitionem interdum addit, vt ab illa mente deſiſteret. Item cur ſibi à cauſa deſiſtere neceſſe eſſet. [Adherbali ſuadent, vti ſeſe & oppidum Iugurthæ tradat] Manuſcripta, vti ſeq. & oppidum. Hic eſt peculiaris ferè loquẽdi mos Hiſtoricorum & Comicorum. Saluſtius poſtea, Aqua modo ſeq. & iumenta onerare, Idem. Philæni conditione probata.ſeq. vitamq. ſuam reip.condonauere. Idem in Catil Aequitate ſeq. & temp. curabant.[Si aduerſaretur] Fabricianum,aduerſaretur quod antiquitatem magis redolet,quam vnice obſeruat Criſpus.

SED ab iiſdem illis fautoribus reg ſumma ope.eniſum eſt] Eniſum eſt,dixit paſſiue,tanquam Enitor eſſet paſſiuum,vt ſupra Interpretatum ab Interpretor. [Triduo nauim aſcendere] Idem Soldus, Triduo expouit.i.tribus diebus. Rectius Badius,triduo, id eſt intra treis dies, poſtquam ad legationem deſignati erant. Deinde vero breui Vticam venere. Vtica igitur in Romana erat prouincia,quam accedere poſtea Iugurtham iuſſerunt Legati. GLAR.

HIS literis recitatis] .i.poſtquam hę literæ Adherbalis fuerunt recitatæ,fuere ſup.nõnulli inter ſenatores,qui decernerent .i. ſancirent,exercitum mittendum ſup.eſſe,quãprimum .i. valde cito in Africã contra Iugurtham, & ſubueniendũ eſſe quãprimũ .i. feſtinatiſſime,Adherbali amico & ſocio Ro.imperij,& ſup. q̀ conſuleretur ASCEN.

conſuleretur.i.conſilium caperetur interim de Iugurtha .i. quid fieret in eum,quia non paruiſſet,hoc eſt nõ obediuiſſet, legatis.ſ. Rom. ad dirimendam litem & regnum condiuidendum miſſis. Sed enixum.i.elaboratum eſt ſumma ope[.i. tota facultate & potẽtia,ab iiſdem fautoribus regis.ſ.Iugurthæ à quibus prius adiutus dictus eſt,ne tale decretum.ſ.de mittendo in Africam exercitu,fieret.ſ.à ſenatu. Ita.i.& ſic a pe io tm̃ bonum publicum.i. decus & conſeruatio imperij Rom deuictũ ſup.eſt gratia priuata.i. per gratiam & fauorem paucorũ.ſ.potentium,vt ſolet ſup. deuinci in pleriſq;.i.plurimis negocijs,tñ.i.nihilominus.maiores natu.i. ſeniores & nobiles vſi magnis honoribus idest functi ſũmis magiſtratibus legantur in Africam.i.in Numidiam, inqs pro in quibus.i. inter quos fuit M. Æmilius Scaurus,de quo memorauimus ſupra,exiſtens homo cõſularis,& tum.i.tunc princeps potẽs in ſenatu,[principem alicuius collegij Galli vulgo decanum aut principalem vocãt]hi aſcendere nauem triduo.i. intra tris dies, poſtq̃ ad legationem deſignati fuerant, hoc aũt tam mature fecerunt,q res Iugurthę erat in inuidia.i.odio,multi.n. moleſte ferebant,q legatis Rom.nõ paruiſſet,ſimul.i.& inſuper,obſecrati.i. per ſacra rogati erant à Numidis.ſ.legatis Adherbalis. Deinde poſtq̃ aſcenderant nauem,ipſi appulſi.i.à ventis, hoc eſt aduecti [vbi notabimus imperitiam eorũ qui dicunt appulit , aut applicuit pro appulſus & applicitus eſt ſunt.n.actiua,unde recte dixit maro Æn. 3. Hinc me digreſſum veſtris Deus appulit oris . Et Comicus,Animũ appulit ad ſcribẽdum] Vticam.i.ad ciuitatẽ illam Africæ[quã Rom.tenebant & ubi Cato minor ſibi mortem cõciuit,unde poſtea Vticenſis dictus eſt] mittũt literas ad Iugurtham,mandantes ſup.ut ipſe accedat q̃ ocyſſime.i.eueſtigio uiſis literis,ad prouinciam.i.in eã partem Africæ quam deuicta Carthagine Rom.tenebant. Notum eſt prouinciam dici q procul à Rom.uicta ſit & Imperio adiecta,ad quã in fide tenẽdam mittebantur interdũ Proconſ. quod qa difficile erant,pro tritum erat quoties rẽ difficilem dicere uellẽt,prouinciam difficilẽ dicerent, & mandãtes ſe miſſos ad eum.ſ.Iugurthã ab ſenatu.ſ.Ro.Ille.ſ. Iugurtha ubi accepit.i.intellexit,homines claros.i. nobiles & illuſtres quorũ auctoritatem audierat pollere .i. plurimũ Poſſe in ſenatu,veniſſe cõtra inceptum ſuum.i.ad impediendũ expugnationẽ Cirthæ & necem Adherbalis.agitabatur primo diuerſus.i. in diuerſas ſentẽtias,exiſtens cõmotus metu ab Rom.& libidine interficiẽdi Adherbalis.Quia timebat irã ſenatus ni paruiſſet;.i. obtẽperauiſſet legatis, Porrò.ſ. ſed ecõtrario animus ſup. eius , cæcus cupidine.i. cupiditate,rapiebatur ad ſcelus inceptũ.i.cędẽ Adherbalis.Tñ prauum cõſilium aut proprium aut familiarũ.ſ. ut incepta pſequeretur,uicit,hoc eſt plus potuit in ingenio auido.ſ.uindictæ aut regni. Igitur qa parere recuſat,nititur ſumma ui irrũpere.i.per irruptionẽ ingredi, Cirtham.ſ.oppidum in quo Adherbal erat obſeſſus,& hoc exercitu circũdato.i.undiq; circũ muros adhibito,ut ex omni parte inſultus fieret,ſperãs maxime, ſeſe inuẽturum caſum victoriæ.i.ſalrẽ fortuitam & caſualẽ victoriã aut ui aut dolis,& hoc manu hoſtiũ.i.toto exercitu Adherbalis,deducta i.in diuerſa loca diſtributa. Sperabat n. aut ſuperaturũ ſe aliquos,aut colloquio habito corrupturũ, quod ubi procedit ſecus ſup.q̃ ſperarat neque põt efficere quod intenderat,uide licet ut potiretur Adherbalis ſup.copia. [aut potior ẽt genitiuũ regit,ut diu rerũ potiti ſunt Lacedemonij,ſed illic quoq; ſubaudiri nĩ imperio. Sicut uẽtum eſt ad Dianæ ſub.ædem. altera poſt Petri.ſup.feſtum]priuſq̃ conueniret legatos,ut cum eis negocia tractet,ne morãdo.i.moram trahẽdo incenderet ,ſ. ad iram amplius Scaurũ quem metuebat plurimum, venit in prouinciam.ſ. Rom.cũ paucis equitibus.Ac tametſi,hoc eſt q̃q̃ graues minę.i. cõminationes nunciabantur per legatos,verbis, hoc eſt decreto &ex ſnĩa ſenatus,q.i.qa ipſe Iugurtha nõ deſiſteret ab oppugnatione Cirthæ, tñ multa oratione cõſumpta, hoc eſt fruſtra habita,dum incepti rõnem & cauſas friuolas adduceret Iugurtha, legati.i.q miſſi erãt fruſtra hoc eſt ad nullum cõmodum [vt legati hic ſit participium,aliter.n.nõ reciperet aduerbium,nec cohęret fruſtra apte cũ diſceſſere,nõ.n.fruſtra diſceſſere,hoc eſt abiuerũt Rom.]Poſtq̃ ea ſunt audita Cirthæ,Italici[quos prius rogatos dixerat,& ea ſententia Soldi ciues diximus,vbi malim Rom. dictos]quorum virtute defendebãtur ad capugnationem mœnia, confiſi,hoc eſt ſperantes deditione facta.i.ſi facerẽt deditionem ſeſe fore.i. futuros eſſe inuiolatos.i.nõ eſſe violandos ab Iugurtha propter magnitudinem P.R.ſuadent Adherbali,vti.i.vt tradat Iugurthæ ſe & oppidum paciſcatur.i. ea pacto præuio recipiat ab eo,tantum.i.duntaxat vitam.i.ſalutem, & dicebant curã ſenatui fore.i.ſenatum habiturum curam de cęteris.i.rebus eius ut de regno. At.i.ſed ille.ſ. Adherbal,tametſi rebatur.i. opinabatur omnia ſup.eſſe potiora.i.firmiora & meliora,fide.i.fidelitate Iugurthæ,tamen quia poteſtas cogendi erat penes eoſdem.ſ. Italicos,ſi aduerſaretur.i.contradicere uellet . [Quæras unde illi Italici,Reſpondeam ex prouincia poſt diuiſionem regni per legatos Cirthæ,quaſi pro præſidio impoſiti] facit deditionem ita uti Italici cenſuerant,ſcilicet ſeruata,& recepta uita.

IVGVRTHA in primis Adherbalem excruciatum necat,deinde oẽs puberes Numidas, atque negociatores,promiſcue,vti quiſque armatus obuius fuerat , interfecit. Quod poſtquam Romæ , cognitum eſt,& res in ſenatu agitari cœpit , iidem illi miniſtri regis interpellando,ac ſæpe gratia,interdum iurgijs trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant . Ac ni C. Memmius tribunus plebis deſignatus , vir acer, & infeſtus potentiæ nobilitatis,populum R. edocuiſſet id agi,vt per paucos factioſos ſcelus Iugurthæ condonaretur., profecto omnis inuidia prolatandis conſultationibus dilapſa foret,tanta vis gratię atque pecuniæ regis erat. Sed vbi ſenatus delicti conſcientia populum timet , lege Sempronia,prouinciæ futuris conſulibus Numidia , atque Italia decretæ ſunt : Conſulesq́. declarati ſunt P.Scipio Naſica,L.Beſtia Calpurnius, L.Calpurnio Numidia , Scipioni Italia obuenit.Deinde exercitus, qui in Africam portaretur,ſcribitur: ſtipendium, aliaq; , quæ bello vſui forent,decernuntur. At Iugurtha contra ſpem nuncio accepto , quippe cui Romæ omnia venum ire in animo heſerat,filium, & cum eo duos familiares ad ſenatum legatos mittit: iiq́ue , vti illis , quos Hiempſale interfecto miſerat, præcepit, vt omneis mortaleis pecunia aggrediantur . qui poſtquã Romam aduentabant: ſenatus à Beſtia conſultus eſt , placeret ne legatos Iugurthę recipi mœnibus Iiq́. decreuere , niſi regnum,ipſumq́. deditum veniſſent, vti diebus proximis decem,Italia decederent.Conſul Numidis ex ſenatus decreto nunciari iubet,ita infectis rebus,illis domum diſcedunt. Interim Calpurnius parato exercitu legit ſibi homines nobileis,factioſos,quorũ auctoritate,quæ deliquiſſet, munita fore ſperabat, in quis fuit Scaurus : cuius de natura & habitu ſupra memorauimus. Nam in conſule noſtro multæ bonæque artes animi & corporis erant,quas omnis auaritia prępediebat,patiens laborum,acri ingenio,ſatis prouidens,belli haud ignarus,firmiſſimus cõtra pericula & inſidias, Sed legiones per Italiam Rhegiũ , atque inde Siciliam,porrò ex Sicilia in Africam tranſuectæ ſunt. Igitur Calpurnius in initio paratis cõmeatibus,acriter Numidiam ingreſſus eſt, multoſq́. mortales, & vrbes aliquot pugnando cepit.Sed vbi Iugurtha pecunia per legatos tentare,belliq́ue,quod adminiſtrabat,aſperitatem oſtendere cœpit,animus æger,auaritia facile conuerſus eſt.Cæterum ſocius,& miniſter omnium conſiliorum aſſumitur Scaurus,qui tametſi à principio pleriſq; ex factione eius corruptis,acerrime regem impugnauerat, tñ magnitudine pecuniæ à bono honeſtoq́. in prauum abſtractus eſt.Sed Iugurtha primum tantũ modo belli moram redimebat,exiſtimans ſeſe aliquid interim Romæ precio aut gratia effecturũ. Poſtea vero quàm participem negocij Scaurũ accepit, in maximam ſpem adductus recuperande pacis,ſtatuit cũ eis de omnibus pactionibus pręſens agere. Cæterum interea fidei cauſa mittitur à conſule * Sextus quæſtor in oppidũ Iugurthæ Vaccam. Cuius rei ſpecies erat acceptio frumenti,quod Calpurnius palam legatis imperauerat,quoniam deditionis mora induciæ agitabantur, *Sextius

NECAT,

NECLAT, interfecit] Dicit quid fecerit Iugurtha poſtquã Adherbal ei vrbẽ tradidit. Primo ipſum Adherbalem interfecit, deinde omnes Numidas adultos, & negociatores, qui armati defenderant vrbem, Italicos ſeruauit, quia timebat Romanos. [Omnes puberes].id eſt. adultos. [Puberes dicuntur, qui ad eam ætatem venerint vt iam primam barbæ languinem emittant. [Omnes Numidas] Videlicet qui habitabant Cirtham. Nam Cirtha eſt ciuitas Numidarum. [Negociatores] Qui non erant ciues nec incolæ Cirthę, ſed aduenæ & peregrini, qui tamen & ipſi vrbem defenſauerant. [promiſcue].i.miſtim pariter, ſine differẽtia, quia ſic peregrinos ſicuti incolas necauit. [Vti quiſque armatus obuius fuerat] Sicuti quiſque armatus ſibi reſtiterat in expugnatione vrbis. [Quod poſtquam] Cum, inquit, Romę cognitũ eſſet, quid feciſſet Iugurtha, videlicet quomodo Cirtham per deditionem accepiſſet, & contra fidem Adherbalem regem necaſſet, & cędem ingentem hominum perpetraſſet, ſenatu tractare cœpit, quid de ipſo faciendum eſſet. Fautores Iugurthæ, ne aliquid decerneretur elaborant, tempus, & gratia. & contentione, quantum poterant, trahebant, & atrocitatem facti Iugurthæ mitigabant. [Quod poſt] Ordo eſt, ijdem illi miniſtri regis ſeruiebant, atrocitatem facti interpellando. & trahẽdo tempus ſæpe gratia interdum iurgijs. [poſtquam qd].i. illud eſt cognitum Romæ, & poſtquam res cœpit agitari in ſenatu. [Agitari].i. tractari, diſcuti. (Miniſtri).i. fautores, qui corrupti erant pecunia. [Interpellando].i. impediendo, interpellare propriè eſt mediam alterius orationem, vel actionem interrumpere. [Sępe gratia] Quia nonnunquam fautores regis Senatores priuatim benigne & ſuppliciter rogabant, vt amore, gratia, ſui, nihil contra Iugurtham decernere vellent. Interdum iurgijs].i. contentionibus, quia fautores regis aliquando non priuatim, ſed publice in ſenatu cauſam Iugurthę defendebant, aperte reſiſtentes. his qui aliquid contra Iugurtham dicebant eſſe decernendum. [Trahendo.].i. prolongando, protolando. [Atrocitatem] Aſperitatem, inuidiam, nihil enim tam aſperum, & tã graue eſt, quod diuturnitate temporis leue, & molle non fiat. [Ac ni ſi] Ordo eſt. profecto omnis inuidia foret dilapſa prolatandis cõſultationibus, tanta erat vis gratiæ, & pecuniæ regis, niſi Caius Memmius, deſignatus tribunus plebis. appoſitiue, vir acer, & infeſtus potentiæ nobilitatis, docuiſſet populum Romanum. id agi vt ſcelus condonaretur Iugurthæ per paucos factioſos. Tribuni pleb. primum creati fuerunt ad defenſionẽ plebis, contra vim conſulum & nobilitati, hominum tribunorum magna erat poteſtas adeo, vt ſi totus ſenatus aliquid decernere, ſolus tribunus plebis intercedendo illud impedire poſſet. Cum ergo Caius Mẽmius tribunus plebis deſignatus videret maiorem partem Senatus & nobilitatis ita corruptam, vt ſcelus Iugurthæ impunitum, relinqueretur, populum ac concionem vocauit, & ei expoſuit quemadmodum per paucos potentes & amicos Iugurthæ, id tractaretur, vt ſcelus Iugurthæ impunitum relinqueretur. Quo factum eſt, vt ſenatus populum timen, ſtatim decerneret, vt conſul cum exercitu in Africam mitteretur contra Iugurtham. Et hoc eſt quod dicit. [Trib.pl.deſignatus].i. electus, & creatus nondum enim inierat magiſtratum ſed tantũmodo creatus erat trib.pl. [Acer].i. fortis, & vehemens. [Infeſtus potẽtiæ nob.].i. aduerſus, & cõtrarius potentiæ nobilium. Mẽmius moleſte ferebat tantam eſſe potẽtiam ſenatus, vt prouincias regeret, & totam remp. pro arbitrio ſuo gubernaret, ideo erat aduerſus & inimicus potentię nobilium [Id agi] i. tractari. [Iugurthę ſcelus condonaretur].i. vt Iugurthæ ſcelus non puniretur, nam ſcelus dicitur condonari quando impunitum relinquitur. Omnis inuidia prolatandis conſultationibus dilapſa foret. Vnum quodque ſcelus, quando recẽs eſt atrox & indignum, punitione dignum videtur, ſed ſi in longũ punitio defertur atque protrahitur, per diuturnitatem temporis atrocitas ſceleris & inuidia minuitur. Fautores igitur & amici Iugurthæ, quoties in ſenatu de ipſo agitabatur, & dabãt operã, vt nihil decerneretur, ſed in aliud, atque in aliud tempus differretur, & ita tempus deliberationis prolongando ſenſim atrocitatem facti Iugurthæ, & inuidiam minuebant. [Omnis inuidia].i. odium. [Prolatandis conſultationibus].i. prolongandis, & protrahẽdis deliberationibus. [Dilapſa foret].i. effugiſſet. [Sed vbi] Ordo eſt. Numidia atque Italia prouinciæ decretæ ſunt futuris conſulibus, lege Sempronia, vbi pro, poſtquam ſenatus timet populum, conſcientia delicti. prouinciæ populi Rom. gerebantur, aliæ per conſules, vel proconſules, aliæ per prætores, digniores prouinciæ gerebantur per conſules. Sempronius Gracchus conſul legem tulerat, vt Italia & Numidia prouinciæ regerentur per conſules. Cum ergo ſenatus intelligeret populum per C. Memmium tribunum plebis eſſe commotum, timere cœpit, & ſtatim decreuit ſecundum legem Semproniam, vt qui proxime conſules electi eſſent, Italiam & Numidiam prouincias regendas haberent. Conſules declarati ſunt P. Scipio Naſica & L. Calpur. Beſtia. hi prouincias inter ſe partiti ſunt. Calpurnio Numidia, Scipioni Italia per ſortem euenit. [Delicti conſcientia. Nam quia ſenatus ſciebat ſe peccaſſe, propterea timebat populum. Sciebat enim ſenatus partem maiorem à Iugurtha, eſſe corruptam, & ideo non puniri ſcelus eius, quemadmodum, & iuſtitia & dignitas populi Rom. exigebat. Et hoc erat delictum [Decretæ] i. deliberatæ. [Deinde exercitus] Oſtendit quanta celeritate prouiderit ſenatus contra Iugurtham poſtquam timere cœpit populũ. [Portaretur].i. nauibus veheretur, per mare, nã mare diuidit Africam ab Italia. [Stipendium] Stipendium dicitur merces & præmium militare. [Vſui].i. vtilitati. [Decernuntur] Deliberantur, ſtatuuntur. [At Iugurtha] Ita quidem ſenatus decreuerat, vt cõſul cũ exercitu contra Iugur. in Africa iret. Sed Iugurt. cum hoc intellexiſſet, filium ſuum, & duos familiares legatos miſit ad ſenat. Ordo eſt, At Iugur. mittit filium, & duos familiares cum eo legatos ad ſen. nuncio accepto contra ſpẽ. quippe, pro quia, cui hæſerat in animo, omnia venum ire Rom. [Contra ſpem nuncio accepto].i. cum nũcium accepiſſet contra ſpẽ, quia non ſperabat Iugurth. quòd ſenat. cõtra ſe exercitum mitteret, quia hoc fixum habebat in animo, quòd omnia Rom. eſſent venalia: i. omnia Romę venderentur. Cum ergo Iugurtha hoc haberet in animo, quòd omnia Romæ venderentur ſperabat ſe pecunijs poſſe redimere impunitatem ſui ſceleris, qui Adherbalem primo regno ſpoliauerat, poſtea interfecerat. Sed vbi vidit ſenatum decreuiſſe, vt exercitus contra ſe mitteretur, ſtatim legatos ad eum miſit. [Cui hęſerat in animo].i. cui fixũ erat in animo. Et quid erat fixum? hoc quod ſequitur, videlicet omnia venum ire.i. omnia vendi Romę [Venum ire].i. venire, hoc eſt vẽdi. [Hiſque] Ordo eſt. Et præcepit his. ſ. legatis, vt ipſi aggrediantur omnes mortales pecunia, vti, pro ſicut præcepit illis. ſ. legatis, quos miſerat ſ. Romanis, interfecto Hiempſale Iugurtha totam ſuam ſpem habebat in pecunia ſua. & auaritia Romanorum nobilium. Dicit ergo Iugurtha ſicuti quando Hiempſalem interfecit, legatis quos Romam miſit præcepit, vt corrũperent pecunia quoſcunque ciues nobiles poſſent, ſic etiam præcepit his legatis, quos nunc miſit. [Omnes mortales aggrediantur pecunias .i. omnes homines pecunia corrumpere tentent. [Qui] Ordo eſt. Senatus eſt conſultus à Beſtia conſule, ne .i. an placeret legatos Iugurthæ recipi mœnibus, poſtquam qui .i. illi aduentabant Romam, Beſtia conſul cum audiuiſſet. legato Iugurthæ Romam appropinquare, ſenatum conuocauit, & eum rogauit, an placeret, quòd legati Iugurthæ inter vrbem reciperentur. Senatus decreuit, quod non reciperentur inter vrbem niſi veniſſent, vt regnum Iugurthæ & ipſum Iugurtham traderent & dederent populo Romano. quod ſi non veniſſent propter hoc ſpatio decem dierum ab Italia recederent. [Aduentabant].i. appropinquabant. [Conſultus].i. rogatus. [A Beſtia] L. Calpurniũ Beſtia conſulauerat, vt antea dixit. [Mœnibus].i. inter mœnia. [Iſque].i. ſenatores. [Ipſum] ſ. Iugurtham. [Deditum] Dedere eſt tradere. Ex ſenatus decreto nunciari iubet ideſt conſul iubet, vt legatis nuncietur, quemadmodum decreuiſſet Senatus [Infectis].i. nõ perfectis. [Interim] Dum legati Iugurthæ in Africam redeunt Calpurnius Beſtia conſul exercitu præparato, eligit homines nobiles & potentes, quos ſecum ducat in Africam & in Numidiam, & ideò nobiles & potẽtes eligit, vt ſe quid minus laudabile feciſſet, eorum auctoritate tegeretur. [Parato] .i. præparato [Legit] i. elegit. [Factioſos] i. potentes, factioſi dicuntur qui multos habent ſui ſtudioſos, & complures ſibi adhærentes. Quorum auctoritate, quæ deliquiſſet munita fore ſperabat. Sic enim ſolet euenire, vt ſiquis ſocium habet magnum aliquem & potentem, verum & ſi male faciat, ñ toleretur, & recte factum putetur propter auctoritatem potentis illius viri, quem habuit ſocium. [Munita].i. tecta. [Supra memorauimus] Nã ſupra mores Scauri deſcripſit. [Memorauimus] .i. diximus. Nam vere dico Calpurnius Beſtia hoĩes potentes elegit, quos ſecum duceret, vt ſi quid peccaſſet, eorum auctoritate ſe defenderet. Quia ipſe cõſul habebat. quidẽ multas virtutes, ſed habebat vitium auaritiæ, quo vitio oẽs virtutes impediebantur, & ideo facile peccare poterat, ac propterea ſe potentibus viris muniuerat. [Artes] ideſt virtutes. [Præpediebat].i. impediebat. [Patiens laborũ].i. erat. [Acri].i. vehementi. [Belli haud ignarus] .i. peritus belli. [Firmiſſimus] .i. fortiſſimus. [Sed legiones] Dicit quomodo exercitus in Africam tranſuectus ſit, [Igitur] .i. poſtquam exercitus in Africã traductus.

ductus eſt. [Commeatibus] Commeatus dicuntur ea quæ ad victum ſunt neceſſaria vulgo victualia nunc appellantur. [Sed vbi Iugurtha] Ita quidem Calpurnius Beſtia conſul cum exercitu Numidiã ingreſſus multos homines & aliquot vrbes cœpit, ſed Iugurtha vbi hoc intellexit legatos ad cõſulem miſit, qui illum pecunia corrumperent & aſperitatem ac difficultatem belli ei monſtrarent. quo facto ſtatim animus ad auaritiam pronus mutatus eſt. Ordo eſt. Sed animus æger auaritia facile eſt conuerſus, vbi pro poſtquã Iugurtha cœpit tentare. ſ. eum pecunia per legatos & cœpit oſtendere aſperitatem belli, quod adminiſtrabat. [Pecunia]. i. cum pecunia. [Tentare]. i. experiri. [Adminiſtrabat]. ſ. cõſul [Animus]. ſ. Conſulis. [Aeger]. i. infirmus [Auaritia]. i. propter auaritiam. [Ceterum] Conſul accepit ſibi ſociũ M. Scaurum, vt omnia ex conſilio & auctoritate eius faceret. [Qui tametſi] Ordo eſt, qui. ſ. Scaurus tamen ab abſtractus à bono & honeſto ad prauum magnitudine pecuniæ, tametſi pro quamuis ille acerrime impugnauerat regem à principio pleriſq; ea factione eius corruptis. Quamuis, inquit, Scaurus à principio regem impugnaſſet, & cum multi ea factione eius corrupti eſſent, ipſe tamen corrumpi non potuiſſet, tamen nũc ipſe quoque magnitudine pecuniæ ſimul cum conſule corruptus eſt, & à iuſtitia atque honeſtate ad prauitatem deductus eſt. [A principio] Videlicet qñ Adherbal rex Romam venit, & de Iugurtha in ſenatu conqueſtus eſt. Tunc. n. Scaurus contra Iugurtham in ſenatu ſententiam dixit, eumq. vehementer impugnauit. pleriſq; ex factione eius corruptis. Tunc multi ex factione Scauri corrupti fuerunt à rege Iugurtha vel à legatis, ſed Scaurus ipſe corrumpi non potuit. [A bono]. i. recto & iuſto [Ad prauum]. i. ad prauitatem & iniuſtitiam. [Abſtractus]. i. deductus. [Sed rugur] Iugurtha à principio ſolummodo quærebat, hoc quomodo bellum protraheret, copiam pugnandi hoſtibus faceret, quia ſe inferiorem eſſe intelligebat, ut ſi prælio victus eſſet, regnũ amitteret. Ergo à principio in hoc tantũ elaborabat, vt bellum protraheret, & pugnam ſubterfugeret. Sed poſteaquam Scaurum pecunia corrupit, atque illum negocij participem fecit ſperare cœpit ſe pacem cum Romanis habere poſſe, nam conſul omnia faciebat ex conſilio Scauri ſummæ auctoritatis viri. Scauro igitur pecunia corrupto cum res de pace ſperare cœpiſſet, ſtatuit ad conſulem ire, & præſens cum eo, & Scauro tractare de omnibus, quæ ad pacem pertinebant. [Tantummodo belli moram redimebat]. i. ſolummodo bellum protrahebat & prolongabat, pugnam ſubterfugiens. [Precio]. i. pecunia. [Participem negocij Scaurum acceperat.] Id eſt poſteaquam Scaurum pecunia corruperat, & negocij participem fecerat. [Recuperandæ pacis] Quam amiſerat bello ſibi à Romanis illato. [De omnibus pactionibus]. i. pactis, quę ad pacem pertinebant. [Agere] Tractare cum eis. ſ. cum conſule Calpurnio Beſtia & Scauro ſocio & participe omnium conſiliorum conſulis. [Ceterum interea] Vide quid dicat, conſul pecunia corruptus à Iugurtha, pacem ei ſe daturum eſſe promiſerat, ſi inter ſe conuenirent, ſed vt commode de pace tractare inuicem poſſent, neceſſe erat, vt ambo in colloquium venirent. Igitur conſul, vt Iugurtha ad ſe in caſtra veniret, Sextũ quæſtorem ſuum miſit in Vacam vbi erat Iugurtha cauſa fidei, puta in fidẽ Iugurthæ daret, quòd ſine periculo ad conſulem in caſtra veniret. Nam Iugurtha non veniſſet ad conſulem, niſi data ei fides eſſet à conſule, per quam tutus ad eum iret. Hac igitur de cauſa, conſul Sextum quæſtorem in vrbem Vaccam miſit, videlicet vt fidem Iugurthæ daret, ſed tamẽ ſimulauit ſe alia de cauſa conſul mittere quæſtorem. Finxit enim ſe mittere quæſtorem, vt frumentum acciperet, quod legatis Iugurthæ imperauerat, qui ad ſe venerant hoc autem ideo ſimulauit, ne quis intelligere poſſet conſilium ſuum, & ne quis deprehendere poſſet illum à Iugurtha pecunia eſſe corruptum. [Fidei cauſa] Videlicet vt Iugurthæ fidẽ daret, & promitteret illũ tutum & inuiolatum fore ſi ad conſulẽ in caſtra veniret. [Quæſtor] Quæſtores dicebantur, qui præerant pecuniæ publicæ, ſiue vrbani, ſiue prouinciales eſſent, à quærendis pecunijs nominati. Cuius rei ſpecies erat acceptio frumenti. Conſul palam oſtendit omnibus ſe mittere quæſtorem, vt frumentum acciperet, qđ antea legatis Iugurthę imperauerat coram omnibus, ſed tamen illum miſit cauſa fidei. volebat enim conſilium ſuum omnibus paucis exceptis eſſe occultum. [Cuius rei] Videlicet, quòd quęſtor miſſus eſſet in vrbem Vaccam. [Species]. i. color. apparebat enim quòd quęſtor miſſus eſſet propter frumentum accipiendũ cum tamen miſſus eſſet propter fidem Iugurthę præſtandam qđ Calpurnius palam legatis imperauerat, quoniã deditionis mora induciæ agebantur. Iugurtha per legatos ſuos conſulis Calpurnio monſtrauit ſe deditionem eſſe facturum. Sed interea dũ nec deditionem faceret à conſule petebat inducias, quibus conſul conceſſit ſub hac conditione, vt certam quantitatem frumenti Iugurtha daret. Et hoc eſt quod dicit. Tamen quod omnia cõpoſita erant ficta a conſule tam corrupto, ut conſilium ſuum in omnibus occultaret. [Legatis]. i. Iugurthę. Nam ſupra dixit Iugurtham miſiſſe legatos ad conſulem. [Quoniam deditionis mora] Quamobrem conſul legatis Iugurthę frumentum imperauit, quo iure hoc fecit. Quia cum legati inducias peterent à conſule, donec Iugurtha deditionem faceret, ille eas conceſſit ſub hac conditione, vt Iugurtha certam frumenti quantitatẽ daret, aliter eas nequaquam concedebat. [Deditionis mora]. i. propter moram deditionis, donec Iugurtha ſe conſuli dederat induciæ agebantur.

MARI.

TRAHENDO] Prorogando. [Lege Sempronia] Dupla erat lex Sempronia, quarum altera ſentiebat, vt conſules inter ſe prouincias ſortirentur, altera vt frumentum viritim Pop. Rom. diuideretur. [Conſules declarati] Codex antiquus habet. conſulesq. declarati ſunt: [Contra ſpem] Quia fuiſſet paucorum potentia, non timebat Senatum. [Regium] Duplex eſt. ſ. in Italia & in Calabria dictũ à rege auctore Strabone, alij quaſi abreptum dictum aſſerunt. [Animus]. ſ. Conſulis. [Aeger] Inconſtans. [Palam] Audiente exercitu.

IVGVRTHA in primis Adherbalem excruciatũ necat] Fabricianum, Igitur Iugurtha in primis &c. Perperam hoc impreſſis omiſſum videtur, cum mire meo iam ad ſententiam faciat, quamuis non ſit in Merſeburgenſi atque alijs [Et res in ſenatu agitari cœpit] Manuſcripta, agitari cœpta, Quanquam idẽ eſt vtrobique ſenſus. Cicero in Bruto, Qua in vrbe primum literis oratio eſt cœpta mandari pro cœpit. & iij de Oratore. Poſt adhiberi cœpta eſt ad ornatum etiam & dignitatem. Liu. iij. ab V.C. Sed aduentum, inquit, cœpti erant à finitimis populis. pro cœperant. [Vti per paucos factioſos, Iugurthę ſcelus condonaretur] Sic & manuſcripti codices, & cetera vetuſtiores. Atq; ita mollius eſt. Quam duriter & etiam aſperè concutiunt, factioſos, ſcelus? Hoc quamuis leue non tamen prætereundum eſſe duxi. [Prouinciæ futuris conſulibus Numidia, atque Italia decretæ ſunt. conſulesq. declarati ſunt P. Scipio Naſica &c.] τὸ Sunt neutrobi habent codices manuſcripti, & irrepſiſſe ex gloſſa videtur. Sed & conſules ibi, nulla addita cõiunctione legitur. [Quippe cui. Romæ omnia venum ire in animo hæſerant] Manuſcripta duo venire habent ſed vulgata lectio melior, venum ire. [Id enim eſt, quod & initio dixit. & poſt repetit, Omnia Romæ venalia eſſe. Itaque per magnam Iugurtha in amicitia nobilitatis & in pecunia ſua ſpem habebat. Paulò poſt. [Vt omneis mortales pecunia aggrediantur] In quibuſdam, omneis mortales, vti pecunia aggrediantur, ut ſi ὑπέρβατον legitimo dictionum ordine mutato. Quomodo Cic. Via vt intelligantur, inqt pro, vt via, Sed & Saluſt. poſtea. Alij ſigno dato locum vti deſererent. Tametſi [ne quid diſſimulem] in manuſcriptis non eſt Vt tectiuſque ſubaudiendum videtur. Nec eſt eo in exemplari quod Aſcenſius excudit caſtigauit Alexander. [Niſi regnum ipſumque deditum veniſſent] In alijs, in regnum. Paulò poſt, [Interim Calpurnius parato exercitu legit ſibi homines nobiles, factioſos] In Fabriciano eſt, legat ſibi. quomodo & exemplar habet merſeburgenſe à verbo legare, quemadmodum Cicero ſæpe, velut, Dolabella me ſibi legauit, & Cæſar Caſſium ſibi legauit. Item, Ego me à pompeio legari ita ſum paſſus, vt &c, Iſti quos legatos tute tibi legaſti. & Ne legaretur A. Gabinius Cn. Pompeio expetenti. Facilis autem & procliuis error fuit, vnius immutatione literæ. Quod ad ὀρθογραφίαν attinet, legunt alij Calphurnius, addito ſpiritu. Sed Volaterranus alterum magis probat, qui cum origo ipſa nominis facit Nam plutarchus in vita Numę ἀπὸ τοῦ κάλπου qui fuerit è Numæ liberis, τοὺς καλπουρνίους dictos putat. Mox. [Quorum auctoritate quæ deliquiſſet munita fore ſperabat] Quid ſi legas, impunita fore, id certe ſenſus ipſe reſpuere non videtur, quamuis reclamantibus exemplaribus. Niſi munita poſitum dicas, pro velut præſidio quodam confirmata, & quaſi in tutum collocata. Sed & ſupra, C. inquit, Bebium tribunum plebis magna mercede parat, cuius impudentia contra ius & iniurias omnes munitus foret, pro, armatus & quaſi ſeptus atque vallatus. [Belli haud ignarus, firmiſſimus contra pericula] Sic & exemplar manuſcriptum. pro conſtans & intrepidus. Licet in nonnullis fortiſſimus contra pericula reperiatur. [Mox in Africam tranſuectæ ſunt] τὸ Sunt in manuſcriptis non eſt. Mox. In initio paratis cõmeatibus] Manuſcripta non habent additam præpoſitionem

nem In. quomodo & Cicero frequenter. vt in Epiſtolis, Quemadmodum ſenatus initio cenſuit. & iterum, Redeo ad illud quod initio ſcripſi. Item alibi, Iſte qui initio proditor fuit. deinde per fuga. Sic & alias. Mox, [Acriter Numidiã ingreſſus eſt] In quibuſdã aggreſſus eſt, pro inuaſit. Sed prior lectio eſt in manuſcriptis. Ibidem. [Moltos mortales & vrbes aliquot pugnando cœpit] Legendum mortaleis. Nam ſic ferè, Saluſt. Porrò peculiare eſt hiſtoricis mortales dicere, pro hominibus. neque id adeo eſt apud Oratores frequens. Verum hiſtorici & verbis & figuris poeticæ licentiæ ſæpenumero vtuntur, locutionibusq; & dicendi modis non perinde alijs ſcriptoribus vſitatis. [Hinc proſapia apud illos, pro, progenie. vox ab vltimis repetita temporibus, vt Fabius inquit. Tempeſtas pro tempore. Hinc illud Que geminatũ, velut Meq; regnumq; meũ. Hinc ἐπάνοδος illa modi feſtinare, parare, alius alium hortari, hoſtibus obuiam ire, pro feſtinabant, parabant &c. Hinc eclipſis verbi ſubſtantiui ſæpe ac aliorum. Hinc frequẽs Synecdoche, cæteraq; hoc genus pleraq; vt Arma pro bello, Tacitus, Et vnum militem quotam ciuilium armorum partem. pro ciuilis belli. [Ceterum ſocius & miniſter omnium conſiliorum adſumitur Scaurus] In manuſcriptis eſt, ſocius & adminiſter. quomodo Cicero, Timarchides omnium rerũ tranſactor & adminiſter. & alibi, Adminiſtri & ſatellites Sex. Næuij. Vocat autem adminiſtrum Saluſt. & participem negocij, & adiutorem in re agenda. [Statuit cum eis de omnibus pactionibus præſens agere] In manuſcripto quodam Agitare legitur. Ac ſolet plerunque frequentatiuo Saluſtius pro perfecto vti.

GLAR. LEGE Sempronia] Quæ ſit illa Lex, mihi non conſtat, nec ſatis faciunt commentarij, quorum alter ait Sempronius Gracchus legẽ tulerat, vt Italia & Numidia Prouinciæ per COSS. regerentur. Badius autem Sempronium legem tuliſſe inquit, vt ſi qñ bellum timeretur, COSS. futuri in prouincias deſtinarentur. Hæc ille. Atqui magis ſolicitũ me tenet, quomodo Memmius, deſignatus tantum Tribunus populum edocuerit per nobilium auaritiam Iugurthæ ſcelus condonari. Num concione aduocata, an per alias technas? At idem illud cum ait, COSS. que declarati, quid illud Declarati, propriè hoc loco ſignificet. Nam deſignati. i. in futurũ annũ pronunciati, qđ Badius exponit, non placet, cũ ſtatim hic COS. in Africã ꝓficiſcatur. Neq; vero ante initum magiſtratum in prouincias ire conſueuerunt. Et ipſe Calpurnius non ita multo poſt Romã ad magiſtratus rogandos proficiſcitur. Fieri põt, vt nõ integris annis, ſed dimidiatis, quod quidã ſcriptis ꝓdidere, ante deſignarẽtur, q̃ inirẽt magiſtratus.

ASCEN. IVGVRTHA, facta deditione, & oppido occupato, necat in primis. i. ante cæteros, Adherbalem excruciatum. i. pœnis affectum prius, quod ſe veritum ante ſignificauit, in quo etiã immanitas Iugurthę notatur, qui pœnas cum ſanguine poſcit. deinde interficit omnes puberes. i. pubeſcentes promiſcue. i. confuſe & ſine diſcrimine Numidas. i. de regno Numidiæ, atq; negociatores. i. mercatores & operarios externos, vti. i. vt vel ſecundum quod quiſque fuerat obuius. i. occurrerat armatus. i. in armis, ergo per legem à cõtrario ſenſu inermibus pepercit, an tamen Italicis, ex hoc loco non conſtat. [Quod poſtquam Rom.] Commemorat quid ſubſecutum ſit & Romæ agitatum poſt tam immanem Adherbalis necem, dicens. Quod. ſ. Adherbalem facta deditione iniquiſſime cum multitudine ciuium occiſum eſſe ab Iugurtha, aut iuſſu eius poſtquam cognitum eſt Romæ & res cępit agitari. i. diſputari in ſenatu, hoc eſt cęperunt ſenatores diſquirere quid contra Iugurtha faciundum decernerent, ijdem miniſtri. i. fautores inſeruientes regi. ſ. Iugurthæ, interpellando. i. interrumpendo conſultationem aut orationem de vltione Iugurthæ acceptã, ac trahendo. i. protrahendo tempus & perendinando, ſæpe gratia & fauore & interdũ iurgijs leniebant, aut leniebant. i. mitigabant & mulcebant atrocitatem facti. i. inuidiam & iram ſumptam in Iugurtham ob atrocitatem facti eius. At. i. ſed ni, hoc eſt niſi C. Memmius deſignatus. i. in proximum annum pronunciatus Trib. pleb. exiſtens vir acer, & infeſtus, hoc eſt vim inferens, & obſiſtens potentiæ nobilitatis. i. nobilium, edocuiſſet pop. Rom. id agi hoc eſt prætendere, vt ſcelus condonaretur. i. ignoſceretur & remitteretur Iugurthę per paucos factioſos. ſ. potentes de eius factione, profecto, hoc eſt reuera, omnis inuidia foret. i. fuiſſet, dilapſa, hoc eſt ex animis omniũ lapſa, & ita perijſſet, in prolatandis hoc eſt differendis cõſultationibus. i. cum conſultationes factæ in ſenatu de eo toties proferrentur, tanta, hoc eſt tam ingens erat vis. i. magnitudo & potentia, gratiæ, hoc eſt fauoris atque potentiæ regis. ſ. Iugurthæ. Id autẽ per modum acclamationis dicit. Sed vbi, hoc eſt poſtquam ſenatus ſi ſuet populum. i. tumultum & ſeditionem populi, conſcientia, i.

propter conſcientiam delicti. i. Iugurthæ qđ ſibi notum eſſe ſciebam, & ita ad ſe pertinere vt id vindicentur, ideo ſup. prouincię, videlicet Italia quæ erat conſeruanda, & Numidia quæ erant in poteſtatem Romanã redigenda, ſunt decretæ. i. decreto deſignatæ. futuris conſulibus, & hoc lege Sempronia. i. per legem quam Sempronius tulerat, vt ſi qñ bellum timeretur, conſules futuri in prouincias deſtinarentur: ideo autem futuri, vt interea apparatum bellicum inſtituerent. Conſules ſunt declarati. i. præconis voce poſt comitia in futurum annũ pronunciati. ſ. P. Scipio Naſica, & L. Calpurnius Beſtia. Numidiã obuenit. i. ſorte data eſt aut contigit Calpurnio. ſ. Beſtiæ cognominato, & Italia obuenit Scipioni. ſ. Naſicæ. Deinde deſcribitur exercitus. ſ. à conſulibus, qui portaretur. ſ. nauibus. i. veheretur in Africam. ſ. in Numidiam quæ eſt pars Africæ, & ſtipendium. i. precium militare, & alia quæ forent vſui bello. i. ad bellum, decernuntur. ſ. à ſenatu ipſo, conſuli. [At Iugurtha accepto nuncio contra ſpem. i. cõtra id quod ſperauerat; quippe. i. vtpote cui hæſerat. i. fixũ & omnino exploratum erat in animo; vñia ire venum. i. vt vendantur. i. omnia eſſe venalia R. & cũ intellexerat quoſdam ſibi hoſtes, & decretum in ſe factum, mittit filium. ſ. ſuum & cum eo duos familiares legatos. i. caduceatores (quos vulgus ambaſciatores vocat.) Et ipſe præcepit his. ſ. filio & legatis illis familiaribus ſuis, vti. i. quemadmodum ſup. præceperat illis quos miſerat. ſ. Romã, interfecto Hiempſale. i. poſtquam Hiempſal erat interemptus, vti. i. vt aggrediantur. i. adoriantur quaſi ex inſidijs, omnis mortales. i. omnes hoïes, pecunia. i. donis pecuniarijs. Aggredimur propriè vi vt terribilia, adorimur clam & ex inſidijs. Quia vero difficile eſt in tali re quemlibet pecunia capere, ideo aggrediantur dixit. Sanè adnotabimus non eſſe de neceſſitate accuſatiuum tertiæ exire in his licet genitiuus tum habeat, ſed id tunc fieri decet, qñ dubitari poſſit in alterius ſit caſus, ideoq; vbi accuſatiuus additur in his potius exibit in es vt omnes mortales. [Qui poſtq̃ Rom. aduentabant] Proſequitur cœptam hiſtoriam de legatis miſſis ab Iugurtha docens quomodo exclusi ſint, vt parebit ex hoc ordine. Qui. ſ. legati Iugurthæ poſtq̃ aduentabant. i. veniendo accedebant Rom. ſenatus eſt conſultus à Beſtia. ſ. L. Calpurnio, placeret ne. i. an placeret legatos Iugurthæ recipi mœnibus. i. intra Mœnia. Ex hi. ſ. ſenatores (cum prius ſenatum dixiſſe ad ſignificatum reſpexit) decreuere vt legati, (niſi veniſſent deditũ. i. dedituri in poteſtatem P. R. eſt autẽ ſupinũ verbum deditum) regnum. ſ. Numidiæ & ipſum Iugurtham, decederent Italia (vbi decedo gratia præpoſitionis ablatiuo conſtruitur) in decem diebus proximis. i. intra decem dies proximos. Conſul iubet. ſ. inferioribus magiſtratibus, nunciari. ſ. vt doceant ex Italia ex decreto ſenatus, & ita illi. ſ. legati diſcedunt domum. i. in regionem ſuam rebus. ſ. Iugurthæ, infectis. i. non factis, hoc eſt nemine per largitiones corrupto; quia non fiebat conueniendi poteſtas. Interim dum legati in via eſſent, Calpurnius. ſ. conſul, parato. i. cõſtituto & permiſſo ſibi exercitu, legit hoc eſt delegit homines no. i. claros militia & factioſos, quorum auctoritate, quia pluriinum poterant, ipſe ſperabat ea quæ deliquiſſet in bello gerendo, fore. i. futura eſſe munita. i. tecta. [Vbi ſi Vallæ credimus munita nomen eſt, quia fore participijs non datur, poteſt autem nomen eſſe quia dicitur munitior & munitiſſimus) In quibus hoc eſt inter quos factioſos fuerat Scaurus, de cuius natura & habitu, i. affectu & diſpoſitione aut ingenio, nos memorauimus ſupra, hoc eſt prius. Nam multæ bonæq; artes animi & corporis erant in conſule noſtro. ſ. Calpurnio, & ita poterat & conſultare prudenter ac facere mature & fortiter, ſed nõ fecit, vnde addit, quas. i. bonas artes omnis, auaritia præpediebat ne. ſ. operarent bene & fortiter. Docet quas artes habebat, quia erat patiens laborum, hoc eſt bene tolerans labores, & acri ingenio, & ſatis prouidens, & haud ignarus belli, & fortiſſimus contra pericula & inſidias. Sed, q. d. vt ad hiſtoriam redeam, legiones. ſ. Romanæ ſup. miſſæ ſunt Rhegium, ad illud oppidum Calabriæ dictum à Græco rhignymi rhegnymi. i. abrumpo, quòd illic Italia ab Sicilia dirupta eſt. Et inde dicuntur ciues Rhegini, cum à Regio oppido Galliæ Ciſalpinæ Italis dicantur Regienſes, & tranſuectæ, inde. i. Rhegio in Siciliam. porro, ſed deinde tranſuectæ ſunt ex Sicilia in Africã. Igitur Calpurnius conſul, paratis. i. comparatis in initio cõmeatibus. i. ad victum exercitus neceſſarijs, aggreſſus eſt acriter Numidiam, & cępit pugnãdo mortales. i. homines, & aliquot vrbes. i. oppida. Sed vbi Iugurtha cępit tẽtare. ſ. animum cõſulis, pecunia per legatos. ſ. miſſos, & oſtẽdere aſperitatẽ. i. difficultatẽ belli quod adminiſtrabat, animus. ſ. Calpurnij, æger. ſ. imbecillis auaritia. i. propter auaritiã, eſt cõuerſus facile. ſ. ad pecuniam & in ſententiam Iugurthæ. Cæterum. i. ſed Scaurus aſſu-

miſtur ſocius & miniſter omnium conſiliorum .ſ. conſulis, qui .ſ. Scaurus tameſi impugnabat regē acerrime à principio, pleriſq; ex factione eius corruptis, i. cum tñ plerique eſſent corrupti qui erant ex factione hoc eſt conſpiratione eius contra fautores. Iugurthe, tñ abſtractus eſt .ſ. tandem à bono & honeſto, in prauū, id eſt in malum, & inhoneſtum, videlicet, ius & æquum pecunia vendere, & nō vlciſci parricidam & incubatorem talem, magnitudine pecuniæ, hoc eſt propter magnitudinem pecuniæ. Sed Iugurtha redimebat, .ſ. à cōſule & cæteris fautoribus tñ modo moram, hoc eſt dilationem belli, exiſtimans arbitrans ſe eſſe facturum interim dum bellū ſuſpenderetur, Romę aliquid .ſ. quod eſſet in rem ſuam, precio aut gratia, hoc eſt fauore & precario, vero, pro ſed, poſtea q̄ accepit. i. intellexit Scaurū participem negocij .ſ. quod cū conſule habebat, Ipſe adductus in maximā ſpē pacis recuperandę cū Romanis, ſtatuit, hoc eſt conſtituit & decreuit agere cum eis .ſ. conſule, & Scauro de oībus pactionibus, i. rerum, vel cum eſſet præſens. Cæterum Sextius vir ille Romanus Quæſtor. i. de ordine Quęſtorum, qui vulgo receptores dicūtur, mittitur interea cauſa fidei. i. vt de fidelitate ſua, fidē, hoc eſt credulitatem faceret, à conſule .ſ. Calpurnio, in oppidum Iugurthæ .i. quod Iugurthæ in diuiſione aſſignatum erat, Vaccam .ſ. nomine, cuius rei. i. cuius legationis ſpecies hoc eſt pretextus & apparentia erat acceptio frumenti. i. vt inde frumentum acciperent, quod .ſ. accipere frumentū, Calpurnius conſul imperauerat, palam. i. multis audientibus, nequid mali ſuſpicarentur, quoniam induciæ agitabantur, i. exercebantur, mora, i. propter morā deditionis. Fingebat. n. Iugurtha ſe velle dedere, & propterea ſe abſtinere à bello, donec de deditionis forma inter ſe conuenirent.

Igitur Rex, uti conſtituerat, in caſtra uenit, ac pauca præſenti conſilio locutus de inuidia ſui facti, atque uti in deditionem acciperetur, reliqua cum Beſtia & Scauro ſecreta tranſegit. Deinde poſtero die quaſi per Satyram legem, ſententiis exquiſitis, in deditionē accipitur. Sed uti pro conſilio imperatū erat elephāti 30, pecus, atq; equi multi, non cum paruo argenti pondere, Quæſtori traduntur, Calpurnius R[illegible]mam ad magiſtratus rogādos proficiſcitur. In Numidia, & exercitu noſtro pax agitabatur. Poſtquam res in Africa geſtas, quoq; modo actæ forent, fama diuulgauit: Romę per oēs locos, & conuētus, de facto conſulis agitari, apud plebem grauis inuidia, Patres ſoliciti erant, probarentne tm̄ flagitium, an decretum conſulis ſubuerterent, parum cōſtabat. Ac maxime eos potentia Scauri, q̄ is auctor, & ſocius Beſtiæ ferebatur, à uero bonoq; impediebat. At C. Memmius, cuius de libertate ingenii, & odio potentiæ nobilitatis ſupra diximus, inter dubitationem & moras ſenatus, in concionibus populum ad uindicandum hortari, monere, ne remp. ne libertatem ſuam deſererent, multa ſuperba, & crudelia facinora nobilitatis oſtendere, prorſus intentus omni modo plebis āīum accendebat. Sed quoniā ea tempeſtate Romæ Memmii facundia clara, pollenſq; fuit, decere exiſtimaui unam ex tam multis orationem eius perſcribere. Ac potiſſimum eam dicam, quam in concione poſt reditū Beſtię huiuſcemodi uerbis diſſeruit.

Sol D. Igitur Rex] Quandoquidem data eſt ei fides per Quæſtorē, [Conſtituerat] .i. decreuerat. [In caſtra] .ſ. Romanorū. Ordo eſt. Igitur Rex venit in caſtra, ac ille locutus pauca præſente conſilio de inuidia ſui facti, atque vt acciperetur in deditionem, tranſegit reliqua cū Beſtia & Scauro ſecreto. Vide quo conſilio vſus ſit conſul vt videretur facere de conſilio omnium, id quod faciebat. Cum rex veniſſet in caſtra, ſtatim conſilium nobiliū, & principū conuocauit, vt toto preſente cōſilio Iugurtha peteret, quod volebat. Igitur Iugurtha p̄ſte conſule & toto conſilio, pauca quędam de inuidia ſui facti locutus eſt. Deinde rogauit, ut in deditionem acciperetur. Et nihil aliud p̄ſte conſilio locutus eſt, ſed cætera ſeparatim cum conſule Beſtia & Scauro tractauit. [Deinde ſequenti die] Conſul iterum conuocato conſilio, ſniās omnium quæſiuit, nunquid eis videretur Iugurtha in deditione accipiendus. Itaque toto probante, & aſſentiente conſilio, Iugurtha in deditionem accipitur, hac conditione ac pacto hoc, vt 30. elephantos traderet, & pecus, & multos equos, & paruum quoddam pondus argenti, quę omnia Quęſtori tradita ſunt, preſenti conſilio. Nam in exercitu cum deditio aliqua facienda vel ſuſcipienda eſſet, conuocabantur à duce exercitus capita, & princeps exercitus, veluti Quæſtor, legati, centuriones, & qui in exercitu aliqua prædit erant dignitate, vel qui aliqñ magiſtratum aliquē geſſiſſent, Et de conſilio eorum faciebat quod faciendum erat, ſi res poſtulabat, vt ſententias eorum exquireret. [Tranſegit] .i. perfecit. [Quaſi per legem ſatyram] Dicendo quaſi oſtendit conſulem hæc omnia ſimulaſſe. Nam conſul ſimulabat ſe nihil facere velle, niſi de conſenſu conſilij, cum lex Satyra eſt, quę vno rogatu plura continet, hoc modo placet vt Iugurthę fœdus feriatur, in deditione Iugurtha recipiatur, elephantos tradat, omnes tranſfugas, tamen parua & pauca ad conſilium referret, magna autem & multa ſecreto cum Scauro peragere. Dicit ergo, tunc conſulem conuocato conſilio ſententias omnium exquiſiuiſſe, quaſi legem ſatyram ſeruare vellet, quæ iubebat, Dux & Imperator exercitus ſententias exquireret totius conſilij, cū graue aliquid deliberandum eſſet, preſertim cum ipſa deditio facienda vel ſuſcipienda eſſet hoc autem ideo fecit, vt ſi fœdus ſiue ius deditionis improbaretur à ſenatu, ſicuti improbatum eſt, culpam à ſe in conſilium reijceret, & eā ſibi cum omnibus eſſe communem oſtenderet. [Quæſtori traduntur] Quia Quæſtor pecuniam publicam curat. Calpurnius dicit, quid fecerit conſul compoſito bello, & pace data Iugurthæ. Romam, inquit, Calpurnius profectus eſt, vt Comitia haberet, in quibus magiſtratus futuri declararentur. [Ad magiſtratus rogandos] Rogare legem, vel rogare magiſtratum eſt, cum quis populum rogat, & à populo petit, vt eam legem, quam fert, populus accipiat, & aſciſcat ac ſanciat. Sic & rogare magiſtratum eſt, cum quis populum rogat, & ab ipſo populo petit, vt hunc vel illum magiſtratum creet, ſiue conſul, ſiue prætor, ſiue quæſtor, ſiue quicunque alius magiſtratus ſit creandus. Quo facto cum candidati, hoc eſt illi qui petebant magiſtratum, populo ſingillatim ſupplicaſſent, vt ſibi fauerent, Tribus in ſuffragium mittebantur, & ita magiſtratus declarabantur. Erat autem P. R. in tribus triginta quinque diuiſus. Cum populus ad ferenda ſuffragia conuocabatur, comitia dicebantur. [In Numidia] Ex parte Iugurthæ. [Agitabatur] .i. agebatur, & erat. [Poſtquam res] Ordo eſt, grauis inuidia apud plebem .ſ. erat, poſtquam fama diuulgauit Romę res geſtas in Africa, & quo modo forent actæ .ſ. illæ res. Et poſtquam cœpit agitari de facto conſulis per omnes locos, & per omnes conuentus. Cum, inquit, Romę diuulgatum eſt, id quod fecerat conſul cum Iugurtha in Africa, vehementer populo diſplicuit & Senatui. incertus erat ſenatus confirmaretne, an infirmaret & reſcinderet fœdus, quod conſul fecerat cum Iugurtha. Nam potentia Scauri qui ſocius conſulis fuerat in ea re obſtabat, ne ſenatus factum conſulis reſcinderet. Et hoc eſt quod dicit. Apud plebem grauis inuidia .ſ. erat, quia plebs vehementer oderat, id quod fecerat conſul. [Probarent] Ordo eſt, patres erant ſoliciti, ne. tam probarent tantum flagitium, & parum conſtabat an ſubuerterēt decretum conſulis. [Probarent] .i. confirmarent. [Flagitium] .i. rem tam turpem & indignam. Flagitium, ſecundum Donatum dicitur more militari res flagitioſa. i. reprehenſione digna. [Decretum] Id quod conſul decreuerat inuitis ſenatoribus. [Subuerterent] Id eſt reſcinderent, & infirmarent, irritarent. [Parum conſtabat] Id eſt non conſtabat, incertum erat. [Ferebatur] Id eſt dicebatur. [At C. Memmius] Ita quidem ſenatus dubitabat quid de fœdere conſulis cum Iugurtha facto ſtatuerat, an probaret illud, an improbaret, Sed Memmius tribunus plebis populum hortabatur, vt ſcelus Conſulis vindicaret atque puniret. [Et odio nobilitatis potentiæ] Nam ſupra dixit hunc Memmiū infeſtum & inimicum fuiſſe potentiæ ſenatus & nobilium. [Inter dubitationē & moram ſenatus] Dum ſenatus dubitat & differt quid de facto conſulis ſtatuat. [Concionibus] Concio ſignificat multitudinem populi conuocatam ad audiendum, & ſignificat orationem quæ habetur ad ipſam multitudinem, & ſignificat locum vbi conuocatur, nunc ſignificat orationem. [Ad vindicandum] .i. puniendum. [Hortari] Pro hortabatur. [Monere] Pro monebat. [Sed quoniā] Ordo eſt, ſed ego exiſtimaui decere. [Perſcribere unam] .ſ. orationem, ex tam multis eius orationibus, quoniam ea tempeſtate facūdia Memmij fuit clara & pollens Romæ. Senſus patet. [Ea tempeſtate] .i. eo tempore. [Facundia Mēmij] .i. eloquentia. [Clara] .i. nobilis & nota. [Pollēs] Id eſt

Id eſt poteſt. Multum.n. in dicendo valebat Mēmius. [Decere].i. cōuenire. [Potiſſimum]. i. maxime, præcipue. [Eam]. ſ. orationē. [In concione] Ecce concio hoc loco non orationē ſignificat ſed multitudinem populi conuocatam [Poſt reditum Beſtiæ] Poſtquam Beſtia cōſul rediſt ex Africa Romam. [Diſſeruit]. i. dixit.

MARL. PRÆSENTI conſilio] Præſentibus omnibus Romanorum Ducibus.

DE inuidia ſui facti] Manuſcripta, facti ſui, vt ſequatur pronomen. Atque id nimirū rectius [Deinde poſtero die] Manuſcripta, dein. Mox. [Quaſi per ſatyrā legem ſententijs exquiſitis, in deditionem accipitur] Manuſcripta, quaſi per ſaturam ſententijs exquiſitis, vt ſubaudias legē ſaturam vero, pro ſatyrā, quō vbique Sullam hic auctor, pro Syllam. Nam y, in u, Latinis ſæpe mutat, vnde in antiquis inſcriptionibus, Policarpus legitur, & Foluandroo, & Ennius, vt teſtatur Cic. Purrhum ſemper, nūquā Pyrrhū, Phruges, nō Phryges dixit, quod ipſum antiqui declarant libri. Sed & Diomedes eū manuſcripto facit, lib. 3. Nam quo loco docet, veteribus ſatyram farciminis genus fuiſſe, varijs rebus refertum, vnde poſtea ſatyra nominata ſit lex, quæ vno rogatu multa ſimul comprehendat, mox ibidem, Curius, inquit, legit Ethelius memoriæ in j. Per ſaturam ædilē factū qui legibus ſoluat, & Sal. in Iugurtha, Dein quaſi per ſaturā ſententijs exquiſitis, in deditionē accipit. Vides ne, vt hic in citatione Diomedes legē omittat? Sed nec in Merſeburgenſi additur. Sex. quoque Pōpeius F. eodem modo citat, quō in manuſcriptis eſt. Satura, inquit eſt cibi genus ex varijs rebus cōditum. Eſt & lex multis alijs conferta legibus. Itaque in ſanctione legum aſcribitur, Neve per ſaturam abrogato, aut derogato. Annius Luſcus in ea quā dixit aduerſus Tyb. Gracchum, Imperiū quod plebs per ſatyrā dederat, id abrogatum eſt. Paulò poſt idē hoc e Iugurtha Sal. exemplum affert, Dein poſtera die, quaſi per ſaturā ſententijs exquiſitis in deditionem accipitur. Quanq̄ hodie corrupte in exēplaribus hic locus apud Feſtum legitur. Sic aūt ſatura ſine addito ſubſtantiuo dr, vt apud Fabium Ciuica. D. Auguſtus, inquit, cum ei Galli torquem aureum C. pondo dediſſent, & Dolabella per iocū, tenētā tū ioci ſui euētum, dixiſſet, Imperator torque me dona. Malo te inquit ciuica donare. ſubaudit autē corona. Sic apud Senecā de beneficijs. Sunt & alia huiuſcemodi pleraque, quæ ſine ſubſtantiuo addito ponantur. velut cū dicimus tertiana, quartana, quotidiana. Deeſt n febris. Sic Tuſculanum, Ocriculanum, Nam ibi ſe ſubauditur prædiū. Sed & abſolute interdū Suilla, bubula, ferina dicimus vt ſubaudiatur, caro. Sic & repetundarū dānatus apud Velleium, vbi deeſt ſubſtantiuū pecuniarum. Sed vt ad ſaturā reuertar, Quid ſi nihil ibi ſubaudias, ſed ſimpliciter intelligas, vt verba ſonāt per ſaturam exquiſitis ſentētijs, hoc eſt, nullo ordine in ſententijs exquirendis ſeruato, nec vt ſeniores prius ſuſam rogarentur, ſed vt conſuli ipſi libuiſſet. Quo Iuſtin. in præfatione quadā Digeſt. ſparſum & quaſi per ſatura collectum opus dicit, vtilis inutilibus mixto, maxima tū parte inutilibus deputata, vt ipſe inqt. Nam variarū rerum miſturā ſparſim ac nullo ordine cōgeſtarum, ſatyrā veteres appellabāt. Mecū Alciatus facit. Neque admodum eorum probo opinionē qui hic ſaturam legē intelligunt, quę multas ipſa res cōplectatur, quemadmodum Iugurtha ſit in deditionē acceptus, ſed multis præſcriptis conditionibus, vt xxx. daret elephātos, pecus, atque equos multos cū magno argenti pondere. Nā ſic ferè & Er. Rot. & Franciſcus Philelphus. Verum prior ſententia magis arridet, vt videlicet, Per ſaturam, ad participium Exquiſitis, non ad verbum Accipitur, pertinere iudicemus. [Romæ per omnes locos & conuentus] Legendum per omneis. Paulò inferius. [Ac potiſſimum eam dicam, quam in concione poſt reditum Beſtiæ] Fabricianum, ea dicam quæ in concione, &c. Sic & aliud quoddam calamo deſcriptum.

GLAR. DEINDE poſtero die quaſi per Satyram legem ſententijs exquiſitis] Neque hanc legem apud quempiam alium memini me legere auctorem. Soldus, Lex ſatyra, inquit, eſt, quæ vno rogatu plura continet. Badius aūt, Quæ vno rogatu priuſquam reſpondeatur, multa ſimul & varia comprehendit, vt, vultis, ne iubetis ne, cum Iugurtha bellum componatur? Elephantes tradat? &c. Quæ vnde aut quibus auctoribus doceant, haud ſcire poſſum, Eadem Perottus, & alij noſtræ tempeſtatis auctorum expoſitores identidem inculcant, ſed auctorum teſtimonia videre vellem.

ASCAN. IGITVR Rex]. ſ. Iugurtha peruenit in caſtra, vti, hoc eſt quemadmodum cōſtituerat, ac locutus pauca, conſilio. i. prudentioribus exercitus, pūtrā audientibus de inuidia facti ſui. i. quō ſumma inuidia ſecuta ſit factū à ſe neceſſitate quadā compulſo ad id, atque; vti. i. vt acciperetur in deditionē. ſ. Romanorū, tranſegit. i. pfecit reliqua quę volebat ſecreto cū ſine arbitris cū Beſtia. ſ. conſule & Scauro. Deinde poſtero die ſententijs exquiſitis ab exercitu, quaſi per ſatyrā legem, quæ vno rogatu priuſq̄ reſpondeatur multa ſimul & varia cōprehendit, vt vultis ne iubetis ne cū Iugurtha bellum componatur? elephantos trādat? &c. Iugurtha accipitur in deditionē. [Sed vti] .i. quemadmodū erat imperatum pro concilio. i. ante conciliū prudentiū, elephanti xxx. pecus. ſ. ouile, atque equi multi cum nō paruo. i. magno pondere, argenti tradūtur Quæſtori. ſ. Sextio, pro rep. Rom. Calpurnius proficiſcitur Romā ad rogandos magiſtratus. ſ. an conſenſu eorū & auctoritate, cōfirmanda eſſet deditio facta, & ita pax agitabatur in Numidia & in exercitu noſtro, quia Rom. ſperabant pacē, & Numidæ ſimulabant et exercitus Rom. delicijs corrumperetur. [Poſtq̄ res in Africa geſtas] Poſtea inquit, q̄ Romę reſcitum eſt per auaritiam Calpurnij cōſulis & Scauri eius comitis turpē deditionem factā eſſe in Numidia, oēs cœperunt tumultuari & inter ſeſe conſilia agitare plebei aūt nobilitati inuidere, inſtigante præſertim C. Mēmio cuius concionem ſubiūcturus eſt. Hic autē ordo eſt. Poſtq̄ fama diuulgauit .i. in vulgū ſeu vulgus diſperſit, res geſtas in Africa & quō forent actæ. ſ. turpiſſime per auaritiā cōſulis & Scauri, conuentus. i. coitiones & cōcilia populi agitari. i. agitabātur Romæ per omnes locos, de facto conſulis. ſ. L. Calpurnij. Et grauis inuidia. i. graue odiū orta eſt apud plebem ſ. in conſulem nobilē. Patres. i. ſenatores erant ſolliciti. i. anxiæ dubij, quia parū conſtabat. i. parum euidens erat, an probarent. i approbarēt & ratum haberent & auctores eſſent approbantes tm flagitiū .i. dedecus cōſulis, flagitioſe dignū, an ſubuerterent, penitus improbarent & reſcinderent, factum conſulis. i, quod conſul penes quē ſumma erat poteſtas in prouincia fecerat. Ac potentia Scauri hoīs ſeditioſi & præpotentis impediebat maxime eos. i. patres cōſcriptos, à vero. i. ſeueritate & bono. i. iuſto & honeſto, quia honeſtum erat tale dedecus, irritum cenſere] q. i. quia, is. ſ. Scaurus ferebatur. i. dicebatur vulgo, auctor. ſ. illius facti & ſocius. i. particeps Beſtię. ſ. cōſulis. Ac. i. e cōntrario, C. Mēmius de cuius libertate. i. audentia loquendi & faciēdi libere vt liberi ciues pūt ſine alicuius timore ingenij . i. naturalis indolis, & de cuius odio potentiæ. i. in potentiam nobilitatis. i. nobilium, nos diximus ſupra, horum ſup. ecple, aut hortari. i. hortabatur inter dubitationem ſenatus. i. dum dubitarent ſenatores quid agerēt (quia vt dicit Gomicus, dum animus in dubio eſt, facili momento huc vel illuc impellitur) & inter moras. i. cunctationes ſenatus, quæ ex incertitudine cōſilij oriebantur, hortabatur inquam populū ad vindicandum. ſ. tm dedecus, in concionibus. i. orationibus habitis ad concionem .i. multitudinem populi ad hoc conuocatam. (Nam vt dixi, concio ſignificat orationē, multitudinem, & locū conuocatorum ad audiendum.) Et ſup. monere. i. monebat P. R. ne deſererent libertatem ſuam, quod facerent ſi paucis potentibus tam turpiter agere & omnia venalia hēre permitterent. Et oſtendere. i. oſtēdebat multa facinora nobilitatis. i. nobilium crudelia. i. impia, & inhumana, & ſuperba. i. in contemptū plebis cōmiſſa. Et ipſe intentus omnino. ſ. ad id faciendum, prorſus. i. in oēm partem verſus accendebat. i. inſtimabat ad iram animū plebis. Sed q̄m facundia. i. naturalis ad fandum prompte idoneitas. Mēmij, fuit ea tempeſtate i. eo tempore, Romæ clara. i. illuſtris & nobilis ac laudata, & pollens. i. multum potens, quia accepta populo, cū ipſe eſſet popularis, ego exiſtimaui decere. i. eſſe decens & conueniens perſcribere .i. totam aut ad finem vſque ſcribere vnam orationem eius, ex tam multis ſup orationibus eius. Quidam textus hñt vnam ex multis orationibus eius, &c. quæ lectio videtur magis Latina, niſi quaſi per modo parentheſis intercludatur ex tam multis, vtraque tamen eſt grammatica iuxta ordinem quem poſuimus. Ac dicam potiſſimum. i. maxime omnium eam ſup. orationē Memmij, quam diſſeruit. i. diſertè dixit & diuulgauit, in concione. i. multitudine cōuocata, poſt reditū Beſtiæ. ſ. L. Calpurnij, qui ex Numidia redierat, diſſeruit dico huiuſmodi verbis, non dicit ſententijs, vt intelligamus eadem eſſe verba, quæ ille tunc habuerat. Sanè diſſero in præſenti, præterito, ac reliqua coniugatione ſcribitur, ſſ, duplici, præterquam in ſupino, & in eius participio, diſertus, cuius prima corripitur. Vnde Flaccus, Fœcundi calices quem non fecere diſertum.

C. MEMMIO ORATIO.

MVlta me dehortantur à uobis Quirites, ni ſtudium reip. omnia ſuperet: opes factionis, ueſtra patientia, ius nullum, ac maxime quod innocentiæ plus periculi, quàm honoris eſt. Nam illa qui-

dem piget dicere, his annis quindecim, quàm ludibrio fueritis ſuperbiæ paucorum, quàm fœde, quamque multi perierint veſtri defenſores, vt vobis animus ab ignauia atque ſocordia corruptus ſit, qui ne nunc quidem obnoxij inimicis exurgitis, atque etiam nunc timetis, eos quibus vos decet terrori eſſe. Sed quanquam hæc talia ſunt, tamen obuiam ire factionis potentiæ animus ſubigit. Certe ego libertatem quæ mihi à parente meo tradita eſt experiar. verum id fruſtra, an ob rem faciam, in veſtra manu ſitum eſt Quirites. Neque ego vos hortor, quod ſæpe maiores veſtri fecere, vti cõtra iniurias armati eatis, nihil vi, nihil ſeceſſione opus eſt, neceſſe eſt ſuometipſi more præcipites eant. Occiſo Tyberio Graccho, quem regnum ſibi parare aiebant, in plebem Romanam quæſtiones graues habitę ſunt. Poſt C. Gracchi & M. Fuluij cędẽ, item veſtri ordinis multi mortales in carcere necati ſunt. Vtriuſque cladis non lex, verum libido eorum finem fecit. Sed lanè fuerit regni reparatio, plebi ſua iura reſtituere, quidquid ſine ſanguine ciuium vlciſci nequit, iure factum ſit. Superioribus annis taciti indignabamini ærarium expilari, reges & populos liberos paucis nobilibus vectigal pendere, penes eoſdem, & ſummam gloriam, & maximas diuitias eſſe, tamẽ hęc talia facinora impune ſuſcepiſſe, parum habuere. Itaq; poſtremo leges, maieſtas veſtra, diuina, & humana omnia hoſtibus tradita ſunt. Neque eos, qui ea fecere pudet; aut pœnitet, ſed incedũt per ora veſtra magnifice, ſacerdotia, & conſulatus, pars triumphos ſuos oſtentantes, perinde quaſi ea honori, non prædæ habeant. Serui ære parati, iniuſta iniuſta imperia dominorum non perferunt. uos Quirites in imperio nati, æquo animo ſeruitutem * toleratis? At qui ſunt hi, qui remp. occupauere? homines ſceleratiſſimi, cruentis manibus, immani auaritia, nocentiſſimi, & ijdem ſuperbiſſimi, quibus fides, decus, pietas, poſtremo honeſta atque inhoneſta omnia quæſtui ſunt. pars eorũ, occidiſſe tribunos plebis, alij quæſtiones iniuſtas, pleraque cædem in uos feciſſe, pro munimento habent. Itaque quàm quiſq; peſſime fecit, tam maxime tutus eſt. metum à ſcelere ſuo ad ignauiam ueſtram tranſtulere, quos omnes eadem cupere, eadem odiſſe, eadem metuere in unum coegit. Sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio eſt. Quod ſi tantam uos libertatis curam haberetis, quã illi ad dominationem accenſi ſunt, profecto neque reſp. ſicuti nunc, uaſtaretur, & beneficia ueſtra penes optimos, non audaciſſimos forẽt. Maiores ueſtri parandi iuris, & maieſtatis conſtituẽdę gratia bis, per ſeceſſionem armat, Auentinum montẽ occupauere, uos pro libertate, quã ab illis accepiſtis, nonne ſumma ope nitemini? atq; eo uehemẽtius, quo maius dedecus eſt, parta amittere, quam omnino non parauiſſe? Dicet aliquis, quid igitur cenſes? uindicãdũ in eos, qui hoſti prodidere remp. non manu, neque ui, quod magis uos feciſſe, quã illis accidiſſe indignũ eſt, uerum quæſtionibus, & indicio ipſius Iugurthæ, qui, ſi deditius eſt, profecto iuſſis ueſtris obediens erit, ſin ea contemnit, ſ. * æſtimabitis, qualis illa pax aut deditio ſit, ex qua ad Iugurthã ſcelerum impunitas, ad paucos potentes maximæ diuitiæ, ad remp. damna atque dedecora peruenerint. Niſi forte dominationis eorum ſatietas nondum etiam uos tenet, & illa, quam hæc tẽpora magis placent: cum regna, prouinciæ, leges, iura, iudicia, bella, atque paces, poſtremo diuina, & humana omnia penes paucos erant. Vos autem, hoc eſt pop. Rom. inuicti ab hoſtibus, Imperatores omnium gentium, ſatis habebatis aĩam retinere. Nam ſeruitutẽ quidem quis ueſtrum recuſare audebat? Atque ego tametſi uirum flagitioſiſſimum exiſtimo, impune iniuriam accepiſſe, tamẽ uos ſceleratiſſimis hominibus ignoſcere, quoniam ciues ſunt, æquo animo paterer, ni miſericordia in perniciem caſura eſſet. Nam & illos, quantum importunitatis habent, parum eſt impune male feciſſe, niſi deinde faciundi licentia * eripiatur. Et uobis æterna ſolicitudo remanebit, cum intelligetis aut ſeruiendum eſſe; aut per manus libertatem retinendam. Nam fidei quidem, * & concordiæ quæ ſpes eſt? dominari illi uolunt, uos liberi eſſe, facere illi iniurias, uos prohibere, poſtremo ſocijs ueſtris ueluti hoſtibus, hoſtibus pro ſocijs utuntur. Poteſt ne in tam diuerſis mentibus pax, aut amicitia eſſe? Quare moneo, hortorque uos, ne tantum ſcelus impunitũ omittatis. Non peculatus ærarij factus eſt, ueque per uim ſociis ereptæ pecuniæ. Quæ quanquam grauia ſunt, tamen conſuetudine iam pro nihilo habentur. Hoſti acerrimo prodita ſenatus auctoritas; proditum imperium ueſtrum eſt: domi, militiæque reſp. uenalis fuit. Quæ niſi quæſita erunt; niſi uindicatum in noxios: quid erit reliquũ? niſi ut illis, qui ea fecere, obedientes uiuamus? Nam impune quidlibet facere, id eſt regem eſſe. Neque ego uos Quirites hortor; ut * iam malitis ciues ueſtros perperam, quàm recte feciſſe, ſed ne ignoſcendo malis, bonos perditum eatis. Ad hoc in rep. multo præſtat beneficii quàm maleficii immemorem eſſe. bonus tantummodo ſegnior fit, ubi negligatis; at malus improbior. Ad hoc ſi iniuriæ non ſint, haud ſæpe auxilii egeas.

* toleratis?

* exiſtimabitis.

* eripiatur.

* aut

* Iã, non eſt in codice Aldino.

SOLD.

MVLTA me dehortantur à vobis Quirites, niſi ſtudium Reipub. omnia ſuperet] In hac oratione Memmius hoc ſuadere pop. Rom. intendit, vel libertatem ſuam tueatur, & eam à nobilitate opprimi non patiatur, vt factum cõſulis puniatur, non vi, neque armis, ſed iudicio, vt uidelicet quæſtionibus & inquiſitionibus veritas inueſtigetur, detur que opera, vt Iugurtha pop. Rom. dedatur, vt eius indicio ſcelus detegatur. Sed in principio orationis beneuolentiam captat à perſona ſua, cum oſtendit ſtudium ſuum in rempub. & in eos ipſos qui audiunt [Multa me dehortantur à vobis Quirites] Multa, inquit, ſunt quæ me dehortantur atque deterrent à ſtudio defendendæ ueſtræ libertatis. Sed amor meus in remp. omnia uincit, & facit vt illa contemnam; quæ me deterrent à ſtudio defendendæ veſtræ libertatis contra nobilitatem. Multa me dehortantur à vobis, multa me dehortantur ò Quirites à defenſione ueſtri. [Quirites,] Id eſt ò Romani. Quirites autem dicti ſunt, vel à curi haſta Sabinorum, vel à Curibus, quæ eſt ciuitas Sabinorum, poſtquam inter Romulum, & Tatium Regem Sabinorum fœdus percuſſum eſt. [Niſi ſtudium Reipub.] Id eſt amor, & voluntas mea prona in rempub. ſuperet, id eſt uincat. [Opes factionis] Hæc ſunt quæ me dehortantur à vobis, videlicet opes factiones, id eſt potentia partis, videlicet potentia nobilitatis, quæ eſt pars aduerſa, contra quam veſtram defenſionem ſuſcipio. [Veſtra patientia] Ac ſi diceret, nobilitas potens eſt ad opprimendam ueſtram libertatem, & vos patientes eſtis ad tantam iniuriam tolerandam. [Ius nullum] Quia plebs labores ſuſtinet bellorum, nobilitas honores poſſidet. Ac maxime quòd innocentiæ plus periculi quàm honoris eſt. Ecce probat quomodo ius nullum eſt, quia boni & innocentes plus periculi habent quàm honoris. Hoc autem dicit plebs bona & innocens, pericula quidem & labores ſuſtinet, ſed nobilitas honores habet, quia magiſtratus, & imperia, & prouinciæ per nobilitatem gubernantur. Plebs vero ad bella gerenda detruditur, & ad labores ac pericula ſubeunda deſtinatur.

[Nam

[Nam illa quidem piget dicere] Dici ꝙ potentia nobilitatis, & veſtra patientia, & iis nullum dehortantur mea defenſione veſtræ libertatis, quia ſunt & alia quæ me dehortantur, ſed piget dicere ea. Et quæ ſunt illa, his annis quindecim ſuperioribus, multi ex plebe interfecti ſunt à nobilitate, multi etiam veſtri defenſores periere, quos in ipſo periculo deſeruiſtis, & poſtea interfectos multos reliquiſtis, Cum ergo hæc in memoriam veniunt, dehortantur me à ſtudio veſtræ defenſionis, quia video vos deſerere, & parui facere veſtros defenſores. [Nam illa] Dixi ꝙ illa me dehortantur, quæ ſupra poſui, quia illa quæ ſequuntur ſine labore & tędio dicere non poſſum. Ordo eſt. Nam, pro quia me piget dicere illa, ſcilicet, quæ ſequuntur, videlicet quã pro quãtum fueritis ludibrio ſuperbiæ paucorum, & piget dicere quam pro quantum fœde multi veſtri defenſores perierint inulti, & vt proſicut animus ſi corruptus vobis ab ignauia, & ſocordia, qui nunc quidem obnoxij inimicis exurgitis, atque etiam nũc timetis eos quibus decet eſſe terrori. Commemorat Sal. iniurias quas plebs accepit à nobilitate, vt ipſam plebem magis contra nobilitatem Romanæ vrbis accendat, & non patiatur diutiꝭs opprimi ſuam libertatem [Quam ludibrio fueritis ſuperbiæ paucorum] piget me dicere, quemadmodum ſuperbia nobilitatis vos ludibrio habuerit & lacerauerit, ac pro arbitrio ſuo tractauerit, iam quindecim annis, ea quo Tyberius Gracchus veſter defenſor interfectus eſt. [Quam fœde] i. cruente. [Inulti veſtri defenſores perierunt]. i. Tyberius Gracchus primo. Deinde C. Gracchus frater eius, & M. Fuluius. Quomodo perierint C. Gracchus & Fuluius ſupra diximus. De Tyberio paulò poſt dicemus. [Vt vobis animus] plebem licenter arguit ignauiæ, vt eam accendat ad capeſcendam libertatem. [Obnoxij inimicis]. i. obligati inimicis quia timetis eos, qui vos timere deberent, & ideo quia timetis veſtros inimicos, à quibus timendi eſtis, propterea non exurgitis contra eos, qui tot vobis iniurias intulerunt & veſtros defenſores occiderunt. [Timetis eos] Quibus terrori decet eſſe. i. timetis eos, à quibus vos eſtis timendi [Sed quanquam] Ordo eſt, Sed tamen animus meus ſubigit me obuiam ire potentiæ factionis, quanquam hæc ſint talia. Quamuis inquit multa & magna ſint, quæ me dehortantur à uobis ò Quirites, ſicuti ſunt hæc, quæ ſupra monſtraui, tñ animus meus erga vos & erga rẽplubicam non eſt hæc omnia, & cogit me reſiſtere potentiæ nobilitatis [Hæc talia ſint] Videlicet magna & grauia. [Obuiam ire]. i. reſiſtere. [Factionis potentiæ]. i. potentiæ partis aduerſæ. ſ. nobilitatis. [Subigit]. i. cogit. Certe ego volo, inquit experiri libertatem meam contra nobilitatem. [Verum] Ordo eſt. Verum. i. ſed, eſt ſitum in veſtra manu ò Quirites an faciam, id fruſtra, an faciam ob rem. i. ò Quirites in veſtra poteſtate poſitum eſt, an experiar libertatem meam fruſtra, an vtiliter, quia ſi me ſequi volueritis & ueſtrum auxilium mihi pręſtiteritis, utiliter experiar libertatem meam. Si autem me deſerueritis, & fruſtra, & ſine utilitate libertatem meã experiar. [Ob rẽ]. i. vtiliter. [Fruſtra]. i. ſine vtilitate. [In veſtra manu]. i. in ueſtra poteſtate. [Situm eſt]. i. propoſitũ eſt. [Neque vos hortor] Ordo eſt, neque ego hortor vos, vt uos armati eatis cõtra milites, quod. i. quam rem noſtri maiores ſæpe fecere. i. non hortor vos, vt vim & armis reſiſtatis iniurijs, quas nobilitas vobis infert, ſicuti fecerunt ſępe maiores noſtri, nam exactis rã regibus plebs armata bis ſeceſſit à patribus in montem Auentinũ, nec reconciliari potuit, donec ei ſenatus poſtulata concederet. Cauſa autem primæ ſeceſſionis hæc fuit, Magna ĩter patres. id eſt ſenatum & plebem diſcordia erat propter nexos ob æs alienum, nexi dicebantur, qui tantiſper ſeruiebant creditoribus ſuis donec debitum perſoluiſſent. Nexi dicebantur, qui propter debita vincti creditoribus ſuis tradebantur. Fremebant & murmurabãt plebei homines ſe foris pro imperio & libertate dimicare, domi autem à ciuibus captos & oppreſſos teneri, tutioremq. in bello quàm in pace, inter hoſtes quàm inter ciues libertatem ſuam eſſe. Legitur, Appio Claudio & Seruilio conſulibus, cum Volſci infeſto exercitu ad vrbem uenire nunciarentur, alius alium hortabatur, ne omnino nomina darent, & ne ſe ad militiam ſcribi paterentur. Patres ancipiti re perculſi in tanto periculo Seruilium conſulem monent, vt temp. terroribus circumuentam expediat. Tum conſul miſſo ſenatu in concionem prodit, docet curæ eſſe patribus, vt plebi conſulatur, & prouideatur. Interim certari debere nomina. Deinde edictum proponit, ne quis uinctum ne ue clauſum teneat, quo minus nomen dare poſſit, & ne quis miles, donec in caſtris eſſet, bona ipſa poſſideret. Mox uero aderant nexi nomina profitẽtes. Finito ergo & expedito bello plebs aderat, promiſſa conſulis & ſenatus nobilitatisq; fidem expectans. Appius plebi ſemper grauis atque infeſtus, vt fidem collegæ uanam faceret, ius de creditis pecunijs dicebat, qui nexi fuerãt creditoribus tradebantur. plebs promiſſis eluſa, & decepta. cum à tribus populis, Volſcis, Equis, & Sabinis bellum inſtaret nulla ratione compelli potuit, vt ad militiam nomina daret. Coactus nocturni, & colloquia fiebãt inuicem exhortantium, ne ad bellum gerendum proficiſcerentur. Senatus hac de re conſultus increpat conſules, ꝙ imperium conſulare non exequantur. Sed conſules nihil proficiunt, tandem Dictator creatur, qui edictum propoſuit ferè ſimile edicto Seruilij. Atque ita plebe dante nomina, legiones decem conſcriptæ ſunt. Mox tribus bellis proſpere confectis & parta uictoria de Volſcis, Equis, & Sabinis cum Dictator ad ſenatũ retuliſſet, quid de nexis fieri placeat, & relatio reiecta eſt. Tum Dictator iratus, Non placeo, inquit, concordiæ auctor, optabitis medius fidius propediem vt mei ſimiles Romana plebs patronos habeat, ita curia egreſſus Dictatura ſe abdicauit Tum patres timor inuaſit, ne ſi exercitus dimiſſus eſſet, rurſus cœtus occulti, & colloquia ſecreta, conuentusq. nocturni fierẽt cum magno periculo ciuitatis. Itaque ſimulãt ab Equis bellum renouatum eſſe ac ſub hac ſpecie iubent, vt conſules legiones, & exercitum educant. Plebs, quia in conſulis verba iurauerat ut legione & iuramento ſolueretur, conſules interficere parabat, ſed cum intellexiſſet ſe propter hoc non exolui religione, Sicinio quondam auctore ſeceſſit in montem ſacrum, ut quidam referunt, ut alij dicunt, in montem Auentinum. Ibi ſine vllo duce vallo foſſaq. cõmunitis caſtris quieti rem nullam, niſi neceſſarium ad uictum ſumentes, aliquot dies ſeſe tenuerunt. Pauor ingens urbem inuaſit. Itaque patres Menenium Agrippam facundum uirum miſerunt ad plebem reconciliandam, qui in concione huiuſcemodi uerba fecit, Tempore, quo in homine non ut nunc, omnia conſentiebant, ſed ſingulis membris ſuum cuique conſilium, ſuus ſermo erat, indignatæ ſunt reliquę partes quod ſuo labore omnia uentri pararentur. Venter aũt in medio quietus nihil faceret, niſi quòd uoluptatibus datis frueretur. [Conſpirauerunt igitur, ne manus ad os cibum ferret. ne os acciperet datum, ne dentes conficerent. Hac ira dum uentrem domare uolunt ipſa quoque membra pariter cum toto corpore ad extremam tabem corruptionemq. uenerunt. hinc apparuit uentris quoque non eſſe ociosum officium, qui cibum acceptum in omnes partes corporis redderet, ſanguinem hunc quo uiuimus comparãdo cibo mature confecto. Menenius igitur cum docuiſſet iram plebis in patres eſſe ſimilem iræ membrorum in uentrem, flexit animos omnium cœptumq; eſt agi de concordia, conceſſumq. plebi eſt, ut ſuos magiſtratus haberet ſacroſanctos, qui ei aduerſus conſules auxilium ferrent. neue cuiquam ex patribus eum magiſtratum capere liceret. Ita Tribuni plebis tunc primum duo creati ſunt C. Licinius & L. Albinus Atque ita plebs reconciliata eſt, & ſeditio ſedata. Cauſa alterius ſeceſſionis hęc fuit. Appius Claudius Decemuir captus erat amore inſano Virginiæ, filiæ cuiuſdam Virginij plebeij hominis, Icilio uiro tribunitio deſponſatæ. Et cum eam aliter habere nõ poſſet ad explendam libidinem ſuam, M. Claudio clienti ſuo negocium dedit vt illam in ſeruitutem traheret, quòd diceret eam ex ſerua ſua natam, eiq. auxiliũ ſuum pollicitus eſt. Cum ergo M. Claudius eam per forum tranſeuntem rapuiſſet, eamq. ſeruam ſuã aſſereret, re ad tribunal Appij deducta, eam M. Claudius Appio adiudicauit. Virginius pater cum indignitatem rei ferre non poſſet ſimulato cum filia & eius nutrice colloquio ueluti ab ea rei ueritatem exquirere uellet, antequam uelut ſerua abduceretur, ſtricto ferro, Hoc te inquit modo filia in libertatem uindico, pectus deinde puellæ transfixit, reſpectanſq. ad tribunal Appij, Hoc te inquit, Appi caputq. tuum ſanguine conſecro. Ad hoc facinus clamore ſublato, Appius comprehendi Virginium iubet, ille quacunque incedit ferro uiam facit. Icilius ſponſus corpus exangue puellæ ſublatum populo oſtẽtat. Scelus Appij puellæ infelicem fortunam, patris neceſſitatem deplorat. Ita plebs in urbe Icilij clamore, & indignitate ſceleris cõcitatur. Virginius in caſtra profectus, ubi ordines ducebat, nõ minorem ibi, quàm in urbe tumultum concitat. Scelus Appij, & cuncta, quę geſta erant, exponit. Supinas deinde tendens manus commilitones appellãs orabat, ne quod ſcelus Appij eſſet, ſuum crederent. Vitam filiæ ſibi ſua chariorem fuiſſe, ſi liberæ ac pudicę uiuere potuiſſet, cũ uelut ſerua ad ſtuprum duci uideret, morte melius ademptam quàm contumelia liberos uiuere in ſpeciem crudelitatis lapſum eſſe. Illis quoque ſorores, filiasque. & uxores eſſe, libidinem Appij cum filia ſua nequaquam extinctã. Hæc Virginio uociferanti ſuccclamat multitudo, ſe nec dolori illius, nec libertati ſuæ defuturos, Ita multitudo exercitus concitata facto agmine, eunt ad urbem & montẽ Auentinum occupant

vt quiſque occurrebat ad repetendam libertatem tribunoſq́. plebis creandos adhortantes. Nam paulò ante creatis decem viris ſublata erat tribunitia poteſtas, & prouocatio ad populum duo munimenta libertati, alia vox nulla violentiæ audita eſt. Sed nō multo poſt plebs vrbana cum liberis & vxoribus factum exercitus ſecuta, ipſa quoque receſſit in montem Auentinum, vrbe veluti ſolitudine relicta. Patres noua re perterriti, L. Valerium & M. Horatium legatos mittunt, qui de reconciliatione cum plebe agerent. Icilius pro multitudine reſpondit, plebem petere, vt ſibi poteſtas tribunitia, & prouocatio reſtituatur. Et ſibi decemuiri tradantur, neue, cui fraudi eſſet, conſciſſe milites ante plebem. Legati poſtulata plebis ad ſenatum deferunt. Senatus conſultum fit, decemuiri primoquoque tpe ſe magiſtratu abdicarent. Q. Furius Pōtifex maximus tribunos plebis crearet, & ne cui fraudi, i. pœnæ eſſet, ſeceſſio militum plebiſq́. Ita plebs reconciliata eſt. [Nihil vi, nec ſeceſſione opus eſt] Non eſt opus vi, aut ſeceſſione, videlicet ſecedatis, & recedatis à patribus, quemadmodū bis noſtri maiores fecerunt. [Neceſſe eſt] Eſt neceſſe, vt ipſimet eant præcipites ſuo more. Vide quid dicat. Mēmius rñdet tacitæ quæſtioni. Poſſet.n. dicere aliquis, O Memmi, tu dicis q nō eſt opus vi aut ſeceſſione. Quare hoc dicis? An forte patres cōmittunt ſcelera digna ſeceſſione? Memmius rñdet. Ita committunt. Neceſſe eſt.n vt nobilitas, & patres faciant ſicuti facere conſueuerunt, & ſcelus ſceleri addāt, vt veſtram opprimant libertatem. Ex quo neceſſe eſt, vt vos eis reſiſtatis non vi, neque armis, neque ſeceſſione, ſed iudicio & iuſtitia. Et hoc eſt ſenſus totius orationis Memmij. Neceſſe eſt obſcure hunc ſenſum cum ſuperiore cōiungi. Dicit.n. ſic, ò Quirites ego vos hortor, vt veſtram libertatem defendatis, & reſiſtatis iniurijs patrum non vi, neque armis, neq; ſeceſſione quemadmodum merentur. Nam quantum pertinet ad ipſos patres, neceſſe eſt, ut faciant quemadmodum conſueuerunt, & ea cōmittant ſi mereantur, vt reſiſtatis eis vi & armis & ſeceſſione. Sed non hortor, vt ſic reſiſtatis eorum iniurijs. Quid ergo faciendum eſt? Vindicandum inquit in eos cenſeo non manu neque vi, ſicuti merentur, ſed iudicio & iuſtitia. Itaque & quæſtionibus & tormentis, & iudicio ipſius Iugurthæ veritas indagāda & inquirenda eſt de crimine, per quod conſultum ignominioſum fœdus cū Iugurtha fecit iniuſſo ſenatus, Populiq́. Romani. Nā in eo fœdere maieſtas S. P. Q. R. violata eſt. Et ideo hoc crimen puniendum cenſeo non vi, neque armis, ſed iudicio & iuſtitia. [Præcipites eant] Ire præcipitem eſt temere & inconſulte in aliquod malū ruere, eſt inquit neceſſe, vt patres & nobiles ad opprimendam veſtram libertatem præcipites ruant, ſicuti cōſueuerunt. Et ita opportunitate iniurias nobilitatis in plebem Rom. cōmemorat. Et primo quemadmodum Tyberium Gracchū defenſorem plebis iniuſte occiderunt. Poſtea C. Gracchum & Fuluiū, qui iura libertatis plebis Romanæ tuebantur. [Occiſo] Occiſo eſt, magnæ quæſtiones habitæ ſunt in plebem Romanam, occiſo Tyberio Graccho, quem nobiles aiebant parare regnum. Poſtq̄ inquit occiderunt Tyberium Gracchum tanquam regnū affectantem, multos ex plebe Romana tormentis cruciauerunt, veluti per torturam & funem ab eis veritatem elicere vellēt. Tyberius aūt Gracchus interfectus eſt, atque hac de cauſa Romani agros quos hoſtibus victis bello victos adimebant, partim vendere, partim in publicum redigere, & egenis ac pauperibus ciuibus pro modica penſione vtendum tradere ſolebant. Sed cū diuites incepiſſent eas pēſiones augere & hoc modo ex agris pauperes excludere, lata eſt lex, quæ vetabat quenq̄ ciuem Romanū habere plusquam quinquaginta iugera agri, hæc lex auxilio fuit pauperibus ciuibus aliquod annos contra diuites. Sed cū rurſus locupletes contempta lege agros occupare cœpiſſent, & ob eam cauſam pauperes ciues irritati ad militiam dare nomina recuſarent, & filios educare nollent, Tyberius Gracchus tribunus plebis creatus hanc cauſam ſuſcipere, & pauperibus ſubuenire conſtituit. Itaque plebe flagitante legem promulgat mitiſſime ſcriptam, quæ iubebat, vt locupletes accepto precio, quod pro penſione erogauerant, agros publicos dimitterent, & eos pauperibus ciuibus traderent. Factio nobilium & locupletum aduerſus hanc legem ſe opponit, quo minus feratur, & à populo ſanciatur. Sed cum per ſe locupletes infirmi eſſent M. Octauium tribunum plebis collegā & familiarem Tyberij confirmant vt legi intercedat, hoc eſt auctoritatem ſuam interponat ne lex feratur, Eſt autem tribunorū plebis maxima in prohibendo poteſtas. nam vno prohibente, alij ēt ſi plures ſint, nihil efficere poſſint. Ob hanc interceſſionem iratus Tyberius priore lege reiecta quæ erat humaniter ſcripta, aliā plebi magis gratā promulgat, videlicet, vt agri, qui contra leges erant poſſeſſi dimitterentur nulla mētione precij facta. Et edicto propoſito oēs vrbanos magiſtratus quicquā agere prohibuit, priuſquam de lege Agraria ad populum ferretur. Aerariū ſigillo impreſſit, & per Quæſtores quicquā depromi aut importari vetuit. Locupletes cuncti veſtes mutauerāt, & mœſti forum circuibant. Poſtquam dies comitiorū aduenit M. Octauius interceſſionem perſeuerat. Tyberius Octauium ſuppliciter rogat, vt ab interceſſione deſiſtat. Quod cum negaret. Octauius, Tyberius ad rem non legitimam, neque humanam cōuerſus, M. Octauium tribunatu priuare atque amouere cogitauit. Itaque poſtremo die, conuocato populo, rurſus M. Octauiū verbis hortatur, vt ab interceſſione deſiſtat. Quod cum impetrare non poſſet, tulit ad populū de abrogatione Octauij. Ac ſtatim tribus in ſuffragiū miſit. Erant tribus triginta quinque, quarū cum decē & ſeptem Octauium abrogaſſent, & vna tantum reſtaret ad rē perficiendam, Tyberius ad Octauium conuerſus rogat, ut ab interceſſione deſiſtat, neue tantam notam ſibi inferri patiatur. Deinde toto inſpectante populo eum reuerenter amplexus deprecabatur. Ferunt his precibus Octauium oculos lacrymis impleſſe, & aliquanto cum ſilentio ſteriſſe. Sed vbi ad locupletes & nobiles reſpexit, qui aderant rogantes eum, vt perſeueraret in interceſſione, generoſe Tyberio rñdit, vt faceret, quod vellet. Itaque populi iuſſu abrogato magiſtratu Octaui, & miſſo à Tyberio apparitore, qui illum tribunali detraheret, concurſus ex locupletibus, & à plebe factus, rixaq́. orta eſt Octauius per tumultum aufugit. Itaque lex Agraria, hoc eſt deuidēdis agris lata eſt. Treſviri, qui agros diuiderent creati ſunt, Tyberius ipſe legis auctor, Appius Claudius ſocer, C. Gracchus frater. Poſt hæc cū Attali regis teſtamentum à Pergamenis Romā tranſmiſſum eſſet, in quo P. R. ſcriptus fuerat ſtatim Tyberius tulit ad populum, vt regis pecunia ciuibus Romanis, quibus agri dabantur pro cultura aſſignarentur. De oppidis aūt quæ Attali fuiſſent nihil ad ſenatum, ſed ad populum pertinere dicebat. Hæc res maxime ſenatum offendit. poſtremo aperte cōtra ſenatum contentione magis q̄ iuſtitia & æquitate multitudinem excitare conatus eſt, alijs legibus, quibus tpa militiæ detrahebat & iudicibus tunc ſenatoribus parem numerū ex equeſtri ordine ſtatuebat. De his rebus, vt ad populum ferret, in Capitolium pergit. vbi multitudo cōuenerat. Inter hæc Fuluius Flaccus ſenator in eminentem locum aſcendens, qm̄ vox eius præ clamore, & ſtrepitu multitudinis exaudiri non poterat, manu ſignificauit velle ſe cum Tyberio, loqui, iuſſuq́; Tyberij per multitudinem receptus, nūciauit ei diuites de nece eius agitare, eaq́. de cauſa ſeruos ac libertos cum armis habere. Hæc poſtquam amici qui circa Tyberium ſteterant, audiuerant, ſubito togas accingunt haſtiliaq́. de manibus miniſtrorum, qui multitudinem reprimunt, rapientes ſe ad reſiſtendum parāt. Sed illi qui in concione longius aberant, hanc præparationem admirantes, cum interrogent, quod ſibi vellet ea res. Tyberius manu tangens caput ſuum, ſibi periculum imminere ſignificabat. Hoc ſignum inimici maligne interpretantes, quaſi diadema & coronam regni depoſceret, rem ſenatui nunciant. Qua de re cum oēs perculſi eſſent, Scipio Naſica Mutium Scæuolam cōſulem cohortatur, vt libertati, Romanæ reip. ſuccurrat. Deinde cū reſpondiſſet conſul, ſe auctorem belli inteſtini & ciuilis diſcordiæ fore, nec quenq̄ Romanum ciuem ſine iudicio necaturum, proſiliens Naſica, Quando, inquit, conſul ciuitatem prodit, qui leges ſaluas eſſe cupiunt, me ſequantur, Hæc dicens lacinia togæ ſuper caput poſita in capitolium pergit. Alijq́. poſt eum toga circa brachiū inuoluta ſecuti ſunt, itaque ſubſelliorum pedibus reuulſis obuios ferientes contra Tyberiū vadunt. Cæde igitur & fugæ Tyberij ſociorū facta, cum ipſe Tyberius curſu euadere properaret, toga per quendam retentus cecidit. Surgēti vero P. Saturnus collega eius pede ſubſellij caput percuſſit. Hic primam plagā intulit, ſecundam vero L. Rufus. de qua ēt gloriari ſolitus eſt. ex alijs circiter triginta mactati ſunt fuſtibus, & lapidibus omnes, nemo ferro. Corpus Tyberij cum alijs cadaueribus in Tyberim proiectum eſt. Nec is finis cladis fuit. Nam amicorum & familiarium Tyberij alij in dicta cauſa in exiliū pulſi ſunt, alij capti crudeliſſime trucidati ſunt, inter quos C. Iulius eculeo cum anguibus inſutus necatus eſt. [Occiſo Tyberio Graccho] i. poſtq̄ Tyberius Gracchus occiſus eſt, duce Scipione Naſica. eo modo quo diximus. [Quem regnum parare nobiles agebāt] i. quem nobiles dicebāt acquirere ſibi. Nam, vt ſupra diximus. cum in concione manu caput ſuum tangens ſalutem ſuam populo commendaret, nobiles ita interpretati ſunt illud ſignū, ut dicerent, Tyberiū coronā regni petere à pop. [In plebem Romani magnæ quæſtiones habitæ ſunt] i. magnæ inquiſitiones factæ ſunt, contra plebē Romanā mortuo Tyberio, Multi.n. ex plebe ſune torti ſunt, &

multa

multi in exilium pulſi, & multi ſunt interfecti, vt ante diximus Quæſtiones, dñr inquiſitiones criminũ, quę fiunt p iudices; adhibitis tormentis, vnde quæſtiones & tormenta dñr, per quæ veritas exquiritur. [Habitæ]. i. exercitatæ Poſt Caij Gracchi, & M. Fulij cædẽ, de his ante diximus quẽadmodũ ſunt interfecti. Ordo eſt. Itẽ multi veſtri ordinis ſunt necati in carcere poſt necem Gracchi, & M. Fulij [Multi veſtri ordinis]. i. multi ex plebe. Nã tres ordines erãt, Senatus, Equeſter ordo, & plebs. [Vtriuſq; cladis]. ſ. & Tyberij & C. Gracchi. Ordo eſt, Nõ lex ſed libido eorum fecit finẽ vtriuſq; cladis. Clades ſignificat exitium & perniciem. Dicit ergo, nobiles fecerũt finem vtriuſque cladis, non quũ debuerunt, ſed qñ voluerunt. Non n. legibus paruerunt, ſed libidinem & voluntatem ſuã expleuerunt. Multos. n. ex plebe contra leges, & ſine iudicio necauerunt. [Sed ſanè fuerit regni reparatio plebi ſua iura reſtituere] Tyberius Gracchus dum plebi iura ſua reſtituit, nobilitati viſus eſt quærere ſibi regnũ. Dicit ergo, Cõcedamus verũ eſſe id quod dñt aduerſarij, videlicet Tyberiũ Gracchũ regnum ſibi quærere voluiſſe; quod tñ falſum eſt. Nã Tyb. Gracchus nõ ſibi regnũ quæſiuit, ſed plebi iura ſua reſtituere, & libertatẽ eius defenſore voluit. Et eſt color, qui dr̃ permiſſio, ſiue cõceſſio, quæ fit, qñ id maxime negamus, quod concedere videmur, ſicut nunc. Nã vult artẽmius negare, quod Tyb. Gracchus regnũ affectauerit & quæſiuerit. Et tñ vĩ concedere dicens. [Sed ſanè fuerit, regni reparatio, plebi iura ſua reſtituere]. i. concedamus verũ eſſe, quod dñt nobiles Tyb. Gracchum regnum ſibi parare voluiſſe, cũ plebi iura ſua reſtituerit, & defendere iura plebis vocemus acquirere regnum. Eſt. n. hic color Rhetoricus, qui dr̃ permiſſio ſiue conceſſio fit, qñ nos oſtendimus in dicendo aliqd cõcedere, & tñ ſemper aliqua verba interponimus, per quæ aperte ſignificamus nos, id negare, quod cõcedere videmur. Sic Virg. in 4. Æn. Sequere Italiam, ventis pete regna per vndas. [Regni reparatio] Ordo eſt. Sed reſtituere iura ſua, plebi, fuerit reparatio regni & iure ſit factum quidq́ď nõ potuit vlciſci ſine ſãguine ciuiũ. Totum hoc dicit per conceſſionem id qua id maxime negatur, quod vĩ concedi. [Regni reparatio]. i. reformatio, renouatio, reſtitutio regni. Sanè id dr̃ reparari, quod deletũ & perditũ eſt. Vnde expulſis, iam multo tpe ante regibus, regnũ extinctum erat, Romæ, nunc ergo rectè dr̃ reparatio regni. i. reſtitutio & reformatio. [Plebi iura ſua reſtituere] Sicuti fecit Tyberius Gracchus, qui legẽ Agrariam tulit contra factionem locupletũ & nobiliũ, vt pauperibus ciuibus agri reſtituerentur, qui eis adempti fuerant per locupletes cõtra leges, ſicuti ſupra viſum eſt. [Quidquid ſine ſãguine ciuium vlciſci nequit iure factũ ſit] Hoc ideo dicit, q̃a poſſet aliquis dicere, O Mẽmi, tu dicis nobilitatẽ iniuriam plebi intuliſſe, quia Gracchos interfecit. Sed vide quid dicas. Nã multi exiſtimant Gracchos iure interfectos fuiſſe, tanq̃ ciues ſeditioſos, & tanq̃ ciues qui diſcordiam inter patres & plebem ſeminarent. Reſpondet Mẽmius, Sit ita: Cõcedo Gracchos iure interfectos fuiſſe, ſed alia ſcelera nobilitatis & patrum atq; alias iniurias oſtendam, quibus intelligetis eos veſtram libertatẽ opprimere voluiſſe, & ex quibus intelligetis, eos tanq̃ dominos, vos tanq̃ ſeruos eſſe. Poteſtis hoc ferre, certe nõ debetis, [Quidquid ſine ſanguine ciuium vlciſci nequit, iure factum ſit] Hoc dicit pp Gracchos & eos qui cum ipſis interfecti ſunt. [Ac ſi diceret. Concedo Gracchos iure interfectos eſſe, q̃q̃ ſi in aliquo peccauerant, eos poterant aliter punire, & non interficere. [Vlciſci]. i. vindicari, puniri, paſſiue poſitum eſt vlciſci. [Nequit]. i. nõ poteſt. Ac ſi diceret, cõcedo iure interfectos eſſe. ſed tñ ſi quid deliquerant, id puniri poterat ſine ſanguine. Et ita per hæc verba negat iure interfectos eſſe, quamuis concedere videatur. [Superioribus annis] Memmius tranſit ad alia crimina patrum ſiue nobilitatis, quia de Gracchis varia erat opinio, nunquid iure occiſi eſſent. vnde Scipio Aemilianus, qui erat affinis Gracchorum, nã ſororem eorum uxorem habebat, cum apud Numantiã bellum gereret, audiuiſſet Tyb. Gracchum interfectum fuiſſe, interrogatusq; eſſet quid ſibi videretur de Morte eius, Rñdit, illum ſibi videri iure interfectum eſſe. Mẽmius igitur tranſit ad alia ſcelera nobilitatis, & dicit, O Quirites ſuperioribus annis vos moleſte ferebatis q̃ nobiles ærarium expilabant, & pecunias pub. diripiebãt, & à regibus & populis liberis vectigalia exigebant. hæc tñ ſcelera nequaq̃ punita fuerunt. Ep̃p ea, quia videbãt ſe impune peccare, leges & maieſtatem veſtram hoſtibus tradiderunt, ſicuti nunc fecit conſul Beſtia, quia tam ignominioſum fœdus cũ Iugurtha fecit, Ordo eſt, vos taciti indignabamini ſuperioribus annis ærarium expilari, & indignabamini reges & liberos populus pendere vectigal paucis nobilibus, & indignabamini penes eoſdem eſſe, & ſummã gloriam & maxima diuitias, ac ſi diceret O Quirites nõne videtis nobilitatem & patres in manibus ſuis vniuerſam remp. habere, & eam pro arbitrio ſuo verſare? ipſi ærariũ ſpoliant, vectigalia publica exigunt, prouincias adminiſtrãt, & in adminiſtratione harum rerum infinita ſcelera impune cõmittunt. [Taciti] Quia indignabamini, ſed nihil dicebatis. Ærarium dicitur locus, vbi æra & pecuniæ publicæ reponuntur. [Expilari]. i. ſpoliari, & furtiuo diripi. [Reges & populos liberos] Qui bello ſubacti fuerant à Romanis, & populos liberos, qui reges non habent, ſed in libertate viuunt. [Vectigal]. i. tributum. vectigal proprie dicitur id precium quod penditur pro vectura alicuius rei. [Pendere]. i. ſoluere [Tamen hæc talia facinora impune feciſſe parum habuere]. i. nobiles non ſatis putauerunt, q̃ tanta ſcelera perpetraſſent, nec puniti fuiſſent, ſed etiam alia ſcelera addiderunt, itaque leges & maieſtatẽ veſtram hoſtibus tradiderũt. [Impune ſine pœna] Quia puniti non ſunt. [Parum habuere]. i. parum putauere, ac ſi diceret, non fuerunt contenti ſceleribus illis, & adiecit alia addiderunt [Itaque, quia parũ putabant ſcelera ſupra ſcripta impune perpetraſſe] Ordo eſt: Itaque leges & maieſtas veſtra, & omnia diuina & humana ſũt tradita hoſtibus, neq; eos pudet, qui fecere ea aut pœnitet, ſed incedunt magnifici per ora veſtra, oſtentantes ſacerdotia & conſulatus, pars oſtentantes triumphos ſuos, perinde quaſi ea tanq̃ ſi habeant ea honori, & nõ prædæ. Memmius oſtẽdit, nobilitatẽ voluiſſe pro arbitrio ſuo tractare rẽp. & leges & maieſtatem P. R. & diuina atque humana oĩa violare, atque ea hoſtibus tradere, quemadmodum ſupra Sal. oſtẽdit. Nam maior pars ſenatus ac nobiliũ pecunia à Iugurtha corrupti cõtra leges & prẽter maieſtatem P. R. Iugurtham impunitũ dimiſerunt, qui Hiempſalem interfecerat, & Adherbalem regno eiecerat. [Cum ergo ſenatus talis ſacit, leges & maieſtatem populi, & diuina & humanam omnia hoſtibus tradit. [Pudet] Verecundiæ eſt. [Pœnitet] Doloris eſt. Male faciunt, nec eos male facti pudet aut pœnitet, ſed procedunt in publicum dignitates, & honores ſuos palàm omnibus oſtentantes. quia aliquando uel Pont. Max. fuerunt uel conſulatum geſſerunt, uel ex hoſtibus triumpharunt. [Per ora veſtra]. i. in conſpectu veſtro, [Sacerdotia] Vel põtificatum, uel aliqđ aliud ſacerdotiũ nã Romani pont. Max. creabant, qui omnibus ſacerdotibus præerat. [Perinde quaſi honori habeant, non prædæ] Nobiles ex ſacerdotijs, & ex magiſtratibus, & ex triumphis, non tam honorem ſibi acquirũt; quã prædam & diuitias atq; pecunias. Nã qui triũphabant, & qui magĩratus Romanæ reip. adminiſtrabant multas ſibi diuitias, & pecunias accumulabant. Et ppea triũphi & magiſtratus, non tam illi honori ſunt, quã prædæ, ſicuti cõſulatus Beſtiæ, conſuli, non tam fuit honori q̃ prædæ. Nã multas pecunias accepit à Iugurtha, ut illum in deditionem acciperet. Beſtia igitur cõſulatum habuit, non tã honoris ad honorẽ, q̃ prędę, quia in eo cõſulatu plus p̃dæ, & pecuniarũ acquiſiuit, q̃ honoris [Serui ære parati, iniuſta imperia non perferunt] Poſtq̃ iniuria & ſcelera nobilitatis oſtendit, hortatur plebẽ ad ea ſcelera punienda, & ne velint pati libertatem ſuam opprimi. Dicit. n. ſerui q̃ pecunia empti ſunt; nõ põt pati dños iniuſtos & crudeles. Vos aũt Quirites totius orbis terrarũ dñi, & inclyti, quo poteſtis pati ignominioſam ſeruitutẽ? [Serui ære parati]. i. ipſa pecunia empti. [Iniuſta imperia]. i. dños iniuſtos & crudeles. [Non perferunt]. i. nõ ſuſtinent. [Vos Quirites imperio nati]. i. vos qui non eſtis ſerui, ſed dñi. Eſt color qui dr̃ cõtentio qui fit cum ex contrarijs rebus oratio cõficitur. [At quo aĩo ſeruitutem toleratis]. i. vos pati proteſtis, vt uobis dominentur nobiles? [At qui ſunt hi] Oſtẽdit eos non debere pati ſeruitutem, preſertim ab oĩbus ſceleratis. [Sceleratiſſimi] In odiũ adducit aduerſarios, ſceleratos eo, & flagitioſos appellans. [Cruentis manibus] Ac ſi diceret homicidæ. [Immani]. i. ingẽti. [Quibus fides, decus pietas, honeſta atque inhoneſte oĩa quæſtui ſunt]. i. qui vendunt fidem & decus, & pietatẽ & honeſta, & inhoneſta. Nã pecunia talibus charior eſt q̃ fides, & decus, & honeſtas, ſicuti ſupra dixit de legatis qui i. Numidiã prouinciam miſſi, meliorem partem regni Iugurthæ adiudicarunt. Nã hi pecuniam fide chariorem habuere. Deinde dicit, Paucis fides quam pecunia charior fuit. [Decus]. i. honorẽ. Beſtia decus ſuum quæſtui habuit, quia honorem ſuum per pecuniam vẽdidit. Nam pp pecuniam fœdum cum Iugurtha fecit, quod ſibi magno dedecori fuit. [Honeſto] Vt ſi quis pp pecuniam pudicitiam ſuam amitteret. [Quæſtui]. i. ad quæſtum quæſtus dr̃ turpe lucrum. [Pars eorum] Ordo eſt, Pars eorum hñt pro munimento. [Tribunos plebis occidiſſe] Alij. ſ. hñt pro munimento quæſtiones iniuſtas feciſſe. [Pleriq; hñt pro munimento feciſſe cædem in uos] quidam putãt ſe eſſe tutos, quia tribunos plebis occiderũt. Alij uero putãt ſe eſſe tutos, quia quæſtiones. i. inquiſitiones

ſtiones iniuſtas & iniquas exercuerunt, alij putant ſeceſſa tutos, quia multos ex plebe interfecerunt. Atque hoc modo, vnde maxime timere deberent, inde maxime tutos ſe eſſe putant. [Occidiſſe] .i. interfeciſſe. [Tribunos pl.] .i. Tyberium & Caium Gracchos [Quæſtiones] .i. inquiſitiones, quæ per tormenta fiũt. [Pro munimento] Pro defenſione. [Ita q̃] .i. hoc modo tm̃ quiſque eſt maxime tutus, quantum quiſque peſſime facit. [Metum à ſcelere ſuo ad ignauiã veſtram tranſtulerunt] Hoc eſt quod ſupra dixit. Atque etiam nõ timentis eos, quibus terrori eſſe decet, hoc .n. dicit, Nobiles timere debent pp ſcelera ſua. Nunc autem vos, ô Quirites timetis pp ignauiam veſtrã, quia animus vobis ab ignauia corruptus eſt, ſicuti ſupra dixit. Et ita ipſi tranſtulerunt metũ à ſcelere ſuo ad ignauiam veſtram, quia ipſi non timent, qui timere debuerant pp ſcelera ſua. Et vos timetis pp ignauiam veſtrã, qui timere non deberetis, quia nihil mali feciſtis, ſed timetis pp ignauiam, quia puſillanimes eſtis. Ordo eſt, Illi nobiles ſcelerati tranſtulerũt metum à ſcelere ſuo ad veſtram ignauiam, quos oẽs coegit in vnum hoc, quod ſequitur videlicet, eadem cupere, eadẽ odiſſe, eadem metuere [Eadem cupere] .ſ. mala [Eadẽ odiſſe] .ſ. bona, ſicuti in Catilinario dicit, idem velle, & idem nolle, ea demum firma amicitia eſt, hoc loco dicit, eadem cupere, eadẽ odiſſe, eadẽ metuere, inter bonos eſt amicitia, ſed inter malos eſt factio. Qñ ergo mali hoĩes eãdem rem cupiunt, & eandẽ rem odio hñt, & eandem rem metuunt, ſi in vnum coniungũtur, vocatur factio, ſi boni hoĩes faciunt hoc idẽ, vocatur amicitia. [Coegit] .i. congregauit. [Quod ſi tã.] Ordo eſt. q pro ſed. [Sed pfecto neq; reſp. vaſtaretur, ſicuti nũc] .ſ. vaſtatur, & beneficia veſtra forent penes optimos, non penes audaciſſimos ſi vos hrẽtis tãtam curam libertatis, qui pro quantum illi ſunt accenſi ad dñationem. Aduerſarios in odium adducit, cum dicit eſſe cupidos dñandi, nobiles dñari vobis cupiunt, ô Quirites & vos libertatem veſtrã non curatis. Nam ſi tantopere curam veſtræ libertatis hrẽtis, quantopere illi cupiunt dominari, profecto neque reſp. vaſtaretur ſicuti vaſtatur, & honores ac magiſtratus penes optimos eſſent, & non audaciſſimos. quia ſi maiorem curam veſtræ libertatis hrẽtis, honores & magiſtratus daretis optimis viris, & nõ improbis ac ſceleratis. [Beneficia veſtra] .i. honores magiſtratus. Nam P.R. beneficium eſt, dare honores & magiſtratus quibuſcunque voluerint. [Penes optimos] .i. apud optimos. [Maiores veſtri parandi iuris & maieſtatis cõſtituendæ gratia] Maiores veſtri, inquit, vt iuſſue ſibi & maieſtatem pararent, & cõſtituerent, bis ſeceſſerũt à patribus armati in montem Auentinum, ſicut ſupra viſum eſt. [Parãdi iuris gratia] .i. cauſa acquirendi iuris ſui, vt plebs ius ſuũ hrẽt, ex quo conceſſum eſt plebi, vt ſuos magiſtratus haberet ſacroſanctos, qui eã defenderent. Itaque tribuni plebis creati ſunt ſicut ſupra viſum eſt. Et cũ poſtea creatis decem viris, plebs tribunos amiſiſſet, iterum feceſſit in montem per occaſionem Virginiæ occiſæ. Et tribuni plebi reſtituti ſunt. [Et maieſtatis] .i. venerationis. Nam maieſtas eſt, per quam aliquis veneratur ſimul & timetur. Anteq̃ crearentur tribuni plebis, plebs contemnebatur, ſed poſtq̃ creati ſunt trib. pl. venerari & timeri cœpta eſt. [Sũma ope] .i. ſummis viribus Marius ſederus eſt. [Parta] .i. acquiſita. [Paruiſſe] .i. acquiſiuiſſe. Sine dubio turpius eſt amittere ea quæ ſemel ſunt acquiſita, q̃ omnino nunq̃ acquiſiuiſſe. Quid igitur cẽſes. Aliquis mihi fortaſſe diceret, ô Mẽmi tu hortaris nos, vt tueamur noſtram libertatẽ, ſed tu dixiſti ſupra, q non eſt opus vi neque armis ad hoc. Quid ergo cenſes tu eſſe faciendum? Mẽmius reſpondet, Ego cenſeo eos eſſe puniendos, qui hoſti prodidere remp. non vi neque armis, ſed quæſtionibus .i. inquiſitionibus. & indicio ipſius Iugurthæ. [Quid igitur cenſes?] Inducit aliquem ita ſe interrogantem O Memmi. Quid igitur cenſes .i. quid iudicas eſſe faciendum? [Vindicãdum] Hæc ſunt verba Mẽmij reſpondentis ego cenſeo vindicandum in eos qui prodidere remp. hoſti, non manu neque vi, quod eſt magis indignum vos feciſſe, quam illis accidiſſe. [Verum] .i. ſed quæſtionibus .ſ. vindicãdum cẽſeo, & indicio ipſius Iugurthæ, qui profecto erit obediẽs noſtris iuſſis, ſi ille eſt deditus. [Vindicandum in eos] .i. eos eſſe puniendos [Hoſti] .ſ. Iugurthæ. [Prodidere remp.] Quomodo reſp. prodita in Iugurthã, quia fœdus flagitioſiſſimum cum eo factum eſt, iniuſſu S.P.Q.R. [Nõ manu] .i. per manum .i. per vim, & hoc ſequentia declarant. [Quæ magis] .i. quæ res non tam vobis conuenit quam illis, qui tm̃ ſcelus commiſerunt, merentur quacunque ratione puniri, etiam vi, ſed hoc vobis non conuenit: Nam vos decet nocentes punire non vi, aut armis, ſed iudicio & iuſticia. [Quod] .i. quam res .ſ. punire eos vi. [Quæſtionibus] .i. inquiſitionibus, vt quæratur diligenter, & indagetur, qui fuerint auctores & complices huius fœderis quod cum Iugurtha factum eſt. [Indicio] .i. per indicium, vt Iugurtha indicet & detegat veritatem [Qui] .ſ. Iugurtha. [Deditus] Dedere eſt tradere. [Iuſſis] .i. præceptis noſtris obediens erit, quia veritatem dicere cogemus Iugurtham. [Sin ea cõtemnit] Si, inquit, Iugurtha Romam venerit, ex ipſo veritatem agnoſcemus. Sed ſi venire noluerit, ſignum eſt ſine dubio, in ea pace, quæ cum ipſo facta eſt, fraudem & dolum fuiſſe, quia ex ipſa pace hæc mala ſunt ſecuta. Nã ipſe pro ſuis ſceleribus punitus nõ eſt, pauci Romani per ipſam pacem diuites facti ſunt, in remp. damna & dedecora peruenerunt. [Sin ea contemnit] Ordo eſt, ſed .ſ. id eſt certe exiſtimabitis qualis ſit illa pax, ex qua impunitas ſcelerũ peruenit ad Iugurtham, magnæ diuitiæ peruenerunt ad paucos potentes, damna atque dedecora peruenerunt in remp. Si illa igitur Iugurtha cõtemnit ea [Sin] .i. ſed ſi contemnit ea .i. ſi contemnit & negligit, & non vult venire Romam, quia timet, ne verum dicere cogatur [Scilicet exiſtimabitis] .i. certe putabitis, hoc eſt certe putare debetis, qualis ſit illa pax, ex qua tot mala ſecutã ſunt. Exiſtimare enim certe poteſtis quòd ſit iniqua pax. [Impunitas ſcelerũ] .ſ. peruenit, eſt enim zeugma ab inferiori. [Impunitas ſcelerum] Quia in conditionibus pacis illius, ſcelera eius impunita relinquuntur. [Ad paucos] Velut ad cõſulem & Scaurum. [Damna atque dedecora] Damnum enim hoc peruenit in remp. quia Numidia prouincia in conditionibus pacis Iugurthæ conceſſa eſt, quæ in poteſtatem & ius P. R. veniſſet, ſi conſul bello perſecutus eſſet Iugurtham. [Dedecora] Quia tot & tanta ſcelera Iugurthæ impunita ſunt relicta, & dedecus fuit etiam P.R. tam ignominioſam pacem & fœdus cum Iugurtha facere, in qua pace Numidia ei conceſſa eſt, quæ antea iuris fuit P.R. licet adminiſtratio permiſſa eſſet familiæ Maſiniſſæ propter amicitiam. [Niſi forte] Ordo littera cum ſuperiore continuatur, & ſenſus pendet à ſuperiori. Dico q ſumma ope conari debetis pro veſtra libertate, & punire eos qui remp hoſti prodidere, niſi forte adhuc vobis placet ſeruire nobilibus quemadmodum feciſtis his ſuperioribus annis poſtq̃ interfecti fuerunt Tyberius & C. Gracchus defenſores veſtri, & hoc eſt quod dicit. Niſi forte illo .i. q debetis facere quod dixit: Niſi nondum etiam fatigatos dominationes eorum teneat vos; & niſi illa tpa magis placent, quam hæc videlicet, qñ regna & prouinciæ, & leges, & iura & iudicia, & bella paces, poſtremo omnia diuina & humana erant penes paucos .i. penes ſenatũ & nobiles, qñ vos hoc eſt P. R. inuicti ab hoſtibus, & imperatores omnium gentium, ſatis habebatis retinere animum in inuidiam, & adducit ſenatum & nobiles patricios, quos dicit ſuperioribus annis poſt mortem Tyberij & Caij Gracchorum dominos & principes fuiſſe, & totam Romanam remp. in eorũ poteſtate & arbitrio fuiſſe. Populum autem Romanum pauperem & ſumma cum egeſtate vix viuere potuiſſe, qui victor omnium gentium totum orbem terrarum ſuo ſubegerat imperio. Et re vera. Nam plebs, hoc eſt populus, & multitudo multa bella agebat, & gentes ac populos infinitos imperio Romano ſubiegebat & ſemper in paupertate erat. Senatus aũt & nobiles, honores, & magiſtratus & adminiſtrationem prouinciarum totius Romanæ reip. poſſidebat. [Dominationis eorum] .ſ. nobilium, & ſenatus. [Illa tempora] .ſ. poſt mortem Tyberij & & Caij Gracchorũ. Nã poſt mortem eorum per aliquot annos tota reſp. Romana in poteſtate & arbitrio ſenatus fuit, tota plebs perculſa. [Quam hæc] .ſ. tpa, in quibus plebs ius ſuum ſibi cœpit vẽdicare [Regna] Quia regna, quæ bello ſubiegebantur imperio P.R. per ſenatum adminiſtrabãtur & ſimiliter prouinciæ. Sciendum eſt autem q Romani ſi regnum aliquod, vel inſulam aliquam, vel partem alicuius prouinciæ, vel totam prouinciam abſq̃ bello ſubigebant, eandem, ſiue eaſdem, vel per conſules, vel per proconſules vel per prætores adminiſtrabant, & prouincia vocabatur [Leges, iura, iudicia, bella atque paces, poſtremo vero diuina & humana omnia] His omnibus rebus tota Romana reſp. conſeruatur, & continetur. [Penes paucos] .i. apud paucos .i. in poteſtate paucorum, videlicet ſenatus & nobiliũ. [Vos aũt] P.R. Ex hoc magis inuidia ac ſi diceret, Tota reſp. erat in poteſtate paucorum & P.R. qui totum orbem terrarũ ſuo ſubegit imperio, vix habebat, vnde viueret, & ſi dicemus res indigna eſt, & non toleranda. [Nam ſeruitutem] Verè dico q ſatis habebatis ſi viuere poteratis, quia ſeruitutem non recuſaſtiſſes aliquis veſtrum modo victum inuenire potuiſſet ideo pauperes & miſeri eratis. [Atque ego] Ordo eſt, atque ego tametſi pati æquo animo vos ignoſcere ſceleratiſſimis hominibus, quoniã ſum ciues, niſi miſericordia eſſet caſura in perniciem, tametſi pro quamuis ego cenſuero eſſe flagitioſiſſimum accepiſſe iniuriam impune quamuis turpe putem, nõ punire iniuriam acceptam, tamen ego æquo animo ferrem vos parcere

cere ſceleratis hominibus, quia ſunt ciues, niſi talis miſericordia maius malum & maiorem perniciem generaret. [Flagitioſiſſimum].i. turpiſſimum [Iniuriam] Quia reſpub. hoſti prodita eſt. [Hominibus ſceleratis] Qui remp. hoſti prodiderunt. [In perniciem].i. exitium & ruinam remp. [Caſu] .i. ventura. [Nam & illos, quantum importunitatis habent, parum eſt impune male feciſſe, niſi deinde faciendi licentia eripitur, & nobis æterna ſolicitudo remanebit, cum intelligeris, aut ſeruiendum eſſe, aut per manus libertatem retinendam] Ordo eſt, Nam & illos eſt parum maleſeciſſe impune, quantum importunitatis habent, niſi licentia faciendi, deinde eripietur, & æterna ſolicitudo remanebit nobis cum intelligeris, aut ſeruiendum eſſe, aut libertatem eſſe retinendam per manus. Reddit cauſam quare miſericordia in perniciem ventura ſit. Quamobrem dixi ꝙ miſericordia in perniciem & ruinam ventura eſt, quia & illi tantum importuni ſunt, vt non contenti impunitate priorum ſcelerum, alia maiora ſcelera ſint cōmiſſuri, niſi omnino eis maleſaciendi licentia tollatur. Et nos perpetuo ſoliciti erimus, qn intelligemus eſſe neceſſe, quod vel ſeruiamus, vel libertatem per vim retineamus. [Quantum importunitatis habent] Per parentheſim dictum eſt, cum admiratione & indignatione [Nam & illis] .ſ. hominibus ſceleratis. [Parum eſt] Parum videtur eis hoc, ꝙ male fecerunt, & puniti non ſunt, & quia hoc parū videtur, ſcelera ſceleribus addent, niſi nūc puniantur, & eis omnino maleſaciendi licentia tollatur. [Impune].i. ſine pœna. [Seruiēdum eſſe].i. iugum ſeruitutis eſſe ſubeundum, quemadmodum ſeruiunt populi regibus & tyrannis ſubiecti [Per manus].i. per vim. [Nam fides] Verè dico, quòd ſi nunc non punietis ſceleratos homines, aut libertatem amittemus, aut eam per vim retinere oportebit, quia nō eſt ſpes, quòd inter vos & patres fides, aut concordia, vel pax eſſe poſſit, & hæc eſt ratio, quia illi volunt eſſe domini, & vos non vultis eſſe ſerui, ſed liberi, rurſus illi volunt facere vobis iniurias, & vos non vultis tolerare, nam fides dicitur quando fit id, quòd dicitur. Nunc ergò dicit fides inter vos patres eſſe non poterit, quia ſi illi vobis aliquid promittent, non ſeruabunt. Nam vos tanquam ſeruos tractare & habere cupient & volent. [Illi] .ſ. patres & nobiles. [Vos] .ſ. vultis. [Facere] .ſ. volunt. [Socijs noſtris] Socios noſtros tanquam hoſtes tractant, quæ res indigna eſt P. R, & nullo modo toleranda [Socijs no.] Dixi ſupra qui vocabantur ſocij P. R. [Poteſt ne eſſe pax,] q. d. non. Quare ergo Memmius, poſtquam oſtendit, quæ mala ventura ſint in remp. niſi factum conſulis & ſociorum eius puniatur; concludit orationem exhortans P. R. ad puniendum ſcelus conſulis, quia fœdus cum Iugurtha fecerat ignominioſum ſine ulla auctoritate S. P. Q. R. [Non peculatus] Per comparationem auget atrocitatem criminis. Dicit enim hoc eſt crimen læſæ maieſtatis quando quis totam rempub. offendit, ſicuti probatur feciſſe conſul. [Peculatus] Peculatus dicitur furtum pecuniæ pub. [Non peculatus ærarij factus] i. furtum pecuniæ publicæ non eſt factum ærarium locus, ubi pecuniæ publicæ reponuntur. [Neque per uim ſocijs ereptæ ſunt pecuniæ] Si quis ſocios expoliaſſet, & accuſatus fuiſſet, is reus repetundarum dicebatur, ſicuti fuit Verres, qui cum prætor totam Siciliam rapinis & furtis uexaſſet, à Siculis querelæ Romam delatæ ſunt, atq; ita Cicerone cauſam Siculorum ſuſcipiente, Verres repetundarum reus damnatus eſt, is aūt ꝙ repetundarum accuſatus eſſet, atque damnatus furtis omnium, quos expoliauerat in precium redacti ex bonis ſuis uenditis auctione, eam ſummā reſtituebat. [Quæ] i. expoliare ærarium uel ſocios. [Tamen ex conſuetudine] .i. ꝑ conſuetudinem, quia ſæpe hæc duo crimina perpetrantur. ſ. peculatus & repetundarū. [Habentur] .i. reputantur. [Hoſti acerrimo] Ac ſi diceret, ecce crimē, quod puniendum eſt, nam crimē eſt læſæ maieſtatis quia maieſtas totius populi offenſa eſt. [Auctoritas ſenatus, proditū imperium ueſtrum] Quia fœdus cum Iugurtha fieri non potuit ſine conſenſu S. P. Q. R. [Domi militiæq;] .i. Rom. & in exercitu reſp. uendita ſuit, quia & Romæ & in exercitu ciues Rom. nobiles corrupti remp. prodiderūt. [Quæ niſi quæſita] Niſi inq̄, inquiſitio facta fuerit de his criminibus, & niſi nocentes puniti fuerint, nihil aliud reſtat, niſi ut nos ſeruiamus illis, tanquā regibus, quia iſti ꝓprie reges dicūtur, qui pñt facere quicquid uoluerit impune. Ordo eſt. Quid erit reliquū, ut uiuamus obedientes illis, qui fecere ea, niſi. quæ. i. illa erūt quæſita, & niſi erit uindicatū in noxios [In noxios] .i. contra nocentes. i. niſi nocentes puniti fuerint [Quid erit reliquū] .i. quid reſtabit. [Illis] qui ea fecerūt uidelicet nobilibus. [Obedientes] Ac ſi diceret. Quid reſtat, niſi ut in ſeruitutē redacti, obediamus illis, quaſi regibus. [Nā impune] Verè dico, ꝙ nihil aliud reſtat, niſi ut ſeruiamus illis, quaſi regibus, quia illi propriè uocantur reges, qui faciunt quicquid uolunt impunè. Si ergo illi, qui remp. prodiderunt puniti non fuerint, nonne ſunt tanquam reges? Nullum enim peccatum grauius committere potuerunt. [Nam impune] Hic eſt color; qui dicitur diffinitio, nam pro commodo ſuo diffinit quid ſit rex. Quid eſt rex? Rex eſt, qui põt facere quicquid uult impune. [Malitis].i. magis uelitis. [Perperā].i. peruerſè & male. [Recte] .i. bene. [Sed ne] .i. ſed horror. [Ignoſcendo malis] Dū malis ciuibus parcitis. [Perditum eatis] .i. perdatis. [Ad hoc] .i. præterea [Præſtat] .i. melius eſt, ut Virg. Præſtat trinacrij metas luſtrare Pachini. [In rep.] Melius eſt, obliuiſci beneficiorū q̄ iniuriarū, ſed ſecus eſt in rebus priuatis. Nam priuatum hominem magis decet iniurias obliuiſci q̄ beneficia. [Quam maleficij] .i. iniuriæ. Et notādum maleficium iniuriam ſignificare. [Bonus] Reddit rationem quare melius eſt obliuiſci beneficium q̄ iniuriam, quia ille, qui in rep. bene facit ſi nō remuneratur, negligentior tantūmodo fit ad bene merendum in poſterū. Sed ille qui maleficit in rep. ſi nō punitur, ſceleratior fit. [Segnior] i. negligentior, & tardior ad promerendum in poſterū [Vbi neglegas] .i. qn contemnas præmio dignum meritum eius & meritis ſi afficere. [Improbior] .i. ſcel. ſceleratior & peior. [Ad hoc] .i. præterea. Alia et ratio eſt, quare melius eſt obliuiſci beneficiā q̄ iniuriam obliuiſci. i. punire innocentes q̄ nō remunerare bene meritos. quia ſi nocētes puniuntur, nō ſunt qui faciant iniuriā, & ſi iniuriæ nō ſunt, nūq̄ indigebis auxilio, nec ſæpe indigemus auxilio, qn opus eſt, vt reſiſtamus eis, q nobis iniuriā faciunt [Haud ſæpe] .i. nō ſæpe. [Egeas] ꝑ egebis. i. indigebis.

INHONESTA oīa quæ in ſunt] Quidam ſucceunt leges & reliqui uendidit. [Dicet aliqs [Ex P. R. [Manu] Militū multitudine. [Vt] Armis [Vorum] .ſ. eſt uendicandi. [Dediti] Traditis in poteſtate veſtra. [Ex qua] Pace falſa. [Et illa] .ſ. ipſa quibus uobis ſeruare erat opus. [Retinere animum] Miſeri vitam. [Flagitioſiſſimum] Scelus maximum. [In perniciem] In calamitatē Romanorū. [Quantum maior.] q̄ audaces ſunt. [Socijs noſtris belli ho.] Quia ſpoliant veſtros ſocios. [Præſtat] Longe utilius eſt. Marl.

QVAM ſœde, quantiq; multi perierint ueſtri defenſores] Legendum in manuſcriptis. quàmque multi perierint, hoc eſt, nulla de his ſumpta pœna qui infecti in eos fuiſſent. Similitudo ſcripturæ anſam errori præbuit, nam ex præpoſitione illa in facilè n fit, ſi parum animum attendat. Paulo poſt. [Qui ne nunc quidem obnoxijs inimicis exurgitis] Manuſcripta quædam, obnoxijs inimicis quomodo & ſenſus ipſe expoſcit. pro, reis & cauſam dicentibus inimicis. Mox. [Atque etiam nunc timetis eos, quibus vos decet terrori eſſe] Manuſcripta, quibus decet omiſſo pronomine, quod rectius ſubauditur. [Nec aliter in impreſſis quibuſdā] Quod ſæpe maiores veſtri facere] Manuſcripta, maiores noſtri. Sed vulgata lectio magis arridet. Paulò poſt. [Sed ſanè fuerit regni reparatio plebi ſua iura reſtituere] Manuſcripta, ut & Beroaldinum, regni paratio. pro eo quod eſt affectatio, Nam & ante dixit, quem regnum parare aiebant, τὸ iura, non habet vſum manuſcriptū, neq; ex impreſſis quædā. [Quidquid ſine ſanguine ciuium vlciſci nequitur, iure factū ſit] In manuſcriptis duobus eſt, nequitur, quo veteres loqui ſolitos, teſtatur Sext. Pompeius. Nequitum, inquit, & nequitur, pro non poſſe dixerunt, Plaut. in Saturione, Retrahi nequitur, quo nunquam progreſſa eſt ſemel. Cato. Origin. li. i. Quod Termino fanum fuit, id nequitum exaugurari. Diomedes quoque adnotauit, veteres & quitur & poteſtur interdum dixiſſe, affertq; huius rei ex poetis Actio, Cæcilio, & Ennio exempla, quæ nobis nō neceſſe eſt ſubijcere hoc loco. Cū manuſcriptis facit Beroaldinum. [Aerariū expilari] Merſeburgēſe, expoliari ſed vulgata lectio melior. Eſt apud Ciceronē frequens hoc verbum, vt pro Cluen. Expilato armario, pecunia ablata, & pro Pomp. Expilare ſocios, diripere prouincias. Sed & alibi, Proſerpinæ fanum expilauit. [Immani auaritia nocentiſſimi, & ijdem ſuperbiſſimi] Legendum, ijdemq; ſuperbiſſimi, ex manuſcriptis. [Seruū ære parati, iniuſta imperia dominorum perferūt] Sic & manuſcripta & impreſſa ferè, & hanc verā eſſe lectionem arbitror. Ceterum Vetuſtum, Argentoratenſe, alia pleraque, ſerui ære cōparati, hūt, pro pecunia empti. Quod ad ſenſum attinet, haud magno in diſcrimine ponam, vtrum legas, Nam & parare & cōparare, pro emere interdum ponitur. Inde apud Ciceronem, Trās Tyberim hortos aliquos parare, &, Agros ſibi vſpiam parare. Itē, Studioſe cōparare ſupellectilem. Sic & apud Suetonium in C. Iulio Cæſare. Gemmas, toreumata, ſigna, tabulas operis antiqui comparare pro emere. Idē in Caligula, Magiſteria ſacerdotij ditiſſimus quiſque, & ambitione, & licitatione maxima vicibus comparabant & poſtea ibidem, cum ad ſaginam ferarum muneri præparatarum, carius pecudes compararentur, pro emerentur. Columella quoque. Quin etiā vicinitatem, inquit, ſuis nummis, Mox. [Vos Quirites in

imperio

imperio nati] Merſeburgēſe, imperio nati omiſſa præpoſitione, pro, ad imperandū illis nati, qūo ſequentia probe quadrāt. [Ita quē q. niſque peſſime fecit, tā maxime tutus eſt] Manuſcripta, ita q, quiſque &c. vt ſit ἐπιφώνημα vbi interdū utimur illa parti cul. i. Ita, Adeo, & ſimilibus. [Leue hoc quidē, ſed nō ideo præter eundū. Sicut nec illud qd ſtatim ſequitur. [Quos oēs cupere ea ſic] Legendum, quos omneis. [Quod ſi tantā vos curam libertatis hēretis, q̄ illi ad dominationem accenſi ſunt] Manuſcripta, qd ſi tam vos curā, & quæ ſequuntur, vt inuicem reſpondeant, tā & quām. Dicet aliqs, Quid igitur rcēſes vindicidū in eos, qui hoſti, pdidere remp. Nō manu neq; vi, quod magis vos feciſſe, q̄ illis acciſiſſe indignū eſt. [Verum quæſtionibus, & iudicio ipſius Iugurthæ] In hunc modū exemplar in pergamenis deſcriptum. Sed q. male ſit hic locus in recētioribus diſtinctus, facile videbit, qui cōferre non grauetur. [Qui ſic deditus eſt, profecto iuſſis veſtris obediēs erit] Sic in qbuſdam reperi velut Merſeburgēſi, Veneto, atq; alijs. Sed Gymnicus hoc loco rectè Deditus. pro, ſi in deditionē venit. Vtitur hac voce Cicero quoq; ad Brutum, cū ait, quid, Id S.C. plerīq; interpretātur ēt ad tuos ſiue captiuos, ſiue dediticios pertinere. Tit. Liu. vij. ab V.C. Quidquid deinde patiemur, deditij veſtri paſſuri. & paulō inferius. Vt dediticijs ſuis parcerēt. Sed & Cæſar idētidē eſt hac voce in cōmentarijs vſus. Cum Gymnico facit exemplar Fabricianum. In Badiano quod caſtigauit Alexādēr, deditius eſt, ſed haud dubie perperam. Niſi quis ita Saluſtium pro deditio dixiſſe deditum putes, vti Marcellinus alicubi ſubditiuos dixit, pro ſubditicios, lib. xxvij. Sed, q̄d ſi in eum a librariorum hoc cōmiſſum forte eſt? nam fuit proclinis ex alterutro in alterū lapſus. Quanq; & Plaut. in Amph. ſi nō do vacant codices, ſubditiuum, pro ſubditicio dixit. [Si ne ea coïp ſerunt]. [æſtimabitis quaſis illa pax aut deditio ſic Manuſcripta, caſtimabitis id quod ſenſus magis poſtulat. [Atque ego tā etſi virum flagitioſiſſimum exiſtimo, impune iniuriam accepiſſe] Quid ſi legas, tametſi viro flagitioſiſſimum pro fœdiſſimū atq; turpiſſimum. Id è manuſcripto propemodū colligo. Nec aliter ſenſus ipſe poſtulat. Mox. [Tamen vos ſceleratiſſimis hominibus ignoſcere] Legendum, hominibus ſceleratiſſimis. Id & ſoꝑatius & lenius, & pretērea Saluſtianum magis eſt. Nec aliter codices in membranis deſcripti. [Nam & illos, quantū importunitatis habent, parū eſt impune male feciſſe] In manuſcriptis alijsq; vetuſtioribus eſt illis, caſu datiuo. [Niſi deinde faciūdi licentia eripiatur] Manuſcripta ferē, vt & Beroaldinū eripitur, indicādi mō, quia veriorē eſſe lectionē puto. Mox. [Et vobis æterna ſolicitudo remanebit, cū intelligetis aut ſeruiēdū eſſe, aut per manus libertatē retinēdā] In nōnullis eſt, ſed impreſſis, alterna ſolicitudo, p, quæ viciſſim iā de hoc, iā de illo angat, & cruciet. Sed hic nihil pnuncio, tm diuerſam lectionē indico ſuum cuiq; iudiciū relinquēs. [Nam fidei qdem & concordiæ quæ ſpes eſt?] In manuſcriptis eſt, aut cōcordię, coniūctione deſiūctiua qūo & in impreſſis vetuſtioribus. [Facere illi iniurias, vos phibere] Sic & manuſcriptū exemplar perperā in nonnullis eſt, iniuriam. Sic alicubi Cicero, facere iniurias oībus. & Grauiſſimas iniurias uolintaris, & obliuione contriuerā. [Proditum imperiū veſtrū eſt] Eſt, nō reperi in manuſcriptis, ac maiore cum grā abeſſe poterit.

NAM illa quidem piget dicere, his annis quindecim] Haud dubie de eo loquitur tpe quo poſt Gracchos occiſos, nobiles victoria elati in plebē immodice ſæuiebant. Ceterum à Tyberij Gracchi cęde hic viceſimus tertius decurrit annus, à Caij aūt vndecimus. Quare quid ſibi hoc in loco numerus xv. annorū velit, non ſatis intelligo, corruptum eſſe valde vereor, ſed iudicet Lector. Paulō poſt [Quamq. multi perierint. Quidam codices habebant multi, triſyllabon. tm momenti affert tenuiſſimum punctū, tertiæ Romanæ vocali vel appoſita vel adempta. Neutrā lectionē, affirmo, neutram reijcio, quam verō præſtatam nō habeo quod certum dicam. [Et illa q̄ hæc tempora magis placent, cum regna, &c.] Badius legiſſe vr, Et illa tempora magis placent. cū regna, &c omiſſis his verbis. Qm̄ hæc. [Et planior multo eſt ſenſus abſque illis. Cōparat enim illa tpa, quādo regna, prouinciæ, leges, iura, iudicia atque pacēs, poſtremo diuina & humana omnia per eſ paucos erant (quod certe factum eſt poſt Gracchorum cędē) ad ea tpa quæ olim fuerant, qñ plebs in vera fuit libertate. [Niſi q, malim leges, Et q̄ illā, hæc tpa magis placēt, ita vt illa referantur ad priſtinā libertatem, & Hæc ad præſētia poſt Gracchorum mortem. Nec multum ambiguo Saluſtio ita ſcriptum, ſed ab ſciolo quopiam vt fieri ſolet temere mutatū. [Tametſi virum flagitioſiſſimum exiſtimo impune iniuriam accepiſſe] Miris modis obſcurus eſt hic ſermo, neſcias. n. male ne præceter Iugurthæ, q impunita ſint eius flagitia, an non pręceptur,

ſed eō quęrat, vt ue impunita. Dein qūo intelligendū accepiſſe eum iniuriam qui intulerat. Quapp, ſi verum auctoris ſenſum eruere hoc loco velimus, neceſſe puto, vt omiſſo verbo virū (quod haud dubie, vt pleraque huic auctori, abs temerario aliquo appoſitum eſt, qui exiſtimaret eū de Iugurtha loqui, cū de corruptis omnibus hic fiat ſermo) flagitioſiſſimum factum dici à Mēmio credamus, ſi plebs iniuriam impune acceperit, ita vt non puniat ad quod ipſe hortator adeat, ſceleratos illos. [Quod paulò poſt dictum eſt, Nam & illos, quantum importunitatis hñt, parū eſt impune male feciſſe, niſi deinde faciūdi licētia eripiatur, [Quanq̄ & hęc verba nō eodem modo apud omneis legūtur. Quidā per admirationē legūt. nā & illi quātum importunitatis habent, atque hic interquieſcunt. Quaſi diceret, Dij boni quantum illi importunitatis habent. Alij, hæc ipſa verba]Quantum importunitatis habent] ſub Phareneſi legunt, mutato præcedente nominatiuo Illi, in accuſatiuum Illos, vt ſit ſenſus. Nam & illos, qua ſunt importunitate, parum eſt impune male feciſſe, niſi deinde faciundi licentia eripiatur. Verum cū hęc oīa proſequi conor, parum memor, haud abs re fortaſſe, videbor cordato Lectori me non commētarium, ſed annotationes ſcribere. Itaque ad alia progredior, [Neque ego vos Quirites hortor, vt iam malitis ci. veſt. pꝑp. q̄ rectè feciſſe] Ego hūc ſenſum hercule non probe intelligo, neq; vllus Cōmentatorum explicat, niſi intelligamus fuiſſe lætam plebē, ſi q ex magnatibus peccarint, vt ipſi occaſio eſſet pœnæ ex inimicis ſumēdæ [Vltime porrò orationis huius periodum q̄ frigi de ſpectāt, Badius ad pxime pcedentē confert id iam de memoria vel pſtiti beneficij vel perpetrati ſceleris. Ego aūt puto hoc eū dicere velle; Si puniātur ſcelerati, quod tota orone, vt fieret, egit, nō toties, egebitis auxilio tribunitio, quippe nō tot iniurię erūt.

MVLTA me dehortantur &c. [In hac oōne deliberatiua ARGVM. Mēmius callide inducit Pop. ad libertatis ſuę defenſionem, & ad nobilitatis potentiam odio proſequendam. Sane Quirites dicti ſunt R. à Curibus oppido Sabinorum, vt Sabinis aliquid concederetur, qñ inter Rom. & Tatiū fœdus ictum erat, qui ciuitatē vnam ex duabus facerent, auctore Liu. lib. j. Sunt qui à quiri. i. aſta dictos velint, ſicut Ouid. Romulum Quirinum vocatū vult in Faſtis, ſiue q, haſta quiris &c. Sanè raro ſingulariter reperitur Quiris, ſicut & Tatienſes, Luceres, Rānenſes. habet aūt in genitiuo plurali per regulā Quiritum, & per ſincopē Quiritū. Horat. j. Car. Ode. i. Hunc ſi mobilium turba. Quiritum. inde aūt venit verbum Quiritare, quod eſt Quirites in Auxilium vocare, vt hic facit Mēmius. Ordo aūt eſt. O Quirites, i. ō vos ciues Rom. multa dehortantur me à vobis, i. negocijs veſtris curandis deterrent me. Niſi ſtudium reip. quod debeo reip. aut non ſtudeo prodeſſe reipublicæ ſuperet, i. vincat, oīa. i. dehortamēta. aut oīa obſtacula, pericula & aduerſa enumerat aūt dehortanti dicēs, Opes. i. facultates & potentiæ factionis. i. factioſorū videlicet Calpurnij & Scauri. Patientia ueſtra, qua ſuffertis tantam dominationem cū ſummo dedecore ueſtro. Ius nullum. i. q nullū ſit ius, nullaq; iuſtitia regnet, ac maxime q plus periculi quam honoris eſt innocentiæ. i. volentibus innocentes & continenter viuere. Nam piget. i. tædioſum eſt ac miſerū dicere, quidē illa. [notiſſima vobis videlicet quā. i. quantum aut quanto ludibrio. i. irriſioni fueritis ſuperbiæ paucorū. [potentiū, his quindecim annis. [proxime tranſactis, Et quam fœde. i. turpiter, & quam. i. quantū inulti. i. non vindicati à vobis perierint defenſores veſtri. [Tyberius Gracchus, Caius Gracchus M. Fuluius, vt ſupra diximus. Et vt, i. qualiter animus ſit vobis corruptus ab ignauia, atque ſocordia. i. puſillanimitate mala, qui ne nunc quidem eum. [maxime deceat & res urgens expoſtulet, exurgitis, [in vltionem iniuriarū, aut in defenſionem libertatis, exiſtentes obnoxij. obligati & quaſi noxij, obſtricti, inimicis ueſtris. [potentes, ſed timetis etiam nunc cum tam iuſtam habetis querelam, eos. i. paucos potentes quibus decet ſup. uos eſſe terrori. i. ad terrorē, ſed q q̄ hæc ſunt talia, quæ ſiq. [dicta ſunt, hoc eſt, q̄ q̄ plurima me dehortarentur. tamē animus. i. ſtudium reip. ſubegit ſup. me. ire obuiam potentiæ factioſorum. [Certe ego experiar]. i. attentabo libertatem. i. q d poſſit libertas, quæ tradita eſt mihi à parente. i. à patre meo. Verum ō Quirites ſitum eſt. i. poſitum & conſtitutum in veſtra manu. i. poteſtate, an ego faciam id. i. an experiar. libertatem patris mei fruſtra. i. nequidquam & inaniter, an ob rem. i. commodum & utilitatem. q. d. ſi adiutores eritis, ob rem, ſin minus. fruſtra fecero. Sed ne ad ſeditionem hortari uideretur, ait. Neq; ego hortor uos ō Quirites [quod maiores ueſtri fecerunt ſæpe] uti. i. ut eatis armati contra iniurias, quia nunc nihil. i. nullo opus eſt ui. i. violento bello, nec ſeceſſione. i. diſceſſione à patribus in montem ſacrū aut Auentinum, vt fecerant olim Romani auctore Liuio. Nec eſ

ſe

ſe eſt, vt ſup. ipſi. ſ. factioſi, eũt præcipites. i. in ruinam, ſuomet. i. proprio more. i. inſtituto, probat exemplis dicens, Graues quæſtiones. i. inquiſitiones habitæ ſunt, in. i. contra plebem Romanã occiſo Tyberio Graccho, quem aiebant homines. ſ. inuiduli, parare. ſ. ſibi. i. prætendere regnum. i. dominationem in plebem Romanã, eo q. populum & eius libertatem [vt hic tacite innuit] defendere moliebantur. Sanè de eius nece hæc habe: Tyberius Gracchus Africani ex filia nepos, Tribunus plebis cum prorogare ſibi poteſtatẽ vellet, aduerſis auſpicijs in publicum proceſſit, ſtatimq. Capitoliũ petijt, vbi oppreſſus eſt ab Scipione Naſica, & eius cadauer in Tyberim cum reliquis in ea ſeditione occiſis proiectum. Tulerat aũt in principio legem Agrariam eius cedente Octauio, ipſe cũ Appio Claudio, & Caio Graccho executor dele ctus eſt. In Attali quoque regis hæreditate diuidenda, pecuniã P. R. cui agros diſtribuerat diſpartiendam cenſuit, & nihil de oppidis ad ſenatum pertinere. Ob quas res orta ſeditione, cum Flauius Flaccus periculum illi imminere à potentioribus ſignificaſſet, & amici eius id audiẽtes togas accinxiſſent, & tela à miniſtris accepiſſent, cetera multitudine pp. tumultum non intelligente quid ageretur, ipſe Tyberius volẽs ſignificare capitis ſui periculum agi e manum ad caput impoſuit, quod aduerſarij [vt ſit] in peiorem partem interpretantes, detulerũt ad ſenatum Tyberium velle, ſibi diadema imponere & regnũ occupare. Quo intellecto à perculſis patribus, cum Naſica Mutium Scæuolam tunc conſulem cohortaretur libertati conſular, & ille reſponderet ſe nolle ciuilis belli auctorẽ fore, nec quenquam ciuium indẽnatum occidere, proceſſit Naſica, Quando [inquiẽs] conſul ciuitatem prodit, qui leges ſaluas eſſe cupiunt, me ſequantur. Itaque cũ multis in capitolium progreſſus eſt, & orta ſeditionè, Pub. Saturnius pede ſubſellijs caput Tyberij percuſſit, & poſt Lucius Rufus necem eius peregit. Sanè quia ex manus eius in caput impoſitione orta eſt opinio de occupatione regni. ideo dixit, quem regnum parare hoĩes aiebant. [Poſt Caij Gracchi] Addit alia potentium in plebẽ iniurioſa facinora dicens. Poſt cædem. i. occiſionem Caij Gracchi & Marci Fuluij, de quorũ nece ſupra diximus, itẽ. i. etiã ſimiliter multi mortales. i. homines veſtri ordines. i. plebeiorũ [q a tres erant ordines Romanorũ Senatorius, Equeſter, Plebeius] ſunt necati. i. occiſi in carcere. Lex. ſ. Porcia quæ vetat in ciuẽ animaduertere pœna ſanguinis, non fecit finem vtriuſque cladis. i. perniciei quæ erat ſub Tyberio & Caio Gracchis, hoc eſt non abſtinebant ab ampliore cæde pp. legem, ſed libido. i. exaturatus appetitus vindictæ, eorũ. ſ. potentum, fecit finem ſ. vtriuſque cladis. Sed ſanè fuerit. i. permittatur eſſe, quod [fuerit enim permiſſiui eſt modi] reſtituere plebi ſua iura, [vt volebant Gracchi] fuerit reparatio regni, & quidq d nequit vlciſci. i. puniri, ſine ſanguine. i. ſine ſanguinis effuſione ciuium, id ſit. i. interpretetur factũ iure, vos taciti. i. nihil mutire audentes, indignabamini annis ſuperioribus. i. proxime elapſis ærarium. i. fiſcum expilari. i. paulatim ſuffurari, & reges & populos liberos. ſ. externos pendere. i. perſoluere paucis nobilibus uectigal. i. vt dicunt penſiones & prouentus, & ſummam gloriam, & maximas diuitias eſſe penes eoſdẽ. ſ. paucos potentes, tñ ipſi habuere parum. i. paruipendebant nec contenti erant, ſuſcipiſſe impune hæc talia facinora. Itaque. i. & ita. leges, & maieſtas veſtra, & omnia diuina & humana ſunt tradita poſtremo hoſtibus ſ. veſtris. ſ. potentibus. Neque pudet aut pœnitet eos qui fecere ea ſed ipſi incedũt magnifice per ora veſtra. i. ante conſpectum veſtrum oſtentantes. i. iactantes, Sacerdotia & conſulatus, & pars. i. ipſi partim triumphos ſuos, quaſi habeant ea. ſ. iam dicta, honori. i. ad honorem & non prædæ. i. ad prædam. Serui comparati. i. empti, ære. i. pecunia dominorũ, non perferunt. i. non perpetiuntur imperia iniuſta dominorum. Vos quirites nati in imperio, toleratis æquo. i. patienti animo ſeruitutẽ q. d. in indigne facitis. [At qui ſunt hi &c.] Summo artificio utitur ad odium concitandum. cum ſceleſtiſſimos & eoſdem abiectiſſimos ſumma facinora auſos auſiſq. potitos doceat, dicens, At. i. quales ſunt [vt apud Poetã. Qui mortes quantas oſtentant aſpice vites] hi qui occupauere remp. inuidioſe, & callide aſſumit quod probare nititur, videlicet remp. à paucis potentibus occupatam, inuaſam. vnde reſpondet, Sunt ſup. homines ſceleratiſſimi, manibus cruentis. i. habentes manus cruẽtas cruore innocentum homines immani auaritia. i. habentes immanem auaritiam, nocentiſſimi cum tñ ob conſcientiam debeiẽt eſſe ſubmiſſiores Quibus ſ. hoĩbus, decus. i. honeſtas, & fides. i. fidelitas, pietas. i. obſeruantia, & pius cultus dei & parẽtum, poſtremo. i. vt poſtremo verbo dicam, omnia honeſta atque inhoneſta ſunt quæſtui. i. ad quæſtum. i. lucrum. Pars eorum. i. ipſi partim habent pro munimento. i. defenſorio in quo confidunt occidiſſe tribunos plebis, quia per eorũ necem alijs plebeis timori ſunt. Alij hñt pro munimento feciſſe quæſtiones. i. vt dñr inquiſitiones & informationes, & poſt illas accuſationes iniuſtas. i. iniquas & falſis teſtibus comprobatas. Plerique. i. plurimi eorum hñt pro munimento, feciſſe in. i. contra vos, cædem. i. occiſionem, & ſeditionem mortiferam Itaque. i. & ita, quantum. i. ut, quiſque fecit peſſime, tã. i. tñ, hoc eſt, ita maxime tutus eſt. quia maxime timetur, quem quis n. timet offendere non audet. Et ita ipſi tranſtulere. i. vſurpauerunt ſibi metum. ſ. paſſiuum quo metuantur. à ſcelere ſuo. i. à ſe perpetrato, ad ignauiam. i. inutilitatem ad opus & oſcitationem veſtrã. q. d. ſi vos ſtrenui eſſetis, ipſi in vos ſuperbi pp. ſcelus à ſe cõmiſſum non eſſent. Quos omnis. ſ. ſceleratos, cupere eadem. i. eaſdem res, odiſſe eadem, metuere eadem. i. hĩc idem velle & nolle, & per id paria ſtudia [quibus nihil melius conciliat inter bonos amicitiã, vt Ciceroniano Lælio placet] coegit. i. cõpulit & cõgregauit in vnũ. ſ. collegium. Cogo. o dr̃ quaſi coago. i. ſimul ago ſeu impello, ut, Tityre coge pecus. Sed hæc id eſt, hõmi cõciliato eſt amicitia inter bonos, [quia vt Cicero docet, paritas ſtudiorum maxime conciliat amicitiam, quæ ſi vera ſit, non niſi inter bonos eſt] & eſt inter malos factio. i. ſeditio ſeorſum ab alijs cõſultatio & machinatio, hoc eſt dum boni conſentiunt, amicitia eſt, dum mali, vt modo pauci potẽtes, ſeditio. [Quod ſi]. i. certo ſcio qd ſi vos haberetis tantam curã libertatis. ſ. amiſſæ recuperandæ, aut ſi quam adhuc habetis conſeruandæ, q̃. i. quantum illi. ſ. aduerſarij veſtri ſunt accenſi ad dominationẽ. i. regnum iniuſte obtinẽdam. Profecto. i. reuera neque reſp. vaſtaretur, vt nunc ſup. vaſtatur, & veſtra beneficia. i. magiſtratus qui à vobis conferũtur, forent. i. eſſent penes optimos, non penes audaciſſimos. Maiores veſtri [inuidioſe veſtri, non noſtri, q. d. uobis imitandi cum eos imitet] gratia iuris parandi. i. acquirendi, & gratia maieſtatis conſtituendæ armati per ſeceſſionem. i. per ſingularem habitationem, occupauerunt bis mõtem Auentinum, qui vnus eſt ex ſeptem collibus Romæ. Nonne vos nitemini. i. niti debebitis, q. d. maxime hoc non faciatis, ſumma ope. i. ſumma facultate, pro libertate quam accepiſtis ab illis. ſ. maioribus veſtris? Atq; eo magis ſup. debetis niti, q̃ illi, q. d. quia aut eo. i. tanto magis, quo. i. quanto maius dedecus. i. probrũ eſt amittere parta. i. acquiſita, q̃ non parauiſſe. i. acquiſiuiſſe oĩno vbi quia parta dixit, conformiter dixiſſet peperiſſe. uſitatius ſi fuiſſet [Dicet aliqs] Facit Aut pophoram. i. obiectionẽ ſibi, cui rñdet dicens, Aliquis ſup. Quirites q. audierit q. diaetum nõ eſſe opus ui aut ſeceſſione & in ubſiſtendũ, dicet igitur ò Mẽmi quid cenſes. i. iudicas ſup. faciendum eſſe rñdet Memmius, q. d. Ego cẽſeo uindicandum. i. uindictam exercẽda eſſe in. i. contra eos, q. prodidere remp. hoſti. ſ. Iugurthæ, vindicandum inquã nõ manu ſ. ꝓpria, neq; ui ſup. alia quod feciſſe. ſ. uindictã ſumptã aſſe ui. eſt magis indignũ vobis. i. magis cõtra dignitatẽ ueſtram, q̃. ſ. ſit indignũ accidiſſe illis. q. d. illi quidẽ digni ſũt in quos ui & manu animaduerteretis, ſed vobis non eſt dignum. i. honeſtũ & conueniens vt id in eos ciues faceretis uel ũ. i. ſed, ego cenſeo uindicãdũ in eos quæſtionibus. i. inquiſitionibus & informationibus [ut dñr] ex iudicio. i. reuelatione ipſius Iugur. Et ſi dicit, quo habebitur Iugurtha ad cit q. faciliter, ut pote. qui. ſ. Iugur. ſi eſt deditus ſup. vere ipſe erit obediens iuſſis veſtris, & ita veniet uocatus, ſin. i. ſed ſi contẽnit ea. ſ. iuſſa veſtra ſ. tunc certe & facilier æſtimabitis. i. iudicabitis, qualis ſit illa aut iſta pax & deditio, ex qua. i. per quã, maxima impunitas ſcelerũ peruenerit ad Iugur. & maxime diuitiæ peruenerint ad paucos potentes. & dãna & dedecora. i. op̃probria maxima ſup. peruenerint ad rẽp. cẽſeo. ſup. ſic faciendum niſi forte ita ſit q. ſacietas dñationis eorum nõdũ tenet vos, & ſi illa tpa. ſ. ſubſecuta necem Gracchorũ. cum. i. in quibus tpibus. Regna, prouinciæ, leges, iura, iudicia, bella, atque paces, poſtremo oĩa diuina atque humana. i. quæcũque P. R. eſſent, erãt penes paucos. i. in poteſtate & dñatione paucorum. ſ. potẽtium, Aũt, pro ſed cum vos inuicti ab hoſtibus exiſtentes imperatores omnium gentium habebaris. ſatis. i. contenti eratis, retinere animã. i. vitam, nã quis veſtrum audebat recuſare ſeruitutem. ſ. paucorũ potẽtium? quaſi diceret nemo. Et uiſi. inquam illa tpa magis placent vobis q̃ hæc tpa in quibus potentiq obuiatur & libertas partim uindicata eſt, q. d. puto q. non. At ego tametſi exiſtimo uirũ flagitioſiſſimũ. ſ. Iugurtham accepiſſe impune. i. ſibi c. donatam ſine punitione, iniuriam. ſ. factã, utpote quã intulit, ſicut offenſa eſt eius qui offendit, offenſio eius q. offenditur, tñ paterer. i. ferrem æquo animo uos ignoſcere. i. ueniã dare hominib. ſceleratiſſimis. i. Calpurnio, & Scauro & cõſimilibus, quorum conſenſu Iugurtha impunis euaſit, qm̃ ipſi ſunt ciues. ſ. Rom niſi miſericordia. ſ. erga illos habita, eſſet caſura. i. euaſura in perniciẽ. i. interitum aut graue damnum reip. Na &. i.

etiam

etiam illis eſt parum.i. parum videtur]quantum,quaſi diceret videte,quantum importunitatis habent]feciſſe male.ſ.condonando Iugurthæ tantum facinus impune.i.ſine vindicta quia peiora facient. Nam niſi licentia.i.mala permiſſio faciundi.ſ.quæ vellent, eripiatur deinde ſup.ab eis,&.i.ſimul,æterna.i.perpetua ſollicitudo remanebit vobis cum intelligetis aut ſeruiendum eſſe.i. quòd vos aut illis ſeruire debebitis,aut libertatem ſup.ueſtram eſſe retinendam per manus.i.per uim, qua nunc opus non eſt. Nam quidem.i.certe,quæ ſpes eſt fidei.i.fidelitatis & concordiæ.ſ.habendæ cum talibus hominibus, tam auaris vt etiam reip.decus vendiderint,& dominationis cupidiſſimis? Nam vt addit,illi volunt dominari, vt ſup. vultis eſſe liberi, illi volunt facere iniuriam,& vos vultis prohibere, & ita nulla conueniet inter vos concordia. Poſtremo illi vtuntur ſocijs noſtris veluti hoſtibus.i. ſeruiliter, & inclementer eos tractant, & vtuntur hoſtibus.ſ.Iugurtha & militibus eius pro ſocijs, quia cum eis conſultant & conueniunt ac pacem agitant, poteſt ne pax aut amicitia eſſe in mentibus tam diuerſis, q.d.nequaquã.Quare ego moneo & hortor vos ne omittatis tantum ſcelus impunitum. Tantum dicit ſcelus,quia non peculatus,.i. furtum, Ærarij,i.publici theſauri quẽ fiſcum uocant,eſt factus.ſ.ab illis, neque pecuniæ ſunt ereptæ ſocijs per vim, vt ab illis qui repetundarum accuſantur,quæ.ſ.flagitia quanquam ſunt grauia.i.grauiter & moleſte ferenda tamen habentur.i.reputantur pro nihilo ea conſuetudine, quia uulgo talia faciunt. Verum multo grauius commiſſum eſt facinus. Nã auctoritas ſenatus Romani eſt prodita hoſtis acerrimo.ſ. Iugurthæ eam contemnente. Veſtrum imperium eſt proditum.i.porrò datum & in manus alterius & reſp.ſup.veſtra fuit venalis domi,cum de Iugurtha ageretur in ſenatu,& militiæ.i.cum res ageretur in expeditione militari in Africa. Quæ.ſ.auctoritas ſenatus imperium veſtrum & reſp.nſi.i.ſi non erunt quæſita.i.requiſita & recuperata, & niſi ſup.erit vindicatum in noxios.i.ſontes qui talia prodiderunt, quid erit reliquum.i.quid reſtabit, niſi ut uiuamus obedientes illis, qui fecerunt ea?q.d.nihil. Nam facere impune.i.ſine punitione ſup.id,quod libet.i.quidquid placet aut compoſita eſt vox,quid libet.i.quamlibet rem id, eſt eſſe regem. Neque ò Quirites,ego hortor uos,ut malitis ciues veſtros feciſſe perperam.i.peruerſe,quàm rectè i.decernẽret,ſed ſupp. hortor [quod tamen non venuſte repetijſſet]ne aatis perditum.i.ne perdatis bonos, ignoſcendo.i.ueniam dando, aut diſſimulãdo quaſi non noſcatis vt parcatis,malis.i noxijs & ſontibus. Ad hoc.i.ioſi per præſtat.i.præſtat & melius eſt multo[quidam multum legũt] in republica eſſe immemorem.i.ingratum quia oblitum beneficij, quod bonus contulit in remp.quàm maleficij, quod malus commiſit in remp.id eſt multo præfertur negligere bonis referre gratiam pro beneficio reip.impenſo .quàm negligere punire malos pro crimine in remp.cõmiſſo,quia bonus,qui beneficium contulit, fit tantummodo.i.dantaxat ſegnior ad beneficia alia conferenda,[At.i.ſed è cõtrario malus fit,ſup.improbior.i.inſolentior, & magis iniurius. Adhoc.i.inſuper ſi non ſint iniuriæ quas faciunt malefici, tu egeas.i. quibus egeat haud ſæpe.i.raro auxilij.ſ.quod bonus conferat,& ita minori periculo negligitur.

HÆc atque alia huiuſcemodi ſæpe dicendo C. Memmius Pop. R. perſuadet, vti L.Caſſius, qui tum prætor erat, ad Iugurtham mitteretur:eumq. interpoſita fide publica, Romam duceret, quo facilius indicio regis,Scauri,& reliquorum, quos pecuniæ captæ arceſſebant, delicta patefierent. Dum hæc Romæ geruntur:qui in Numidia relicti à Beſtia exercitui præerãt,ſecuti morem imperatoris ſui,plurima & flagitioſiſſima facinora fecere. Fuere, qui auro corrupti, elephantos Iugurthæ traderent: alij per fugas venderent: pars ex pacatis prædas agebant tanta vis auaritię in animos eorum veluti tabes inuaſerat, At Caſſius P.R. perlata rogatione à C. Mẽmio,ac perculſa omni nobilitate,ad Iugurtham proficiſcitur:eiq. timido,& ex cõſciẽtia diffidenti rebus ſuis,perſuadet, * quomodo ſe P.R. dediſſet:ne vim, quã miſericordiam eius experiri mallet. priuatim præterea fidem ſuam interponit: quam ille non minoris,quàm publicam ducebat: talis ea tempeſtate fama de Caſſio erat. Igitur Iugurtha contra decus Regium,cultu quammaxime miſerabili,cum Caſſio Romam venit. Ac,tametſi in ipſo magna vis animi erat.confirmatus ab omnibus, quorum potentia, aut ſcelere cuncta ea geſſerat,quæ ſupra diximus, C,tñ Bebium trib.pl. magna mercede parat:cuius impudentia cõtra ius,& iniurias oẽs munitus foret. At C. Mẽmius aduocata concione, quanquã regi infeſta * plebs erat: & pars in vincula duci iubebat: pars niſi ſocios ſceleris ſui aperiret, more maiorum de hoſte ſuppliciũ ſumi: dignitati magis quàm iræ conſulens, ſedare motus: & animos eorum mollire. poſtremo cõfirmare fidem publicam per ſe inuiolatã fore. Poſt vbi ſilẽtium cępit: perducto Iugurtha, verba facit: Rom. Numidiæq. facinora eius memorat:ſcelera in patrẽ,fratresq. oſtendit:quibus iuuatibus,quibuſq. miniſtris ea egerit,quanquã intelligat P.R.tñ velle mãnifeſta magis ex illo hr̃e. ſi verum aperiat,in fide & clementia P.R. magnam ſpẽ illi ſitam:ſin reticeat,nõ ſocijs ſaluti fore,ſed ſe,ſuasq.ſpes corrupturum. Deinde, vbi Mẽmius dicendi finem fecit:& Iugurtha rñdere iuſſus eſt:C.Bebius trib.pl. quẽ pecunia corruptus ſupra diximus,regem tacere iubet. ac tametſi multitudo,quæ in concione aderat,vehemẽter accẽſa,terrebat eũ clamore,vultu,ſępe impetu,atq; alijs oibus quę ira fieri amat: vicit tñ impudentia. Ita populus ludibrio habitus,& concione diſceſſit. Iugurthæ,Beſtiæq. & cęteris: quos illa quæſtio exagitabat, animi augeſcũt. Erat ea tempeſtate Rom. Numida quidam nomine Maſſiua Guluſſæ filius. Maſiniſſæ nepos: qui quia in diſſenſione regũ,Iugurthę aduerſus:fuerat, dedita Cirtha, & Adherbale interfecto, profugus ex Africa abierat. Huic Spurins Albinus, qui primo anno poſt Beſtiam eum Q. Minutio Rufo cõſulatum gerebat, perſuadet, qm̃ è ſtirpe Maſiniſſæ ſit: Iugurthãq. ob ſceſera inuidia cũ metu vrgeat: regnum Numidiæ ab Sen.petat. Auidus conſul belli gerũdi, mouere, quã ſeneſcere oĩa malebat. ipſi prouincia Numidia, Minutio Macedonia euenerat. Quæ poſtquam Maſſiua agitare cœpit: neq; Iugurthæ in amicis ſatis præſidij eſt, ꝙ eorum alium conſcientia, aliũ mala fama & timor impediebat, Bomilcari proximo ac maxime fido ſibi imperat,precio,ſicuti multa confecerat, Inſidiatores Maſſiuæ paret,ac maxime occulte. Sin id parum procedat;quouis modo Numidiam interficiat. Bomilcar mature regis mandata exequitur, & per homines talis negocij artifices,itinera,egreſſusq.eius,poſtremo loca,atq; tpa cuncta explorat, deinde, vbi res poſtulabat,inſidias tẽdit. Igitur vnus ex eo numero, qui ad cędem parati erant, paulo inconſultius Maſſiuam aggreditur: illumq. obtruncat. Sed ipſe deprehenſus multis hortantibus,& in primis Albino cõſule,indicium profitetur. Fit reus magis ex ęquo & bono, quàm ex iure gentium Bomilcar comes eius,qui Rom. fide pub. venerat. At Iugurtha manifeſtus tanti ſceleris, non prius omiſit contra verũ niti, quàm animaduertit ſuper gratiam,atque pecuniam ſuam inuidiam facti eſſe. Igitur quanquam in priore actione ex amicis quinquaginta vades dederat,regno magis,quàm vadibus conſulens, clam in Numidiam Bomilcarẽ demittit, veritus ne reliquos populares metus inuaderet parendi ſibi,ſi de illo ſupplicium ſumptum foret. Et ipſe paucis diebus eodem profectus eſt,iuſſus à ſenatu Italia decedere. Sed poſtquam Roma egreſſus eſt, fertur ſæpe eo tacitus reſpiciens,poſtremo dixiſſe. Vrbem venalem & mature perituram,ſi emptorem inuenerit.

* Vetuſta exemplaria habent Quo pop. Rom. dediſſet. &c.

* plebs

HÆC atq; alia] Dicit Memmium oratione ſua perſuaſiſſe populo id quod volebat, videlicet vt mitteretur L. Caſſius Prætor ad Iugurtham, & eum interpoſita fide pub. Romam adduceret, vt ipſe Iugurtha indicaret & panderet, qui fuiſſent illi ciues Rom. qui ab ipſo pecuniam acceperant. L. Caſſius hic fuit vir ſummæ ſeueritatis. Nam multa eius extant ſeueritatis exempla hic ĕt trib. pl. plures leges tulit ad minuendam nobilitatis potentiam. Huius extant leges de ſuffragijs ferendis non voce, ſed per tabellã. [Prætor erat] Decẽ prætores Romæ creabãtur, qui ius populo dicerent. Similiter decem trib. pl. quorum magna erat auctoritas. Nam ad defenſionem populi creati erat. [Interpoſita fide pub.] .i. data fide pub. vt Iugurtha ſecurus veniret Romã, & inuiolatus eſſet. [Scauri & reliquorũ, quorũ delicta patefierent, quos captæ pecuniæ arcebant] ideo volebant Iugurthã Romã venire, vt eius iudicio facilius crimen Scauri & reliquorũ patefieret, qui dicebãt, ſe pecuniam accepiſſe ab ipſo Iugurtha. [Quos captę pecunię arceſſebant] .i. quos pecuniæ, acceptæ accuſabant. Acceſſo & arceſſo ſignãt euoco vel aduoco, arceſſo vero ſignat accuſo Si aũt legeris acceſſebant, ſiue acceſſibant .i. aduocabant, & eſt ſenſus, quos pecuniæ acceptæ Romam aduocabant ut ad iudicium uenirent. dicimus aũt acceſſo tertiæ coniugationis, & acceſſio quartæ. & ſignãt aduoco & appello. [Dũ hæc Romæ geruntur] Dicit nũc quid fecerint illi, qui in Numidia relicti fuerunt à Cõſule, ut exercitui præeſſent. [Elephantes] Quos Iugurtha tradiderat Romanis ĩ cõditionibus pacis. [Alij perfugas]. Perfugæ dñt illi qui fugiunt ad hoſtem. [Ex pacatis] .i. ex populis, qui pacẽ cum Rom. habebant. Tanta uis auaritiæ, hæc flagitia perpetrabant pp nimiam auaritiam, quæ aĩos eorũ ualut quędam peſtis inuaſerat. [At Caſſius p̃tor] Poſtq̃ breuiter dixit, quid in Numidia geſtũ ſit ab his, qui pręerant exercitui, reuertitur, ut oſtẽdat quid fecerit Caſſius p̃tor, qui electus erat à pop. ut ad Iugurthã proficiſceretur. [Perlata rogatione] .i. plata lege, hoc eſt, data lege. Et quę erat hęc lex? uidelicet, ut Caſſius p̃tor ad Iugurthã iret, & eũ data fide pub. Rom. duceret. Nã quicquid pop. decernit ſiue iubet, dĩ rogatio ſiue lex, ſiue plebiſcitũ, nã nobilitas & ſenatus hem̃ter timere cœpit hac lege perlata. Multi. n. timebant, ne ſi Iugurthã Romã ueniret, ab eo panderentur, quia pecuniam ab ipſo accepiſſent, & ita damnarentur. [Eiq;] .ſ. Iugurthæ. [Et ea conſcientia rebus ſuis diffidenti] Quia ſciebat ſe talia ſcelera perpetraſſe ut merito timere deberet rebus ſuis. [Perſuadet, quo ſe P. R. dederet] .i. perſuadet Iugurthę, vt ſe P. R. daret, & ab eo ueniam peteret. [Priuatim] Caſſius, tanquam legatus ex parte P. R. Iugurthæ promittebat, illũ tutum & inuiolatum fore, ſi Romam iret, & hæc erat fides pub. ſed priuatim poſtea, non vt legatus, ſed vt Caſſius fidem ſuam interponebat, promittens ei ſuũ auxilium, ſi Romam iret, & oĩa libere ſicuti geſta erant aperire. [Non minoris] .ſ. precij Iugurtha tanti æſtimabat fidem Caſſij, quanti æſtimabat fidem P. R. [Ducebat] .i. exiſtimabat. [Contra decus regium] Quia reges veſtibus precioſis vti fermè ſolẽt, hic vero veſtitu ſordido & abiecto vſus eſt ad eliciendã miſericordiam. [Cultu] .i. ornatu & veſtitu miſerabili. [Ac tametſi] Dicit quid fecerit Iugurtha, poſtq̃ Rom. venit, ad præſidium conſuetũ confugit videlicet, vt pecuniam ſibi fautores pararet ergo Caiũ Bebiũ trib. pl. pecunia corrupit, cuius auxilio tutus eſſet contra omnes iniurias, & cõtra ius. Tãta aũt erat auctoritas unius trib. plus unus prohibere poſſet, ne fieret id quod reliqui oẽs tribuni uellent. Erant aũt ut diximus, decem tribuni, Ordo eſt, ac ille cõfirmatus ab oĩbus potẽtia, aut ſcelere, quorum geſſerat ea cũcta, quæ ſupra memorauimus, parat C. Bebium trib. pl. magna mercede, impudentia cuius eſſet munitus contra ius & oẽs iniurias, tametſi magna uis animi erat in ipſo. [In ipſo] .ſ. Iugurtha. [Cõfirmatus] .i. cohortatus. [Magna mercede] .i. magno pręmio, magna pecunia. [Parat] .i. præparat. [Impudentia] .i. per impudentiam, & bene impudentiam eius dicit, qui cõtra ius Iugurthã tueri paratus eſſet, cõtra ius & iniurias .i. cõtra iuſtitiam & iniuſtitiam. [Munitus] Armatus & tutus. [At C. Mẽmius] Ordo eſt, At pro ſed C. Mẽmius cõſules, magis, dignitati q̃ iræ, ſedare p ſedabat, motus, & mollire p mollibat aĩos eorũ, & poſtremo cõfirmabat fidẽ pub. fore inuiolatã per ſe, q̃q̃ pleb. erat infeſta regi, & q̃q̃ pars iubebat illũ duci in uincula, pars iubebat ſuppliciũ ſumi de hoſte more maiorũ, niſi aperuiſſet ſocios ſui ſceleris. Senſus patet. [Aduocata cõcione] .i. multitudine pop. cõuocata ad cõcionẽ. [Infeſta] .i. irata. Regi] .ſ. Iugur. in uincula, ecce quomodo irata erat plebs cõtra Iugurthã, quia pars iubebat illũ in carcerẽ duci, pars iubebat illũ occidi, niſi indicaſſet ſocios ſceleris. [In uincula] .i. in carcerẽ. [Aperuiſſet] .i. indicaſſet, detexiſſet. [More] .i. ſm cõſuetudinẽ maiorũ & antiquorũ, quia ita antiqui facere conſueuerant. [De hoſte ſupplicium ſumi] .i. Iugurtham interfici debere. [Dignitati magis quã iræ conſulens] .i. magis attendens dignitatem P. R. q̃ iram, quia non decebat P. R. facere id qd ira ſuadebat. Nam ſi de Iugurtha ſupplicium ſumpſiſſet, cõtra dignitatem ſuam feciſſet, quia fidem datam Iugurthæ violaſſet. [Sedare] Pro ſedabit .i. quieſcere faciebat. [Motus] .i. iram & indignationem. [Mollire] Pro molliebat. i. mitigabat. [Poſtremo confirmabat fidem pub. per ſeſe inuiolatam fore] .i. dicebat & affirmabat ſe non eſſe paſſurum, vt fides pub. violaretur, quã Iugurthæ dederant per Caſſium prætorem. [Poſt vbi ſilentium] Cum in cõcione oẽs ſilentium feciſſent, in medium p̃ductus eſt Iugurtha, tunc Mẽmius ipſo p̃nte commemorare cœpit oĩa ſcelera eius, quæ cõmiſerat in Micipſam & Hiempſalem, & Adherbalẽ, hortatuſq. eſt eum vt libere aperiret & diceret, ꝙ ciues Ro. adiuuiſſent illum ad hęc ſcelera perpetranda dicens, P. R. ſcire & intelligere, qui fuiſſent illi ciues, ſed tñ cupere ex ipſo Iugurtha oĩa magis habere manifeſta. [Poſt vbi] .i. poſtq̃ [Productus] .i. in medium cõcionis ductus. [Romæ] Videlicet quemadmodum Ro. ciues corrupiſſet pecunia. [Numidię] .i. ſcelera, quæ in Numidia commiſerat. cõmemorat. [In patrem] .ſ. Micipſam q̃a impie & crudeliter uſq; ad mortem pſecutus eum, & filios eius, à quo ipſe in filium fuerat adoptatus. [In fratres] .ſ. Hiempſalem & Adherbalem, quos crudeliſſime necauerat. [Quibus iuuantibus] Et dicebat P. Rom tñ um velle habere ex illo magis manifeſta q̃q̃ intelligeret .ſ. P. R. hoc videlicet. quibus iuuantibus, quibus miniſtris geſſerat ea. [Quibus] .ſ. ciuibus Rom. [Ex illo] .ſ. Iugurtha. [Si verum] Et dicebat magnam ſpem eſſe ſitam illi in fide & clementia P. R. ſi aperiat vera, ſed dicebat illum non fore ſaluti ſocij, ſed eſſe corrupturum & ſuam opem, ſi reticeat. [Aperiret] .i. indicaret & pãderet. [Sitã] .i. poſitã [Sin reticeat] .i. ſed ſi taceat. [Non ſocijs] Videlicet ciuibus Rom qui iuuerunt illũ. O Iugurtha ſi uerum dixeris, tu ſperare potes miſericordiã P. R. ſed ſi ueritatem dicere volueris, ſocios tui ſceleris non propter hoc ſeruabis, ſed te ipſum & tuum pręſidiũ deſtrues. [Corrupturum] .i. deſtructurum [Deinde vbi] Vide quem euentum habuit cõſiliũ & diligentia Memmij, qui tanto ſtudio P. R. cohortatus fuerat ad vindicandum ſcelus conſulis Beſtiæ, & aliorum ciuium, qui cõplices & ſocij eius fuerant ad fœdus tam ignominioſum cum Iugurtha faciendum, Mẽmius oratione ſua à pop. impetrauerat, vt inquiſitio fieret de crimine conſulis & ſociorum. Et vt melius ueritas inueniri poſſet per indicium Iugurthæ obtinuerat, vt Caſſius prætor ad Iugurtham mitteretur, qui eum data fide publica Romam adduceret. Iugurtha Romam venerat. Res iam in eo erat vt veniret in lucem. Et ecce varius Bebij trib. pl. impudentia hæc oĩa tanta diligentia & ſtudio comparata ſubuerti. Nam cum Memmius expoſuiſſet ſcelera Iugurthæ, iuſſiſſetq́ illum ueritatem dicere, qui ciues Rom. ſocij eius fuiſſent, Bebius ea altera parte iuſſit illum tacere. At illa nihil actũ eſt, concioq́ illico eſt ſoluta. Neq; vlla res alia Romam ac patres armauit in bella ciuilia, niſi ſeditiones, tribunitiaq. quæ procellæ, primo quidẽ ciuili ſanguine Roma maculata eſt ſeditione Grac. qui dũ immoderate animis libertatem plebis & iura tueri conantur, totam ciuitatẽ in arma compellunt. Hinc ſecutum eſt bellum ciuile C. Marij & L. Syllæ, cui Seru. Sulp. trib. pl. cauſam maximam præſtitit rogatione ſua, per quam C. Mario bellum Mithridaticum demandari fecerat, ad quod iam L. Sylla deſtinatus erat, hoc bello tota Italia ſanguine ciuili repleta. Poſtremo C. Cęſ. & Cn. Pomp. funeſtum ac luctuoſum bellum exarſit, C. Curio, maxime trib. pleb. & M. Antonij ſcelere concitatum. Nam à principio C. Cęſ. feroces animi atq; impetus leniri ac reprimi poſſe videbant, niſi eos funeſta ſ. ira Curionis & Antonij in incepto vehementius accendiſſent, tñ q̃ bellum non tota modo ciuitas, cunctaq. Italia, ſed totus orbis terrarũ cõſpirauit. [Terrebat eum] .ſ. Bebium. Ordo eſt. tñ impudẽtia Bebij vicit, tametſi multitudo, q̃ erat in cõcione vehementer accenſa terrebat eũ clamore, vultu, & ſæpe impetu, atq; alijs modis oĩbus, quę ita amat fieri. Quamuis multitudo populi verbis, vultu, & minis Bebium terreret, tñ ab incepto moueri nõ potuit. [Vultuq;] .ſ. iracũdo. [Impetu] Quia nõnunquã irruebant in eum minãtes, niſi deſiſteret ab incepto. [Quę] .i. quę res, nam oĩa ſuperiora refert, videlicet ad clamorem, vultũ, impetũ, & ad oẽs alios modos. [Ita amat fieri] Quia hõ iratus ita ferme facere cõſueuit, vt verbis durioribus & minis nõnunq̃ vtatur ita populus ludibrio habitus .i. populus ludificat. [Exagitabat] .i. vexabat. [Quæſtio] .i. inquiſitio. [Augeſcunt] .i. creſcunt. [Ea tẽpeſtate] Hucuſq; diſſeruit quem euentũ habuerit conatus Memmij, qui inquiſitionem facere volebat de crimine cõſulis, nũc trãſit ad aliam rẽ narrandã. Dicit. n. eo tpe Rom. fuiſſe quẽdã de Nu

midia prouincia, noīe Maſſiuam filium Guluſſæ, nepotē Maſiniſſæ, cui cum Sp. Albinus conſul perſuaſit, vt à ſenat. peteret regnū Numidiæ, qā quidem ipſe erat de ſanguine Maſiniſſæ, & Iugur. eo tpe in magno odio eſſet, ac metu [Ea tempeſtate] Eo tempore quo Iugurt. erat Rom erat & quidam Numidiu .i. quidam de Numidia prouintia, Maſſiua noīe, filius Guluſſæ, nepos Maſiniſſæ, vt ſupra dictum eſt hic ergo cum eſſet filius Guluſſę, nepos erat Maſiniſſæ [Dedita Cirtha] Hic ex Africa Romā venerat, qñ Adherbal obſidionem diutius ferre non valens, Cirtham vrbem Iugur. tradiderat, & ipſe à Iugurtha interfectus erat. [Dedita Cirtha].i. tradita Cirtha ciuitate in manus Iugurthæ. Profugus dicitur, q procul à ſedibus ſuis vagatur. [Huic Spurius] Ordo eſt Sp. Albinus, qui poſt Beſtiam gerebat cōſulatum cum Minutio Ruſo, perſuadet huic, vt petat à ſenatu regnum Numidiæ, qm̄ ſit ex ſtirpe Maſiniſſæ. Et qm̄ inuidia cum metu vrgeat Iugurtham ob ſcelera. [Poſt Beſtiam] Poſt Beſtiam conſulem creatus eſt conſul Sp. Albinus. [Quinto] Qui e quinquennea conſul fuerat. [Ex ſtirpe].i. ex progenie. Stirps maſculino gñe, truncum arboris, vel radicem ſignificat. Stirps vero fœminino gñe, progeniem & proſapiam ſignificat. Duæ rōnes ſtant, ꝑ quas Albinus conſul ſuadebat Maſſiuæ, vt regnum Numidiæ à ſenat. peteret. Prima ratio erat, qa Maſſiua ex ſanguine Maſiniſſæ, & ex ꝓgenie erat. [Secunda ratio, quia Iugur. eo tpe erat in ſummis anguſtijs ꝑ ſcelera eius. [Inuidiu cum metu] .i. inuidia & metus. [Vrgeat] .i. premet. [Auidus] Oſtendit cauſam quare Albinus conſul hoc ſuadebat Maſſiuæ, quia videlicet, auidus erat belli gerendi. Cum ergo Albino cōſuli decreta eſſet prouincia Numidiæ, videbat bellum geri oportere contra Iugur. ſi ſenatus regnum Numidiæ Maſſiuæ conceſſiſſet, quia Iugur. regnum Numidiæ ſine bello Maſſiuæ tradere noluiſſet. Atq; ita futurum erat, vt conſul exercitu ſuo Maſſiuam in regnum induceret, qd ſine bello fieri non poterat. [Auidus] Conſul auidus gerundi belli, malebat oīa moueri, q̄ ſeneſcere. Conſul inquit cupiebat oīa potius turbari q̄ quieſcere, vt ſic cauſam hēret belli gerendi. [Mouere].i. turbari .ſ. in ꝓuincia Numidiæ. [Quā ſeneſcere].i. qeſcere, torpeſcere. [Malebat].i. magis volebat. [Ipſi].ſ. Albino conſuli. [Minutius] alteri cōſuli. [Quæ poſtq̄] Ordo eſt, Iugurtha imperat Bomilcari proximo ac maxime fido ſibi, vt paret inſidiatores Maſſiuæ maxime occulte dico paret precio, ſicut multa cōfecerat, & interficiat Numidā quouis modo, ſi id parū ꝓcedat, & hoc faciat, poſtq̄ Maſſiua cœpit agitare, quæ.i. illa & poſtq̄ non erat ſatis pręſidij Iugurthæ in amicis, q pro quia conſcientia impediebat alium eorum, & mala fama, & timor impediebat aliū. Cū inquit, Maſſiua tractare cœpiſſet cum Senat. vt ſibi regnum Numidiæ cōcederetur, Iugur. deſperato amicorū præſidio; cū Bomilcare propinquo & amiciſſimo ſuo tractare cœpit, quō Maſſiuam interficeret, itaq; ipſi Bomilcari imperat, vt hoīes precuna ꝑparet, qui per inſidias Maſſiuam interficiant occulte, et ſi occulte p inſidias occidi nō poſſet, alio quocunq; modo ipſum interficiant. [Quare poſtquā Maſſiua agitare cœpit].i. poſtq̄ Maſſiua tractare cœpit, vt ſibi ſenat. regnum Numidiæ daret. [A iū cōſcientia impediebat] Quia qui pecuniā ab ipſo acceperant nō audebant Iugur. in hac cauſa defendere ꝑ ꝑ conſciam, videlicet, quia ſciebāt ſe pecuniam accepiſſe. [Alium mala fama & tī.] Vnum pēdet ea alio nam mala fama hēbant qui à Iug. pecuniam acceperāt, & ideo timebant [Proximo].i. ꝓpinquo. [Fide].i. fideli. [Precio].i. pecunia. [Paret].i. præparet. [Sin id parum procedat].i. ſed ſi id non veniat ad effectum, videlicet, vt occulte interficeretur. [Quouis modo] Ac ſi diceret apte. [Numide].i. Maſſiuam. [Mature].i. celeriter. [Exequitur].i. perficit. [Talis negocij artifi.].i. per hoīes, qui talia negocia, videlicet homicidia ꝑpetrare conſueuerant. [Explorat].i. inueſtigat. [Paulo inconſultius].i. paulo incautius, ſed qūo dicit paulo incautius eum aggreſſum fuiſſe, cum dicat q illum interfecerint, ideo hoc dicit, qa licet eum occiderit, tñ ipſe quoq; comprehenſus eſt. [Indicium ꝓfitetur] i. pollicetur, ſe indicaturū eſſe cuius cōſilio Maſſiuā occiderit. Atq; ita cōfeſſus eſt ſe à Bomilcare miſſum ad interficiendū eū, igitur Bomilcar accuſatur. [Fit reus] Bomilcar fit reus magis ex æquo & bono, q̄ ex iuregentiū. Iusgentiū eſt, vt fides pub. inuiolata ſeruetur, ego iusgētiū poſtulabat, & exigebat, vt Iugurthā cū comitibus ſuis R. ob fidē pub. data, tutus oīno & inuiolatus eſſet, & ſi Ro. interim deliquiſſe inueniretur, non tunc puniretur, ſed in locū remitteretur vbi fides pub. ei data erat ſ. in Numidiā, deinde ab eo ſatisfactio iniuriarū repeteretur q ſi ſatisfacere nollet, tūc eo bello pſeq iuregentiū P. R. licuiſſet. Hic igr̄ rigor iurisgētiū erat. Sed equitas & bonū de hoc rigore aliquid remittunt. Nam æquū & iuſtū eſt, vt qui non accepit iniuriam, non faciat. Cum ergo Iug. & comites Romę tuti & inuiolabiles eſſent, ęqtas exigebat, vt ipſi quoq; alijs iniuriā non inferrent. Quia ergo Bomilcar occidi mādauerat Maſſiuā, ex iure equitatis accuſatus eſt. [Fit reus] i. accuſat, q Maſſiuā fecerit interfici, nam reus dr̄ ille, qui accuſatur, ſiue ille à quo in iudicio aliquid petit, actor dr̄ ille qui accuſat, ſiue ille qui petit aliquod in iudicio. [Et ęquo].i. equitate. Nā equitas poſtulat, vt qui non læditur, non lędat, & qui iniuriā non accepit, iniuriā non inferat. [Bono].i. ex iuſto, ex iuſtitia æquū & bonū patres iuris ſunt. [Ex iuregentiū] Iusgentium, dicitur qd apud oēs gentes ſeruatur quale eſt, vt legati vbiq; ſint tuti, fides pub. vbiq; inuiolata ſeruetur, liberi parētes obſeruēt, & eos in neceſſitate alant, & ſimilia. [Comes eius] .ſ. Iugurthæ, & hæc erat cauſa, quare ex iuregentiū Bomilcar Rom. tutus erat, & inuiolabilis, quia comes Iugurthę erat qui R. venerat data ei pub fide [At Iugur.] Vide quid dicat, Iugurtha nō prius ceſſauit defendere Bomilcarem, q̄ cognouit inuidiā facti, & atrocitatē ſceleris vincere gratiā, & pecuniā ſuam, & ob eā cām, cum videret futurum eſſe, vt Bomilcar dānaret, qa plus poterat inuidia, & atrocitas ſceleris, vt dānaretur, q̄ gr̄a de pecunie ſua, vt defenderetur, eū iudicio ſubtraxit, & occulte in Numidiā eū dimiſit, ne de dānato ſup. ſumeret, & hoc eſt qd dicit. [Manifeſtus tāti ſceleris] Noſtra cōſtructio, dicimꝰ n. hic manifeſtus eſt furti, in hoc loco Iugurtha man. feſtus tāti ſceleris, qa manifeſte oēs intelligebāt in ꝑpetrare cædeſ ab ipſo Iugurthā eſſe ꝑfectā. [Nō prius omiſit cōtra verū niti].i. nō prius ceſſauit cōtra veritatem tēdere, defendēdo Bomilcarem. [Quam aduerterit].i. cognouit. [Sup grām atq; pecuniam ſuam inuidiā facti eſſe].ſ. Iugurtha nō prius ceſſauit contra veritatē tēdere, defendēdo Bomilcarem accuſatū, q̄ cognouit inuidiam facti, plus poſſe, q̄ pecuniā & gratiam ſuam, nam Iugurtha gr̄a & pecunia cōtendebat q̄tū poterat, vt Bomilcarē defenderet, ſed inuidia, & atrocitas cædis ꝑpetratæ plus poterat, vt Bomilcarē dānaret, q̄ pecunia Iugurthæ, vt Bomilcar defenderet. [Inuidiam facti] .ſ. cædis ꝑpetratæ. [Igr̄] Ergo quia videbat ſe Bomilcarē defendere nō poſſe, eum eū in Numidiā remiſit. Ordo eſt, Igr̄ Iugurthe cōſulēs magis regno q̄ vadibus, eū dimittit Bomilcarem in Numidiā, veritus, ne metus, parēdi ſibi inuaderet reliquos pop. ſi ſuppliciū foret ſumptū de illo. q̄q̄ dederat quinquaginta vades ex amicis in priori actione. Sciendū, q qui in iudiciū vocātur, vades dare cogūtur, ſe obtēperaturos eſſe iudicio; ergo Iugurtha, cū à Memmio trib. pl. in iudiciū vocatus ē, dederat ex amicis ſuis vades quinquaginta, ꝑ quos ꝓmittebat ſe ſtaturū eſſe iudicio, & obtēperaturū. Nūc aūt cum videret aperte futurū eſſe, vt Bomilcar dānaretur in iudicio, & de eo ſuppliciū ſumeret, vadibus ſub periculo ſatiſfaciendi, pro fuge Bomilcaris, relictis ipſum Bomilcarē periculo ſubtraxit, & eū in Numidiā remiſit. Hoc aūt ideo fecit, quia ſi de Bomilcare ſuppliciū ſūptū eſſet reliqui timuiſſēt parare & obedire regi, ſi eos ſecum ducere voluiſſet quēadmodum duxerat ſecum Ro. Bomilcarem. [In priori actione] Videlicet qñ à Memmio in iudiciū vocatus eſt, & in cōcionē productus vt ſupra viſū eſt. Actio dr̄ ciuilis cōtrouerſię agitatio, ſiue diſceptatio, quæ cōſtat, & accuſatione, & defenſione, ſiue ex petitione, & recuſatione. vel negatione. [Regno magis q̄ vadibus cōſules].i. magis attēdēs cōſeruationē regni q̄ vades, nam charius ſibi regnum erat q̄ vades. Nā ſi de Bomilcare ſupplicium ſumptum eſſet, regnum in periculo erat hac de cauſa, quia reliqui poſtmodū regni nō obtēperaſſent, caſum Bomilcaris attendentes. [Et ipſe].ſ. Iugurtha. [Eodē loco].i. ad eundē locum. ſ. Numidiam [Iuſſus à ſen.] Senatus iuſſerat Iugurtham ex Italia diſcedere. [Fertur] .i. dr̄. [Eo].i. ad eā vrbē. ſ. Rom. [Vrbē venalē].ſ. Roma. Cū egreſſus eſſet Iugur. reſpiciens Romā dixit, O Roma vrbs venalis cito peribis, ſi inueneris, qui te emerit. [Venalem].i. vendibilem. [Et mature] .i. cito.

HÆC & alia &c. [Interpoſuit] Promittit. [Minoris] .ſ. eſſiecię. [Fama erat talis] Tātę auctoritatis. [Magna vit] Magnū robur. [Cōfirmatus] Exercitus ad bonā ſpē. [Ab nlbus] .ſ. fautoribus. [Parat].ſ. fautorē ſibi. [Socios] Potētes Rom. [Cępit] .ſ. fieri [Hre] Intelligere. [Corrupturū] Perditurū. [Habuꝰ Iud.] quia nō potuit obtinere, vt Iug. loqueret Bomilcari ꝓximo familiari ſibi [Sin id].ſ. occulte. [Quouis] et apte. [Niti] laborare. [Vadib.] fideiuſſoribus. [Emptorē] potētiſſimū principē q corrūpat hoīes.

FVERE qui auro corrupti, elephātes Iug. traderēt] Manuſcriptū, Elephātos. Nota eſt varietas inflexionis in hoc noīe. vt quod modo p tertiā, modo p ſecundā declinet. Cic. in Cat. maiore, nec adoleſcēs vires tauri aut elephātis deſiderabā. Idem alibi, Elephanto beluarū nulla prudētior. Mox. [Tāta vis euaſit ię in aīos eorū, veluti tabes inuaſ.] Sic & codex in ꝑgamenis deſcriptus. In vetuſtis nōnullis omiſſa prępoſitione legitur, aīos eorum inuaſerat, quomodo & in caril. Tāta vis morbi, atq; vti tabes pleroſque

roſq; ciuium alos imaſerat. Sed utrinque recte relatiue dr, & utroq; modo Cic. loquitur. Nam in Off. P. leccius inquit, negat ullam peſtem maiorem in uitam hoīum inuaſiſſe] Idem in epiſt. Minus furor inuaſit improbos. [Quanq̃ regi infeſta plebs erat] In uetuſtis pleriſq; plebes idq; cū antiquius eſt, tum Sal. magis. Mox. [Pars niſi ſocios ſceleris ſui aperiret] In uetuſtis, ni ſocios ſceleris aperiret. ꝓ, ni conſcios & participes ſceleris indigaret. [Ex cōcione diſceſſit] Fabricianum diſcedit, tpe preſentis. [Erat ea tempeſtate Rom. quidā noīe Maſſiua] Manuſcripta, Numida quidā &c. nec ſecus in impreſſis uetuſtioribus [Hinc Spurius Albinus, is qui proximo anno &c.] Sic codex in pgamenis deſcriptus. In recētioribus ꝓnomē Is deeſt. [Ipſi prouincia Numidia, Minutio Macedonia euenerat] Sic & manuſcripta, in q̃bus tñ eſt obuenerat. quō Cic. Simul atq; ei ſorte ꝓuincia obuenit. Idem Verri ſorte prouincia obuenit. Viiẽ & verbo obtingere nōnūq̃ hūc modū. velut ab Attico, Aſiā Quinto ſuauiſſimo fratri obtigiſſe Audiſti. Idē in Var. Cū ſibi aquaria, ꝓuincia ſorte obtigiſſet. Exēplar Badianū euenerat. Superius tñ Sal. Scipioni Italia obuenit, inq; Liu. quidē Verbo Euenire pleriſq; utit, velut iii. ab V.C. Cui ea ꝓuincia euenerāt, & 4. Cui ea ꝓuincia ſorte euenit neq; uſq̃ fere aliter Liuius. In vij. tñ ſemel qd ſciā, Ea, inquit, ꝓuincia Cn. Mālio obuenit, ꝓ quo obtigit alibi dixit. [Illumq; obtrūcat] Manuſcripta cōſētiēte Beroaldino, illū obtrūcat omiſſa coniūctione Que [Fit reus magis ex equo & bono, q̃ ex iure gētiū Bomilcar] Manuſcripta cōſētiēte Beroaldino, magis ex equo bonoq;. Porrò quid iuſgētiū, quid equū & bonū, de eo ꝓlixe Budæus in annotationibus in Pādectas. Ideo aūt Bomilcarem Sal. magis ex æquo bonoq;. reū fieri, quā ex iuregētiū ait, ꝙ cum comes eſſet eius qui Rom. fide pub. uenerat, tutū eſſe eū ab omni iniuria par erat. Sed itetum rec lamabat æquitas, ut qui caſta cæde fidē ipſe pub. violaſſet, nō de homicidio reus fieret. Niſi cōtra qs hūc eſſe ſenſū velit, Bomilcarē q̃uis ob reſciſſā ab ſe paratam cæde pub. fidē nullo mō foret ad cāæ dictionē amittēdus, tñ clemētia quadā P. R. hoc eſt, ex equo bonoq;. magis, q̃ iureſūmo reū factū eſſe, cū potuit fuiſſet. Idcirco cū mox ad ſupplicū rapiēdus fr dē publicā dat, ꝓ eo poſuit, qd uulgo ſaluū cōductū uocāt. Inde apud Cic. poſtulare fidē publicā, gleyia begerē. & fidē alicui publicā dare, gleyt zu ſagen, qd Sal. interponere fidem publicā ſupra dixit. Paulò poſt, cū in Numidiā Bomilcarē demittit. [Legēdū dimittit, ita ut & codices in pgamis deſcripti, & impreſſi ferē habēt. Nec aliter ſenſus poſtulat. Mox. [Veritus ne reliquos populares metus inuaderet paterdā ſibi] Fabricianū exemplar, popularem. qua terminatione antiquitas uti amat. [Et ipſe paucis diebus, ꝓfectus eſt.] In manuſcripto quodā eſt, paucis poſt diebus.

QVO ſe P. R. dediſſet] Soldus exponit, ut ſe p. R. daret, ac ab eo veniam peteret, quaſi Iugur. non antea iam ſe dediſſet. Qua re rectius Badius Quoniam, pro quo legiſſe vr, hoc ſenſu, Quoniam ſe P. R. dediſſet. Porr. & Quando legi pro Quo. [Poſtremo cōfirmare fidē pub. per ſeſe inuiolatam fore. Vide nū neceſſe ſit geminare verbum Seſe. Si Mēmium refert, vt Soldus expoſuit non vi geminandū, ſin remp. vt Badius affert, fortaſſis videbitur, ꝙ oēs codices illa hñt. [Terrebat eum clamore militiq; ſæpe īpetu] Badius, Eum, putat exponendum Iugur. non Bebium quia eloqui diceret, terrebat. Bebiū, ut ſit tñ īpudentia eius. Sed errat, deceptus malo exēplari quod Bebij habebat ante impudētia. Nā quō rex loqueretur dedeius, cum tribunus Pop. Rom. magiſtratus prohibebat. Aut quare rex tribunum corruperat, ſi is nihil ꝓ eo facere noluiſſet. Deniq; quorſum attinebat Bebium imperare, ſi regi licebat cōtra Bebij iuſſum loqui? Clamabat igr. non in rege. At ille qua fuit impudentia, nauci fecit, tanta uis pecuniæ erat. [Erat ea tēpeſtate Romæ Numida, quidā] Numida verbū omittit Aldinus codex, qd alij oēs habent, nec ego omittendum puto.] Sed ipſe deprehenſus multis hortantibus] Vide ut acceperit illud Hortantibus, certe pro Iubentibus ac cogentibus. Verū id puſillū. Quod continuo ſequitur, ingentē habet difficultatem cū inquit, Fit reus magis ex æquo & bono, q̃ ex iure gentium Bomilcar comes eius, qui Romā fide pub. uenerat. Commentatores exponunt iurgentium eſſe, pp fidem publicam datā ut Iugur. cum ſuis uiolaretur, ergo eum puniri nō debere, ſed in locū ſuum reuerteretur, ac deinde iuri ſiſteretur. Quæ expoſitio mihi proſus diſplicet. Puto. n. auctorem hoc dicere uelle qñ Bomilcar cōtra iuſgentiū peccauerat, & fidē publicam facto irritā fecerat, quippe qui per fugā occiderat, & proſus hoſtilia fecerat tñ clementia ac benignitate Rom ex æquo & bono hoc eſt, equitatis cōſuetudine magis ſit reus q̃ iuregentiū, qui iam iudicatus erat ꝙ regē haud latuit. Ideoq; cum in Numidiā remiſit, ne iudicio damnatus occideretur, Regno hoc magis q̃ uadibus conſulens rex Vades aūt à regno pro Bomilcare datos intelligendū, qd poſtea auctor, vbi Metellus Bomilcatem de regis proditione ſolicitat, fatetur his verbis: Igitur Bomilcarem, qui Romæ cum Iug. fuerat, & inde uadibus datis de Maſſiuæ nece clā iudiciū fugerat, qd ei per maximā amicitiam maxima copia fallendi erat, multis pollicitationibus aggreditur. Quę ideo adduximus, ꝙ hic non ſatis liquet quid referat illud Qui. cum inquit: Qui Ro fide pub uenerat. Iugurtham ne an Bomilcarem. Badius ad Iugurthā refert, Verum propter quid ea verba poſuerit auctor, aut quo referantur, id vero haud ſatis conſtat, niſi intelligamus & Bomilcarē fuiſſe in fide pub. quam in facto hoſtili, vt dictum eſt uiolauerat. Nec. n. minus quibus datur, q̃ qui dant, eam irritam facere pñt, quod etiamnum noſtra ętate ſeruatur. Verum ne hoc quidē ſatis perſpicuū, vades ne Numidæ fuerint, an Ro. Ex amicis, inquit. I. uades dederat. Deīn illud obſcuriſſimum eſt quod ait, Igitur q̃q̃ in priore actione ex amicis, &c. Nam ſi de Mēmij actione qua Iugurtham in iudiciū traxit, intelligit, quid ad Bomilcarē, ꝓ quo, nō pro Iugurtha, uades dati ſunt, ea attinet? Totus igitur hic locus cum iudicio legendus, quo ego me nondum explico.

HÆC atq; alia] Recenſet, quid ea oīone perſuaſerit Memmius po. uidelicet ut L. Caſſius Prætor ad Iugur. mitteretur, & qño eum Romam perduxit, & rurſus qño Italia decedere ob nouum facinus iuſſus ſit, ut ſub ordine aperiemus. Is aūt talis eſt. Mēmius in dicendo. i. dū iudicaret ſæpe hæc. ſ. pmiſſa atq; alia huiuſcemodi, perſuadet po. ut. ſ. Caſſius uir ſeuerus & multæ auctoritatis q̃ tum. i. tūc Prætor erat, mitteret ad Iugur. & duceret eum Ro. fide publica interpoſita. i. promittens ei noie totius po. Ro. ſi uerum diceret, ꝙ indemnis rediret. Quod. i. ideo ut delicta Scauri & reliquorū quos pecuniæ captæ. i. acceptæ à rege, arceſſebant. ſ. accuſabāt, ac cōſtringebant in cōſcientia (quia vero arceſſo & acceſſo, quod eſt uoco ītm Vallam indifferenter dicuntur. ſuos qui ſic intelligit, ut pecuniæ captæ. i. in Marſupijs aut Zonis ligatæ arceſſebant, i. compellant eos ad iudiciū, ſed id argumentū ut ſtylo hiſtorico quadret) pateficeret iudicio. i. per iudicium & relationē regis. ſ. Iugurthæ. Dum hæc geruntur Ro. illi ꝙ relicti in Numidia à Beſtia. ſ. conſule, pręerant exercitui, ſecuti morem Imperatoris ſui, uidelicet cōſulis fecere plurima & flagitioſiſſima. i. peſſima facinora, quia fuere, qui corrupti auro traderent Iugurthæ elephātes, quos p ſimulatā deditionē Quæſtori dederat, alij ſup. fuerūt q uenderēt perfugas. i. qui defecerant à Numidis ad Romanos, & pars. i. partim, agebant prædas ex pacatis. i. ex his q pacem cum P. R. habebant, tāta. i. tam uehemēs, uis. i. potētia auaritiæ inuaſerat, ueluti tabes. i. cōfectio quædā contagioſa ex corrupto ſanguine inuadens, & ad oſſa uſq; aīam peredens, aīos eorum. ſ. in exercitu derelictorum. At Caſſius. ſ. prætor rogatione facta ſup. à Caio Mēmio, qua rogauerat an mittere placeat Caſſium ad Iugurtham, perlata. i. plebiſcito approbata, ac omni nobilitate perculſa. i. attonita propter furorem plebis ꝗ uoto portatur, proficiſcitur ad Iugut. & perſuadet ei timido & diffidēti rebus ſuis, ex conſcientia ſ. ſcelerum: qñ dediſſet. i. in poteſtatem dediſſet ſe P. R. ne mallet experiri uim. i. uiolentiam quā miſericordiam. Præterea interponit priuatim. i. ex propria auctoritate, fidem. ſuam. i. propriam, quam. ſ. Iugur. ducebat. i. exiſtimabat nō minoris q̃ publicam. ſ. fidem. i. tanti quāti publicam; (Scimus enim pluris, minoris, tanti, & quanti cum eorum compoſitis ſine ſubſtātiuis in genitiuo regi à uerbis pretij & æſtimationis, cū cetera in ablatiuo regātur) talis fama erat ea tempeſtate de Caſſio ut. ſ. fides ei maxima haberetur. Igitur Iugur hic perſuaſus uenit cum Caſſio Ro. cultu. i. amictu, q̃ maxime. ſ. ſummo. i. ꝑte miſerabili cōtra decus regiū. Ac tametſi magna uis animi, i. ſumma animoſitas erat in ipſo, cōfirmato ab oībus. ſ. corrupti auro, quorum potētia aut ſcelere geſſerat ea cuncta quæ diximus ſupra. Quidā legūt cōfirmatus, ut ſit ordo, tñ confirmatur ab oībus &c. ſed nō procedit, nō. n. quia cōfirmatus erat Bebiū parat, ſed ꝙ in eo uis animi erat, tñ parat C. Bebiū trib. pl. magna mercede. i. pmio cōſtituto, cuius. ſ. Bebij impudentia, i. impudēti cupiditate, ipſe foret munitus cōtra ius; ſiquis iuſte ꝓcederet, & cōtra iniurias: ſiqs contra ius pcipue gentiū graſſari uelit. At C. Mēmius concione aduocata, q̃q̃ plebs erat infeſta aut infenſa regi. ſ. Iugurthæ, & pars iuberet eum duci in uincula, pars uero iuberet ſup. ſumi de hoſte. ſ. Iugur. more maiorū. i. ſicut priſci Rom. ſolebāt, ni. i. niſi aperiret. i. manifeſtare uellet, & Idicare ſocios ſceleris, i. quorum auxilio fretus ea ſcelera ppetrauerat, tñ ſup. cōſulēs magis dignitati q̃ iræ, indignū. n. fuiſſet interfici ſub fide pub. ſupplicium ſumere de eo q ſponte ſua uenerat. ſedare. i. ſedabat motus, & molliſe, i. molliſicabat aios eorū. i. plebeiorum, & cōfirmare. i. cōfirmabat poſtremo fidē pub. fore inuiolatā per ſeſe, Poſt. i. deinde ubi rex

pit]

pit.i.obtinuit à po.ſilentium,facit verbu.i. loqui incipit ; & hoc Iugur. producto .i. in conſpectum concionis adducto, & memorat facinora eius Rom.i.quæ fecerat Romæ,vbi Maſſinæ necem iuſſerat.& facinora Numidiæ.i.quæ in Numidia fecerat interfectis duobus filijs Micipſæ & multis innocentibus,& oſtendit ſcelera eius in patrem.ſ.adoptiuum Micipſam,& fratres.ſ per adoptionem quos occiderat, Hiempſalem & Adherbalem,& ſup dicit, quòd quanquam P. R. intelligit quibus iuuantibus,& quibus miniſtris ipſe egerit ea.ſ.ſcelera,tamen ſe velle habere magis manifeſte ex illo.i.per illius indicium,& ſup.dicit,ſi aperiat verum, id eſt veritatem,magnum ſpem.ſ euadendi eſſe ſitam .i. poſitam, illi.ſ.Iugurthæ,in fide P.R.qua illum venire fecit, & clementia, ad quam propriu confeſſio plurimum facit , quod Chriſtiano quoque animaduertendum eſt Sin.i.ſed ſi reticeat.ſ.verum, ſup. dicit ipſum non fore.i.futurum eſſe ſocijs ſaluti.i.ad ſalutem , & ipſum corrupturum ſeſe.i. ſeipſum & ſuas opes. Deinde vbi , id eſt poſtquam Mēmius fecit finem dicendi, & Iugur.eſt iuſſus reſpondere, C. Bebius, quem diximus ſupra corruptum pecunia , ſcilicet Iugur.iubet regem.ſ.Iugurtham tacere, ac tametſi multitudo.ſ pop. quæ aderat in concione accenſu .ſ. ira vehementer , terrebat eum .ſ. Iugur. [potius quàm Bebium, quia aliter diceret terrebat Bebium vicit tamen impudentia eius] clamore,hoc eſt inclamando contra eum niſi loqueretur,& vultu.ſ.minaci parato ad vltionem præſentem,& ſæpe impetu .i. accedendo impetuoſæ ad eum atque omnibus alijs ſ.factis & ſignis,quę ira amat fieri,tamen impudentia Bebij vicit , hoc eſt obtinuit vt nihil reſponderet, & ita populus habitus ludibrio diſceſſit ex concione . Ex quo facto,animi augeſcunt.i.inflantur,Iugurthæ & Beſtię .ſ. Calpurnij,qui Conſul fuerat miſſus cum Scauro in Numidiam , & ceteris quos illa quęſtio i.inquiſitio exagitabat.ſ.metu. [Erat ea tempeſtate Romæ,&c.] Cōmemorat quomodo nouo facinore Iugurtha diſcedere coactus ſit innouatu belli cauſa dicens , Quidam Numidia .i. ex regno Numidiæ nomine Maſſiua filius Guluſſæ qui fuerat vnus ex tribus filijs Maſinilæ,vt prius dictū eſt, & ita nepos Maſiniſſæ, quia filius filij eius erat, eo tempore quo ſuperius dicta,fierent Romæ,qui ſup. quia in diſſenſione regum.ſ.Iugurthę & Adherbalis,ipſe fuerat aduerſus.i.aduerſarius aut contrarius Iugurthæ,abierat profugus ex Africa, recipiens , ſcilicet ſe Romam,& hoc Cirtha dedita.ſ.Iugurthæ,& Adherbale interfecto ab eodem , cum omnibus puberibus armatis vt viſum eſt . Spurius Albinus qui gerebat anno proximo poſt Beſtiam.i.poſt conſulatum Beſtiæ,conſulatum cum Quinto Minutio Rufo,per ſuadet huic.ſ.Numidæ nomine Maſſiuæ, quoniam ſit.i.eo quòd eſſet de ſtirpe.i.progenie in directa linea quaſi directo ſtirpe,Maſiniſſę,&.ſ.regis,ſup.vt vigeat Iugurtham,inuidia, id eſt odio,cum metu.i.& ſimul metu, [Vbi cum.notat comitem inſtrumēti veluti ſi quis dicat, percutiam te dextra cum ſiniſtra , pro eo quòd, eſt vtraque manu] & ſup. petat à ſenatu regnū Numidiæ,hoc autem conſuluit Albinus, quia ipſe cōſul.ſ. Albinus , auidus.i. cupidus belli gerundi .i. gerendi,malebat omnia moueri.i.cōmoueri,& perturbari,quàm ſeneſcere.i. more ſeneſcentiū torpere,frigere & in deſuetudinem ire . Numidia prouincia obuenit.i.ſorte venit curanda,ipſi ſ.Albino,& Macedonia obuenit Minutio,alteri conſuli. Quæ ſ. dicta de petendo regno; poſtquā Maſſiua cœpit agitare,neque ſatis pręſidij.i.protectionis, & patrocinij,eſt Iugurthæ in amicis,quos auro, & alijs donis comparauerat, vt prius viſum eſt,quia conſcientia.ſ. ſcelerum impediebat aliquos eorum .ſ. amicorum Iugurthæ , quominus audacter eius cauſam defenderent,& mala fama & timor.ſ.à trib.pl.impediebat alium.i alios amicos eius , ipſe Iugurtha imperat Bomilcari proximo.ſ.præſidio,& maxime fido, vt paret.i.inſtruat Maſſiuæ inſidiatores.pręcio.ſ.dato aut conſtituto,ſicuti confecerat , id eſt iam peregerat multa , videlicet ne mitteretur exercitus in Numidiam, vt decretum non fieret contra Iugurtham, vt in diuiſione regni potior pars Iugurthæ cederet, & ſimilia, ac ſup. imperat,vt occulte.ſ.paret inſidias Maſſiuæ paratas,maxime.i.maximopere,ſin.i.ſed ſi,id.ſ.occultas agitare inſidias, procedat parum.i.non ſatis ſuccedat ad votum.ſ.ad necem Maſſiuæ peragēdam, vt ſupp.interficiat Numidam.ſ.Maſſiuam quouis modo .i. quomodocunque poſſet,ſiue clam ſiue palam. Bomilcar exequitur.i.perficit mature.i.properanter , quia periculum erat in mora, (ſi enim regnum illi addictum fuiſſet,amiſiſſet Iugurtha fautores ſuos & ille nouos facile inueniſſet,] & explorat. indagat & inquirit inſidioſe , per homines artifices talis negocij .i. callidos ac perfidos inſidiatores,itinera.i.deambulationes & egreſſus eius.ſ.Maſſiuæ,& poſtremo loca.ſ.in quæ egredi ſolebat,& tempora.ſ.quibus egredi ſolebat,deinde tetendit inſidias, vbi.i. poſt-

quam res.ſ.opportunitas,aut occaſio, poſtulabat .i.exigebat tale negocium debere fieri , non quidem poſtulatione iuſta aut debita ſimpliciter,ſed conditionata, ſi videlicet vellet rem tuſe perpetrare. vnde cum nullum tempus ſit debitum aut conueniens maleficio,dicere tamen ſolemus hora debita aut conuenienti factū homicidium ſi in ea factum ſit,in qua cōmodiſſime & cum minimo periculo cōmittentis fieri potuit . Rei igitur.ſ.Bomil. poſtulabat inſidias Maſſiuæ tendere. Igitur , quia inſidias feſtinanter tetenderat , vnus ex eo numero qui erant parati ad cædem.ſ. patrandam aggreditur Maſſiuam paulo.i. aliquanto inconſultius , id eſt imprudentius quam debebat.aut facere poterat,& obtruncat illum.ſ.Maſſiuam,ſed ipſe deprehenſus ſ.paulo poſt factum, aut in ipſo facto, & ita patet quod inconſultius fecerat,quia non proſpexerat ſibi de fuga,profitetur.i. palam fatetur ſe facturum indicium.i.reuelationem eorum,quorum conſilio aut iuſſu id fecerat,& hoc multis hortantibus ſup. eum, & in primis.i. præcipue Albino conſule . Bomilcar comes .i. ſocius itineris,inferior tamen. eius .ſ. Iugurthæ,qui venerat Romam fide publica.ſ.interpoſita,quod liceret ei impune cum ſuis redire, fit reus .i. permittitur accuſari in iudicio;magis ex ęquo & bono.i. quia ęquū & bonum viſum eſt, hoc eſt in foro conſcientiæ viſum eſt iuſtū. vt qui innocenti mortem inferendam curauerit,licet ſub fide publica venerit,mortem morte luat (eam tamen non lure veſtatum diceretur,quàm ea iure gentium, quia ius gentium vult vt oratoribus,caduceatoribus,& fide publica interpoſita venientibus liceat ſine damno redire) Vnde auctore Liu.lib. 5.ab vrbe cōdita, cum Q.Fabius ducem Gallorum in legatione contra ius gentium occidiſſet,Galli Senones in ipſum non animaduerterunt, ſed iniuriam ab Senatu expoſtulauerunt , quàm quia ſenatus neglexit paulò poſt vrbs capta ab ijſdem eſt , occiſis potiſſimum ſenioribus. At .i. ſed Iugurtha manifeſtus .i. manifeſte reus tanti ſceleris.ſ.noui parricidij in ciuitate aliena, vbi ſui purgandi gratia ſe ſummiſſum ſimulauerat, prius omiſit uti contra verum.i nō prius ceſſauit inficias ire,& negare ſe cōſcium facti,quàm animaduertit.i.conſiderauit & intellexit, inuidiam i. odium facti eſſe ſupra gratiam.i.fauórem atque pecuniam ſuam.i. plus poſſe inuidiam ad ſui condēmnationem . quàm gratiam & pecuniam ad purgationem . Hoc enim intellecto fugam parauit . Igitur quod amplius obniti non potuit, quanquam ipſe Iugur. dederat in priori actione.i diſceptatione in iudicio, vbi à Mēmio conuentus erat, is defenderet ; conſtat enim actio ex petitione ſeu accuſatione actoris.i. eius qui in ius vocauit , & ex infitiatione ſeu defenſione rei i.eius qui in ius vocatus eſt etiam ſi non ſit culpabilis inueniendus . Quia non omnis reus culpabilis eſt, ſed omnis cuius res agitur niſi ſe defendat . Quia vero dicit in priore actione uidetur tota controuerſia duabus actionibus abſoluenda, aliter enim dixiſſet in prima, ſi videlicet plures quàm duæ fuiſſent actiones ordinariæ. In primi, actione dabantur libelli , & optio ipſi reo,an partes ſuas defendere vellet;quòd ſi ſic,& pœnu capitis agebatur aut detinebatur aut vades dabat . Vas enim eſt dictus qui pro alio ſpondet in iudicio,vt illi vadere .i. abire vſque ad conſtitutum diem liceat quo ſi non comparuerit , ipſe illius periculum ſubeat . In poſteriore actione quæ interdum multorum fuit dierum lite conteſtata atque initiata de iuro partium diſceptabatur.In priori itaque actione quanquam Iugurtha dederat ex amicis quos Romæ comparauerat , quinquaginta vades, tamen ſup.ipſe conſulens magis regno .i. cōſeruationi regni ſui quàm vadibus i.ſaluti amicorum, qui ſe vades pro ipſe aſtrinxerant, dimittit .i. ū ſe mittit clam.i.occulte neſcientibus vadibus & trib.pl. Bomilcarem amicum ſuum,reum conſtitutum,in Numidiam, veritus.i.timens ne metus,i.formido parendi ſibi, inuaderet reliquos populares .i. fautores,vel ſi de populo ſit, ꝙ unum pro animum prius dixit ad locum nō ad ſanguinem reſpicit,ſi ſupplicium foret ſumptum de illo ſ. Bomilcare . Et ipſe Iugurtha profectus eſt paucis diebus.ſ. poſt Bomilcare aufugium, iuſſus à ſenatu decedere Italia. Sed poſtquam egreſſus eſt Roma fertur reſpiciens.ſ.Romam. ſæpe tacitus,dixiſſe poſtremo .i. prorupiſſe in hæc verba,Vrbem ſup.eſſe venalem,& perituram mature,i.cito ſi inuenerit emptorem.

INTERIM Albinus renouato bello, cōmeatum, ſtipendium,aliaque, quæ militibus uſui forēt, maturat in Africam portare,ac ſtatim ipſe profectus eſt;uti ante comitia,quod tēpus haud longe aberat,armis aut deditione,aut quouis modo bellum cōficeret.At contra

tra Iugurtha trahere omnia:& alias,deinde alias morę cauſas facere : polliceri deditionem,ac deinde metum ſimulare,inſtanti cedere, & paulò poſt, ne ſui diffiderent,inſtare. ita belli modo, modo pacis mora conſulem ludificare. Ac fuere qui tum Albinum haud ignarum conſilij regis exiſtimarẽt, neq; ex tanta properantia tam facile tractum bellum,ſocordia magis, quàm dolo crederent.Sed poſtquam dilapſo tempore,comitiorum dies aduẽtabat; Albinus,Aulo fratre in caſtris pro prætore relicto, Romam deceſſit . Ea tempeſtate Romæ ſeditionibus Tribunitijs atrociter reſp.agitabatur.P.Lucullus,& L.Annius trib pl.reſiſtentibus collegijs,continuare magiſtratum nitebatur, quæ diſſenſio totius anni comitia impediebat. Ea mora in ſpem adductus Aulus,quẽ pro prætore in caſtris relictum ſupra diximus,aut cõficiendi belli,aut terrore exercitus ab rege pecuniæ capiundæ, milites menſe Ianuario ex tabernaculis in expeditionẽ euocat : magniſq; itineribus hyeme aſpera peruenit ad oppidum Suthul ; vbi regis theſauri erant. Quod,quanquã & ſęuitia temporis,& opportunitate loci,neq; capi, neq; obſideri poterat:nã circum morum ſitum in prærupti monti, extremo,planities limoſa hyemalibus aqois paludem fecerat, tñ aut ſimulandi gratia, quo regi formidinẽ adderet;aut cupidine cæcus ob theſauros oppidi potiundi,vineas agere: aggerem iacere:aliaq; quæ cępto vſui forent,properare.At Iugurtha cognita vanitate, atque imperitia legati,ſubdole eius angere amentiam,miſſitare ſupplicantes legatos,ipſe quaſi vitabundus per ſaltuoſa loca & tramites exercitum ductare, deniq; Aulum ſpe pactionis pepulit,vti relicto Suthule,in abditas regiones,ſeſe veluti cedentem inſequeretur;ita delicta occultiora fore.Interea per hoĩes callidos,die,noctuq; exercitum tentabat:cẽturiones,duceſq; turmarum partim vti transfugerent,corrumpere : alij,ſigno dato,locum vti deſererent,Quę poſtquã ex ſnĩa inſtruxit, intẽpeſta nocte de improuiſo cũ multitudine Numidarum Auli caſtra circũuenit.Milites Romani perpulſi tumultu inſolito , arma capere : alij ſeſe abdere, pars territos confirmare:trepidare, oĩbus locis vis magna hoſtium cęlum nocte, atq; nobibus obſcuratum, periculũ anceps,poſtremo fugere,an manere,tutius foret,in incerto erat.Sed ex eo numero,quos paulò ante corruptos diximus , cohors vna Ligurum cum duab. turmis Thracũ, & paucis gregariis militibus tranſiere ad regẽ,& centurio primipili tertiæ legionis per munitionẽ,quam vti defenderet,acceperat,locnm hoſtibus introeundi dedit. Ea Numidiæ cuncti irrupere, noſtri fuga fœda,pleriq; abiectis armis,proximũ collẽ occupauere,nox atq; p̃da caſtrorum hoſtes,quo minus victoria vterentur,remorata ſunt. Deinde,Iugurtha poſtero die cũ Aulo in colloquio verba facit,tametſi ipſum cũ exercitu famæ & ferro clauſum tenet,tñ ſe humanarũ rerũ memorem,ſi ſecũ fœdus faceret,incolumes oẽs ſub iugum miſſurum, p̃terea vti diebus decẽ Numidia decederet . Quæ quanquã grauia, & flagitii plena erant, tñ quia mortis meto multabantur , ſicuti regi libuerat, pax cõuenit. Sed vbi ea Romæ cõperta ſunt, metus atq; mœror ciuitatẽ inuaſere, pars dolere ꝓ gloria imperii, pars inſolita rerũ bellicarum timere libertati.Aulo oẽs infeſti,ac maxime qui bello ſæpe p̃clari fuerãt,ꝙ armatus dedecore potius, q̃ manu ſalutẽ q̃ſierit,Ob ea cõſul Albinus ex delicto fratris,inuidiã,ac demũ periculũ timens, ſenatũ de fędere cõſulebat, & iñ interim exercitui ſupplemẽtũ ſcribere,ab ſocijs,& noie Latino auxilia accerſere,deniq; oĩbus modis feſtinare.ſenatos ita vti par fuerat, decernit,ſuo atque populi iniuſſu nullũ potuiſſe fœdus fieri. Conſol ĩpeditus à trib.pl.ne,quas parauerat copias, ſecũ portaret,paucis dieb.in Africã ꝓficiſcit᷑. Nã oĩs exercitus vti cõoenerat,Numidia deductus in ꝓuincia hyemabat.Poſtquã eo venit,q̃q̃ perſequi Iugurthã,& mederi fraternæ inuidiæ aĩo ardebat, cognitis militib.quos præter fugã ſoluto imperio,licentia atq; laſciuia corruperat,& copia rerũ,ſtatuit nihil ſibi agitandũ . Interea Romæ * Brachus Mamillus Limetanus trib.pl. rogationẽ ad populũ promulgat,vti quæreret᷑ in eos, quorũ conſilio Iugurtha ſenatus decreta neglexiſſet,quiq; ab eo in legationibus , aut imperiis pecunias accepiſſent,qui elephantos,quiq; perfugas tradidiſſent, itẽq; qui de pace aut bello cũ hoſtibus pactiones feciſſent.

* C. Mamillus Limetanus.

INe.rim Albinus]Nnnc narrare incipit quod fecerit Albinus conſul poſtq̃ Iugurtha Roma egreſſus in Numidiã redijt. Dicit ergo Albinum conſulem cum Iugurtha bellum renouaſſe, atq; ex Italia in Africam & cõmeatum & ſtipendium, &c. quæ militib.ſunt neceſſaria portaſſe.[Cõmeatum] Quæ nunc vulgo victualia vocant.[Renouato bello].ſ.contra Iugurthã. [Stipendiũ]Præmium militare.[Aliaq;] Veluti arma, veſtes.[Vſui].i.ad vſum,ad utilitatẽ. [Maturat].i.accelerat,feſtinat. [Ipſe] ſ.Albinus cõſul.[Profectus eſt].ſ.in Africam,nã Numidia,in qua bellũ gerebatur,pars eſt Africæ,ut dictum eſt. Ordo eſt. Ac ipſe ſtatim eſt profectus,vti prout conficeret bellũ, aut armis,aut deditione, aut quouis modo ante comitia, quod tempus haud longe aberat. Dicit Albinũ cito in Africã eſſe profectũ,quia bellũ renouatũ cũ Iugurtha cito finire cupiebat, ut poſſet ad Romã redire ad comitia,quæ nõ longe aberant . [Comitia] Tria ſigñat, comitia dr̃ tempus ipſum, in quo populas cõuocatur ad creãdos magiſtratus. Dicitur ẽt pop. ipſe conuocatus ad hoc, videlicet ad magiſtratus declarãdos. Comitia ẽt electiones ipſæ à pop. factæ dñr. hoc loco comitia ip̃s ſignificat,unde ſequitur. [Quod tempus haud lõge aberat.[Armis]Bello. [Deditione] Aut Iugurtha ſe dederet [Conficeret.i.finiret [At contra]Cõſul cupiebat bellũ finire, ſed Iugurtha ecõtrario bellum trahebat.[Trahere]Pro trahebat.i. ꝓlõgabat.[Facere]Pro faciebat. [Polliceri]Pro pollicebatur.[Metũ ſimulare]Simulabat ſe timere.[Cedere inſtãti] Rebus p̄ntibus cedebat,ne videlicet cũ cõſule pugnaret, & quãuis hoc faceret,tñ ſuos hortabatur,ne diffidant. [Ne ſui diffiderent].i.inſtabat ne ſui hoĩes diffiderent, & deſperarẽt. [Ita belli modo].i.aliqñ.[Modo].i.aliqñ,mora pacis, aliqñ per morã belli,conſulẽ ludificabat & decipiebat.[Pacis mora]Quia ſimulabat,ſe uelle facere pacẽ, p deditionẽ. [Ludificare] .i.decipiebat. [Fauere].ſ.aliquid. [Haud ignarum].i.inſciũ.Aliqui fuerũt,qui exiſtimarẽt Albinũ ĩtellexiſſe cõſiliũ regis, neq; neglıgẽtia magis q̃ dolo bellũ traxiſſe. [Tanta properãtia].i feſtinatione, nã ſupra dicit illũ feſtinaſſe,ut bellũ finiret añ comitia.[Socordia] .i.neglıgẽtia. [Neq; ex tanta properantia]Et fuerunt,qui credebant bellum tã facile tractũ.ſ.fuiſſe,neq; ꝓ nõ,magis ſocordia, q̃ dolo.i.aliqui fuerunt qui crederent bellũ ab Albino eſſe ꝓlongatũ magis dolo q̃ negligentia, cuius rei indicium, & cõiectura erat.quia à principio tãtopere feſtinabat, & tã facile poſtea illa feſtinatio ceſſauit.[Sed poſtq̃]Cũ,inquit,ipſe dies comitiorum appropinquaret, Albinus conſul fratrem ſuũ Aulũ in caſtris,reliquit,in loco p̃toris,& ipſe Romã reuerſus eſt, vt comitijs intereſſet. [Dilapſo tp̃e] .i.elapſo tp̃e. [Aduentabat].i.appropinquabat. [Pro prætore].i.in loco prætoris, hoc eſt cũ officio prætoris.Prætor aũt ſex faſces habebat,conſul vero duodecim.[Ea tẽpeſtate]Eo tp̃e inquit,reſp.vexabatur per ſeditionẽ trib.pl. [Seditionibus].i.diſcordijs. P.Lucullus,& L.Annius trib.pl.nitebantur continuare magiſtratũ,collegis reſiſtentibus, quia volebant, vt ſequenti anno reficerent᷑ tribuni,collegæ aũt eorũ nolebant, & reſiſtebãt.[Collegis] Videlicet alijs trib.pl.magiſtratus à pop. creari non poterant.[Ea mora] Ordo eſt.Aulus, quẽ ſupra diximus eſſe relictum in caſtris pro prætore,adductus in ſpẽ ea mora.i: pp eam moram , euocat milites ex tabernaculis in expeditione menſe Ianuario, aut cauſa conficiendi belli , aut cauſa ca-

piundæ pecuniæ à rege, terrore exercitus .i. pp terrorem exercitus. Aulus frater Albini cõſulis, relictus, vt præeſſet exercitui, cũ videret ſibi tp̃s dari ad bellum gerendum, quia ſucceſſor creari non poterat, pp moram comitiorum, quæ à tribunis impediebãtur, exercitum in expeditionem eduxit, ſeu ſperans bellum finire poſſe anteq̃ ſucceſſor mitteretur, ſeu vt terrore Iugurtham induceret, vt ſibi pecunias daret. [Ea mora].i. pp eam morã. [In ſpẽ adductus] Aulus. qui ſperabat pp eam morã, ſe poſſe bellum finire anteq̃ ſucceſſor crearetur in locum Albini fratris ſui, qui annum ſuũ expleuerat. [Conficiendi].i. finiendi. [Terrore exercitus] Nam Aulus credebat, ſe poſſe terrere Iugurtham, ſi exercitum in prælium educeret, atque eo terrore Iugurtham induceret, vt pecunias ſibi daret. [Ex tabernaculis].i. ex tẽtorijs. [In expeditionem].i. in bellum. [Euocat].i. educit. [Magnis itineribus] Quia ſingulis diebus magna itinera conficiebat. Hyeme aſpera] Vtpote menſe Ianuario. [Quod] Oppidum. Ordo eſt, Tamẽ Aulus frater Albini agere pro agebat vineas, & iacere pro iacebat aggerem, & præparabat alia, quę forent vſui in cępto, & hoc faciebat, aut gratia ſimulandi. quo. i. vt adderet formidinem regi, aut cæcus cupidine potiundi oppidi ob theſauros, q̃q̃ illud. i. illud oppidum, neque poterat capi, neque poterat obſideri, & ſęuitia tp̃is, & in opportunitate loci; nam, pro quia planities limoſa fecerat paludem hyemalibus aquis circa murum ſitum in extremo prærupti montis. Senſus eſt. Aulus aggreſſus eſt oppugnare hoc oppidum Suthul, licet inexpugnabile eſſet, & pp naturam loci, & propter ſæuitiam temporis, ſed hoc fecit, vt vel regem terreret, vel quia cupiebat capere hoc oppidum pp theſauros regis qui ibi erant. [Sæuitia temporis] Quia erat hyema aſpera. [Sæuitia].i. aſperitate [In opportunitate] Quia oppidum erat in monte altiſſimo, muro munitum, & circa murum atque pluuiales paludem fecerant in planitie limoſa. [Nam circum] Declarat quare dicit in opportunitate loci oppidũ capi non poſſe. [Situm].i. poſitum. [Prærupti].i. editi, & alti, nam præruptus dr̃ in aliũ eleuatus Virg. j. Æn. Inſequitur cumulo præruptus aquæ mons [Limoſa].i. cœnoſa. & limo & cœno, ac luto plena. [Hyemalibus aquis].i. cum aquis, quæ hyeme pluunt. [Gratia] .i. cauſa. [Formidinem] .i pauorem. [Adderet] .i. iniiceret, inferret. [Oppidi potiundi].i. capiẽdi oppidi. [Vineas] Machinamentum bellicũ. [Agere] Pro agebat. i. admonebat. [Aggerem iacere] Quid ſit iacere aggere clarius demonſtrat inferius, vbi ſic dixit, Deinde iubet vineas agere, ſuperq́; eas aggerem, iacere, & ſuper aggerem, impoſitis turribus, opus à miniſtris defendi. Sic ergo faciebat. Vineas ad muros agebant, & appellabant, deinde ſuper vineas iaciebant. & fundebant terram. i. aggerẽ, & ſuper aggerẽ turres faciebant, & in his turribus pugnatores locabant. Quid ſit vinea, quid ſit agger, declaratur inferius. [Incępto] Ad incęptũ, videlicet ad obſidionem, & oppugnationem oppidi. [Vſui] Ad vſum & vtilitatẽ. [Vanitate].i. amentia & ſtultitia. [Legati]. ſ. Auli. Nam Aulus licet à fratre ꝓ p̃tore in caſtris relictus ſit, tñ erat legatus. Legatus dicebat', qui vni legioni p̃erat. Legio aũt quatuor millia militum cõtinebat, licet poſtea is numerus auctus ſit. [Subdole] Fraudulẽter, & doloſe [Augere] Pro augebat. Et declarat quõ eius amentia augebat, nam Iugurtha fingebat ſe timere, & ppea ad eum legatos mittebat, ipſe cum exercitu ſe fugere ſimulabat. [Miſſitare] Pro miſſitabat .i. frequenter mittebat ipſe .ſ. Iugurtha. [Vitabundus] .i. vitandi ſimilis, nam non vitabat, ſed vitare ſimulabat. [Saltuoſa].i. nemoroſa. [Tramites].i. per vias occultas. [Ductare] Pro ductabat. [Spe pactionis].i. per ſpem pactionis Iug. callidus hãc ſpẽ Aulo dedit, vt diceret ſe cum illo pactũ & fœdus facere velle, ſed volebat, vt Aulus ſequeretur ſe in regiones occultas, vt delicta & errata ſua in hoc bello cõmiſſa, eſſẽt magis occulta. [Pepulit].i. induxit. [Relicto Suthule].i. omiſſa obſidione, & oppugnatione Suthulis. [Abdita] .i. remotas & occultas. [Cedente].i. retrocedente & fugientem. [Ita] .ſ. dicebat. [Callidos] .i. aſtutos. [Exercitum].ſ. Auli. [Tentabat].i. ſollicitabat. [Centuriones] Centurio dicebatur, qui vni cẽturiæ præerat. Centurio centũ hoĩes continebat, & centuriæ ſunt peditũ, turmæ vero equitũ. Turma triginta equites cõtinebat, & eſt ꝓ pleps [Transfugerent] Ab exercitu Rom. ad ſe. [Corrũpere] Pro corrumpebat vti partim transfugeret. & vti alij desererent locũ, dato ſigno. Diſciplina militaris erat, vt miles in pugna locũ ſemel captum, iniuſſu imperatoris nõ deſereret. [Signo dato]. ſ. pugnæ per turbã, nam tuba canitur, cũ milites in pugnam vadunt. [Locũ]. ſ. pugnæ. [Quæ poſtq̃ ex ſnĩa inſtruit].i. poſtq̃ corrupit pecunia centuriones, & duces turmarũ quemadmodum volebat. [Intempeſta nocte].i. media nocte. Nam, aut dicit Seruius nox intempeſta dr̃, nox media, hoc eſt nimium obſcuriſſima, quia caret tpe qd̃ ẽm Lucretium per ſe nullum eſt. niſi ex actibus intelligatur, medium aũt noctis tempus caret actu, ergo intempeſta noa, inactuoſa, hoc eſt ſine actu per quem dignoſcitur tp̃s, intẽpeſta noa. i. ſine tempeſtate, hoc eſt ſine tpe, nã tempeſtas ſignificat tempus, nox vero ſine tpe, ideo dr̃, quia eſt ſine actu, quo tp̃s dignoſcitur. [Multitudine] .i. cum multitudine.] Circũuenit] .ſ. Iugur. i. circundat. [Perculſi].i. perterriti. [Periculum anceps] .ſ. erat. i. duplex, nam periculum erat ſiue manerent, ſiue fugerent, & ob ſequentia declarant. [Cohors vna Ligurum] Ligures & Thraces auxilia miſerant ad hoc bellum P. R. ergo ex Liguribus vna cohors, & ex Thracibus duæ turmæ equitum cum paucis militibus gregarijs ad Iugurtham transfugerunt. [Gregarijs militibus] Milites gregarij dicti ſunt, quaſi ex grege, hoc eſt multitudine, & ſunt milites viliores. [Et centurio] Ordo eſt. Et centurio primi vexilli tertiæ legationis dedit locum introeundi hoſtibus per munitionem, quam acceperat vti defenderet, i. Centurio primi vexilli tertiæ legationis corruptus locum, hoſtibus dedit, vt in caſtra Rom. introirent per munitionem, quam defendendam acceperat. In exercitu multæ legiones erant in legione multæ centuriæ. [Primipili] Primipilus dicebatur, qui nõ ſolum aquilæ præerat, verum &̃ quatuor centurias, hoc eſt quadringentos milites, in prima acie gubernabat. Dicitur aũt centurio primipili, & cẽturio primipilus, hoc eſt centurio primi vexilli, videlicet aquilæ, quæ eſt primum ſignum, ac vexillum, vnaquæq́; legio hẽt vnum centurionem primipili. [Eaq́;].i. per eam partem. [Noſtris] i. Rom. Vide q̃ facile victi ſunt Rom Cum Numidiæ hoſtes caſtra Romana irrupiſſent, ſubito Romani alij fugientes, alij arma abijcientes in collem quendã montis ꝓximum aſcenderunt [Pleriq́;] Ac ſi diceret. Rom. collem occupauerunt, alij fugiendo, alij, nõ fugiendo, ſed pugnando paulatim cedentes. Nox atq́; præda caſtrorum] h. d. duę res fuerunt quæ hoſtes impedierunt, ne funditus Rom. delerẽt. ſ. nox & præda caſtrorum. Nam nox obſcura ꝓhibebat, ne hoſtes Romanos inſequerent' & dum hoſtes occupati ſunt in diripiẽdis caſtris Romanorũ, interea in locum tutum Rom. fugerunt. In legione decem cohortes ſunt, ſed prima cohors reliquas, & numero militum, & dignitate præcedit, hæc. n. ſuſcepit aquilã, quod primum & ꝑcipuum ſignũ eſt in exercitu, hæc hẽt imagines Imperatorũ, hẽt milites mille centum quinq́;, equites 132. reliquæ eiuſdẽ numeri ſunt, ſingulæ. n. hẽnt pedites quingẽtos, quinquagintaquinq́;, equites 65. prima cohors caput eſt totius legionis, ab hac cũ pugnandũ eſt, prima acies incipit ordinari. [Quo minus].i. vt nõ. [Victoria vterẽtur] Victoria vti, eſt hoſtẽ funditus delere, ita vt reliquiæ facti exercitus in vnum aliquem locum colligi nõ poſſint vireſq́; reſumere, nam ſæpe euenire ſolet, vt acies prœlio fuſæ atq́; fugatæ. in tutum aliquem locum ſe recipiant, & breui tpe in priſtinum robur reparent'. [Tametſi] Ordo eſt, Iug. tñ dicebat ſe memorem rerũ humanarũ eſſe miſſurũ oẽs incolumes ſub iugum, tametſi teneret ipſum cũ exercitu clauſum fame, & ferro. Cum Aulus & Iugur. in colloquiũ veniſſent Iug. ſic dicit. O aule, ſcio res humanas inſtabiles eſſe, vt q̃uis hodie victor ſim tñ cras vinci poſſim, & ppea q̃uis te cum exercitu fame & ferro clauſum obſideã, tñ ſi mecũ fœdus facere vis, nõ recuſabo, vt oẽs milites Rom. ſub iugũ mittam, atq́; ita incolumes abire permittã. Aulus conditionẽ ignominioſam metu mortis non recuſauit, itaq́; oĩs exercitus ſub iugum miſſus eſt. Sic aũt milites ſub iugũ mittebant', vt tradit Liu. Haſtæ duæ rectæ affixæ in aliũ erigebant', tertia è trãſuerſo ducebat' atq́; ita milites ſubire cogebantur, q̃ res eos victos ſignabat. [Præterea] Hoc &̃ Iug. in conditionibus fœderis, volebat, vt Rom. decẽ dierũ ſpatio è Numidia diſcederẽt. [Quæ q̃q̃] Ordo &̃, tñ paa cõuenit. ſ. ita ſicuti libuerat regi q a nutabãt' metu mortis q̃q̃ q. i. illa erant grauia & plena flagitij. [Mortis metu] Nã in colle, q̃ occupauerant clauſi à Iug. obſidebant'. nec inde diſcedere poterãt, quin in Numidas inciderent. [Conuenit].i. cõpoſita eſt. [Metus atq́; mœror] Rom. eines, & timebant, & dolebant. Et declarat vtrũq́;. [Pro gloria imperij] Nã gloria Imperij Ro. in tã turdi fędere maculata, & violata eſſe videbat'. Dedecore potius] Videlicet ꝑmittẽdo, ut exercitus ſub iugũ mitteret', nã eueniunt potius exercitui debuit, q̃ tãtã ignominiã ſubire. [Senatum de fędere cõſulebat] Vtrũ ſenat. fędus ꝓbaret an reſcinderet & irritaret. [Supplementum ſcribere].i. ſcribebat milites, quos in ſupplementũ mitteret eorũ, q amiſſi erãt in ꝓlio. [Auxilia] Milites q à ſocijs adiumẽto mittebant', auxilia vocabãt'. [Acceſſere] Pro acceſſebat. i. uocabat. [Suo] .ſ. iniuſſu ſenatus decreuit. Aulũ non potuiſſe fędus facere cũ Iug. ſine ſuo ꝑcepto, & ſine ꝑcepto P. R. Ecce decreto ſenatus reſcindit' fędus factũ cũ Iug. [Impedit' à tr. [Ecce q̃ta erat auctoritas trib. pl. cõſul copias parauetas

rat quas ſecum in Africã duceret, & trib.pl.eum,ne hoc faceret ꝓhibuerunt. [Nam oĩs exercitus]Dicit,quare cõſul in Africam ꝓfectus, qa totus exercitus hyemabat in ꝓuinciã,q̃ erat dedu ctus ex Numidia.[Vti cõuenerat].i.ſicuti pactũ fuerat inter Aulum & Iugur.ſic.n.inuicẽ cõuenerant, vt Ro.ſpatio dierũ ex Numidia diſcederẽt.[In ꝓuinciã].i. in eã partem Africæ,q̃ tenebãt Rom.q̃ more Rom dicebatur ꝓuincia, vt ſupra diximus.[Poſtq̃ eo ventũ eſt]Ordo eſt,Albinus cõſul,ex copia rerũ ſtatuit. Mos dicẽdi apud Sal.eſt ex copia rerũ cõſiliũ capit,ex copia rerũ cõſul ſtatuit,ex copia rerũ ſtatuit.i ex opportunitate,& occaſione, q̃ hẽbat hoc cõſiliũ capit, & hoc decernit, videlicet nihil ſibi agẽdũ eſſe ſtatuit nihil ſibi agẽdũ.ſ.eſſe,cognitis militibus, quos Auli corruperat licentia atq; laſciuia,ſoluto imperio ꝑter fuga, q̃q̃ animus ardebat perſequi Iug. & mederi fraternæ inuidiæ.i. poſtq̃ venit Albinus conſul in Africam , cupiebat perſequi Iug. vt cladem vitio fratris acceptã ſi poſſet, aliquo modo reuelaret. Sed poſtq̃ cognouit totũ exercitũ licẽtia, laſciuia corruptũ, nihil tentare voluit. Mederi fraternę inuidię.i.fraternã inuidiã releuare,nã Aulus ab oĩbus odio hẽbatur. [Præter fugã].i.poſt fugã. [Soluto imperio] .i.imperio fracto & eneruato quia milites faciebat quidquid volebãt. [Licẽt]Quia milites licẽter faciebãt quidquid volebãt neglecta militari diſciplina. [Interim Romæ] Tranſit ad aliã rem. Dicit.n.C.Manlium trib.pl.rogationem ad pop.ꝓmulgaſſe,vt inquiſitio fieret de his, quorũ cõſilio Iug.ſenatus decreta neglexiſſet,& qui ab eo pecunias accepiſſent in legationib.vel imperijs,& qui elephãtos ac ꝑfugas tradidiſſent,& qui de pace,vel de bello pactiones cũ eo feciſsẽt.[Rogationẽ ad pop.ꝓmul].i petitionẽ vel legẽ pop.ꝓponit,q̃ petitio cõtinebat ea,quæ ſequunt̃. Is qui populum vocat,& petit ab eo,vt aliquid iubeat aut vetet dr̃ ad populum ferre,ſiue ad populũ ꝓmulgare, ſiue populum rogare. Exempli gratia. C.Manlius pop.conuocatũ ita interrogat,vultis,iubetis ne Quirites,vt q̃ratur in eos,quorũ conſilio Iug.ſenat.decreta contempſit. Cum hãc rem ad pop. ꝓmulgaſſet.i.cum hanc rem pop.propoſuiſſet, qui eam rem ꝓbabant, ſuadebant P.R.vt rogationem ſuffragijs aut auxilijs cõfirmaret,qui aũt improbabant diſſuadebant. Cum res in vtrãq; partem diſputata eſſet & diſcuſſa, pop.quia ex trigintaquinq; trib. conſtabat,mittebatur in ſuff.agiũ. Cum decem & octo tribus.i. plusq̃ dimidia pars pop.rogationẽ ꝓbaſſet ſuffragijs,lex,ſiue rogatio perlata dicebat̃. Promulgare aũt dr̃ quaſi ꝓmulgare.i.ad vulgum ferre,hoc eſt pop.ꝓponere.[Aut in legationib.[Ex hoc legati notabantur,qui miſſi fuerāt vt regnũ Numidię inter Iug.& Adher.diuiderent, quorum pars maior à Iug.pecuniam accepit, vt ſupra viſum eſt . [Aut imperijs] Per hoc conſul Beſtia notabat̃.[Elephantes & perfugas]Hoc viſum eſt ſuperius. Nã qui in caſtris relicti ſunt,elephãtes & trãsfugas tradiderũt. [Pactiones feciſsẽt]ꝑ hoc Beſtia cõſul & Aul⁹ frater Albini cõſulis notabãt̃.

MARI. INTERIM Albinus,&c.[Vſui]Neceſſaria.[Quouis modo]Alia quacunq; pactione. [Conficeret] Deduceret ad finem. [Facere cõs more] Innectabat cõs carditatis.[Inſtanti]Vrgenti. [Tractum]Productum fuiſſe.Ex tabernaculis]Stationibus.[Opportunitate loci) Quia erat à natura munitur. [Capi] Expugnari.[Circum]Aduerbium eſt. [Murum ſitum].ſ.erat. [Cupidine] Cupiditate.[Incępto]Inceptæ expugnationi.[Vſui]Commodo. [Imperitia]Inſcitia [Tramites]Anguſtias vias. [Callidos]Verſutos [Ex ſuia]Vt volebat.[Ligurum & Trachum.] Ex hiſtoria vult.n.demonſtrare Barbaros nunq̃ Italis fidẽ ſeruaſſe.[Primipilus] Alij ita habent & centurio primipili tertiæ legionis. [Ea].ſ. munitione.[Aulo infeſti].ſ.erant. Quam manu fortitudine.[Ob ea.ſ.facta turpia ab Aulo fratre.[A ſocijs]Confęderatis. [Feſtinate].ſ.in Africam.[Par]Iuſtum [Decernit]Iudicat.[Vti cõuenerat]Pactum erat ab Aulo cum Iugurtha.[Verũ eo]In Africã. [Cognitis militib.].ſ.eneruatis.[Soluto imperio] Abſq; regimine imperatoris. [Licentia]Facultas peccãdi. [Ex cop.]Affluentia. [ꝓmul.]ꝓnunciabat ꝑ ꝑconẽ.[Quęreret̃]Exercerentur iudicia.

ALBINVS Aulo fratre in caſtris ꝓ prætore relicto, Romã diſceſſit] Sic & manuſcriptis duo,& Venetum quoddã. Sed deceſſit,quo Gymnicus,mihi magis placet, Nã id proprie ſignat à mandato cuſtodiæ ſuæ loco recedere. Vnde conſules, ꝓconſules,ꝑtores,dñt è ꝓuincia decedere. Item,ꝑſidia de vrbibus atq; caſtellis.ita vti diligẽter annotauit Valla. Cum Gymnico facit vnũ è manuſcriptis. [Milites menſe Ian ex hybernis in expeditionẽ euocat]Sic & Aldinũ exẽplar,ni fallor,& manuſcripti codices hñt. In quibuſdã tñ velut Argentoratenſi, & Veneto eſt ex hybernaculis.qua voce Liu. aliquoties vtitur ꝓ, vbi milites hyberno tpe cõmorentur.vt v.dec.iiij.Deinde in hybernacula milites deduxit.& x.eiuſdem, Loca pacata me ad hybernacula electurũ.Tacit.ij.Legionẽ alię itinere terreſtri in hybernacula remiſſæ.[Hęc alias hyberna ꝓprie dñt. Nam hybernacula ferè vocamus ipſa tentoria,qñ ſub pellibus hyemem agere miles,nõ in oppidis neq; ſub tecto cogebat̃. Quocirca mihi q̃dẽ lectio prior magis arridet.Nam & frequens eſt apud Cic.cohortes in hyberna mittere,& exercitum in hyberna dimittere. hoc eſt,in oppidum aliquod cõmodius, vbi per hyemẽ agant. Sal poſtea, Metellus, inquit, eũctos ſenatorij ordinis ex hybernis ꝓpere acceſſiri iubet. Eſt apud Cic.& hybernare verbum.velut cũ inquit,Quo milites hybernẽt.&,Vbi ſis hybernaturus. Pro quo Sal.inferius dicit,hyemare.Nã oĩs exercitus,uti conuenerat,Numidia deductus in ꝓuincia hyemabat. Rurſus, Cęterum exercitũ in ꝓuincia,quę ꝓxima eſt Numidię hyemandi gr̃a collocat.Sed & Cic. hoc verbo vtit̃ aliquoties,vt in epiſt. Cupio ſcire vbi ſcis hyematurus.& in Verrem, Vbi piratæ quotãnis hyemare ſolent. Sal. (vt adnotauit alicubi Seneca)aquis hyemãtibus in hiſt.dixit. Hunc imitatus Aruntius quiſpiam,quem idem Saluſtianũ fuiſſe teſtat̃ cum dicere vellet, frigidũ annũ fuiſſe,ait, Totus hyemauit annus Hyemare apud Tranquillum in Auguſto, ꝓ affligi,in cõmodo hyemis ponit̃. Quamuis pateſi,inquit,ſalubrẽ valetudini ſuæ vrbem hyeme experiret̃, aſſiduæq; in vrbe hyemaret Cæl.in idẽ vt Cic. ꝓ hyemẽ tranſigere poſuit.velut ij.Ita P.R.exercitũ hyemare atq; inueteraſcere in Gallia moleſte ferebãt.& iij. Vti in iis legiones hyemandi cã collocaret. Ibidẽ, Alterã partem eius vici Gallis ad hyemãdũ cõceſſit.&,Inde in Allobrogas ꝑduxit,ibiq; hyemauit. Sic & alias ſæpe. [Qd̃ q̃q̃ & ſæuitia ipſis,& opportunitate loci neq; capi,neq; obſideri poterat]In quibuſdã eſt,ĩ opportunitate loci ꝓ eo qd̃ eſt,iniquitate loci,ſic ãt ꝑter alia & Beroaldinũ & Venetũ exẽplar hẽt, qd̃ excudit Pincius, Põponius caſtigauit. Sed vtrũ rectius,alij viderint. Vt ãt ab opportuno deducit̃ opportunitas , qd̃ ni ita ab inopportuno (nã hac voce vtit̃ Cic.)deduci inopportunitas queat? Niſi quis importunitate loci legere malit.quo inferius dicit aggeribus turribusq; & alijs machinationib. fuiſſe locum importunũ . Ego vulgatã lectionẽ ꝓbo.nã opportunitatẽ loci cũ ꝑp incolas & ciues ꝓ q̃b.illa erat, tum ob hoſtes R.aduerſus quos erat,mihi dicere vr̃. Sic.n.alibi. Statuit inquit vrbes q̃ uiris aut loco ꝓ hoſtibus, & aduerſum ſe opportuniſſimæ erat,ſingulas circumuenire. pro, q̃ urbes munitiſſimę erãt [Vineas agere,aggerẽ i cere aliaq; quę cœpto uſui forẽt, ꝓperare]Quãuis & manuſcriptũ & Badianũ exẽplar ſpꝑare,tñ ꝓperar̃,magis placet, ꝓ feſtinãter cõparar̃. Sic apud Tacitũ. ꝓperare deditionẽ item, uoluntariã mortẽ ꝓperare ꝓ celeriter ſibi cõſciſcere. Virg viij. Hęc pater Æolijs ꝓperat dum Lenius oris. ꝓperanter facit. Et eſt honeſta locutio,inquit Seruius in manuſcripto volumine, ꝓ cępto incępto legit̃ vt & in impreſſis quibuſdã. Sed vulgatã lectionẽ relinquẽdã eſſe duco. [Subdole alius augere amentiã]In manuſcriptis eſt, Subdolus, quæ nimirum uerior lectio eſt. [Deniq; Aulũ ſpe pactionis pepulit uti Suthule relicto]Manuſcripta, perpulit. [Intempeſta nocte cũ multitudine Numidarũ Auli caſtra circũ uenit] Cum, nõ eſt in ullo manuſcripto ac rectius abeſt . Sed nec Florentinus codex id hẽt, neq; Beroaldinus. [Tametſi ipſũ cũ exercitu famæ ferroq; clauſum teneat]Eſt in quibuſdam, teneat. Id latinitatis rõ expoſcere magis uĩ,niſi ſi ἐνέρασιν modi eẽ malis. [Quę q̃q̃ grauia,& flagitij plena erãt]Manuſcriptũ. Quæ grauia q̃q̃, & ſic ſæpe Tac. uelut v. Hęc mira q̃q̃,ſidũ ex eo trahebãt. Lau. Val.haud ſcio an memoria lapſus, flagitio plena legit lib. eleg.iij. quo loco docet Cic. Plenus cum genitiuo iungere ſolitum,pleroſq; eodẽ ſeculo cũ ablatiuo. Mox.n.ſubdit cum Var.iij.de re ruſt. Verũ his piſcibus ſtagnum hẽbat plenum.an tamẽ,tũ hoc è Sal.exẽplum,flagitio plena quo id cõprobet. Quod Cic.affirmat ſemꝑ hoc nomẽ cũ genitiuo iungere conſueuiſſe, in eo plane eſt memoria lapſus id qd̃ exẽpla ſequentia oſtendunt , Ornamentis fanorum plena domus. &, Otioſa uita,cõferta & plena uoluptatibus, & Literæ grauiſſimis uerbis ſententijſq; plenæ. Sed & noctem plenã timoribus,apud eundẽ legis. [Tñ quia mortis metu mutabant̃,ſicuti regi libuerat,pax conuenit]Manuſcripta & alia q̃dã,mirabãt̃, ꝓ permutabant̃.i. quia hæc patiẽda potius q̃ moriendũ cẽſebant, uel quia uitã hac re ſuã redimebant . Nam mutatio ſit, cũ aliud pro alio ſubſtituit̃. In Baſilienſi eſt,mutanãt. [Poſtq̃ eo uenit] In nõnullis,eſt poſtq̃ eo uentũ eſt.quo & alias Mos. [Quanq̃ perſequi Iugurthã,&,mederi fraternæ inuidiæ aĩo ardebat]In quibuſdã,alius ardebat,uidelicet Albini cõſulis. Sed prior lectio melior. ꝓ,ſtudio & cupiditate flagrabat. Sic enim & manuſcripta. [Quos ꝑter fugam ſoluto Imperio,licẽtia atq; laſciuia corruperat,& copia rerũ]In manuſcriptis cæteriſq; uetuſtioribus,Ex copia rerũ ſtatuit ſibi nihil agẽdũ, ꝓ,ut res ſeſe dabãt,ſiue ꝓ ſtatu

& c[ ]ditione rerum. Sic poſtea Sal. Tum Marius ex copia rerum conſilia trahit. Lex tẽpore, vel pro re nata. Tacit. ex re conſulere dixit. [Interea Romæ Braghus Mamillus Limeranus trib. pleb. rogationem ad populum promulgat.] Hic iam varia eſt in exemplaribus lectio, vt quę potiſſimum probanda, haud facile iudicare poſſis. In Veneto eſt, C. Manlius Limitanus trib. pl. nec ſecus in Argentoratenſi, atque alijs pleriſque. In Pariſienſi, quod eſt à Badio excuſum, caſtigatũ ab Aleandro, C. Mamillus Limetanus. Io Fabriciano (quam lectionem maxime omnium probandam puto) C. Mallius Limetanus. Quanquam in ſpatio, quod verſus dirimit, adſcriptum ibidẽ eſt, Mamillus. Sed & poſtea, vbi in alijs ferè, ex Manlij rogatione, in Badiano, ex Mamilli. In manuſcriptis eſt, ea Malliana. Sed quid multis? Aut hæc lectio vera eſt, q̃ habet manuſcriptũ, aut ea quæ in peruulgatis eſt exemplaribus dialogi de claris oratoribus quem Brutũ vocant, quo loco Cic. de C. Galba Sergij F. loquens, huiuſce trib. pl. meminit. Nam rogatione, inquit, Manilia, Iugurthinæ cõiurationis inuidia, cum pro ſe ipſe dixiſſet, oppreſſus eſt. Ibidem paulò poſt de L. Beſtia loquens, Nam inuidioſa lege Manilia quæſtio C. Galbam Sacerdotem, & iiij. cõſulares L. Beſtiam C. Catonem, Sp. Albinum, ciuemq; præſtantiſſimũ L. Opimium, & quę ſequuntur. Niſi quis Mamilia, ibi non Manilia legendum eſſe contẽdit, ita vti de doctis quidã cenſent. Tametſi Er. quidẽ in poſtrema editione Chilrandum rogatione Manilia legit hunc Cic. è Bruto locũ citans. Similis fere error eſt in Octauio illo Tuſculano, apud T. Liu. j. ab V. C. quem Mamilium alij vocant, alij Manlium quod poſterius in Antropologia comprobat Volaterranus, qui cum eruditi quidam faciunt, Sex. Pompeius F. Mamiliorum familiam diuerſam facit ab ea quam Manliam alij vocant. Mamilia, inquit, turris, intra Suburræ regionem, à Mamilio nomen accepit. Mamiliorum familia à Mamilia filia Thelegoni, q̃ Thuſculi procreauit, eſt appellata, qũ id oppidum ipſe condidiſſet. Mox. Manliæ gentis patriciæ decreto, nemo ex ea Marc. appellatur, q; M. Manlius qui Capitolium à Gallis defenderat, cum regnum affectaſſet, damnatus occatusq; eſt. Hæc totidem fermè verbis repetit Sipontinus, Quod niſi mendũ eſt in exemplaribus Sext. Pompeij, vt eſſa ſuſpicor erat & Volaterranus ipſe, & qcũq; alij Mamiliũ vocãt principem illum Latini nominis Octauium Tuſculanum. Sed mihi legẽdum apud Feſtum vĩ, Manliorum familia à Manlia, &c. Liuij exemplaria variant nã eſt in alijs Manlius, in alijs Mamilius. Sed & auctor libelli de magiſtratibus Ro. Mamilium vocant, cum Manlium alias legi, ſit in margine adhortatum. Contra, qui de viris illuſtribus ſcripſit, eundem Manliũ appellat, quemadmodum & Florus lib. I, & è recẽtioribus Alexander Neapolitanus. Quin & apud Cic. ij. de nat. deorũ, quo loco ſic Heruagius, Cum à Poſthumius Dictator cũ Octauio Mamilio Tuſculano prœlio dimicaret, &c. ibi Aldus, Manlio excudit. Tametſi idem Aldus in epiſt. ad Att. Manlium dicit, Male ingt, Tarquinius qui Porſenam, qui Octauium Manlium contra patriam quo & aliud quoddam Venetijs impreſſum, & illud Baſileæ ab Heruagio excuſum. Cura me hercule non deeſſet (vt Liuij noſtri verbis vtar) ſi qua ad verum via inquirentẽ ferret. Nũc miraris magis, adeo diſcrepare inter ſe codices, q̃ quid veri ſit, diſcerneřẽ queas. Quid ſi Græci nobis exẽplaris copia Dionyſij Halicarnaſſę, foret, perfacile huic rei inueniri remediũ poſſet. Sed de hoc ſatis M. Manlius qui Capitolium defendit, à Plutar. μάλλιος dĩ. Is vero, vnde lex Manilia nomen habet, μανίλιος ab eodẽ in Cic. vita ſed in Pompei μάλλιος mẽdoſe vt opinor & in curia librariorũ qũ, vt dixi, diuerſa Romæ fuit proſapia Manliorũ & Maniliorum. Hoc ceu auctarium addere libuit. Pro Interea, eſt in manuſcriptis Interim, nec aliter in impreſſis vetuſtioribus. [Quorũ cõſilio Iugurtha Senatus decreta neglexiſſet] Manuſcripta duo, Senati decreta q eſt genitiuus antiquus, atq; ob id Sal. antiquitatio magis conueniens. Sic Plautus, ſenati columẽ dixit.

GLAR. AD op. Suthul, vbi Regis Theſauri erant] Strabo lib. vlt. Capſam ait vocatum, vbi regis Iugur. fuerint theſauri. ſed puto errorem eſſe qualem paulò ante, de Vtica indicauimus. Nã Sal. poſtea de Capſa diſſerens, nihil de regis theſauris meminit. verũ locum, quendam alium ad flumen Mulucbã. Hæc nobis ideo referuntur, vt locorũ noĩa diligentia emendentur, maxime locorũ facta diligenti cõparatione. [Tñ quia mortis metu multabant] Pro multabant alij codices hñt. Nutabãt. In vetuſto codice Vrgebant marginib. adſcriptũ reperi, q̃ lectio placet, nã ita loqui ſolet hic auctor, vt paulò poſt, Populus militia atq; inopia vrgebat.

ASCEN. INTERIM &c.] Proſequitur apparatum, quẽ Albinus conſul auidus belli (vt dictum eſt) inſtruat non ſuo Marte. Nã ex ea expeditione ſummũ dedecus Aulus frater eius incurſurus eſt, dicit ergo Albinus .ſ. conſul bello intentato .ſ. per cædẽ Maſſiuæ & violentam abſceſſionẽ Iugurthę maturat .i. feſtinat, (quia in bello quæ feſtine fiunt, plerunq; mature .i. ſuo tẽpe fiunt. vnde eſt illud Lucani. Tolle moras, nocuit ſemper differre paratis. Et ideo dictum eſt in principio Catilinarij, Vbi conſulueris, mature facto opus eſt) interim .i. interea dum Iugurtha decedebat, portare hoc eſt tranſuehere, vt ſæpe alibi cõmeatum .i. annonã ſeu victum exercitus & vt dicunt victualia. (Id. n. in vtroq; numero ſignificat cõmeatus, quaſi viaticum qui cũ meatur. In ſingulari aũt ſignificat ẽt facultas meandi & diſcedendi ad tempus ab negocio debito, vnde militibus datur interdum cõmeatus ab Imperatoribus viſendi vxores & liberos) & ſtipendium, hoc eſt mercedem militũ, & alia quæ forent militibus vſui .i. ad vſum accõmoda, ac ipſe profectus eſt, hoc eſt diſceſſit ſtatim, vti .i. vt cõficeret, hoc eſt finiret bellum, ante comitia .i. anteq̃ noui eligerẽtur magiſtratus quod tẽpus aberat haud longe, hoc eſt aduẽtabat proxime. cõficere dicit, armis .i. vi aut deditione ita ut acciperet Iugurtham in deditionem, aut quouis modo .ſ. alio At Iugurtha contra, hoc eſt cõtrarium faciens, trahere .i. trahebat omnia, & facere .i. faciebat alias, deinde alias .i. diuerſas, modo has modo illas cauſas moræ .i. dilationis, polliceri .i. pollicebatur interdum deditionem, & ſimulare .i. ſimulabat deinde metum, cedere .i. cedebat inſtanti .ſ. conſuli ad bellum cõficiendum & manus conſerẽdas. & inſtare .i. inſtabat paulò poſt, cum non eſſet paratus Albinus. quod fecit ne ſui .ſ. milites, diffiderẽt .ſ. de virtute imperatoris ſui ſi meticuloſus apparere perſiſteret, & ita ludificare .i. ludificabat & quaſi ludo ſuſpenſum & deluſum tenebat conſulem, modo .i. interdum, more .i. dilatione belli, quod ſimulabat ſe velle inire, & modo .i. interdum mora pacis, quam ſimulabat per deditionẽ velle. Ac fuere qui exiſtimarent Albinum haud ignarum, immo conſcium conſilij regis .ſ. Iugurthæ, neque .i. & qui nõ crederent bellum tractum .i. protractum, ex tanta properantia .i. cum tanta eſſet properantia in principio, tam facile, magis ſocordia .i. puſillanimitate & ignauia conſulis, quam dolo, quia .ſ. cum Iugurtha clam pepigerat. Sed poſtq̃ dilapſo tempore dies comitiorum .i. in quo haberi debebant comitia .i. congregationes Rom. ad magiſtratus innouandos aduentabat, Albinus receſſit Romã & hoc Aulo fratre .ſ. ſuo relicto in caſtris pro prætore .i. loco prætoris, aut ſi una uox, Aluo relito proprætore .i. qui erat proprætor, erãt aũt prætorij ſex duntaxat faſces cũ cõſuli duodecim eſſent. [Ea tempeſtate] Ordo eſt, reſp. agitabatur ea tempeſtate .i. eo tẽpore, atrociter .i. immaniter, Romæ .i. in urbe, ſeditionibus Tribunitijs .i. motis à trib. pl. quia Pub. Lucullus, & Lucius Annius tribuni pl. nitebantur continuare magiſtratum, collegis .i. cæteris trib. pl. reſiſtentibus. Aulus frater Conſulis adductus ea mora .i. per dilationem Comitiorum in ſpem .ſ. prorogãdi officij ſui ſeu proprætoriatus, euocat milites menſe Ianuario in quo maxime viget frigus, in expeditionem .i. ad belli executionem aut gratia belli conficiendi .i. vt bellum conficeret .i. finiret, quia dũ res confecta .i. ſimul facta eſt, nihil reſtat in ea faciẽdum, aut ſup. gratia pecuniæ capiundæ .i. accipiendæ, ab rege .ſ. Iugurtha, terrore .i. p terrorem exercitus, hoc eſt aut ſperabat ſe poſſe cito bellum finire, aut metu belli inducere Iugurtham ad offerendum ingentem pecuniam. Et peruenit magis itineribus .i. motibus, & vt imperitiores dicunt, dietis (Iter enim non eſt via ſed itio) ad oppidum Suthul. (quod hic neutri generis eſſe oſtendit, quia in reliquis declinatur) vbi .i. in quo oppido erant theſauri regis .ſ. Iugurthę. Quod .ſ. oppidum Suthul, quanquam neque poterat capi neque obſideri .i. circundari, ex ſæuitia temporis & opportunitate loci .i. propter ſæuitiam, hoc eſt aſperitatem temporis, & opportunitatem loci .i. congruum ſitum loci, quia naturali munitione inexpugnabile erat. Nam planities limoſa, hoc eſt terra plana aquis, & terra pingui plena, fecerat aquis hyemalibus, hoc eſt tempore hyberno illic eſſe ſolitos, paludem, id eſt obſcœnam & ſtagnantem aquã circa murum ſitum .i. locatum in extremo, hoc eſt in fine montis prærupti .i. prius vi aquarum, aut vetuſtatis rupti, (vt de antro Chironis dicit Statius, Pars exhauſta manu, partem ſuam ſuperat ætas) tamen, hoc eſt tametſi oppidum illud inexpugnabile erat. Ipſe Aulus agere, hoc eſt agebat vineas .i. protectiones militum, ex conſertis ſcutis in morem vinearum, quibus utuntur in expugnatione murorum, & iacere hoc eſt à fundamento moliebatur, aggerem .i. circumuallationem, & præparare, hoc eſt præparabat alia, quæ forent uſui .i. utilitati incepto, hoc eſt ad incipiendum bellum, aut gratia ſimulandi, quo, id eſt id eo ut adderet regi .ſ. Iugurthæ formidinem, aut cæcus hoc eſt excæcatus, cupidine .i. cupiditate potiundi hoc eſt in poteſtate habendi, oppidi .ſ. Suthulis, At .i. Iugurtha cognita uanitate,

tate.i.inanitate conſilij,& impetitia legati.ſ. Auli qui more lega
ti in locum principalis.ſ.cõſulis ſucceſſerat, augere, hoc eſt auge
bat, ſubdole.i.callide dementiam eius, miſſitare.i.miſſitabat lega
tos ſupplicantes.ſ. vt deſiſteret, & ipſe Iugurtha quaſi vitabun-
dus.i.ac ſi frequenter vitaret congreſſum, ductare, hoc eſt ducta-
bat exercitum per loca ſaltuoſa.i.aſpera & ſaltuum, plena, & tra
mites, hoc eſt tranſmiſſo calles, denique pepulit .i. hoc impulit
ſpe pactionis, hoc eſt pacti ineundi: Aulum vti, hoc eſt vt ſequere
tur ſeſe.ſ.Iugurtham veluti cedentem in regiones abditas,& hoc
Suthule relicto, ita.i.per hoc, delicta Auli fuere occultiora hoc
eſt magis latẽtia, vel dicebat ita delicta Auli fore occultiora, hoc
eſt magis latẽtia, vel dicebat ita delicta Auli fore occultiora, q a
exercitus neſciret quid ageretur. Interea Iugurtha, tentabat die
& noctu exercitum per hoĩes callidos,& corrumpere, hoc eſt cor
rumpebat Centuriones & duces turmarum, partim vti.i. vt ipſi
transfugerent.ſ.ad ſe,& vti.i. vt alij deſerent locũ.ſ. aſſignatum
ab Aulo, ſigno dato.i. poſtq̃ ſignum eſſet datum. [Quæ poſtquã
ex ſententia inſtruxit] Docet verum eſſe quod ſupra dixit calli-
do & verſuto atque acri ingenio eſſe Iugurtham, qui etiam R.
exercitum corrumpere & ducem circumuenire potuit, vnde dicit
Quæ.ſ.corruptionem exercitus, & ductoris eius in ſpem vanam
adductionem, poſtquam Iugurtha inſtruxit .i. præparauit, ipſe
circumuenit.i. circundat exercitus ſui aduentu, caſtra .i. tentoria
& munimenta bellica, Auli .ſ. derelicti illic proconſulis officio
explẽdo, nocte intempeſta.i quę ad nullum opus tempeſtiua eſt,
vt poſt mediam noctem, circumuenit dico, cum multa multitudi-
ne Numidarum. Milites Romani perculſi.i. ſtupefacti & attoni-
ti, inſolito metu, cum diu in ocio fuiſſent, ſup. cœperunt alij cape
re, aut alij capere.i. capiebant arma contra hoſtes, alij abdere.i.
abdebãt, hoc eſt abſcondebãt ſeſe, quia nox erat & ſyluæ vicinę,
pars confirmare.i. confirmabant & cohortabantur territos: tre-
pidare.i.trepidabãt, quia omnibus locis erat ſup. magna vis, hoc
eſt copioſa multitudo hoſtium,& cœlum obſcuratum nocte.i. te
nebris nocturnis, atque nubibus: [q d. quod Maro Æneid. ij. Et
Lunam in nimbo nox in tempeſta tenebat] & periculum an
ceps.i.formidoloſum, quaſi habens vndique caput & cauſam ti-
moris, ſicut gladius anceps vtrinque incidens dicitur, poſtremo
erat exercitui Rom. in incerto.i. inter dubia, an foret tutius fu-
gere an manere, quia vtrunque periculoſum erat neſcientibus
regionem. Sed ex eo numero quos paulò ante diximus corru-
ptos vna cohors Ligurum, qui Longobardi dicuntur, & ſpeciali
ter Ianuẽſes, qui bellicoſi quidem, [vnde in Georg. Aſſuetumq.
malo Ligurem,] ſed inſidi erant, (vnde in Aen. Vane Ligur &c.)
cum duabus turmis.i. ſexaginta æquitibus Thracũ & paucis mi-
litibus gregarijs.i.vulgaribus nullo honore prędítis, tranſiere ad
regem.ſ. Iugurtham. Turma, vt Varro & Feſtus ſentiunt, dicta
eſt quaſi terma, aut terdena, q terdenos equites ex tribus Tribu-
bus Tatienſium, Ramnenſium & Lucerum continebat. quorum
primi Decuriones dicti. Thraces autem ſemper bellicoſi fuere.
vnde Thracia dicitur Martis patria, venerant autem tunc Rom.
in auxilium.& centurio primipili.i. primi vexilli ad pilum ſuſpẽ
ſi, tertiæ legionis.i. qui præerat tertiæ legioni, dedit hoſtibus lo-
cum .i. facultatem introeundi per munitionem quam acceperat
vti defenderet.i. defendendã. Et cuncti Numidæ irrupere ea par-
te.i. per eam partem: fœda fuga, ſup. facta eſt ex noſtris quia ple-
rique occupauere proximum collem armis abiectis, nox .i. cali-
go,& pręda.i.multitudo ſpoliorum, caſtrorum .i. inuentorum in
caſtris Rom. remorata ſunt.i. in mora tenuerunt hoſtes, quo mi-
nus.i.vt non tanta vterentur victoria, quia interea multi aufuge-
runt. Deinde Iugurtha facit poſtero .i. ſequenti die verba cum
Aulo in colloquio.i. colloquens cũ eo, & dicit q tametſi teneat
ipſum cum exercitu clauſum fame,& ferro, tamen ſe memorem
humanarum rerum, quæ dubiæ ſunt, (quia, rerum viciſſitudo eſt,
& Sors omnia verſat,) miſſurum omnes incolumes ſub iugum.i.
ſub haſtam tranſuerſam inter duas haſtas erectas, patibulum ſeu
furcam repræſentantem, (ſub quam Romanos prius ad Caudi-
nas furcas miſerant Samnites) ſi Aulus faceret ſecum fœdus.ſ.de
non inſtaurãdo bello præterea mandat ſup. vt decederet, aut om-
nes decederent Numidia decem diebus.i.intra 10. dies. Quæ.ſ.
ante dicta quanquam erant grauia.i.dura & intolerabilia,& ple-
na flagitij.i.increpatione digniſſima, aut pęna capitali digna, qa
à Samnitibus ſub iugum miſſi, ipſi à ſenatu ad ſupplicium tradi-
ti ſunt, licet Samnites in eos non animaduerterint, tñ quia nuta
bant metu mortis.ſ. præ oculis inſtantis cum non eſſet euadendi
ſpes vlla, pax conuenit.i.concluditur ſine controuerſia inter eos,
ſicut libuerat.i.ex libidine placuerat, regi.ſ.Iugurthæ.[Sed vbi ea
Romæ comperta ſunt] Proſequitur rem geſtam Romæ poſt tri-
ſtem nuncium deditionis factæ per Aulum fratrem Albini con-
ſulis dicens, ſed vbi .i. poſtquam ea quæ Aulus tam turpiter fece-
rat & pepigerat, comperta ſunt.i.certa cognita Romæ, metus de
futuro periculo, qui Adherbal præmonuerat q Iugurtha altius,
animum intenderat, videlicet ad imperium R.& mœror .i. mœ-
ſtitia de præſenti ignominia, inuaſere ciuitatem .i. ipſos ciues.
pars.i ipſi partim ſup cœperunt dolere, aut dolere pro dolebant.
pro gloria imperij.ſ. tam fœde amiſſa, pars inſolita.i. inconſueta
rerũ bellicarũ.i.neſciens varias eſſe viciſſitudines victoriarum in
bello, timere.i.timebat libertati.ſ.ſuæ aut ciuitatis .i. pro liberta-
te ne amitteretur.[Omnes] Sup. erant infeſti.i. infenſi & irati Au
lo,ſ.talis ſubiugationis auctori, ac maxime infeſti ſup. erant illi
qui fuerant præclari bello, q ipſe armatus quęſiuerat potius ſa-
lutem i.euaſionem mortis, dedecore.i.per ſummum dedecus, vi-
delicet permiſſionem ſub iugum quam manu,.i. virtute militari
ob ea.i.ob eas res, Albinus cõſul timens ex delicto .i. pp delictũ
fratris.ſ.Auli inuidiam ſ. ſenatus, Populiq. R. & deinde ex inui-
dia & odio periculum, cõſulebat ſenatum ideſt rogabat ſenatum
conſilium de fœdere.i. an fœdus ratum haberet, & tñ .i. nihilomi
nus quia ſatis ſciebat ſenatum non probaturũ, ipſe ſcribere.i. ſcri
bebat interim, dum .ſ. conſultatio fiebat. exercitui .ſ. derelicto in
Africa ſupplementum, & accerſebat .i. aduocabat à ſocijs & no-
mine latioo.i. quicunque latini dicebantur auxilia .i. auxiliares
milites, denique.i. demũ feſtinare .i. feſtinabat omnibus modis.
Senatus decernit.i. ſñiam dicit & iudicat (vti .i. quemadmodum
fuerat par.i.iuſtum & æquum) nullum fœdus potuiſſe fieri, iniuſ
ſu.i.ſine iuſſu ſuo atque P. R. conſul impeditus à tribunis plebis
ne portaret.i.tranſueheret ſecum in Africam, copias.ſ.exercitus,
quas parauerat.ſ.ſcribendo ſupplementum,& accerſendo ſocios,
proficiſcitur ſ.quaſi ſolus, paucis diebus i. intra paucos dies, in
Africam, nam omnis exercitus deductus Numidia, ſicut conue-
nerat.i.pactum erat inter Iugurtham & Aulum, hyemabat.i. hye
mem agebat in prouinciam.ſ. Romanam, quam Africa habebat
Romanus Populus. Poſtquam ventum eſt eò .i.in prouinciam,&
exercitum, quanquam animus Albini ardebat.i. ardenter affecta
bat perſequi Iugurtham,& mederi.i remediũ adhibere, inuidiæ
fraternæ.i.odio quòd in Aulum fratrem eius P. R habebat, tamẽ
ſup. ſtatuit nihil agẽdum ſibi.i.à ſe cognitis militibus i. poſtq̃ co-
gnouerat milites quos præter fugam, per quam degeneres effecti
erant, licentia.i.indulgentia & mollis vita ſoluto imperio, atque
laſciuia ex copia.i.abundantia rerũ corruperat.i effeminauerat
& deteriores fecerat. Quia vt dicit Comicus, deteriores oẽs ſu-
mus licentia. Et ita manſit Albinus in prouincia, hyemans illic
cũ exercitu. vnde prætermiſſa narratione de eo, redit ad acta Ro
mæ.[Interim Romæ] Proſequitur ea quæ Romę fiebant interea
dicens, Caius Manlius, aut vt alij textus habent Caius Marullus
Lemitanus ſeu Limitanus, tribunus plebis, promulgat .i. profert
corã multitudine: (Eſt.n. promulgare, pro.i. ante multitudinem
vulgare.i.cõicare aliquid) ad populum.i. in conſultationem po-
puli, vti quæreretur .i. inquiſitio fieret, in .i. contra eos quorum
conſilio Iugurtha neglexiſſet decreta ſenatus, qui decreuerat pa-
cem cum Adherbale habendam, & ſua vtrunque portione regni
contentum eſſe debere, & qui tradidiſſent poſt abſceſſum Albi-
ni, elephantes Quæſtori per deditionẽ aſſignatos & perfugas, quĩ
ad fidem Romanorum perfugerãt deſerto Iugurtha,& qui acce-
piſſent ab eo.ſ. Iugurtha pecunias, aut in legationibus.i.cũ eſſent
ad eum miſſi legati, vt Lucius Opimius, & qui cum eo ad condi
uidendũ regnum miſſi fuerãt, aut imperijs.i.cum eſſent imperatores
exercitus, vt Calpurnius & cum eo Scaurus. Itẽ q feciſſent
pactiones cũ hoſtibus.ſ. Iugurtha & eius adhærentibus de pace
aut bello, vt Aulus, qui deditionẽ fecit victus & ſub iugũ miſſus.

HVIC rogationi partim cõſcij ſibi, alij ex partiũ
inuidia pericula metuẽtes, qm̃ aperte reſiſtere nõ
poterant, quin illa & alia talia placere ſibi faterẽtur, oc-
culte per amicos, ac maxime p homines Latini nomi-
nis,& ſocios Italicos impedimẽta parabãt. Sed plebs, in
credibile memoratu eſt, * quantum intenta fuerit, quã
taq. ui rogationẽ iuſſerit, decreuerit, uoluerit: magis o-
dio nobilitatis, cui mala illa parabãtur, q̃ cura reip. tãta
libido in partibus erat. Igit̃ cęteris metu perculſis, M.
Scaurus, quẽ legatũ Beſtiæ fuiſſe ſupra docuimus, inter
lætitiam plebis,& ſuorum fuga, trepida ẽt tum ciuita-
te, cum ex Mamilli rogatione tres quæſitores rogaren- * quàm

tur, effecerat, vti ipſe in eo numero crearetur. Sed quæſtione exercitata aſpere, violenterq́. ex rumore & libidine plebis, vt ſæpe nobilitatem, ſic ea tempeſtate plebem ex ſecundis rebus inſolentia cœperat. Cęterum mos partium popularium, & ſenatus factionũ, ac deinde omnium malarũ artium, paucis ante annis Romæ ortus eſt ocio, atque abundantia earum rerum, quę prima mortales ducunt. Nam ante Carthaginem deletá, populus, & ſenatus Romanus placide. modeſteque inter ſe remp. tractabãt; neque gloriæ, neque dominationis certamen inter ciues erat. metus hoſtilis in bonis artibus ciuitatem retinebat Sed vbi illa formido mentibus deceſſit: ſcilicet ea quæ ſecundæ res amãt, laſciuia, atque ſuperbia inceſſere. Ita, quod in aduerſis rebus optauerant, ocium poſtquam adepti ſunt, aſperius acerbiusq. fuit, Nanque cœpere nobilitas dignitatem in ſuperbiam, plebes libertatem libidinem vertere: ſibi quiſque ducere, trahere, rapere. Ita omnia in duas partes abſtracta ſunt: reſp. quæ media fuerat, dilacerata * eſt. Cæterum nobilitas factione magis pollebat: plebis vis ſoluta, atque in multitudine diſperſa, minus poterat. Paucorum arbitrio, belli domiq. reſp. agitabatur: penes eoſdem ærarium, prouinciæ, magiſtratus, gloriæ, triumphique erant. Populus militia atque inopia vrgebatur: prædas bellicas. Imperatores cum paucis diripiebant. Interea parentes, aut parui liberi militum, vti quiſque potentiori confinis erat, ſedibus pellebantur. Ita cum potentia auaritia ſine modo, modeſtiaque inuadere: polluere, & vaſtare omnia: nihil penſi neque ſancti habere: quoad ſemetipſam præcipitauit. Nam vbi primum ex nobilitate reperti ſunt, qui veram gloriam iniuſtæ potentiæ anteponerent, moueri ciuitas, & diſſenſio ciuilis quaſi permiſtio terræ oriri cœpit. Nam poſtquam Tyberius, & C. Gracchus, quorum maiores Punico atque alijs bellis multum reip. addiderant; vindicare plebem in libertatem, & paucorum ſcelera patefacere cępere, nobilitas noxia, atque eò perculſa, modo per ſocios, ac nomen Latinũ, interdum per equites Romanos, quos ſpes ſocietatis à plebe dimouerat, Gracchorum actionibus obuiam ierat. & primo Tyberium, deinde paucos poſt annos eadem ingredientem Caium, trib. pl. alterum, alterum Triumuirum colonijs deducendis cum M. Fuluio Flacco ferro necauerat. Et ſanè Gracchis cupidine victoriæ haud ſatis moderatus animus fuit. Sed bono vinci ſatius eſt, quàm malo more iniuriam vincere. Igitur ea victoria nobilitas ex libidine ſua vſa multos mortales ferro, aut fuga extinxit: pluſquam in reliquum ſibi timoris, quam potentiæ addidit. Quæ res plerunque magnas ciuitates peſſundedit: dũ alteri alteros vincere quouis modo, & victos acerbius vlciſci volunt. Sed de ſtudijs partim, & omnibus ciuitatis moribus, ſi ſingillatim, aut pro magnitudine * parem diſſerere, tempus, quàm res, maturius me deſeret. Quamobrem ad inceptum redeo.

* *Exemplár Aldianũ non habet, eſt.*

* *Codex Aldinus habet, Par eſt.*

SOL D. HVIC rogationi) Ordo eſt, Partim homines, conſcij ſibi, alij metuentes pericula ex inuidia, partim parabant occulte impedimenta huic rogationi per homines Latini nominis, & per ſocios Italicos, quoniam aperte reſiſtere non poterant, quin faterentur illa, & alia talia placere ſibi hoc dicit, illi qui erãt in delicto, hanc rogationem Manlij impedire conabantur per homines Latinos & Italicos, qui erãt ciues Romani, ſed tñ nihil facere potuerunt. Nam rogatio perlata eſt & iuſſa. Alij ex inuidia partium particula metuentes. Multi nobiles erant, qui timebant pp inuidiam partium, quia intelligebant periculũ, ſibi imminere ſi plebs in hac rogatione victoriã obtinuiſſet, nam factio nobilium per hanc rogationem vires amittebat. Econtra factio plebis vires & animos augebat, ſicuti ipſe Sal. infra oſtendit. [Quoniam aperte reſiſtere non poterant] Occulte reſiſtebant huic rogationi per alios, quia per ſe aperte reſiſtere non poterant quin ſuum delictum faterentur. [Illa & alia talia] .ſ. accepiſſe pecunias à rege, & ipſum regem iuuiſſe &c. feciſſe quæ in rogatione promulgata continebantur. [Homines Latini nominis] .i. per homines Latinos; quibus ciuitas Rom. data erat. i. qui ciues R. facti erant. [Sed plebs] Sed eſt incredibile memoratu quantum fuerat intenta plebs, & quãta vi iuſſerit rogationem, magis odio nobilitatis, cui illa mala parabantur, quam cura reip. tanta libido erat in partibus, ſenſus patet. [Incredibile memoratu] .i. dictu incredibile, quia ſi diceretur non crederetur. Suffragium proprie dr̃ votum & voluntas vniuſcuiuſque, quæ primo voce, deinde per L. Caſſium legali lege per tabellam oſtendebatur, ita vt voluntas cuiuſque pandatur, perſona occultaretur. [Rogationem iuſſerit] .i. rogationem ſuffragijs approbauerit. Nam eam rogationem ſe acceptare, & approbare ſuffragijs oſtendit. Nam plebs dicebatur iuſſiſſe, id quod ſuffragijs approbabat. [Igitur ceteris metu perculſis] Cum, inquit, cętera nobilitas perterrita eſſet ob legem M. Scauri inter cęteros nobiles potẽtis, partem huius terroris & periculi imminentis exceſſit. Nam cum tres inquiſitores continerentur in lege, fecit & obtinuit, vt ipſe vnus eſſet ex his, qui inquiſitionem faciebãt. Atque ita cum de ipſo inquiſitio facienda eſſet, qui pecuniam acceperat à Iugurtha, per potentiã ſuam fecerat, vt ipſe de alijs inquiſitionem faceret. [Igitur cęteris metu perculſis] .i. cęteris nobilibus metu perterritis. [Inter lętitiam plebis] Nam plebs lætabatur, quia videbat fore, vt multi nobiles damnarentur. [Tres quæſtiones] Prima quæſtio erat de his, quorum conſilio Iugurtha ſenatus decreta cõtempſerat, & qui pecuniam ab eo acceperant. Secunda erat de his, qui elephantes & transfugas vendiderantq́. Tertia de his, qui pactiones de pace, aut bello cum hoſtibus feciſſent. [In eo nu.] .i. numero quæſitorũ, obtinuerat, vt ex tribus quæſitoribus vnus eſſet, nam opus erat, vt ſinguli quæſitores ſingulis inquiſitionibus præeſſent. Nam quæſitores dñr, qui de criminibus ſuſpectis inquiſitionem faciunt. [Sed quæſtione exercitata] Ordo eſt, Ea tempeſtate, ſic inſolentia cœperat plebem ex ſecundis rebus. ſicut ipſa inſolentia ſæpe ceperat nobilitatem, exercitata quæſtione, aſpere & violenter ex rumore & ex libidine plebis. Poſtquam, inquit, inquiſitio exercitata eſt, ſicuti plebs cupiebat, ipſa plebs ſuperbire cœpit, ex hoc quemadmodum ſæpe nobilitas ſuperbire conſueuerat [Aſpere & violenter] Quia multi nobiles damnati ſunt, inter quos L. Opimius, qui princeps legationis fuit quando decẽ legati miſſi ſunt, vt regnum Numidiæ diuiderent inter Iugurthã & Adherbalem. [Ex rumore & ex libidine plebis] .i. quemadmodum dicebat & cupiebat plebs. [Ex rumore] .i. ſecundum rumorem & famam plebis, quia inquiſitio facta eſt de his hominibus, de quibus plebs dicebat eſſe faciendam. [Ex ſecundis] .i. proſperis rebus, quia inquiſitiones fiebant, quemadmodum ipſa plebs volebat. [Cæterum mos] Sal. capta opportunitate, dicit, vnde partes & factiones Romę originem habuerint [Partiũ popularium & ſenatus factionũ] Tota ciuitas in duas partes & duas factiones diuiſa erat. Vna pars ſiue factio erat ſenatus & nobiliũ. Altera pars erat plebis. Sed factio ſenatus magis vnita erat, & coniũcta, factio plebis magis diſperſa. Sed vbi tota plebs in vnum conſpirabat pp multitudinẽ ſuperior erat, præſertim ſi duces factionis potentẽ aliquem inueniſſent, vt Caium Marium, & Caium Cæſarem. [Ocio] .i. pp pacem. Nam diuturna pax, & quies à tumultu bellorum vires & animos eneruauerãt, & in ſuperbiam erexerant. [Prima] .i. præcipua. & meliora. Nam homines exiſtimant diuitias eſſe ceteris rebus meliores. [Nam ante Carthaginem] Oſtendit nocuiſſe Romanis delere Carthaginem, quia donec Carthago in imperio fuit, ſemper in bello Romanos, tenuit occupatos, ita vt nec laſciuire nec ſuperbire poſſent. Sed deleta & extincta Carthagine, cum imperium Romanum creuiſſet in immenſum, & rerum omnium affluentiam diuturnitas pacis atque ocij peperiſſet, laſciuire animi cœperunt, & in ſuperbiam extolli, atque ita dominãdi libido, paulatim inceſſit. [Ante Carthaginem deletam] Cum in ſenatu agitaretur, an delenda eſſet Carthago. Sententias dixerunt; M. Cato Cenſorius, & P. Scipio Naſica. Cato cenſebat delendam eſſe Carthaginem, vt metu perpetuo belli Roma liberaretur. econtra P. Scipio Naſica cenſebat Carthaginem non eſſe delendam, ne metu belli ſublato ignauia torpeſcerent animi, & vires ocio ac laſciuia corrũperentur, quod

poſtea

poſtea factū eſt, vt Sal. hic docet. [Sed vbi] Ordo eſt. Sed laſciuia atque ſuperbia inceſſere, dico laſciuia, & ſuperbia, appoſitiue ea quæ ſecūdæ res amant. [Vbi] Pro poſtquam illa formido diſceſſit mentibus. Senſus patet. [Illa formido] .ſ. Carthaginis .i. poſtq̄ Carthago deleta eſt, & metus belli deceſſit: ſupra diximus quēadmodum P. Scipio Africanus minor Carthaginem captam funditus deleuerit, ex quo Africanus cognominatus eſt. [Ea quæ ſecundæ res amant] Nam ex affluentia rerum laſciuia & ſuperbia generantur. [Inceſſere] .i. inuaſere, intrauere, inuectæ, & introductæ ſunt. [Ita] Ordo, ita ocium quod optabant in aduerſis rebus fit acerbius & aſperius, poſtquā adepti ſunt. ſ. illud ocium. Optabant pacem quando in bello erant. Et poſtquam adepti ſunt pacem, eo aſperior fuit bello. [Cœpere] Prolepſis eſt. Nobilitas inquit cœpit conuertere dignitatem in dominationem, quia nō ſatis habebat, q̄ adminiſtrationem reip. & prouinciarum poſſidebat, ſed prorſus dominari volebat, ex altera parte plebes libertatem ſuam in libidinem conuertere cœpit, quia non ſolum ſenatui & nobilitati ſubiecta eſſe nolebat, ſed leges ferebat & iubebat, quæ nobilitatis potentiam extinguerent, ſicuti fuit lex ſuperior de quæſtionibus exercendis, qua lege nobilitas perculſa eſt. [Abſtracta] .i. diſtracta, diuiſa ſunt. [Reſp.] Bonum cōe, & bonum publicum. Dum vnuſquiſque rem ſuam curat reſp. neglecta eſt, & dilacerata eſt. Dum vnuſquiſque bonum priuatum curat, bonum publicum cōtemnit. [Nobilitas magis factione pollebat] .i. factio nobilitatis potentior erat, quia magis erant vniti & coniuncti, plebs vero diſperſa erat. [Soluta] .i. diſiuncta, quia pauperes ciues quærebant quotidie, q̄uo victum ſibi pararent, non q̄uo diuitibus & nobilitati reſiſterent. Et ideo potentia plebis minor erat, quia non erant vniti & coniuncti, ſicuti nobiles. [Imperatores] .i. duces exercituum. [Parentes, aut partim liberi militum] Probat, quod ſuperius dixit, videlicet, q̄uo nobilitas dignitatem in dominationem vertere cœperit. Ecce totius reip. adminiſtrationem tenebant, & tamen poſtea patres & liberos pauperum ciuium, qui foris bella gerebant, de agris ſuis pellebant, ſi forte eis vicini erant. [Sedibus] Videlicet de agris, hoc etiā ſupra docuimus, factum eſſe, quando Tyberius Gracchus legem Agrariam tulit. Nam diuites q̄ potentes augebant penſiones. & ita de agris publicis pauperes ciues excludebant. [Ita cum potētia] Ordo eſt, ita auaritia cum potentia inuadere pro inuadebat, & pollebat & vaſtabat omnia ſine modo, & ſine modeſtia, & nihil penſi habere pro habebat, & nihil ſancti, quoad præcipitauit ſemetipſam. Nobiles Rom. potentes erant, & auari, & propterea per fas ac nefas omnia aggrediebantur, atque omnia violabant. Nam quia potentes erant omnia aggrediebantur; quia auari erant omnia violabant, & omnia per pecuniam faciebant. [Polluere] Pro polluebant, hoc eſt violabant omnia per auaritiam, ſicuti ſenatores Romani pecunia corrupti iuſtitiam & fidē violauerunt, Iugurtham pro tantis ſceleribus impunitum relinquentes, & quemadmodum legati per auaritiam fidem violauerunt, qui accepta pecunia meliorem partem regni Iugurthæ aſſignauerunt. [Nihil penſi habere] .i. nihil conſiderabant. Et hoc refertur ad id quod dixit. Inuadere, quia temere & ſine vlla conſideratione ea aggrediebantur, quæ vel erant illicita, vel ſuis viribus maiora. [Neque ſancti habere] .i. & nihil ſancti habebant, hoc refertur ad id quod dixit polluere. [Nihil ſanctum habere eſt omnia ſancta violare. nā id dicitur ſanctum, quod violari ne fas eſt, vt fides, pietas, iuſtitia, religio, hæc omnia, & his ſimilia ſancta dr̄, quia ea pollui & violari nō licet. Sed nobiles Romani nihil ſancti habebant, quia omnia violabant, quæ violari non licet, nam fidem & iuſtitiam pro pecunia violabāt, vt ante dixit. [Nihil penſi] .i. nihil penſum habebant, quia nihil quod facerēt penſabant .i. librabant, & ponderabant, & examinabant, ſed temere & inconſulte quidquid appetebant aggrediebātur, & innitebant potentia ſuæ confiſi. [Præcipitauit] .i. euertit & deiecit, nam potentia Romanorum tantopere creuit, vt ſua magnitudine rueret. Nam arma ab hoſtibus in ſeipſos verterunt, donec bellis ciuilibus Roma funditus euerſa eſſet. [Nam vbi primū] Poſtquam, inquit, ex nobilibus aliqui reperti ſunt, qui iniuſtā potentiam contemnerent & veram gloriam quærerent, tunc primum bellum & diſcordia ciuilis oriri cœpit, iniuſta potentia erat nobilium, qui ea faciebant, quæ ſupra dixit, videlicet, qui totius reip. adminiſtrationem hr̄e volebant, & inſuper inopem plebem ſeruitute oppreſſam tenebāt, vera gloria erat dare operam, vt plebs quæ pro rep. ſemper bella gerebat, non opprimeretur à nobilitate, ſed libertatem ſuam inuiolatam haberet. Poſtq̄ igitur inuēti ſunt aliqui ex nobilibus, qui ſpreta iniuſta potentia, hāc veram gloriam quærerent, vt videlicet conatētur plebem in libertatem reſtituere, ſubito exinde bellum ciuile ortū hr̄e cœpit, quiā dum nobilitas dominari cupit, plebs autem dominationem pati non vult, neceſſe fuit ad arma venire. [Nam vbi] Ordo eſt nā ciuitas cœpit moueri, & diſſenſio ciuilis cœpit oriri, quaſi permixtio terræ. [Vbi primum] .i. cum primum reperti ſunt. ſ. aliqui ex nobilitate, qui anteponerent veram gloriam iniuſtæ potentiæ. Mirum vī hoc quod dicit, niſi diligentius conſideretur. Nam mirum vī, q̄ bellum ciuile ſit, quia ea nobilibus inuēti ſunt, qui veram gloriam iniuſtæ potentię anteponerent, immo ex hoc vī potius cōcordia nutrire potuiſſe. Sed iam expoſui hanc ſniām quę exēplo Gracchorū clarius intelligitur. Nam Gracchi vero dum verā gloriam quęrunt, plebi libertatem & iura ſua reſtituendo, diſcordiā ciuilem in vrbem concitarunt. [Quaſi permixtio terræ] .i. quaſi puluis ſic ciuitas turbari cępit, & ſuſcitari ciuilis diſcordia, quēadmodum puluis turbari & ſuſcitari ſolet turbine venti cōmotus. [Nam poſtquā] Probat exēplo Gracchorum hoc verū eſſe, quod dixit, videlicet ciuilem diſcordiā exoriri cępiſſe, dum inuenti ſunt ex nobilibus, qui veram gloriam iniuſtæ potentię anteponerēt, ſicuti Gracchi feciſſe probantur. Ordo eſt. Nā nobilitas noxia atq; perculſa eo .i. ideo inerat obuiam actionibus Gracchorū. [Modo] .i. aliqñ per ſocios ac nomen Latinū, interdum p equites R. quos ſpes ſocietatis dimouerat à plebe, poſtq̄ Tyberius & C. Gracchus, maiores quorū addiderant multum reip. bello punico. [Atque alijs] ſ. bellis. [Cœpere] Pro cęperunt vēdicare plebē in libertatē, & patefacere ſcelera paucorū. Quorū maiores punico bello atq; alijs multū reip. addiderāt Gracchi multa præclara facinora bello geſſerunt & in bello punico, & in alijs. Nā Sempronius Gracchus conſul & collega P. Cornelij Scipionis, patris Scipionis Africani maiores ad inſidias miſſus contra Carthaginienſes bello nauali fęliciter dimicauit, ſeptē nauibus captis, cæteris in fugā verſis idē apud Placentiā contra Annibalem fęliciter pugnauit, pulſo hoſte in caſtris Tyberius autē Gracchus Hennonē ducē Pęnorū cum exercitu fudit apud Luceriā, ex quo prœlio minus duo millia hominum cum ipſo duce fugerunt. Item P. Sempronius conſul in agro Crotonenſi cum Annibale cōflixit, fuſo fugatoq; exercitu quatuor millia hoſtiū occidit, paulò minus trecentos cœpit, vndecim ſigna militaria capta ſunt. Ex his patet quo maiores Tyberij & C. Gracchorū multū reip addiderunt. Denīq; Tyberius Gracchus pater eorū his conſul fuit, ac bis triūphauit. [Vindicare] .i. trahere. Ecce q̄uo Tyberius & C. Gracchus verā gloriam iniuſtæ potētiæ anteponebāt, quia ipſi nō cupiebant dominari ſicuti cæteri nobiles, ſed ipſam plebem ſeruitute oppreſſam in priſtinam libertatem reuocare cupiebant; & dum hoc faciunt, diſcordia & bellum ciuile cępit. [Scelera patefacere] Nam oſtendebant quemadmodum nobiles oīa ad ſe traherent, ærarium expilarent, pauperes de agris ſuis pellerent, regna & prouincias venderent, & cætera ſcelera his ſimilia perpetrarent. [Eo] .i. ideo pp id. [Perculſa] .i. perterrita. Nam ipſa nobilitas timebant, quia ſciebāt ſe eſſe in his delictis, quæ Gracchi patefaciebant. [Modo per ſocios, ac nominen Latinum] Populi Latinorum ſocij vetuſtiſſimi erant P. R. qui tandē in cōionē ciuitatis Romanæ accepti ſunt, hoc eſt ciues Romani facti ſunt, ita vt & ipſi haberent ſuffragia. Dicit ergo nobilitatē & ſenatum reſtitiſſe actionibus Gracchorum per Latinos, quia Latini adhærebāt ſenatui potiuſquā plebi, aliqñ ſenatus reſiſtebat actionibus Gracchorum p equites Romanos, quia ſimiliter equeſter ordo adhærebat potius ſenatui q̄ plebi, licet ſæpe à ſenatu alienatus ſit, & ſe cum plebe cōiunxerit. Ordo iſte eſt. Nā inter ſenatum & plebē medius erat ordo equeſter, diuitijs maxime ꝑpotens. [Quos ſpes ſocietatis plebe dimouerat] Senatus, vt ordinē equeſtrē alienaret à plebe & eum ſibi conciliaret, atq; ſibi coniungeret, dabat ei ſpem ſocietatis, & pp hāc ſpē equeſter ordo à plebe diſceſſerat & ſenatui adhærebat. [Spes ſocietatis] Et quia equites ſperabāt, ſe ſocios fore ſenatus in adminiſtratione totius reip. Nā ſenatus totā remp. in ſua ptāte habebat, vt ſupra viſum eſt. [Gracchorum actionibus] Quibus actionibus libertatem, & iura ſua plebi reſtituere conabantur, vt ſupra viſum eſt [Eadem ingredientē] .i. eadem molientē & conantē, q̄ ipſe Tyberius conatus fuerat, videlicet ferētē leges Agrarias. [Triūuirū colonijs deducēdis] Qñ agri publici ex hoſtibus capti pauperibus ciuibus Romanis diuidendi erant, tres uiri creabant à populo, qui eos agros diuiderent. & hi Triumuiri dicebant, quemadmodū qñ Tyberius Gracchus legē tulit Agrariā, tres viri electi sūt ad agros diuidēdos, uidelicet ipſe Tyberius, Appius Claudius ſocer eius, & C. Gracchus frater eius. Vnuſquiſq; eorum Triumuir dicebat. Nūc ergo dicit, C. Gracchū Triumuirū deducendis Colonijs cū Fuluio Flacco interfectū fuiſſe, qa C. Grac-

chus Fuluius Flaccus Triumuiri erant ad deducẽdas Colonias Tarentũ atque Capuam, & ad agros diuidendos. Nam C. Gracchus tribunus plebis legẽ tulerat, vt Coloniç mitterentur. Tarentum atq; Capuã. Colonia dicebatur multitudo ciuium Romanorum miſſa ad aliam ciuitatẽ, in qua agri publici per Triumuiros ei diuidebantur, & aſſignabãtur, ergo deducere Colonias, eſt de ciuitate Romana ciues tollere, & in aliam ciuitatem ducere, in qua agri publici diuiduntur & aſſignantur. Quemadmodum autẽ C. Gracchus & Fuluius Flaccus interfecti ſint à nobilitate ſupra diximus. [Et ſanè Gracchis] Sal. iudicium ſuum de morte Gracchorum oſtẽdit. Dicit.n. eos immoderatum aĩum habuiſſe, dum iura ſua plebi reſtituere conarentur. Nam licet à principio Gracchi egregio aĩo ducti ſint, vt plebis iura & libertate contra nobilitatem tuerentur, tñ poſtea ad iniuſtitiam deſcenderunt, dum vincere & obtinere conatur quod ſemel intenderãt, quemadmodum Tyberius Gracchus fecit, qui ſine exemplo Octauio collegæ ſuo magiſtratum abrogauit, hoc.n. nimis ſuperbum & intolerandum viſum eſt omnibus. [Cupidine victoriæ].i. cupiditate vincendi, videlicet, dũ cupiunt vincere & obtinere id, quod ſemel excogitauerant. [Sed bono] Ordo eſt. [Sed eſt ſatius vinci bono] i. more quam vincere iniuriam malo more. Hæc eſt Apoſtolica ſnĩa atque diuina, dicit.n. quamuis Gracchi immoderatũ animum haberent tñ melius erat, vt nobiles eos vincere permitterent q̃ vt eos interficeret & exemplũ malum introduceret. [Sed bono] Snĩa gñalis quidem eſt, ſed ad propoſitum accommodata. [Satius].i. melius. [Malo more].i. malo exemplo nobilitatis vicit iniuriam Gracchorum, ſed malo exemplo vicit, quia eos interfecit, & ipſa victoria nimiam crudelitatem exercuit. Et ideo melius eſſet vinci, quam ſic vincere. [Igitur] Ordo eſt. Igitur nobilitas vſa eſt victoria ea libidine, extinxit multos mortales ferro, aut fuga [Ea victoria] In qua Grac. vicit, & interfecit. [Ex libidine ſua] Inter voluntatẽ & libidinẽ hoc inter eſt ſm Cic. in 4. Tuſc. voluntas eſt quæ quid cum rõne deſiderat, quæ aũt rõni aduerſa incitata eſt, ea libido eſt, vel cupiditas effrenata. Ergo deſiderium in bono voluntas dr̃, deſiderium in malo libido vocat. [Multos mortaleis ferro, aut fuga extinxit].i. multos interfecit, & multos exilio moleſtauit. Plus timoris quam potentiæ ſibi addidit. [Ea ea victoria nobilitas ferro] Vt plus timeretur in poſterũ, non vt plus poſſet. [Quę res] Videlicet immoderate vti victoria, & impiam crudelitatẽ exercere, ſicuti nobilitatis fecit. [Magnas ciuitates peſſundedit].i. euertit, & deleuit, ſic Athenæ florentiſſima ciuitas euerſa eſt. [Maturius].i. citius. Si vellem loqui de partibus ciuitatis, prout res poſtulat, tam magna res eſt, vt citius tempus de futurum ſit quam res. [Redeo] Id eſt reuertor.

Mari. CONSCII] .i. nobiles. [Sibi] Sui ſceleris. [Faterentur illa & al.] Vt iſta lex ſortiretur effectum. [Latini nominis] Qui gaudebant iure Rom. [Italicos] Ital. a non erat Rom. Colonia, ſed in fœdere. [Impedimenta] Ne lex illa ſeruaretur. [Iuſſerit] Approbauerit. [Illa mala] Illæ inquiſitiones. [Tanta lib.] Tantũ ſtudium. [Partibus] Factionibus. [Rogarentur] Deſignarentur. [Effecerat] Obtinuerat. [Aſpere] Sine reſpectu nobilitatis, [Vt ſæpe] Alias. [Res ſecundæ] Aſpirantes. [In aduerſis rebus] In bellis externis. [Libidinem] Appetitum. [Dilacerata] Verſa in ruinam. [Agitabatur] Gubernabatur. [Militia] Quia ſemper erat in bello. [Interea] Dum populus Rom erat in bello. [Affinis] Proximus. [Nihil ſancti] Inuiolati. [Moueri] Excitari. [Noxia]. Quæ in culpa erat propter auaritiam. [Dimouerat] Separauerat. [Actionibus] Orationibus. [Ingredientem]. Tentantem. [In reliquum] Inſequens tempus. [Parem] Parare velim. [Diſſerere] Diſputare. [Quam res] Quam materia.

OCCVLTE per amicos, ac maxime per hoĩes Latini nominis, & ſocios Italicos impedimenta parabant] In manuſcriptis cæteriſq; vetuſtioribus, per homines nominis Latini. nam hoc ordine verborũ & alias quoq; vtitur. Nec aliter in vetuſtis inſcriptionibus, vbi ferè primis tantum literis hæc verba notantur in hunc modum, N.L. quibus literis ſignificatur, nominis Latini. Vnde conijcere licet, hac ferie ferè collocanda eſſe hæc verba, & hunc fuiſſe vſum publicum & obſeruationem cõem. idque maxime, ſi obſecraius alioqui concurrãt literę vbi ordinem verborũ immutes. T. Liuius, Quina millia ſocium Latini nominis, inquit. quõ & alias idem ſæpe. Sed cum tale obſtat nihil, ordine priore verborũ ferè vtitur. velut 10. dec. 4. Fabius ſocius atq; nomine Latino remittere delectum. & 2. dec. eiuſdem, Circa nomẽ Latinum à prætore miſſæ literę. Sic alibi, Vt ſocij nominis Latini, inquit. item, Vt cum ſocijs ac nomine Latino &c. [Sed plebs incredibile eſt memoratu] Manuſcriptũ aliaq;, plebes. Id uimirũ rectius eſt. Paulò poſt. [Sed quæſtione exercitata aſpera violenterq;] Manuſcripto duo, exercitata. idq̃, haud ſcio an melius, nam & iudicium & quæſtio exerceri dr̃. Cicero, Qui cũ prætor quęſtionem inter ſicarios exercuiſſet. Liuius, Quam acriter quæſtiones exercuiſſet. Neq; tñ priorem lectionem repudio. nam peculiare eſt Saluſtio noſtro frequẽtatiuis vti pro primitiuis. quõ alicubi agitare prædas, pro agere dixit, & ductare exercitũ, pro ducere. [Et paucis ante annis] zò. Et, perperã eſt in Gymnico additũ. [Metus hoſtilis in bonis artibus ciuitatẽ retinebat] Alij, cõtinebat. ſed eodem ſenſu. Quanq̃ poſterius mihi quidem magis arridet. nam & Florus eadẽ de re loquens. eo ipſo verbo eſt lib. 4. vſus. Dum pœnorũ, inquit hoſtiũ imminens metus diſciplinã veterẽ continebat. Sunt apud Velleium Paterculũ quæ huc faciãt, ea ſubijcere viſum. Potẽtiæ, inquit, Romanorũ prior Scipio viã aperuerat, luxuriæ poſterior aperuit. Quippe remoto Carthaginis metu ſublataq; imperij æmula, non gradu, ſed præcipiti curſu à virtute deſcitũ, ad vitia trãſcurſum, vetus diſciplina deſerta, noua inducta, in ſomnũ à vigilijs, ab armis ad voluptates, à negocijs in ocium cõuerſa ciuitas. Sal. in 1 hiſtorię At diſcordia, & auaritia, atq; ambitio, inquit, & cętera ſecũdis rebus oriri ſueta mala, poſt Carthaginis excidiũ maxime aucta ſunt. Nã iniuriæ validiorũ, & ob eas diſceſſio plebis à patribus, aliæq; diſſenſiones domi fuere iã inde à principio, neq; amplius q̃ regibus exactis, dũ metus à Tarquinio & bellũ graue cũ Etruria poſitũ eſt, æquo & modeſto iure agitatum. Hęc ex Aug. a. de ciu. Dei. Mox. [Sed vbi illa formido mẽtibus deceſſit] Manuſcripta diſceſſit. Tu vide, vtrũ rectius. Diſcedere ſpẽ dicitur, eſt apud Cæſarẽ. vt & formidinẽ diſcedere nõ abſurde forſan dicere poſſis. Mox. [Nãque cepere nobilitas dignitatẽ, populus libertatẽ in libidinẽ vertere] Sic eſt in manuſcriptis, q̃ ipſe viderim, cõtra q̃ Gymnicus hẽt. Vtra lectio verior, aliorũ eſto iudiciũ. Paulò poſt. [In duas partes] Legendũ, parteis. [Paucorũ arbitrio belli domiq; reſp. agitabatur] Reſp. nõ eſt in vllo manuſcripto, nec in codice Beroaldino. [Vti quiſq; potentiori confinis erat] Quãuis in quibuſdã ſic affinis, tñ prius illud magis arridet, & ad ſenſum magis facit. pro conterminis. vt Plin. loquitur. [Nihil penſi neque ſancti ſe quo ad ſemetipſam præcipitauit] Legendum, ſemetipſa ex vetuſtis quibuſdam. [Deinde paucos poſt annos] Manuſcriptũ deest, & paulò inferius. [Multos mortales] Legendum mortaleis.

DEINDE paucos poſt annos ingredientẽ eadẽ Caiũ] Poſt Caiũ, diſtinguendũ, atq; deinde diuiſum inferendum, trib. pl. alterum, nempe Tyberium, alterum Triumuirũ, nempe Caiũ, Colonijs deducẽdis. M. enim Fuluius Flaccus non cũ Tyberio, ſed Caio occiſus eſt vt auctor eſt Florus in altera Epit. lib. 61. Quod admonendum duximus, quoniam hic locus in pleriſque codicibus corrupte legitur, & à commentatoribus miſere tractatur. Glab.

Acces. SENATORES ſup.] Aut patres cõſcripti partim cõſcij ſibi, q̃a inter eos plurimi per legatos pecunias acceperãt, alij metuẽtes pericula ex inuidia .i. moleſto odio partiũ .ſ. eorũ, q̃ partẽ culpabilẽ fauebãt, aut potius plebeiorum qui non poterãt reſiſtere aperte huic rogationi factę per C. Mãliũ aut Marullũ, quo.i. quominus faterentur.i. deberent fateri illa .ſ. per ipſum rogata & alia talia placere ſibi, q̃a iuſtiſſimũ erat vt in tales fieret inquiſitio, ideo ipſi parabãt occulte impedimẽta.i. obſtacula & remorã, quominus promulgaretur per amicos, & maxime per hoĩes nominis Latini & ſocios Italicos, q̃ aut alia negocia interrogabãt, aut ad plebẽ & trib. pl. inſtabant ne in tanta cõmotione talis rogatio promulgaretur. Sed eſt incredibile memoratu.i. cũ memoretur & recenſeatur, quantũ intenta & quãta vi plebs iuſſerit rogationem ſup. promulgare, magis odio nobilitatis cui illa mala parabantur, quã cura reip. vt reip. conſuleretur. tanta libido erat in partib. s in partialitatibus & ſeditionibus aut in ipſis qui ſeditiones fouebãt. Igitur cæteris perculſi metu.i. cum cæteri eſſent perculſi metu, M. Sca. quem nos memorauimus ſupra legatũ Beſtię.i. miſſum cũ Beſtia cõſule in expeditionẽ Africanã, effecerat inter lætitiã plebis, q̃ exultabat de nobiliũ in tãtis malis deprehenſione, & fugã ſuorũ.i. ſecum cõſociorũ nobiliũ (ſuorũ.n. reſpicit Scaurũ.i. eorũ q̃ de pte Scauri erãt) ciuitate exiſtẽte tñ.i. tũc & trepida, cũ &.i. ẽt rogatione Manlij.i. qua Manlius ppoſuerat, rogarent̃ tres quæſitores.i. tres inquiſitores de trib. inquiſitionibus, quorũ prima erat de his quorũ cõſilio accepta pecunia Iugur. decreta Sen. contẽpſerat. Secũda de his qui elephãtes aut p fugas vẽdiderãt. Tertia de his q̃ pactiones cum eo fecerãt. effecerat inq̃ Scaurus vt.i. vt, ipſe crearetur.i. deſignaret̃ in eo numero .ſ. triũ quæſitorũ. Sed qõne.i. inquiſitione excitata aſpera & violẽter ex rumore.i. vt rumor erat plebẽ velle, & ex libidine plebis, vt inſolentia.i. inſolita violẽtia cœperat.i. inuaſerat ſæpe .ſ. antea nobilitatẽ.i. nobiles, ex ſecundis.i. pſperis rebus, ſic cœ-

perat ea tẽpeſtate plebem. [Ceterũ] Quia ſeditionũ & factionũ mentio incidit, proſequitur earũ originẽ dicens, Ceterũ.i.ſed moſ.i.malus, partium.i.partialitatũ populariũ & factionũ, ſenatus.i. ſenatorũ & deinde oĩum artium malarum.ſ.ſeditionum, peculatuũ, & rapinarũ, oppreſſionum, violationum, ſtuprorum, cædium incendiorum & ſimilium, eſt ortus Romæ paucis annis ante.ſ.q̃ hæc fierent, ocio.i.ex ocio à bello, & abundantia earũ rerũ.ſ.diuitiarũ, & voluptatũ, quę.i.quas res mortales ducũt, prima.i.primaria & præſtantiſſima bona vſq; adeo vt dum bona dicimus, diuitias intelligamus, vnde Iuuen. Sat. j. Quandoquidem inter nos ſanctiſſima diuitiarum maieſtas. Sanè elegans eſt ſermo earũ rerum quæ prima, quia.n.prima ſubſtantiue accepit maluit quæ ſequenti, q̃ precedenti cõfirmare, nã populus & ſenatus Rom. tractabant placide & modeſte.i.ſine inſolẽtia, inter ſe & cõcorditer rẽp. ante Carthaginẽ deletã.i. anteq̃ deleretur Carthago, aut ante deletionẽ Carthaginis, quam Cato cenſorius cẽſuit delendam aut ciuitas R. perpetuo belli motu ſolueretur, cũ interdum parũ abfuerit qn ab ea caperetur. Pub. Scipio Naſica cenſuit nõ delendã ne ſublato belli metu animi torpeſcerent ignauia, & laſciuia corrumperentur vires, quod paulò poſt euenisse cõmemorat Auctor, & Iuuen. Sat. vj. Nunc patimur longæ pacis mala, ſæuior armis Luxuria incubuit, victumq. vlciſcit orbẽ. Neq; erat tunc certamen gloriæ.i.pcellentię honorũ, neq; dñationis inter ciues, q̃a metu hoſtilis retinebat ciuitatẽ in bonis artibus.ſ.modeſtia, cõtinentia, tẽperancia, parſimonia, caſtitate. Vñ, Seruabat caſtas humiles fortuna latinas Quondam, nec vitijs contingi parua ſinebat Vecta labor, ſomniq. breues &c. Vide Iuuen. in vj. Sed vbi.i. poſtq̃ illa formido.ſ.belli diſceſſit à mẽtibus, laſciuia atq; ſuperbia.i.ea q̃ res ſecundæ amant.i.quę vita res pſpere amãt & ſecũ ferunt, inceſſere.i.in locũ bonarũ artiũ ſeſe ingreſſerũt. Ita.i. & ſic ipſi miſere acerbius & aſperius.i.cũ maiori malo ociũ qd optauerant in rebus aduerſis, poſtq̃ ipſi adepti ſunt ſup ipſum ocium. Nanq; cępere, aut ſi nõ eſt id verbũ, nãq; nobilitas ſuſcępi vertere dignitatẽ.ſ.ſuã, in dñationẽ.i.ſuperbũ pricipatũ, quaſi Tyrãnicũ, & pop. libertatẽ.i.facultatẽ in ocio citra metũ libere viuẽdi in libidinẽ.i.mollẽ & illecebroſã uitã, & quiſq; cępit, ducere.i. adducere aut addicere ſibi trahere.ſ.ad ſe, & rapere.i. violenter inuadere & auferre, ſibi, ita oĩa abſtracta in duas partes.ſ.nobilium & plebeiorũ, & reſp. quæ fuerat media eſt dilacerata. Ceterũ.i.ſed nobilitas, vt pro vel, factio quã prius nobilitati dedit, aut legamus potius factione, ſic nobilitas pollebat magis.i. plus poterat factione.i.pp factionem, quia vis plebis ſoluta & diſperſa in multitudine poterat, minus. & ita reſp. agitabatur belli.i.foris, & domi, arbitrio paucorũ, vbi belli ponitur pro aduerbio in loco, ſicut domi & militiæ ęrariũ.i.fiſcus ſeu theſaurus publicus prouinciæ.ſ.gubernandæ, magiſtratus gloriæ, & triũphi erant penes eodẽ.ſ.paucos potẽtes.i.in poteſtate eorum. Pop.ſ. vulgaris vrgebatur militia in onere militãdi, atque inopia, q̃a imperatores diripiebant cũ paucis.ſ.nobilibus & factioſis prędas bellicas, ex bello obtẽtas. [Interea parentes] Probat quõ inſolenter victoria abuſi ſint pauci potẽtes, qui militum pro tẽp decertantium parẽtes aut liberos poſſeſſionibus veteribus extruſcrũt, dicens, Interea dum ſic pauci nobiles dñarentur, parentes.i. primogenitores militũ aut parui liberi.i.legitimi nati qui ſe defendere nequibant vt.i.ſecundum q̃ quiſque erat affinis aut potius confinis.i. conterminus potentiori, hoc eſt hñs fundum affinem & cõterminũ fundo potentioris, ſicut Æn. 2. Iã proximus ardet vcalegon.i. domus eius. pellebãtur ſedibus.i.à poſſeſſionibus & habitationibus ſuis quietis. Nã auaritia.ſ.nobilium cum potentia.i.adiuncta potentia, inuadere.i.inuadebat & polluere.i.polluebat oĩa, & vaſtare.i.vaſtabat omnia, ſine modo.i.menſura & modeſtia, & hñe.i. habebat, nihil penſi.i.cõſiderati neq; ſancti.i.inuiolabilis aut cañpo à pollutione, quoad.i.donec pcipitauit.i.peſſundedit ſemetipſam. Nam vbi.i.poſtq̃ reperti ſunt primum ea nobilitate.i.inter nobiles ſup. aliqui, q̃ anteponerent potẽtiæ iniuſtæ.i. per vim occupatæ, verã.i.iuſtã & ex meritis partã gloriã, ciuitas cœpit moueri.i.agitari diſcordijs & diſſenſio ciuilis.i.inter ciues cœpit oriri quaſi permixtio terræ.i. quaſi ex puluere cõcitato turbo fieret, aut quaſi terræ motu orto omnia permiſcerentur. Quæres, q̃uo ex re bona & honeſta orta ſit diſcordia & diſſenſio tanti mali cauſa? Sed facilis eſt ſolutio, Dum.i.oẽs auaritiæ ac dñationi inſeruirent potentes, nec quiſq̃ eorum plebeiorũ partes reſpicere, nulla erat diſcordia, dũ potẽtes omnia quę uellẽt facerẽt, & imbecilles nullo adiutore freti oĩa, quę nollẽt perpeterẽtur, ac dũ ea potẽtioribus qdã verã gloriã quęrerent plebeios opprimi non ſinerẽt ſtatim ortæ ſunt diſſenſiones. Vnde pbat id ex eẽplis Grac. qui nobiliſſimi & potẽtiſſimi fuerant, dicens, Nã poſtq̃ Tyb.ſ.Grac. & C. Grac. quorũ maiores.i.progenitores[.ſ.Sempronius Gracchus, q̃ cõſul & collega Pub. Corn. Scip. patris Scip. Africani maioris miſſus contra Carthaginẽſes bello nauali feliciter dimicauit ſeptẽ nauibus captis, ceteris in fugam verſis. Idem poſt Placẽtiam & in agro Crotonenſi feliciter cõtra Annibalem pugnauit. Tyb. aũt Grac. Hannonem ducẽ Pœnorum cum exercitu fudit apud Luceriã. Præterea ea ſtirpe materna erãt Grac. de ſtirpe Scipionũ, nã vt ſcribit Plin. lib. 34. cap. 5. Corneliæ Grac. matri, quę fuit Africani prioris filia, ſtatua poſita eſt in Metelli pub. porta, erat aũt eloquentiſſima mulier quæ eloquẽtiæ filiorum non parũ cõtuliſſe à Quint. cẽſetur lib. 1. unde de eius mulieris nobilitate dicit Iuuen. Sat. 6 Malo venuſinam, q̃ te Corn. mater Grac. ſi cũ magnis virtutibus affers. Grande ſupercilĩu, & numeras cũ dote triumphos. [Sed reuertamur ad ordinẽ] duorum inq̃ maiores addiderãt reip multũ in Punico bello, atq; alijs.ſ.bellis, cœpere vẽdicare.i.reſtituere per vendicationẽ plebem in libertatẽ.i.priſtinã, & patefacere ſcelera paucorũ, nobilitas noxia.i.culpabilis atque perculſa.i.attonita eo.i.pp ea iterat obuiam.i.reſtiterat actionibus Grac. [Modo].i.interdũ, per ſocios. ac nomen Latinum.i. hoĩes nominis Latini, interdum per equites Rom. quos ſpes ſocietatis.i.vt cum nobilibus participes eſſet, dimouerat à pl. & nobilitas necauerat ferro primo Tyb.ſ.Grac. cum M. Ful. Flac. deinde poſt paucos annos, Caium.ſ.Grac. trib. pl. ingredientẽ eadẽ.ſ. via & ſeditione & alterum.ſ.Tyberium Triumuirum.ſ.conſtitutum, colonijs deducẽdis.ſ.ad agros diuidẽdos. Et ſanè.i.certe, animus nõ ſatis moderatus.i.temperatus, immo intemperatus fuit Grac. cupidine victorię. unde ab Iuuen. ſeditioſiſſimi innuuntur Sat. 2. vbi dicit. Quis tulerit Grac de ſeditione quærẽtes? Sed ſatius.i.melius & cõſultius eſt vinci bono.ſ.more.i ſatis bonis moribus ſuperari ab alijs, ita q̃ vt alij ſint meliores dũmodo tu bonus ſis, q̃ vincere iniuriã malo more.i.vbi alij mali ſint, & ita vindicẽs de eis vindictã ſumas, aut malo more.i. exẽplo. vt nobilitas malo more vicit iniuriã Grac. cum ea uictoria male vſa ſit & in dñationem verterit. Et ita ſenſus vĩ melius eſſe ei qui ſuccumbit dũmodo bonum procedat, q̃ ei qui vincit & victoria inſolẽter ad malũ exẽplum abutitur, vnde addit: Igitur nobilitas vſa ea uictoria.ſ.Gracchos q̃ populares erãt ea libidine ſua.i inordinata voluntate, extinxit.i.ſuſtulit de medio viuẽtium, multos mortales.i. hoĩes, ferro.i.armis ſeu gladio, aut fuga.i.exilio uolũtario, & addidit ſibi in reliquũ.i.pro tẽpe futuro, plus timori q̃ potentię q̃a à pleriſque timebãtur nobiles, ſed non ppea plus poterant, cum nullus eis faueret ex popularib. Quæ res.i.timeri potius q̃ amari, peſſundedit.i. ſup. pedes deiecit & ſubuertit plerunque.i.ferè aut vt plurimũ magnas ciuitates. dum alteri.ſ.ciues, volunt vincere quouis modo.i.per fas & nefas, alteros.ſ.conciues ſuos, & uolunt vlciſci acerbius.ſ.q̃ iuſtum & æquũ ſit, aut acerbius.i. valde acerbe, uictos.ſ.conciues [Sed ſi ego parem].i.diſponã aut mẽdam diſſerere.i.diſerte dicere, aut diuerſimode pro diuerſis ſermonẽ facere, de ſtudijs partium.i.diſſentientium Romanorũ, & de omnibus moribus ciuitatis, ſingillatim.i. per ſingula quaſi ſingulotenus, aut pro magnitudine.i.iuxta magnitudinẽ.ſ.rei, tempus deſereret.i.deficeret me, maturius.i.citius, quã res.ſ.materia ſeu argumentum mariandæ rei. Quamobrem cum omnia dicere nequeam, ego redeo ad inceptum.i.ad cœptam hiſtoriam.

POST Auli fœdus, exercitusq. noſtri fœdam fugã, Metellus, & Syllanus cõſules deſignati, prouincias inter ſe partiuerant: Metelloq. Numidia euenerat acri viro, & quanquam aduerſo populi partibus, fama tamen æquabili & inuiolata. Is vbi primum magiſtratũ ingreſſus eſt, alia omnia ſibi cum collega cõmunia ratus, ad bellum quod geſturus erat, animum intendit. Igitur diffidens veteri exercitui, milites eligere, ſcribere, præſidia vndique accerſere, arma, tela, equos & cętera inſtrumenta militiæ parare: ad hoc commeatum affatim, denique omnia quæ in bello vario & multarum rerum egenti vſui eſſe ſolent. Cęterum ad ea paranda ſenatus auctoritate, ſocij, nomenq. Latinum, & reges vltro auxilia mittendo, poſtremo omnis ciuitas ſummo ſtudio annitebatur. Itaque ex ſententia omnibus rebus paratis, compoſitisq; in Numidiam proficiſcitur, magna ſpe ciuium, cum propter bonas artes, tum maxime quod aduerſum diuitias inuictum

animum

animum gerebat, & auaritia magiſtratuum ante id tempus in Numidia noſtræ opes cōtuſæ, hoſtiumq. auctę erant. Sed vbi in Africam venit, exercitus ei traditur à Spurio Albino proconſule, iners, imbellis, neque periculi, neque laboris patiens, lingua quàm manu promptior, prædator ex ſocijs, & ipſe præda hoſtiū ſine imperio & modeſtia habitus. ita imperatori nouo plus ex malis moribus ſolicitudinis, quam ex copia militum auxilij, aut ſpei bonæ accedebat. Statuit tamen Metellus, quāquam & æſtiuorum tempus, comitiorum mora imminuerat: & expectatione euentus ciuiū animos intentos putabat; nō prius bellum attingere, quàm maiorum diſciplina milites laborare coegiſſet. Nam Albinus Auli fratris exercitusque clade perculſus, poſtquā decreuerat non egredi prouincia: quantū temporis æſtiuorum in imperio fuit, plerunque milites in ſtatiuis caſtris habebat: niſi cum odor, aut pabuli egeſtas locum mutare ſubegerat. Sed neque more militari vigiliæ deducebantur, vti cuique libebat, ab ſignis àberat, Lixæ permiſti cum militibus, die noctuq. vagabantur, & palantes agros vaſtare, villas expugnare, pecoris & mancipiorum prædas certantes agitare, ea mutare cū mercatoribus vino aduectitio, & alijs talibus præterea frumentum publice datum vendere: panem in dies mercari: poſtremo quæcunque dici, aut fingi queunt ignauiæ luxuriæq. probra, in illo exercitu cuncta fuere: & alia amplius. Sed in ea difficultate Metellū non minus quàm in rebus hoſtilibus magnum & ſapientem virū fuiſſe comperio, tanta temperantia inter ambitionem ſæuitiamq. moderatum. Nanque edicto primo adiumenta ignauiæ ſuſtuliſſe * dicitur, ne quiſquam in caſtris panem, aut quem alium coctum cibum venderet: ne lixæ exercitum ſequerentur: ne miles gregarius in caſtris, ne ve in agmine ſeruum, aut iumentum haberet: cæteris arte modum ſtatuiſſe. preterea tranſuerſis itineribus quotidie caſtra mouere: iuxta ac ſi hoſtes adeſſent, vallo atq; foſſa munire: vigilias crebras ponere: & eas ipſe cum legatis circuire. item in agmine in primis modo, modo in poſtremis, ſæpe in medio adeſſe: ne quiſpiam ordine egrederetur, vt cum ſignis frequentes incederent: miles cibum & arma portaret. Ita prohibendo à delictis magis, quàm vindicando, exercitum breui confirmauit.

* Vetuſti codices non habent, dicitur.

SOLD. FACTA digreſſione, poſtquam deſcripſis mores & partes ciuitatis, nūc reuertitur ad id, quod omiſerat, vt oſtendat quid factum ſit, Romani fuſi ſunt à Iugurtha, & poſtq̄ Aulus victus, fœdus cum Iugurtha fecit. [Quanq̄ aduerſo] .i. contrarius & inimicus, licet aduerſus eſſes plebi pp factionem tñ famam integram & incorruptam habebat. [Fama tñ æquabili] Quia nihil de ſeipſo prauum & iniquum dicebatur. Magiſtratum ingreſſus eſt] .i. vbi magiſtratum inijt. Conſules, & alij magiſtratus aliquot menſibus ante declarabantur, deinde calendis Ianuarijs magiſtratum inibant. i. magiſtratum Romanæ reip. adminiſtrare incipiebāt. [Et q̄q̄ aduerſo populi partibus, fama tñ æquabili inuiolata, & incorrupta erat] Ordo eſt pendens à ſuperiori. Numidia euenerat Metellu acri viro, & tñ erat fama æquabili, & inuiolata ſ. ipſe Metellus, q̄q̄ erat cōtrarius. i. aduerſus populi partibus. i. quanq̄ Metellus erat inimicus partiū ipſius populi, tñ erat æquabili fama, quia Metellus æquabilites, & ſimuliter probatus erat apud populum, ſicuti apud ſenatum, quamuis eſſet inimicus populi pp partes, & ſine dubio magna, quidem laus eſt Metelli, q̄ vita eius & mores ita probabantur ab inimicis, ſicuti ab amicis. [Aduerſo partibus populi] .i. inimicus partium populi. [Alia oīa cōia ſibi cum collega ratus] .i. cum putaſſet alia oīa præter bellum, tam ad collegam, quam ad ſe pertinere, Metellus enim putabat alia oīa eſſe cōia ſibi cum collega, hoc eſt alia oīa, præter bellum, tām ad collegam quam ad ſe pertinere, ſed bellum putabat præcipue ad ſe pertinere, quia illa prouincia ſibi per ſortem euenerat, in qua illud bellum gerendum erat. Et ideo Metellus curam rerum aliarum omnium ad remp. ſpectātium collegæ ſuo relinquens, ad bellum præcipue animum intendit. [Præſidia vndique accerſere] Pro accerſebat, auxilia vndique à ſocijs petebat. [Ad hoc] .i. præterea. [Parranda] .i. perficienda. [Auctoritate ſenatus] Quia ſenatus decreuerat, vt Latini ad hoc bellum auxilia mitterent. [Et reges] Qui erant ſocij Populi Romani, ſicuti fuit, Eumenes, Ariobarzanes rex, & multi alij. [Vltro] Inſuper. [Aduerſus diuitias inuictum animum regebat] Ciues bene de Metello ſperabant, ob hāc cauſam potiſſimum, quia ſciebant illum pecunijs à Iugurtha corrumpi non poſſe, quemadmodum ſuperiores duces, & legati corrupti fuerant, nā Metellus diuitijs vinci non poterat. [Exercitus iners] Vitia deſcribit exercitus corrupti. [A Spurio Albino proconſule] Albinus elapſu anno nō conſul, ſed proconſul erat. Conſulis aūt & proconſulis idem erat imperium, nam vterque duodecim faſces. i. duodecim lictores habebat. [Lingua quam manu promptior] Magis promptus erat ad dicendum, quam ad faciendum. [Prædator] Exercitus Romanus prædas ex ſocijs agebat, & ipſe erat præda hoſtium. [Sine imperio & modeſtia habitus] i. rectus ſine auctoritate, & modeſtia, & hoc pertinet ad Aulum fratrem Albini conſulis. [Ita] .i. hoc modo quia exercitus tanta in ſe vitia habebat. [Imperatori nouo] .ſ. Metello. Ordo eſt. Ita plus ſolicitudinis accedebat nouo imperatori ex malis moribus, quam auxili, aut bonæ ſpei ex copia militum. Nouus imperator magis timebat propter malos mores & propter vitia exercitus quam ſperabat propter multitudinem ſtatuit tamen Metellus. Quamuis, inquit, tempus æſtatis inſtaret bellu opportunum & ciues euentum belli expectarent, tamen Metellus bellum inchoare noluit, priuſquam exercitum licentia & laſciuia corruptum, ad normam veteris diſciplinæ reuocaſſet. [Statuit tamen] Ordo eſt, tamen Metellus ſtatuit non prius attingere bellum, quam coegiſſet milites laborare diſciplina maiorum, quanquam tempus æſtiuorum imminebat mora comitiorum, & quanquam putabat animos ciuium intentos expectatione euentus. [Comitiorum mora] .i. propter moram comitiorum. Declarat quare tempus æſtatis imminebat, & adhuc nihil fecerat, hæc fuit cauſa, quia magiſtratus ſuo tempore creari non poterat, quia comitia impediebantur propter ſeditionē. Tribunorum Publij Luculli & Lucij Annij, qui continuare magiſtratum volebāt, ſicuti ſupra dixit, & ob hanc cauſam Metellus tardius conſul creatus in prouinciam venerat, æſtate iam inſtante. [Expectatione euentus] .ſ. quia ciues intenti expectabant euētum belli [Priuſquam milites maiorum diſciplina laborare coegiſſet] .i. bellum incboare noluit, priuſquam milites inſtruxiſſet ſecundum diſciplinam maiorum, nam laſciuia & licentia corrupti conſuetudinem diſciplinæ militaris vitio imperatorum amiſerant, ſicuti ipſe Saluſt. declarat. [Nam Albinus] Non ſolum Aulus Albini frater, ſed etiam Albinus ipſe exercitum licenter habuit, & laſciuia corrumpi, & eneruari permiſit. Ordo eſt. Nā Albinus perculſus clade Auli fratris, & exercitus, habebat milites in caſtris ſtatiuis plerunque, niſi cum egeſtas, ardor, aut pabulum ſubegerat mutare locum, quantum temporis æſtiuorum fuit in imperio, poſtquam decreuerat non egredi à prouincia. [Prouincia] .ſ. ex ea parte Africa, quam tenebant Romani. [Quantū temporis æſtiuorum] .i. toto tempore æſtatis, quo fuit in imperio, videlicet proconſul. [Habebat] .i. tenebat. Albinus cum in prouinciam veniſſet exercitum laſciuia corruptum inuenit, & ideo bellum contra Iugurtham tentare noluit, ſed in prouincia exercitū tenuit in caſtris toto tempore æſtatis, quo fuit in imperio, nec milites ex caſtris egredi permittebat, niſi neceſſitas cogeret. Sed tamen milites ſub norma militaris diſciplinæ non tenebat, nam neque vigilias faciebant more militari, & licenter lixæ militibus permixti die noctuque vagabantur, agros vaſtabant, prædas cum mercatoribus permutabant, frumentum publice datum vendebant, & ex militibus mercatores quodammodo efficiebantur, quæ vitia Metellus, antequam bellum attingeret. primo quoque tempore, ſumma diligentia corrigere curauit. [Vigiliæ] .i. cuſtodes exercitus. Vigiliæ, nocturnæ ſunt, excubiæ, diurnæ. [More militari] .i. ſecundum morem militarem, nam militares inter ſe vigilias partiri ſolent. [Vt cuique libebat] Ordo eſt, vnuſquiſque aberat a ſignis, vti prius ſicut libebat cuique. Mos militaris diſciplinæ eſt, ne miles diſcedat à ſigno, id eſt à vexillo ſuo. [Lixæ] Lixæ dicebantur illi, qui militibus aquam ad caſtra, vel ad tentoria ferre ſolebant, nam veteres lixam aquam dixerunt, vnde elixum dicitur quidquid aqua mollitur, vel decoquitur.

Nunc ergo dicit, Miniſtri militum cum ipſis militibus permixti ſicetnet diu noctuq; vagabantur. [Palantes].i.ſparſi & vagantes [Mancipiorum].i.ſeruorum. Mancipium dicitur ſeruus, quod manu capiatur. [Vino aduectitio].i.vino quod aduectum erat, prædas cum vino cõmutabant. [Sed in ea difficultate] Dicit Metellum in corrigendis atque emendandis vitijs exercitus ſapientem, & moderatum fuiſſe, quippe qui non milites puniendo, ſed eos à talibus vitijs prohibendo breui tempore exercitum confirmauit. [In ea difficultate] Vt vitia purgaret exercitus. [Inter ambitionem ſæuitiamq. moderatum] Ambitio dicitur blanditijs quædam lenitas affectata, ſæuitia dicitur in puniendo crudelitas. Nunc dicit Metellum inter ambitionem, & ſæuitiam medium ſe geſſiſſe, vt in delictis emendandis nec crudelitatem nec nimiam rurſus lenitatem oſtenderet. [Nanque edicto] Metellus primo iuſſit, ne aliquis panẽ, aut cibum coctum in caſtris venderet, & ne lixæ ſequerentur exercitum, & ne milites iumenta haberent, aut in caſtris, aut in agmine. Et hoc fecit, vt milites corpus ad laborẽ exercerent. [Adiumenta ignauiæ].i. fomenta, & adminicula ignauiæ. Ignauia dicitur qñ corpus à labore ſubducitur atque ſubtrahitur [Suſtuliſſe] Subaudi, comperio. [Ne quiſq̃ in caſtris panem] Ecce quõ ſuſtulit adiumenta ignauiæ. Nam hæc ſunt, quæ ignauiam generant, & fouẽt, videlicet vendere panem in caſtris, & hr̃e ſeruos & iumẽta. [Ne lixæ exercitum ſequerentur] Vt milites non per lixas, & miniſtros, ſed per ſeipſos neceſſaria ſibi pararent. [Miles gregarius].i. miles ex greg, nam legatos, tribunos, præfectos cohortum, centuriones, & duces turmarum non prohibeat, quin ſeruos & iumenta haberent. ſed volebat, vt milites ſimplices, qui alijs non præerant, nec ſeruos, nec iumenta haberent, vt & in caſtris ſibi ipſis per ſe miniſtrarent, & cũ caſtra mouerentur, cibum per ſe, & arma portarent, ſicuti paulo poſt oſtendetur. [Nec in caſtris, neue in agmine] Hoc eſt, nec in exercitu cum ſtat, nec cum in exercitu cum incedit. Agmen proprie dicitur ordinata multitudo, ſicuti multitudo exercitus incedentis. [Neque enim vno in loco ſtans proprie agmen dicitur] Vnde cum exercitus per ordinem incedit agmen dicitur. Metellus igitur iuſſit, ne miles gregarius ſeruum, aut iumentum haberet, neque cum exercitus ſtaret in caſtris, neque cum exercitus incederet, ut & in caſtris non per ſeruos, ſed per ſeipſum ſibi miniſtraret, & cum caſtra mouerentur, & exercitus locum mutaret in ipſo inceſſu, atque in itinere, non per iumenta, ſed per ſeipsũ cibum & arma portaret atque ita corpus labori aſſuefaceret, & induraret. Iumentum dicitur à iuuando, iumenta enim ſunt, quę onera portant. [Ceteris arte ſtatuiſſe modum] Subaudi comperio. [Ceteris].ſ. rebus, quæ ad militarem diſciplinam pertinent. Præterea & diligentiam & prudẽtiam imperatoris oſtendit. Hęc enim Metellus faciebat, non ex neceſſitate, ſed vt milites ad normam & inſtituta diſciplinæ militaris informaret. [Transuerſis itineribus] Quia exercitum inducebat, non per vias publicas & rectas, ſed ex tranſcurſo per loca inſueta, & vias ignotas. [Mouere] Pro mouebat. [Ac] Pro quàm, ita vallo, & foſſa ipſa caſtra muniebat, ſicuti ſi inimici & hoſtes adeſſent. [Vigilias].i. cuſtodes exercitus. Nullum periculum inſtabat, & tamẽ ita tenebat exercitum, veluti ſi hoſtes adeſſent. [Item in agmine] In hoc aũt loco aperte oſtenditur quid ſit agmen. Nã cum exercitu de loco ad locum mouetur, & per debitum ordinem incedens, & ambulans agmen vocatur. Dicit ergo nunc Sal. Cum caſtra Metellus mouebat inter eundum, aliqñ inter primos, aliquando inter medios, aliqñ uero in vltimis erat, diligenter aduertens, ne aliquis ex ordine egrederetur, & vt milites conferti & denſi ſub ſignis incederent, & vt cibum, atque arma portarent. [Adeſſe] Pro aderat, præſens erat, infinitiui ponũtur hic ꝓ ꝑteritis imperfectis indicatiui.

Marl. POST fœdus] Pactionem. [Acri] Prompto ad omnia obeunda. [Inuiolata] Inculpata. [Bello vario] Quia in diuerſis locis erat pugnandum, & propterea omnia neceſſaria quærebant. [Nomen Latinum] Oẽs Latij ciuitates. [Bonas artes] Ob ſcientiam rei militaris. [Inuictum] Quia non erat auarus. [Id tp̃s].ſ. Metelli. [Contuſæ] Fractæ. [Iners] Piget. [Impellis] Mollis. [Periculi] Ad inertiam. [Laboris] Ad mollitiem. [Prædator ex ſo.] Quia ſpoliabat confœderatos. [Ipſe p̃da] Quia erat ſpoliatus a Iug. [Ex copia militũ] Quia non numerũ militum ſed virtutem cõſiderabat [Æſtiuorum] Æſtiua mẽſe Martio incipiunt. [Euentus] Succeſſus Metelli. [Odor] Qui ꝓcedebat ex excremẽtis ventris, & ex immunditijs ciborũ [Expugnare] Per uim ingrediebãtur. [Ex alijs talibus] Vt pane, carnibus. [Sed in ea dif.] Ordo. Cõperio Metell. moderatũ. ſ. fuiſſe inter ambitionem & ſæui. tanta tẽp. non minusq̃ comperio fuiſſe virum magnum.i. fortẽ & ſapiẽtẽ. In rebus hoſtibus, [Adiumẽta ig.] Seruos, cocos, calones. [Ceteris]. ſ. militibus. [Arte.] Summo ingenio [Frequentes] Denſi.

POST Auli fœdus exercitusq. noſtri fœdã fugam] In alia, fugam fœdam quõ ſupra. Noſtri fuga fœda, plerique abiectis armis, proximũ collem occupauere. Eſt aũt fœdum, turpe & flagitioſum, dedecoriq. & ignominiæ plenũ. nec inepte hoc epitheton tribuitur formidoloſæ fugę. Cic. ad Att. Mitto illam fugã ab vrbe turpiſſimã. Idem. Quid fœdius, q̃d perturbatius hoc vrbe diſceſſu? ſiue potius turpiſſima fuga? T. Liu. 4. ab V. C. Per auerſum portã fuga turpi deſerũtur. Idẽ 6. belli Pun. 2. Hinc oẽs Punicum nomẽ maria terraſq. fęda fuga impleruñt & 2. eiuſdẽ. Cũ multa cęde ac fęda fuga retro ad naues cõpulſi ſunt. Idẽ. 1. belli Macedonici, Vix ĩtẽtato certamine turpi fuga reperũt caſtra, & 7. Deinde redire in pugnã iubebat, pauorẽ & nuper in fugã increpans. [Quæ res plerunq; magnas ciuitates peſſundedit] Manuſcriptũ, peſſum dedit, ut ſint duę dictiones, nõ vna cõpoſita. Corn. Tac. 3. Quod multos ẽt bonos peſſum dedit. Sic & peſſum ire diuiſim dr̃, velut apud Pli. peſſum ire uitę precia. & Plaut. peſſum abeat. Ne multis, peſſum dedit ſic diuiſim dr̃, vt in oĩone Lepidi. Sal. venũ datã dixit, Quaſi Cimbricã pręda venũ aut dono datã. & Liuius, ignaros oĩum ſe venum à principibus datos. pro, venũdatos. Apul. 3. Niſi eã peſſum de tãtis opibus deiecero. pro, niſi exturbaro atq; euertero tãtis bonis. [Tẽpus q̃ res maturius me deſeret] In manuſcriptis quibuſdã non reperi Met. ac citra detrimẽtum ſenſus omitti põt. [Metelloq. Numidia euenerat] Sic & manuſcriptum. quãuis in alijs, obuenerat, ſed eodẽ ſenſus. Alia oĩa ſibi cum collegia cõia ratus] το Cõia, non reperi in vllo manuſcripto, nec I impreſſis vetuſtioribus, ac ſenſus tñ id expoſcere vr̃, vt opinor Paulò poſt. [Milites eligere, ſcribere] τὸ Eligere, non eſt in manuſcripto. Nec ꝓcul inde. [Cũ pp bonas artes] In antiquis, cum pp artes bonas. Sic inferius, Certãteis, vbi hodie certantes. Sequitur aũt adiectiuũ in manuſcriptis & impreſſis uetuſtioribus. [Quãtum tp̃is in imperio fuit, plerunq; milites in ſtatiuis caſtris habebat] Manuſcriptũ, ſtatiuis caſtris. quõ Cicero, Iſte nouus imperator pulcherrimo Syracuſarũ loco ſtatiua ſibi caſtra faciebat. Cæſar 3. de bello ciuili, Eodemq. die vterq; eorũ ex caſtris ſtatiuis à flumine Apſo exercitũ educũt. Ibidem, Scipio in caſtris ſtatiuis biduo moratꝰ. [Pecoris & mancipiorũ prædas certantes agitare] Manuſcripta duo & ex impreſſis quędã, agere. quõ Plautus, Ne illhic pulchrã prędam agat, inquit. Sed alterum forte magis Saluſtianũ. Tametſi idem poſtea, Ex ſocijs noſtris prędas agẽtes, inqt. Libẽter aũt Sal. verbo Agitare, nec eodem modo ſemper vtitur. vt, Mente quid agitare, in Catilina, pro uerſare. Item vitã, imperium, tẽp agitare. Sic gaudiũ & lętitiam agitare, & Iugurt. pacẽ agitare, & noctem agitare, moras agitare. præcepta patris agitare, agitare prædas. [Panem in dies mercari] Laur. Valla libro elegãtiarum tertio, quo loco docet, In diem aliud eſſe, q̃ In dies, hic ita legit, Panem in diem mercari. Quaſi dicat, inquit, pñtis diei hr̃e rationem, nihilq. cogitare de craſtino, cum quo facit Linac. Exempla quotquot ipſe viderim, In dies hñt. Neque aliter citat in Terent. Eunuc. Donat. [Sed in ea difficultate Metellum non minus, q̃ in rebus hoſtilibus, magnum & ſapientem virum fuiſſe comperio] Manuſcripta comperior vt ſit deponens, idq. rectius eſt. Nam hoc verbo Sal. et alias quoq; vſus. ſed & Tertullianus & Apuleius comperior dixere pro comperio. nimirum ad imitationem Sal. [Ne quiſquam in caſtris panem aut quem alium coctum cibum venderet, ne lixæ exercitum ſequerentur] Eſt in pleriſque manuſcriptis, aut quem alium cibum coctum. quæ collocatio verborũ, ſi quid eſt in me iudicij, melior. Sed & Val. Maximus lib. 2. quo loco de militari diſciplina agens, huiuſce rei meminit, eodem ordine verborum vtitur. Nanque lixas, inquit, è caſtris ſummouit, cibumq. coctum venalem proponi vetuit.

QVANQVAM & æſtiuorum tempus comitiorum mora imminuerat] Mora nominandi caſu dictum eſt, vt rectè expoſuit Badius. Soldus putauit auferendi caſum eſſe, ideoq; hunc locum mire. vt ſolet pleraque, exponit.

POST Auli fœdus] Concluſa artificioſe digreſſione de ſeditionibus Romæ paulo ante hanc hiſtoriam ortis, tendit ad narrationẽ hiſtorię, dicens: Q. Metellus, de quo Flaccus in principio ſecundi Car. Motum ex Metello conſule ciuium &c. & M. Sylanus cognomine non factione, deſignati.i. in futurũ annum creati conſules. ſ. poſt fœdus Auli.i. quod Aulus frater Albini conſulis derelictus ab eo in exercitu pro prętore percuſſerat, cum Iug. deprehenſus ab eo in ſolicitudine, & fœdam.i. turpem, & ignominioſam fugã exercitus noſtri.i. Romani, qui fugerat à conſpectu Iugurthæ noctu adorientis vt viſum eſt. Ipſi partiuerant.i. diuiſerant inter ſe prouincias, & Numidia.i. prouincia Numidica, obuenerat.ſ. ſorte aduenerat Metello, ꝓpoſitorie aut exiſtenti viro

acri

æri.i.ſtrenuo, & q̄q̄ aduerſo partibus populi.i.quanquam erat aduerſus & contrarius partibus populi.i.plebeiorum, eo q nobilium parti fauceret, tñ ſubaudi viro, fama æquabili, & inuiolabili.i.habēti famam æquabilem.i.æqualiter ab vtriuſque partibus æquam.i.in bonam partem acceptam & inuiolatam.i.incorruptam.[ſa].ſ.Q. Metellus, vbi.i.vt, vel cum ingreſſus eſt primum magiſtratum.ſ.conſularem, aut conſulatum ipſum. ratus.i.indicans alia oĩa ſup eſſe ſibi cum collega.i.non pertinere ad ſe ſolū ſed ſimul ad collegam, præter bellum, intendit animum ad bellū quod geſturus erat.ſ.ſolus.[Igitur diffidens]Dictum eſt Metellum ad bellum adiecisse aĩum ſuum, quo circa proſequitur quid egerit, dicens, Igitur Metellus diffidens veteri exercitui.ſ.conſulto in prouincia Africana, cępit ſcilicet eligere milites & ſcribere electos. aut ſe offerētes, acceſſere.i.aduocare vndique.i.ex confœderatis ac ſocijs, præſidia.i.milites q exercitiui pſidio eſſent, & parare, arma.ſ.defenſiua, vt ſunt munimenta, corporum, & tela.i.arma inuaſiua quæ eminus iaciuntur, equos & cetera inſtrumenta militiæ. Ad hoc.i.inſuper commeatum.i.vectualia[vt dicunt]pro exercitu, affatim.i.abūde, denique cœpit parare, aut exponamus omnes infinitiuos per imperfectos indicatiuos, parare .i.parabat, omnia quæ ſolent eſſe viui.i.vtilitati aut vtilia, in bello, vario.i.multiplici & ancipiti, & egenti multarum rerū. Ceterum ſocij.ſ.Romani imperij, nomen Latini.i.quicunque Latini dicebantur, & reges.ſ.ceterū & ſocij atq; amici Romano imperio, mittere.i.mittebant vltro.i non rogatim aut priuſq̄ rogaretur, auxilia ad patranda.i.perficienda ea.ſ.quę Metellus parat, auctoritate ſenatus.ſ.intercedente. Poſtremo omnis ciuitas aonitebatur.ſ.ad auxilia præſtāda Metello. Itaq; Metellus omnibus rebus paratis & compoſitis ex ſentētia ſup.ſua.i.ſicut ſentiebat parandas & componēdas, proficiſcitur in Numidiam ſup.cum magna ſpe ciuium, tum.i.partim, aut legamus, potius cum.i.cum ita ſit q propter artes bonas quas nouerunt in eo ſitas, tum maxime.i.præcipue q gerebat, animum inuictum aduerſus diuitias, quibus Iugurtha ceteros expugnauerat, & ſup.q noſtræ.i.Romanæ opes erant contuſæ.i.confractæ quaſi contundendo, ante id tempus, auaritia magiſtratum in Numidiam miſſorum, & opes hoſtium.ſ.Iugurthæ & militum eius erant auctæ.ſ.eadem auaritia. Sed vbi.i.poſtq̄ venit in Africam, exercitus traditur ei à Spurio Albino proconſule.i.fungente vice conſulis cum non eſſet conſul poſt elapſum annum, [vt tamen Valla cenſet proconſul non eſt qui pro conſule præeſt prouinciæ, ſed qui cum poteſtate conſulari extra ordinem & ad aliquam prouinciam adminiſtrandam mittitur. præterq̄ q non xij.faſces eum præcedunt, qui præcedunt conſulem, ſed tñ ſex vt etiam prętorem & præſidem. Pro prætor, non qui pro alio præturam, ſed extra ordinarium gerit. Itaque dicitur Proquæſtor, & ſi qui ſūt alij huiuſmodi nominū magiſtratus. Soldus tñ hoc loco etiam proconſul xij.faſces & lictores aſſignat. Sanè Albinus cum per ſeditiones comitia non haberentur pro conſulatum obtinuit ne exercitus in Africa ſine capite palaret]traditur dico iners.i.expers bonarum artium, imbecillis.i.amiſſis ex languore & torpore viribus, & neque patiēs.i.tolerantius laboris, quia imbecillis erat, neque periculi, qa iners, exiſtens promptior lingua.ſ.ad obmurmurandum, aut ad ſe iactandum, q̄ manu.ſ.ad fortiter pugnandum, & exiſtens prædator.i.agens prædas ex ſocijs, & ipſa præda hoſtium.i.facile diripiendus ab hoſtibus, habitus.i.rectus & tractatus ab Albino & Aulo ſine imperio.i.decenti, & ſine modeſtia.ſ vitæ, & ita plus ſolicitudinis.ſ curæ de reformando exercitu, accedebat.i.adueniebat, imperatori nouo.ſ.Metello, e malis moribus militum q̄ auxilij aut bonæ ſpei.ſ.de victoria obtinenda, ex copia.i.abundantia militum, quia multos milites nouos adduxerat. Certum eſt accedo cum datiuo[vnde acceſſio]ſignificare adiungi.[Statuit tñ Metellus]Quia inquit plurimū ſolicitudinis accedebat Metello ex diſſolutione militum non conſtituit prius bellum attingere q̄ milites labore exercuiſſet, & confirmaſſet, q̄q̄ duæ cauſæ eū vrgebant ad properandum, altera, q mora comitiorum impeditorum per diſſenſionem imminuerat.tempus æſtiuorum.i expeditionum quæ in æſtate ſolent fieri. Vbi quidam legunt imminebat aut immineret, ſed nihil ad rem. Altera q animi omnium deſiderabant videre euentum rei, vt ex ordine latius patebit q talis eſt, Metellus q̄q̄ modo.i.dilatio comitiorum facta per tribunorū plebis diſſenſionē imminuerat.i.minus & breuius fecerat, tēpus æſtiuorum.i.eorum quæ in æſtate fieri ſolent, & q̄q̄ putabat aĩos ciuium intentos expectatione.i.per expectationem euētus, hoc eſt exitus belli, tñ ſtatuit nō attingere prius bellum q̄ coegiſſet milites laborare.i.labore aſſueſieri diſciplina.i ex diſciplina & inſtitutis maiorū.i.veterū imperatorum, Nam Albi.percul.i. attonitus, clade.i.deceſſione & aduerſitate, Auli fratris.ſup.ſui, & exercitus ſup.eius, q ab Iugurtha victi & ſub iugum miſſi fuerant, poſtq̄ decreuerat nō egredi prouincia.ſ.Africana quam R. tenebant, habebat plerunque.i.vt plurimum milites in caſtris ſtatutis.i.iam conſtitutis, ita vt non exercerentur in eis ſtatuendis aut legatis in caſtris ſtatiuis.i.nō motiuis ſup.per tñ tpis.quantum tpis æſtiuorū.i gerēdorū in æſtate aut æſtiuationum fuit in imperium.i.ad imperium exercēdum in eos alij hñt in imperio vt ſit quantum tpis æſtiuorum fuit in imperio.ſ.exercendo, habebat dicit ferè ſemper niſi cum odor.ſ.grauis.i fœtor, aut egeſtas pabuli.i nutrimēti, ſubegerat mutare locū. Sed neque vrg.du.ſ. iuſſu Albini, ſub quo exercitus nō minus corruptus fuerat q̄ ſub Aulo more militari.i.vt in militia fieri ſolet ſup.quiſq; aberat à ſignis.i.vexillis.vn.i.quēadmodū libebat ei.Lixæ.ſ.bauli aquarum q à veteribus lixæ dicebantur, vnde etiam dī quidqd aqua mollitur & decoquitur. vnde & lixiuium & elixas.i.in qua decoctas carnes dicimus, erant aūt vtiliſſimi vt nunc quoque ſunt, & tñ permixti cum equitibus vagabantur die & noctu, palātes.i.ſine ordine vagantes. vaſtare, i.vaſtabant, agros, & expugnare.i.expugnabant, non caſtella aut oppida, ſed villas.i domos ruſticas i. & agere.i.agebant, certantes.i.certatim, prædas pecoris & mancipiorū.i.manu captorū.i.ſeruorū qui eū capti eſſent & interfici poſſent, qa ſeruati ſunt, ſerui dicti ſunt, & mancipia quia manu capti & tenti, vnde in libertatem manumiſſi dicebātur, & mutare ea cum mercatoribus pro vino aduectitio.i.aduecto ex aliena regione vbi melius naſcebatur & alijs talibus.ſ.gulæ & ſocordię fomentis. Præterea vendere i.vendebant, frumentum datū publice.ſ.ab imperatore in menſes ſingulos, & mercari.i.mercabātur panem in dies.ſ.ſingulos.i. quotidianum vt recente haberent. Poſtremo quæcunque probra.i.dedecora ignauiæ & luxuriæ queunt aut dici aut fingi fuerat cūcta.i.ſimul oĩa, & alia amplius quæ.ſ.neque fingi.i.neque dici queunt, ſaltem ab ingenio pudendi.vult enim ex indulgentia inter eos nata obſcœna vitia quæ dici nolunt, ſed ne fingi quidem à pudicis animis. Sed ego comperio Metellum fuiſſe magnum & ſapientem virum. non minus in ea difficultate.ſ.reformandi exercitus, quàm in rebus hoſtilibus .i.contra hoſtes gerendis, vt pote moderatū tāta.i.tam inſigni & præſtanti temperantia inter ambitionem.i.cupiditatem dignitatis & magiſtratuum, ad quos ferè ambientes.i.populo ſupplicantes & obſequentes perueniunt & ſæuitiam.i.rigorem nimis ſeuerū.[Nanque edicto]Recitat qua via ſe Metellus magnū virū oſtenderit in confirmando exercitu.dicēs. Nam Metellus dī ſuſtuliſſe i. de medio quaſi callido conſilio ſubmouiſſe, primo.i. in initio adiumēta.i.fomēta, ignauię.i.torporis & vecordię ac pigritiei, & ſup.prohibuiſſe, ne quiſq; vēderet in caſtris panem aut quē.i.aliquem alium cibum coctū. Ne lixę.i.aquarū bauli & in ceteris et militum miniſtri.& ſequerentur exercitum & ne miles gregarius.i. de grege hoc eſt de cōi numero qui pro ſe tñ ſtipendium acceperat haberet in caſtris.i.dū quiete ĩ caſtris i.dum quiete in caſtris vallo munitis degeret, ne ve in agmine hoc eſt in actu ſeu migratione exercitus, dum enim ingreditur & quaſi ab duce agitur exercitus dicitur agmen non quando quieſcit, ſeruū .ſ.hominem, aut iumentum.i.adiuuamen ab equo, & mulo, aſino, camelo &c.& dicitur ſtatuiſſe ceteris ſup. rebus modū.i.menſurā & moderationē. Præterea. Metellus mouere.i.mouebat quotidie caſtra itineribus tranſuerſis.i.nō per vias ſtratas, ſed ex tranſuerſo per agros & arua vt labore exerceret milites, vnde & exercitus dī, & munire.i. muniebat caſtra, vallo hoc eſt munimēto facto ex vallis.i.truncis & ſtipitibus arborū[Vallum.n dī tale munimentū & vallus ſtipes aut truncus]foſſa.ſ.circumcauata opera manuali, & ponere.i.conſtituere crebras vigilias, & ipſe.ſ.vt dūx in propria perſona ſeu ipſemet circūire.i.circuibat cū legatis eas vigilias, hoc eſt vigilantes, an vigilantiū munere recte fungerentur. Item ipſe adeſſe.i.aderat, in agmine, hoc eſt qñ duceretur in aliū locum, hoc eſt dum migraret exercitus, modo.i.interdum in primis hoc eſt in prouincijs ſeu inter primos, modo hoc eſt interdum, in poſtremis, & ſæpe in medio ne quiſquam egrederetur ordine.ſ.aſſignato. Vbi egredior ablatiuo iungitur. ſicut Æn. 2. Et vrbe egreſſus, & in j. Ser. Hor. Egreſſum magna me cœpit Aricia Roma, vt ipſi incederent frequentes cum ſignis, & miles non lixa nec iumenta portare cibum & arma. Ita.i.& ſic confirmauit.i.ſtabiliuit exercitum breui.ſ.tpe, magis prohibendo à delictis, quàm vindicando.i.vindictam ſumendo de commiſſis.

INTEREA Iugurtha vbi quæ Metellus agebat ex nūciis accepit, ſimul de inocētia ei⁹ certior Romæ factus

ctus, diffidere ſuis rebus, ac tum demum veram deditionẽ facere conatus eſt. Igitur legatos ad conſulem cũ ſupplicijs mittit, qui tantummodo ipſi, liberisq; vitã peterẽt: alia omnia dederent. P.R. Sed Metello iam antea experimentis cognitum erat, genus Numidarũ infidum ingenio mobili: nouarum rerum, auidum eſſe. Itaque legatos alium ab alio diuerſos aggreditur: ac paulatim tentãdo, poſtquã opportunos ſibi cognouit, multa pollicendo perſuadet, vti Iugurthã maxime viuum, ſin id parum procedat, necatum ſibi traderent. Cęterũ palam, quæ ex voluntate forent, Regi nunciare iubet, deinde ipſe paucis diebus, intento atque infeſto exercitu in Numidiam procedit, vbi contra belli faciem tuguria plena hominũ, pecora cultoresq. in agris erant, ex oppidis & mapalibus præfecti regis obuiam procedebant, parati frumentũ dare, cõmeatũ portare, poſtremo omnia, quæ imperarentur, facere. Neque Metellus iccirco minus, ſed pariter ac ſi hoſtes adeſſent, munito agmine incedere: late explorare: omnia illa deditionis ſigna oſtentui credere: & inſidijs locum tentare. Itaque ipſe cum expeditis cohortibus, item funditorum & ſagittariorum delecta manu apud primos erat. In poſtremo C. Marius legatus cum equitibus curabat. In vtrunque latus auxiliarios equites tribunis legionum, & pręfecti cohortium diſpertiuerat, vt cum his permiſti velites, quocunq; accederẽt, equitatis hoſtium propulſarent. Nam in Iugurtha tantus dolus, tantaq. peritia locorum, & militię inerat, vt abſens an præſens, pacẽ an bellum gerens pernicioſior eſſet, in incerto haberetur.

SOLD. INTEREA) Dicit quid fecerit Metellus imperator, poſtq̃ venit in caſtra. Nunc dicit q̃d fecerit Iugurtha, poſtq̃ audiuit per nũcios ea, quæ Metellus agebat in caſtris. [Simul] .i. &c. [Innocentia] .i. integritate, quia Metellus pecunijs corrumpi nõ poterat [Sed Metello] Metellus cũ ad ſe veniſſent legati Iugurthæ, vt dederent regnum Iugurthæ, & omnia quæ debebat, tentauit cum ipſis legatis: vt Iugurthã, vel viuum, vel mortuũ ſibi traderent. Et hoc cũ ipſis tractauit, quia ſciebat gentem Numidarũ eſſe infidam, & ingenio mobilẽ, atque aptam proditioni. [Sin id parum procederet] .i. ſi id ad effectum venire nõ poſſet. [Cęterũ] Secreto cũ legatis tractauit de proditione Iugurthæ, ſed aperte corã omnibus dixit, quid vellet, vt Iugurthæ nunciarent. [Intento] .i. parato, atque infeſto .i. aduerſo. [Cõtra belli faciem] .i. contrã ſpeciem belli, quia in Numidia nõ apparebat, ꝙ bellum gereretur. [Mapalibus] .i. domibus paſtoralibus. Nam vt ſupra dixit, ædificia agreſtium mapalia, dicebantur. [Illa deditionis ſigna] Signa deditionis erant, vt cultores & pecora eſſent in agris, & ꝙ Iugurtha pręfectos obuiã Metello miſiſſet qui dicerent, ſe paratos eſſe facere quidquid Metellus imperaret. Sed Metellus credebat hæc ſigna deditionis fieri, magis ad oſtentationem q̃ ad veritatẽ, credebat .n. Iugurtham ſimulare, vt inſidijs locum inueniret, & inſidijs locum tentaret, & Metellus credebat Iugurtham tẽtare locum inſidijs. [Itaque] Quia timebat inſidias Metellus. [Expeditis] .i. cũ cohortibus leuis armaturæ. Nam cohortes expeditę, dicebãtur cohortes leuis armaturæ, quæ grauibus armis non erant impeditæ, vt clypeo, & galeis, ſed expeditæ, leues ad curſum, tela miſſilia gerebant. [Cohortibus] In cohorte, ſicuti & in legione numerus militũ variatus eſt. A. Gel. dicit in legione fuiſſe lx. centurias triginta manipulos, decem cohortes, ex quo colligitur in legiones vna ſex millia militũ fuiſſe. Nam centurias centum homines, manipulus ducentos, cohors ſexcentos continebat. Sed, vt tradit Feſtus Pomp. primus C. Marius ſex militum & ducẽtorum millium legionem inſtituit, cum antea quatuor milliũ fuiſſet, vt aperte Liuius docet. [Funditorum] Funditores dĩr, qui funda pugnabant. Nam glandes plumbeas funda iacebant in hoſtẽ. Virg. Pars maxima glandes, Liuentis ſpargit plumbi. Eſt aũt glandis plumbum in modicum informatum. Funda aũt à fundendo dicta .i. ab emittendo. [Delectæ manu] .i. electa multitudine. [In poſtremo] .i. in poſtrema parte exercitus. Vide quanta erat prudentia, & peritia, ac diligẽtia imperatoris, cum agmẽ incederet, non negligebat diſciplinam militarem, licet nullum periculũ inſtaret, ſed ipſe inter primos erat cum armatis cohortibus, Mariũ legatum in poſtrema parte locauerat, deinde à lateribus tribuni legionum, præfecti cohortium cum equitibus curabant, ne equites hoſtium à latere pedites Romanos inuaderẽt. Nam apud antiquos maior pars exercitus ex peditibus conſtabat. Et pedites quidem in medio, equites à latere collocabant, tam in acie q̃ in agmine. Acies dicebatur cum exercitu pugnabat. Agmen cum incedebat. [Permixti velites] Velites rorarij, & ferentarij idem ſunt. Sunt autem milites leuis armaturæ, armis grauibus nõ impediti qui prælium inchoant nõ multis iaculis. Velites dicti ἀπὸ τοῦ βάλλειν .i. à iaculãdo, quia tela miſſilia in hoſtẽ iaculantur, vel à velando, vt tradit Feſtus Pomp. eo ꝙ velati .i. veſtiti & inermes ſequerentur exercitum, ſiue velites dicti expediti milites, quaſi volitantes, vt idem Feſtus ait. Rorati milites appellabãtur, qui antequã congreſſæ erant acies, primo nõ multis iaculis prœliũ inituabant, tractum aũt, ꝙ ante maximas pluuias, cœlũ rorare incipiat, vnde, quia ante pugnam grauem, hi leuem pugnam cõmittentes, tela in modum roris ſpargebant, rorarij ſunt appellati. Ferentarij milites leuis ſunt armaturæ, ꝙ quidquid opus eſſet auxilio ferrent, ex curſu leuibus armis, grauibus nõ impediti. Sal. in Catil. Poſtq̃ eo ventum eſt, vnde à ferentarijs prœlium cõmitti poſſet. Metellus igitur Velites equitibus auxiliarijs permiſcuit circa latera peditum, vt hoſtium equitatum arcerent. Equites autem auxiliarij erant non Romani, ſed qui à ſocijs & ab alienigenis in auxilium ad id bellum miſſi erãt. [Nam in Iug.] Quamobrem Metellus tanta diligentia agmen inſtruebat, quia in Iugurtha tantus dolus erat, & tanta peritia locorum & militiæ, vt etiã abſens & pacem ac deditionem offerens timendus eſſet. [Incerto haberetur] .i. dubium eſſet, an eſſet pernicioſior abſens, an pręſens, an gerens pacem, an gerens bellũ, & propterea, quamuis Iugurtha nũc abeſſet, & pacem ad deditionem Metello offerret, tñ propter dolos eius ac perfidiam, & pp peritiã militiæ, non minus timebatur à Metello, quam ſi pręſens fuiſſet, & bellum geſſiſſet.

MARS. INTEREA) Dum Metellus exercitabat exercitum. [Suis rebus] Statui ſuo quia ignoſcebat actum de regno. [Veram de.] Quia ſupra falſam fecerant. [Dederent] Traderent in poteſtate populi R. [Infidum] Fœdifragum. [Ingenio mobili] Natura inconſtanti. [Aggreditur] Alloquitur. [Tentando] A longe ſentando. [Opportunos] Sibi commodos ad rem. [Procedit] Ingreditur. [Faciem belli] Speciem belli, quia non videbatur bellum. Nam caſæ paſtorum erant ſine timore. [Icettco] Ob humilitatem Numidarum. [Explorare] .ſ. loca late à longe. [Apud primos] .i. in prima parte exercitus.

GLAR. OMNIA illa deditionis ſigna oſtentui credere) Sic & exemplar Fabricianum verum quòd ad diſtinctionem attinet, τὸ Omnia referri ad ſuperiora illa poſſet, late explorare. Tametſi nihil immuto. Eſt pręterea in quibuſdam, oſtentui eſſe credere. pro, in ſpeciem oſtentari, cum re vera non ſit deditionem facturus, auff ſe in ſchein. In manuſcriptis nõ eſt. Eſſe, idq. fortaſſe rectius. [Nam in Iugurtha tantus dolus, tantaq. peritia locorũ & militię inerat] Quamuis in manuſcripto ceterisq. vetuſtioribus. Erat legitur tamen priorem lectionem magis probo. Nam libenter geminabant præpoſitionem antiqui, ut oſtendit Priſc. Sic Cicero, Nullum dedecus reperiri poteſt, quod in hoc non inſit. Idẽ, Ineſt enim natura philoſophia in huius viri mente quędã. Rurſus, Manere in vita, in qua nihil inſit niſi miſeria. Sic perſæpe alias.

GLAR. OMNIA illa deditionis ſigna oſtentui eſſe credere, & inſidijs locum tentare) Vetuſtus codex verbum, Omnia, ad ſuperiora nectit, late explorari omnia. Idem fore pro eſſe legit. Aldinus codex vtrunque ſuſtulit, quod placet. At illud, Et inſidijs locum tentare, ita ſubiunguut, quaſi Metellus inſidia locum tentet, cũ ad regem referatur, Non dubitauit enim Metellus Iugurtham his technis locum inſidijs quærere.

ASCEN. INTEREA) Docet quid cõtra fecerit Iugurtha ac dicit. Iugurtha interea vbi accepit hoc eſt intellexit, ex nuncijs .ſ. ad explorandum miſſis, ea quæ Metellus agebat & ſimul hoc eſt inſuper factus certior .i. edoctus Romæ, hoc eſt cum Romę ageret, de innocentia .i. de integritate & incorruptione eius, ſcilicet Metelli, diffidere .i. diffidebat, aut diffidere cœpit ſuis rebus ac conatus eſt demum tunc facere deditionem veram .i. non fictam nec ſimulatam. Igitur mittit legatos ad conſulem .ſ. Metellum, cum ſupplicijs .i. ſupplicationibus. Qui peterent tantũmodo ipſi .i. Iugurthæ & liberis ſup. eius, vitam .i. ſalutem .& dederent .i. penitus in poteſtatem darent pop. Rom. alia oĩa. [Sed cognitum erat Metello iam antea experimẽtis] .i. per experiẽtiam genus Numidarum eſſe, inſidum .i. ſine fidelitate, & ingenio mobili .i. habere ingenium

genium mobile, & eſſe auidum.i.percupidum rerum nouarum .i. permanendi in propoſitis ac pactis ſuis. Itaque .i. & ita Metellus aggreditur.ſ.hoſtili, ſed occulto animo, legatos .ſ. Iugurthæ diuerſos.i.diuiſos, & in diuerſa ire iuſſos, alium ab alio, ac tentando i. experiendo animos eorum, poſtquam cognouit opportunos ſibi.ſ. ad proditionem domini ſui faciendam eo quòd auari & perfidi eſſent, perſuadet ſup.eis, pollicēdo multa, vti.i. vt traderent ſibi Iugurtham maxime.i.potiſſimum viuum. Sin.i.ſed ſi, id.ſ.tradere eum viuum, procedat parum.i. non inueniat proſperum ſucceſſum, vt traderet ſibi eum necatum.i.occiſum ferro, & iubet, quæ forent ex voluntate nunciari regi.ſ. Iugurthæ palam, deinde.i.poſtea paucis diebus.ſ. interpoſitus, procedit in Numidiam exercitu intento.ſ. ad ſui defenſionem, & infeſto .i. parato ad vim inferendam, vbi.i. in qua Numida erant tuguria .i. villæ ac domus rurales plena hominum.ſ.agricolarum, contra faciem, id eſt ſpeciem belli quia à facie belli in aduentu inimici omnes aufugere ſolent, & pecora & cultores erant in agris, præfecti regis procedebant ex oppidis & Mapalibus .i. tugurijs illis agreſtibus quæ Virgil. etiam magalia vocat Aeneid.i.obuiam.ſ. Metello & caeteriui eius honoris ſaltem ſimulati gratia, parati dare frumentum & portare commeatum .i. victualia exercitui, & parati poſtremo.i.quòd poſtremo dicebant, facere omnia quæ imperarentur à Metello. Neque Metellus incedere ideſt incedebat iccirco minus agmine munito .ſ. contra inſultum, ſed pariter .i. pariformiter incedebat ac ſi hoſtes adeſſent, & explorare ideſt explorabat late ne laterent inſidię, & credere.i. credebat, omnia illa ſigna deditionis eſſe oſtentui, hoc eſt ad oſtentationem ſimulatam, & tentare.i.tentando parare inſidijs locum, hoc eſt opportunitatem, Itaque.i.& ita quia omnia habuit ſuſpecta, ipſe erat apud primos cum cohortibus expeditis, hoc eſt leuis armaturæ quæ haſtilia, hoc eſt iacula gerentes, & aggredi & regredi celeriter poterant. Erant autem olim in legione vt dicit Gellius ſexagintæ centuriæ, triginta manipuli, & decem cohortes, hoc eſt ſex millia militum. Nam centuria centum, manipulus ducentos, cohors ſexcentos continebat. Sed Caius Marius auctore Feſto ſex millium & ducentorum legionem inſtituit, cum antea etiam quatuor millium fuiſſe Liuius aperte doceat. Item cum delecta.i.exquiſita manu, hoc eſt, multitudine funditorum .i. iacientium glandulas e funda. vnde Maro, Pars maxima glandes Liuentis ſpargit plumbi, & ſagittariorum .i. emittentium ſagittas. C. Marius legatus. curabat in extremis .i. in extrema acie cum equitibus, & imperator diſpartiuerat in vtrunque latus tribunis legionum & præfectis cohortium, equites auxiliarios ideſt qui inclioanti aciei auxilio venirent, nō enim locum tutandum acceperant, vt velites.ſ.rorarij & ferentarij.i. leuis armaturæ milites ab heliſtein.i.circunflectendo dicti, quocunque accenderēt propulſarent cum his.ſ.auxiliarijs, equitatus hoſtium. Nam tantus dolus & tanta peritia locorum & militiæ erat in Iugurtha vt haberetur in incerto an eſſet pernicioſior, hoc eſt nocentior abſens an præſens, & an gerens pacem, an gerens bellum.

ERAT haud lōge ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum nomine Vacca, forum rerū venalium totius regni maxime celebratum: vbi & incolere, & mercari conſueuerant Italici generis multi mortale. Huic conſul ſimul tentandi gratia, & ſi paterentur opportunitates loci, pręſidium impoſuit. præterea imperauit frumentum, & alia quæ bello vſui forent, cōportare: ratus id, quod res monebat, frequentiam negociatorum, & commeatum iuuaturum exercitum, etiam paratis rebus munimento fore. Inter hæc negocia Iugurtha impenſius legatos ſupplices mittere, pacem orare: præter ſuam, liberorumq. vitam omnia Metello dedere. Quos item conſul vti priores illectos ad proditionem domū dimittebat, Regi pacem, quam poſtulabat, neque abnuere, neque polliceri, & inter eas moras ꝓmiſſa legatorū expectare. Iugurtha, vbi Metelli dicta cum factis compoſuit, ac ſuis ſe artibus tentari animaduertit, quippe cui verbis pax nunciabatur: cęterum re bellum aſperrimū erat: vrbs maxima alienata, ager hoſtibus cognitus, animi popularium tentati, coactus rerum neceſſitudine, ſtatuit armis certare. Igitur explorato hoſtium itinere, in ſpem victorię adductus, ex opportunitate loci, quam maximas poteſt copias omnium generum parat: ac per tramites occultos exercitum Metelli anteuenit.

OPPIDVM Vacca nomine.] Scilicet ciuitas, quæ vocabatur Vacca. [Forum rerum venalium] Totius regni maxime celebratum. Forum dicitur locus negociationis, ſic dictus, q̄ illuc feruntur ea, quæ venduntur. Vacca igitur ciuitas erat forum rerum venalium totius regni, quia tota prouincia Numidiæ illic confluebat ad emendum & vendendum, quæ opus erant. [Incolere].i.habitare, in hac ciuitate multi mercatores Italici habitabant. [Huic] Ordo eſt. Conſul impoſuit præſidium huic.ſ.oppido tentandi, gratia, quid animi haberent. Ponere præſidium eſt imponere milites ad cuſtodiam, & tutelam ne ciues deficiant ad hoſtem, & vt ciuitas tutior ſit ab hoſte. [Tentandi gratia] Metellus impoſuit pręſidiū huic ciuitati Vaccę vt tentaret, an Iugurtha veram, an fictam deditione feciſſet. Nam ſi ficta fuiſſet deditio, ciues nō paſſi eſſent, vt Metellus imponeret pręſidium. [Bello vſui forent].i.quæ opus eſſent ad bellum. Nā vſus eſt, ſignificat opus eſt. Virg.8. Nunc viribus vſus. [Præterea imperauit] Metellus imperauit.ſ. ciues Vaccenſes, cōportare frumentum, & alia, quę forent vſui belli. [Ratus] Dicit quare Metellus huic ciuitati præcipue præſidiū impoſuit, quia videbat ꝓpter frequentiam, & acceſſum mercatorum, qui illuc aſſidue conueniebant, fore, vt ſuus iuuaretur exercitus, & ei neceſſaria non deeſſent. [Foren.] ſ. frequentiam, & cōmeatum & negociatorum. [Vti priores] Sicut priores legatos. Nam ſupra dixit, Metellum cum legatis Iugurthæ tractauiſſe de proditione. [Promiſſa legatorum expectare] Expectabat id quod promiſerant legati, videlicet, vt ſibi traderent Iugurtham, vel viuum, vel mortuum. [Iugurtha] Ordo eſt. Iugurtha coactus neceſſitudine rerum, ſtatuit certare armis, vbi, id eſt poſtquam compoſuit dicta Metelli cum factis, ac poſtquam animaduertit ſe tentari ſuis artibus, quippe, id eſt quia, cui nunciabantur pax verbis, ſed bellum erat aſperrimum in re, & poſtquam vrbs maxima eſt alienata, & ager eſt cognitus hoſtibus, & poſtquam animi popularium tentati.ſ.ſunt. Cum, inquit, Iugurtha videret Metellum aliud dicere, & aliud facere, promittere pacem, & gerere bellum, & videret ſe amiſiſſe maximam vrbem.ſ.Vaccā, ſtatuit cum Met. bello cōtendere. [Cōpoſuit] .i.cōparauit. Nam cōponere eſt cōparare, Virg. in Buc. Sic paruis componere magna ſolebam. [Dicta cū factis compoſuit] Nam Iugurtha comparando dicta Metelli cū factis, cognouit facta eius cōueni[re] cum dictis. Nam aliud dicebat, aliud faciebat, ꝓmittebat pacem, & bellum inferebat. [Ac ſe ſuis artibus tentari animaduertit] Iugurtha cognouit Metellum vti his artibus contra ſe, quibus ipſe Iugurtha vti ſolebat contra alios. videlicet dolis & fraudibus. [Artibus].ſ.dolis & fraudibus. [Quippe] Ecce declarat dolos Metelli, qui pacem Iugurthę promittere videbatur, & bello illum inſequebatur. Et hic proprie dicitur dolus, qn̄ aliud dr̄, & aliud fit. [Alienata].i.amiſſa. [Nā, Metellus, eam in ſuam poteſtatē redegerat, impoſito præſidio [Animi popularium].i.animi hoīum vulgarium, & infimorum. Nam popularis eſt qui à populo amatus eſt, popularis ciuis eſt, popularis humilis. popularis vilis. [Tentati] .i.ſolicitati. Ex opportunitate loci Iugurthę ſperabat vincere pp opportunitatē loci ipſam aūt locū infra deſcribit. [Anteuenit].i.præoccupauit Iug cū cognouiſſet quo tēdebat Metellus cū exercitu, eo ipſe prior venit.

CELEBRATVM] Frequentatum. [Tentandi] Probandi animum Iugurthæ. [Monebat] Suadebat. [Impenſius] Diligētius. [Quos].ſ.legatos. [Dimittebat].ſ.domum. [Illectos] Inuitatos. [Compoſuit] Coniunxit. [Cęterum re.] In effectu. [Cognitus ho.] Romanis, qui iam erant locorum, & viarum periti. [Tentati].ſ.pollicitationibus. [Opportunitate loci] Nō viribus militum, quia erat militibus impar Romanis.

HVIC conſul ſimul tentandi gratia &c. præſidium impoſuit] Manuſcripta, huic conſul vt ſit aduerbium. Sic poſtea, Igitur Vaccenſes, quo Metellus initio Iugurtha pacificantes præſidium impoſuerat. Quanquā autem vulgata lectio bene habet, altera hæc tamen verior. [Ratus id quod res monebat, frequentiam negociatorum & commeatum, iuuaturum exercitum, etiā paratis rebus munimento fore] In vetuſtis quibuſdam, ſed impreſſis deſunt hæc verba, Iuuaturum exercitum. Ac ſi quid eſt in me iudicij, rectius omittuntur, preſertim cum illud participium iuuaturus nuſquam fertè lectū ſit, niſi apud Plin. in Epiſt. ſemel, nec eius vlla uſquā apud Priſcia. mētio, qui alioqui diligentiſſime

tiſſime ſolet. ſi quid tale uſpiam catat in veteribus adnotaret. Præterea quamuis in cunctis ferè, quæ ipſe viderim, exemplaribus legatur, etiam paratis rebus, tamen ego libentius profectò legerim, pacatis, hoc eſt tranquillis, cum iam nullum fuerit bellum. [Et ſic quoque ſenſus ipſe poſtulat. [Quos item conſul vti priores illectos ad proditionem domum dimittebat] In vetuſtis, quos item vti priores conſul in lectos. Hæc collocatio verborum melior. Mihi mehercules illa inuerſio ordinis verborũ, nullo modo ferenda videtur, quantumuis alij forſan negligant. Porrò in lectos quondam dicere, vbi hodie ferè illectos dicimus, id quod & mollius & ſuauius eſſe videtur.

Glar. HVIC cos. ſimul tentandi gratia ſi paterentur) Hic locus mirum in modum corruptus eſt, neque in vllo codice mihi recte emendatus. Innuit tñ Lectorem aliqua parte ex diuerſis, quanq̃ corruptis, codicibus collati loci. Badius conatus eſt hunc emendare, ſed non potuit, exiſtimauit enim Metellum precepiſſe præſidij militibus importare oppidanis frumentum, quod nũquam facerent Rom. niſi alia cauſa vrgeret. Cęterum pro huic, etiam putat legi poſſe Huc, & pro Paratis rebus, Pacatis rebus, quod non reijcio. Deinde ꝙ Comportare pro Præparare quidam codices, hñt, nihil refert, cum neutrum requirat ſenſus & ego verũ que plane ſuppoſititium exiſtimo. Imperare frumentum, & quæ bello vſui forent, cum latine, tum frequenter dr̃. Quare hunc locum ita legendum exiſtimo. Huic cos. ſimul tentandi gratia, ſi paterentur, ſimul propter opportunitates loci, pręſidium imponit, Præterea imperauit frumentum, & alia, quæ bello vſui forent, ratus, id quod res monebat, frequentiam negociatorum, & cõmeatum iuuaturum exercitum, etiam pacatis rebus, munimẽto fore.

Ascen. ERAT haud longe &c.) Docet quõ præſidium. i. manus militũ ad cuſtodiam ac defenſionem Vaccæ oppidi Numidarũ ipſi impoſitum ſit à Metello. Cæterum cum corruptus hic fuerit locus diuerſi diuerſimode pro ſuo quiſque captu integritati reſtituere conati ſunt. Alij. n. textus hñt ſic, Huic conſul ſimul temperandi gratia, ſi paterentur &c. Alij ſic, Huc conſul ſimul tentandi gratia & capiundi, ſi paterentur· quia ſimul ſolũ dici nequit. Præterea alij addunt illic, & commeatum (populi iuuaturũ exercitum) quod alij non addunt. In ſententijs quoque eſt diſcrepãtia. Nam quidam intelligunt commeatum portandum ex oppido ad exercitũ, alij cõtra ab exercitu in oppidũ, dicentes ꝙ aliter dixiſſet non cõportare, ſed aſportare. Nos aũt pro captu noſtro interpretabimur q̃ talis eſt. Oppidũ Numidarum nomine Vacca erat haud longe ab eo itinere quo. i. per quod Metellus pergebat (appoſitorie aut exiſtẽs] forũ. i. emporium rerũ vęnalium totius regni. ſ. Numidiæ, & celebratum. i. celebre & nobile ex frequentia negociatorũ magnotũ effectum, maxime. i. precipue, vbi. in quo multi mortales. i. hoĩes, gñis. i. nominis Italici conſueuerant incolere. i. reſidere & mercari res. i. merces. Conſul. ſ. Metellus impoſuit huc aut huic. i. in hoc oppidũ præſidium, ſimul gratia tentandi. ſ. animos vaccenſium, quia ſi præſidiũ recuſaſſent declaraſſent ſe hoſtes, & ſup. ſimul gratia capiũdi ſi præſidium admittere nollent (Eſt aũt vt ſæpe dixi, præſidium guarniſon vulgo dictũ) & ſi opportunitates loci paterentur. ſ. ipſum capere. Præterea imperauit. ſ. militibus ſuis qui preſidio futuri erãt comportare. ſ. in oppidum frumentũ, & alia quæ forent vſui bello, hoc eſt ad bellum gerendũ, aut vſui bellico. i. ad vtilitatem bellicam, ratus. i. arbitrans id quod res monebat, videlicet frequentiam negociatorum. ſ. Italicorum, & commeatum. i. prouiſionem (vt dñt) victus ſeu victualium, fore munimẽto. i. protectioni & conſeruationi & rebus paratis, ſeu pacatis. i. tranquillis & ad mandata ſuſcipiẽda diſpoſitis i. putans ꝙ propter cõmeatum comportatum negociatores & Vaccenſes ciues facilius reciperent præſidium, quod forte ob penuriã victus recuſare potuiſſent & ſi alioqui parati fuiſſent. Alij intelligunt, vt dixi, cõmeatum comportandum in exercitum, & adducunt, & cõmeatum populi iuuaturum exercitum. vt ſic & imperat ſupp. his qui præſidium dirigerent, cum redierint cõportare. i. ſecum portare ex oppido frumentum &c. ſed prior expoſitio placet. Inter hæc negocia. i. dum hæc fierent, Iug. mittere. i. mittebat modo. i. interdũ impenſius. i. accuratius & copioſius legatos ſupplices, & rogare. i. rogabat pacem, & dedere. i. dedebat Metello omnia præter vitam ſuam & liberorum ſup. ſuorum. Quos. ſ. legatos, conſul dimittebat. ſ. à ſe illectos ad proditionem. ſ. Iugurthæ. [Vti priores]. i. quos prius illectos dixerat, & neque abnuere. i. neque abnuebat, neq; polliceri. i. neque pollicebatur regi pacem, q̃ poſtulabat, & expectare. i. expectabat inter eas moras dum ſuſpenſum teneret regem, promiſſa legatorũ qui promiſerant ſe regem proditurOs. [Iugur. vbi]. i. poſtquam compoſuit. i. comparauit, & ſimul cõſiderauit dicta Metelli cum factis ſic animaduertit ſe tentari ſuis artibus. i. dolo. [Quippe,] id eſt vt pote cui pax nunciabatur verbis, cęterum deeſt ſed bellũ erat aſperrimum re. i. effectu. [Vrbs maxima]. ſ. Vacca, alienata à ſe, hoc eſt ab Iugurtha, ager cognitus hoſtibus per frequentatiònem. & animi popularium. i. fautorum vtpote legatorum tentati. ſ. ad proditionem, & ita ipſe coactus neceſſitudine. i. neceſſitate rerum ſtatuit certare armis cum Metello. [Igitur explorato itinere] Commemorat quomodo Iugurtha ſe ad prœlium accinxit & quam orationem ad ſuos habuit dicens. Igitur quia Iugurtha decreuerat certare armis, ipſe explorato itinere hoſtium. i. cognito quòd hoſtes irent per loca apta inſidijs & in quibus circumueniri poſſent, adductus in ſpem victoriæ ex opportunitate loci parat quam. i. quantum poteſt, maximas copias. ſ. militum omnium generum ac anteuenit. i. præuenit exercitum Metelli per tramites occultos. i. vias tranſuerſas & occultas.

ERAT in ea parte Numidiæ, quam Adherbal in diuiſionem poſſederat, flumen à meridie oriens nomine Muthul: à quo mons aberat fermè millia paſſuũ xx. tractu pari, vaſtus ab natura & humano cultu: ſed ex eo medio quaſi collis oriebatur in immenſũ pertingens: veſtitus oleaſtro, ac myrtetis, alijsq̃. generibus arborum; quæ humo aridà atque arenoſa gignuntur. Media autem planities, deſerta, penuria aquæ, præter flumini propinqua loca, ea conſita arbuſtis, pecore atque cultoribus frequentabantur. Igitur in eo colle, quẽ tranſuerſo itinere porrectum docuimus, Iugurtha extenuata ſuorum acie conſedit. Elephãtis, & parti copiarum pedeſtrium Bomilcarem præfecit: eumq́. edocet, quæ ageret. * Ipſe propior monti cum omni equitatu, & peditibus delectis ſuos collocat: dein ſingulas turmas, & manipulos circumiens monet, atque obteſtatur, vti memores priſtinæ virtutis, & victoriæ, ſeſe, regnumque ſuum ab Romanorum auaritia defendãt: cũ ijs certamen fore, quos antea victos ſub iugum miſerint, ducem illis non animum mutatum, quę ab imperatore decuerint omnia ſuis prouiſa, locum ſuperiorẽ, vt prudentes cum imperitis, ne pauciores cum pluribus, aut rudes cum bello melioribus manum conſererent, proinde parati, intentiq. eſſent, ſigno dato, Romanos inuadere: illum diem, aut omnes labores & victorias confirmaturum, aut maximarum ærumnarum initium fore: ad hoc viritim vti quenque ob militare facinus pecunia, aut honore extulerat, cõmonefacere beneficij ſui, & eũ ipſum alijs oſtentare. poſtremo pro cuiuſque ingenio pollicendo, minitando, obteſtando, aliũ alio modo excitare: cum interim Metellus ignarus hoſtiũ, monte digrediens, cũ exercitu conſpicitur, primo dubius quidam inſolita facies oſtenderet: nam inter virgulta equi, Numidæq. conſederant: neq; planè occultari humilitate arborũ, & tamen quidam eſſet, incerti, cũ natura loci tum dolo ipſi, atq; ſigna militaria obſcurati, deinde breui cognitis inſidijs, pauliſper agmen cõſtituit. Ibi commutatis ordinibus in dextro latere, quod proximũ hoſtibus erat, triplicibus ſubſidijs aciem inſtruxit. Inter manipulos, funditores, & ſagittarios diſpertit: equitatum omnem in cornibus locat, ac pauca pro tempore milites cohortatus, aciem ſicuti inſtruxerat, tranſuerſis principijs in planum deducit. Sed vbi Numidas quietos neque colle digredi animaduertit, veritus ex anni tempore & inopia aquæ ne ſiti conficeretur exercitus: Rutilium legatum cũ expeditis cohortibus, & parte equitũ præmiſit ad flumen, vti locũ caſtris antecaperet, exiſtimãs hoſtes crebro impetu & trãſuerſis prælijs iter ſuum remoraturos, & quoniã armis diffiderent; laſſitudinem, & ſitim militum tentaturos.

* In vetuſtis quibuſdã legitur, Ipſo propius montem.

deinde

deinde ipſe pro re atque loco, ſicuti monte deſcenderat paulatim procedere, Marium poſt principia habere, ipſe cum ſiniſtræ alæ equitibus eſſe qui in agmine principes facti erant,

Sol. p. A QVO aberat] A quo flumine procul erat mons ferè viginti millia paſſuum. [Tracto pari] i. pari longitudine. Nam mos tantæ longitudinis erat, quantum à flumio diſtabat [Vaſtus ab natura, & humano cultu] i. deſertus, & quia natura aſper erat, & quia ab hominibus nõ calcatus. [Sed ex eo medio] Ex medio huius montis, collis naſcens longiſſimis, ex tranſuerſo, ducebatur, plenus oleaſtro & myrtetis, atque alijs arboribus, quæ naſcuntur in terra arida, & arenoſa. [Veſtibus] i. plenus. [Veſtire enim ſignificat implere. Virg. ij. Geor. Iuuat Iſmara Baccho Conſerere, atque olea magnum veſtire taburnum. i. implere. [Oleaſtro] Oleaſter arbor agreſtis oliuæ. [Ac myrtetis] Myrtetum eſt locus plenus arboribus myrtetia. Myrtus eſt arbor Veneri conſecrata. [Media autem planities] Inter montem & flumen planities erat, deſerta propter penuriam aquæ, præter loca, quæ ſunt flumini vicina, nam ea loca habitantur, & pecore, atque cultoribus ſunt plena. [Ea] i. ſ loca propinqua flumini. [Igitur in eo colle] Locum deſcripſit, in quo Iugurtha in inſidijs latens exercitum Metelli de monte deſcendentem aggreſſus eſt. [Porrectum] i. in longitudinem extenſum. [Extenuata] i. rarefacta, quia nec conferti, nec denſi, ſed rari conſederant Iugurthini milites. [Elephantis] Antiqui in prœlio elephantis vtebantur, & maxime Afr. Sunt enim belluæ miræ magnitudinis. [Quæ ageret] i. quæ agere deberet. [Turmas] Turmæ proprie ſunt equitũ. Nam turma triginta equites continet, dicta quaſi ter vna, eo quod terdeni equites ex tribus tribubus Tatienſium Ramnium. Lucerum fiebant. Nam ſingulæ tribus ſingulas decurias equitũ mittebant, vnde & decuriones dicti, qui decem equitibus. i. vitij. decuriæ præerant [Manipulos] Manipulus, vt antea dixit, ducentos milites continebat. i. duas centurias. Nam antiquis hic mos fuit, cum adhuc reges Romæ regnarẽt, vt manipulos miſcerẽt ex Romanis & Latinis, ita vna centuria Romanorum & vna Latinorum vnum manipulum conficerent, & vnum ſequerentur ſignũ. Manipulus autem dictus eſt, quia dum Romani adhuc pauperes eſſent, manipulos fœni perticis alligabant, & eos pro ſignis ſequebantur, vt Lucanus, Pertica ſuſpenſus portabat longa maniplos. [Obteſtatur, Rogat. [Priſtinę] priſtinis dicitur antiquus cuius derivatio dubia eſt, etiã apud peritos. [Cum his certamen fore.] & dicebat Quos antea victos ſubiugum miſerunt, hoc futura viſum eſt. Nam Iugurtha Romanos victos ſub iugum miſit. [Ducem illis non animum mutatum] Subauditur dicebat, per omnia non animum, quia quamuis nouum acceperint ducem tamen priſtinem animum retinet videlicet ignauum & timidũ, [A bono imperatore] ſ. prouideri. [Locum ſuperiorem] ſ. eſſe prouiſum. Ecce quo modo omnia prouiſa ſunt. Iugurtha ſuis militibus, prouidit vt haberẽt locum ſuperiorem, ſcilicet collem montis & prouidit, vt periti cum imperitis, nec pauciores cũ pluribus, nec rudes rum bello melioribus certarent. [Ne pauciores cum pluribus] Quia Iugurthini non erant pauciores numero quam Ro. [Aut rudes] i. ignari, quia Iugurthinis milites peritia belli non cedebãt Romanis. [Manum conſererent] i. pugnarẽt [Proinde] i. ideo, & dicebat. vt ideo eſſent parati & intenti inuadere Romanos, dato ſigno. [Illum diem] Iugurtha ſuos ad prę lium exortãs dicebat. O milites, hic dies, aut omnes labores pręteritos, & victorios confirmabit, aut erit initium magnarum calamitatum. [Omnes labores & victorias confirmaturum] Videlicet ne labores fruſtra ſuſcepetimus, & antea fruſtra vicerimus. [Confirmaturum] ſ. ſi vicerimus [Maximarum ærumnarum] i. miſeriarum & calamitatum. [Initiũ fore] ſcilicet ſi victi erimus. [Ad hoc] i. præterea. Ordo eſt. Iugurtha commonefacere, pro cõmonefaciebat ſui beneficij. ſ. illum, vti, p ſicut extulerat quenque pecunia, aut honore, ob facinus militare, & oſtentabat eum ipſum alijs. Iugurtha ſua beneficia commemorabat eis, quos, aut pecunia aut honore exaltauerat ob egregia facinora eorum. Atque hoc faciebat, nõ vt exprobaret ſua beneficia, ſed vt illi magis ad virtutem, & ad concurrendum accenderentur cum meminiſſent Iugurtham egregium eſſe virtutis remuneratorem. [Extulerat] i. exaltauerat. [Commonefacere beneficij ſui] Dicimus ergo cõmonefacio te huius rei. [Et eum ipſum alijs oſtentare] Oſtendebat eum, quem exaltauerat alijs, vt ipſi ſpe talis remunerationis ad virtutem prouocarentur. [Procuiuſque ingenio] i. ſecundum ingenium & naturam cuiuſque, Nam alij ſpem præmij, aut honoris, alijs minis, alijs precibus mouentur. [Excitare] Pro excitabat. i. accendebat, commouebat, incitabat. Ordo eſt. Poſtremo Iugurtha excitare pro excitabat alium alio modo pro ingenio cuiuſque. ſ. pollicendo minitando, oſtentando, cum pro quando, interim Metellus ignarus hoſtium digrediens monte conſpicitur cum exercitu. Dum Iugurtha ſuos hortatur ad prœlium, ecce Metellus cum exercitu apparere incepit, qui neſciebat Iugurtham cum exercitu ſuo in colle occultatum in inſidijs. [Primo dubius] Ordo eſt, Primo Metellus dubius quidnam inſolita facies oſtenderet, deinde inſtituit agmen pauliſper cognitis inſidijs, breui ſpatio, cetera per parenthefim dicta ſunt. Et longũ facit per hyperbathon. Et hoc dicit Metellus, cum de hoſtibus nihil omnino ſuſpicaretur, primo dubitauit, quidnam eſſet, id quod videbat in colle, non enim aperte videre poterat quid eſſet. ſed poſtea cum aperte cognouiſſet inſidias, ſtatim exercitum inſtruxit ad pugnam. Primo dubius quidnam inſolita facies oſtenderet. i. primo dubitans quidnam inuſitata ſpecies earum rerũ quas videbat in colle ſignaret. Nam videbat in colle equos & boſes, ſed non ita aperte videbat vt poſſet intelligere q̃d eſſet. Et declarat quare dubitabat q̃d eſſet, quia equi, & boſes Numidię, ita inter arbores & virgulta conſtiterant, vt nec rurſus perfecte videri poſſent. [Nã inter] Ordo eſt. Nã & equi & Numidię conſederãt inter virgulta, neque plene erant occultati humilitate arborũ, & tñ erant incerti quidnam eſſent obſcurati ipſi atque ingenia militaria, tum. i. partim natura loci, tum, i. partim dolo. [Humilitate arborum] Quia arbores non erant altæ, ſed humiles. [Et tamẽ] Quamuis non eſſent perfecte occultati, tamen cognoſci nõ poterant qui nam eſſent. [Tum natura loci] Propter arbores. [Tũ dolo] Quia ita ſe locauerant, vt non erecti ſed proſtrati. & inter arbores iacerent. [Agmen inſtruit] i. exercitum inſtruxit, dicitur etiam agmen dum ambulat, & incendit ſicuti nunc. [Ibi] Dixit, quomodo Metellus exercitum ad pugnam inſtruxit, nam ordines mutauit. Ordo eſt. Ibi, pro tunc Metellus inſtruxit acies triplicibus ſubſidijs, in dextro latere, quod erat proximum hoſtibus, ordinibus, commutatis, & diſpertit funditores & ſagittarios inter manipulos, & locat omnem equitatum in cornibus. Cum exercitus in acie ad pugnam inſtruebatur, hic ferè ordo ſeruabatur. In prima acie leuis armatura ponebatur. i. Velites, ſiue Rotarij, ſiue Ferentarij item funditores, & ſagittarijs, hi leuibus certaminibus pugnam inchoabant. In ſecunda acie principia ſiue principes locabantur, ſic dicti, qui à principio gladijs pugnabant, vt ait Varro. In tertia acie ſubſidia ſtatuebantur, qui milites ſubſidiarij dicebantur, quia ſubſidium ferebant principijs feſſis, & fatigatis. Sed hic ordo pro loco & tempore mutabatur vel ex toto vel ex parte. Nunc vero dicit Metellum in ea parte, quæ hoſtibus erat vicina ſubſidia triplicia collocaſſe, funditoresque & ſagittarios, qui in prima acie locari conſueuerant inter manipulos diuiſiſſe. [Pro tempore] Quia non erat tempus, vt multa diceret. [Acie] Exercitus ad pugnã inſtructus dicitur acies. [Trãſuerſis principijs] Vide quid dicat. Metellus de monte deſcendebat, Iugurtha autem in colle cõſederat, qui ex tranſuerſo mõtis naſcebatur. Metellus igitur de monte deſcendens aciem inſtructam dirigebat non contra collem, & cõtra Iugur. ſed per tranſuerſum verſus flumen, quod diſtabat à monte xx. milib. paſſuũ. [Principijs] Dixi iam ante q principia dicuntur milites, qui in ſecunda acie locantur. [Sed vbi] Ordo eſt, Metellus veritus, ne exercitus conficeretur ſiti ex tempore anni, & inopia aquæ pręmiſit ad flu. Rutilium legatum cum expeditis cohortibus, & parte equitum, vt ante caperet locum caſtris, exiſtimans hoſtes eſſe remoraturos ſuum iter crebro impetu & tranſuerſis prœlijs, & eſſe tentaturos laſſitudinem & ſitim militum, quoniã diffiderent armis, vbi pro poſtq̃ animaduertit hoſtes quietos. ſ. eſſe neque illos digredi, colle, Metellus de monte deſcendens, exiſtimabant hoſtes qui erant in colle agmen ſuum inuaſuros. Sed poſtquam vidit eos non moueri & de colle, Rutilium legatum cum cohortibus expeditis præmiſit ad flumen, vt locum caperet, vbi caſtra ponere volebat, ipſe vero poſt Rutilium cum toto exercitu ſequebatur, nec enim apud montem diu manere poterat propter penuriam aquæ. [Quietos] ſ. eſſe. i. non moueri. [Neque de colle digredi. i. diſcedere. ſ. cõtra ſe. [Veritus ex anni tempore] quia erat ęſtas, quo tẽpore rarius pluit. Inopia aquæ] Quia loca ipſa arida ſunt & ſine fontibus & ſine aqua. [Conficeretur] i. conſumeretur. [Expeditis cohortibus] Dixi quæ ſint cohortes expeditæ [Ad flumen] Quod ſupra dixit diſtare à monte per viginti miliaria. (Impetu] i. incurſu. [Et tranſuerſis pr.] i. prœlijs ex tranſuerſo. & à latere, non à fronte factis. Nã Metellus agmen inſtructum dirigebat, non contra collem, nec contra Iugurtham, ſed

verſus

verſus flumen, ita vt frons agminis reſpiceret flumen latus vero dextrum reſpicere collẽ, atque Iugur. vt neceſſe eſſet Iugurthã ſi conaretur inuadere Rom. eos à latere, & ex tranſuerſo. non à fronte neque ea aduerſo inuadere. [Laſſitudinem ſimulq; militũ tentaturos] Metel. videbat Iugur. nõ audere armis cõtẽdere, ſed quærere, aut fatigaret Rom. & impediret, ne ad flumen irẽt. Deinde Metellus pmiſit Rutilium legatũ ad flumen, deinde ipſe ſe cutus eſt cũ toto exercitu. [Pro re atq; loco] Sicuti res, & locus poſtulabat. [Sicuti mõte]. i. eo ordine, quo mõte deſcẽderat. Marium poſt principia hře, pro habebat. i. tenebat. [Mariũ poſt principia]. i. poſt ſecũdam aciem. [Siniſtræ alæ] Ala proprie dr̃ equitum ordo, eo q pedites tegat alarũ vice. Virg. in iiij. Dum trepidant alæ, ſaltuſq; indagine cingũt. Sed hoc loco alã ſiniſtrã accipit pro latere ſiniſtro. [Principes facti erãt] Metel. ordines ita mutauerat, vt milites, qui in ſiniſtro latere erant, dũ incederent,

MARL. Principia eſſent. [Principes]. i. principia iã ſæpe dixit principia.

ERAT in parte] Metellus Vacca diſcedẽs ad montem veniebat, qui incultus, habebat, in lõgitudinem ſe extendens, collẽ plenum myrtetis & arbuſtis, deinde erat planities arenoſa inferius. Iugur. Metelli intelligens iter, ex tranſuerſis itineribus collẽ occupauit, latenſq; inter virgulta inſidias tendebat Metello. hoc cognito ab imperatore, quia arbuſta parua erat, ſtatuit per aliud iter tranſire. i. per planitiem quæ erat inter flumen & montem quid fit deinde ſecutũ, patebit in litera. [Conſita arbuſtis] Differẽtia eſt inter arbuſtum & arbutũ. Arbutus virgultum eſt gingẽs fructum ſimilium fragis qui dr̃ vnetus, Arbuſtum arbor ſitum ad maritandas vites. vnde Plin. Omnia Italia tranſpadano arbuſta, & populos, & vlmos ad maritãdis vites alſit. [Collocat]. ſ. in præſidio [Manipulos] Manipulus dictus eſt, quia dum Quirites exiguas poſſiderent, opes, Manipulos ferri perticia alligatos pro vexillis geſtabant. Ouid. in Faſt. Pertica geſtabant ſuſpenſos acta manipulos, Vnde maniplaris nomina miles habet. Priſtinæ virtu.] Solitæ fortitudis. [Ab Rom. auaritia] Quia nõ iuſta cauſa. Romani indixerũt nobis bellum, ſed pp auaritiam. [Certamẽ fore] .ſ. monte [Animũ]. ſ. militũ non mutatum, quia veait Sen. Aeger quocũque feratur affert morbum ſuum. [Omnia pruiſa. [Ordo. Monet. ſ. Iug. omnia prouiſa ſuis quę decuerat. ſ. fieri ab imperatore. [Prudẽtes] Scientes belli. [Rudes] Imperiti. [Melioribus] Peritioribus. [Inuadere] Adoriri. [Vti quenque]. ſ. militem fortiſſimũ. [Aut honore] Gradu militari. [Neque plane] In totum. [principijs] Militibus princibus, qui dñt vulgo l'antiguardia. [Anni tẽpore] Quia ęſtas erat. [Remotaru] A fluuio tardaturos.

RIMIVS VESTITVS oleaſtro, ac myrtetis, alijſq; generibus arborum, quæ humo arida, atque arenoſa gignuntur] Fabricianũ, arido atque arenoſo, recte an ſecus, aliorũ, eſto iudicium. Ipſe cõiecturam meam ſubijciã. Annotauit igitur lib. 9. Priſc. humũ neutro etiam gñe inueniri apud veteres, citaq; illud Liuij in Adone, Humum humidũ pedibus fodit, & Gracchi in Thyeſte, Mer ſu ſequentis humidum plantis humum. Iam in manuſcripto humi quidem iam legitur, ſed aut humo ibidẽ, aut humu fuit. Nã eraſa eſt litera vltima & ſuppoſitum. i. porrò humu veteres pro humo dixiſſe, teſtatur alicubi Non. Marcellus. Ecce aũt cum iã hæc annotaſſem. ac Priſcianum forte in manus ſumpſiſſem, Idẽ reperi quod in Fabricianum. Nam lib. xviij. Num, inquit, ſum. es, eſt. Sal in Iugur. quæ humi arido atque arenoſo gignuntur. Quid ſi Sal. eſt ita locutus, ut idẽ idem Tacit. velut. r. Vt occulta ſaltuum ſerutaretur, ponteſq. & aggeres humido paludũ & fallacibus campis imponeret ruſus, illi ſanguine ſuo & lubrico paludũ lapſantes. Sed & Aridũ ſubſtantiue poſitũ videri alicui poſſit, vt ſubaudias Solum. Cæſ. 4. Cum ille aut ex arido, aut pauliſũ in aquam progreſſi, &c. Idẽ paulo inferius. Noſtri ſimul in arido cõſtiterunt, & poſtea, Quaſque in aridum ſubduxerat pro, in terram. Atque hoc modo Humi aduerbialiter poni neceſſe eſt. Nos hic nihil pronũciamus, contenti & diuerſam lectionẽ oſtẽdiſſe, & coniecturam noſtrã ſubieciſſe. Tametſi & in altero quodã manuſcripto fuerit eodem modo, id quod ẽt nunc videre licet. Sed & Beroaldinum volumẽ habet, quæ humi in arido atq; arenoſo loco gignuntur. Vnde vt nihil aliud, illud certe colligitur, mẽdoſam eſſe hodie lectionẽ vulgatam. [Ipſe propior monti cũ omni equitatu, & peditibus delectis ſuos collocat] In manuſcripto eſt proprior mõtem, quo Hirtius viij. belli Gallici. Alter quin propior hoſtẽ in vallo collocatus eſſet &c. Nec aliter in Florẽtino, & Beroaldino. [Vt prudentes cũ imperitis] Legendum, vti. Sic. n. ferè ſemper Sal. paulo inferius. [Oẽs labores] Legendũ omneis. Ita & hoc & ſuperius illud in vetuſtis. [Cum interim Metellus ignarus hoſtiũ, monte digrediens, cũ exercitu cõſpicitur. primo dubius quidnã, inſolita facies oſtẽderet] Sic in cũctis ferè q ipſe viderim exemplaribus reperiri. Ceterũ Donat in Terent. Eunuchum conſpicatus hic legit, non conſpicitur, idq; ita ſenſus quoque ex gere vr̃. vt ſit à conſpicor deponenti, quod eſt videre. Nã hoc dicit Sal. Metellum vidiſſe ipſum quidẽ hoſtes qui ſe occultarant, ſed ita vti non ſatis eos propter virgulta, inter quæ cõſederant, internoſcere, aut quid tandem rei eſſet, dijudicare poſſet. Id enim eſt quod ſequitur, Primo dubius, quidnã inſolita facies oſtenderet. Florentinum, cum exercitu conſpicit eos', non cõſpicitur. [Deinde breui cognitis inſidijs, pauliſper agmen cõſtituit] Volumen Fabricianum, Dein. &, pauliſper agmen conſtitit, iſt ſtill geſtanden. vt ſit Agmen caſus nominatiui. Aldinum exẽplar facit cum peruulgata lectione. Q. Cur. iij. Tunc conſiſtere agmen iubet. Liu. j. belli pun. ij. Conſtituit vtrunque agmen, & prœlio ſeſe expediebant. Licet perperam in Aſcenſiano conſtituit legatur. Mox. [In dextro latere, quod proximum hoſtibus erat] Manuſcripta duo, quod proximum hoſtes erat pro ea fortaſſe quod eſt proxime hoſtes. Nam. Cic. quoque loqui identidem ſic cõſueuit velut cum ait, vt cum ſuis copijs quam proxime Italiam ſit, & iterũ, Habemus exercitum q̃ proxime hoſtem ſic & alias idẽ. ſed & Saluſt. ſupra, Proxime Hiſpaniam Mauri ſunt. Si quis nomẽ eſſe malit τὸ proximum, haud multum equidem reluctabor.

CVM interim Metellus ignarus hoſtium, monte digrediens cum exercitu conſp. [Mire mutatum dicendi genus. Cum enim diceret vellet, Iugurtham ante abſconditũ, nunc Metello viſũ, ait. Metellus cum exercitu conſpicitur. Omnia. n. cõtinuo ſequẽtia indicat, Iugurtham nunc primum Metello videri, qui in eo colle, quem trãſuerſo itinere perfectum auctor docuit, conſederat. Metellus dubius erat, non Iugurtha. Verum id magis mirandum, qũo Metellus monte digrediens hic dicatur, quem nuſquã aſcendentem deſcripſit. Sed neque ſemel hoc dixiſſe contentus auctor, bis paulò poſt repetit, vt hunc locum non dubitem porſua corruptum. Prima quidem verba, ſi non bis poſtea deſcendiſſe repetiſſet, ita legi poterant. Cum interim Metello ignaro hoſtium monte digrediens, cum exercitu conſpicitur. ſ. Iugurtha. Inde enim dubius primum Metellus, ſtatim deinde agmen conſtituit, Plura dicere nolo. Cõmentatores nihil ad rem dicunt, & nos coniecturas noſtras referre nolumus, Lector ipſe ſibi iudicium ſuum reſeruet. Adiuuat iudicium noſtrum, q quidam codices habẽt paulò poſt, Incerti, cum natura loci, tum dolo ipſi. Vbi alij habent incertũ, vt nõ ſit mihi dubium locum eſſe mutilum. GLAR.

FLVMEN oriens à meridie]. i. à meridionali plaga Muthul. ſ. nomine, erat in ea parte Numidiæ quam Adherbal poſſederat in diuiſione. ſ. regni cũ Iugurtha per legatos Rom. facta, à quo flumine, mons. ſ. quidam aberat. i. diſtabat fermè. i. quaſi xx. millia paſſuũ, tractu. i. protenſione eius, pari. i. æquali in diſtãtia exiſtens vaſtus. i. vacuo ſitu non habitatus nec conſitus, natura. i. per naturã quę illic nihil naſci ſinebat, & alienatos. i. deſertus cultu humano q a à nemine habitabatur. Sed quaſi collis. i. humilior mons & vt dñt coſta montis ſeu cliuus oriebatur ex eo medio. i. ex medio eius montis, pertingens. i. porrectus in altũ, in immenſum. i. ſine mẽſura facile, veſtitus. i. copertus, oleaſtro. i. oleis ſilueſtribus, ac myrtetis. i. copia myrtorũ arborum illic naſcẽtium & alijs gñibus arborum, quæ gignuntur i. naſcuntur, humo. i. terra arida. i. ſicca atque arenoſa. At. i. ſed planities media inter mõtem & flumen erat deſerta. i. inhabitata & inculta, penuria. i. ob defectum aquæ, præter loci propinqua fluminis quia ea. ſ. loca ad flumen. conſita. i. vndique ſata & veſtita arbuſtis. i. arbuſculis frequentabantur pecore. ſ. ouino & caprino & cultoribus. ſ. hominibus. Igitur Iugurtha conſedit. i. locum cepit in eo colle quẽ docuimus porrectum. i. extenſum à mõte, itinere tranſuerſo, q a ex medio eius ſumpio, & hoc acie ſuorũ. ſ. militum, extenuata. i. deducta & ſparſa vel rarefacta, & præfecit Bomilcarem amicum & propinquũ ſuum, Elephantis. ſ. bellicis, [Notum eſt enim à genitiuo huius elephantos fieri nominatiuum hic elephantius huius elephanta, notumq; vt illis impoſitis machinis vtantur in bello Numidiæ Aethiopes & cęteri eius regionis in qua naſcuntur] & parti copiarũ pedeſtriũ. [Edocet eũ]. ſ. Bomilcarem, quę ageret .i. facere deberet inito aut in ineũdo prœlio ipſe exiſtẽs propior j. magis propè mõtem collocat. i. inſtruit ſuos. i. milites. i. quibus ipſe pręeſſe volebat. Deinde ipſe circuiens. i. obambulis ſingulas turmas. i. claſſes equitum, triginta equites continẽtes & manipulos, qui ducentos continebant. i. duas centurias. [Nam antiquis hic mos fuit adhuc ſub regibus Rom. vt milites miſcerẽt ex vna centuria R. & vna latinorum manipulum conſidentes, cui ſignũ vnum dabant, id aũt manipulum vocabant, q dam Rom. adhuc pauperes eſſent manipulos fœni perticis alligabant, & eos pro ſignis ſequebantur vnde eſt illud Luc. Pertica ſuſpenſos portabat ASCAN.

longa maniplos) monet dico Iugurtha more Romanorum atq; obteſtatur ſup.eos, vti.i.vt ipſi memores priſtinæ.i.prius ab ipſis habitę virtutis.[Et victorię].ſ.quã pauló ante ea hoſte retulerat, cum eum ſub iugum miſerat, defendant ſeſe.i.ſeipſos, vnde oſtẽdit neceſſitatẽ pugnandi,& regnum.ſ.Numidiæ ab auaritia Romanorum, q.d. ſi victi fuerint eos immania penſuros Romanis tributa, vt quos ipſo iam ſępe auariſſimos expertus fuerit. [Cum hic certamen fore] Proſequitur paucis cohortamenta Iugurthæ, non quidem ſub iiſdem verbis ſed punctim ſub iiſdem ſententijs, dicens. Et ſup. Iugurtha monendo dicebat ipſis fore.i.futurũ eſſe certamẽ cum his quos victos ipſi miſerint. ſ.in deſerto ſub Aulo legato ſub iugum .i. ſub furcã ea haſtis ad ſummã ignominiam. Et dicebat ducẽ eſſe mutatum illis.ſ.hoſtibus victis nõ animum, quia iterum fugituri eſſent,& omnia prouiſa eſſe ſuis quę decuerint.ſ.prouideri ab imperatore, hoc eſt à ſe, quia locũ ſuperiorem ſup.prouiſum eſſe.i.vt hñent locum ſuperiorem,& prouiſum eſſe vti.i.vt ipſi prudentes.i.experti & ſcij conſererent manum.i.prælium inirent cum imperitis .ſ.hoſtibus & ne ipſi Numidæ conſererent manum pluribus exiſtentes pauciores, aut ne ipſi rudes cõſererent manum cum melioribus.i.peritioribus bello.i.ad bellum gerendum. (Eſt.n.datiut caſus bello, quia dr̃ bonus bello.i. ad bellum. Maro. Et bona bello Cornus. Bonum autem aliqñ dr̃ vtile vt in dicto exemplo Maronis, aliqñ peritum, vt in Bucol. Cur nõ Mopſe boni qñ conuenimus ambo. Aliqñ iuſtum vt vir bonus & ſapiens. Aliqñ fauorabilis, vt in Æneid. Et bona Iuno &c.) proinde.i.ideoq; ſup.monet, vti, ſup.eſſent parati & intẽti inuadere.i.vt inuadant Romanos ſigno dato. Et dicebat illum diem quo manus confererent aut confirmaturum ſup. eſſe.i.ſtabiliturum oẽs labores.ſ.inceptos & victorias.ſ.obtentas, aut fore.i.futurum initium maximarum ærumnarum quia difficillime deinde victoriam obtinerent, & ſi ſemper deinceps vincantur duriſſimam ſeruitutẽ paſſuri eſſent. Ad hoc.i.præterea aut inſuper cõmonefacere.i.cõmonefaciebat, hoc eſt memorem faciebat beneficij.ſ.accepti virtim.i per ſingulos viros, vti i.ſecundum extulerat quenque .i. quemlibet eorũ ob facinus militare .ſ. ob militiam fortiter geſtam aut pecunia.i.per pecunię dationem aut honore.i.per honorem, & oſtentare.i.oſtentabat eum ipſum quem ea tulerat alijs, vt.ſ.eadem promerentur. Poſtremo excitare.i.excitabat alium alio modo.i.diuerſos diuerſimode. pollicendo, minitando, oſtentando.ſ.præmia, aut efferẽdo, pro ingenio.ſ.ſecundum naturam & indolem cuiuſque, quia alij faciunt pollicitis, alij minis, alij oſtentationibus. Cum Metellus ignarus hoſtiũ.ſ. in inſidijs exiſtentium digrediens .i.deſcendens interim dum talia faceret Iugurtha, monte.ſ.deſcripto, cõſpicitur.ſ.à Iugurtha cum exercitu.ipſe primo dubius ſup. erat quidnam facies .i.ſpecies viſa inſolita oſtenderet. Nam equi & Numidæ conſederãt, id eſt ſimul locati erant, inter virgulta.i.humiles arbores & frutices, neque occultati planè.i.omnino, humilitate.i.propter humilitatem arborũ, humile eſt imũ ac ad humum ſitum ac vicinũ terræ,& tñ incertum ſup.erat quidnam eſſet, quia ipſi.ſ.Numidę & equi & ſigna militaria, obſcurati ſup.erant, & eſt conceptio qua maſculinũ concipit neutrum, tum.i.partim natura loci, tũ.i.partim dolo, quia ſe ex compoſito occultauerant, deinde breui.ſ.tẽpore poſt inſidijs cognitis conſtituit.i.ſimul ſtare fecit, paulisper .i.per parum temporis agmen.i.exercitum inſtructum & eũtem prius ſecundum quod ducebatur. Nam ab agendo dr̃. Ibi.ſ.tunc aut illic inſtruait aciem, ordinibus commutatis.ſ.opportunitate loci, quia inſtruxit in dextro latere quod erat proximũ hoſtibus aciem ſubſidijs triplicibus.i.triplicatis,& diſpartit.i.interdiuidit loca inter manipulos, funditores i.qui fundis vtebantur & ſagittarios qui ſagittas emittebant, & locat omnem equitatum.i.omnes equitantes in cornis.i.angulis aciei. Ac ipſe hortatus.i.poſtquam hortatus erat milites pauca (vbi hortor etiam duos actiuos regit) pro tempore.i.propter breuitatem tpis, deducit aciem in planum.ſ.locum ſicuti inſtruxerat ſup.eam.i.ſaluis ordinibus iam inſtructis & hoc principijs.ſ.aciei ſup.incedentibus tranſuerſis.i.ex tranſuerſo, ad inſultum hoſtium deprimendũ, nam à latere erant dextro. Principia aũt in acie dicũtur græcè archia.ἀρχεῖα. Sed vbi.i.poſtq̃ Metellus animaduertit Numidas quietos neque digreſſos colle. veritus ne exercitus conficeretur .i. periret ſiti ex tempore anni (quia in æſtate erat) & ea inopia aquæ. Præmiſit ad flumẽ.ſ.Muthul: Rutilium legatum.i.quem miſerat ſenatus in exercitũ quaſi ſubſidiariũ & conſulis ſi defecerit loco functurum, cum cohortibus expeditis.i.non impeditis armis.ſed ad inuadendum celeriter aut ad retrocedendum commode idoneis & accinctis,& parte equitum, qui etiam expediti ſunt, vti.i. vt ante caperet.i.properet anteq̃ ab hoſte occupetur, locũ caſtris, ſcilicet metãdis, exiſtimans hoſtes remoraturos.ſ.volẽtes accedere flumẽ,& crebo impetu i.aſſultu: Et plijs tranuerſis.i.ex tranſuerſo mõtis & hoſtes tentaturos .i.ſollicitaturos laſſitudinem & ſitim militum ſ.Rom.qm̃ ipſi hoſtes diffiderent armis. Deinde poſtquam Rutilium præmiſerat, ipſe deſcendere.ſ.deſcendebat, paulatim pro re atque loco .i. pro exigentia negocij atque loci, & hr̃e.i.habebat Marium poſt principia, aut iubet Maurium ſe habere poſt principia, ipſe eſſe.i.erat cum equitibus ſiniſtrę alę.i. quæ erat in ſiniſtro cornu ſeu ala aciei, qui.ſ.equites ſiniſtrę alę facti erãt in agmine.i.exercitu agminarim incedente, principes ideſt primi incedentium.eo quod à dextro latere erant hoſtes.

AT Iugurtha, vbi extremum agmen Metelli primos ſuos prætergreſſum videt, præſidio quaſi duum millium peditum montem occupat: qua Metellus deſcenderat, ne forte cedentibus aduerſarijs receptui, ac poſt munimento foret. Deinde repente ſigno dato hoſtes inuadit. Numidæ alij poſtremo cædere, pars à ſiniſtra, ac dextera tentare, infenſi adeſſe, inſtare, atque omnibus locis Rom. ordines conturbare. Quorum etiam qui firmioribus animis obuij hoſtib. fuerãt, ludificati * in incerto prœlio ipſi modo eminus ſauciabantur, neq; contra feriendi aut conferendi manum copia erat. Ante iam docti ab Iugurtha equites, vbi Romanorum turma inſequi cœperat, non confertim, * neque in vnum ſeſe recipiebant, ſed alius alio quam maxime diuerſi, Ita numero priores, ſi à perſequendo hoſtes deterrere nequiuerant, diſiectos ab tergo, aut lateribus circunueniebant, ſin opportunior fugæ collis, quàm campi fuerat, ea vero conſueti Numidarum equi facile inter virgulta euadere, noſtros aſperitas & inſolentia loci retinebat. Cęterum facies totius negocij varia, incerta, fœda, atq; miſerabilis, diſperſi à ſuis, pars cedere, alii inſequi, neque ſigna, neque ordines obſeruare, vbi quenque periculum cœperat, ibi reſiſtere, ac propulſare, arma, tela, equi, viri, hoſtes, atque ciues permiſit, nihil conſilio, neque imperio agi, fors omnia regere. Itaque multum diei proceſſerat, cum etiam tum euentus in incerto erat. * Deniq; omnibus modis labore, & æſtu languidus Metellus, vbi videt Numidas minus inſtare, paulatim milites in vnũ cõducit, ordines reſtituit, & cohortes legionarias quatuor aduerſus pedites hoſtium collocat. Eorum magna pars ſuperioribus locis feſſa cõſederat, ſimul orare, & hortari milites, ne deficerent, neu paterentur hoſtes fugientes vincere, neq; illis caſtra eſſe, neq; munimentum illum, quo cedentes tenderent: id armis oĩa ſita. Sed nec Iugurtha quidem interea quietus erat: circuire, hortari, renouare p̃lium, & ipſe cum delectis tentare omnia, ſubuenire ſuis, hoſtibus dubiis inſtare, quos firmos cognouerat, eminus pugnando retinere.

*prepoſito in, nõ eſt in alijs uetuſtioribus

*neque, non legitur in exemplari Aldino.

* Vetuſta exemplaria habent, Denique omnibus labore, & æſtu languidus, Metellus vbi videt, &c.

AT Iugurtha] Poſtq̃ vidit Metellum reliquiſſe montem, & iam cum toto exercitu trãſiſſe ſuos primos milites, qui erant in colle, ſtatim cum duobus millibus peditum montem occupauit, atq; hoc fecit, ne Rom. illuc refugerent, ſi forte Iugurtha ipſos inuadens. fugere compuliſſet. [Primos ſuos] ſ.milites. [Prætergreſſum].i.tranſiſſe. [Quaſi ferè] Notanda noua ſignificatio apud Sal. Nam quaſi proprie ſignificãt ſicut, ſed hoc loco ſignificat ferè. [Cedentibus] .i. retrocedentibus, & ſe recipientibus. [Receptui].i.ad receptum, Iugurtha montem occupauit, ne Romani illuc redire poſſent, ſi forte in pugnam cedere, & ſe recipere cogerentur. [Munimenta].i.ad munimentũ, vt Romani in montem, muniti de eo pelli non poſſent. [Forte,] Scilicet mons. Ordo eſt. Iugurtha occupat montem præſidio, quaſi duum millium peditum.ſ.ab ea parte.qua deſcenderat Metellus, ne ille mons foret receptui aduerſarijs cedentibus, & poſt foret munimento, vbi pro poſtq̃ videt extremum agmẽ Metelli eſſe pręterpreſſum ſuos.[Numidę].i.milites Iugurthini de Numidia. SOLD.

midia. [Ordines] .i. acies. hic deſcribit prœlium inter Iugurtham & Metellum. Infinitiuos ponit more ſuo pro præteritis imperfectis indicatiuorum. [Quorum] .ſ. Romanorum, ex Romanis, qui erant fortiores obuiam hoſtibus facientes, & reſiſtentes ipſi tantummodo vulnerabantur, nec vulnerare poterant hoſtem, quia rationem prœlij non intelligebant, nam decepti erant. Ordo eſt. Quorum ipſi, qui fuerunt obuiam hoſtibus firmioribus animis ludificati incerto prœlio, modo .i. tantummodo ſauciabantur eminus, neque erat copia contra faciendi, aut conferendi manum. [Fuerunt obuij] .i. reſtiterunt. [Ludificati] .i. decepti, quia non credebant ſe inuadi poſſe, niſi à altera dextro, nunc autem & à tergo, & ab vtroque latere premebantur ab hoſte. [Ipſi modo ſauciebantur] .i. ipſi Ro. tantummodo vulnerabantur, nec vulnerare poterant. Eminus .i. de longe. Ante iam docti] Ordo eſt. Equites iam ante docti ab Iugurtha recipiebant ſe non confertim, neque in vnum ſed recipiebãt ſe quam maxime diuerſi videlicet alius alio. [Vbi] .i. quando turba Romanorum cœperat inſequi .ſ. eos. Oſtendit cauſam, quare Ro. tãtummodo vulnerabantur, & non poterat vulnerare hoſtem, quia Iugurtha nouam pugnandi rationem inuenerat, nam equites docuerat, vt cum hoſtem inuaſiſſent, & ille eos inſequi cœpiſſet, non in vnũ ſe reciperent atque colligerent, ſed ſeparatim loca aduerſa peterent, atque ita hoſtem eluderent. [Non confertim] .i. non cateruatim, nec ſimul. [Se recipiebant] .i. ſe retrahebant. [Alius alio] i. Alius ad alium locum .ſ. recipiebat ſe .i. retrahebat. [Ita numero priores] Ordo eſt. Ita illi equites Iugurthini circumueniebãt diſiectos .ſ. Romanos à tergo, aut à lateribus, ſi illi nequiuerant deterrere hoſtes priores numero perſequendo. Attende quid dicat, plerunque enim difficile eſt intelligere, quomodo ſenſus ſequens cum ſuperiore cohęreat, ne vagus & diſſolutus errare videatur, nam hic ſenſus eſt. Equites Iugurthini, ſi Romanos, perſequentes ſe reprimere non poterant, quia illis plures erant numero, fugiebant vel per planiciem camporum, vel in collem, ſi fugiebant per campos, inuadebant Romanos à tergo, aut à lateribus diſſipatos, ſi fugiebant in collem, equi eorum facile collem aſcẽdebant, quia erant aſſueti. Romani vero in collẽ non facile aſcẽdere poterant, & propter aſperitatem, & quia non erant aſſueti. [Numero priores hoſtes] .ſ. Roma. à perſequendo, nam paulo ante dixit, vbi Romanorum turba inſequi cœperat. [Hoſtes numero priores] .i. Romanos plures ſuperiores numero. [Diſiectos] i. diſſipatos, nam ſupra dixit, Iugurthinos conturbaſſe ordines Romanorum. [Circumueniebant] .i. inuadebant, aggrediebantur. Iugurthini equites, ſi Romanis perſequentibus reſiſtere nõ poterant, fugiebant per campos, & quos à tergo, aut à lateribus diſſipatos inueniebãt, eos aggrediebatur. [Sin opportunior] Ordo eſt. Sed equi Numidarum conſueti facile euadere, procuadebant, ea i. per eam partem inter virgulta. ſi collis fuerat opportunior, fugæ .i. ad fugam, quam campi .ſ. fuerant, aſperitas & inſolentia loci retinebat noſtros i. Rom. ſin opportunior .i. ſi erat magis commodum fugere in collem, q̃ fugere per planitiem cãporum euadere .i. aſcendebant, Euadere .i. aſcendere. Virg. Euado ad ſummi faſtigia culminis. Vnde euadere etiam eſt per obſtãtia tranſire. [Inſolentia loci] Quia Romani non fuerant aſſueti in eo colle. [Totius negocij] .i. prœlij .i. totum hoc prœlium varium fuit & incertum. [Diſpari] .ſ. tam Romani q̃ Iugurthini, nam nec Romani nec Iugurthini ordines ſeruabant. [Pars] Prolepſis eſt. & hic vt ſolet infinitiuos ponit pro præteritis imperfectis indicatiuorum. [Cedere] Cedere aliqñ eſt ferire, & occidere, aliquando eſt locum victori dare, vt hoc loco, nam cedere ſignificat cedebat .i. retrocedebat, & retrahebat ſe. [Neque ſigna] Quia diſcedebant à ſignis. [Neq; ordine] Quia diſcedebãt ex ordine. [Vbi quenque] Ordo eſt, Ibi quiſque reſidebat, vbi periculũ ceperat quẽque. [Arma] Tela, equi, vt hoſtes ciues permixti .ſ. erãt, oñdit omnia fuiſſe confuſa. [Fors] .i. fortuna. Euẽtus belli in incerto erat, quia nemo ſciebat, vtri viciſſent, an Romani, an Iugurthini. [Ordines reſtituit] Qui erant perturbati, & diſſipati. [Superioribus locis] Videlicet in colle. [Ne deficerent] .i. neceſſarẽt à pugna. Oro Metelli ad milites erat hæc. O milites nolite à pugna deficere, & nolite pati, vt hoſtes vincant. fugientibus vobis non habetis caſtra nec locũ aliquem munitum, ad quem fugere poſſitis, ſalus veſtra in armis poſita eſt. [Fugientes] .ſ. Romanos: Ordo eſt, & Metellus hortabatur, ne Romani fugientes paterentur hoſtes vincere, vel ne Romani paterentur hoſtes vincere fugientes .ſ. Romanos. [Neque illis] Et dicebat non eſſe caſtra illis .ſ. militibus Rom. Caſtra eſt locus, vbi ſunt tentoria qui locus vallo & foſſa ſemper muniri ſolet. [Vallum mu.] .i. locum aliquẽ munitum. [Omnia] Videlicet ſpem ſalutis & victoriæ, Sed nec quòd Metellus ſuos in vnum colligebat, & illos ad prœlium hortabatur. Sed ex altera parte Iugurtha quoque optimi imperatoris artibus vtebatur, circuibat, hortabat' ſuos prælĩũ renouabat.

DEINDE) Poſt occupatum montem. [Infenſi] Vrgentes. MARL.
[Eminus] Iaculis & miſſilibus. [Copia] Facultas [Confertum] Simul denſata acie. Appianus in Libyco bello Numidarum conſuetudinẽ ſic deſcribit, his opus dũtaxat erat haſtis inſtructi die noctuque rapiendo aggredi deinde retrocedere, mox ad rapinã denuo prodire, nec alio pugnandi genere quam fugiendo & inſequendo vti, ſunt enim præ cæteris Numidarum inediæ patiẽtes & plerunque herbis pro pane veſcuntur, nec aliud omnino quã aquam bibunt. [Totius negocij] Conflicti. [Fęda] Turpis Rom. [Languidis] Deficientibus. [Superioribus] Montanis locis. [Hoſtes fugientes] Numidas. [Neque illis] .ſ. hoſtibus. [Tenderent] Reciperent ſe. [Delecti] melioribus. [Dubijs] Hæſitantibus an conſererent manus. [Firmos,] Conſtantiores. Eminus, à longe, quia erat in colle & oĩa in Romanorũ exercitu videbat.

DEINDE repente ſigno dato, hoſtes inuadit) Fabricianũ, dein. Mox, [Numidę alij] poſtremo cedere, pars à ſiniſtra ac dextra tentare] Manuſcripta, poſtremos cedere. Atq; ita ſenſus quoque ipſe poſtulat. Paulo poſt, [Ludificati in incerto prœlio] Manuſcripta, incerto prœlio, omiſſa præpoſitione, idq; rectius. [Nõ confertim in vnum ſe recipiebant] Manuſcripta nõ confertim, neque in vnum, quo modo & Aldinus codex. Paulo poſt. [Sin opportunior fugæ collis, q̃ campi fuerat, ea vero conſueti Numidarum equi facile inter virgulta euadere] Duo ex manuſcriptis eo vero conſueti &c. vt ſit, ad eum collẽ. [Diſperſi à ſuis, pars cedere, alij inſequi] In quibuſdam, Diuerſi à ſuis, verum eodem plane ſenſu pro diſiecti & diſiũcti. [Equi, viri, hoſtes, atque ciues p̃mixti,] τὸ atq;, nõ eſt in duobus manuſcriptis Paulò poſt. [Sors oĩa regẽ] Manu ſcripta, Fors, pro fortuna. Sed eſt idẽ vtrobique ſenſus. Facit cum manuſcriptis Florentinum atq; alia pleraque. Deniq; omnibus modis labore & æſtu languidis, Metellus vbi videt Numidas minus inſtare] τὸ Modis non hñt codices in membrana deſcripti, neq; cęteri vetuſtiores. Paulo poſt, Simul orare, & hortari milites. Illa Et copula non eſt in oĩbus vetuſtis. Ea iã ſæpe monui libenter Sal. facere, vt aſyndeto vtatur. qđ, vt alias, ita hic quoque habet inſtans ac vrgens quiddã, ac ſñiam mire iuuat. Mox. [Neque illis caſtra eſſe, neq; munimentum ullum quo cedentes tenderent] Fabricianum, neq; illis munimentum vllum vt pronomen Illis denuo repetatur. Nam interdum p̃ pleonaſmũ abundat hoc p̃nomen, ſed nõ ſine gratia, velut apud Virg. Nũc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra. & Terent. in Adelph. Quem neque fides neque iuſiurandum, neq; illum miſericordia repreſſit, neque reflexit. [Sis hęc coniectura] Quanq̃ mihi quidẽ ad ſententiam mire facere uidetur hæc repetitio pronominis, & non gratiam modo, ſed & vires addere ſenſui, & affectum orãtis atque hortantis quaſi ob oculos ponere. Id aliquis non intelligens, vt eſt audax inſcitia, cum fruſtra repetitum crederet, è medio illud remouit. Mox [In armis omnia ſita] Legendum ſita.

NON confertim in vnum ſeſe recipiebant, Vetuſtus Gothicodex hẽbat, Nõ cõfertim neq; in vnum ſeſe recipiebãt; quæ lectio placet. Continuo poſt Numero, priores. hñt pleriq; libri quidam tñ illud Priores in plures mutarũt, male moti raritate ſermonis. [Deniq; oĩbus labore, & ęſtu lãguidis] In ſolo Aldi codice inuenio additum uerbum, Modis, Deniq: oĩbus modis labore & ęſtu languidis. qđ diſplicet, pendet .n. oro à ſequẽtibus, nõ pręcedentibus. Item paulò poſt, Neu paterec' hoſtes fugiẽtes uincere. Soldus Fugienes noĩatiui caſus exiſtimauit, & ſupplet Rom. Badius accuſandi, & cõiũgit ad hoſtes, ſed magis placet Sol. hoc loco, uehementer .n. timuit Metellus ne ſui ſuccũberent. Mox ẽt illud obſcure dictum, Quos firmos cognouerat eminus pugnando retinere. Soldus tanq̃ clarũ pulchre trãſilit. Badius, Retinere inquit, ne ad ſuos accederẽt, pugnãdo eminus. Badius igĩ uerbũ Quos, ad Romanos retulit ut, Dubijs, uerbum, qđ præcedit. Idq; mihi placere debet donec melius uel ĩuenero, uel edoctus fuero. GLAR.

A T Iugurtha) Recitat quid Iugurtha contra fecerit, dicens, ASCEN
At Iugurtha, ubi uidet extremum agmen .i. ultimam partẽ aciei Metelli, prætergreſſum .i. pertranſiſſe primos ſuos .ſ. milites, occupat montem .ſ. derelictum à Metello præſidio .i. ſub cuſtodia quaſi duum millium .i. his mille peditũ [duo, q̃a ſingulari caret in neutro gñe ferè ſyncopatur, ut in medio duum animalium, & hic duum millium, reliqua aũt neutra, ne cum nñatiuo accuſatiuo & uocatiuo ſingularibus concidant, raro ſyncopantur; non .n. dicimus bonum tẽplum, ſcamnum, ſicut duum, utrum &c.) quo .ſ. de quo Metellus deſcenderat, ne forte mõs, ille foret aduerſarijs cedẽtib' receptui .i. ad receptũ .i. locũ tutiorẽ, ut ĩ caſtra ſeſe reci

pere ſolent, ac poſt foret munimento.i.protectioni; quia difficile eſt inuadere in monte ſe defendentes. Deinde occupato monte inuadit repente.i.ſubito.hoſtes.ſ.Romanos.ſigno dato, quod ſignificauerat ſe daturum ſuis quando inuadere deberent. Numidæ i.milites Iugurthini cœperant aut cædere.i.cædebant, alij poſtremos, pars.i.partim tentare.i.tentabant an poſſent diſſoluere ac fundere agmen Metelli à dextra ac ſiniſtra, ipſi infenſi.i.vt infenſi.i.irati ſolent infeſti.i.vim inferentes adeſſe.i.aderant, & inſtare.i.inſtabant, atque conturbare.i.conturbabant omnibus locis ordines Romanorum.ſ.inſtructorum. [Quorum etiam] Docet quomodo Romanorum ordines conturbabant Numidæ dicens, Quorum ſ.Romanorum etiam qui exiſtentes firmioribus, id eſt conſtantioribus & fortioribus animis, fuerant obuij.i.obſiſtentes hoſtibus, ludificati.i.illuſi & decepti, incerto prœlio, quia non poterant conferere manus, cum hoſtis tentaturus modo accederet modo retrocederet, ipſi inquam firmioribus animis ne dum alij, ſauciabantur.i.vulnerabantur, modo.i.interdum, eminus i.de longe, quaſi e manu miſſis iaculis, ſicut comminus quaſi conſerta manu, neque erat copia .i. facultas feriendi, contra.i.econtrario, aut conſerendi manum .i. coniunctis manibus pugnandi. Et equites Iugurthini docti.i. admoniti & inſtituti ad hæc iam ante ab Iugurtha, vbi turmæ.i classes equitum Romanorũ cęperant inſequi, non recipiebant ſe in vnum confertim. i. compreſſe aut denſe (vt res conferta à confercior) neq; in vnum ſ. locum aut globum, ſed recipiebant .i. retrocedebant quam maxime diuerſi, quia alius alio.i.diuerſi in diuerſa loca. Ita.ſ.illi equites circumueniebant disiectos.ſ Romanos à tergo aut à lateribus, ſi nequiuerant deterrere à perſequendo .i.quo minus perſequerentur, hoſtes priores numero .i. potiores eo ꝙ plures eſſent, hoc eſt Romanos. Sin.i.ſed ſi collis fuerat opportunior.i. conuenientior fugæ.i.ad fugam, quã campi ſup.fuerant, (ſed regulam ſeruat, quia dum per ſimilitudinem aut comparationem loquimur, verbum conformabitur non viciniori, ſed principaliori ſuppoſito, vt ei quod præcedit) equi Numidarum conſueti ea loca, euadere.i.euadebãt, facile inter virgulta, ſed aſperitas & inſolentia loci i.quòd non erant conſueti verſari in illis locis retinebat facile noſtros.i.Romanos equos, & ita equites. Et ita vult dicere, ꝙ vbi fortiores erant Romani propter numerum illic turbabantur à tergo & à latere, quia non fiebat illis copia pugnandi. vbi vero pares erant numero, impediebantur loco, quia equi Numidarum erant promptiores ad curſum inter colles. Cæterum .i.ſed quidquid commodi erat Numidis, quia virtus maior Romanis, facies.i.repræſentatio & effigies totius negocij, erat ſup. varia.i.multa, vaga, incerta.i.anceps, quia neutra pars certior facta de victoria, fœda, quia ſanguinolenta, atque miſerabilis, quia etiam boni cadebant, pars.i.ipſi partim (reſpicitur enim ad rem nõ ad vocem, ſicut, Pars manibus validi turres & mœnia ſcandunt) diuerſi i.amoti per diuerſionem à ſuis ſocijs & amicis, cedere.i.cedebant, hoc eſt locum dabant, alij inſequi.i.inſequebantur.ſ. fugientes hoſtes, neque obſeruare.i.obſeruabant ſigna.i.vexilla neque ordines.ſ.inſtructos. quiſque ſup.reſiſtere.i. reſiſtebat .ſ. manſit ſtans ibi vbi periculum cœperat .i. inuaſerat quenque, ac propulſare.i.propulſabat.ſ.infeſta tela, aut hoſtes vrgentes. Et ita arma .ſ defenſiua, tela quæ de longe iaciuntur & ſunt inuaſiua, equi, viri, hoſtes.ſ.Romanis, atq; ciues.ſ.Romani ſup.erant permixti, nihil agere.i.agebatur conſilio.ſ.proprio, atque imperio imperatoris, fors i. fortuna regere .i.regebat omnia, Itaque multum diei proceſſerat, cum euentus.i.exitus belli erat etiam tum .i.adhuc in incerto, denique omnibus languidis languore & ęſtu.i.calore; Metellus vbi videt Numidas minus inſtare conducit paulatim milites in vnum, i inſtituit ordines & collocat quatuor cohortes legionarias aduerſus pedites hoſtiũ. [Eorum magna pars &c.] Cõmemorat in quo ſtatu ſuos oſtenderat Metellus, & quam orationem ad eos habuerit, dicens; Magna pars.ſ.militum Romanorum, feſſa.i.fatigata diuturno prœlio, conſederat.i.ſedem & quietem cœperat ſup.in locis ſuperioribus, & ſimul Metellus orare.i.orabat, & hortari.i.hortabatur milites ne ſupp. ipſi deficerent.i.deſinerent vbi facto opus eſſet, neu .i. neve paterentur hoſtes fugientes .i. qui fugiebant aut fugiendo vincere, neque caſtra.i.tentoria vallo munita eſſe illis.ſ. militibus ſuis, hoc eſt Romanis, neq; vllum munimentum.i defenſorium & (vt vulgus dicit) fortalitium, quo.i.in quod ipſi cedentes.i.ſi cederent, tenderent.i.tendere poſſent, & ita omnia eſſe ſita .i. poſita illis in armis .i. defenſione per arma. Quocirca ex neceſſitudine cohortatur illos ad pugnam innouandam. Sed nec Iugur. erat quietus interea ſed circumire, id eſt circuibat, hortari.i.hortabatur, renouare, id eſt renouabat prœlium, & ipſe tentare, id eſt tentabat omnia, cum delectis, ideſt exquiſitis ad hoc militibus. ſubuenire, id eſt ſubueniebat ſuis, & inſtare, ideſt inſtabat infeſtus hoſtibus dubijs, id eſt incertis an cederent, & retinere, id eſt retinebat, id eſt immorabatur ne ad ſuos accederent, pugnando eminus, id eſt de longe quaſi è manu miſſis telis, ſupple eos, quos cognouerat firmos.

EO modo inter ſe duo imperatores ſummi viri certabant. Ipſi pares, cæterum opibus diſparibus. nam Metello virtus militum erat, locus aduerſus. Iugurthæ alia omnia præter milites opportuna. Denique Romani, vbi intelligunt. neque ſibi profugium eſſe, neque ab hoſte copiam pugnandi fieri, & iam diei veſper aderat, aduerſo colle ſicuti præceptũ fuerat, euadunt. Amiſſo loco Numidæ fuſi, fugatiq; pauci interiere, pleroſque velocitas, & regio hoſtibus ignara tutata ſunt. Interea Bomilcar, quem elephantis, & copiarum parti pedeſtrium præfectum ab Iugurtha ſupra diximus, vbi eum Rutilius prętergreſſus eſt, paulatim ſuos in æquum locum deducit. Ac dum legatus ad flumen, quo præmiſſus erat, feſtinans pergit, quietus, vti res poſtulabat, aciem exornat, neque interim remittit, quid vbiq; hoſtis ageret, explorare. Poſtquam Rutilium conſediſſe iam, & animo vacuũ accepit, ſimulq; ex Iugurthæ prœlio clamorem augeri, veritus ne legatus cognita re laborantibus ſuis auxilio foret, aciem, quam diffidens virtuti militum arcte ſtatuerat, quo hoſtium itineri officeret, latius porrigit: eoque modo ad Rutilij caſtra procedit. Romani ex improuiſo pulueris vim magnam animaduertunt: nam proſpectum ager arbuſtis conſitus prohibebat, & primo rati humum aridam vento agitari, poſt vbi æquabilem manere, & ſicuti acies mouebatur, magis magiſque appropinquare vident, cognita re, properantes arma capiunt, ac pro caſtris, ſicuti imperabatur, conſiſtunt. Deinde, vbi propius ventum eſt, vtrinque magno clamore concurritur. Numidæ tantummodo remorati, dum in elephantis auxilium putant, poſtquam eos impeditos ramis arborum, atque ita disiectos circumueniri vident, fugam faciunt, ac plerique, abiectis armis, collis aut noctis quæ iam aderat, auxilio, integri abeunt. Elephanti quatuor capti: reliqui omnes xl. numero interfecti.

IPſi pares,] Scilicet erant. ipſi imperatores virtute, & ſcien SOLD.
tia militari pares erant, ſed viribus erant impares. [Nam Metello] Declarat quomodo erant impares opibus.i.viribus. Metellus meliores milites habebat, ſed Iugurtha meliorem locum, & magis opportunum. [Denique Romani] Iugurtha locum munitũ habebat, videlicet collem, vbi tutus erat. Romani locum nullum munitum habebant, quo fugerent. Metellus igitur cum videret ſe non habere locum, quo milites ſui tuti conſiſterent, iuſſit, vt Rom. per collem aduerſum aſcenderent, & hoſtes inuaderent. [Neque ab hoſte copiam pugnandi fieri] Quia Iugurthini milites ex colle in plana ad pugnam deſcendere nolebant, & numero; & viribus erant inferiores [Euadunt]. i.aſcendũt, aduerſo colle. Euadere eſt de ima parte ſurſum verſus aſcendere. [Amiſſo loco] Ecce euentus prœlij. Romani collem aſcenderunt, & hoſtes pulſos fuderunt atque fugarunt. [Fuſi] .i. fracti. [Pleroſque] .i.maiorem partem. Ordo eſt. Velocitas & regio ignara hoſtibus ſunt tutatæ pleroſq;, pauci in eo prœlio interierunt, ideo quia maior pars curſu, & fuga ſalutem quæſiuit, cum per regionem fugerent Romanis incognitam. [Velocitas] Quia cum primi fuſi ſunt curſu & velocitate fugerunt. [Interea Bomilcar] Superius dixit quõ Iugurtha exercitum ſuũ in duas partes diuiſit, vni parti Bumilcarem prępoſuit, alteri parti ipſe Iugurtha præerat. Dixit, quõ Iugurtha victus eſt à Metel. nunc dixit quid interea fecerit Bomilcar. Dicit enim hũc Bomilcarẽ deſcendiſſe de colle, & Rutiliũ legatum, quẽ Metellus ad flumẽ

præmi-

præmiſerat,inuaſiſſe, fugatumq́ue ab eo fuiſſe. [Præfectum] .i. propoſitum. Ordo eſt. Interea Bomilcar paulatim deducit in locum equum. [Vbi] Pro poſtquam Rutilius eſt prætergreſſus eũ, dico Bomilcarem,quem ſupra diximus eſſe præfectum ab Iugurtha elephantis,& parti copiarum pedeſtrium. [Vbi eum] .ſ. Bomilcarẽ.[Rutilius]Qui ad flumen tẽdebat.[Prætergreſſus eſt] i. tranſiuit.[Quietus] .i. Bomilcar.;[Ne que remittit] .i. ceſſa: Bomilcar non ceſſabat inueſtigare quid faceret Rutilius.[Poſtquam Rutilium conſediſſe] Ordo eſt, Bomilcar veritus ne legatus foret auxilio ſuis cognita re,latius porrigit aciem , quam diffidens virtuti militum ſtatuerat arte,dico latius porrigit, quo.i.vt officeret itineri hoſtium. Poſtquam autem accepit clamorem , geri ex prœlio Iugur. Bomilcar diligenter inueſtigabat per exploratores quid ageret Rutilius , & quid ageret Iugurt. atque Metellus. Cum igitur intellexiſſet ex clamore Iugurthã Metellumq́; pugnare,& Rutilium iam apud flumen caſtra poſuiſſe,timuit,nẽ Rutilius rediret,vt Metello ferret auxilium. Ergo eum hoc timeret, aciem quam inſtructam de colle in planum deduxerat latius extẽdit ne Rutilius redire poſſet ad Metellum,& cum acie ſic extenſa vſque ad caſtra Rutilij legati peruenit.[Cõſediſſe].i.caſtra poſuiſſe [Accepit].i.intellexit,audiuit. [Ne legatus] .ſ. Rutilius. [Cognita re.].i.cog.prœlio inter Iugurtham & Metellũ. [Quo hoſtium itineri officeret] i.vt noceret itineri ho.ſi videlicet Rutilius redire vellet , vt Metello & Romanis ferret auxilium contra Iugurtham pugnantibus. [Latius porrigit] .i.latius extendit. [Eoq́. modo]Videlicet ſic acie extenſa.[Romani] Videlicet,qui erant cum Rutilio legato non cum Metello. [Pulueris vim] .i. copiam pulueris nam verè dico ꝙ Rom. viderũt puluerem, quia non poterant videre homines . nam ager plenus arboribus proſpectum prohibebat, vt videre non poſſent homines . [Arbuſtis conſitus].i arboribus plantatus [Et primo rati.] .ſ.ſunt,primo putauerunt.puluerem à vento commoueri,ſed poſt cum viderent ipſum puluerem magis ac magis appropinquare cognitis hoſtibus,ſubito arma capiunt [Pro caſtris].i ante caſtra. [Deinde vbi] Deinde concurritur vtrinque magno clamore , vbi eſt ventum proprius.[Ventum].ſ.à Numidis i. poſtquam Numidæ proprius ad caſtra Rutilij venerunt,vtrinque pugnare cœperunt Numidę. Ordo eſt . Numidæ tantummodo remorati , dum putant auxilium in elephantis,faciunt fugam,poſtquam vident eos impeditos ramis arborum , atque ita disiectos circumueniri .ſ. à Romanis, Numidæ ſpem ſuam habebant in elephantis, ſed elephanti virtutem & robur ſuum exercere non potuerunt , quia arbores eos impediebant,quod cum viderent Numidæ, ſubito fugere cœperunt.[Collis] Aut noctis auxilio,& collis vicinus,& nox,quæ inſtabat,auxilio fuit Numidis.

MARL. IPSI imperatores.[Pares]Virtute cæterum,exercitu impares [Interea]Dum Numidę fugantur.[Vacuum].ſ.curis. Magnã vim]Copiam. Denſam nec ceſſantem puluerem videbant Romani,ideo [Æquabilem]Quia ſi fuiſſet ventus aliquando ceſſaſſet. [Cognita re.] .i. cognito hoſtium aduentu.

ET iam diei veſper erat) In manuſcriptis duobus eſt, Et iam diei veſper erat , pro diei vt ſit genitiuus antiquus , cuius & Priſcianus viij. meminit.Gellius ipſe ix. vbi docet, C Cæſarẽ in lib. de analogia 2 huius die,& huius ſpecie dicendum putare. ſeq́. in Iugurtha Sal. ſummæ fidei & reuerendę vetuſtatis libro, die caſu patrio ſcriptum inueniſſe. vbi ille inquit, Vix decima parte die reliqua Sed & Seru. alicubi Saluſtium, pro acie, pro aciei dixiſſe reſtatur. Ridiculum vero, quod in manuſcripto neſcio quis annotarat , Die, ſubaudiendum deficiente. [Reliqui omnes quadraginta numero interfecti] Eſt in manuſcripto , numero xxx. nec aliter in Florentino.

ASCAN EO modo certabant inter ſe duo imperatores ſummi viri.ſ. Metellus & Iugurtha,ipſi .i. vt dicunt in proprijs perſonis , pares.i.æquali virtute præditi,cæterum.i.ſed opibus.i.facultatibus ad prœlium diſparibus .i. habentes opes diſpares. [Nam uirtus militum & locus & aduerſus.i.contrarius erat Metello.Iugurthæ erãt.i. Iugurtha habebat omnia alia præter milites opportuna .i. commoda ad victoriam obtinendam,denique.i. tandem Romani vbi intelligunt neque profugium .i. locum quo tute profugerent,eſſe ſibi,neque copiam .i. facultatem pugnandi fieri ab hoſte,& ſup.quod iam erat ueſper.i. extrema pars diei, euadunt.i. aſcendunt,ſicut elcuo propriè eſt exalto,licet ex metaphora tutinæ ſit minoris cenſeo, & emergo .i. ſurſum qui mergebat exeo &c.colle aduerſo.i. per collem aduerſum, ſicuti fuerat præceptum à Metello imperatore. [Numidæ amiſſo loco] .ſ.ſuperiore fuſi & fugati ſup.ſunt & pauci interiere i.occiſi ſunt ,quia uelocitas & regio ignara hoſtibus .ſ. Romanis,tutata ſunt.i.prote-

xerunt pleroſque. ſ. Numidarum. [Interea Bomilcar] Recenſet quid interea Bomilcar egerit & reliquam partem pugnæ commemorat,dicens , Bomilcar propinquus & familiaris Iugurthę, quem diximus ſupra præfectam. i.principem & propoſitum. factum elephãtis & partium copiarum pedeſtrium , interea.ſ.dum ſupra dicta fierent, vbi.i. poſtquam Rutilius qui ad flumen erat præmiſſus,prætergreſſus eſt eum ſ. Bomilcarem, deducit.i.deorſum ducit, paulatim ſuos in locum æquum.i. planum , ac dum.i. interea dum legatus.ſ. Rutilius pergit feſtinans ad flumen.ſ. Muthul quo.i.ad quod ipſe erat præmiſſus.ſ.ab imperatore Metello,inſtruxit aciẽ ſup.ſuam, quietus.i. ſine ſtrepitu aut ſonitu alio vti.ſ.res.i.vt opportunitas poſtulabat . neque remittit.i.non minus pergit.explorare quid hoſtis.ſ. Rutilius progrediens & Metellus derelictus agit vbique , quia iam in diuerſis locis erant. [Poſtquam] ſ Bomilcar , accepit.i. intellexit ab exploratoribus aut oculis ſuis, Rutilium .ſ.legatum præmiſſum ab imperatore ad occupandum flumen, conſediſſe. i.accepiſſe ſedem vbi uellet conſiſtere iam & eſſe vacuum animo.i.alienum à curis , & accepit.ſ.auribus ſimul clamorem augeri ex prœlio Iugurthæ]id autem rectius conſtructum videtur quam clamorem Iugurthæ, nõ enim interuallo tanto potuit clamorem Iugurthæ internoſcere] veritus .i.timens, ne legatus .ſ. Rutilius[id autem ex auctore dictum eſt , quomodo enim ſciuit legatum eſſe , niſi forte ex officio?]foret auxilio ſuis laborantibus.ſ.in prœlio,& hoc re.ſ.de prœlio inito cum Iugurtha,cognita ab Rutilio, porrigit.i.extendit latius,aciem quam ipſe diffidens virtute militum,ſtatuerat.i. inſtruxerat arte. ideo autem latius porrigit. [Quod].i. ad hoc vt officeret. i.noceret,itineri hoſtium, videlicet Romanorum, ſi redire vellent. Et procedit eo modo ad caſtra Rutilij]Romani animaduertunt] i percipiunt potius oculis quam animo vim.i.multitudinem magnam, pulueris.ſ.moti,ex improuiſo.Nam ager cõſitus arbuſtis. i.arboribus humilibus, prohibebat aſpectum.i.ne procul aut longius viderent hoſtes,& rati ſunt primum humũ.ſ. terram tritam agitari vento, poſt.i deinde vbi videbant vim pulueris manere æquabilem & magis appropinquare , ipſi cognita re.i.poſtquam cognouerant rem,capiunt arma properantes.i.feſtinantes,ac conſiſtunt . i.ſimul ſtant parati à defendendum, pro caſtris.i.ante caſtra ſua, ſicut imperabatur.ſ.à Rutilio.[Deinde vbi].i.poſtquam ventum eſt propius, concurritur vtrinque.i. ab vtraq; parte ſup cum magno clamore Numidæ ſunt remorati.i. permanſerunt in conflictu , tantummodo.i. ſolummodo, dum.i. donec putant auxilium ſup ſibi fore in elephantis.[Poſtquam vident eos. ſ elephantos impeditos ramis arborum,atque ita disiectos.ſ.depreſſos , circumueniri.i.circumcludi ne euadant, ipſi Numidæ, faciunt fugam,ac pleriq; abeunt integri.i. inuiolati, abiectis armis auxilio collis quem difficile erat aſcendere, aut noctis quæ iam aderat.Quatuor elephanti capti ſup.ſunt,reliqui omnes numero quadraginta,ſunt interfecti.

AT Romani quanquam itinere , atque opere caſtrorum & prœlio feſſi , lætiq́; erant , tamen , ꝙ Metellus amplius opinione morabatur,inſtructi,intentique obuiam procedunt:nam dolus Numidarum nihil languidi,neque remiſſi patiebatur, Ac primo obſcura nocte,poſtquam haud procul inter ſe erant,ſtrepitu velut hoſtes aduẽtare, alteri apud alteros formidinem ſimul , & tumultum facere:& penè imprudentia eſſet admiſſum facinus miſerabile,ni vtrinq; pręmiſſi equites rem explorauiſſent . Igitur pro metu repente gaudium exortum eſt. Milites alius alium læti appellant : acta edocet : atq; audiunt:ſua quiſque fortia facta ad cęlum effert.Quippe res humanæ ita ſeſe habent.in victoria vel ignauis gloriari licet. aduerſæ res etiam bonos detrectant. Metellus in ijſdem caſtris quatriduo moratus , ſaucios cum cura reficit : meritos in prœlijs more militiæ donat : vniuerſos in concione laudat ; atque agit gratias : hortatur ad cætera,quæ leuia ſunt, parem animum gerant : pro victoria ſatis pugnatum : reliquos labores pro præda fore . Tamen interim transfugas,& alios opportunos, Iugurtha vbi gentium,aut quid agitaret, cum paucis ne eſſet,an exercitum haberet,vt ſeſe victus gereret, exploratum miſit.

At ille ſeſe in loca ſaltuoſa,& natura munita receperat ibiq; cogebat exercitum numero hominum ampliorẽ ſed hebetẽ,infirmumque,agri, ac pecoris magis,quã belli cultorẽ id,ea gratia eueniebat,quòd pręter regios equites nemo omnium Numidarum ex fuga regẽ ſequitur,quo cuiuſque animus fert,eo diſcedunt.neque id flagitium militiæ ducitur. ita ſe mores habent.

SOLD AT Romani]Rutilius ad flumen præmiſſus cum caſtrametaſſet, Metellum cum toto exercitu expectabat. qui tardius morabatur pp prœlium cum Iugurtha commiſſum, cum ergo tardius moraretur Metel. Rutilium obuiam ei proceſſerunt. Ordo eſt. At Romani tñ inſtructi & intenti procedunt obuiam ſ. Metello, quia Metellus morabatur amplius opinione eorum,q̃q̃ erant feſſi & laſſi itinere, & opere caſtrorum, & prœlio.[Itinere]Nam viginti miliaria confecerant. [Opere caſtrorum].i.munitione,nam caſtra muniuerant foſſa & vallo. [Et prœlio]Quo pugnauerant contra Bomilcarem.[Feſſi prœlio]Et opere.[Amplius opinione eorum] .i. diutius quam opinabantur. [Inſtructi]. i.armati, & in ordine compoſiti.[Nam dolus]Quare Romani etiam poſt victoriam inſtructi,& armati obuiam procedebant Metello, quare tanta diligentia vtebantur, quia timebant inſidias & dolos Numidarum. Nam dolus Numidarum non patiebatur Romanos indulgentius & remiſſius ſe hẽre Languidum eſt, torpore ignauũ, Remiſſum eſt contrarium intento. Et eſt tranſlatio ab arcu, qui cum neruo. i. corda curuatur ad ictum dicitur intendi,cum vero laxatur dr̃ remitti. Ac primo, Metellus fuſo,fugatoq. hoſte,tendebat ad flumen,quo iam ante Rutilium præmiſerat. Rutilius aũt obuiam Metello procedit iã nocte obſcurata. Cum ergo iam vicini eſſent ſtrepitum inuicem faciebant, & pp noctem ſe non cognoſcebant,futurumq.erat, vt inuicem pugnarent.niſi vterque milites præmiſiſſet, qui inueſtigarent rem,quo facto metum depoſuerunt,& gaudium ex vtraq; parte ortum eſt qm̃ Metellus Iugurtham vicerat, Rutilius Bomilcarem oẽs læti facta ſua laudabãt.[Velut hoſtes]Strepitum faciebant, tanq̃ ſi hoſtes eſſent [Tumultum].i.ſtrepitum & clamorem.[Imprudentia]Per imprudentiam,quia ſe non cognoſcebant inuicem.[Admiſſum].i.perpetratum & commiſſum.[Facinus miſerabile]Quia inuicem pugnaſſent cum oẽs Romani eſſent.[Acta]Quæ acta erant.Nam vtrique hoſtem ſuperauerant. [Fert].i.extollit. [Vel ignauis] i.etiam ignauis In rebus humanis ita euenire ſolet, vt ab ea parte,vbi eſt victoria,etiam ignaui & rudes glorientur,& econtra apud victos etiã qui ſtrenui ſunt, & fortes tanquam ignaui vituperentur.[In iiſdem caſtris]Vide licet in caſtris Rutilij. [Reliquos labores]Dicebat Metellus,amplius laborare non oportet pro victoria, quia iam victoriam ſumus aſſecuti. Sed ſi laborabimus,pro præda laborabimus. [Prædæ].i.ad prædam Milites aũt pro præda omnes labores facile tolerant.[Tamen] Ordo eſt. Tamen interim Metellus miſit tranſfugas & alios opportunos exploratum vbi gentium foret Iugurtha aut quid ageret. [Ne].i.an eſſet cum paucis, an haberet ſuũ exercitum [Et vt]Pro qualiter ille victus gereret ſeſe. Quãuis Metellus de Iugurtha victoriam habuiſſet,tamen,vt prudentis imperatorum ſit exploratores,qui diligenter inquirerent,vbi nã eſſet Iugurtha, & quid ageret, an haberet exercitum. [Tamen] Quamuis viciſſet.[Transfugas] Transfugæ,ideo ad explorandũ idonei ſunt. quia neceſſario in eos oportet eſſe fideles & cautos. Nam ſummopere cauent, ne in manus hoſtium à quibus ſemper fugerunt, deueniant. [Alios opportunos].i.alios homines idoneos.[Vbi Iugurtha gentium].i.vbi,nam gentium & locorũ ponuntur.non ad neceſſitatem,ſed ad ornatum,dicimus enim,Neſcio vbi gentium, ſic neſcio vbi locorũ ſit.[Exploratum miſit].i. ad explorandum, hoc eſt ad veſtigandum. [At ille].ſ.Iugurtha. Seſe in loca,ſaltuoſa,munita natura,ad quæ quidẽ loca nõ eſſet facilis, ſed perdifficilis ad Iugurthæ inſultum acceſſus.[Receperat].i.reduxerat ſe.[Cogebat]. i.colligebat, congregabat. Virg. in Bucol. Tytire coge pecus. [Agri ac pecoris magis quam belli cultorem] Homines quos congregabat Iugurtha erant aſſueti magis ad agros colendos,& ad curanda pecora quam ad bella gerẽda.[Id ea gratia]Poſſet aliquis dicere,quare Iugurtha nouum colligebat exercitum.nonne habebat veterem exercitum,qui ſecum profugerat ex prœlio,in quo victus eſt à Metello? nam I eo prœlio pauci ex Numidis interierunt. reliqui oẽs incolumes fugerunt,vt ſupra dixit, Sal. huic tacite quæſtioni reſpondet & dicit hanc eſſe conſuetudinẽ apud Numidas, vt quando rex victus eſt in prœlio,nemo ex fuga eum ſequatur,pręter regios equites. vnuſquiſque poſt fugam vadit quocunque vult,neque illud apud Numidas reprehenſibile eſt quia ſic eſt conſuetudo. [Id ea gratia eueniebat].i.ob eam cauſam Iugurtha nouũ colligebat exercitum, quia nullus de exercitu vetere poſt fugam eum ſecutus erat præter equites regios,qui circa perſonam eius ſemper aſſiſtunt.[Flagitium] .i. ſcelus reprehenſione dignum.[Ita ſe mores habent] .i. talis conſuetudo.

INTEGRI) Sine vulneribus.[Intenti]Parati.[Languidi] MARL. Ocioſi.[Rem].i.exercitum Romanum.[Detractant] Diminuũt gloriam bonis. [In concione] Conuocato exercitu. [Animum parem]Fortem.[Vbi gentium]In quibus terris. [Vt] .i. quomodo ille victus &c.[Saltuoſa] Syluoſa [Id] Quòd pararet exercitum.[Præter regios] Qui ad cuſtodiam regis ſunt quos alio nomine prætorianos appellamus.[Fert] Cupit. vt Inuoua fert animus. [Flagitium] Turpitudo. quia non dicuntur deſertores.

AT Romani quanq̃ itinere atque opere caſtrorum, & prœlio,feſſi lætiq. erant]In vetuſtis nonnullis eſt, feſſi laſſiq. erant. pro defatigati,quo & ſententia poſtulat etiam ſi ſecus exemplaria manuſcripta.[Et penè imprudẽtia eſſet admiſſum facinus miſerabile] In manuſcripto quodam, foret reperitur, non eſſet. In fabriciano vero,neutrũ horum eſt,vt nec Beroaldino. Igitur pro metu repente gaudium exortum eſt) τὸ Eſt non reperi in manuſcriptis. Id cum hoc loco,tum alias ſæpe ex gloſſa addita irrepſit in contextum. Adnotauit aũt & Gellius, Eſt,erat,fuit, plerunque abeſſe cum elegantia,ſine detrimento ſententiæ.lib. 5.capite viij. Mox.[Sua quiſque fortia facta ad cęlum effert) Manuſcripta,ad cœlum fert Vtrunque apud Cic. reperitur, in cœlum ferre,& in cœlum efferre laudibus. [Pro victoria ſatis pugnatum, reliquos labores pro præda fore]In quibuſdam ſatis iam pugnatũ. Mox. Prædæ fore. pro ad prædam ſpectare, ſeu prædæ gratia ſubeundos eſſe. Licet manuſcripta pro præda habeant. [Quod præter regios equites, nemo omnium] Manuſcripta duo, præter equites regios,vt adiectiuum ſequatur. Paulò poſt.

ADVERSÆ res & bonos detractant]Ita pleriquc habent GRAE. codices, Detractant per a in ſecunda ſyllaba, Aldinus vero Detrectant legit.quod verbũ non intelligo. Soldus more ſuo trãſilit in expoſitione tñ ait,apud victos etiam, qui fortes, tanq̃ ignaui vituperantur. Badius. Res aduerſæ,inquit,detractant .i. deprimunt & vituperant etiam bonos. Ego (ſi modo rectè legitur Detractant)exponerẽ, Res aduerſæ,bonos detractãt hoc eſt, bonis derogant. Nã inde Detractores, qui famæ alicuius derogant, dicti vniuerſaliter. Fuiſſe eñ priſcum aliquod verbum per ſciolos amotum valde vereor. [Nemo oĩum Numidarum ex fuga ſequitur] Quidam codices habebant ſequebatur, & ita legiſſe vr̃ Badius. Sed verba ſequentia optime indicant legendum eſſe Sequitur in præſenti,non Sequebatur in præterito imperfecto. Paulò poſt. Minore detrimento illis vinci; minore damno Numidas ũ intelligendũ,vt rectè exponit Badius. Et inde legẽdũ, q̃ ſuos vincere vbi verbum Suos in quibuſdam exemplaribus male omiſſum eſt.

AT) .i.ſed, Romani.ſ. Rutilianĩ q̃q̃ erãt feſſi & laſſi itinere, ASCEN quia eo die multum progreſſi erant. atque opere .i. labore ſumpto in metatione caſtrorum,& prœlio.ſ.iam confecto,tamẽ q .i. quia Metellus morabatur amplius opinione .i. q̃ opinati fuerant eum moraturum, procedũt ſup. ei obuiam exiſtentes inſtructi .ſ. ad pugnam & intenti. quod ideo fiebat, Nam dolus Numidarũ, nihil.i.non aliquid,non patiebatur aliquid ſup. eſſe languidi.i.lãguenti animo facti,neque remiſſi.i.minus intente facti,quia omni accuratione & vigilantia opus eſſe ſciebat. Ac primo,Graphice recitat quõ exercitus collectus ſit & quanta lætitia ſe tandem ſuſceperint,quibusq. laudibus facta ſua extulerint dicẽs, Ac ipſi milites virorumq. poſtq̃ erant inter ſe haud.i. non procul,ſed nocte obſcura.i.ꝑ noctis obſcuræ,aduẽtare.i.aduentabant ad Metellum & exercitum eius,ſtrepitu .i. quodam ſonitu pedũ, velut hoſtes,& ita facere.i.faciebant alteri apud alteros .i. ſibi mutuo, ſimul formidinem & tumultum.i. ſubitam commotionem belli, & facinus miſerabile.ſ.vt ſe mutuo interficerẽt,foret admiſſum penè.i.quaſi ex imprudẽtia,ni.i.niſi equites pmiſſi vtrinque.i.ex vtraque parte tam à Metello q̃ à Rutilio,explorauiſſent .i. indagaſſent rẽ.i.cauſam tumultus & qui eſſent quos formidabãt. [Igitur, vt rem,cognouerunt, gaudium eſt exortum repente pro metu. [Milites læti appellabant].i.cõpellabant per modum ſalutationis,alius aliũ. Edocent i.narrant,atq; audiunt narrãtes acta.ſ. vtrinque,& quiſq; effert.i.extollit ad cœlum ſup. vſq; ſua fortia facta. Quippe.i.certe,res humanæ hñt ſe ita q licet etiam ignauis.i.ad opus inutilibus gloriari in victoria,& res aduerſæ, detractant,i,deprimunt & vituperant etiam bonos. Metellus moratus

in iiſdem caſtris quaſi quatriduo, reficit cum cura .i. accurate, ſau cios .i. vulneratos, & donat .ſ. præmijs, meritos in prœlijs, more militiæ .i. ſicut in militia fieri ſolet, laudat vniuerſos in concione .i. in oratione ad ipſos habita, atque agit gratias de re bene geſta, hortatur ſup. vt gerant animū parem ad cætera .ſ. peragenda, quæ ſunt .i. quæ dicit eſſe leuia, & ſup. dicit ſatis pugnatum ſuperq́ue iam pro victoria, ſemper obtinenda, & reliquos labores quos ſumant fore prędæ .i. ad prædam obtinendam. Tamen .i. nihilominus miſit interim transfugas .i. eos qui ad ſe ab Iugurtha fugerant, & alios opportunos .i. idoneos ad hoc exploratum vbi gentium .i. apud quas gentes (aut vacat gentium) aut quid ageret Iugurtha, ne .i. an eſſet cum paucis, an haberet exercitum, & vt .i. qualiter ipſe victus, gereret .i. haberet ſe .ſ. ipſum, hoc eſt Iugurtham. At ille .ſ. Iugurtha, quod nouerat per exploratores receperat ſeſe in loca ſaltuoſa .i. ſaltuum & foſſarum plena, & munita natura .i. per naturam, & cogebat .i. congregabat ibi exercitum ampliorem .i. maiorem numero hominum quam prius habuerat, ſed hebetem .i. obtuſum & infirmum, cultorem .i. exercitorem magis agri ac pecoris quàm belli. Id .ſ. quòd alium non haberet, eueniebat quòd nemo omnium Numidarum ſequebatur ex fuga regem præter equites regios, quia Numidæ diſcedunt eo quo animus cuiusque fert, neque id ducitur flagitium militiæ, ita mores habent ſe apud Numidas.

IGITVR Metellus, vbi videt animum regis etiam tum ferocem eſſe: bellum renouari, quod niſi ex illius libidine geri non poſſet, præterea inimicum certamen ſibi cum hoſtibus, minore detrimento illos vinci, quàm ſuos vincere, ſtatuit non prœliis, neque acie, ſed alio more bellum gerundum. Itaque in loca Numidiæ opulentiſſima pergit, agros vaſtat, multa caſtella, & oppida temere munita, aut ſine præſidio capit, inceditque, puberes interfici iubet, alia omnia militum prædam eſſe. Ea formidine multi mortales Romanis dediti obſides, frumentum, & alia quæ vſui forent, affatim præbita, vbicunque res poſtulabat, præſidium impoſitum. Quæ negocia multo magis, quàm prœlium male pugnatum ab ſuis regem terrebant. Quippe cuius ſpes omnis in fuga ſita erat, ſequi cogebantur, & qui ſua loca defendere nequiuerat, in alienis bellum gerere. tamen ex inopia, quod optimum videbatur conſilium capit, exercitum plerunque in iiſdem locis opperiri iubet. Ipſe cum delectis equitibus Metellum ſequitur, nocturnis, & auiis itineribus ignoratus: Romanos palantes repente aggreditur. Eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur, nemo omnium intactus profugit, & Numidæ priuſquam ex caſtris ſubueniretur, ſicuti iuſſi erant, in proximos colles diſcedunt. Interim Romæ gaudiū ingens ortum cognitis Metelli rebus, vt ſe, & exercitum more maiorum gereret, vt in aduerſo loco victor tamen virtute fuiſſet, hoſtium agro potiretur: Iugurtham magnificum ex Auli ſocordia, ſpem ſalutis in ſolitudine, aut fuga coegiſſet hẽre. Itaq; ſenatus ob ea fœliciter acta diis immortalibus ſupplicia decernere, ciuitas trepida antea, ſolicita de belli euentu, læta agere, de Metello fama præclara eſſe. Igitur eo intentior ad victoriam niti: omnibus modis feſtinare, cauere tamē necubi hoſti opportunus fieret, meminiſſe poſt gloriam inuidiam ſequi. ita quo clarior, eo magis anxius erat. Neque poſt inſidias Iugurthæ effuſo exercitu prædari. vbi frumento aut pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu præſidium agitabant. Exercitus partem ipſe, reliquos Marius ducebat. Sed igne magis, quàm præda ager vaſtabatur, duobus locis haud longe inter ſe caſtra faciebant. Vbi vi opus erat, cuncti aderant: cæterum quo fuga, atque formido latius creſceret, diuerſi agebant.

IGITVR vbi Metellus] Ordo eſt. Igitur Metellus ſtatuit bellum eſſe gerendum non prœlijs, neque acie. ſed alio more, vbi pro poſtquam videt animum regis etiam tum eſſe ferocem, & poſtq̄ videt bellum renouari, quod non poſſet geri, niſi ex libidine illius. & poſtquam videt iniquum certamen eſſe ſibi cum hoſtibus, & poſtquā videt illos vinci minore detrimento q̄ ſuos vincere, ſenſus patet. [Igitur] Quia videlicet Iugurtha nouum comparabat exercitum. [Etiam tū videlicet] Poſtq̄ eſſet victus. [Animum ferocem] .ſ. inuictum & indomitum, licet Rex victus eſſet, tñ animum habebat inuictum, ferox ſignificat inuictum & indomitum, & forte. [Niſi ex libidine illius] .i. niſi quemadmodum vellet ipſe Iugurtha. [Iniquum certamen] .i. malignum, & inutile, iniquum erat certamen, in quo victor plus detrimenti patiebatur quam victus, & hoc ſequentia declarāt. [Sed alio more] .i. alio modo, quem modum ipſe inferius oſtendit. [Itaque in loca] Ecce ſicut alio modo bellum gerit Metellus. [Temere munita] .i. male munita nam temere multa ſignificat. aliqū temere ſine cauſa ſignificat. Virg. Haud temere etiam conclamat ab aggere volens. aliqñ ſignificat fortiter, aliqñ male, vt hoc loco, aliquando improuide. [Temere munita] .i. mœnibus, & foſſa, & aggere. [Sine præſidio] Sine cuſtodia militum. [Puberes interficit] Ætatem bello & armis opportunā, & idoneam. [Affatim] Abundanter. [Regem terrebant] .i. alienabant quia multo plures populi defecerunt à rege pp vaſtationem hoſtilem quam pp prœlium. [Quippe] Ordo eſt, quippe pro quia, ille Iugurtha, cui omnis ſpes & ſalus erat ſita in fuga, cogebatur ſequi, & ille qui nequiuerat defendere ſua loca cogebatur gerere bellū in alienis. ſ. locis. [Omnis ſpes in fuga ſita erat] .i. poſita, quia Iugurtha non hēbat ſpem ſalutis, niſi in fuga, & tñ cogebatur ſequi Metellū, vt eum à vaſtatione & depopulatione prohiberet, ſi poſſet, quia per huiuſmodi vaſtationē multos populos à ſe deficere videbat. [Tamen ex inopia] Quod optimum videbatur conſilium capit. Modus dicendi apud Saluſt. celebertimus. Ex copia rerum conſilium capit, & econtrario. Ex inopia cōſilium capit. Ex copia rerum conſilium capit, cui opportunitas, & facultas, & occaſio datur ad deliberandum, econtrario, ex inopia conſilium capit, qui non ea multis, ſed ex paucis, quod optimum vr̃, deligit, atq; decernit, vnde inferius cum Mauri & Getuli ex improuiſo Romanos inuaſiſſent, atque ordinibus perturbatis, cū nox eſſet, acrius inſtarent, Tum Marius, inquit, ex copia rerum conſilium trahit. [Tempus non dabatur] Sed copia retū ad deliberādum. [Exercitum plerunque] Ecce conſiliū Iugurthæ, maiorem partem exercitus, ibi expectare iubet, vbi ipſum exercitū congregauerat, ipſe vero cum electis militibus Metellum ſequitur, & ſtatim Romanos inopinantes aggreditur, multos interfecit, multosq; capit. [In iiſdem locis] Vbi erat. [Opperiri] Expectare. [Nocturnis & auijs itineribus ignoratus] .i. incognitus, quia iter nocturno tempore faciebat, & per loca inuia, neque enim vias aut ſemitas tenebat, ſed per loca, quæ erāt ſine via proficiſcebatur. Auius dicitur ſine via [Etiam Numidæ] Numidæ cum Romanos, qui ex caſtris temere & effuſe vagabantur, cōfeciſſent, antequam ex caſtris auxilium Romanis afferretur, in colles proximos toti ſe receperunt. [Ex caſtris] .ſ. Romanorum. [Subueniretur] .ſ. his, quos inuaſerant Numidæ. [Interim] Poſtquam narrauit ea, quæ geſta ſunt à Metello in Numidia, dicit quemadmodum Rom. magnum gaudium ortum ſit, poſtquam cognitum eſt, quemadmodum Metellus ſe & exercitum regeret, & quemadmodum in loco iniquo & aduerſo victoriam habuiſſet, & agrum hoſtiū in poteſtatem ſuam redegiſſet. [Cognitis Metelli rebus] Videlicet his rebus cognitis, quæ ſequuntur. [Sed & exercitum gereret] .i. regeret, & gubernaret. [In aduerſo loco] .i. in loco iniquo, & ſibi ad pugnandum incommodo, atque contrario. Nam Iugurtha locum meliorem & magis cōmodum habebat, videlicet collem montis, & cum eſſet in plano. [Hoſtium agro potiretur] Per omnia ſubauditur, vt .i. quemadmodū. vel qualiter, vt ſit ſenſus, ingens gaudium eſt ortum Rom. poſtquam eſt cognitum, quemadmodum Metellus ſe & exercitum gereret, & quemadmodum victoriam haberet in loco aduerſo & quemadmodum potiretur agro hoſtium, & quemadmodum coegiſſet Iugurtham habere ſpem ſalutis in ſolitudine & fuga. [Auli ſocordia] .i. ignauia Auli, quē prœlio vicerat, vt ſupra viſum eſt. [Spem ſalutis in ſolitudine & fuga] Quia Iugurtha aliter ſe ſaluare non potuiſſet, niſi in ſolitudines fugiſſet. [Supplicia decernere] Senatus decreuit, vt ſupplicationes dijs immortalibus fierēt ob fœliciter geſta Metelli. [Supplicia] Antiqui ſupplicationes dixerunt, hac de cauſa, maiores, ob paupertatem, aut ex collatione ſacrificabant, aut certe de bonis eorum, qui damnati erant. Vnde ſupplicia dicebantur

SOLD.

tur ſupplicationes, que erāt de bonis eorum, qui ſupplicia paſſi fuerant. hinc etiam ſacrum, & venerabile, & execrandum intelligimus quia ſacræ res de bonis execrandorum fiebant. Supplicationes autē ſunt, quas nunc vulgo proceſſiones appellant. [Decernere]. i. decernebat. Et hic more ſuo infinitiuos ponit pro præteritis imperfectis indicatiuorum. [Meminiſſe poſt gloriam inuidiam ſequi] Meminerat Metellus, ita euenire ſolere, vt poſt gloriā ſequatur inuidia [Quo]. i. quanto. [Anxius]. i. ſolicitus. Quāto magis clarus erat tanto magis cauebat hoſtem, ne forte aliquid offendere, & poſt habitam victoriam per inſolentiam atque imprudentiam aliq̄ cladem acciperet, nam poſt gloriam ſequitur inuidia, ſiquid offenſum eſt, & ideo anxius erat, & cauebat. [Neq; poſt inſidias Iugurthæ] Inſidias dicit, per quas Iugurtha Romanos palantes aggreſſus partem eorum occidit, partem cepit, neminem eorū intactum abire permiſit, vt paulò ante monſtrauit. [Effuſo]. i. ſine ordine ſparſo. [Frumento] ſ. ad vſum hominum. [Pabulo] Ad vſum equorū. [Vbi]. i. qñ [Præſidium]. i. cuſtodiam. [Agitabant] Agebant. [Exercitus] Exercitum in duas partes diuiſerat, partem ipſe Metellus, partem Marius ducebat. [Sed igne] Regionem vniuerſam igne populationibusq; vaſtabat, ſed magis igne. [Fugæ]. ſ. Numidarum. [Diuerſi agebant]. i. habitabant, ſiue erant. Agere, multa ſignificat, agere enim ſignificat eſſe vt ait teſtatur Virg. Getulis agerem ſi Syrtibus exul. Agere ſignificat dicere, vt inquit Terent. in Adelphis, Sed eſt ne ipſe de quo agebā. agere ſignificat perſequi. Virg. in 4. Paſtor agens telis. agere fugare. Virg. in Georg. Et membris agit atra venena, agere rotare. Virg. ipſe tibi adducta circum caput egit habena. agere, intēdere, inquirere, inueſtigare, vt Virg. Eclo. 9 Id quidē ago & ta. Ly. mecum ipſe voluto. agere vrgere, impellere. Tullius in Verrem. Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Romanorum agere, perficere. Virg. Hic actis propere exequitur præcepta ſibyllæ, actum. i. appulſum. Virg. Siue errore viæ, ſeu tempeſtatibus acti actum. i. infixum. Virg. Sed viribus enſis adactus Tranſegit coſtas, actū, coactum, territum. Virg. Prodigijs acti cœleſtibus oſſa prabuit. actum. i. admotum. Virg. Accelerat acta pariter teſtudine Volſc. agere, vt ait Feſtus Pompeius eſt ante ſe pellere. agere tugari, vt cum dicimus, agit cum eo furti. aliqñ rependere, vt gratias ago. modo verbis indicare, vt cauſam ago. agere etiam ſcenici dicuntur cum geſtu & vultu alienas perſonas imitantur, in quā ſignificationem Tullius in epiſtola quadam ad Cœlium dicit, Egique omnes illos adoleſcentes. i. geſtu & vultu imitatus ſum.

Marl. FEROCEM] Reſumentem, ſolitas vires. [Iniquā] Inæqualē. [Agros vaſtat] Incendit ſegetes. [Temere] Nō bene. [Ex inopia] Ea paucis rebus cōmodis. [Operiri] Præſtolari. [Delectis] Fortiſſimis. [Palantes] Errabūdos. [Repente] Ex improuiſo. [In aduerſo colle] Alij ita būt, quia Iug. in mōte erat, Metellus vero in plano, [In ſolitudine] Inter montes. [De adactu]. i. fine. [Præclara] Laudata. [Opportunus hoſti] Vt facile caperetur ab hoſte. [Inuidiam ſequi] Quia virtuti comes eſt inuidia, & iniqua tam maximis virtutibus fortuna parit, vt ait Sen. [Frumento] Ire frumentatum. [Vbi vi.] Armis & fortitudine, [Aegebant] Manebāt.

QVOD niſi ea illius libidine geri non poſſet] In quibuſdā lubidine, quomodo veteres ferè, vt alibi oſtendimus. Sic & libet & lubet dicimus. [Præterea iniquū certamen ſibi cum hoſtibus [Legendum. iniquum certamen. ita ſenſu poſtulante, & conſentientibus quibuſdā vetuſtis. quamuis manuſcriptis reclamantibus. Sed cur iniquū] Quia minore detrimento hoſtes vicini erāt quām ſuos vincere. Mox. [Sed alio more bellum gerendum] In quibuſdam alio modo, ſed eodem ſenſu. Præterea Gerundum eſt in manuſcriptis non gerēdum. [Quippe cuius ſpes omnis in fuga ſita erat] In nonnullis eſt, cui ſpes omnis. ſed quod ad ſenſum attinet, parum refert vtrum legas. Paulò poſt. [Romanos palantes repente aggreditur] In vetuſtis quibuſdam palantes, quo ferè Sal. & in manuſcripto, aggreditur. veteri illi ſcribendi more. [Cognitis rebus Metelli] Fabricianum, cognitis Metelli rebus. [Mox. [Vt ſeſe & exercitum more maiorum gereret Manuſcripta vt ſeq; & exercitum. Nec aliter Florentinum. Mox. [Vt in aduerſo loco victor tantum virtute fuiſſet [Legendum, victor tamen. Sic enim, vt omittam conſenſum exemplarium veterum, & ſenſus ipſe poſtulat. Facilis autem lapſus fuit, propter ſcripturæ ſimilitudinem. τὸ Vt, non reperitur in exemplaribus calamo deſcriptis, ac citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit.

IN alienis bellū gere. [Illud Alienis, vt exponendum vix equidem ſcire poſſum. Solidus, vt notum, tranſilit. Badius exponit, In

Glar. alienis. i. non à ſe delectis ad pugnam locis, quæ verba ego ſanè non intelligo Tu vide ſi Alienis exponendum ſit pro Alienatis [Vt in aduerſo loco, tamen victor fuiſſet, virtute hoſtium agro potiretur, [Aldinus & Gothi codices habent, Vt in aduerſo loco victor tantum virtute fuiſſet, hoſtium agro potiretur. Quæ verba ego non intelligo. Mihi placet, vt poſt Loco diſtinguatur. Item vt Tamen, non Tantum legatur, & ante Virtute diſtinguatur, Nec tamen hoſtium virtute conſtruendum, ſed virtute potiretur hoſtium agro.

IGITVR Metellus &c. Recenſet cetera metelli in bello gerendo fortiter & prudenter facta, dicens, Igitur qui omnia cōperta habebat metellus, vbi videt. ſ. animo. i. conſiderat & intelligit animum regis. ſ. Iugurthæ, ferocem etiā tum. ſ. cū victus eſſet cum tñ dicas in Hecyra Terent. profecto hoc ſic eſt. ut puto omnibus nobis, vt res dant ſeſe ita magni atq; humiles ſumus Et videt bellū renouari quod nō poſſet geri niſi ex libidine illius. ſ. Iugurthæ, q̄a non poſſet eum compellere cum eſſet in locis inacceſſabilib. & natura munitis. Præterea vbi videt certamen ſupfore ſibi iniquū. i. inæqualis cōmodi cum hoſtibus, q̄a videt illos vinci, minori detrimento. i. dāno ſuo, hoc eſt hoſtiam, q̄ vincere ſup. cum detrimento Romanorum, quia plus dāni hñt Romani ſi vincantur q̄ hoſtes, aut melius ſic, hoſtes vinci minori detrimēto q̄ Romani eos vincere, quia cum nihil hñt quod perdat Iugurtha præter rudes milites, plus detrimenti facerent victores q̄ victi, & ideo ſtatuit bellum eſſe gerendum, non prœlijs neque in acie, ſed alio modo, Itaque. i. & ita pergit in loca opulentiſſima Numidiæ, & vaſtat agros & capit & incēdit multa caſtella & oppida munita temere. i. inconſulte, aut ſup. exiſtētia ſine præſidio i. cuſtodia & defenſione militum, & interficit puberes. i. oēs belli potentes, & iubet omnia alia eſſe prædæ. i. ad prædam militum. multi mortales ſ. Numidię, dediti ſūt Romanis, ea formidine. i. propter eam formidinem, & obſides. i. viri potentes ob fidem ſeruandam apud aduerſarium ſeſſam, frumentum & alia quæ forēt vſui, ſunt præbita à Numidis Romano exercitui, affatim. i. abūde, & præſidium. i. cuſtodia & defenſiō oppidorū per milites Romanos, eſt impoſitū à Metello vbicūq; res. i. cōmoditas poſtulabat. Quæ negocia terrebant multo magis regem. ſ. Iugurtham q̄ prœlium male pugnatum ab ſuis. ſ. militibus & ſubditis. Quippe. i. quia ipſe, cui omnis ſpes erat, ſita. i. poſita & collocata in fuga cogebatur ſequi. ſ. exercitū deuaſtatorē, & is qui nequiuerat defendere loca ſua, quæ defendēda acceperat, cogebat gerere bellum in alienis i. non à ſe delectis ad pugnam locis, tñ. i. nihilominus q̄ q̄ ſic cogebatur, & anguſtiabatur, iñ capit conſilium quod videbatur optimum, ea inopia. i. ſecundum q; erat inops cōſilij, quia & auxilij iubet exercitum plerunque. i. plurimū aut ferè totū, opperiri. i. expectare reditum ſuum in iiſdē locis. ſ. in quibus eum inſtituerat, ipſe ſequitur cum militibus delectis. i. de pluribus ad expeditionem illam lectis, itineribus. i. profectionibus & greſſibus, nocturnis. i. noctu factis, & auijs. i. per auia. i. loca nō habentia vias ſtratas, & ipſe ignoratus ſ. adeſſe, aggreditur. i. Iuadit repente. i. illico & ex improuiſo Romanos palantes. i. oberrantes & huc illuc ſine ordine curſitātes ad prædas auertendas, & plerique eorū. ſ. Romanorū, cadūt inermes. i. quia ſine armis cōtra pecus non contra milites exierant, multi capiuntur, & nemo omnium profugit. i. porrò fugit itaque euaſerit intactus. i. non percuſſus, & Numidæ. i. delecti illi milites diſcedūt in proximos colles ſicut erant iuſſi. ſ. ab Iugurtha latenter in inſidijs. priuſq̄ ſubueniretur. ſ. à ceteris Romanis. [Interim Romæ] Cōmemorat quāta lætitia excepta ſit Romæ fama Metelli. In qua res licebit animaduertere leuitatem populi, vbi Mario ad conſulatum euecto odia in Metellum cōuerterent, dicit autem hoc loco ſic, Interim. i. interea dum ſupradicta fierent. In numidia, ingens. i. valde magnum gaudium eſt ortum Romæ cognitis rebus Metelli, vt. i. qualiter, gereret. i. exerceret ſe & exercitus more maiorū. i. priſcorū imperatorum, & vt. i. qualiter, q̄q̄ fuiſſet loco aduerſo. i. contrario vt uiſum eſt, ipſe tamen victor virtute. i. per virtutem, potiretur agro hoſtiam ipſis depulſis. Et q; Metellus coegiſſet Iugurtham magnificum. ſ. habitum prius ea ſocordia. i. puſillanimitate, & ignauia, Auli. ſ. fratris Albini habere. ſ. modo ſpem ſalutis. i. ſolitudine & fuga. Itaque. i. & ita ſenatus decernere. i. decernebat & indicere faciebat dijs immortalibus, Supplicia. i. ſupplicationes, quas nos rogationes & proceſſiones vocamus, ob ea acta feliciter, Ciuitas. i. multitudo ciuium trepida. i. ſolicita antea de euentu, belli agere. i. agebat læta. i. res lætas, aut exiſtens læta agere. i. viuebat. Fama eſſe. i. erat præclara de Metel ſed cōuenienter ſubaudias cœpit. Igitur Metellus intellecta fama ſua, intentior eo. i. propterea ad victoriam, niti. i. nitebatur omnibus modis, & feſtinare. i. feſtinabat, tamen cauere. i. cauebat, necubi. i. ne alicubi fieret hoſti opportunus. ſ. ad inſidias explendas. Meminiſſe. i. memor erat inuidiam ſequi poſt gloriam, ita erat eo magis

Ascen.

anxius

eeelus quo ideſt quanto erat clarior. Neque prædari.i prædabatur exercitu effuſo per excurſiones in agrum Numidicum poſt inſidias Iugurt. qui plurimos prædantes interceperat. [Sed vbi erat opus frumento,aut pabulo] .ſ equorum & iumentorum, cohortes agebant præſidium.i.cuſtodiam miſſorum frumentatorum, cum omni equitatu. Ipſe ducebat partem exercitus, Marius ducebat reliquos,ſed ager vaſtabatur magis igne.i.combuſtione tugutiorum quàm præda.i.deprædatione,& ipſi ductores, Metel.& Marius faciebant caſtra .i. caſtrametati ſunt duobus locis haud longe.i.parum diſtantibus inter ſe. Vbi erat opus vi,aderant cuncti .ſ. vtriuſque exercitus, cęterum .i. ſed agebant.ſ.excurſiones ſuas diuiſi.ſ.in diuerſa loca,quo,hoc eſt ideo,vt fuga.ſ.agreſtiũ, & formido creſceret latius.

EO tempore Iugurtha per colles ſequi, tẽpus aut locum pugnæ quærere, quia venturum hoſtẽ audierat,pabulum,& aquarum fontes, quorum penuria erat,corrumpere, modo ſe Metello , interdum Mario oſtendere, poſtremos in agmine tentare, ac ſtatim in colles regredi. rurſus alijs , poſt alijs minitari , neque prælium facere,neque ocium pati,tantũmodo hoſtem ab incepto retinere. Romanus imperator vbi ſe dolis fatigari videt, neque ab hoſte copiam pugnandi fieri , vrbem magnam, & in ea parte qua ſita erat, arcem regni,nomine Zamam ſtatuit oppugnare,ratus,id quod negocium poſcebat,Iugurtham laborantibus ſuis auxilio venturum,ibique prœlium fore. At ille quæ parabantur à perfugis edoctus,magnis itineribus Metellũ anteuenit,oppidanos hortatur,vt mœnia defendant, additis auxilio perfugis , quod genus ex copijs regis , quod fallere nequibat,firmiſſimum erat.Præterea pollicetur in tempore ſemet cum exercitu adfore. Ita cõpoſitis rebus, in loca quam maxime occulta diſcedit , ac paulò poſt cognoſcit.Marium ex itinere frumentatum cum paucis cohortibus Siccam miſſum,quod oppidum primum omnium poſt malam pugnam ab rege defecerat. Eo cum delectis equitibus noctu pergit , & iam egredientibus Romanis in porta pugnam facit, ſimul magna voce Siccenſes hortatur, vti cohortes ab tergo circũuenient, fortunam illis præclari facinoris caſum dare,ſi id fecerint, poſtea ſeſe in regno , illos in libertate ſine metu ætatem acturos . At ni Marius ſigna inferre,atque euadere oppido properauiſſet; profecto cuncti,aut magna pars Siccenſium fidem mutauiſſent,tanta mobilitate ſeſe Numidæ gerunt. Sed milites Iugurthini pauliſper à rege ſuſtentati poſtquam maiore vi hoſtes vrgent,paucis amiſſis profugi diſcedunt. Marius ad Zamam peruenit. id oppidum in cãpo ſitum, magis opere , quàm natura munitum erat , nullius idoneæ rei egens,armis viriſque opulentum . Igitur Metellus pro tempore, atque loco paratis rebus, cuncta mœnia cum exercitu circumuenit. Legatis imperat, vbi quiſque curaret,deinde ſigno dato vndique ſimul clamor ingens exoritur. neque ea res Numidas terret,infenſi intentique ſine tumultu manent , prœlium incipitur,Romani pro ingenio quiſque, pars eminus glande,aut lapidibus pugnare, alii ſuccedere , ac modo murum ſuffodere,modo ſcalis aggredi,cupere prœlium in manibus facere . Contra ea oppidani in proximos ſaxa voluere , ſudes, pila , præter ea picem ſulfure,& tæda miſtam ardenti mittere . Sed ne illos quidem,qui procul manſerant,timor animi ſatis muniuerat . Nam pleroſque iacula tormentis aut manu emiſſa vulnerabant, pariq. periculo, ſed fama impari boni atque ignaui erant.

PER colles) Iugurtha, quia numero & viribus par non erat per loca tuta ſequebatur Metellum. [Qua] Subauditur ea parte corrumpebat pabulum , & fontes aquarum, qua parte audierat hoſtem vẽturum, vt arte fatigaret Metellum, cui par viribus eſſe non poterat.[Pabulum corrumpere] Pabulum corrũpebat,vel igne, vel veneno . [Fontes] Veneno inficiebat. [Alijs poſt alijs]Minitabatur alijs poſtea alijs.[Minitari].i.minabatur, frequẽtatiuo vſus eſt,quia hoc ſæpe faciebat.[Ab incepto retinere] Vt prohiberet Romanos à deuaſtatione agri. [Romanus imperator]Metellus, vt Iugurtham ad prœliũ cogere, ſtatuit oppugnare quandam vrbem nomine zamam,exiſtimans Iugurtham, laturum auxiliũ vrbi,atque ita ex neceſſitate ad prœlium eſſe vẽturũ. [Arcem regni] i.munimentum,& tutamen regni.[Laborãtibus].i.in neceſſitate poſitis.[Perfugis] Perfugæ.ſiue transfugę dĩr,qui de vno exercitu ad alium fugiunt. [Edoctus] Iugurtha intellexit ex his qui fugiebãt de exercitu Metelli ad ſe quem ad modum Metellus decreuit oppugnare zamam vrbem , quæ erat arx & munimentum regni in ea parte, vbi poſita erat . Nam illa vrbe ſtante incolumi, totum regnum erat incolume. ergo cũ hoc intellexiſſet. Iugurtha,zamam priusq̃ Metellus contendit, & zamenſes hortatus eſt, vt mœnia defenderẽt, eisq́. ad auxilium perfugas tradidit. Nam hoc genus hoĩum ſtabiliſſimũ eſt, atque firmiſſimũ,deinde pollicetur , ſe breui cum exercitu illuc venturũ. [Quod genus] ſ. hominum perfugarũ. [Quia fallere nequibat] Ne in manus eorũ venirent,à quibus fugerant. [Ac poſt paulò.] Ordo eſt. Iugurtha paulò poſt cognoſcit Mariũ eſſe miſſum Siccam ex itinere frumentatum cum paucis equitibus, Metellus zamam proficiſcitur ad eam oppugnandum.i. inter eundũ. Mariũ legatum cum paucis equitibus miſit Siccã, vt ex ea ciuitate frumenta ad exercitum conueheret. Iugurtha cum hoc per exploratores intellexiſſet,ſtatim cũ electis equitibus noctu Siccam peruenit. Et cũ Marius egrederetur iã ex vrbe Sicca Iugurtha ſe opponens in portis pugnam fecit. Et alta voce ciues Siccenſes hortabatur, vt à tergo Marium inuadant,quod ſi fecerint, & ſe in regno,& illos in libertate perpetua futuros dicebat.[Frumẽtatũ].i. ad frumenta coemenda,& conuehenda ad exercitum. Sicca eſt ciuitas,quæ prima à rege ad Metellum defecerat,qñ victus eſt prælio. [Fortunã] Subaudi dicebat. [Ætatẽ acturos] .i.victuros. [At ni.] Quamuis Siccenſes paulò ante à rege ad Metellum defeciſſent,tñ propter inſtabilitatem gẽtis , rurſus à Metello ad regem defeciſſent,& Marium inuaſiſſent, niſi ipſe Marius propere ſe de ciuitate ſignis illatis eripuiſſet. [Ni].i.niſi [Signa inferre properauiſſet].i.acceleraſſet ſigna contraferre. Nam inferre ſigna,eſt ſigna cõtra hoſtem ferre,vt cum eo prœlio contẽdat. Marius igitur ſigna contra Iugurthã qui ſe in portis oppoſuerat, tulit,& repulſo Iugurtha p vim euaſit.[Euadere].i.exire,egredi, euadere, nunc non ſignificat aſcendere,ſed per obſtantia tranſire . Nã Iugurtha obſtabat in portis.[Tãta mobilitate].i.mutabilitate .Nã Numidæ mutabiles ſunt [Sed milites] Qñ milites Iugurthini pauliſper ſuſtinuerunt impetum Marij egredientis,ſed poſtea cũ Marius maiore vi eos premeret , in fugam conuerſi ſunt paucis amiſſis. [Id oppidũ]Zamę vrbis ſitum deſcribit [In campo] .i.in plano,non in monte.[Quam natura]Quia nec mõte,nec flumine, nec aliqua re naturali munitum eſt oppidum illud ſed opere. [Circumuenit].i.circundat. [Denique ſigno] Incipit oppugnare Zamã.[Infenſi]Irati infenſus proprie eſt pluſq̃ inimicus [Glande] Videlicet fundia,glandis eſt plumbũ in modicum formatum quod funda iacitur. Modo murum ſuffodere, aliqñ murum ſuffodiebant, aliqñ ſcalis murum aſcendere conabantur & cupiebant prœliari manibus.[Sudes] Sudes dicebantur ſuſtes acuti,& præuſti,quibus vtebantur in bello. Virg. Subdidũsue præuſtis.[Pila] Pilum propriæ telũ Romanum.[Sed nec illos quidem.] Ita quidẽ vulnerabantur,q̃ iuxta pugnabant, & muros aſcendere conabantur,ſed & qui procul manebant ab oppidanis vulnerabantur iaculis,aut tormẽtis.aut manibus miſſis. [Sed nec illos quidẽ, q procul manſerãt,timor animi ſatis munierat) Qui timidi ſunt, à prœlio pcul manẽt,& ita eo timore ſũt tuti,& muniti,q̃a timor facit,ne ſe periculo expõnãt, Sed in expugnatione Zamæ,qui pp timorẽ procul à mœnibus ſtabant . non tñ eo timore ſatis erant muniti & tecti,ſed iaculis vulnerabãtur tormẽtis vel manib' miſſis.[Tormẽtis)Oĩs machina qua aliqd vi emittitur,dicebat' tormẽtũ,ſicut nũc vulgo baliſtę & bõbardę vocãtur,ſed baliſta apud antiquos aliud erat,bõbarda,nec noĩe nec re erat apud antiquos [Pari periculo) Boni atq; ignaui erãt pari periculo,ſed erãt impari fama boni.i. ſtrenui in muris pugnabãt inſigni gloria & fama, ignaui, pcul à mœnibus ſtabant cũ dedecore,& tñ vtrique vulnerabantur,ergo periculum erat par,ſed fama & gloria erat diſpar. Sol.

Tempus)

TEMPVS] .ſ. cōmodum. [Corrūpere] Veneno inficiebat. [Rurſus] Poſtquam receperat ſe in colle. [Suis] .i. Zamenſibus. [Ibi] Apud zamam. [In tempore] Vbi erit neceſſitas. [Cohortes] .ſ. Marianas [Caſum] Occaſionem. [Id] .i. ſi circumuenirent Rom. à tergo. [Amiſſis] Interfectis. [Opere] Labore hominum. [Vbi] In qua parte [Curaret] Negocium haberet. [Terret Numidas] Qui erant in vrbe. [Intenti] Curantes omnia.

MARL. AVT aquarum fontes [Lege fonteis] Paulò poſt. [Oppidanos hortatur, vt mœnia defendant] In manuſcriptis cęteriſq. vetuſtioribus non eſt Vt, ac maiore cum gratia abeſſe poterit, nullo detrimento ſenſus. [Additis auxilio perfugis] Eſt in manuſcripto quodam, addit auxilio perfugas. Vtranque lectionem admittit ſenſus. [Quod genus ex copijs regis, quod fallere nequibat firmiſſimum erat] Sic & manuſcriptum, Sed Badianum, quia fallere nequibat. eodē ſenſu. Fallere pro latere dixit, quō ſæpe & Liu. & Tacitus. id quod in Terentiū eſt à nobis diligenter annotatū. Firmiſſimos vero perfugas fuiſſe ait, nimirum ꝙ metuerent, ne ſi pax cum Romanis fieret, ipſi per conditiones ad ſuppliciū traderent vel ꝙ victo ab Romanis Iugur. nullam veniæ atque impunitatis ſpē hērent. Itaque horum forti fideliq. opera Iugurtha vſus eſt, ſpemq. in his ſummā habuit. [Ac paulò poſt cognoſcit] Manuſcripta & ex impreſſis quædam, poſt paulò quō Cæſar vij. Ipſe poſt paulò, ſilentio egreſſus, & i. de bello ciuili, Poſt paulò eū, internuncijs vltro citroq. miſſis, quæ ignorabant de L. Domitij fuga cognoſcunt. pro, paulò poſt. Liu. 5. ab V. C. Cum ſenatus poſt paulò de his rebus in curia Hoſtilia haberetur, Priſc. lib. 18. quo loco docet paulò ante itemq. paulò poſt ſic à Latinis dici, vt à græcis ὀλίγῳ πρότερον. καὶ ὀλίγῳ ὕστερον ibidē ex Horatio de poſt paulò exemplum ſubijcit. [Tanta mobilitate ſeſe Numidæ gerunt] Manuſcripta quędam, agunt. quō apud Vopiſcum Aurelianus. In hoſpitijs caſte ſe agant inquit. Nos hic nihil pronunciamus, ſed diuerſam ſolum lectionem oſtendimus. Quanq̄, vt verū fatear. prior lectio mihi magis probatur. Nam ſic perſæpe Cicero, honeſte ſe gerere, turpiſſime ſe gerere, prudenter, perdite, aut alio modo gerere ſeſe. Moa. [Paulisper à rege ſuſtentati] Manuſcriptum, ab rege. [Cuncta mœnia cum exercitu circūuenit] Illa præpoſitio Cum, non eſt in codici. manuſcriptis, nec impreſſis vetuſtioribus, ac rectius abeſt. Irrepſit autem ex gloſſa. [Clamor ingens exoritur] Manuſcripta, oritur. conſentiētibus & alijs vetuſtioribus, Sēſus vtrumuis admittit. [Pręterea picē ſulfure & tæda mixtam ardēti mittere] Eſt in alijs ferè, pice, auferēdi caſu. Sed volumen Fabricianum adhuc modum habet, Præterea picē, & ſulfure tædam mixtam ardenti mittere, quæ vna demum vera lectio eſt, ſi quid ego iudico. & ſic in cæteris quoque fuerat.

GLAR. CVM paucis cohortibus. [Siccam miſſum] Duæ ſunt Siccæ, altera Syphacis quondam regia, ad duarum Mauritaniarum fines, de qua hic non loquitur. Altera Sicca Veneria, cuius Ptolemæus in Africæ minoris deſcriptione meminit, de qua hic eum loqui puto nam altera nimium abeſt. Zamam porro Liu. vltimo de ſecundo bello Pun. lib. 5. dierum itinere eſſe à Carthagine ait, ad q̄ Annibal diuertit, poſteaquam ex Italia in Africam cum Scipione vltimo depugnaturus venerat. Ptolemæus, ni fallor, τὴν μείζονα ζάμαν vocat. Quanquā quidam putant, ablata prima litera a, ἀζάμαν ab eodem in eodem loco vocatam [Pręterea picem & ſulfure & tæda mixtam] Ita Aldinus & Gothi codices hñt. Atqui, vt ingenue quod ſentio fatear, picem mixtam tæda, vix abs quoquam intelligi puto. Veteres alij codices habebant, Præterea pice & ſulfure tædam mixtam. Et Mixtam. i. illitam, rectè exponit Badius, qui ad hunc modum legiſſe videtur. Soldus rurſus tranſiliit, vt ſolet. Lector ſequatur quod placuerit.

ASCEN. IVGVRTHA ſequi. i. ſequebatur eo tpe per colles]. i. mōticulos, & quærere. i. quærebat tempus aut locum. ſ. aptū pugnæ, & corrumpere. i. corrumpebat ſup. ea parte qua audierat hoſtē. ſ. Metellum cum ſuis venturū, pabulum & fontes aquarum, quorū fontium penuria. i. difficultas inueniendorum erat. ſ. illic, oſtendere. i. oſtendebat ſe modo. i. interdum, Metel. & interdum Ma. poſtremo tētare. i. tentabat. i. laceſſebat, eos in agmine, ac regredi. i. regrediebatur ſtatim in colles. Rurſus hoc eſt & iterum, minitari. i. minitabatur alijs, hoc eſt aliquibus, & poſt alij. Neq; facere. i. faciebat prœlium neq; pati. i. patiebatur ocium, tantūmodo retinere. i. retinebat hoſtem ab incœpto. [Romanus imperat.] Poſtq̄ Metel. ſibi copiam pugnandi cum Iugurt. ipſius calliditate negatam videt, ad expugnationem zamæ oppidi in Numidia fortiſſimi tendit, de qua re dicit auctor ſic, imperat. Rom. i. Met. vbi. i. poſtquam videt. i. conſiderat ſe fatigari dolis. ſ. Iugurt. neq; copiam pugnādi fieri ab hoſte ſ. Iugur. & exercitu eius, ſtatuit. i. conſtituit, oppugnare. i. debellare, vrbem magnam & arcē. i. principale munimentum regni (in ea parte qua erat ſita. i. poſita (vbi imperiti dicūt ſituata) zamam nomine. i. ſic nominatam, ratus. i. arbitrans (id quod negocium poſcebat. i. poſtulabat) Iugurtham venturum ſuis laborantibus. i. periclitantibus, auxilio. i. in auxilium, & prœlium fore ibi. i. tunc cum auxilio veniret. At i ſed, ille. ſ. Iugurtha, edoctus à perfugis. i. ab eis qui relictis Romanis ad ſe fugerant, ea quæ parabantur à Metello, antevenit Metellū magnis itineribus. i. faciendo magna itinera, hoc eſt quod vulgo dicunt magnas dietas, & hortatur oppidanos. ſ. Zamenſes, vt ſup. defendant mœnia, & hoc perfugis additis auxilio. i. ad auxiliū oppidanorū quod genus. ſ. militum erat fortiſſimum ex copijs. i. exercitu regis, qa nequibat fallere, i. decipere regem, eo ꝙ apud Rom. ſummo odio habebantur propter defectionem & perfugium. [Præterea]. i. inſuper, pollicetur, ſe affore. i. affuturum, in tempore. i. ſatis tempeſtiue, cum exercitu, & deſcendit ab oppido, rebus compoſitis. i. cōſtitutis ita, vt dictum eſt, in loca q̄ maxime. i. ſummopere occulta, ac cognoſcit paulò poſt: Marium. ſ. legatum cum paucis cohortibus miſſum. i. ab imperatore Metello, ex itinere i. profectione, hoc eſt dum proficiſceretentur Zamā, ſiccam. i. ad illud oppidum ſub Romanis exiſtens, frumentatum. i. ad frumentum colligendum pro exercitu, quod oppidum defecerat ab rege. i. dereliquerat partes regis primum omnium. ſ. oppidorum, poſt pugnam pugnatam male ab rege. [Et ita Iugurtha pergit eo]. i. ad id oppidum ſiccam, cum equitibus delectis. i. exquiſitis & ad hoc de multis lectis, & facit iam pugnam in porta, Romanis egredientibus. i. quando egredi cum frumento vellent, & hortatur ſimul magna voce Siccenſes, vti. i. vt circumueniant. i. opprimant à tergo cohortes. ſ. Romanas, ſup. hortando dicit, fortunam hoc eſt incertum & non optatum euentum, dare illis caſum. i. occaſionem præclari facinoris. ſ. faciendi, & dicit ſi ipſi fecerint, id. i. ſi Romanos circumuenerint, ſeſe. i. ſeipſum eſſe actorū ſup. ætatem in regno. ſ. ſuo ſine metu, & illos acturos ætatem in libertate. [At ni. i. niſi Marius properauiſſet, inferre ſigna ſ. militaria, hoc eſt vexilla contra Iugurtham inſtantem in portis, ac euadere. i. exire per medios hoſtes oppido. ſ. ſiccenſi, profecto i. reuera cuncti. i. ſiccenſes, aut magna pars ſiccenſium, mutauiſſent fidem. i. occiſo Mario cum militibus eius ad Iugurtham perfugiſſent. Tanta, hoc eſt tam vehemente magna mobilitate, gerūt. i. habent ſe Numidæ. Sed milites Iugur. ſuſtentati ne ſugerent paulisper à rege. ſ. Iugurtha, poſtquam hoſtes. i. Romani, vrgent eos, maiore vi. i. impetu violentio, diſcedunt profugi. i. profugientes paucis amiſſis. i. occiſis. [Marius victus]. ſ. effectus, peruenit ad Zamam. (vbi notandum quod proprijs locorū minorum interdum ſine vitio additur præpoſitio vt hic ad Zamam.) Id oppidum, ſ. zama nomine ſitum. i. cōſtitutum & locatum, in campo. i. loco capaci & plano, erat munitum magis opere. ſ. manuali aut humana, quam natura ex naturali ſitu. nullus ideſt non vllus non egens vllius rei idoneæ. ſ. ad belli in ſuſtinendum, quia opulentū hoc eſt potens armis & viris. [Igitur, hic continuatiua eſt vox, aut quia iam Marius aduenerat] Metellus circumuenit, hoc eſt obſidet cuncta mœnia. i. ſimul tota, & hoc rebus paratis pro tempore atque loco. i. vt tempus & locus poſcebant. Et imperat legatis, hoc eſt ad hoc miſſis vt ex imperio cōſulis eius officio fungerentur, ſignificat imperando, vbi quiſque ſ. eorum curaret. ſ. ſe bene gerere in oppugnatione oppidi. [Denique]. i. tandem omnibus rebus paratis ingens clamor. ſ. aſſilientium oritur vndiq;. [Signo]. ſ. inuadendi dato. ſ. iuſſu imperatoris, neque ea res. i. tantus clamor & inſultus, terret Numidas, quia iam admoniti fuerant ab Iugurtha, ſed ipſi manent infenſi, id eſt multum offenſi, & irati, aut vt non obterrentes, & intenti ſine tumultu. prælium incipitur, ſcilicet ab Romanis. Romani ſup. cœperunt pugnare, aut pugnare, i. pugnabant quiſque pro ingenio, hoc eſt natura ſua, pars, id eſt ipſi partim pugnabant eminus, hoc eſt de longe, glande. ſ. plumbea è funda proiecta, aut lapidibus, alij inuadere. i. inuadebant, ac ſuffodere hoc eſt ſuffodebant vt euerterent aut per cuniculos ingrederentur, modo murum, & aggredi. i. aggrediebantur modo ſcalis, & cupere ideſt cupiebant facere prœlium, manibus, ſcilicet conſertis. [Oppidani voluere] ideſt volebant, contra ea quæ faciebant Romani, quaſi dicat ex oppoſito ſe & oppidum defenderes, ſaxa, id eſt magnos lapides in proximos, ſcilicet muris, & mittere. i. mittebāt ſudes. i. ſtipites acutos, pila. i. tela oblonga quibus Romani proprie vtuntur. ſed poterant illic eſſe pila, quia vt dictum eſt perfugas auxilio & præſidio zamēſibus reliquerat Iugurtha pręterea, id eſt inſuper mittere. i. mittebant tedam. i. facem reſinoſam, qua plurimi pro candelis ac lucernis etiam hodie vtuntur, vnde tedæ arbores pro facibus ac flammis nuptialibus ponuntur, vt Æneid. iiij. Si non pertæ-

ſum

ſum chalami tedęq́; fuiſſet, mixtam.i.illi tam pice & ſulphure ardent. Sed nec timor animi muniebat ſatis illos .ſ. Romanorum militum, qui manſerant procul.i.longius ab oppido, ſolent enim meticuloſi longius à prœlio agere, verum maius ſæpe periculum eſt in vltimis quam in primis, Probat quõ timor eos non muniebat, dicens. Nam iacula.i.quæcunque iaci poſſunt ſiue ſint ſagittæ, ſiue ſaxa ſiue quæcunque alia (vnde peruia vocabuli vtimur iaculari pro proijcere quamlibet rem, vnde etiam fulm n iaculatum dicitur Æn. 1. ipſa Iouis rapidam iaculata è nubibus ignẽ) emiſſa tormentis.i.machinis vi ea torquentibus (vt erant tunc Balliſtæ, dictæ à vallein, qđ eſt mitto, ſagitto, vulnero. Nec ſunt Balliſtæ tantum arcus pedales, ſed quæcunq; tormenta longe emittentia. Bombardæ autem quæ nunc dicuntur q cum bombo.i. ſonitu & ardore globos emittant, tunc non erant inuentæ) aut manibus.ſ.oppidanorum vulnerabant pleroſq;.ſ.Romanorum longe ſtantiũ, & ita boni hoc eſt gnaui & ignaui erãt ſapp.in pari.i.æquali periculo, ſed fama impari, id eſt diſſimili.

DVm apud Zamam ſic certatur. Iugurtha ex improuiſo caſtra hoſtium cum magna manu inuadit remiſſis qui in præſidio erant, & omnia magis, q̃ prœlium expectantibus, portam * irrupit. At noſtri repentino metu perculſi, ſibi quiſque pro moribus conſulunt: alij fugere, alii arma capere, magna pars vulnerati, aut occiſi ſunt. Cæterum ex omni multitudine non amplius xl. memores nominis Romani, grege facto locũ cępere, paulò quàm alii editiorem, neque inde maxima vi depelli quiuerunt, ſed tela eminus miſſa remittere, pauci in pluribus minus fruſtrari, ſin Numidæ propius acceſſiſſent, ibi vero virtutem oſtendere, & eos maxima vi cædere, fundere, atque fugare. Interim Metellus cum acerrime rem gereret, clamorem & tumultum hoſtilem à tergo accepit. deinde conuerſo equo animaduertit fugam ad ſe verſum fieri, quæ res indicabat populares eſſe. Igitur equitatum omnem ad caſtra propere miſit, ac ſtatim C. Marium cum cohortibus ſociorum, eumq́; lacrymãs per amicitiam perque remp. obſecrat, nequam contumeliam remanere in exercitu victore, neve hoſtes multos abbire ſinat. Ille breui mandata efficit. At Iugurtha munimento caſtrorum impeditus, cum alii ſuper vallum præcipitarentur, alii in anguſtiis ipſi ſibi properantes officerent, multis amiſſis in loca munita ſeſe recipit. Metellus infecto negocio, poſtquam nox aderat, in caſtra cũ exercitu reuertitur. Igitur poſtero die priuſquam ad oppugnandum egrederetur, equitatum omnem in ea parte, qua Regis aduentus erat pro caſtris agitare iubet, portas & proxima loca tribunis diſpertit. Dein ipſe pergit ad oppidum, atque vti ſuperiore die murum aggreditur.

* irrumpit.

SOLD. DVm apud Zamam] Metellus non longe à Zama caſtra locauerat, & vt moris eſt, foſſa valloq́; muniverat. Deinde ipſe, cum exercitu ea caſtris egreſſus eſt ad oppugnãdam Zamam, relictis militibus in præſidio, qui caſtra cuſtodirẽt. Pręſidium autem ſemper extra caſtra tenebatur. ſed milites qui in præſidio erant remiſſi fuerant in caſtra, cũ eo tempore nihil mali à Iugurtha timerent imminere. Et dum ecce Romani nil timent, Iugurtha ex improuiſo adeſt, portas caſtrorum irrumpit. Atque ita Romani, qui in caſtris erant, inopinato metu perculſi alij fugiunt, alij arma capiunt, multi vulnerantur, multi occiduntur. [Portam].ſ.caſtrorum. Nam caſtra ita muniuntur, vt portas habeant, quæ claudantur & aperiũtur. [Noſtri].ſ.Romani. [Pro moribus] Pro qualitate morum, nam qui ſtrenui erat, arma capiebant & pugnabant, qui vero ignaui, fugiebant. [Cęterũ] Dicit ea omnibus inuentos fuiſſe tantum modo quadraginta, qui vere Romani fuerunt, hi collectim vnum locum paulò altiorem occupauerunt, nec inde pelli potuerunt. [Locum cępere paulò editionem, q̃ alij].i.locum occupauerunt, paulò altiorem, quàm erant alia loca, vel occupauerunt locum altiorem, q̃ alij.ſ.occupauerunt .ſ. [Quiuere] .i. potuerunt. [Remittere] Pro remittebant tela in hoſtem, quæ in ſe ab ipſo hoſte mittebantur. [Pauci in pluribus minus fruſtrari] Pro fruſtrabant, cum pauci in plures tela remitterent, non fruſtrabant.i.tela fruſtra non remittebant. Nam quõ hoſtes numero plures eſſent vehementius aliquem aſſequebantur, & telo eos acriter conficiebant. [Sin] .i. ſed ſi propius, magis prope, ac ſi diceret, Ita quidem pugnabant eminus, ſed ſi hoſtes cominus acceſſiſſent, tũc Romani multo magis virtutem oſtendebãt. [Rem gerere] .ſ.apud Zamam Metellus cum maxime intentus eſſet oppugnationi vrbis, ſenſit poſt ſe tumultum hoſtilem, non.n.caſtra longe aberant. [Tumultum] .i.ſtrepitũ. [A tergo] Videlicet poſt ſe. [Accepit] .i.audiuit. [Deinde conuerſo equo] Expreſſit geſtum Metelli, ſed ad clamorẽ conuertentis. Metellus equũ conuertit & vidit Romanos ad ſe fugientes. [Igitur] Vide quõ imperator periculo prouidit. Statim cũ equitatum C. Mariũ ad caſtra miſit, & lachrymans rogauit illũ, ne permitteret aliq̃ ignominiam & contumeliam in exercitu iam victore, & ne hoſtes multos abire permitteret. [Ac ſtatim C. Marium].ſ.miſit. [Cohortibus ſociorũ].i.cum cohortibus, quas ſocij populi Romani miſerant per amicitiam, quæ erat ei cũ Mario. [Ille] .ſ. Marius. [Breui] .ſ. tempore. [At Iugurtha] Dicit, quid fecerit Iugurtha qui caſtra Rom. irruperat. poſtquam Marius cum equitatu ſuperuenit, Iugurtha ex caſtris egredi volebat ſed munimentis impediebatur, tamen multis amiſſis euaſit, & ſe in loca tuta recepit. [Munimento] .ſ. caſtrorum.ſ.vallo & foſſa. [Super] Ecce quõ vallo caſtra erãt munita, in anguſtijs.ſ.portarum, multi dum per locum anguſtũ erũpere conãtur, ſibi inuicem nocebant. [Officerent] .i. nocerent. [Infecto negocio] Quia vrbem expugnare non potuit. [Igitur] Quia prima die vrbem expugnare non potuerat, vel quia Iugurtha caſtra inuaſerat, deducto præſidio, dum non timeret Metellus cum ſequenti die iterum ad oppugnandam vrbem reuerteretur, omnem equitatum in præſidio diſpoſuit ante caſtra. [Pro caſtris] .i. ante caſtra. [Agitari] i.eſſe. [Tribunis diſpertit] Vt diligenter cuſtodirent caſtra.

MARL. REMISSIS] Quietis & nihil tale timentibus. [Pro moribus] Pro ingenio ſuo. [Rom. nominis] i. gloriæ. [Fruſtrari] Vel fruſtrari quia nunquam tela incaſſum emittebant. [C. Marium] Scilicet miſit. [Per remp.] Per pietatem patriæ. [Officerent] Eſſent ſibi impedimento. [Munita] Saltuoſa. [Agitare] Morari & locum capere. [Tribuni] Scilicet militum.

MAGNA pars, vulnerati aut occiſi ſunt] Sunt, nõ eſt in vllo manuſcripto, ac rectius ſubauditur. [Neque inde maxima vi depelli quiuerunt] In nonnullis, quiuere. [In loca munita ſeſe recepit] In quibuſdam, recepit tempore præſenti. Mox. [Igitur poſtero die priuſquam ad oppugnandum egrederetur] Ita manuſcripta quoque. Sed in quibuſdam eſt regrederetur, id quod ſenſus quidem non repudiat. Nam & ſuperiore die fuerat oppidum aggreſſus, tametſi infecto negocio reuerſus in caſtra eſſet.

ASCAN. DVM apud] Proſequitur reliquam oppugnationem Zamæ commemorans vt illi Iugurtha ſuppetias tulerit, dicens; Dum certamẽ fit apud Zamã.i.oppidum illud Numidiæ, Iugurtha inuadit cũ magna manu hoc eſt multitudine militũ caſtra hoſtiũ .ſ. Romanorũ, ea improuiſo.i.ipſis Romanis nõ prouidẽtibus (& hoc remiſſis.ſ.ad caſtra Iugurthina protegendã, ijs ſup qui erãt in p̃ſidio.ſ.oppidorum, aut potius, ijs qui erant prius in præſidio oppidorũ remiſſis.i.iterũ in exercitũ Iugurthę ad Romanos oppugnandos miſſis, potius.n. videtur voluiſſe Romanos reprimere ab oppugnatione, quã caſtra ſua defendere quæ in locis inacceſſibilibus fere habebat, ſed potiſſimũ dicemus ſic, & irrumpit portam.ſ. caſtrorum, & hoc remiſſis.i.remiſſe agentibus & quietis ac minime ſolicitis, ijs.ſ.Romanis qui.ſ.derelicti à Metello, erant in præſidio hoc eſt protectione caſtrorũ, & expectantibus magis omnia.ſ.quæ euenire poſſint, quam prœlium, cum exercitus potiſſima pars ad oppugnationem oppidi intenta eſſet. At.i. ſed noſtri .ſ. milites qui in p̃ſidio erant perculſi repentino metu, conſulunt. pro moribus.i.vt ex more fit proſpiciunt quiſque ſibi, alij fugere.i.fugiebant, alij capere.i.capiebãt arma, & magna pars.i.ipſi pro magna parte ſunt vulnerati aut occiſi [Cęterũ].i. ſed al.ſ.milites Rom non amplius .ſ.eo numero, ex omni.i.tota multitudine memores nominis.i famæ & laudis ac decoris R cępere grege.i.globo quodã facto, locum paulò editiorem.i.altiorem quàm alij.ſ.cœperant, aut quàm alij loci eſſent, neque quiuerunt depelli inde, ab eo loco altiore, magna vi.i.impetu Iugurthinorum, ſed remittere.i.remittebant tela miſſa eminus, id eſt de lõge ab Iugurthinis & ita ipſi pauci.i.cum eſſent pauci, & ita non poſſent faciliter telis contingi, fruſtrari, id eſt fruſtrabantur, minus in pluribus, id eſt remittẽdo tela in plures, ſin, hoc eſt ſed

ſi Numa-

ſi Numidæ acceſſiſſent propius, oſtendere.i.oſtendebant vero.i. maxime.i.ibi in congreſſu, virtutem.ſ. ſuam & cędere.i cędebāt, fundere.i.fundebant. atque fugare.i.fugabant maxime eos qui acceſſerant propius. [Interim Metellus cum gereret rem] .i.oppugnationem oppidi acerrime.i.maxime ſtrenue & acriter, accepit clamorem à tergo.ſ.venientem. Deinde equo conuerſo ſ.ad clamorem animaduertit hoc eſt intelligit fugam fieri ad ſe verſum; hoc eſt verſus ſe, ſed verſus & verſum ferè poſt ponũtur caſuali, quæ res.ſ.q ad ſe fugeretur, indicabat, fugiẽtes, ſup. eſſe populares hoc eſt fautores ſuos aut de populo ſuo. [Igitur ipſe miſit propere].i.feſtinanter equitatum omnem.i.omnes equites ad caſtra.ſ.ſua iam expugnata ac ſup. mittit ſtatim C. Marium cum cohortibus ſociorũ.ſ.equitum quos ſocij P.R. miſerunt in auxiliũ, & ipſe lacrymans obſecrat eum per amicitiam & per ſēp. ne ſinat.i.patiatur, q̃.i.aliquam contumeliam remanere in exercitu victore.ſ.prius, ne ve.i.vel ne ſinat hoſtes.ſ.Iugurthinos abire inultos.i.impunitos ille.ſ. Marius efficit breui mandata.ſ Metelli imperatoris [At Iugurtha &c.] Proſequitur reliquum euentum pugnæ docens q̃uo Iugurtha repulſus ac victus ſit. Ordo aũt eſt. At.i.ſed Iugurtha impeditus.ſ.ne libere obequitet, munimento caſtrorũ.ſ Rom. cum alij ex equitibus Numidicis, præcipitarentur ſuper vallum.i.ſepimentum factũ ex vallis.i ſtipitibus grandioribus, & alij properantes.i.feſtinantes officerent.i nocerent ipſi nedum aduerſarij ſibi.ſ.ipſis, quia in anguſtijs i.arctis meatibus caſtrorũ, recipit ſe in loca munita.ſ.naturali munitione, & hoc multis amiſſis.i.poſtq̃ multos amiſerat. Metellus poſtq̃ non adeſat reuertitur cum exercitu in caſtra.ſ.ſua, negocio ſ.incępto infecto.i.non perfecto.hoc eſt expugnatione non obtẽta. Igitur quia ab rege pridie eius diei circumuenti fuerant, & ad oppugnationem reuerti cõſtituit, ipſe poſtero die priuſq̃ egrederetur ad oppugnandum.ſ.oppidum, iubet oẽm equitatum agitare.i.curare res ſuas, aut more eorũ qui feras agitãt obequitare, pro caſtris .i.ante caſtra ſua in ea parte qua aduentus regis erãt .i.qua putabat regẽ aduenturũ auxilio ſuorũ, & diſpartit i.inter diuidit portas ſ.caſtrorũ & loca proxima ſ.portis aut aduentui regis, tribunis militũ, deinde pgit ad oppidũ, atq; aggredit̃ murũ.ſ.oppidi, vti .i.quemadmodum ſupra greſſus erat die ſuperiore, id eſt priore.

INTERIM Iugurtha ex occulto repente noſtros inuadit, qui in proximo locati fuerant, pauliſper territi perturbantur: reliqui cito ſubueniunt. Neq; diutius Numidę reſiſtere quiuiſſent, ni pedites cum equitibus permiſti, magnam cladem in congreſſu facerẽt, quibus illi freti, non vti equeſtri prœlio ſolet ſequi, deinde cedere, ſed aduerſis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem, ita expeditis peditibus ſuis; hoſtes penè victos dare. Eodem tempore apud Zamam magna vi certabatur. Vbi quiſque legatus aut tribunus curabat, eo acerrime niti, neque alius in alio magis, quàm in ſeſe ſpem habere, pariterque oppidani agere, oppugnare, aut parare omnibus locis, auidius alteri alteros ſauciare, quàm ſemet tegere, clamor permiſtus hortatione, lætitia gemitu, item ſtrepitus armorum ad cœlum ferri, tela vtrinque vola. Sed illi, qui mœnia defenſabant, vbi hoſtes paululum modo pugnam remiſerant, intenti pręlium equeſtre proſpectabant. Eos, vti quæque Iugurthę res erant, lętos modo, modo pauidos animaduerteres, ac ſicuti à ſuis audiri, aut cerni poſſent, monere alij, alij hortari, aut manu ſignificare, aut niti corporibus, huc & illuc quaſi vitabundi, aut iacientes tela agitare. Quod vbi Mario cognitum eſt: nam is in ea parte curabat, conſulto lenius agere, ac diffidentiam rei ſimulare, pati Numidas ſine tumultu, regis prœlium viſere. Ita illis ſtudio ſuorum abſtrictis, repente magna vi murum aggreditur, & iam ſcalis aggreſſi milites, propè ſumma cęperant, cum oppidani concurrunt, lapides, ignem, præterea alia tela ingerunt. Noſtri primo reſiſtere, deinde vbi vnæ, atque alteræ ſcalæ comminutæ ſunt, qui ſuper, ſteterant, afflicti ſunt, cæteri quoquo modo potuere, pauci integri, magna pars confecti vulneribus abeunt. Denique vtrinque prœlium nox diremit.

QVI in primo] Ordo eſt, illi qui erant locati in proximo pauliſper territi perturbabantur. [Qui in proximo locati] .i. poſiti illi qui erãt magis vicini Iugurthæ.i.illi quos primos Iugurtha inuadens inuenit. [Perturbantur] .i.diſſipãtur. Dicit aũt Iugurtha inuaſiſſe, non eos qui cum Metello erant in oppugnatione vrbis, ſed equitatũ, qui in præſidio caſtrorum relictus erat. Et Iugurtha noua alteraq; ratione inſtructus venerat. Nam cum equitibus pedites miſcerat; ita vt in conflictu ipſo noua ratio dimicandi Rom. vehementer perturbaret, atque confunderet. [Neque diutius Numidæ reſiſtere quiſſent].i non potuiſſent diutius reſiſtere. [Quibus].ſ pedibus. [Freti].i.confiſi. Ordo eſt pendens à ſuperiori. [Quibus.ſ.peditibus illi freti, non ſequi proſequebantur. [Deinde] Cedere pro recedebant, ſicuti ſolet fieri in equeſtri prœlio. [Sed cõcurrere] Pro cõcurrebãt equis aduerſis, & implicabant ac perturbabant aciem. In equeſtri prœlio ſolet hic modus eſſe pugnandi, vt equites hoſtem inuadant, & poſt impreſſionem non terga vertant ſed retro paulatim cedant niſi in primo concurſu hoſtem fuderent. Sed Iugurtha, in hoc equeſtri prœlio aliam rationem pugnam diſeruauit. Nam cum pedites equitibus admixtos haberet, in hoſtem concurrit equis aduerſis, nec retrocedit, ſed ſe cũ peditibus in acies Rom. magis inferebat, atque implicabat [Cedere].i.cedebãt .i.retrocedebant & ſe retrahebant. [Ita].i.hoc modo. [Expeditis peditibus].i.cum peditibus expeditis. Expediti pedites, & cohortes ex pedite ferè equitatum ſequuntur. Sunt enim leues ad curſum armis grauibus non impediti. [Hoſtes] ſ.Rom. [Penè victos dare] Numidæ cum expeditis peditibus ſuis penè Rom. vicerũt. [Eodem tpe].ſ.quo Iugurtha præſidium Romanorum inuaſit [Vbi quiſque] Ibi vehemẽtiſſime certabãt, vbi legati aut tribuni præerant. [Niti pro nitebatur].ſ.vnuſquiſque. [Oppidani] Ciues, q. in oppido erant. [Agere] Pro agebant. [Oppugnare].i. contra acriter pugnabant [Aui.] Vnuſquiſque magis auide feriebat q̃ ſeipſum regebat. [Clamor] Deſcribit ea, quæ in prœlio & pugna acerrime euenire ſolent. [Permixtus] ſ.erat. [Sed illi oppida] Si forte parumper à pugna ceſſabant ſpectabant de mœnibus prœlium equeſtre, quod Iugurtha gerebat apud caſtra Romana cũ præſidio Romanorum, quod pręlium paulò ante deſcripſit. [Eos vti qui.] Ordo eſt. Tu animaduerteres, pro animaduertere potuiſſes, eos ſ oppidanos, modo.i.aliquando lætos, modo.i.aliqñ pauidos, vti pro ſicut quæque res erant Iugurthæ. Tu inquit, vidiſſes oppidanos aliquando lætos, aliqñ triſtes, quemadmodum in equeſtri prœlio Iug. res vel aduerſæ vel proſperæ eueniebant. Nam ſi Iugurtha in prœlio videbatur eſſe ſuperior, læti erant. Si vero vinci videbatur, triſtes, & pauidi erant. [Vti quæque res erant Iugus.].ſ.vel proſperæ vel aduerſæ. [Ac ſicuti] Et illi oppidani. [Monere] Pro monebant. [Alij hortare] Pro hortabantur alios. [Aut ſignificare] Pro ſignificabant manu. [Aut niti] Pro nitebantur corporibus. [Et agitari, pro agitabant] .ſ. corpora huc & illuc, quaſi vitabundi tela. [Aut iacientes].ſ.tela, ſicuti audiri poſſent à ſuis aut cerni. Oppidani pro affectu & clamabant, & manus, ac corpora mouebant, equeſtre prœlium intuẽtes, ſicuti audiri à ſuis, videlicet à Iugurtha, & ab his qui erant cum eo, qui prœlio equeſtri pugnabant cum præſidio Rom. ita oppidani alij alios monebant, & hortabantur, tanquam ſi ita vicini eſſent, vt à pugnantibus videri, & audiri poſſent, quãuis nec audiri poſſent, nec facile videri à pugnãtibus. Aut manu ſignificare, manus mouebant tanquã aliquid monerent. [Niti corporibus] .i.nitebantur corporibus nam pro affectu animi corpora mouebant, & ſi videbant Romanum iacentem telum in Numidam, corpore vitare illud nitebantur tanquam ſi in ſe iactum fuiſſet. Similiter ſi videbant Numidam telum iacientem in Romanos, ita corpus mouebant, tanquam ſi ipſi iacerent. [Quod vbi] Marius, poſtquam vidit oppidanos, ita & oculis & animo intentos in prœliũ equeſtre, dedita opera oppugnationem remiſſius & lenius exercebat, tanquam ſi non ſperaret poſſe vrbem capere. Quo factum eſt, vt oppidani dum magis intenti efficiuntur in prœlium equeſtre, ecce repẽte Marius ſcalis murum aggreditur, & iam Rom. ſummitatem muri cęperant, cum oppidani & lapides & ignem, tela in Romanos detrudere cęperunt, atq; ita Romanos de muro deiecerunt, & nox prœlium diremit. Metellus cum videret ſe vrbem capere non poſſe, & iam æſtatem eſſe finitam, exercitum in prouinciam duxit proximam Numidiæ, prius impoſitis præſidijs in illis vrbibus, quæ ad ſe defecerant. [Quod vbi] Ordo eſt.

Marius

Marius conſulto lenius agere pro agebat, ac ſimulare pro ſimulabat differentiam & rei pati pro patiebatur. Numidas viſere prœlium regis ſine tumultu, vbi pro poſtquam, quod, id eſt illud eſt cognitum Mario, qui curabat, in ea parte. [Quod vbi cognitum eſt] Videlicet poſtquam Marius cognouit oppidanos ita intentos eſſe in prœlium equeſtre & oculis & animo. [Diffidentiam rei ſimulare] Id eſt ſimulabat ſe diffidere, & deſperare poſſe vrbē capi. [Numidas]. ſ. qui erant in oppido. [Studio ſuorū aſtrictis,] Id eſt dum affectu ſuorum intenti prœlium intuentur. [Studio ſuorum,] Id eſt affectu ſuorum [Prope ſumma]. i. fermè ſummitatem muri ceperant. [Deinde] Ordo eſt. Deinde illi qui ſuperſtiterant ſunt afflicti, vbi pro poſtquam, vnæ atque alteræ ſcalæ ſunt comminutæ. [Vnæ ſcalæ] Vnus naturaliter caret plurali tamen ſi coniungitur cum nominibus, quæ tantum numeri pluralis ſunt, pluralem. Dicimus enim vnas literas a te accepi, id eſt vnam epiſtolam, ſicuti hoc loco vnæ ſcalæ. nam ſcalæ tantum numeri pluralis ſunt.

Mari. INTERIM] Dum oppugnatur Zama. [Repente] Ex inopinato. [Perturbantur] Coguntur ſuos ordines relinquere. [Curabat] negocium habebat. [Oppidani] Zamenſes. [Parare omnibus locis]. ſ. neceſſaria omnibus partibus vrbis. [Lęticia] Quia videbant ſe victores. [Remiſerant] Quia non vehemēter oppugnabant vrbem ſed quieſcebāt. [Admouere] Vt conſtātes eſſent. [Vtabundi] Inclinantes caput. [Curabat] Oppugnabat vrbem. [Lenius] Remiſſus. [Aſtrictis] Condenſatis. [Comminutæ] Fractę. [Integri] Sine vulneribus. [Diremit] Tollit.

SEQVI, deinde cedere] manuſcriptum, dein cedere Paulò poſt. [Auidus alteri alteros fauciare, quàm ſemet tegere] Fabricianum quidam, quàm ſemetipſos tegeret. ſed in alijs nonnullis ſemetipſi. Id rectius eſſe puto, conſentiente manuſcripto quodā [Deinde vbi vnæ atq; alterę ſcalę comminutæ ſunt] τὸ Sunt, non habent codices in membrana deſcripti, neq; cęteri uetuſtiores. Et cum ſtatim ſequatur, qui ſuperſteterant afflicti, ſunt an non inelegans nimis fuerit huiuſce verbi repetitio?

Ascan INTERIM]. i. inter ea dū ſic inſultaret Metellus in exercitu. Iugurtha inuadit repēte ex occulto noſtros. ſ. milites Rom. & potiſſimum equites pro caſtris agitantes, & ij qui fuerant locati. ſ. ab imperatore, in proximo. ſ. loco ad inſultum Iugurthæ, territi pauliſper. i. per paululum temporis perturbantur. i. valde turbantur. tamen reliqui. ſ. Rom. ſubueniunt illis perturbatis cito [Neq; Numidię]. i. milites Iugurthini, quiuiſſent. i. valuiſſent reſiſtere. ſ. i. impetui Rom. diutius. i. prolixius ni. i. niſi pedites. ſ. Iugurthini callide ab eo inſtructi, permixti cū equitibus et Iugurthinis facerent in congreſſu magnam cladem. i. ſtragem Rom. incautius in equites incurrentium, quibus. ſ. pedibus, illi. ſ. equites Iugurthini freti. i. confiſi, & adiuti, non ſequi. i. non ſequebantur. ſ. prius, deinde vero cedere. i. etiam nō cedebant. i. retrocedebant vti. i. quemadmodum ſolet fieri ſup. in pręlio equeſtri. i. inter equites duntaxat habito. ſed concurrere. i. concurrebant equis aduerſis. i. ex aduerſo venientibus, & implicare. i. implicabant, & perturbare. i. perturbabant aciem. ſ. Rom. Quæ dicta eſt acies ꝙ in morem cuneorum anteriorem partem ad inſultum commode faciēdum acutiorē habet. vnde & cuneus dici ſolet, pars exercitus ſic inſtructa cunei figuram exhibeat. Ita. i. & ita dare. i. dabant, hoc eſt efficiebant hoſtes penè, id eſt quaſi victores. i. & ita parum abfuit quin Numidiæ vicerint Romanos cum peditibus ſuis expeditis, vbi cum nō ſignificat inſtrumentum ſed, comites, ſenſus. n. eſt ꝙ equites Iugurthini pugnantes cum peditibus ſuis expeditis, hoc eſt & ſimul pedites expediti quaſi vicerint Rom. propter implicationem equitum & peditum. Pedites autem & cohortes expeditæ vt alibi diximus ſequuntur ferè equitatum, vt qui ab equitibus excuſſi aut deiecti fuerint ab eis capiantur aut trucidētur, ſunt autem leniter armati, & ita ad curſum expediti cum ſint armis minime impediti, dicit aūt ſignanter penè victos, quia re vera victi non erant ne caſtris exuti, non tamen ſatis fœliciter pugnatum erat aut ab eis aut ad oppidum vt ſequentia docebūt Sanè quod etiam poetis obſeruandum eſt prudenter induxit Iugurtham ubique callidum & uerſutum ac militiæ gerendæ peritiſſimum, vnde eſt illud Horatianum in arte poetica, Aut famam ſequere aut ſibi conuenientia finge. Et paulò poſt de Homero loquens ait, Atq; ita mentitur ſic ueris falſa remiſcet, Primo ne medium, medio ne diſcrepet imum. [Eodem tempore &c.] Proſequitur reliquam pugnam apud zamam dicens, Certabatur. ſ. à Rom. eodem tempore quo cum Iugurtha qui ſubſidio uenerat certabatur, magna ui. i. violentia ac virtute apud zamam. ſ. oppidum Numidiæ, vbi. i. apud quod oppidum, quiſque. ſ. Roma. exiſtens legatus aut Tribunus curabat, id eſt accurabat negocium ſuum, ibi niti. i. nitebatur acerrime, neq; alius habere. i. habebat magis ſpem in alio quàm in ſe. ſ. ipſo. Et oppidani. ſ. zamenſes, agere. i. agebant, pariter. i. pariformiter, oppugnare. i. contra pugnabant: aut legatur pugnare. i. pugnabant, aut parare id eſt parabant ea quæ eſſent vſui, omnibus locis, & ita alteri fauciare. i. fauciabant alteros, auidius quam tegere. i. quàm tegebant ſemet ſ. ipſos. Clamor permi. hor. ſ. ſociorum, lætitia vincentium, gemitus occubantium item. i. & ſimiliter ſtrepitus armorum, ferri. i. ferebatur ad cœlum, & tela volare. i. volabant vtrinque. Sed illi qui defenſabant mœnia, vbi hoſtes. ſ. Roma. remiſerant paululū modo pugnam, intenti proſpectabant. i. porro videbant prœlium equeſtre geſtum ab equitibus Iugurthę vt viſum eſt, & ut animaduertere. i. quiuis qui adeſſet animaduerteret, eos. ſ. oppidanos modo lætos modo pauidos, vti. i. ſecundum quòd queq; res Iugur. erant. ſ. proſperæ ac aduerſæ, ac ſicuti poſſent audiri aut cerni à ſuis. ſ. conſocijs ſocis exiſtentibus, alij admonere. i. admonebant, alij hortari. i. hortabantur, aut ſignificare. i. ſignum dabant manu aut niti. i. connitebantur, corporibus, & agitare, id eſt agitabant ſup. ſe huc & illuc quaſi vitabunda. i. vitantes tella inimicorum. aut quaſi iacientes tela. Non enim reuera vitabant pro ſe aut iaciebant, ſed affectione ſuorum afficiebant & agitabantur. Quod vbi cognitum erat Mario. (Nam Marius, curabat in ea parte, vbi talia videri poterant) agere. i. agebat conſulto. i. ex conſilio & induſtria lenius. i. minus aſpere, ac ſimulare. i. ſimulabat differentiam rei. ſ. expugnationis & pati. i. patiebatur, Numidas. ſ. zamenſes viſere. i. videre prœlium regis. ſ. Iugurthæ, ſine tumultu. i. perturbatione. [Ita]. i. & ſic illis aſtrictis. i. vehementer intentis ſtudio, hoc eſt fauore & aſſenſu ſuorum, aggreditur repente magna vi murum & milites aggreſſi murum ſcalis cœperant iā prope quaſi ſumma. ſ. murorum, cum. i. quando oppidani concurrūt & ingerunt lapides, ignem, & præterea alia tela, noſtri. i. Rom. reſiſtere. i. reſiſtebant primo deinde vbi. i. poſtquam vnæ atque alteræ ſcalæ ſunt comminutæ. i. contractæ (vbi docet ſcalas tantum pluraliter dici vt etiam Seruius adnotauit) illi qui ſuperſtiterā, ſcilicet ſuper ſcalas, ſunt afflicti. i. deiecti & percuſſi. [Cæteri abeunt). i. diſcedunt ab oppugnatione quoquo. i. quocunq; modo potuere, pauci ſup. abeunt integri. i. non vulnerati nec mutilati, magna pars. i. ipſi pro magna parte abeunt, confecti. i. quaſi conſummati vulneribus, deinde nox diremit. i. diſrupit præliū vtrinque. i. ab vtraque parte cœptum.

METELLVS, poſtquam videt fruſtra inceptū neque oppidum capi, neque Iugurtham niſi niſi ex inſidijs, aut de ſuo loco pugnā facere, & iam ęſtate exactā eſſe, ab Zama diſcedit. & in his vrbibus, quæ à rege defecerant, ſatiſque munitę loco, aut męnibus erant præſidia imponit. cæterum, exercitum in prouincia, quæ proxima eſt Numidiæ, hyemandi gratia collocat, Neque id tempus ex aliorum more, quieti, aut luxuriæ concedit, ſed, quoniam armis bellum parum procedebat, inſidias regi per amicos tendere, & eorum perfidia pro armis vti parat. Igitur Bomilcarem qui Romæ cum Iugurtha fuerat & inde vadibus datis de Maſſiuæ nece clam iudicium fugerat, quod ei per maximam amicitiam, maxima copia fallendi erat, multis pollicitationibus aggreditur, ac primo efficit, vti ad ſe colloquendi gratia occultus veniat. Deinde fide data, ſi Iugurtham viuum, aut necatum ſibi tradidiſſet, fore, vt illi ſenatus impunitatem, & ſua omnia cōcederet, facile Numidiæ perſuadet, cum ingenio infido, tū metuenti, ne ſi pax cum Romanis fieret, ipſe per conditiones ad ſupplicium traderetur. Is vbi primū opportunum fuit, Iugurtham anxium, ac miſerantem fortunas ſuas accedit, monet, atque lacrymans obteſtatur, vti aliquando ſibi liberiſque, & gēti Numidarum optime meritæ prouideat, omnibus prœlijs ſeſe victos, agrum vaſtatum, multos mortales cęptos, occiſos, regni opes communitas eſſe, ſatis ſæpe iam & virtutem militum, & fortunam tentatam, caueat, ne, illo cunctante, Numidiæ ſibi conſulant.

Metellus

Sold. METELLVS) Ordo eſt. Metellus diſcedit ab Zama, & impoſuit præſidia in his vrbibus, quæ defecerant ad ſe, & quæ erant ſatis munitæ loco, aut mœnibus, poſtquam videt inceptum fruſtra. ſ. eſſe, & poſtquam videt oppidum non poſſe capi, neque Iugurtham niti, niſi ex inſidijs, aut facere pugnam ſuo loco, & poſtquam videt æſtatem iam exactam eſſe. [Niti] .i. contendere, pugnare. [Suo] .i. cõmodo, poſtquam vidit Iugurtham vel niſi ex inſidijs pugnare, vel niſi in loco ſibi cõmodo. [Neque id tempus] .ſ. hyemis. [Sed quoniam] Ordo eſt. Sed Metellus parat tendere inſidias regi per amicos .ſ. regia, & vti perfidia eorum pro armis, quoniam bellum parum procedebat armis. Senſus patet. [Parum procedebat] .i. non ſatis proſpere & fœliciter eueniebat. [Igitur Bomilcarem] Ordo eſt. Igitur Metellus aggreditur Bomilcarem, multis pollicitationibus qui fuerat Romæ cum Iugurtha, & inde fugerat clam iudicium de nece Maſſiuæ, vadibus datis, dico aggreditur Bomilcarem, quia maxima copia fallendi erat ei, per maximam amicitiam. Bomilcar, ſicut ſupra dixit, propinquus erat Iugurthæ, & ei maxime fidus. Ergo Metellus tentauit per Bomilcarem, ſi Iugurtham vel viuum, vel mortuum habere poſſet. Hac vero de cauſa impetrauit poſſe inducere Bomilcarem ad proditionem, quia Bomilcar cum Romæ accuſatus eſſet ꝙ Maſſiuam interfici fecisſet, vadibus datis iudicium fugerat. Nunc ergo timebat Bomilcar, ne ſi pax inter Romanos & Iugurtham fieret, ipſe in conditionibus pacis Romanis ad ſupplicium traderetur. [Deinde fide data] Ordo eſt. Deinde Metellus facile perſuadet Numidæ, tum .i. partim infido ingenio, tum .i. partim metuenti, ne ipſe per conditionem traderetur ad ſupplicium, ſic pax fieret cum Romanis, ideo perſuadet data fide fore, vt ſenatus concederet illi impunitatem, & ſua omnia, ſi tradidiſſet ſibi Iugurtham viuum aut necatum. [Fide data] Dare fidem eſt promittere. [Data fide] .i. cũ promiſiſſet. Quid promittebat Metellus, promittebat fore, vt ſenatus concederet illi immunitatem ſceleris, quo Maſſiuam interfici fecerat ſua omnia. [Impunitatem] Ne puniretur pro eo ſcelere. Nam merebatur vltimum ſupplicium .i. mortem. [Sua omnia] Nam omnia quæ poſſidebat publica fuiſſent. [Per conditiones] Videlicet in conditionibus pacis. [Is vbi primum] Dicit quomodo Bomilcar verbis ſuis regem ad deditionem inclinauit. [Is] .ſ. Bomilcar. [Vbi primum] .i. cum primum opportunitatem habuit. [Cõminutas] .i. debilitatas, & fractas. [Illo cunctante] .i. tardante. O Iugurtha, caue nedum tu prouidere tardas Numidis, ipſi per ſe ſibi prouideant. [Conſulant] .i. prouideant.

Marl. EX inſidijs) Quia aperto marte nolebat pugnare. [Et more aliorum] Imperatorum. [Vadibus] .ſ. quinquaginta de iudicio ſui. [Aggreditur] Tentat. [Sua omnia] .ſ. bona. [Facile] Emphaſim habet, q. d. falaci. [Ingenio] Natura [Anxium] Dolentem. [Fortunas] .ſ. aduerſas. Nam dolebat ſe partem regni & exercitus amiſiſſe. [Aliquando] Tandem poſt multa clades. [Conſulant] Faciant deditionem.

AVT de ſuo loco pugnam facere) Quanquam eleganter addi præpoſitio videtur, ea tamen in manuſcriptis cęteriſq; vetuſtioribus non eſt. [Et in his vrbibus, quæ ab rege defecerant] In alijs quibuſdam, quæ ad ſe defecerant. Priorem lectionem citat lib. 8. Priſc. pro à rege deſciuerant, vt ipſe interpretatur. Proinde relinquendam puto. Quanquam, utrocunque modo legas, eſt idem vtrobique ſenſus [Vti ad ſe colloquendi gratia occultius ueniat] In quibuſdam, occulte. Id ex gloſſa irrepſiſſe ſuſpicor. Plus eſt enim elegantiæ in lectione priore, quamuis vtrũque latine dicatur. Paulò inferius. [Multos mortales captos] Lege mortaleis. [Et genti Numidarum optime meritæ] Eſt in manuſcriptis quibuſdam, optime merenti.

Ascen. METELLVS) Proſequitur reliqua Metelli facinora commemorans quomodo à zama diſceſſerit ac dicens. Metellus obi .i. poſtquam uidet eſſe inceptum .ſ. de expugnatione fruſtra .i. nequidquam, ad nullum cõmodum, neque oppidum capi ſup. poſſe Iugurtham niti .i. obſeruare, neque facere pugnam .i. poteſtatem pugnandi niſi ex inſidijs aut ſuo .i. ſibi opportuno & quo uellet loco, & uidet etiam ęſtatem eſſe exactam .i. præterijſſet & conſumptam eſſe, diſcedit ab zama, & ponit pręſidium in his urbibus quæ defecerant .i. per defectionem ſe dereliquerant ad Iugurthinas partes faceſſentes, aut qui de factione Metelli ad Iugurthæ factionem, aut partea abiuerant id enim eſt deficere, unde accipitur actiue pro derelinquere, ut tempus nos deficiet prius quam res. Inde etiam defectio .i. talis diſceſſio à fide priore. Sed quæ sas, ſi defecerant quomodo præſidia impoſuerit? uerum dicemus quod eas iterum cœperit, uerior tamen lectio eſt, non ab ſe, ſed ad ſe, ut ſit quæ defecerãt .ſ. à Iugurtha ad ſe, quia dictũ eſt quod in illi ſeſe dediderant, non tamen omnibus impoſuit, ſed his tantũ. quæ erant ſatis munitæ loco .i. naturali ſitu, aut mœnibus .i. munitionibus murorum quod ideo fecit, quia oppida non ſatis tuta contra præcallidum hoſtem defenſare temerarium fuiſſet. Et collocare cęterum exercitum .i. reliquam partem exercitus quam non imponebat oppidis præſidio, in prouincia .ſ. Africana. quæ aut qua parte ex proxima Numidiæ, gratia hyemandi .i. hyemis tranſigendæ. Hyemare enim ſeu hybernare & æſtiuare accipiuntur interdum pro Hyemem & æſtatem agere. Per ſius. Hybernat q; meum mare. Neque concedit militibus ſup. id tempus .ſ. hyemationis quieti, aut luxuriç, ex more aliorum .ſ. imperatorum negligentius agentium ut Albinus & Aulus fecerant. Sed quoniam bellum parum procedebat .ſ. ad exitum optatum armis .i. ui. parat tendere regi .ſ. Iugurthæ inſidias, per amicos .ſ. eius, quos non ſatis firmos ſperabat .i. per illos quos ille in amicis habebat. & parat uti perfidia eorum .ſ. amicorum regis, pro armis .i. loco armorum. Igitur, quia ſic conſtituerat facere, aggreditur Bomilcarem, qui fuerat Romę cum Iugurtha, ac cito ad iudicium faciendum, & qui uadibus dans .i. poſtquam Iugurtha quinquaginta uades pro ſe, & pro eo dederat, fugerat clam, id eſt occulte, iudicium .i. ſententiam iudicatiuam de nece Maſſiuæ, qua Bomilcaris accuratione patratam ſupra dixera. Aggreditur dico multis pollicitationibus, quod .i. quia, maxima copia fallẽdi erat ei per maximam amicitiam, eo quod Iugurtha ei maximam fidem habebat ob ueterem amicitiam (ſed inimici hominis, domeſtici eius) ac Metellus efficit primo ut ad ſe ueniat Bomilcar gratia colloquendi, deinde fide .ſ. nomine reip. data ſupp. pollicetur aut promittit fore .i. futurum ſi tradidiſſet Iugurtham uiuum aut necatum, ut concederet illi impunitatem ſenatus .i. ueniam ab ſenatu de cõmiſſis in Maſſiuam & omnia ſua .i. ad eum pertinentia alioquin. Et perſuadet facile Numidæ, non dicit Bomilcari, ſed Numidæ, q. d. ut Numidæ, quia Numidis uarium eſt ingenium & perfidiæ commodum, unde addit Numidæ, tum .i. ſimul ingenio .i. naturali inclinatione infido, tum .i. ſimul, metuenti .i. quia metuebat ne ſi pax fieret cum Romanis ipſe traderetur ad, ſupplicium per conditiones .ſ. pacis. [Is ubi primum &c.) Cõmemorat qua calliditate Bomilcar Iugurtham aggreſſus ſit conatus illi deditionem perſuadere & quonam uſque illum perpulerit dicens. Is .ſ. Bomilcar ſolicitatus promiſſis Metelli, ubi .i. ut primum fuit opportunum .i. tempeſtiuum uiſum, accedit Iugurtham anxium de futuro exitu, ac miſerantem .i. quaſi deplorãtem fortunas ſuas .ſ. præteritas quę malæ fuerant, & ita opportunum fuit, quia dum animus in dubio eſt, facili momento huc uel illuc impellitur. [Monet) .ſ. Bomilcar Iugurtham, atque lacrymaos obteſtatur .i. obſecrans productis lacrymis in atteſtationẽ ſinceræ precationis, uti .i. ut Iugurtha prouideat i. prouide conſulat & proſpiciat, aliquando .i. tandem, ſibi .ſ. ipſi, & liberis .ſ. ſuis & genti Numidarum meritæ .ſ. de ſe in fide conſeruanda optime .i. ſumme, bene, & ſup. monendo dicit, ſeſe .i. ſeipſos, quia unus erat, illorum, uictos, omnibus prœlijs, agrum .ſ. Numidicum, uaſtatum ſup. eſſe, moltos mortaleis .i. homines, captos, & opes .i. facultates & diuitias regni eſſe cõminutas & uirtutem militum ac fortunam eſſe tentatam .i. expertam paſſiue, iam ſatis ſępe, & monet ſup. vt caueat ne illo cunctanta .i. hęſitante in mora Numidę conſulant .i. proſpiciant de ſalute ſibi .ſ. ipſis, hoc eſt Numidis.

HIS, atque talibus alijs ad deditionem animum regis impellit. Mittuntur ad imperatorem legati, qui Iugurtham imperata facturum dicerẽt, ac ſine pactione ſeſe, regnumque in illius fidẽ tradere. Metellus propere cũctos ſenatorij ordinis ex hybernis accerſiri iubet, eorum & aliorũ, quos idoneos ducebat, cõſiliũ habet. Ita more maiorũ ex cõſilij decreto, per legatos Iugurthæ imperat, argẽti pondo ducẽta millia, elephãtos omnes, equorum & armorum aliquantulum. Quę poſtquam ſine mora facta ſunt, iubet omnes perfugas vinctos adduci. Eorum magna pars, vti iuſſum erat, adducti, pauci, cum primum deditio cœpit, ad regem Bocchum in Mauritaniam abierant.

HIS verbis) His, inquit, verbis induxit Iugurtham, vt deditionem faceret. [Imperata] Quidquid imperaſſet Metellus ſcđm conſuetudinem maiorũ. Metel. cum ſibi ꝑ lega-

tos Iugurtha deditionem offerret, omnes ſenatorij ordinis ad ſe ex hybernis vocari iuſſit, vt ex conſilio eorum deditionem acciperet. [Ex hybernis] Ex manſionibus, vbi hyemabant. [Acceſiti] s vocari ad ſe Et vtrunque arceſſo & acceſſo dicitur. [Eorũ] .ſ. virorũ ordinis Senatorij. [Ducebat] .i. exiſtimat. [Facta ſunt] ſ. à Iugurtha. Nam illico Iugurtha fecit, quidquid ſibi imperatũ fuerat à Metello. [Vinctos] Ligatos. [Igitur] Dicit Iugurtham iterum mutauiſſe animum, & bellum renouaſſe contra Romanos, dum Metellus iuſſiſſet regem ipſum Tiſidium venire ad ſe.

Marl. IMPELLIT) Quaſi cogit nõ ſtimulat. [Aliorum] .ſ. grauiſſimorum hominum.

EORVM, & aliorum, quos idoneos ducebat, conſilium habet) Manuſcriptum eorum atque aliorum. quomodo & impreſſa vetuſtiora.

Ascen. BOMILCAR impellit his .ſ. verbis, & rationibus & alijs talibus .i. conſimilibus animum regis, ad deditionem .ſ. faciendam & ita legati mittuntur ad imperatorem .ſ. Metellum qui dicerent Iugurtham facturum Iperata .i. quæcunque imperaret, ſic dicerent Iugurtham tradere regnum ſuum in fidem illius ſine vlla pactione .i. exceptione per pactum. [Metellus vbi legati venerant, iubet cunctos) .ſ. Romanos qui in exercitu erant ordinis Senatorij, hoc eſt patricios omnes, acceſſi .i. aduocati, propere .i. feſtinanter, ex hybernis .i. locis vbi hyemabant, & habet cõſilium eorum atque aliorum .i. alterius ordinis, quos ducebat .i. exiſtimabat idoneos .ſ. ad conſultationem, ita imperat Iugurthæ per legatos, ea decreto conſilij .ſ. publici, more maiorum .i. ſicut priſci Romani conſueuerant mandare, vt ſup. tradat, aut imperat .i. præcipit danda ducenta millia pondo, id eſt librarum argẽti, omnes elephantos & aliquantulum .i. certam partem equorũ & armorum. Quæ poſtquam facta ſunt ſine mora. [Iubet] .ſ. Metellus omnes perfugas adduci .ſ. ad ſe vinctos, magna pars eorum .i. ipſi pro magna parte adducti ſunt, vti .i. ſicuti erat iuſtum, pauci abierant in Mauritaniam ad regem Bocchum cũ primum deditio cœpit .ſ. agitari aut fieri.

IGITVR Iugurtha vbi armis, viriſq́; & pecunia ſpoliatus eſt, dum ipſe ad imperandum Tiſidium vocaretur, rurſus cępit flectere animũ ſuum, & ex mala cõſciẽtia digna timere. Denique multis diebus ꝑ dubitationem cõſumptis, cũ modo tædior rerum aduerſarũ omnia bello potiora duceret, interdum ipſe ſecum reputaret, quàm grauis caſus in ſeruitiũ ex regno foret, multis, magniſque præſidijs nequidquam perditis, de integro bellum reſumit: & Romæ ſenatus de prouincijs cõſultus, Numidiam Metello decreuerat. Per idẽ tẽpus Vticæ forte C. Mario per hoſtias dijs ſupplicanti, magna, atque mirabilia portẽdi aruſpex dixerat proinde, quæ animo agitabat, fretus dijs ageret, fortunam quàm ſæpiſſime experiretur, cuncta proſpere euentura. At illum iam antea conſulatus ingens cupido exagitabat, ad quem capiendum præter vetuſtatem familiæ, * omnia abunde erant, induſtria, probitas, militiæ magna ſciẽtia, animus belli ingens, domi modicus, libidinis & diuitiarum victor, tantũmodo gloriæ auidus. Sed is natus, & per omnem pueritiã Arpini altus, vbi primum ætas militię patiẽs fuit ſtipẽdijs faciundis nõ Gręca facundia, neq; vrbanis mũditijs ſeſe exercuit, ita inter bonas artes integrum ingenium breui adoleuit. Ergo vbi primum tribunatum militarem à populo petit, pleriſque faciem eius gnorantibus, facile notus per omnes tribus declarat. Deinde ab eo magiſtratu alium poſt aliũ ſibi deperit: ſemperq́; in poteſtatibus eo modo agitabat, vt ampliore, quàm gerebat, dignus haberetur. Tñ is ad id locorũ talis vir (nam poſtea ambitione præceps datus eſt) Conſulatum appetere non audebat. Etiam tũ alios magiſtratus plebs, cõſulatum nobilitas, inter ſe per manus tradebat. Nouus nemo tam clarus, neq; tam egregius factis erat, quin is indignus illo honore, & quaſi pollutus haberetur.

* alia omnia.

Sold. IGITVR) Ordo eſt, Iugurtha rurſus cœpit flectere animum ſuum, & timere digna ea male conſcientia, dum ipſe vocaret. Tiſidium ad ipſum Imperatorem, vbi pro poſtquam eſt ſpoliatus viriſque & armis & pecuniæ, ſenſus patet. [Ea mala conſcientia] Ille habet malam conſcientiam, qui ſcit ſe multa mala perpetraſſe, ideo Iugurtha, quia ſciebat ſe multa mala commiſiſſe, timebat ne pro illis puniretur. [Digna] Videlicet mala, ſicuti merebatur. [Denique] Ordo eſt, Denique Iugurtha de integro ſumit bellum, multis & magnis præſidijs perditis, ne quidquam conſumptis multis diebus per dubitationem, cum pro quando modo, id eſt aliquando duceret omnia potiora bello, tædio rerũ aduerſarum. & quando interdum ipſe reputaret, ſecum, quã pro quantum eſſet grauis caſus ea regno in ſeruitium. Iugurtha diu dubitauit, an bellum renouaret, an non. Nam aliquando putabat omnia eſſe meliora quam bellum quãdo cogitabat ſe toties eſſe victum. Sed rurſus quando cogitabat, quam graue eſt ea rege ſeruum fieri, mutabat animum. Igitur cum multos dies in hac dubitatione conſumpſiſſet, tandem bellum renouare decreuit. [Potiora,] Id eſt meliora. [Duceret,] Id eſt putaret. [Caſus] .i. ruina. [Multis magniſq́; pręſidijs perditis nequidquam] Nam pecuniam, & arma, & equos Romanis tradiderat. [Nequidquam] i. fruſtra. [Et Romæ] Dicit ſenatum eo tempore decreuiſſe Numidiam Metello in ſequentem annum, ſed hoc poſtea populus irritauit, facto conſule C. Mario, & ei decreta Numidia, nam maior eſt auctoritas populi, quam ſenatus. [Senatus de pro. con.] i. rogatus ſenatus cõſules creare non poterat. Sed conſulib. creatis, prouincias decernere poterat, & finito anno eis imperiũ prorogare, & tũc non cõſules, ſed proconſules dicebantur. [Per idẽ.] ſ. eodẽ tpe C. Marius ſępe in aĩo ſuo conſulatũ concipiebat. Sed quia homo erat nouus, & ignobilis gñe, non audebat petere tantum magiſtratum. Sed cum Vticæ ſacrificaret, aruſpes dixit magna & mirabilia C. Mario portendi, hortatusque eſt illum, vt experiretur, an aſſequi poſſet id quod animo cupiebat. Quod cum Marius intellexiſſet animum ad conſulatum intendit, nec ceſſauit, donec factus eſt conſul. [Per idem tempus] Ordo eſt, Aruſpex per idem tempus dixerat, C. Mario Vticæ forte ſupplicanti dijs per hoſtias magna atque mirabilia portendi. Aruſpices dicebantur, qui per qualitatem hoſtiarum deorum voluntatem explorabant, & extis earum inſpectis futura præuoſcebant. Virg. in iiij. Aeneid. Pecorumque recluſis Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta. Duo autem hoſtiarum genera erant. vnum, in quo per exta voluntas deorum diſquirebatur, alterum, in quo ſola anima ſacrabatur. Vnde aruſpices has vocabant hoſtias animales. Porrò per hoſtias aruſpices, ita auſpicia captabant, videlicet, vt ſi hoſtia ab ara effugiſſet, aut percuſſa mugitũ dediſſet, aut in aliam partem corporis, quam oportebat, cecidiſſet, triſtia portenderet. Et huiuſmodi auſpicia piacularia appellabantur. Si autem cor in extis, aut caput in iecinore non fuiſſet, peſtifera auſpicia dicebantur, quia triſtitia ſimiliter portendebant. Si autem exta integra, læta, ac vigentia fuiſſent, felicia oſtẽdebant. Exta autem dicta ſunt, quòd ea dijs proferentur, quæ maxime extent, eminentque, ſicuti intra corpus cor, & iecur, prę cæteris partibus maxime eminens. [Per hoſtias] Beſtiæ, quæ dijs immolabantur, aut hoſtiæ dicebantur, aut victimæ, hoſtiæ dicebantur, quæ ſacrificabantur ab his qui contra hoſtem ibant, victimæ quæ ſacrificabãtur ab his, qui ea hoſte victoriam reportarent. [Magna mirabilia portendi,] Id eſt denunciati, ſignificari, oſtendit. [Proinde] Subaudi dicebat aruſpex, vt ideo Marius fretus dijs ageret ea, quæ iactitabat animo, & quam ſæpiſſime caperiretur fortunam. [Fretus dijs,] Id eſt confiſus dijs qui per exta oſtendebant voluntatem ſuam. Nam quia per exta oſtendebant dij ſe velle, vt Marius magnus, & mirabilis euaderet, ſicuti euaſit. [Experiret,] Id eſt tentaret. [Omnia proſpera euentura,] Scilicet dicebat aruſpex. [At illum] Dicit quid cõcupierit antea Marius. [Præter vetuſtatem familiæ] Nihil ad capiendum conſulatum Mario deerat, niſi vetuſta familiæ. Neque enim nobilis ex antiqua familia Romana erat, licet, ciuis eſſet, ſed erat ex Arpino, quæ eſt ciuitas Campaniæ. [Induſtria] Induſtria proprie dicitur exercitata vis ingenij. [Militiæ magna ſcientia] Quia ſemper in bello verſatus erat. [Animus belli ingens] Belli aduerbialiter poſitum eſt, ſicut & domi, id eſt in bello magnum animum habebat, in pace moderatum, ac temperatum. [Animus ingens,] Scilicet erat Mario. [Domi,] Id eſt pace. [Libidinis & diuitiarum victor] Vel animus victor, vel certe Marius. [Sed is] Marius inquit Arpini natus & educatus, cum primum per ætatem potuit, in militia ſe exercuit, non in literis. [Sed is natus] Ecce quomodo vetuſtas familiæ Mario deerat. [Stipendijs]

dijs]Stipendium proprie dicitur præmium militare à ſtirpe danda. Stipem nummum ſignatum dixerũt antiqui à ſtipendio.i.cõponendo.nam qui maiorem numerum pecuniarum accipiebant non in area ponebant, ſed in aliqua cella ſtipabant. i.componebant,quominus loci occuparet.[Non græca facundia].i.eloquẽtia,non ſe ad eloquẽtiam græcam exercuit.[Tribunatũ mil.[Petit,vt eſſet trib.mil.eiuſmodi honores dabantur per populum in comitijs.[Faciem eius ignorantib.[Marius,quia ſemper in bello verſatus erat magis nomine & fama, quam facie notus erat populo.Cum ergo in comitijs Tribunatũ peteret militarem, multi neſciebant quis eſſet Sed poſtquam dictum eſt,eum eſſe Caium Marium, cuius fama in bello data erat, omnes tribus eum tribunum declarauerunt.[Declaratur]Enunciatus tribunus. [Agitabat].i. agebat. [Quam gerebat].i.adminiſtrabat.[Tamen is ad id locorum talis vir conſulatum petere non audebat] Quamuis talis eſſet vir C.Marius,tamen vſque ad id tempus nõ audebat petere conſulatum,quia videbat hunc magiſtratum ſolummodo nobilibus demandari ſe autem ignobilem, & nouum hominem eſſe intelligebant.[Is talis vir].ſ.Marius.[Ad id locorum].i.vſque ad id tempus,ſicuti ſupra dixit.Iugurtham vbi gẽtium foret. [Nam poſtea ambitione præceps datus eſt]Dicit ꝙ C.Marius vſque ad id tempus non audebat petere conſulatum. ſed poſtea ſupra modum ambitioſus fuit in petendis honoribus. Nam ſepties conſul fuit, quod raro alij alicui contigit.Ambitio proprie dicitur honoris cupiditas.[Præceps datus eſt].i.præcipitauit ſe ambitione, quia ſupra modũ procliuis fuit ad honores, [Et tum].i.eo tempore.Alios,inquit, magiſtratus plebs adminiſtrabat.præter Conſulatum,quem nobiles tãtummodo aſſequebantur.Ordo eſt, Et tum pro tunc plebs tradebat inter ſe alios magiſtratus, ſed nobilitas tradebat conſulatum inter ſe per manus.[Per manus].i.per ſucceſſionem, quia cum aliquis nobilis deponebat conſulatum,alij nobili tradebant conſulatum, & ita eum magiſtratum ſola nobilitas adminiſtrabat.[Nouus].i.ignobilis genere,videlicet,qui non eſſet ea antiqua familia Romana. licet aliquis clarus & nobilis eſſet factus,ſi non erat nobilis genere,ad cõſulatum aſpirare non poterat.[Quin].i.qui nõ.[Pollutus].i.maculatus. Si quis nouus cõſulatum eſſet adeptus,eo honore nõ ornari & decorari,ſed pollui,& quaſi maculari videbat.

Mari. VIRIS) Quos ad Metellum miſerat.[In ſeruitium]In ſeruitutem Sen.Grauiſſimum eſt de regno cadere.[Vticæ]Vtica ſecunda à prima Carthagini eſt,in ſinu qui vulgo dicitur il Golfo de Barbaria. [Ingens cupido]Magna cupiditas.[Abũde erãt] Suppeditabant.[Induſtria]Rerum prudentia.[Probitas]Integritas vitæ.[Modicus] Temperatus quotidiano victu.[Victor libidinis & diuitiarum]Quia erat earum contemptor.[Gloriæ auidus]Vnde Quintilianus detur mihi ille puer cuius ingenium fama excitet.[Altus] Educatus. [Aetas primum militiæ]Vbi primum per ætatem militiam tolerare potuit.[Integrum]Non pollutum.[Adoleuit]Creuit in magnam præſtantiam.[Agitabat] Viuebat,[Talis]Tã clarus vir.[Præclarus] Excellens virtutibus [Indignus]Præter Marium quem illo dignum cenſuerunt.[Pollutus]Contaminatus.

DVM ipſe ad imperãdum Thiſidium vocaretur]Codex in pergamenis deſcriptus,cum ipſe ad imperandum.pro vt ei imperaretur.nam paſſiue ponitur. Id cum aſcriptum habet in margine exemplar Fabricianum,tum Seruius annotauit in Aeglogã viij. Maro. Sic Poeta, Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis,pro,dum incantatur.Sed & alibi Sal.Pauca ſupra repetam inquit,quo ad cognoſcendum omnia illuſtria magis.pro,vt cognoſcantur. Eſt in margine exemplaris Baſilienſis annotatum ad imperatorem ſed dictis liquet,vulgatam lectionem bene habere.Qui adiecit,non videtur hunc intellexiſſe locũ,Paulò poſt. [Interdum ipſe ſecum reputaret]Manuſcripta,ſecum ipſe. quomodo & impreſſa quædam. Mox.[Deintegro reſumit bellum] In manuſcriptis ceteriſque vetuſtioribus,deintegro bellum ſumit.Sed mihi prior lectio bene habere videtur, & eſt familiaris veteribus abundantia illa præpoſitionis Re.licet idem ſit vtrobique ſenſus.pro,inſtaurat renouatque bellum.[Ad quem capiẽdum,præter vetuſtatem familiæ, omnia abunde erant]Fabricianum, ad quem capiundum.&, alia omnia abunde erant. Paulò poſt. [Arpini altus]Manuſcriptum Fabricij altus.quomodo & in alijs pleriſque. Hoc Cicero quoque vtitur.velut pro Plancio Locus ille mutus, vbi quiſque altus aut doctus eſt.& in Bruto, Vrbs in qua nata & alta eſt eloquentia. Sic & alias.Sed & Diomed.i.alius hoc loco legit,atq; item Priſcianus,qui tamẽ ipſe in quibuſdam codicibus etiam alius inueniri teſtatur,quo ſanè modo nos quoque in duobus manuſcriptis reperimus. [Ita inter bonas artes integrum breui adoleuit]Legendum,inde arteis bonas vt eſt in vetuſtis. Nam hac terminatione Sal amat.Ea adiectiuum hic ſequi debet. Sic mox,per omneis tribus,vbi hodie ſerè,per omnes,verum perperam.[Nouus nemo tam clarus,neque tam egregius factis erat,quin is &c.]Quamuis in Fabriciano cæteriſque vetuſtioribus ſit, neque tam egregius factis.tamen vulgatam lectionem magis probandam eſſe duco.vt quæ antiquitatem magis redoleat,cuius eſt amantiſſimus Saluſtius.pro,ſic factis excellens ac præſtans. Cicero cum præpoſitione & caſu eius iunxit hoc nomen. Lælius,inquit, in laude bellica egregius.&, Vir in procuratione ciuitatis egregius.

DVM ipſe ad imperandum Thiſidium vocaretur]Sic hoc locum bene habet,certe imperandum pro Imperatorẽ dixit,vt Imperia & Seruitia pro Imperatores & Serui, quãquam id nuſquã alibi legiſſe neſcio. Ceterum Thiſidium oppidum puto, qđ Ptolemæus vocat Thiſicam,inter Thabracam ciuitatem & Bagrada flumen medium inter Vticam & Carthaginẽ in prouincia Romanorum,ad quam vrbem veriſimile eſt Metellum Iugurtham vocaſſe, vt in ſuum nidum.[Sed his natus & per omnem pueritiã] Aldinus codex habet His aſpiratum, quod non probamus.Is.n. Marius vt erat natus nec Romæ, ſed Arpini per omnem pueritiam altus, fecit quæ deinde ſequuntur reliqua. Commentatores meo quidem iudicatu hoc recte expoſuerunt. Glar.

IGITVR Iugurtha vbi ſpoliatus eſt armis, quia elephantes amiſerat & equos plurimos,& viris, quia in perfugis ſummã ſpem habebat,& pecunia, quia duo millia librarum argẽti miſerat ad Metellũ,cum ipſe vocaretur Thiſidium.i.ad illum oppidũ in prouincia ad imperandum vt Imperio pereat, alij habent ad imperium, alij ad Imperatorem, cœpit rurſus flectere animum & timere digna.ſ.ſupplicia ea mala conſcientia,quia filios regis occiderat.[Denique]Cõmemorat quid deinceps egerit Iugurtha dicens,[Denique.i.tandem multis diebus conſumptis per dubitationem.i.dum ſe dubium oſtenderet, cum.i. quando duceret.i.exiſtimaret modo.i.interdũ omnia potiora.i.meliora ſup.eſſe bello.ſ.innouando,tædio. i.propter tædium rerum aduerſarium,& ſup.cum ipſe reputaret ſecum interdum,quam grauis foret caſus.i. præcipitatio,ex regno in ſeruitium.i.ſubiectionẽ ſeruilem ipſe multis & magnis præſidijs.i.adiumentis belli perditis nequicquam.i.fruſtra, quia ea tradiderat ob deditionem faciendam,quam modo perficere nõ vult,ſumit.i.inſtaurat & reſumit bellum deintegro. Et ſenatus conſultus.i per conſultationem rogatus de prouincijs decernendis ac tradendis in annum futurum decreuerat.i.communi decreto addixerat Metello Numidiam.ſ.ob res bene geſtas in ea.[Per idem tempus]Hoc loco incipit recitare facta C.Marij erga imperatorem ſuum minus fida docetque quomodo ambitioni eius ſuffragari viſa eſt aruſpicis ſententia. Vnde dicit Aruſpex.i.inſpector earum harugæ.i.hoſtiæ,eſt enim haruga[vt Feſtus inquit]hoſtia cuius adhærentia inſpiciebantur extra.i. extantia & maiora.inteſtina,ex quorum diſpoſitione aruſpices indicabant,oſtẽta rei petitæ euentum,quæ res vt cetera ſuperſtioſa calliditate ſpirituum malignorum putatur inuenta dixerat magna atque mirabilia portendi.i.futura ſignificari C Mario ſupplicanti forte per idem tempus,Vticæ i. in ea ciuitate in prouincia Africana vbi Cato ſibi mortem poſtea conciuit,vnde Vticenſis dictus eſt,dijs per hoſtias.i.oblationes animalium mactatorum.[Proinde].i.ideoq; .ſup.dixerat, vt ageret fretus, i.adiutus aut confiſus dijs.ſ.auctoribus & auſpicibus ſeu adiutoribus,ea quæ agitabat. i.verſabat animo.Et ſup. quòd experiretur quàm ſæpiſſime fortunam, & omnia euentura ſup.eſſe proſpere.[At ingẽs cupido].i.cupiditas conſulatus.ſ. obtinendi, exagitabat.i.multum ſolicitabat, illum.ſ.Marium iã antea,ad quem.ſ.conſulatum capiendum,omnia erant.ſ.Mario, abunde præter vetuſtatem familiæ quia nouus homo erat, & vt C.Arpinas.Omnia dicit videlicet induſtria.i.exercitata vis ingenij,probitas.i. probata vita,magna ſcientia.i.peritia,militiæ; animus ingens belli.i.cum in bello eſſet contra hoſtes, & modicus .i.modeſtus animus, domi.i in re vrbana,& animus victor libidinis.i.malæ concupiſcentiæ voluptatum aut iratum & diuitiarum.i. auaritiæ, tantummodo. i.ſolummodo auidus gloriæ.i.ambitioſus. Sed is ſ.Marius natus & altus per omnem.i.totam pueritiam,Arpini.i.Arpino oppido Companię vbi.i.vt primum ætas ſup.eius fuit patiens militiæ, exercuit ſe ſtipendijs faciendis,nõ facundia græca.i.græcæ linguæ,neque munditijs.i.cultibus vrbanis,& ita ingenium integrum.i.inuiolatum & incorruptum, adoleuit.i.exercuit,breui inter artes bonas.i.honeſta exercitia.Vbi palam docet quod Iuuen.Sat.vj.manifeſte fatetur græcas literas ad laſciuiam plurimum conferre, vnde etiã Romanæ mulieres Ascen.

libidinibus expoſitæ græcas literas didicerunt, unde ait, Nã quid rancidus quam q ſe non putat vlla Formoſam niſi quæ de Thuſca Græcula facta eſt? De Sulmonẽſi mera Cecropis oĩa Græcè Cũ ſit turpe magis noſtris neſcire Latinè &c. Et pauló poſt. Nõ eſt hic ſermo pudicus In vetula quoties laſciuũ interuenit illud Ζωὴ καὶ ψυχή. hoc eſt vita & aĩa &c. [Ergo vbi primum] Ergo inquit quia Marius bonis artibus exercitus eſt, cum adhuc eſſet Romę. vbi. ſ. vt primum petit à pop. ſ. R tribunatum militarem, pleriſq; ignorantibus faciẽ eius . ſ. cũ plurimi eum nunq̃ cognouiſſent niſi ex fama, ipſe declaratur facile notus per oĩs tribus, q a dijs fretus oĩa attentabat. Deinde ab eo magiſtratu. i. poſt tribunitium magiſtratum peperit. i. acquiſiuit ſibi, aliũ. ſ. magiſtratum altiorem, & poſt. ſ. eum, alium ſ. adhuc altiorem, & agitabat .i. agebat frequenter & verſabatur ſemper in magiſtratibus eo modo, vt haberetur .i. reputaretur ſeu æſtimaretur, dignus ampliore honore q̃ gerebat. Et tñ is . ſ. Marius, talis. i. tam perſpicuus & tã beatus vir non audebat, petere conſulatum ad id locorum .i. vſq; ad id tpis, quo ab aruſpice ad altiora petenda animaduerteretur. Nã poſtea ſ. q̃ ſic admonitus erat datus eſt præceps ambitione. i. per ambitionem Et iam tum. i. & ea tempeſtate nobilitas tradebat inter ſe per manus. i. per vim aut per ſucceſſionẽ conſulatum, ſed plebs tradebat alios magiſtratus . ſ. inferiores conſulatu. Nemo nouus, i qui non eſſet patricius . i. ex patribus ortus, erat tam præclarus, neque tam egregijs factis. i. fecerat tã egregia facta, quin is haberetur. i. reputaretur indignus illo honore. ſ. conſulari, & quaſi pollutus . i. contaminatus & ſordidus.

IGITVR vbi Marius aruſpicis dicta eodem intendere videt: quo cupido animi hortabatur, ab Metello petendi gratia miſſionem rogat. cui quanquam virtus gloria, atq; alia optanda bonis ſuperabant, tamen inerat contemptor animus, & ſuperbia cõe nobilitatis malum. Itaq; primum commotus inſolita re, mirari eius conſilium, & quaſi per amicitiam monere, ne tã praua inciperet, neu ſuper fortunam animum gereret, non omnia omnibus cupienda eſſe. debere illi res ſuas ſatis placere, poſtremo caueret id petere à populo Romano quod illi iure negaretur. Poſtquam hæc atque alia talia dixit, neq; animus Marij flectitur, reſpondit, vbi primum potuiſſet per negocia pub. facturum ſeſe quæ peteret. Ac poſtea ſæpius eadem poſtulanti fertur dixiſſe, ne feſtinaret abire, ſatis mature illum cum filio ſuo conſulatum petiturum. Is eo tpe in contubernio patris ibidem militabat, annos natus circiter xx. Quæ res Marium pro honore, quem affectabat, contra Metellum vehementer accenderet. Ita cupidine, atq; ira, peſſimis conſultoribus graſſari, neq; facto vllo, neq; dicto abſtinere, quod modo ambitioſum foret. Milites quibus in hybernis præerat, laxiore imperio, quàm antea habere. apud negociatores, quorum magna multitudo Vticæ erat, criminoſe ſimul & magnifice de bello loqui; dimidia pars exercitus ſi ſibi permitteretur, paucis diebus Iugurtham in catenis habiturum, ab imperatore, conſulto bellum trahi: quòd homo inanis, & regiæ ſuperbiæ imperio nimis gauderet. Quæ omnia illis eò firmiora videbantur: quia diuturnitate belli res familiares corruperant, & animo cupienti nihil ſatis feſtinatur. Erat præterea in exercitu noſtro Numida quidam nomine Gauda, Manaſtabalis filius, Maſiniſſæ nepos, quem Micipſa teſtamento ſm hæredem ſcripſerat, morbis confectus, & ob eam cauſam mente paululum immutata. Cui Metellus petenti more regum, vt ſellam iuxta poneret, item poſtea cuſtodiæ cauſa turmã equitum Romanorum, vtrunque negauerat honorem, q eorum modo foret, quos populus R. reges appellauiſſet, præſidium, q contumelioſum in eos foret, ſi equites Romani ſatellites Numidæ traderentur. Hunc Marius anxium aggreditur, atque hortatur, vt cõtumeliarum in imperatorem cum ſuo auxilio pœnas petat, hominem ob morbos animo parum valido, ſecunda oratione extollit: illum regem ingentem virum, Maſiniſſæ nepotem eſſe, ſi Iugurtha captus aut occiſus foret, imperium Numidiæ ſine mora habiturum, id adeo mature poſſe euenire, ſi ipſe conſul ad id bellum miſſus foret. Itaque & illum, & equites Romanos, milites, & negociatores, alios ipſe, pleroſque ſpes pacis impellit, vti Romam ad ſuos neceſſarios aſpere in Metellum de bello ſcribant, Marium imperatorem poſcant. Sic à multis illi mortalibus honeſtiſſima ſuffragatione conſulatus petebatur: ſimul ea tẽpeſtate plebs nobilitate fuſa, per legem Maniliã nouos extollebat. Ita Mario cuncta procedere.

IGITVR vbi Marius] Ordo eſt. Igitur Marius rogat miſſionem à Metello gratia petendi conſulatum, vbi pro poſtq̃ videt dicta aruſpicis intendere eodem, quo cupido animi hortabatur. Poſtq̃ oſtendit in Mario fuiſſe omnia, quæ ſufficerẽt ad capiendum conſulatum, præter vetuſtatem familię, dicit, quid fecerit Marius, poſtq̃ aruſpex dixit ei magna & mirabilia portẽdi. Marius, inquit, à Metello miſſionem poſtulauit, vt Romã proficiſceretur ad petendum conſulatum, poſtq̃ ex aruſpice intellexit ea ſibi per exta portẽdi, quæ cupiebat in animo ſuo. Aruſpex ab ara, & aſpiciendo dictus eſt, quia in aris hoſtiarum exta inſpiciebant, & futura prædicebant aruſpices. [Eodem] .i. ad eandem rem. [Intendere] i. pertinere. [Miſſionem] Vulgo licentiã appellãt. [Cui] ſ. Metello, quãuis Metellus virtute & gloria, clarus eſſet, tñ ſuperbus erat, ſicuti fermè oẽs nobiles eſſe ſolent, & ideo moleſte tulit. q Marius miſſionem peteret, vt Romã proficiſceretur gratia petendi conſulatũ. [Alia optanda bonis] .i. aliæ res, quæ optantur à bonis viris. [Contemptor animus] .i. deſpector animus erat in Metello, qui alios deſpiciebat & contemnebat. Quod erat propter ſuperbiam Nam qui alios deſpicit, ſuperbus eſt. [Superbia cõe nobilitatis malum] Nam oẽs nobiles fermè ſolent eſſe ſuperbi. [Ita] .i hoc mõ, videlicet quia erat ſuperbus. [Inſolita re.] Videlicet, quia nouus homo auderet petere conſulatum, qui tãtummodo nobilibus dari ſolebat. [Eius] . ſ. Marij. [Conſilium] Quòd decreuiſſet petere conſulatũ, cum eſſet nouus homo. [Tam praua] Prauum, & rectũ contraria ſunt. Igitur Metello videbatur eſſe prauum, q Marius peteret conſulatum, cũ eſſet nouus homo [Super fortunam animũ gereret] .i. ne animum maiorem haberet, q̃ ſtatui ſuo cõueniret. [Super fortuna] .i. ſuper ſtatum. [Non oĩa omnibus cupienda eſſe] Subauditur dicebat. [Iure] Videlicet, quia erat nouus homo. [Per negocia publica] Videlicet, ſi nõ impediretur per negocium ad temp. pertinens. [Facturum ſeſe, q̃ peteret] Videlicet miſſionem ſe ei cõceſſurum. [Ac poſtea] Cum Marius à Metello ſæpius miſſionẽ peteret, vt Romam iret ad petendum conſulatum. Metellus dixit, O Mari, ne feſtines nunc ire Romã hac de cauſa, quia ſatis idoneo tpe conſulatum petes cum filio meo, Filius aũt Metelli erat ætatis annorũ xx. nec aliquis cõſulatum petere poterat, niſi eſſet ſaltem annorũ xxv. Marius igitur moleſte tulit reſponſum Metelli, qui volebat Marium vſq; in quinquẽnium differre petitionem conſulatus. [Fertur] Dicitur. [Mature petiturũ] . ſ. dicebat mature. i. propere, & cito. Tunc proprie id dr̃ fieri mature, quod ſuo tpe fit. i quod neq; citius eſt, neq; ſerius, ſed medium quiddam temperatum. Nam & in frugibus, & in pomis ea matura dñr, quę neque cruda & immitia ſunt, neque caduca & decocta, ſed tpe ſuo adulta, maturaq; [Is] . ſ. filius. [Contubernio patris] Contubernium dr̃ tabernaculum, in quo milites habitant, vel ſocietas. [Quæ res] ſ. reſponſum Metelli. [Tum] Pro etiam [Cupidine] Propter honorẽ. [Peſſimis conſultoribus] Appoſitio eſt. Cupido, & ira duo peſſimi cõſultores ſunt. Nã qui facit id quod conſulit & ſuadet ira, & cupido, peſſime facit. Nã ira & cupido peſſime cõſulunt. [Craſſari] Pro Graſſabat, Graſſari, vt ſupra diximus, ſm Nonium Marcellũ ſignificat ſupra modũ ſæuire, & ſignificat ambulare. Dicit ergo Marius ibat, cũ cupidine, & ira, hoc eſt gerebat ſe cupide, & iracunde, quia faciebat id qđ cupido honoris, & ira contra Metellũ ſuadebat. Non. n hoc loco Graſſari ad inceſſum pedũ pertinet, ſed ad tenorẽ vitæ, atq; ad habitum morum, ſicuti dicimus de eo, q aliquid prudẽter & ſuo tpe facit, ille mature & prudenter ambulat. [Neq; facto ullo, neq; dicto abſtinere, quod modo ambitioſum foret] Quidq̃d dicebat, & quidq̃d faciebat, SALD.

erat ambitioſum. Ambitioſus dicitur honoris cupidus. Verba & facta ambitioſa ſunt, quæ dicuntur, & fiunt ad honorē aucupandum. [Milites] Ecce factum ambitioſum. Marius ut fauorem militum ſibi conciliaret, eos remiſſius quam conſueuerat, atq; indulgētius tractabat. [In Hyber.] Hyberna dicuntur loca & manſiones, vbi hyemant milites. [Laxiore imp.] .i. molliori regimine. [Habere] .i. tenebat. [Apud negociatores] Ecce dictum ambitioſum. [Criminoſe] Contra Metellum Magnifice] Pro ſe, & in laudem ſuijpſius [Loqui] Pro loquebatur. [In catenis] In vinculis] Ecce quomodo magnifice loquebatur de ſe. [Ab imperatore] Ecce quomodo criminabatur Metellum. Dicebat enim Marius Metellum dedita opera protrahere bellum, quod cito, ſi vellet, pficere poſſet. [Conſulto] .i. dedita opera. [Protrahi] .ſ. bellū .i. prolongari. Quod hō inanis .i. gloriæ cupidus & regiæ ſuperbiæ, ideo dicebat Metellum ꝓlongare bellum, quia vt rex ſuperbus gaudebat eſſe diutius in Imperio. [Quæ omnia] Ea, quæ dicebat Marius de Metello mercatoribus ſatis vera dicebantur duabus de cauſis, videlicet, quia dum Metellus diutius in bello gerendo eſt occupatus, res eius domeſticæ vehemēter afflictę & diminutæ ſunt, & quia ipſi mercatores cupiebant, vt cito bellum finiret, ideo facile credebant Metellum protrahere bellum, quia ipſi cupiebant, vt cito finiretur. Animo autem cupienti nil ſatis feſtinatur. [Eo] Ideo. [Firmiora] .i. magis certa & vera. Firmus certum ſignificat, ſicuti econtra, certus firmum ſignificat. Metellus apud latera certos locauerat .i. firmos. [Quod diuturnitate belli res familiares corruperat] Mercatores Romani, qui erant Vticæ, ex hoc intelligebant Metellum delectari eſſe in Imperio, atque ideo protrahere bellum, quia videbat eum res domeſticas & familiares contemnere, modo Imperio bellico præeſſet. [Et animo cupienti nil ſatis feſtinatur] Sententia generalis eſt, huic loco accommodata. Animo cupienti aliquid, omnia tarda videntur. Nam animus, qui aliquid cupit, nūquam ſibi videtur aſſequi id quod cupit. [Et animo cupienti] Mercatores Rom. cupiebant vt cito bellum finiretur, & ideo facile crediderunt, id quod dicebat Marius, videlicet Metellum dedita opera protrahere bellum quia animo cupienti nihil ſatis feſtinatur .i. animo cupienti aliquid, omnia tarda videntur ſicuti animo mercatorum cupienti vt bellum finiretur. Metellus illud diutius protrahere videbatur & ideo id quod dicebat Marius, videlicet Metellum conſulto & dedita opera protrahere bellum, facile mercatores, verū eſſe crediderunt, Marius autem hæc de bello cōtra Metellum negociatoribus Ro. dicebat ipſi Ro. ad ſuos amicos ac neceſſarios aſpere contra Metellum de bello ſcriberent, & Marium in petitione conſulatus iuuarent. [Erat præterea in exercitu] Aliam rem narrat quæ Marium magis in ſpem conſulatus erexit. [Manaſtabalis filius] Maſiniſſa tres habuit filios Manaſtabalem Guluſſam & Micipſam. Gauda filius erat Manaſtabalis, & nepos Maſiniſſæ, hunc Gaudam Micipſa moriens ſecundum teſtamento reliquit hæredē, nā primos hæredes reliquit filios Adherbalem & Hiempſalem, & Iugurtham filium adoptiuum, qui moriens ſecundum reliquit hęredem Gaudam filium fratris ſui Manaſtabalis. [Morbis confectus] .i. infirmitatibus maceratus & afflictus [Cui Metellus] Gauda ſæpe petiuerat à Metello, vt ſellam ſuam more regum iuxta ſe poneret & vt cuſtodiæ cauſa ſibi turma equitum Rom. concederet, Metellus Gaudæ vtrunq; negauerat, honorem ſedis negauerat, qa dicebat honorē illum dari ſolere, tātummodo illis quos P.R. reges appellauiſſet, turmam equitum pro cuſtodia corporis negauerat, quia dicebat contumeliā fieri equitibus Rom. ſi ad cuſtodiā ſatellitis Numidæ .ſ. Gaudę traderentur. Ordo eſt, Metellus negauerat vtrunque cui .i. illi Gaudæ petenti vt Metellus poneret iuxta ſe ſellam ſuam more regum. Item petenti vt Metellus cōcederet turmam equitum R. cauſa cuſtodię. Sed ꝓprie ſella erat, in qua ſedebant Reges, & imperatores. Gauda igitur licet non eſſet rex, tū quia ex ſtirpe regia natus erat, volebat ſedere iuxta Imperatorem Rom. more regum. [Honorem] Subaudi negauerat. [Honorem] Videlicet vt poneret ſellam iuxta ſe. [Modo] i. tantummodo. [Præſidium] Subaudi negauerat. [Præſidium] Videlicet turmam equitum Rom. qui corpus eius cuſtodirent. [In eos] .ſ. equites Rom. [Satelliti Numidæ] Satellites ꝓprie dicebantur milites mercede cōducti. Moris aūt vt hos imperator, & circa ſe haberet, & primos mitteret ad omne diſcrimen, vnde quidā ſatellites dictos putant, quia ſatis latus tuerentur Imperatoris. [Satelliti] .ſ. Gaudæ, quia nō erat rex, ſed regum miniſter, & cuſtos. [Hunc] .ſ. Gaudam. [Aggreditur] .i. addit, accedit. [Atque hortatur] Vt petat pœnas contumeliarum in Imperatore .i. hortatur, vt puniatur, & vlciſcatur iniuriam acceptam ab Imperatore Metello, qui ei negauerat, & honorem ſellæ, & turmam equitum. [Pęnas petat contumeliarum] .i. exigat pęnas iniuriarum. Exigere pœnam, eſt punire, & vlciſci. [Hominem] .i. Gaudam. [Animo parum valido] .i. inermem. [Secunda oratione] .i. obſequenti ſermone, quia Marius dicebat ea, quę grata erant Gaudæ. [Extollit] .i. laudat. [Illum] .ſ. Gaudam extollit, dicens hæc verba. [Id] .ſ. vt Gauda habeat Imperium Numidæ. [Adeo] .i. certe. [Matu.] Celeriter. [Ipſe] .ſ. Marius. [Illum] .ſ. Gaudam. [Negociatores] Apud quos criminatus erat, Metellum conſulto protrahere bellum. [Spe pacis] Quia oſtendebat cito bellum finiri, ſi ipſe conſul ad id bellum mitteretur. Ad ſuos neceſſarios, amicos, & ꝓpinquos. Neceſſarios dicimus, qui nobis vel cognatione, vel beneuolentia cōiuncti ſunt. [Aſpere in Metellum de bello ſcribant] Quòd videlicet dedita opera, bellum ꝓtraheret, qđ cito finire poſſet. [Sic] .i. hoc modo, videlicet cū Gauda, & equites Rom. & negociatores, & alij multi ſcriberent Romani pro Mario contra Metellum. [Illi] .ſ. Mario. [Pete] .i. quærebat hoc modo multi homines Mario conſulatum quærebant. [Simul] Erat & alia res, quæ Marium ad petendum conſulatum hortabatur, quia eo tpe cum nobilitas perterrita eſſet per legē Maniliā, plebs nouos homines ad honores extollebat. [Simul] .i. & ordo eſt, plebs extollebat nouos homines, ea tēpeſtate, nobilitate fuſa per legem Manliam. [Nobilitate fuſa] .i. perculſa & perterrita, & victa, hoc eſt fractis viribus nobilitatis. Nam nobilitas poſt legem Manliā vires amiſerat. Multi.n. damnati per eam legem, & oēs perculſi. Eſt aūt tranſlatio ab exercitu, qui cum vincitur, funditur, & frangitur. [Per legē Manliam] quā Manlius trib. pl. tulit vt ſupra viſum eſt. Leges nomen accipiunt à latoribus [Cuncta procedere] .i. oīa feliciter eueniebant ad petendum conſulatum.

EODEM ad eum finem venit. [Praua] Rem tam praui exempli. [Suas res] Conditionem ſuam. [Per neg.] Per commodum. [Contubernio] Contubernium dicitur ſocietas decem militum viuentium in vna domo, cui decanus præfectus dicebatur. [Cupidine] .ſ. habendi magiſtratus. [Corruperant] Conſumpſerant. [Animo cupienti] Vnde Liuius omnis mora grauis eſt cupienti. [Confectus m.] Valetudinarius. [Imminuta] Non ſana. [Auxilio] Opitulatione. [Valido ſano. [Secunda] .i. placida. [Aſpere] Literis acerbis [Honeſtiſſima] Honoratiſſima. Maximo decori erat Mario tales habere ſuffragatores. Mari.

IGITVR vbi Marius aruſpicis dicta eodem, quo cupido animi hortabatur, intendere videt] Sic manuſcripta conſentientibus alijs vetuſtis. In recentioribus eſt ordo nonnihil mutatus. [Is eo tpe in contubernio patris ibidem militabat] τὸ In manuſcripta non habent, neq; impreſſa vetuſtiora. [Quæ res Marium pro honore, quem affectabat, contra Metellum vehementer accenderat] Codices in membrana deſcripti, Quæ res Marium cū pro honore quē affectabat, tum contra Metellum &c. pro, Quæ res Marium cum ad acrius contendendum ꝓ adipiſcendo cōſulatu quem appetebat, tum vero ira in Metellum incenderat, atq; inflammarat. Ita vero legendum prorſus eſſe, alijs & coniecturis quibuſdam ducor. Nos hic nihil ꝓnunciamus, cōtenti diuerſam lectionem oſtendiſſe. Quanq̃ cum manuſcriptis facit exemplar Florentinum. [Criminoſe ſimul & magnifice de bello loqui.] Manuſcripta, ac magnifice, qđ vt nihil aliud, certe ſonantius eſt. Paulò poſt. [Quę oīa illis eo firmiora videbantur, quia diuturnitate belli] Manuſcripta, qđ diuturnitate, ſed eodem mantu. [Morbis confectus, & ob eam cauſam mente paululum immutata] In manuſcriptis duobus cæteriſq; vetuſtioribus eſt, imminuta. pro deſipiens ipſe ac parū mente conſiſtens. Hæc eſt vera lectio, quā & ſenſus ipſe poſtulat. Nam & poſtea de eodem, Hominem, inquit, ob morbos aīo parum valido. Id nimirum eſt, parum mentis cōpotē, vel (vt ante dixit) mente paululū imminuta. Eſt ſimilis fermè apud Velleium error, quamuis in vocibus diſſimilibus, nam vbi vulgo, Hic eſt Opimus, à quo C O S. celeberrimum Opimiani vici nomen, hic ego Opimiani vini nomen legendum arbitror. Vt perperam videlicet & in indice ipſo, & in margine ibidem illud ſit adnotatum, Vicus Opimianus. vbi vinum Opimianum adnotādum erat. id qđ ea quę mox apud Velleium ſequuntur, plane indicant. Quod iam nullum eſſe ſpatio annorū colligi pōt. Quod nempe vinum Opimianum. Nam Vicum huc referri non poſſe vides. Meminit autē vini Opimiani Plin. lib. 14. cap. 4. atque item 14. capite eiuſdem libri. Sed & Cic. in Bruto, ſeu de claris Oratoribus huiuſce vini meminit. Neque adeo diſſimilis eſt apud Horatium error in Epiſt. 5. Nā vbi hodie, vel ſor canilib. undis, ibi exemplar manuſcriptum qđ penes non eſt merſor canilibus undis muro tectius videlicet atq; aptius. Verum ad inſtitutū reuertamur [Simul ea tempeſtate plebs nobilitate fuſa, per legem Mamiliam nouos extollebat] Sic & codex manuſcriptus, &

ille Pariſijs à Badio excuſſus. Verum exemplar Gymnici hēt in margine Mauliam.quō & Venetum, Argētoratēſe, alia pleraq;. Sed & illud ibidem Gymnicus hac lege cautū fuiſſe, vt ire male geſta ab nobilitate, mandarentur nouis hoībus magiſtratus. Atqui hanc ipſam legem Fran. Philelphus latam à Manlio trib pl. Pomponius vero lætus à Manilio dicit.niſi ſint mēdoſi codices. in re quidem ambo conſentiunt, nempe latum fuiſſe, vt qm̄ res à nobilibus male geſte forent ēt ij iam ad magiſtratus admitteretur, quorū maiores in rep.magiſtratum nō geſſiſſent. cuiuſmodi noui appellentur. Hæc vterq; totidem ferè verbis. Cæterum in noīe diſſentiunt, nam Mamilius à Philelpho qui legem tulerit, Manilius à Pōponio dr̄. Ego pleriſque coniecturis adducor, vt ſuſpicer hunc eundem fermè eſſe, de & ſuperius eſt à Sal. mentio facta, Quo loco ſatis multa diximus. Niſi quis trib. pl. L. Manliū Mātinū intelligere malit, de quo ſic infra Sal. Itaq; , inquit, perculſa nobilitate, poſt multas tempeſtates nouo hoī conſulatus mandatur, & poſtea populus à trib. pl. L. Manlio Mantino rogatus, quē vellet cum Iugur. bellū gerere frequens, Marium iuſſit.

GLAR. AB Metello Conſulatum petendi gr̄a miſſionem rogat] Illud conſulatum omiſſum eſt temere in Aldino codice, qua ſi Marius ob alias cauſas miſſionē petierit, ut conſulatū diſſimularit. Cum aperte poſtea Metellus ad hunc ipſum Marium dicat ſatis mature illum cum filio ſuo conſulatum petiturū. Dimidia pars exercitus ſibi permitteretur. Quidā codices legūt Si ſibi, Gothi Sibi ſi alij coniunctionem omittunt, vt intellectu facilē. Sed res haud magni momēti. Qd̄ cōtumelioſū in eos foret ſi equites R. Vide vt Eos dixerit, tanq̄ notos, nēpe de q̄bus iā Itaq; cū omittere potuiſſet, nihiloſus repetit, pp ſenſum indignitatis explicādū.

ASCEN IGITVR vbi Marius videt dicta.i.reſponſa, & effata aruſpicis tendere eodem.i. ad idem, videlicet ad cōſularem dignitatem.quo cupido animi hortabatur.ſ.eum, rogat.i.petit, ab Me.ſ. ab imperatore ſuo, miſſionem.i.commeatum, & vt dicūt relaxationem ab officio iniūcto, gratia petendi.i.vt poſſit ire petitum conſulatum. Cui ſ. Metello, q̄q̄ virtus, gloria, atq; alia optanda bonis.i etiam à bonis viris, ſuperabat.i.ſuperabundabant aut excedebant modica vitia, tā inerat aīus cōtemptor.i.deſpector plebeiorum ad maiora quam digni ſunt feſtinantium, & inerat ſuperbia, appoſitorie commune malum nobilitatis.i. nobilium, In qua re ſe candidum hiſtoriographum demonſtrat auctor: nā & ipſe ea nobilibus ortus perhibetur, itaq; Metellus commotus primum re inſolita.ſ.tunc tpis, videlicet ꝙ nouus homo & municipalis vellet conſulatum petere, mirari.i.mirabatur, conſiliū .i.propoſitum eius.ſ. Marij, & monere.i.monebat quaſi per amicitiam.i.vt amicus amicum monere deberet, ne inciperet tā praua.i.tam abhorētia ab officio ſuo, aut tam inconſulta, neu.i.ne. vt gereret aīum.i.animoſitatem ſupra fortunam.i.vltra q̄ fortuna pateretur, per quam effectum eſt vt ipſe multa virtute præditus conſulam indignus haberetur, ꝙ nouus eſſet homo. Et ſup.dicebat non oīa eſſe cupienda.i.debere cupi.i.peti, aut deſiderari, oībus.i.ab oībus quia paruos parua decent, & ſup.dicebat illi res ſuas.i propria & ſtatui conuenientes, debere ſatis placere, quia ꝓ gñe & loco ſeu natalibus ſuis ſatis amplis honoribus functus erat. Poſtremo ſup.admonebat ſup. vt caueret petere id à P.R. quod negaretur iure .i. merito. Turpe eſt.n repulſam pati & ab incępto cogi deſiſtere, vnde Aen.1.Iuno, Me ne incępto deſiſtere victam? nec poſſe Italia &c. [Poſtq̄ hæc] Proſequitur ambitioſum aīum Marij, qui cum conſulem ſibi obſiſtentem offenderit, quacunque poterat via ipſum criminando ad conſulatum anhelabat. Vnde dicit poſtq̄ Metellus dixit hæc atq; alia talia.i.hmōi neque aīus Marij flectitur.ſ.ab incępto, Metellus tādiu vbi primum.i.cum primum potuiſſet per negocia publica, ſeſe facturū quæ peteret.i.miſſionem ad conſulatum petendum, ac fertur dixiſſe poſtea petenti.ſ. Mario ſępe eadem.i.miſſionem eādem, ne feſtinaret.i.ne nimium ꝑperaret abire.ſ.ad cōſulatum petendū quia dixit illum.ſ. Marium petiturum ſatis mature.i.ſatis feſtinanter aut potius tempeſtiue, conſulatum cum filio ſup.ſuo hoc eſt Metelli hoc dicentis. Is.ſ.filius Metelli militabat eodem tpe ibidem.ſ.in Numidia, in contubernio.i.domicilio & tabernaculo patris, (Contubernium à con, & taberna, dr̄ locus vbi duo aut plures ſunt in eodem tabernaculo.i.habitaculo facto ex tabellis vt ſit vbi quia breuem ſtationem quæri) natus annis circiter viginti.i.cum filius eſſet tm̄ viginti annorum. Quæ res.i.quę tāſio accenderat.i. inflammauerat ita Marium contra Metellum vehementer, tum.i.partim pro honore quem affectabat, quia per tale medium eum longo tpe conſequi nequiret, tum.i. partim ꝓ licentia.i.commeatu & venia redeundi.ſ. Romam, q̄ ſ.licentia, nequibat impetrare ab eo plurimi textus non habent hęc verba ſed deſunt in eis) ita.i.& ſic aut in eā, graſſari.i.graſſabatur.i. granditer & ſæue ſeu violenter agebat, cupidine.ſ.honorū, hoc eſt ambitioſe, atq; ira appoſitorie, peſſimis conſultoribus) quia vt dicit Boetius, Nubila mēs eſt, vinctaq; frenis, hæc ubi regnāt. Sanè nō dixit ira & cupidine cōſultoribus, quaſi in or cōia ſint, nam conſultricibus conſuetius dixiſſet. Grammatiſte aūt dicēt, appoſitionem eſſe, ſicut reuera eſt, ſed conſultor merum ſubſtantiuum eſſe, quod inficias iero. [Præterea non frequens eſt hmōi uocabuli licentia in bonam ſignificationem lectio] Neq; abſtinere.i.abſtinebat ullo facto neq; dicto, quod modo.i.dummodo foret ambitioſum.i.pertinens ad ambitionem habere.i.habebat & tractabat milites quibus præerat in hybernis .i. hyematione, imperio laxiore .i. remiſſiore quam ante. & loqui .i.loquebatur ſimul criminoſe.i.criminando, Metellum, & magnifice.i.ſe extollendo apud negociatores.i mercatores Romanos, quorū magna multitudo erat Vticæ.i. in eo oppido Africanæ Prouinciæ. Loqui inq̄.i.loquebatur dicendo, ſi dimidia pars exercitus quē habebat Metellus, permitteretur ſibi ſe ſup. habiturum paucis diebus.i.intra paucos dies, Iugurtham in catenis uinctum, & bellum trahi.i.protrahi & extendi, conſulto.i.ex conſilio & deliberatione ꝓuia, ab imperatore ſ.Metello, ꝙ.i.quia imperator ſup. exiſtens homo inanis.i.cupidus gloriæ ſine uirtute, & exiſtēs hō ſuperbiæ regiæ.i.quæ in rege eſſe ſolet, quia tantiſper dū in imperio erat ferè regia fungebatur maieſtate, gauderet nimis imperio.i.imperiſior eſſet quā par erat Quę.ſ.dicta Marij uidebantur illis.ſ.negociatoribus eo.i.ppea firmiora.i.magis certa, quia Metellus ſupp.corruperat res familiares ſup. eorū diuturnitate belli.i ꝙ bellum tandiu geſſerat, ſub quo non poterant negociari, alij legunt corruperāt.ſ.negociatores, ſed minus quadrat, addit aūt prouerbialiter & nihil feſtinātur .i nihil ſatis feſtinanter fit aīo cupienti .i. auido exitus. [Erat præterea] Proſequitur facta ambitioſa Marij ad conſulatum feſtinantis ſolicitatione miranda dicens, Præterea quidam Numida Gauda noīe, filius Manaſtabalis qui erat filius Maſiniſſæ, & ita Gauda erat nepos Maſiniſſæ.ſ.regis, quam Micipſa frater Manaſtabalis, ſcripſerat teſtam nto.ſ.ſuo, hæredē ſecundum.i.ſucceſſorem in locum trium primorum ſi ſine hærede diſcederent (Tres autē inſtituti ab eo erant Adherbal Hiempſal & Iugurtha, ut uiſum eſt) exiſtēs confectus.i.omnino infirmatus & debilitatus, morbis & ob eā cauſam, mente.i.ratione aut memoria, imminuta paululum. Cui petenti .i. exiſtenti à Metello ut poneret .i. ſtatueret more regum Numidarum, ſellam.i.ſolium quaſi ſedem iuxta.ſ.imperatorem: item petenti poſtea cauſa cuſtodiæ.ſ.corporis ſui turmam equitum.i.ut Metellus daret turmā equitum Romanorum, ipſe Metellus negauerat utrunque.ſ.honorem ſellæ habendæ.ꝙ id ſupp. foret modo.i.ſolummodo eorum quos P.R. appellauiſſet reges, & negauerat præſidium.i.cuſtodiam corporis per turmam, ꝙ foret.i.eſſet contumelioſum, ſi equites Romani traderentur.ſ. ad cuſtodiā & ita in famulatum, ſatelliti Numidæ.i.militi mercede conducto, ut ſatis latus tueretur Imperatoris, qui & latro, quaſi latero aliquando dictus eſt à latere regendo. Marius aggreditur hunc.ſ.Gaudam.i anxium.ſ.ex repulſa, atq; hortatur ut petat eū ſuo auxilio, pœnas.i.ultionem contumeliarum imperatoris.i.ab imperatore illatarum, & extollit oratione ſecunda .i. amica & laudatiua, hominem animo ualido parum.i.habentem animum parum ualidum ob morbos. Et ſup.dicit illum eſſe regem, eſſe uirum ingentem, eſſe nepotem Maſiniſſæ, & habiturum ſine mora.i.ſine dilatione imperium Numidiæ ſi Iugurtha foret captus aut occiſus, Et dicebat id.ſ.Iugurtham capi aut occidi, poſſe euenire adeo.i. ualde mature .i. cito ſi ipſe .ſ. Marius foret miſſus Conſul ad id bellum .ſ. gerendum cum Iugurtha. Itaq;.i & ſic Marius impellit & illum.ſ.Gaudam, & equites Romanos, & milites, & negociatores.i, mercatores, alios.i.quoſdam, ipſe.i.fauore ſui & pleroſque.i.plurimos ſpe pacis.ſ maturæ habendæ, impellit dico ut.i.ut ſcribant Romam ad ſuos neceſſarios .i. conſanguineos & affines de bello, aſpere, i, urgenter, in.i.contra Metellum, & ſup.ut poſcant Marium, hoc eſt ſe imperatorem, & ſic .i.ea calliditate conſulatus petebatur illi.ſ.Mario à multis mortalibus, ſuffragatione.i.aſpiratione & interceſſione honeſtiſſima quia non petere conſulatum, ſed poſci à conſulatu ſic uidebatur. Simul.i.inſuper alia commoditas illi erat, ꝙ plebs extollebat ea tempeſtate homines nouos, & hoc, nobilitate fuſa.i.proſtrata & perculſa, per legem Manliam.i. quā Manlius ſeu Manilius trib. pleb.cōſtituit ut re male geſta à nobilibus, noui ad magiſtratum admitterentur. Ita cuncta procedere.i.procedebant.ſ.proſpere, Mario. Interim Iugurtha. Poſtquam finiuit digreſſionem factam de ambitione Mariana, redit ad geſta Iugurthina dicens.

INTERIM Iugurtha poſtquam omiſſa deditione bellum incipit: cum magna cura parare omnia, feſtinare, cogere exercitum, ciuitates, quæ ab ſe defecerant, formidine aut oſtentando præmia affectare, communire ſuos locos, arma, tela, aliaq;, quę ſpe pacis amiſerat, reficere, aut cõmercari, ſeruitia Romanorum allicere, & eos ipſos, qui in præſidijs erant, pecunia tentare: prorſus nihil intactum, neq; quietum pati, cuncta agitare. Igitur Vaccenſes, quo Metellus initio Iugurtha pacificante præſidium impoſuerat, fatigati regis ſupplicijs, neq; antea voluntate alienati, principes ciuitatis inter ſe coniurant. Nam vulgus, vti plerunq; ſolet, & maxime Numidarum, ingenio mobili, ſeditioſum atq; diſcordioſum erat, cupidum nouarum rerũ, quieti & ocio aduerſum. Dein compoſitis inter ſe rebus, in diem tertium conſtituunt, quod is feſtus, celebratusq; per omnem Africam, ludum & laſciuiã magis, quam formidinem oſtentabat. Sed vbi tẽpus fuit, centuriones, tribunosq; militares, & ipſum præfectũ oppidi Titum Turpilium Syllanum, alius alium domos ſuas inuitant: eos omnes præter Turpilium inter epulas obtruncant. Poſtea milites palantes, inermes, quippe in tali die, & ſine imperio aggrediuntur. idem plebs facit, pars edocti à nobilitate, alij ſtudio taliũ rerũ incitati, queis acta conſiliumq; ignorãtibus, tumultus ipſe & res nouæ ſatis placebãt. Romani milites perculſi improuiſo metu, incerti, ignariq; quid potiſſimũ facerent, trepidare, arcem oppidi, vbi ſigna & ſcuta erant, præſidium hoſtium, & portę ante clauſę fugam prohibebant. Ad hoc mulieres: pueriq; pro tectis ędificiorũ ſaxa, & alia, quæ locus prębebat, certatim mittere. Ita neq; caueri anceps malum, neq; à fortiſſimis infirmiſſimo generi reſiſti poſſe. Iuxta boni, malique, ſtrenui, & imbelles multi obtruncari. In ea tanta aſperitate ſæuiſſimis Numidis, & oppido vndique clauſo, Turpilius pręfectus vnus ex oĩbus Italicis intactus profugit. Id miſericordia ne hoſpitis, an pactione, an caſu ita euenerit, parũ comperimus, niſi ꝙ illi in tanto malo turpis vita, integra fama potior fuit, improbus, inteſtabilisq; vr̃. Metellus poſtquã de rebus Vaccæ actis comperit: pauliſper mœſtus e conſpectu abijt. Deinde vbi ira, & ægritudo permiſta ſunt: cũ maxima cura vltum ire iniurias feſtinat. Legionem cum qua hyemabat, & quamplurimos põt Numidas equites, pariter cum occaſu ſolis expeditos educit. Et poſtera die circiter horam tertiã peruenit in quandam planiciẽ, locis paulò ſuperioribus circumuentam. Ibi milites feſſos itineris magnitudine, & iã abnuentes omnia edocet oppidum Vaccam non amplius mille paſſuũ abeſſe: decere illos reliquum laborẽ æquo animo pati: dum pro ciuibus ſuis viris fortiſſimis atq; miſerrimis pęnas caperent. præterea prædam benigne oſtentat. Sic animis eorum arrectis, equites in primo latere: pedites quàm arctiſſime pergere, & ſigna occultare iubet.

SOLD. INTERIM] Nunc Saluſtius reddit ad propoſitum, vt oſtendat quid fecerit Iugurtha, poſtquam decreuit renouare bellum. Nam quaſi digreſſionem fecit ad oſtendendum, quibus cauſis, & qua ratione Marius ad conſulatum prouectus eſt. Ordo eſt. Interim Iugurtha, parate pro parabat omnia cum magna cura, poſtquam incępit bellum omiſſa deditione. [Omiſſa deditione] Sicuti viſum eſt, Iugurtha facere ſtatuerat deditionem, poſtea pœnituit eum atque ita deditione omiſſa, bellum renouare decreuit. [Cogere] .i. congregabat ciuitates. [Affectare] Pro affectabat, i, ſolicitabat, vehementer afficiebat. [Formidine, aut oſtentando præmia] Dicimus ego te afficio formidine .i. tibi metum & formidinem incutio. Dicit ergo & metu & pręmijs tentabat & ſolicitabat eas ciuitates, quę ab ſe ad Metellum defecerant, vt rurſus à Metello ad ſe deficerent, & redirent. [Commercari] .ſ. pecunia. [Seruitia] .i. ſeruos & in præſidijs, milites, qui erant in cuſtodia ciuitatum pecunia corrumpere tentabat. [Igitur] Dicit, quomodo Vaccenſes defecerunt ad Iugurtham interfecto præſidio Romanorum. Ordo eſt. Igitur Vaccenſes principes ciuitatis fatigati ſupplicijs regis, neque alienati, antea voluntate coniurant inter ſe Vaccenſes, dico, quos Metellus impoſuerat præſidio in initio Iugurtha pacificãte. [Quo,] Id eſt ad quem locum. Nam hoc relatiuum refertur non ad perſonam, ſed ad locum Vaccenſium. [Fatigati regis ſupplicijs,] Id eſt ſupplicationibus, & precibus regis, quia Iugurtha ſæpe rogauerat Vaccenſes, vt deficerent ad ſe. [Neque antea voluntate alienati] Dicit cauſam quare Vaccenſes, tam facile defecerũt ad Iugurtham, duæ fuerunt cauſæ. Et quia rex eos precibus fatigabat, & quia ſponte defecerant ab ipſo Iugurtha ad Metellũ. Sed metellus doloſe ibi præſidium impoſuerat, vt ſupra viſum eſt, & ideo facile fidem mutauerant. Nam vulgus vti plerunque ſolet] Dico quod principes coniurauerunt, quia vulgus, & multitudo infima non coniurauit, vtpote magis bellum quam pacem appetens. [Nouarum rerũ] .i. belli. [Quieti & ocio] .i. paci. [Deinde compoſitis inter ſe rebus] Videlicet dato ordine, quomodo Romanos, qui erant in præſidio interficerent. [Cædem conſtituunt] .i. interficere Romanos decreuerunt. [Conſtituũt] .ſ. principes ciuitatis. [Sed vbi] Dicit Saluſt. quomodo Romanos interficerent. Dies erat feſtus celebratus per omnem Africam, eo die principes ciuitatis Vaccæ. Romanos, qui erant in præſidio, domos ſuas inuitant, alius centurionem, alius tribunum, alius præfectum inuitat, & eos omnes interficiũt, pręter ipſum præfectũ. Deinde milites, qui p vrbem vagabantur inermes aggrediuntur. [Palantes] .i. vagantes. [Quippe] .i. vtpote. [Sine imperio] .i. ſine regimine. Ordo eſt. Poſtea aggrediuntur milites palantes, inermes, ac ſine imperio, quippe in tali die, ac ſi diceret nõ eſt mirũ, ſi ipſi milites Rom. vagabantur & erãt inermes, ac ſine imperio, quia dies erat feſtus. [Idem plebs facit] Sicut principes ciuitatis milites Rom. per vrbem vagantes aggrediebantur, ſic etiã plebs faciebat, [Pars] ſ. plebis. [Alij ſtudio talium rerum] Pars plebis intelligebat conſilium coniurationis principum, pars vero ignorabat. Ergo & qui intelligebant conſilium, & qui non intelligebant, Romanos aggrediebantur. [Studio talium rerum] Non quia intelligebant conſilium coniurationis, ſed quia eiuſmodi res nouæ eis placebant. [Quis] Pro quibus. [Acta] .i. ea, quę acta erant & tractata à principibus ciuitatis. [Conſilium] .ſ. coniurationis. [Ad arcem] Sic etiam hoc tempore fit, vt præſidia in arcibus ciuitatum ponantur. [Præſidium hoſtium] .ſ. Vaccenſium, Romani enim extra vrbem fugere non poterant, & quia portæ ciuitatis erant clauſæ, & quia Vaccenſes præſidium in portis collocauerant contra Romanos, ſi forte fugere tentarent. [Ad hoc] .i. præterea. [Pro tectis ædificiorum] .i. ex domibus. [Et alia] Veluti ſigna, tegulas. [Neque caueri] .i. vitari. ſ. poſſe pro poterant Romani, qui fugiebant per ciuitatem, malum, quod inferebatur à mulieribus, & pueris de tectis euitare non poterant, nec etiam poterant reſiſtere. [Infirmiſſimo generi] .ſ. mulieribus & pueris. Forte & infirmum ſunt contraria. [Poſſe] Pro poterant. [Iuxta,] Id eſt ſimiliter & pariter. [Boni & mali] .i. fortes, & ignaui, & hoc ſequentia declarant. [In ea] Dicit Turpilium præfectum ſolum ex omnibus fugiſſe, id quamobrem euenerit, nõ ſatis conſtat. [Turpis vita integra fama potior fuit] .i. carior. [Turpilius] Chariorem habuit turpem vitam quam integram famã, nam fugiendo ſalutem quæſiuit, ſed famam perdidit, ſed melius & laudabilius fuiſſet fortiter mori, integra fama, quam turpiter viuere, amiſſa fama. Nam famam amiſit, quia ſuſpicio fuit, illũ fuiſſe proditorem, vnde etiam accuſatus, cum ſe purgare nõ potuiſſet, capitis damnatus eſt. [Miſericordia hoſpitis] Qui eum ad conuiuium inuitauerat. [Improbus inteſtabilisque videtur] Saluſtius dicit hunc Turpilium improbum, inteſtabilemq; fuiſſe, ex hoc quia ſuſpicionem criminis purgare non potuit, ſicut infra dicit. Improbus dr̃ malus, & moribus peruerſus. Inteſtabilis dicitur, qui ita laborat infamia, vt ad teſtimonium faciẽdum non recipiatur, vnde ſecundum Nonium Marcellum, Inteſtatus dicitur, cuius verbis fides non adhibetur. Dicit ergo Saluſt. hunc Turpilium non ſolum improbum, ſed etiam inteſtabilem fuiſſe, hoc eſt valde ſceleratum, & ita criminibus circumuentum, vt nec dignus eſſet, cuius verbis fides haberet. [Videtur,] Scilicet fuiſſe. [Metellus] Dicit quid fecerit Metellus imperator, poſtquam

cognouit

cognouit Vaccham vrbem defeciſſe ad Iugurthã, interfecto prę ſidio Romanorum. [Et conſpectu abij] ſ. ne videri poſſit à militibus, latuit, donec mœſtitia & dolor verſus eſt in iram. [Cum quia hyemabat] Nam vt ſupra dixit, exercitum in hyberna deduxerat, q a erat tempus hyemis, nam hyemare eſt tempus hyemis in hybernis tranſigere. [Numidas equites] Nam licet Romanus eſſet, tamen Numidas equites ſecum habebat. [Expeditos] .i. ſarcinis non impeditos, neque grauatos, ſed ad rem gerendam paratos, & inſtructos, nam qñ vniuerſus exercitus ad locum aliquem deducitur, tam pedites quam equites omnia, quę habẽt ſarcinis cõpoſita ſecum portant, quæ poſtea deponunt cum caſtra locãtur. Sed cum aliquam rem breui tempore gerendam ducunt, relictis ſarcinis, expediti proficiſcunt, ſicuti nunc. [Etiam abnuentes] .i. recuſantes. nam quia feſſi erant, nolebant vlterius procedere. Tunc Metellus docuit eos, vrbem Vaccam, non amplius mille paſſuum abeſſe, dicebatq; illis conuenire. vt ſumerent vindictã ex hoſtibus, pro ciuibus Romanis interfecti. [Decere] .i. conuenire. [Pro ciuibus] Quia interfecti fuerant in vrbe. Vacca. [Pœnas caperent] .i. exigerent. Pœnas exigere eſt punire & vlciſci, & vindictam facere. [Prædam oſtendit] Quia Metellus militibus promiſit, ſi vrbem caperent, ſe conceſſurum, vt illã diriperẽt

Marl. LOCOS]. ſ. opportunos. [Allicere] Inuitabat muneribus. [In præſidijs] In oppidis & arcibus. [Intactum] Incaperetũ. [Pacificante] Simulante pacem. [Antea alienati. ſ. u. [Quia à Iugurtha non ſponte ſed coacti defecerant. [Sine imperio] Quia erãt remiſſi à duce. [Talium rerum] .ſ. proditionis. [Comperimus] Certum habemus. [Improbus] Sceleratus. [Inteſtabilis] Omnibus inuiſus. [Vltum] Vindicatum. [Benigne] Liberaliter. [Sic] Talibus pollicitationibus. [Occultare] Demittere.

DEINDE compoſitis inter ſe rebus] Manuſcriptum, dein. Paulò poſt. Turpilium Syllanum in vetuſtis, Sullanum, antiquo illo ſcribendi more Moa. [Eos omnes pręter Turpilium. Legendum, eos omnes] Poſtea milites palanteis, inermes, quippe in tali die Manuſcripta duos, inermos. Nam mutari nonnunquam in hoc nomine inflexionem, haud ferè quiſquã ignorat. Vtitur autẽ hac declinatione Tacitus ſæpe velut. i. Qui ſemiſomnos, inermos aut palanteis occiderat pro inermes. & Quem ignarũ inermumq quamuis firmatus animo Centurio ægræ cõfecit [Quippe in tali die, & ſine imperio] In vetuſtis, ac ſine imperio. Tametſi hoc quidem ſanè quàm leue, & nullius fere momẽti, niſi q melius ſonat. [Moa [Idem plebs facit] Manuſcriptũ. plebes Romani milites perculſi improuiſo metu, incerti ignariq. quod potiſſimum facerent] τὸ Perculſi, non eſt in vllo manuſcripto, nec in impreſſis vetuſtioribus. Sed nec ſenſus magnopere requirit. [Ex portæ ante clauſæ] Illa Et copula, non eſt in manuſcriptis, ac rectius abeſt. [Pars edocti à nobilitate) Ibidem, ac nobilitate. Paulò poſt [Iuxta boni malique, ſtrenui & imbelles multi obtruncari] Niſi me cõiectura fallit, legendũ eſt, Inulti pro impuni & q vlciſci hoſtes nõ poſſent. Sic idẽ eſt in Cat. vſus, Cauere ne inulti animam amittatis. Iam Inulti eſſe legẽdũ, ea quæ ſtatim præceſſerãt indicant, Neque caueri anceps malũ, neq; à fortiſſimis infimiſſimo generi reſiſti poſſe. Id nimirum erat, inultum obtruncari. Iam nõ multos obtruncatos, ſed oẽs planè, ipſemet Sal. oſtendit, cum Turpilium ait vnum ex omnibus Italicis profugiſſe intactum. Ea ſimilitudine ſcripturę deſluxit error; [Id miſericordia ne hoſpitis, an pactione, an caſu ita euenerit, parũ cõperimus, niſi q illi in tãto malo turpis vita. integra fama potior fuit, improbus, inteſtabiliſq. vr̃] Codex in pergamenis deſcriptus habet. Niſi quia illi in tanto malo &c. improbus inteſtabiliſq;. vr̃ τὸ Niſi, hic eodem modo accipitur, quo apud Terent. in Andria, Neſcio, inquit, niſi deos mihi iratos fuiſſe ſatis ſcio, q illi auſcultauerim. Sed & Cicero aliquoties in hunc ipſum modũ velut in epiſtolis, De re nihil poſſum iudicare; niſi illud mihi perſuadeo, te talem virum nihil temere feciſſe pro, niſi q mihi perſuadeo. vel, niſi quatenus &c. idem pro Sext. Roſcio. Quid erat quod Capitoni primum nunciarit, neſcio niſi hoc video, Capitonem in his bonis eſſe ſocium. Sunt qui Niſi pro. Sed poſitum, ſeu pro Veruntamen in his atque ſimilibus locis putent, in quibus eſt Linacer. id quod ne mihi quidem diſplicet, ac in exemplis ſupra poſitis probe quadrat. Ceterũ Iteſtabilis hic idem ſignificat, quod in illo ex 12. tabulis, Improbus inteſtabiliſq. eſto. Gellius eodem modo vtitur lib. 7. cap. 18. Qui ad Annibalem non rediſſent, vſq; adeo inteſtabiles inuiſoſq; fuiſſe, vt tædium vitæ ceperint, necemq; ſibi conſciuerint. Proprie vero Iteſtabilis eſt, qui nec teſtimonium dicere, nec aut teſtamentum facere, aut è teſtamento conſequi aliquid poteſt. Inde metaphoricὼς pro tetro, deteſtabiliq;., & execrando ponitur, Plin. xxx. de magica loquẽs

Proinde ita perſuaſum ſit, inquit, eam inteſtabilem, irritam, inanem eſſe. Horatius, Inteſtabilis & ſacer eſto. [Metellus vbi poſtquam de rebus Vaccæ actis comperit. In manuſcriptis ceteriſq. vetuſtioribus non eſt, Vbi, ſed tãtum poſtquam. Quod ſi priorẽ lectionem recipis, abondat forſan altera harum particularum vt in illo, poſt deinde, apud Terent. in Andria, vna ſimul i Heautõtimorumeno, miſere nimis. in Adelphis, I Phormione, ferè plerunque. Quid ſi ex gloſſa irrepſit τὸ Poſtquam, quod aliquis forſan ſupra ſcripſerit, explicare volens quid ſignificaret vbi. Nam iſtis gloſſis mendoſiores ſunt antiqui codices facti. Mox. [Pauliſpér mœſtus è conſpectu abijt] Codex Fabricianus, abit. tempore præſenti. [Pedites quã arctiſſime pergere, & ſigna occultare iubet] Manuſcripta. quàm arctiſſime ire, quomodo eſt in ceteris item vetuſtioribus. Incuria quadam typographi hoc mendum irrepſit, propterea quòd in proximo verſu Pergere ſequitur.

SEDITIOSVM ac diſcordioſum] Diſcordioſum rarum apud auctores vocabulum, ſed bona analogia dictum, vt quidã putant. Ego ſuſpectũ habeo, niſi ſit à vetere aliquo. [Trepidare arcem oppidi] Hic locus varie legitur, & ni fallor, ẽtiã corrupte. Ea Aldini codicis lectione nullus ſenſus eſt. Gothi codex ita habebat, Trepidare arcem oppidi, vbi ſigna & ſcuta erant] hic quidam adſcripſerat, Petere] præſidium hoſtiũ, portæ antea clauſę fugam prohibebant. Ego in alio quodam codice hanc reperi lectionem, Trepidare, ad arcem oppidi, vbi ſigna & ſcuta erãt, prę ſidium hoſtium, & portæ ante clauſæ fugam prohibebant. Hoc ſenſu, Milites Romanos trepidabãt, quia hoſtium præſidiũ prohibebat fugã ad arcem, ſed portę clauſæ oẽm fugam prohibebãt vt zeugma à fine cũ ſyllepſi numerorũ. Paulò poſt vidẽdũ. Strenui & imbelles multi obtruncati. Nũ Inulti triſſyllabon potius, quàm multi triſſyllabon legendum, quod ſæpe puncti omiſſione in tertia vocali latinorum accidit, quemadmodum ſuperius alicubi admonuimus. [Improbus inteſtabiliſq. vr̃] Badius Inſtabilis legiſſe vr̃, non rectè mea quidem ſnĩa. Badius inſtabilẽ exponit valde ſceleratũ. Acron in tert Horatij Sat. lib. 2. Sermonũ vbi de Seruij Oppidij teſtamento fit mentio, ita ait, Inteſtabiles appellabantur, quorũ teſtimonium non valebat. Porphyrio, aũt Antiqui eos, in q e quos in teſtimonium dimitti nolebant, inteſtabiles vocabãt. Badius eu in loco Horatij, exponit inteſtabilis i. teſtamenti capers, quod proprius vero puto. Hoc aũt Saluſtij in loco Priori expoſitio accipi, poteſt, qui Inteſtabilis pro Deteſtabilis poſitum putat, ad hoc Gellium citans auctorem, qui eadem ſignificatione vſurpauerit. Continuo poſt Metellus poſtq̃ de rebus Vaccæ, Aldinus codex habet, Metellus vbi poſtq̃. ſed alterũ abundat, hoc ſaltem loco, [Vaccã nõ amplius mille paſſuum abeſſe] Mirum vero, ſi non amplius mille paſſuũ aberant Romani, Vaccenſes non reſciuiſſe. Ego [illegible] ũ ante millia deſiderari valde vereor, vt duo, vel tria. Badius adijcit, mille eſſe ablatiui caſus, quod mihi non vr̃, ſubſtantiuum tñ eſſe neceſſe eſt, ſi q dẽ lectio bene habet. Sed idem Badius paulò poſt, Ciues per Conciues exponit, quaſi quiſq̃ veterum conciuis dixerit, cum Cicero, Saluſtius, ac veteres omnes perpetuo Ciues protulerint. nunquã Conciues. Vallæ temporibus eſſe natum. Illud etiam quod ibidem auctor ait, Equites in primo latere planè non intelligo. Badius autem exponit latere, quia ex tranſuerſo agebatur agmen.

INTERIM] .i. interea dum Marius talia ageret, Iugurtha poſtq̃ incipi. ſ. de nouo bellum [deditione, quã conſilio Bomilcaris iſtituerat facere, omiſſa] parare. i. parabat oĩa cum magna cura. i. accuratione, feſtinare. i. feſtinabat, cogere. i. cogebat, hoc eſt in vnũ compellebat, & cõgregabat exercitũ. affectare. i. affectabat. ſ. attrahere ad ſe, aut allectare. i. frequẽter alliciebat niſi ſi vehementer ſollicitabat ciuitates quæ defecerant ab ſe. i. quæ factione ſua deſerta ad Metellũ perfugerant, aut formidine. ſ. minas faciẽdo debilibus, aut oſtentãdo pręmia. i. fortibus, & cõmunire. i. ſimul muniebat ſuos. i. proprios locos] alij hñt circumuenire ſuos, ſed nõ eſt opus conuenire ſuos] & reficere. i. reficiebat arma, tela, & alia quæ amiſerat ſpe pacis. ſ per deditionẽ hndæ, aut cõmercari. i. ſimul mercabat, ea allicere. i. alliciebat ad ſe ſeruitia. i. ſeruus Romanorum pollicẽdo eis libertatẽ, & pręmia, & tentare. i. tentabat & ſollicitabat ad proditionem faciendã eos ipſos. ſ. milites Romanos qui erant in pſidijs. i. cuſtodijs vrbiũ à Romanis tentatum & pati. i. patiebatur prorſus nihil intactum ſup. eſſe, neque quietũ, & agitare, i. agitabat ſimul cũcta. Igitur q. d. vt effectũ tentationum oſtendam. Vaccenſes uo. i. ad quos Metellus impoſuerat præſidiũ i initio & hoc Iugurtha pacificãte. i. vt primũ Iugurtha deditionẽ factitaret. fatigati ſupplicijs. i. ſupplicationibus regis, neq; alienati. ſ. ab eo, antea volũtate ſua, ad eſt fauore, principes ciuitatis coniurãt inter ſe de occidendis Glar. Ascen.

Rom.] Nam volgus vti ſolet plerunque & maxime Numidarum ingenio mobili.i.quod habet ingenium mobile, exiſtens ſeditioſum & diſcordioſum, erat cupidum nouarū rerū & aduerſum.i. inimicum ocio & quieti] Deinde principes ciuitatis rebus cōpoſitis.i.conuentus inter ſe, conſtituunt.ſ.cędem perpetrandam, in diē tertium.ſ.proxime ſubſecuturū q.i.quia is ſ.dies tertius, exiſtens feſtus & celebratus per oēm Africam oſtendebat magis ludum & laſciuiam q̄ formidinem, ſicut & nunc ferè viuimus. Sed vbi tempus.ſ. conſtitutum aut opportunitas fuit, ipſi principes coniurati inuitant in domum ſuam, cēturiones, tribunos militares & ipſum præfectū oppidi Titum Turpilium Silla noīe alium .i. diuiſi diuerſos & obtruncat eos oīs præter Turpilium inter epulas.i. inter epulandum. [Poſtea aggrediūtur milites palantes.i.diuagantes per oppidum inermes, quippe.i. vtpote, in tali die.ſ.feſtiuo, ac ſine imperio quia præfecti in conuiuijs erant atq; ita fieri ſolet domini vbi abſunt. [Plebs facit idē].i.occidit hoſpites & obuios pars.i.ipſi partim, edocti à nobilitate.i.nobilibus, alij incitati ſtudio taliū rerum quis.i.quibus ignorantibus actū & conſilium.i.quid ageretur à proceribus aut cur ipſe tumultus & res nouæ hoc eſt innouationes imperij & ſtatus ciuitatis placebāt ſatis.ſ.per ſe. [Romani mil.] Proſequitur internicionē Rom.militū ad vnum videlicet Turpilium qui parū ſuperuictus turpiter elapſus eſt. Vnde dicit Romani milites incerti & ignari quid facerent potiſſimum, trepidare.i.trepidabant, improuiſo metu.i.ex metu de improuiſo orto. Cauſam trepidationis addit, quia pręſidium hoſtium prohibebat ſup.redire ad arcem oppidi vbi erant ſigna.i.vexilla & ſcuta Romana, quia præſidiū ferè in arcibus.i fortiſſimis caſtris conſtituitur, & portæ clauſæ.ſ.à Numidis, ante.ſ.q̄ Romani ad eas perfugerent, prohibebāt fugam. [Ad hoc].i inſuper mulieres & pueri mittere.i.mittebant ꝓ tectis.i.ante tectum ędium ſuarum, quaſi deſuper, certatim.i.maximo conatu, vt qui certatim aliquid faciūt, ſaxa & alia vt tegulas aut faces & cineres (vt Æn.1. Iamq; faces & ſaxa volant furor arma miniſtrat) quæ locis præbebat.i.quidquid primū inuenerāt. [Ita].i.& ſic neque malū anceps.i formidoloſum quia incertum quō vitetur poſſe.i.poterat, caueri.i.vitari, neque poſſe.i.poterat reſiſti gñi infirmiſſimo.ſ mulieribus & pueris, à fortiſſimis.ſ.viris Rom. qui boni & mali, ſtrenui & imbecilles obtruncati ſunt iuxta.i.pariformiter ſine diſcrimine, multi.i.magno numero, niſi ſit legendū inulti, & hoc Numidis exiſtentibus ſæuiſſimis.i.immaniſſimis. [In ea tanta aſperitate].i.atrocitate facti, & oppido clauſo vndiq;. Aut ſic potius vt fiat diſtinctio, Turpilius.i.pręfectus vrbis, profugit in ea tāta aſperitate Numidis exiſtētibus ſæuiſſimis & oppido clauſo vndique vnus.i.ſolus intactus. [Et nos parum cōperimus ne].i.an id.ſ.q ſolus profugit euenerit miſericordia hoc eſt p miſericordiam hoſpitis, quia vero ſimile eſt à principe ciuitatis ſuſceptum, an pactione, hoc eſt quod pactum fecerit cum eis, quod vero ſimile non eſt, quia ſic non profugiſſet, an euenerit caſu, quia potuit vnus elabi ſicut de Aenea & Antenore dubitat Liuius in principio operis ſui quō elapſi ſint. Troia capta, niſi hoc eſt id ſolum comperimus, aut compertum habemus, q Turpilius, vt improbus.i.improbādus & inſtabilis hoc eſt inconſtanti animo, q.i.quia vita turpis hoc eſt infamis, in tanto malo.i. pp im̄ malum, quo negligentia ſua totum præſidium cū oppido amiſerat fuit illi potior hoc eſt optatior, fama integra.i. quam ſeruare famam integram ſi vna cū ſuis fortiter occubuiſſet. [Metellus] Oſtendit euidenti exempli q̄ breui momento ſæpe mortales perfidia aut alia iniquitate ſua gaudeant, qō quidē Vaccenſes biduo quam Romanos occiderant capti occiſiq; oēs ſunt & oppidum prædæ expoſitum. vnde dicit. [Metellus].ſ imperator poſtq̄ comperit.i.cognouit oēm rem de rebus actis Vaccæ.i.in eo oppido, vbi iam dixit oēs Rom. qui in præſidio fuerāt dolo occiſos, mœſtus abijt paulisper.i.per parum tpis è conſpectu.ſ.nunciantium & aſſiſtentium ne aut lacrymas, aut aliud ſignum animo virili indignum oſtenderet. Deinde vbi ira & ægritudo.i.moleſtia & indignatio animi ſunt permixta (vbi duobus fœmininis, quia inania ſunt neutrum appoſuit) feſtinat cum magna cura ire vltum iniurias.ſ.à Vaccenſibus illatas. Educit legionem.ſ.Rom. cum qua hyemabāt, hoc eſt hyemem trāſigebat, & quæ.i quantum poteſt plurimos equites Numidas pariter, hoc eſt ſimul, cum occaſu ſolis & noctu proficiſceretur, expeditos.i. leuiter armatos. Et peruenit die poſtera.i.frequenti (vbi dies pro tpe certo etiam fœmininum eſt, vt Aen.5. Poſtera cū primo ſtellas oriente fugarat clara dies. Valla autem vult hic maſculinum eſſe, cuiuſmodi etiam frequentius reperitur) circiter hora tertia.ſ.diei vt prima hora ſit orto iam ſole, ſicut ferè poſt occaſum ſolis primam horam conſtituunt Itali, in quandam planiciem circumuentam .i. clauſam locis ſuperioribus.i.altioribus pauló.i. modico. Ibi.i.in eo conuallio, docet milites feſſos magnitudine itineris.ſ.facti, & iā abnuētes.i.recuſantes audire concionē oīa de maiore labore ſuſpicabātur, docet dico oīa, videlicet, oppidū Vaccā.i.noīe, abeſſe non amplius mille paſſuū, vbi mille ablatiui ſingularis numeri eſt. decere.i.q decerent ipſos ſup.pati reliquū laborē æquo aīo, dum.i.dūmodo caperet pœnas pro ciuibus ſuis i. quorū ipſe imperator fuerat (ſi eſſet caperent, diceretur pro cōciuibus. non.n.erant militum ciues, ſed conciues, non tñ oīum, ſed tm̄ Rom.) viris fortiſſimis atque miſerrimis.i.miſerrime occiſis. [Præterea oſtentat eis benigne].i.commitet prædam.ſ.paratam, & animis eorum arrectis ſic.ſ ira, & cupiditate, iubet ire.i. progredi in primo latere quia ex tranſuerſo agebatur agmen & iubet pedites ire q̄ arctiſſime .i. denſiſſime à latere equitum vt non viderentur Vaccenſibus, & occultare ſigna .i. vexilla ſua.

VAccenſes vbi animaduertere ad ſe vorſum exercitum pergere: primo, vti res erat, Metellum eſſe rati, portas clauſere. Deinde vbi neq; agros vaſtari, & eos, qui primi aderant Numidas equites vident, rurſum Iugurtham arbitrati, cū magno gaudio obuij ꝓcedunt. Equites, pediteſq; repente ſigno dato, alij vulgum effuſum oppido cædere, alij ad portas feſtinare, pars turres capere, ira atq, prædæ ſpes amplius, q̄ laſſitudo poſſe. Ita Vaccenſes biduū modo ex perfidia lætati. Ciuitas magna atq; opulenta pœnę cuncta, aut prædæ fuit. Turpilius, quē præfectum oppidi vnū ex oīb. profugiſſe ſupra oſtendimus, iuſſus à Metello cauſam dicere, poſtquam ſeſe parum expurgat, condemnatus verberatuſq;, pœnas capite ſoluit. Nā is ciuis ex * Col latia erat. * Latin.
Per idem tps Bomilcar, cuius impulſu Iugurtha deditionem, quam metu deſeruit, incęperat, ſuſpectus regi, & ipſe eum ſuſpiciens, nouas res cupere, ad perniciem eius dolum quærere, die, noctuq; fatigare aīum. Deniq; oīa tentando, ſociū ſibi adiūgit Nabdalſam hoīem nobilem, * magnis operibus clarum, * magnis opibus, clarum. acceptumq; popularibus ſuis, qui plerunq; exercitum ductare ſeorſum ab rege, & oēs res exequi ſolitus erat, quæ Iugurthæ feſſo, aut maioribus aſtricto ſuperauerant, ex quo illi gloria, opeſq; inuentæ. Igitur vtriuſq; conſilio dies inſidijs ſtatuitur, cætera vti res poſceret, ex tpe parare placuit. Nabdalſa ad exercitū profectus eſt, quē inter hyberna Rom. iuſſus habebat, ne ager inultis hoſtibus vaſtaretur. Is poſtquā magnitudine facinoris perculſus, ad tps nō venit, metuſq; rem impediebat, Bomilcar ſimul cupidus incępta patrandi, & timore ſocij anxius, ne omiſſo vetere conſilio nouum quæreret, literas ad eū per hoīes fideleis mittit, in qs molliciem, ſocordiamq; uiri accuſare, teſtari deos per quos iuraſſet, monere ne pmia Metelli in peſtē cōuerteret: Iugurthæ exitū adeſſe, cæterū ſua ne, an Metelli uirtute periret, id mō agitari. proinde reputaret * aīo ſuo præmia, an cruciatum mallet. * cū aīo ſuo. Sed cum hæ literæ allatæ ſunt, forte Nabdalſa exercito corpore feſſus, in lecto quieſcebat. ubi cognitis Bomilcaris uerbis, primo cura, deinde uti ægrum aīum ſolet, ſomnus cępit. Erat ei Numida quidā negociorum curator, fidus, acceptuſq;, & oīum conſiliorū niſi nouiſſimi particeps. Qui poſtquā allatas literas audiuit, ex cōſuetudine ratus opera, aut ingenio ſuo opus eſſe, in tabernaculum introiuit, dormiente illo epiſtolā ſup caput in puluino temere poſitam ſumit, ac perlegit. Deinde propere cognitis inſidiis, ad regem pergit. Nabdalſa paulò poſt experrectus, ubi neque epiſtolam reperit, & rem oēm vti acta erat ex * perfugis cognouit: primo indicem * ſeruis. perſequi conatus, poſtquam id fruſtra fuit, Iugurthā

placandi

placandi gratia accedit, dicit quæ ipſe parauiſſet facere, perfidia clientis ſui præuenta, lacrymans obteſtatur per amicitiam, perque ſua antea fideliter acta, ne ſuper tali ſcelere ſuſpectum ſeſe haberet.

SOLD. NVmidas equites] Ecce quõ decepti ſunt Vaccenſes, nam quia viderunt equites Numidas arbitrati ſunt Iugurtham eſſe. Et ideo oẽs ex vrbe obuiam proceſſerunt. [Equites peditesq;].ſ. Romanorum. [Ira atque prædę ſpes amplius quam laſſitudo poſſe] Pro poterat Romani pp magnitudinem itineris laſſi & feſſi erant. Sed tanta erat ira & ſpes prædæ, vt laſſitudinẽ vincerent. [Ita] Hoc modo, inquit, vrbe Romanis capta, Vaccenſes per duos dies tantummodo lætati ſunt ex perfidia ſua, quia ad Iugurtham defecerãt, interfecto præſidio Romanorum. [Atque Pœnę, prędę fuit] Quia vrbes direpta eſt, & ciues interfecti ſunt. [Prædæ] Propter direptionem rerum omnium. [Turpilius] Dicit quem euentum habuerit Turpilius prefectus, qui ſolus ex vrbe Vacca profugerat illæſus. hic accuſatus eſt apud Metellũ Imperatorem, veluti qui præſidium Romanorũ hoſtibus prodidiſſet. inter ciues rei magna erat coniectura, ꝙ oppido vndique clauſo, ſolus ea omnibus intactus profugit. Metellus inſtit, vt ſe defenderet. Sed cum defenſio eius non ſatis probaretur, damnatus & verberatus, capite pœnas ſoluit. [Nam is ciuis ex Latio erat] Lex porcia vetabat ciuem Romanum interfici, ſed in exiliũ mitti iubebat. Nunc ergo dicit, ideo Turpilius damnatus interfectus eſt, quia non erat ciuis Romanus, ſed ciuis ex Latio. [Per idem tempus] Nunc tranſit ad aliam rem narrandam, quæ tamẽ ad propoſitum belli Iugurthini pertinet. Dicit enim Bomilcarẽ & Nabdalſam conſpiraſſe in perniciem Iugurthæ, ſed tamẽ conſilium eorum fruſtra tractatum eſſe. Nam inſidijs, quas parauerant, cognitis, Bomilcar, & multi alij interfecti ſunt. Ordo eſt. Per idem tẽpus Bomilcar, impulſu cuius Iugurtha inceperat deditionẽ, quam deſeruit metu ſuſpectus regi, & ipſe ſuſpiciens eũ cupere res nouas, quęrere, pro quęrebat dolum ad perniciẽ eius. [Cuius impulſu].i. hortatu: hoc ſupra viſum eſt, quõ hortante Bomilcare, Iugurtha deditionem facere cęperat, ſed poſtea eum pœnituit. [Ipſe] Bomilcar. [Seorſum à rege].i. ſine Iugurtha, carus erat vir, vt Iugurtha ei exercitum committeret, & negocia, quæ ipſe alijs rebus maioribus occupatis expedire non poterat, ei expedienda demandaret. [Aſtricto].i. detento & occupato [Illi].ſ. Nabdalſę [Vtrinſque].ſ. Bomilcaris, & Nabdalſæ [Nabdalſa] Iugurtha præfecerat exercitui ſuo Nabdalſam & iuſſerat ei, vt exercitum teneret inter hyberna Romanorũ, ne Romani per incurſiones agrum Numidię vaſtarẽt. [Inter hyberna Romanorum] Erat enim tempus hyemis, quo tempore Romani in hybernis erant. Cum exercitus in hyberna deducitur per vicos, & caſtella, & loca diſtantia collocatur, ergo inter hæc loca Nabdalſa exercitũ habebat, ne Romani, vt fit, crebris incurſionibus agrũ Numidiæ vaſtarent. [Is] Ordo eſt. [Bomilcar ſimul].i. & cupidus patrandi incœpta, & anxius timore ſocij, ne quæreret nouũ cõſilium, omiſſo vetere, mittit literas ad eum per homines fideles. Poſtquam is.ſ. Nabdalſa perculſus magnitudine facinoris non venit ad tempus, & poſtquam metus impediebat rem. Senſus clarus eſt. [Socij].ſ. Nabdalſæ. [In quis] i. in quibus literis. [Accuſare] Hoc eſt reprehendebat, ne præmia Metelli in peſtem conuerteret. O Nabdalſa, vide ne præmia Metelli in perniciem mutes, nam Iugurtha, omnino finẽ vitæ habiturus eſt cito, aut per nos, aut per Metellum, ſi nos Iugurtha in manus Metelli dederimus, vel viuum vel mortuum, præmia à Metello nobis promiſſa conſequemur. Si autem Metellus, ſine opera noſtra Iugurtham ceperit, præmia in peſtem conuertemus. [Nam Metellus nos quoque interficiet. [Præmia Metelli] Vt ſupra viſum eſt, Metellus ingentia præmia ꝓmiſit Bomilcari, ſi Iugurthã ſibi traderet, vel viuum vel mortuum. [Exitium].i. finem & mortem. [Cæterum ne].i. an. Ordo eſt. Cæterum.i. ſed dicebat id modo.i. nunc agitari. videlicet, ne.i. an periret virtute ſua, an periret virtute Metelli. Iugurtha omnino periturus eſt. nunc id agitur, vtrum virtute noſtra pereat, an virtute Metel. ſi virtute noſtra præmia à Metello promiſſa conſequemur, ſi autem perierit uirtute Metelli, cruciatum & mortem recipiemus. nunc igitur cogita, vtrum malis prẽmia, an mortem. [Erat enim] Nabdalſa miniſtrum quendam Numidam habebat fidum & gratum, qui omnia negocia eius curabat, & omnia eius conſilia nouerat, præter hoc vltimum conſilium coniurationis, hic, poſtquam literæ ſunt allatæ, exiſtimans opus eſſe Nabdalſæ opera ſua, in tentorium introiuit. Et dormiente illo, epiſtolam allatam legit, ſtatimq;, cognitis inſidijs, ad Iugurtham pergit. [Niſi nouiſſimi].i. conſilij coniurationis contra Iugurtham [In tabernaculum] Hoc eſt in tẽtorium. [Puluino] Puluinus dicitur ceruical, ſuper quo ſternitur caput dormientis, à pluma dictus quaſi pluminus. [Temere] Hoc eſt fortuito. Nam temere ſecundum Seruium hic ſignificat ſine cauſa. vt Virg. Haud temere eſt, conclamat a baggere volens. temere ſignificat fortuito, vt hoc loco, ſignificat aliquãdo male, aliquando improuide. [Sumit] Capit. [Indicem] Videlicet miniſtrũ, qui ei abſtulerat epiſtolam. Index proprie dicitur, qui ſceleris, cuius ipſe eſt conſcius, latebras indicat. Dicit, quæ ipſe facere parauiſſet, perfidia clientis ſui præuenta eſſe, hoc eſt dicit, quemadmodum decreuerat detegere proditionem. O rex ego facturus erã, id quod fecit miniſter, & cliens meus. Nam epiſtolam mihi à Bomilcare miſſam eruditionem continentem, ad te deferre decreueram, & totam proditionem aperire, ſed perfidia clientis mei præuenit me, nam prior ipſe eam epiſtolam ad te detulit. [Perfidia clientis] Cliens & patronus correlatiua ſunt, ſicut ſeruus & dominus, pater & filius. Nam cliens, dicitur, qui ſub alicuius patrocinio eſt, & dicitur cliens, quaſi colens patronum, hoc eſt obſeruans & cuſtodiens, cliens qui defenditur, patronus qui defendit. Sed clientem hoc loco accipit pro miniſtro.

LASSITVDO] Defatigatio. [Cauſam dicere] Defendere ipſum [Parum] Negligentius ſe excuſat. [Et ipſe].ſ. Bomilcar. [Suſpiciens] Videns eum.ſ. Iugurtham ſuſpectum [Fatigare animum] Cogitando quomodo regem perderet. [Clarum] Famigeratum. [Acceptum] Gratum. [Omnes res] Negocia regni. [Ex quo] Ex quibus commiſſionibus [Ad tempus] Ad diem ſtatutam. [Agitari] Tractari. [Reputaret] Volueret. [Exercitato] Defatigato. [Cognitis] Lectis [Ægrum] Solicitum & varijs curis oppreſſum. [Id fruſtra fuit] Non potuit eum aſſequi. MARL.

VACCENSES vbi animaduertere, ad ſe verſum exercitũ pergere] Manuſcripta duo, ad ſe verſum. quod, vt antiquario, magis conuenit. Nec ſecus exẽplar Baſilienſe. [Ciuitas magna atque opulentia, pœnæ cuncta aut prædæ fuit] Manuſcripta, ciuitas magna atque opulens. quæ vox frequens veteribus erat. Vtitur ea Politianus in Commodo Herodiani, Sollicitum ſe aiebat eſſe, ne quis opulens ex nobilitate domum occuparet principis. Nec aliter eſt in Beroaldino. [Hominem nobilem, magnis opibus clarum] In manuſcriptis omnibus eſt, opibus. [Qui plerunque ſeorſum ab rege exercitum ductare, & omnes res exequi ſolitus erat] Hæc verborum collocatio ſeriesq; eſt in manuſcriptis & impreſſis vetuſtioribus. Mox. [Quæ Iugurthæ feſſo, aut maioribus aſtricto ſuperauerant] In vetuſtis quibuſdam, ſupererant, ſed perperam. Irrepſit autem ex gloſſa. Nam & A. Gellius priorem lectionem 1. lib. citat. Eſt autem ſuperare hoc loco reliquum eſſe & reſtare. vt ſit ſenſus, Nabdalſam ea exequi ſolitũ quibus ipſe Iugurtha propter occupationes vacare non poſſet. In hoc ſignificatu Cicero identidẽ vtitur. [Cætera, vti res poſceret, ea tempore parari placuit] Eſt in quibuſdam, pro tempore.i. prout ipſum tempus moneret, vel vtcunque occaſio ferret. Prior lectio mihi verior eſſe videtur. Gymnicus perperam, parare, cum in cęteris ferè parari ſit. [Nabdalſa ad exercitum profectus eſt] τὸ Eſt, non reperi vſpiam in ullo manuſcripto. [Is poſtquam magnitudine facinoris perculſus, ad tempus non venit] Manuſcripta, percuſſus, quomodo & Florentinum. Verum eodem ſenſu, nam Cicero vtroque vtitur ad hunc modum. Ad tempus, pro ad diem conſtitutum. [Bomilcar ſimul cupidus incępta patrandi, & timore ſocij anxius] In manuſcriptis omnibus eſt, cupidinibus. non, cupidius. rectè ne an perperam, aliorum eſto iudicium. Paulò poſt. [Iugurthæ exitum adeſſe] In vetuſtis eſt, exitium. quomodo nimirũ & ſenſus ipſe poſtulat. pro eo quod eſt, interitum ac perniciem. Mox. [Proinde reputaret animo ſuo, præmia an cruciatum mallet] Manuſcripta, reputaret cum animo ſuo. idq; rectius. Nam eodem modo & Florentinum habet & Beroaldinum. [Sed cum hæ literæ adlatæ ſunt] τὸ Sunt non habent codices in membrana deſcripti, nec ea impreſſis quidam. Mox. [Forte Nabdalſa exercitato corpore feſſus, in lecto quieſcebat] Manuſcripta, exercito corpore. quomodo & Beroaldinum habet, & Nonius Marcellus alicubi citat. [Et ex conſuetudine ratus] τὸ, in manuſcripto quodam non eſt. nec id ſenſus magnopere requirit. [Dormiente illo, epiſtolam ſuper caput in puluino temere poſitam ſumit ac perlegit] Sic in manuſcripto quoque. Cæterum in pleriſq; eſt, puluinari, perperã vt ego opinor, Cicero certe in hoc ſignificatu ferè priore vtitur, poſteriore haud temere vnquam, quod ſciam. Nam magis puluinaria Deorum dicere ſolet, velut, Ad omnia puluinaria ſupplicatio decreta eſt. Rurſus Qui puluinaribus Bonę deæ ſtuprum intulit &, Qui

ſacerdotem ab ipſis atis puluinaribuſque detraxiſti. Sic & alias. Contra, puluinos ponere, apud eundem & Lectica in qua erat puluinus Melitenſi roſa farctus. Q. Curtius 3 Epiſtolamque ſigillo anuli ſui impreſſam puluino cui incumbebat ſubiecit. Mox. [Deinde propere cognitis inſidijs] Legendum, dein. [Nabdalſa paulò poſt experrectus] In Fabriciano atque alijs vetuſtis. poſt paulò. Id Saluſtianum magis eſt. Similiter etiam poſtea, vbi ait, Sæpe in fuga, ac poſt paulò in armis ſpem habere. nam perperam eſt in recentioribus, paulò poſt. Quanquam quod ad ſenſum quidem attinet, nihil admodum refert. vtrum legas. Eundem admodum Cicero, poſt aliquanto dicere ſolet.

GLAR. NAM is ciuis ex Latio erat] Aldinus codex Collatia habet, quæ lectio verior videtur. Erat igitur Collatinus ciuis, non Romanus, alioqui lex Porcia vetuiſſet eum mori. Verum de ea lege, in quibus ſeruanda, & quibus nō, multa dicenda erat, ſi huius noſtri negocij ea eſſet materia. [Suſpectus regi, & ipſe eum ſuſpiciens] Idem Badius exponit ſuſpiciens. i. clam eius conatus inſpiciens. At ego relatiue, de eodem tamen Bomilcare dictum intelligo. Bomilcar erat ſuſpectus regi, & ipſe eum ſuſpiciens. i. in ſuſpicione habens, quippe de cuius erga ſe fide dubitabat. Vterque igitur alteri ſuſpectus erat, vt vulgo loquimur. Paulo poſt; Magnis opibus clarum. Quidam Opibus legūt. Nam non ita multo poſt legitur Ea quo illi gloria, opesq; inuētæ. Sed nihil muīt.

ASCĒN VACCENSES vbi animaduertere]. i. animaduerterunt exercitum pergere ad ſe verſum, tam primo, vti res erat, Metellū eſſe. ſ. qui aduentaret, clauſere portas, deinde vbi vidēt neq; agros vaſtari & eos qui aderant primi eſſe Numidas equites, arbitrati rurſum, Iugur. ſup. eſſe, procedunt obuiā ſup ei, cum magno gaudio. [Equites]. ſ. Metelli, & pedites ſigno dato alij cædere]. i. occidebant repente vulgum effuſum oppido. ſ. Vacca. alij feſtinare. i. feſtinabant ad portas. pars. i. ipſi partim capere. i. inuadebant, turres. ſ. murorum. [Et ira ita de occiſis Romanis & ſpes prædæ]. ſ. obtinendæ, poſſe. i. potetant pluſquam laſſitudo. ſ. ea magnitudine itineris contracta. [Et ita Vaccenſes lętati ſup.] Sunt modo. i. ſolum modo, biduum. i. ſpacium duorum dierum, ex perfidia, id eſt poſt perfidiam aut propter perfidiam. [Quia ciuitas magna atque opulenta fuit cuncta,] id eſt ſimul tota, pœnæ, id eſt ad pœnam expoſita quia omnes occidebantur ab iratis & ſanguinem ſuorum vlciſcentibus, & prædæ cuius fuerant cupidi. Dicit autem ciuitas quia oppidum quidem vaſtatum eſt, ſed non dedit pœnas ſanguinis vt ciuitas, quæ eſt ciuium collectio. Turpilius, ſcilicet Titus Sillanus, quem exiſtentem præfectum oppidi, ſcilicet vaccæ conſtitutum à Metello, nos oſtendimus ſupra, profugiſſe. i. euaſiſſe per fugam, vnum. i. ſolum, ex omnibus. ſ. Romanis, iuſſus à Metello dicere cauſam, id eſt ſe purgare (ſicut dicere diem. i. conſtituere diem ab accuſatore) poſtquam expurgat ſe parum, quia non erat ſatis ad purgationem dicere quòd eſſe circumuentus dolo Numidarum, aut qui etiam ipſe mutatus fuerat à principe ciuitatis, quia præfectum vrbis præſertim per præſidium in fide tenēdæ, decet priuilegium eſſe & nemini credere, ſemperq; arcem tenere, dum ergo ſe parū expurgat, condemnatus. ſ. à prætore, & verberatus. i. cæſus flagellis priuſquam occideretur, ſoluit pœnas capite. i. capitis obtruncatione. quod ideo permittebatur, nam is erat ciuis ex latio non ex vrbe, quem lex porcia vetabat ad ſupplicium poſci, ſed in exilium permittebat mitti. [Per id tempus] Proſequitur importunam præparationem Bomilcaris qua Iugurthę ſuſpectus effectus eſt, quo cognito Nabdalſam ſibi ſocium ad rem celerius perpetrandam aſciuit. vnde dicit Bomilcar cuius impulſu Iugurtha inceperat deditionem. ſ. facere aut parare, quam deſeruit. i. prætermiſit non perfectam, metu. i. timore malæ conſcientiæ, aut ſeruitutis perpetrandæ. ſuſpectus regi. ſ. Iugurthæ, & ſuſpiciens. i. clam eius conatus inſpiciens, vtpote de cuius fide aut animo in ſe dubitabat, cupere, id eſt cupiebat & moliebatur per idem tempus quo ſuperiora acta ſunt, res nouas, id eſt nouam famam tradendi Iugurtham, & quærere. i. quærebat, dolum. i. deceptionem, ad perniciem. i. malum & interitum eius, ſcilicet Iugurthę, & fatigare, id eſt fatigabat animum ſ. ſuum cogitādo varia, diu & noctu, id eſt per diem & noctem. ſunt autem diu & noctu aduerbia, die & nocte nomine. denique tentando omnia, id eſt cum omnia tentaſſet nec conuenientius medium inueniſſet, adiungit ſibi ſocium videlicet Nabdalſam hominem, clarum ſ. perſpicuum & ſplendidum magnis opibus, & acceptum, id eſt iucundum & dilectum popularibus. i. familiaribus & fautoribus ſuis. Is, ſcilicet Nabda. erat ſolitus ductare plerunque, id eſt ferè aut vt plurimum, exercitum ſeorſum, id eſt ſeparatim ab rege, ſcilicet Iugurtha, & exequi omnes res, quaſi ex arbitrio, quæ, ſcilicet res ſupererant, id eſt reſtabant exequendæ, Iugurthæ feſſo i. fatigato, aut aſtricto. i. obligato & occupato ſtrictim ac detento, maioribus. i. magis arduis negocijs. ea quo. i. ex qua executione gloria & opes inuentæ ſup ſunt. i. partæ. illi. ſ. Nabdalſę [Igitur quia ſe ſocium exhibuit, dies ſtatutus conſilio vtriuſque, inſidijs. i. ad inſidias regi inſtruendas, & placuit. ſ. vtrique, cætera quæ præter diē ad inſidias facerent, parari, id eſt diſponi, pro tempore, id eſt opportunitate, vti, id eſt quemadmodum res poſceret. i. exigeret. [Nabdalſa eſt profectus ad exercitum quem,] Scilicet ſeorſum ductabat. vtpote, quem habebat iuſſus, id eſt ex mandato Iugurthæ: Inter hyberna Romanorum. i. interea loca vbi Romani hiemabant, ne ager, ſcilicet Numidicus vaſtaretur. multis. i. à frequentibus hoſtibus, aut potius ne inultis hoſtibus. quia ſi inulti fuiſſent multo amplius vaſtaſſent. [Is]. ſ. Nabdalſa perculſus, id eſt perplexus magnitudine facinoris, id eſt incœpti de inſidijs regi parandis poſtquam non venit ad tempus, ſcilicet ſtatutum, & metus impediebat rem: Bomilcar ſimul, id eſt pariter aut ſimul, id eſt tum cupidus patrandi, id eſt perficiendi incœpta. ſ. de proditione Iugurthæ. &. i. tum, aut ſimul anxius timore. i. propter timorem ſocij. i. quem ſocium norit habere, aut quem ipſe de ſocio habebat, ne ipſe omiſſo vetere conſilio. ſ. de inſidijs regi tendendis, quęreret nouum. i. conſilium, videlicet de indicio faciendo, mittit ad eum per homines fideles literas, in quis, pro in quibus, accuſare. i. accuſabat, mollitiem, & ſocordiam. i. puſillanimitatem, viri. i. eius qui deberet eſſe vir. i. viribus animo præditus, & teſtari id eſt teſtabatur & teſtes citabat Deos per quos iuraſſet. ſ. Nabdalſa, & monere. i. monebat, ne conuerteret præmia Metelli, id eſt quæ Metellus propoſuerat ei ſponte, in peſtem hoc eſt perniciem eius, & ſup. dicebat exitium Iugurthæ adeſſe. i. inſtare, cæterum hoc eſt, ſed ne. i. an periret ſua. ſ. vtriuſque virtute, an virtute Metelli, id modo, hoc eſt ſolum, agitari. i. verſari in controuerſia. Proinde. i. & ideo, reputaret. i. conſideraret animo ſuo, an mallet præmia ſ. à Romanis ob traditionem Iugurthæ, an cruciatum propter perſiſtentiam cum eo, qui erat hoſtis Romanis, ſed haud dubie prope diem periturus. Sed cum literæ fuere allatæ. ſ. ad Nabdalſam, forte. i. à caſu nam fortuitum erat quod tūc Nabdalſa feſſus corpore exercitato. i. fatigato laboribus quieſcebat in lecto, vbi. i. in quo lecto, cognitis verbis. ſ. ſcriptis, Bomilcaris, qui eam Epiſtolam miſerat, cura cœpit. i. inuaſit & occupauit primo, animum ægrum. i. affectum moleſtia, deinde ſomnus, id eſt dormitatio, cœpit ſup. eum vti hoc eſt quemadmodum ſolet. quia ſomnus omnia domat tandem. Quidnam Numida curator. i. vt dicunt ſollicitator negociorum. ſ. Nabdalſæ, erat ei fidus & acceptus. i. gratus & acceptabilis et, particeps. i. conſors & conſcius omnium conſiliorum. ſ. Nabdalſæ, niſi. i. præter eodem nouiſſimi. ſ. de prodendo Iugurt. Qui poſtquam audiuit literas eſſe allatas & ratus ſup. fuit opus eſſe. ſ. Nabdalſæ opera ſup. ſua, aut iuge. ſuo, ex conſuetudine i. ſecundum quod conſueuerat introiuit tabernaculum. ſ. Nabdal. i. tentorium. [Et dormiente illo]. i. cum illi ſ. Nabdal. dormiret, ſumit. i. appręhendit nullo potiſgente, ac pl. poſtquam ſumpſerat. epiſtolam, i. literas à Bom. ad Nabd. miſſas poſitam temere. i. inconſiderate, ſuper caput ſupp. eius in puluino (dicitur enim puluinar). i. capitis ſuſtentaculo. Deinde pergit propere. i. feſtinanter ad regem. ſ. Iugur. inſidijs, ſ. à Bom. & Nab. illi paratis cognitis. Nab. experrectus. i. per ſe è ſomno excitatus, paulò poſt, vbi neque reperit epiſtolam, & cognouit omnem rem vti erat acta. ſ. à Numida illo familiari, & Iugur. qui Bomil. ad ſupplicium ſaltem addixerat ex perfu. i. ex ijs qui id nunciarunt ad ipſum perfugerunt, conatus eſt primo perſequi indicem. i. Numid. illum familiarem qui proditionem indicauerat regi. poſtquam id fuit fru. ſcilicet incœptum fore quia in contubernio regis iam erat, accedit Iugurtham gratia placandi. i. faciendi pacatum, dicit ea quæ ipſe paraniſſet facere eſſe præuenta. i. præcepta, perfidia ſui clientis hoc eſt familiaris, hoc eſt dicit quod conſtituerat literas Bomilcaris ad proditionem regis cohortantes regi indicare, ſed quia ſomno erat correptus perfidus cliens eas præripuerat, qui ideo perfidus, quia in damnum patroni ſui id fecerit cum neſciret quali animo ipſe in regem eſſet. & obteſtatur lacrymans per amicitiam & per acta ſua hoc eſt quæ egerat ante fideliter ne haberet ſe ſuſpectū ſuper tali ſcelere, hoc eſt de tali ſcelere, ſcilicet proditionis.

AD ea rex aliter atq; aīo gerebat, placide reſpōdit. Bomilcare, atque alijs multis, quos ſocios inſidiarum cognouerat, interfectis, iram oppreſſerat, ne qua ex eo negocio ſeditio oriretur, Neque poſt id lo-

cotum

corũ Iugurthæ dies, aut nox vlla quieta fuit, neque loco neque mortali cuiquam, aut tẽpori ſatis credere, ciues, hoſteſq; iuxta metuere, circumſpectare omnia, & omni ſtrepitu paueſcere, alio atque alio loco ſæpe contra decus regium nocte requieſcere, interdum ſomno excitus, arreptis armis tumultum facere, ita formidine quaſi vecordia exagitari. Igit Metellus vbi de caſu Bomilcaris & indicio patefacto ex perfugis cognouit, rurſus tãquam ad integrum bellũ cuncta parat, feſtinatq;. Marium fatigantẽ de profectione, ſimul & inuitum, & offenſum ſibi, parum idoneũ ratus, domum dimittit. Et Romæ plebes literis, quæ de Metello ac Mario miſſæ erant, cognitis, volenti aĩo de ambobus acceperant. Imperatori nobilitas, quæ antea decori fuerat, inuidiæ eſſe. At illi alteri gñis humilitas fauorem addiderat. Cæterum in vtroq; magis ſtudia partium, quam mala, aut bona ſua moderantur. Præterea ſeditioſi magiſtratus vulgus exagitare Metellum oĩbus concionibus capitis arceſſere, Marij virtutẽ in maius celebrare. Denique plebes ſic eſt accenſa, vti opifices omnes, agreſteſque, quorum res, fideſq; in manibus ſitæ erant, relictis operibus frequentarent Marium, & ſua neceſſaria poſt illius honorem ducerent. Ita perculſa nobilitate, poſt multas tẽpeſtates nouo homini conſulatus mãdatur. & poſtea populus à tribuno plebis Tito Manlio Mantino rogatus, quem vellet cum Iugurtha bellum gerere, frequens Marium iuſſit. Sed paulò ante ſenatus Metello Numidiam decreuerat. Ea res fruſtra fuit.

SOLD. IRAM oppreſſerat) Hoc eſt retinxerat, vel potius clauſerat. [Credere] Hoc eſt confidebat. [Iuxta] i. ſimiliter. Nam qui ſibi magis chari erant, quouſque magnis honoribus & opibus explcuerat, eos proditores erat expertus. [Contra decus regium] Quia in hoc loco humili & abiecta iacebat [Vecordia] Hoc eſt inſania. Nam qui nimium timet, ſomnũ frequenter trẽmens excitatur. [Igitur] Dicit quid fecerit Metellus poſtquam audiuit proditionem eſſe patefactam. [De caſu] Quõ eſſet interfectus. [Marium] Mario poſtulanti ſæpius miſſionem conceſſit Metellus. [Et Romæ] Dicit quõ plebs Romæ libenter accepit, & habuit grata, ea quæ ſcripta ſont de Metello & Mario à negociatoribus, & ab equitibus Rom. qui erant in Africa; ex quo factũ eſt, vt cum Marius miſſione accepta Romam veniſſet, ſtatim cõſul crearetur. [Quæ de Metello ac Mario] Metellum criminabantur, & Marium laudabant, eumq. ad id bellum imperatorem poſcebant. [Miſſæ erant] .ſ. à negociatoribus, & equitibus Romanis, & à Gauda, & ab alijs, qui pacem deſiderabant. [Imperatori] Nobilitas nocebat Metello, è contra ignobilitas proderat Mario. [Imperatori] .ſ. Metello. [Nobilitas] Hoc loco non ſignificat multitudinem nobilium, ſed claritudinem generis, & familiæ. [Inuidiæ eſſe] .i. erat ad inuidiam, propter nobilitatem Metello inuidebant. [At illi alteri] .ſ. Mario [Generis humilitas] .i. ignobilitas. [Fauorem addiderat] .i. quia tota plebs pp ſimilitudinem gñis fauebat Mario. [Cæterum in vtroque] .i. Licet nobilitas gñis inuidiam Metello peperit, ignobilitas Mario fauorem acquiſiuerit, tñ plus valuerunt voluntates partium, q̃ bona, aut mala ſua in vtroque. [Studia partium] Quia vtraque pars ſuos extollere cupiebat, plebs nouos homines. [Nobilitas] Nobiles. [Quam bona aut mala ſua] Quia non tam pp nobilitatem, aut virtutes, neque pp ignobilitatem, aut vitia, qui pp conditionem partium, vel Marius honore ſublatus eſt, vel Metellus depreſſus. [Moderata ſunt] Hoc eſt valuerunt. Moderari eſt imperio, ac poteſtate regere. [Præterea erat & alia res, quæ & Mario fauorem, & Metello inuidiam comparabat. Nam tribuni plebis in concionibus Metellum criminabantur, & illum reum capitis eſſe dicebat, è contra Marium miris laudibus extollebant. [Denique] Ciues egeni, & ruſticani, atque opifices, qui nihil habebant, vnde viuerent, niſi ex opere manuum oẽs ad Marium conueniebant, honorem illius chariorem habentes, q̃ ſua neceſſaria [Seditioſi magiſtratus] Tribunos plebis, maxime intelligimus. [Vulgum] Et hic vulgus & hoc vulgus & dicimus. [Capitis arceſſere] .i. capitis accuſabant, dicebant illum dignum eſſe, qui capitis damnaretur. [Vti opifices] Agreſteſq. oẽs. Plebs dr̃ multitudo ignobilis, & populus minutus, vt opifices & ciues egeni. [Quorum res, fideſq. in manibus ſitæ erant] Res in manibus eorum poſita erãt, qui nihil habebant, niſi id, quod manu quærebãt, & opera lucrabantur. fides in manibus eorum poſita erat, quia id quod promittebant, præſtare non poterant, niſi opere, & labore manuum. Fides dĩ q̃ñ fit id, quod dicitur, hoc eſt, quod promittimus exhibemus. [Frequentarent Marium] Hoc eſt frequentes ad Marium conuenirent. [Ita] Hoc modo. [Poſt multas tempeſtates] .i. poſt multa tpa. nam multa tempora tranſacta erant, ex quo nullus nouus homo conſulatum erat adeptus. [Nouo homini] .i. Mario ignobili. [Et poſtea populus] Marius omnia quæ volebat oſ. ſecutus eſt. Nam & conſul factus eſt. Et ei Numidia prouincia per populum eſt decreta, licet ſenatus eam antea Metello decreuiſſet. Sed pop. iuſſum plus valuit, quam ſenatus decretum. [Ea res fruſtra fuit] Quia id quod decreuerat ſenatus, nihil valuit.

SEDITIO [Quia potentiſſimus erat Nabdalſa. [Ex eo negocio] Si perderet Nabdalſam. [Poſt id] .ſ. detecta coniuratione. [Neque loco] Quia neſciebat vbi eſſet tutus. [Fatigantem] Petentem commeatum. [Offenſum] Quia excitauerat negociatores contra ſe. [Decori] .i. ornamento. [Humilitas] Vilitas. qui non diuitijs ſed virtute fidebat. [Quam mala aut bona] Quia nec vitiorum nec virtutis rationem habebant, ſed partium fauentium [In Marium] .ſ. quàm erant. [In manibus] Quia victum quæritabant laboribus. [Frequentarent] Commutarentur. Sua neceſſaria] Quotidianum victum. [Tempeſtates] Contentiones. [Frequens] Vno conſenſu. MAAR.

BOMILCARE atque alijs multis] Manuſcripta, alijſque multis quomodo & vetuſtiſſimum quodque ex impreſſis [Interdum ſomno excitus, arreptis armis tumultum facere] τὸ Arreptis armis, codices in membrana deſcripti non habent, præter vnum Fabricianum, ac ne is quidem, niſi in ſpatio quod verſus dirimit, idq; alterius manu. [Ceterum in vtroque magis ſtudia partium, quam mala aut bona ſua moderãtur] In manuſcriptis eſt, quàm bona aut mala ſua moderata. quomodo in Beroaldino quoque [Præterea ſeditioſi magiſtratus vulgus exagitare [Fabricianum exemplar, vulgum quomodo apud Nonium Siſenna, imperitum concitat vulgum. [Mox. [Marij virtutem in maius celebrare] Sic & manuſcripta. In quibuſdam tamen immanius celebrare pro nimis prædicare, ac ſua ſupra modum efferre & extollere laudibus. Nam immane non ſolum dicitur importunum & ferum, quomodo Cicero alicubi, Tetra & immanis belua, ving. ſed etiam ingens ac nimium vt immanis pecunia, apud eundem. Priorem tamen lectionem haud dum immutare auſim, propter neſcio quem ſcrupulum. Sed & Liuius. 4. ab V. C. In maius, vt ſit, celebrantes inquit. Mox [Denique plebs ſic eſt accenſa] Manuſcripta, plebes quomodo & antea eſt ſæpe vſus. Nec aliter vetuſtiſſimum quodque ex impreſſis. Eſt, nullo in manuſcripto, neque in Beroaldino ipſo reperitur. [Itaque perculſa nobilitate] Legendum è manuſcriptis & impreſſis vetuſtioribus, Ita.

IRAM oppreſſerat, ne qua ex eo negocio ſeditio oriretur] Quomodo iram oppreſſerat, ne qua ex eo negocio ſeditio oriretur, qui tot hoĩes interfecerat? an quia Nabdalſæ pepercit, quem dixit acceptum popularibus ſuis, & magnis opibus clarum? qd videtur veriſimile. alioquĩ hic locus vix intelligetur. [Ceterum in vtroque magis ſtudia partium, q̃ mala aut bona ſua moderari [Moderari Ald. codex mutauit in Moderantur. Gothi codex habebat Moderata, cui & Badius, & Soldus adiecerunt verbum Sunt. Et Badius quidem exponit, Moderata ſunt. i. gubernationẽ tenuerunt. Soldus vero, Moderata ſunt. i. valuerunt. Nam moderari, ſubdit eſt imperio ad poteſtatem regere. Lector iudicet Paulò poſt L. Manlio Mancino. per c, non per t, legendum puto. GLAR.

REX] .ſ. Iugurtha, reſpõdit ad ea. ſ. verba, placide & ita aliter quam gerebat animo (hoc diſſimpliter, erat enim omnium ſimulator & diſſimulator (Et cauſa eſt, quia oppreſſerat. i. frenauerat iram Bomilcare interfecto, & alijs multis ſupp. interfectis quos cognouit ſocios inſidiarum, & id ſup. fecerat ne qua. i. ne aliqua ſeditio aut bellum ſupp. aliquod oriretur ex eo negocio hoc eſt ex criminatione Nabdalſæ [Neque poſt id Iugurthæ &c. [Commemorat vt Iugurthæ poſt compertam Bomilcaris proditionẽ nec remque eius nunquam deinceps quietus animus fuerit, vt omnia ſuſpecta habuerit dicens. (Neque dies] .i. tempeſtas diurna, neque nox vlla, fuit Iugurthæ poſt id. ſ quod dictum eſt, hoc eſt poſt reſponſum datum Nabdalſæ & necem Bomilcaris conſociorumque eius, neque credere, id eſt credebat, hoc eſt confidebat ſatis loco, neque cuiquam mortali, hoc eſt homini, aut tempori, ASCAN.

poci,

pori, quia omnia habuit ſuſpecta. [Metuere, hoc eſt metuebat ſuata] i. pariformiter & ſine diſcrimine, ciues. ſ. ſuos quorũ ipſe princeps, & rca. & hoſtes hoc eſt Romanos. [Circunſpectare]. i. circũſpectabat omnia & pauefcere. i. paueſcebat omni ſtrepitu. ſ. facto. [Quieſcere]. i. quieſcebat ſæpe contra decus regium. alio atque alio loco. i. in diuerſis locis regiæ maieſtati minime idoneis. Et facere. i. faciebat interdum tumultum. ſ. bellum, armis arreptis. i. poſtquam arripuerat arma, caſtens excitus. i. excitatus ex excuſſus ſomno. [Et ita agitari]. i. agitabatur formidine quaſi vecordia. hoc eſt furia & dementia quadã. [Igitur Metellus &c.] Reddit ad geſta Metelli dicens. Igitur Metellus vbi. i. poſtquam cognouit ex perfugis. i. his qui ex Iugurthinis ad ſe perfugerant, quibus ferè ad inſidias priusq̃ cogniti eſſent vtebantur, aut tunc cognorat cum iam primum perfugerent diffidentes rebus Iugurthinis de caſu. i. occaſu, & interitu Bomilcaris, & de indicio. ſ. proditionis regis promiſſæ patefacto. ſ. per familiarem Nabdalſę, parat rurſus cuncta tanquam ad bellum integrum, i. ea integra reſumendum & feſtinat. i. feſtinãter omnia facit, vnde dimittit. ſ. à ſe domum. i. Romam Marium. ſ. legatum, fatigãtem. i. ſe aſſidue ſolicitantem, de profectione. i. vt poſſit Romam proficiſci ad cõſulatum petendum, & ſimul ratus inuiſum & offenſum ſibi ſupp. fore deinceps parum idoneum. i. ad bellum fideliter gerendum. Plebs]. i. populus vulgaris, Romæ. i. quæ Romæ erat cognitis literis quæ fuerant, miſſæ de Metello ac Mario. i. de diſſenſione & factione eorum, acceperat, priuſquam Marius aduenerat hæc. ſ. quæ dicta ſunt violenti animo de ambobus ſ. de Mario quod criminatus eſſet Metellum, & de Metello, q̃ in crimen citaretur. [Et ita nobilitas quę fuit antea imperatori]. ſ. Metello, decori. i. ad decus & honorẽ, eſſe ſup cœpit. aut eſſe ptn erat illi inuidiæ. i. ad inuidiam. [At humilitas]. i. abiectio & ignobilitas generis, addiderat illi alteri. ſ. Mario fauorem. ſ. popularem. pręſertim plebeium [Ceterum] i. ſed, ſtudia. i. fauores & conciones, partium. ſ. nobilium qui Metello fauebant, & plebeiorum, qui Mario, moderata ſunt hoc eſt gubernationem tenuerunt magis in vtroque. ſ. & Metello & Mario quam aut bona aut mala ſua. i. quam aut virtutes, aut vitia ipſorum. i. plus potuerunt in ea re ſtudia & fauores quàm merita vtriuſque. Præterea magiſtratus ſeditioſi, videlicet tribuni pleb. exagitare. i. exagitabant & ſolicitabant vulgum. i. plebem. ſ. ad ſeditionem mouendam in Metellũ, & accerſere. i. acceſſebant. i. citabant & expoſtulabant Metellum capitis. ſ. reatu, aut pœna, ſup. in omnibus concionibus quas ad populum faciebant, & celebrare. i. celebrabant virtutem Marij, in maius. hoc eſt agendo eam & maiorem prædicando quam erat. Celebrare enim eſt celebrare facere. Celebre autem plus eſt quam frequẽs, quia honorem illa addit, vt Valla latius docet [Denique plebs ſic eſt accenſa. [Recitat quantum potuere inueſtigationes factioſorum in plebeios, qui eos eo impulerunt vt derelictis etiam neceſſarijs opificijs Marium frequentarent. vnde dicit. [Denique]. i. tandem per multas conciones cohortatas plebs. ſ. Romana, eſt ſic. i. in tantum accenſa. ſ. ſtudio in Marium, vti. i. vt opifices. i. facientes opera vt vulgo dicunt mechanica vt ſunt pellipari. i. crepidarij, ſutores &c. & oẽs agreſtes, i. in agro degere ſoliti, quorum res i. diuitiæ, & fides, i. credulitates paſſimq; erant ſitæ. i. poſitæ in manibus. i. in opere manuali, quia vt dicit Iuuen. Quantum quiſque ſua nummorum ſpectat in arca, Tantum habet & fidei &c. frequentarent. i. frequentes comitarentur Marium, relictis operis i. laboribus & opificijs ſuis, & vt ducerent. i. haberent & reputarent ſua neceſſaria. ſ. negocia, [q. d. cum Paulo, Qui non laborat non manducet] poſt honorem illius. ſ. Mari. [Ita]. i. ſic, nobilitate perculſa. i. ſtupefacta & attonita, conſulatus mandatur. i. decernitur homini nouo. ſ. Mario, qui nunquam enim obtinuerat nec maiores eius, vnde ad conſulatum nouus erat, mandatur dico poſt multas tempeſtates, quibus non fuerat viſus nouus homo conſul creatus. Et P. ſ. R. rogatus. i. interrogatur poſtea. ſ. q̃ Marius cõſul eſſet deſignatus, à Lucio Manlio Mancino trib. pl. quẽ vellet gerere. i. exercere bellum cũ Iugur. i. cõtra Iug. frequens. ſ. pop. iuſſit Marium. ſ. bellum cũ Iug. gerere. Sed ſenatus decreuerat. i. pub. decreto addixerat, paulò ante, vt viſum eſt prouinciã Numidiã. i. nomine, vt ſit appoſito, aut Numidicam, Metello. ſ. imperatori. Sed ea res. i. decretum ſenatus, fuit fruſtra. i. facta. i. irritum habitum, quia vt poſtea narrabitur apertius Marius in Numidiam exercitum parabit.

EODEM tẽpore Iugurtha amiſſis amicis quorũ pleroſq; ipſe necauerat, ceteri formidine, pars ad Romanos, alij ad regem Bocchum perfugerant: cũ neque bellum geri ſine miniſtris poſſet, & nouorum fidẽ in tanta perfidia veterũ experiri periculoſum duceret, vagus, incertuſq; agitabatur. neque illi res vlla, neque cõſilium, aut quiſquam hominum ſatis placebat. itinera præfectoſq; in dies mutare, modo aduerſum hoſtes, interdũ in ſolitudines pergere: ſæpe in fuga, ac paulò poſt in armis ſpem habere. dubitare virtuti, an fidei popularium minus crederet, ita quocunque intenderat, res aduerſæ erant. Sed inter eas moras repente ſeſe Metellus cum exercitu oſtẽdit. Numidæ ab Iugurtha pro tẽpe parati, inſtructiq;. deinde prœlium incipitur. Qua in parte rex pugnæ affuit, ibi aliquandiu certatum eſt, cæteri oẽs eius milites primo cõgreſſu pulſi, fugatiq;. Romani ſignorum, & armorum, & aliquanto numero hoſtium potiti. nã fermè Numidas in oĩbus prælijs magis pedes, quàm arma tutati ſunt. Ea fuga Iugurtha impenſius modo rebus diffidens, cum perfugis, & parte equitatus in ſolitudines, dein Thalam peruenit. Id oppidum magnum atque opulentum. ibiq; pleriq; theſauri, filiorumq; eius multus pueritiæ cultus erat.

EODEM tpe) Ordo eſt. Eodẽ tẽpore Iugurtha agebatur vagus & incertus, cũ pro q̃ſi, neq; bellũ poſſet geri ſine miniſtris, & cũ duceret periculoſum experiri fidẽ nouorũ amicorũ in tãta perfidia veterũ. ſ. amicorũ miſſis amicis, pleroſq; quorũ ipſe necauerat, cęteri perculſi formidine profugerãt, pars ad Ro. alij ad Regẽ Bocchũ. [Regẽ Bocchũ] Bocchus rex Maurorũ erat q̃ Numidię cõfines ſunt. [Amicorũ nouorũ fidẽ] Iug. periculoſũ eſſe putabat experiri nouos amicos, q̃a veteres amicos proditores erat expertus, & perfidos. Nã Bomilcar & Nabdalſa veteres eius amici in pnicię eius cõſpirauerãt. [Duceret]. i. exiſtimaret. [Sępe Iugurtha] Quaſi amẽs erat, cõſiliumq; captum ſtatim mutabat, [Aliq̃n fugere] aliq̃n armis reſiſtere decernebat [Dubitare] Hoc eſt nec virtuti, nec fidei populariũ cõfidebat. [Ita] Hoc modo q̃d quid facere tẽtabat, aduerſum ſibi eueniebat. [Sed inter eas moras] Hĩ prœliũ deſcribit cõmiſſum inter Metellũ & Iugurthã, in quo ſ̃plin victus eſt Iugurtha. [Romani] Romã inq̃t multa ſigna militaria & arma ceperũt, ſed paucos hoſtes. Ordo talis eſt. Romani. n. ſunt potiti aliquãto numero ſignorũ & armorũ, ſed ſunt potiti numero paucorũ hoſtiũ q̃a Numidę magis fugiũt q̃ ſe armis defendũt. [Nam fermè Numidas in oĩbus ꝑlijs) Ordo eſt. Nã fermẽ magis pedes q̃ arma ſunt in fugã cõciliãdo tutati in omni gñe prœliorum. [Magis pedes q̃ arma] Quia magis fugiunt q̃ ſe armis defendunt, quia fugiendo magis, q̃ armis pugnando ſeipſos conſeruant. [Ea fuga] Dicit, q̃uo Iugur. victus per vaſtas ſolitudines Thalam peruenit, quæ eſt ciuitas magna & opulẽta, vbi Iugur. ſuos Theſauros habebat atque etiam filios. [Impenſius] Modo rebus ſuis diffidẽs. i. vehemẽtius nunc ſuo ſtatui diffidẽs. [Pleriq; theſ.] i. multi theſauri. ſ. erant eſt zeugma ab inferiori.

MINISTRIS) Ducibus. [Incertus] Anceps. [Res] Cõditio ſtatus ſui. [Conſilium] Quia nullum habebat conſilium bonum. [Solitudines] Loca deſerta. [Virtuti] Fortitudini [Fidei po.] Quia inſidioſos cognoſcebat. [Pro tempore] Quia habebat conſilium ſub manu Iugurtha.

CVM neque bellũ geri ſine miniſtris poſſet) Manuſcripta, ſine adminiſtris, idq; rectius. [Vagus incertuſq; agitabatur) In manuſcriptis eſt, varius incertuſq;, nõ, Vagus, Atque hæc melior lectio eſt. Moa. [Neque illi res vlla, neque conſilium] Vlla, non eſt in vllo manuſcripto, nec in Veneto aut Florentino. [Ibi aliquandiu certatum eſt], τὸ Eſt, manuſcripta non habent.

EODEM tempore &c.] Redit ad conatus Iugurthæ recitãdos dicens. Eodem tpe quo. ſ. dicta fierent Romæ & in exercitu, Iugurtha amicis amiſſis. i. poſtq̃ amiſerat eos quos prius in amicorũ numero habuerat (quorũ ipſe necauerat pleroſq; . i. plurimos vt Bomilcarẽ & cõſcios eius, & quorũ cęteri profugerant. i. procul ad defenſionẽ fugerãt, formidine. i. ea formidine aut propter formidinẽ, pars. i. partim aut alij, ad Romanos, alij ad Bocchum regẽ. ſ. Mauritanię] cum neq; bellũ poſſet geri ſine adminiſtris. i. auxiliarijs, & duceret. i. reputaret periculoſum, experiri fidẽ nouorũ. ſ. auxiliatorũ aut amicorum, in tanta perfidia. i. vbi comperiſſet tantam perfidiam veterum. ſ. auxiliatorum. quos amicos fidoſque duxerat, agitabatur. id eſt voluebatur & verſabatur, varius. i. multarum cogitationum, & incertus. ſ. quidnam inciperet,

ret. Neque res. i. negocium neque cõſilium, aut quiſquam hominũ placebat illi ſatis. Mutare. i. mutabat in dies. ſ. ſingulos. i. per ſingulos dies, aut intelligamus magis itinera. i. itiones ſuas, & profectus. i. profectiones & digreſſus. ne ſi ſemper eadem itinera faceret aut ab ijſdem locis vel in eadem proficiſceretur circumueniri poſſet. & pergere. i. pergebat modo. i. interdũ aduerſus hoſtes, & interdũ in ſolitudines, & hře. i. habebat ſæpe ſpem in fuga ac paulò poſt in armis. Dubitare. i. dubitabat an crederet minus virtuti. i. fortitudini popularium. i. fautorũ ſaltem apparentium, an fidei. i. fidelitati. Ita. i. & ſic, res erant aduerſæ ſup. ipſi quocunq; intenderat. ſ. conatum. [Sed inter eas] Commemorat vt iterum victus ſit Iugurtha, non ipſius, ſed militum vitio. Sæpè vbique Iugurtham animoſum & callidum inducit, quaſi more poetarũ velit ad laudem Romanorũ victorum, victi virtutem cõmendare vt Homerus Hectoris, & Maro Turni. Dicit aũt ſic. [Sed Metell. Oſtendit ſeſe repente cum exercitu inter eas moras, quas trahebat Iugurtha dubitans quidnam incœptaret. [Numidæ] .ſ. milites Iugurthini ſunt parati & inſtructi ab Iugurtha pro tẽpore. i. quantum dabatur pro puncto temporis, repente enim adoriebatur Metellus. Prœlium incipitur (interdum incipitur abſolute dñr ſed minus idonee) inde i. deinde & certatum eſt reſiſtendo aliquandiu, ibi. i. in ea parte pugnæ, in qua parte pugnę affuit rex. ſ. Iugur. Cæteri milites eius ſunt omnes pulſi & fugati primo congreſſu. [Romani]. ſ. milites, potiti ſunt aliquanto numero. i. ſatis magno, ſignorum. i. vexillorum, & armorum. i. detractorum à fugientibus Numidis & paucorum hoſtium, ideo paucorum. [Nã pedes tutati ſunt fermè]. i. quaſi aut ferè in omnibus prœlijs Numidas, magis q̃ arma ſup. torum tuta ſunt. quia ex fuga ferè ſalutem inuenerunt. Iugurtha diffidens modo impenſius. i. abundãtius ſolito, rebus ſuis ea fuga. i. propter eam fugam, peruenit cũ perfugis qui eũ non audebant derelinquere & parte equitatus .ſ. regijs, quem ſolum dixit prius regem ſolere ſequi amiſſo prœlio, peruenit dico, in ſolitudines. i. terras deſertas, & deinde Thalam, id oppidum. ſ. Thala, eſt ſup. magnum, atque opulentum i. plenũ opibus, theſauri regis. plerique. i. plurimi, ſup. erant ibi, & multus cultus. i. ornatus pueritiæ filiorum eius erat ibi.

QVAE poſtquam Metello comperta ſunt, quanquam inter Thalam, flumenq; proximum in ſpatio millium quinquaginta, loca arida, atq; vaſta eſſe cognouerat: tamen ſpe patrandi belli, ſi eius oppidi potitus foret, omnes aſperitates ſuperuadere, ac naturã loci etiam vincere aggreditur. Igitur omnia iumenta ſarcinis leuari iubet, niſi frumento dierum x. cęterũ vtres modo, & alia aquæ idonea portari. Præterea conquirit ex agris quam plurimum poteſt domiti pecoris, eoq; imponit vaſa cuiuſque modi, ſed pleraque lignea collecta ex tugurijs Numidarũ. Ad hoc finitimis imperat, qui ſe poſt regis fugam Metello dediderant, quam plurimum aquæ portaret, diem, locumq́ue, vbi præſto forent, prędicit. Ipſe ex flumine, quam proximam opido aquam eſſe ſupra diximus, iumenta onerat. Eo modo inſtructus ad Thalam proficiſcitur. Deinde vbi ad id loci ventum eſt, quod Numidis preceperat, & caſtra poſita, munitaq́; ſunt, tãta repente cęlo miſſa vis aquæ dr̃, vt ea modo exercitui ſatis ſuperq́; foret. Præterea cõmeatus ſpe amplior, quia Numidę, ſicuti plerìq; in noua deditione, officia intenderant. Cæterum milites religione pluuia magis vſi, eaq; res multum animis, eorũ addiderat. Nam rei ſeſe dijs immortalibus curę eſſe. Deinde poſtero die contra opinionẽ Iugurthę, ad Thalam perueniunt. Oppidani qui ſe locorũ aſperitate munitos crediderant, magna atque inſolita re perculſi, nihilo ſegnius bellum parare, idẽ noſtri facere. Sed rex nihil iam infectum Metello credẽs, quippe qui omnia arma, tela, * equos, locos, tempora, denique naturam ipſam cæteris imperitantem, induſtria vicerat, cum liberis, & magna parte pecuniæ ex oppido noctu profugit. Neque poſtea in vllo loco amplius vno die, aut vnam nocte moratus ſimulabat ſeſe negocij gratia properare. Cęterũ proditionem timebat, quam vitare poſſe celeritate putabat. nam talia cõſilia per ocium ex opportunitate capi. At Metellus vbi oppidanos prœlio intentos ſimul oppidum & operibus & loco munitum videt, vallo foſſaq; mœnia circumuenit. deinde * iubet locis ex copia maxime idoneis vineas agere, ſuperq; aggerem iacere, & ſuper aggerem impoſitis turribus opus & adminiſtros tutari. Cõtra hæc oppidani feſtinare, parare, prorſus ab vtriſque nihil reliquum fieri. Denique Rom. multo ante labore, prœlijsq; fatigati, poſt dies quadraginta, quàm eo ventum erat, oppido modo potiti, prędа omnis à perfugis corrupta * eſt. Hi poſtquam murum arietibus feriri, resq; ſuas aduerſas vident, aurum argentumque, & alia, quæ prima ducuntur, domum regiam comportant. ibiq; vino & epulis onerati, illaq; & domum, & ſemet igni corrumpũt, & quas victi ab hoſtibus pęnas metuerant, eas ipſi volentes perpendere. Sed pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad Metellum venerant, orantes vti præſidium, præfectumq; eo mitteret, Amilcarem quendam hominem nobilem, factioſum, nouis rebus ſtudere, aduerſum quem neque imperia magiſtratuũ, neq; leges valerent, id ni feſtinaret, in ſummo periculo ſuam ſalutem, & illorũ ſocios fore. Nã Leptitani iam inde à principio belli Iugurthini ad Beſtiam conſulẽ, & poſtea Romam miſerãt, amicitiam, ſocietatemq; rogatũ. Deinde vbi ea impetrata fuere, ſemper boni fideleſq; mãſere, & cũcta à Beſtia, Albino, Metelloq; imperata, gnauiter fecerant. Itaque ab imperatore facile quæ petebant, adepti. Miſſæ ſunt eo cohortes Ligurũ quatuor, & C. Annius præfectus. Id oppidum ab Sydonijs conditum eſt, quos accepimus profugos ob diſcordias ciuiles, nauibus in eos locos veniſſe, cęterum ſitum inter duas Syrteis, quibus nomen ex re inditum. Nam duo ſunt ſinus propè in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura, quorum proxima terræ præalta ſunt cæterа, vti fores tulit, alta, alia in tempeſtate vadoſa. Nam vbi mare magnum eſſe, & ſęuire ventis cępit, limum, arenamque, & ſaxa ingentia fluctus trahunt. Ita facies locorum cum ventis ſimul mutatur, Syrtes ab tractu nominatæ. eius ciuitatis lingua, modo conuerſa connubio Numidarum: legum, cultuſque pleraque Syndonica, quęeo facilius retinebãtur, quòd procul ab imperio regis ætatem agebant. Inter illos & frequentem Numidiam, multi vaſtique loci erant.

* Dictio, equos, non legitur i codice Aldino.

*Exemplar Aldinũ nõ habet, iubet.

Alij non habẽt, eſt

SOLD.

QVÆ poſtq̃) Ordo eſt. Tñ Metellus aggreditur ſuperuadere omnes aſperitates, ac etiam vincere manu ſpe patrãdi belli, ſi foret potitus eius oppidi, quanquã cognouerat loca arida, & vaſta eſſe inter Thalam, & proximum flumen in ſpatio quinquaginta militum. [Poſtquam] Hoc eſt, illa ſunt cõperta Metello. [Quæ poſtq̃ ſunt comperta]. i. cognita, poſtq̃ Metellus cognouit Iugur. Thalam profugiſſe, decreuit exercitum traducere ad eum locum, licet eum tranſire oporteret per loca arida, & vaſtas ſolitudines. Flumen quoddam erat diſtans à Thala quinquaginta miliaria, in hoc ſpatio loca erant arida, & aqua carentia, in quibus nemo habitabat, per hæc loca tranſeundum erat. [Loca arida] i. aquæ carentia. [Tñ ſpe patrandi belli, ſi eius oppidi potitus foret] Quamuis per loca arida & difficilia tranſire oporteret, tamẽ quia ſperabat bellum finire, ſi eam ciuitatem cœpiſſet, omnes aſperitates vincere decreuit [Si eius oppidi potitus foret]. i. ſi vrbem cœpiſſet. [Ac naturam etiam] Nam ferè contra naturam eſt poſſe exercitum ducere ad loca tam arida. [Igitur omnia iumenta] Vide quo conſilio, & qua arte vſus ſit, vt exercitum Thalam duceret, iumenta onerari iuſſit tantummodo frumento, quoddecẽ dies ſufficeret. Cęteras atque alia onera ex iumen-

tis tolli iuſſit Et vtres atque vaſa ad portandū aquam idonea iu mentis imponi præcepit, ipſaq; vaſa impleri aqua iuſſit ex flumine, quod proximum erat Thalæ quinquaginta millibus paſſuū. Atque ita frumento, & aque iumentis oneratis Thalam cū exercitu proficiſcitur iumenta dr̄, quæ onera portant. [Niſi frumento dierū decem] Cætera onera ex iumentis tolli iuſſit, præter frumentum decem dierum. [Cæterum vtres] Vtres ſunt de pellibus caprinis inuerſis. [Modo] .i. tantummodo. Præterea dicit Metellum quantum iumentorū potuit congregaſſe ad vaſa plena aquę conuehenda. Neque enim parum eſt ſi per vaſtas ſolitudines & loca arida exercitum ducere potuiſſet. [Domiti pecoris] .i. iumentorum, ſicuti ſunt, equi, muli, equę, aſini &c. huiuſmodi. [Eoq;] .i. ſuper id pecus domitum. [Ad hoc] .ſ. præterea. [Vbi præſto fuerint] .i. vbi ſint parati [Ipſe ex flumine] Ordo eſt, ipſe onerat iumenta ex flumine, q̄ꝗ̄ diximus eſſe proximum oppido. [Quanq̄ aquam] Ac ſi diceret, quo flumen proximum oppido, nam paulò ante dixit flumen eſſe proximum Thalæ quinquaginta millibus paſſuum. [Ad id loci] .i. ad eum locum. [Quo] i. ad quem. Numidis præceperat. Nam paulò ante dixit diem, locumq; , vbi præſto fuerint prædicit. [Cœlo], ſ. per pluuiam. [Vis] Abundantia. [Modo] .i. tantummodo. [Commeatus ſpe amplior] .ſ. maior quam ſperabat. [Sicuti plerique] .ſ. faciunt. Sic enim fieri ſolet. Nam ſemper populi in noua deditione ſe promptos & officioſos præſtant in eos, quibus ſe dediderunt. [Officia intenderant] Hoc eſt prompte officia præſtiterant. [In noua deditione] Multi enim populi Numidarum ſe Metello dediderant, poſtquam victus eſt Iugurtha. Et in hac noua deditione vnuſquiſque populus officium ſuum prompte exhibebat Metello. [Cęterum milites religione pluuia magis vſi ſunt] Milites vtebantᷣ magis aquā per pluuiam cœlitus demiſſa, q̄ aqua, quæ fuerat per iumenta cū uecta. Et hoc ipſi faciebant religione ducti, putabant enim aquū illam diuinitus ſibi miſſam fuiſſe, quia dijs curæ eſſent. [Religione] .i. propter religionē, hoc eſt propter honorē deorū. Nā religio proprie dicitur honor & cultus, qui deo optimo impenditur. [Nihilo ſegnius] .i. nihilo tardius. [Parare] Pro parabat. Idem noſtri Romani ſimiliter & ipſi bellum parabant [Facere] Pro faciebant. [Idem] .i. eandē rem. [Sed rex] Dicit Iugurtham cum liberis & multa pecunia noctu ex vrbe fugiſſe, poſtq̄ vidit Metellum omnia vincere poſſe, etiam ipſam naturā, quæ alijs dominari & imperare ſolet. [Nihil infectum Metello] .i. omnia fieri poſſe à Metel. [Quippe] .i. q̄a. [Negocij gratia] .i. cauſa alicuius rei. [Celeritate] Videlicet non morando diutius in vno loco, ſed celeriter diſcedendo. [Nam talia conſilia] Videlicet conſilia proditionis. [Per otium] .ſ. per occaſionē tēporis. [Opportunitate] In cōmoditate tēporis Et ideo cū nō moraretᷣ amplius vno die aut vna nocte in vno loco nō dabatur opportunitas tēporis alicui ad capiendum conſilium proditionis. [At Metel.] Dicit quemadmodum Iugur. profugit ex oppido, ſed Met. illud obſidere, & oppugnare parauerat. [Intentos] .i. paratos. [Operibus] Videlicet munitione, mœnibus, & foſſa. [Loco] .i. natura loci. [Circumuenit] .i. circundat. [Vallo foſſaq;] Qui obſidebant ciuitates vallo & foſſa eas circūdare ſolebant, ne oppidani eruptione facta, caſtra circūpoſita inuaderent, & vt citius fame coacti, dum nemo egredi poteſt, deditionē facerent. Valllum eſt munitio ex fuſtibus facta, appoſito aggere terræ, quod foſſa cingitur [Deinde iubet, duobus locis ex copia maxime idoneis, vineas agere] Vinea, vt ait Vegetius, machina eſt, quæ leuioribus lignis colligatur, lata pedibus octo, alta pedibus ſeptē, longa pedibus ſes decim, huius tectum munitur ac duplicibus tabulatis, cratibusq; contexitur, latera quoque vimine ſepiuntur, ne ſaxorum telorumq; impetu penetrentur. Extrinſecus autem ne immiſſo concrementur incēdio, crudis, ac recentibus corijs operitur. Iſtæ cum plures factæ fuerint, iungūtur in ordine, ſub q̄bus ſubſidentes, tuti ad ſubruēda murorum penetrant fundamēta. Vinea machina bellica erat, quæ prope mœnia ducebatur, & ſub ea milites tecti mœnia oppugnabant, ſuper vineas terrā accumulabant, & ſuper terrā turres faciebant, in turribus pugnatores locabantur. Vinea aūt dicta eſt eo ꝙ in modum vinearum ex vna parte tm̄ recta erat, quæ pars muros oppugnandos reſpiciebat. Sic.n. vineæ maxime in hortis aptantur; vt vna pars decliuis vitibus contegatur. [Deinde iubet milites] .ſ. agere vineas hoc eſt appellere, admouere, adducere .ſ. iuxta muros [Duobus locis] Hoc eſt copia maxima idoneis. In multis locis circa mœnia vineæ locari poterant, ſed ex multis locis, duo maxime erant idonea, in q̄bus uineæ ponerentur ad oppugnanda mœnia. [Ex copia] Ac ſi diceret ex multis. [Aggerem] Agger autem ex terra, lignisq; extollitur contra murū. de quo tela iactantur, Agger eſt accumulatio terræ. [Iacere] Fundare, Et ſuper aggerē impoſitis turribus opus miniſtros tutari. Et iubet miniſtros tutari opus, impoſitis turribus ſuper aggerem. [Opus] Videlicet munitionē ipſam. [Miniſtros] .i. pugnatores. [Lutari] .i. defendere. [Ab utriſque] .ſ. à Rom. & ab oppidanis. [Nihil reliquū fieri] .i. nihil relinquebatur. [Denique] Dicit Rom. poſt dies quadraginta urbē cepiſſe ſolūmodo, prædam aūt nullam inueniſſe, eo ꝙ perfugæ eam igni corruperāt. Romani oppido modo potiti ſunt, hoc eſt ſolumodo urbem ceperunt, q̄a prædam nullā capere potuerunt. Nā perfugæ eam igni conſumpſerant. Nā poſtq̄ uiderunt urbem diutius defendi non poſſe, quidquid auri, & argēti, aliudue precioſum erat in vrbe, portanerūt domum regiam, atque ita vino & epulis onerāt, & domū, & res ipſas ac ſeipſos igni corruperunt. [Hi] .ſ. perfugæ. [Poſtq̄ murū arietibus feriri] Aries machina bellica eſt, qua muri feriebatur, & vſq; ad ruinā quatiebantur, dictus aries quia murum pugnat in modum arietum pugnantium, vel quia ſit in ſummo in modum capitis Arietini. [Et alia] .ſ. ornamenta precioſa. [Prima] .i. pcipua, cara. [Ducuntur] Æſtimantur, vel dr̄. [Domum regiam] Vbi Iugurtha rex habitaſe ſolebat [Illa] .ſ. aurū, argentum, & alia precioſa. [Sed pariter] Nunc ad aliā rem narrandam tranſit. Dicit.n. eodem tp̄e veniſſe legatos ex ciuitate Lepti ad Metellū orantes, vt mitteret eo præſidium militum, & præfectum, eo ꝙ Amilcar quidam nobilis, factioſus ſeditionem in vrbe concitaret. cōtra quem nec leges. nec magiſtratus valerent. [Amilcarem quendā] Subauditur dicebāt. [Nam Leptitani] Declarat quō Leptitani ſocij erant Pop. R. à principio belli Iugurthini Leptitani miſerant legatos primo ad Beſtiam conſulem, deinde Romam, ꝗ ſocietatem & amicitiā peterent. Itaque à Pop. Rom. in ſocietatem & amicitiam recepti, ſemper fideles fuerant. [Nauiter] .i. ſtrenue, prōpte, quia quæ Leptitanis Imperanerāt duces Romani. ſ. Beſtia, Albinus, & Metellus, prōpte fecerant. [Eo] .ſ. Leptim [Lugurū] Ligures ſocij erant Populi Rom. [Id oppidum] Dicit à quibus populis Leptis ciuitas cōdita ſit. Sydonij populi ſunt Phœnicis regionis. Cū inter eos ciuiles diſcordię ortæ eſſent, profecti ſunt nauibus in loca, vbi ciuitatē Leptim condiderunt. [Sitū] i. poſitum. ſ. id oppidum Leptis. [Quibus nomen ex re inditum eſt] .i impoſitum. Dicit quare vocare ſunt Syrtes, Dicit.n. à tractu, Syrtes, eſſe vocatas. Nam συρᾶν græce, ſignificat trabo. vnde Syrtes. Quare aūt à tractu ſint vocatæ ſyrtes. ipſe declarat. [Ex re.] .i. ab effectu, nā quia in his locis, vnde trahunt limum, & arenam, & ſaxa ingentia propterea à trahendo, ita à ſyrao Syrtes ſunt vocatæ] Duo ſunt ſinus] Sinus eſt maris receptaculum Duo loca in mari. [In extrema Africa] .i in extrema parte Africæ oriētem verſus. [Impares magnitudine] Quia alter altero maior eſt. [Pares natura] Quia uterque locus periculoſus eſt, propterea, quia uterq; locus, cum mare uentis agitatur, arenam, & limum, & ſaxa ingētia trahit, ut propterea mare ibi fiat aſperum, & ad nauigādum admodum difficile, ac, periculoſum. [Quorum proxima terrę præalta ſunt. Horum ſinuum loca, quæ ſunt terræ & litori uicina ſunt, ualde profunda, & alta, cætera uero loca, quæ non ſunt litori, & terræ uicina, alia ſunt alta, & profunda, alia autem uadoſa .i. non profunda, nec alta quia plena ſunt arena, & limo, & ſaxis, ideo ſunt periculoſa, nam ibi naues illiduntur & franguntur. [Cętera, uti ſors tulit, alia, alia in tempeſtate uadoſa] Hoc eſt cætera loca, quæ nō ſunt terræ uicina, alia ſunt alta, alia uadoſa, ſicuti ſors tempeſtatis tulit. Nam qn̄ tempeſtas eſt, & mare uentis agitatur, inde tantam arenam, & limum & ſaxa trahunt, ut ea loca efficiātur uadoſa & innauigabilia. [Alia in tempeſtate uadoſa] Vadoſus dicitur locus, ubi aqua tam humilis eſt, ut ibi uadi poſſit pedibus, & tempeſtas hæc loca uadoſa facit. [Nam ubi mare,] Ordo eſt, Nam fluctus trahunt limum, & arena & ſaxa ingentia, ubi .i. quando mare cœperit eſſe magnum, & cœperit ſæuire uentis. [Vbi mare magnum & ſæuire uentis cœpit] .i. ubi, quando incepit eſſe tempeſtas. [Sæuire] .i. agitare [Trahunt] Ecce quomodo à trahendo .i. à ſyrao ſyrtes ſunt appellatæ. [Ita facies] .i. aſpectus. Facies locorum cum uentis ſimul mutatur, quia loca, quæ ante tempeſtatem alta erant, & profunda, ſuperuenientē tempeſtate efficiuntur uadoſa. Et econtrario, quæ loca, diſcedente tempeſtate alta & profunda redduntur, cum uentis. i. cum tempeſtate mutantur. [Eius ciuitatis] Hæc Leptitanorum primo ſermonem & linguā Phœnicum habebat, unde originem ducebat, poſtea uero propter connubia Numidarum priſtino ſermone relicto, lingua & ſermone Numidarum uti cœpit, leges tamen cultumq; Sydonicum retinuit. [Lingua] .i. ſermo. [Conuerſa eſt] .i. mutata eſt. [Connubio Numidarum] Quia Leptitani uxores Numidas accipiebant. [Leges cultusq; pleraque Sydonica ſunt] Leptitani linguam & ſermonem mutauerunt, ſed nō mutauerunt leges & cultum.

cultum Leges quia viuunt ſecundum leges Sydoniorum [Cultus] Pertinet ad veſtitum,& ad mores viuendi. [Pleraque] Pro maiori parte. [Quæ].i.quas res.ſ. leges & cultum. [Quod procul ab imperio regis ætatem agebant] .i.quia viuebant procul à rege Numidarum. Ex hoc apparet Lepritanos fuiſſe ſub imperio regis Numidarum. [Inter illos] .ſ. Lepritanos. Dicit quare Lepritani procul ab Imperio regis Numidarum viuunt, quia inter Lepritanos,& Numidiam loca ſunt deſerta. [Vaſti].i.deſerti, & propterea, quia inter Lepritano & Numidiam multa loca deſerta,& ingens ſolitudines erant,raro rex ad eos ibat,itaq; ita leges eorum & mores primos non mutabant.

MARL. FVERIT præſto] Paratus & præſens. [Præcidit] Denunciat. [Vis].i copia. [Ea res] Pluuia diuinitus miſſa. [Oppidani] Thalenſes. [Munitos] Tutos ab hoſtibus. [Aſperitate l.] Non quod circa oppidum eſſet aſperitas locorum, ſed ſi ad id venire cupiebant opus erat per deſerta & aſpera iter facere. [Inſolita] Re inaudita, quia alios exercitus per ea loca tranſiuerat nunquã [Neque poſtea]Poſt diceſſum à Thala. [Ex copia,] Scilicet militum. [Corrupta] Igne conſumpta. [Duas Syrtes] Inter maiorem & minorem. Syrtes diſtant inter ſe ducentis quinquaginta millib. paſſibus,vt ait Solinus. [Cętera] .ſ. loca quæ deſcendunt verſus mare.[Magnum]Profundum. [Facies]Quia interdum videntur montes interdum mare, interdum ſtagnum videtur. [Frequentem] Habitatum. [Vaſti] Deſerti.

OMNES aperitates ſuperuadere, ac naturam loci etiam vincere aggreditur] Legendum omneis aſperitates. Pręterea, Loci, non eſt in impreſſis antiquioribus, nec in manuſcriptis. ſed nec inferius additur, vbi de hoc ipſo Saluſtius. Denique, inquit, naturam ipſam cęteris imperitantem induſtria vicerat. Notanda vero locutio. aſperitates ſuperuadere, pro difficultates omneis ſuperare,ſeu perrumpere, vt Plinius loquitur. [Cęterum vtres modo, & alia aquæ idonea portari] Non diuiſim legendum ſed coniunctim, vtres modo. Facilis & proclius error. Sed & perperam in quibuſdam additur,Vaſa.Id ex gloſa,vt opinor,irrepſit.[Sed pleraque lignea]τὸ Sed,non eſt in vllo manuſcripto, licet ſit in impreſſis vetuſtioribus. [Quam plurimum quiſq; aquę portaret]Perperam in quibuſdam,quiſque. Nam elegantius particula,Vt,omittitur. [Deinde vbi ad id loci ventum eſt]Eſt,non reperi in manuſcriptis, ac maiore cum gratia abeſſe poterit. Sic inferius pręda omnis à perfugis corrupta eſt. In manuſcriptis nõ eſt additum ibi verbum ſubſtantiuum, nec impreſſis antiquioribus. [Nam talia conſilia per ocium, ea opportunitate capi.] In quibuſdam eſt,conſilia ſolent &c. verum perperam. Ex gloſſa irrepſiſſe videtur,quam inſulſus aliquis & ineptus literaior adiecerat. Fabricianum,per ocium & ex opportunitate,addita illa. Et copula. [Deinde iubes locis ea copia maxime idoneis vineas agere]τὸ Iubet,non habet Gymnicus, cum ſit integrum in omnibus manuſcriptis,& impreſſis vetuſtioribus. Paulo inferius [Hi poſtquam murum arietibus feriri resque ſuas aduerſas vident] Manuſcripta,afflictas vident,pro perditas. Vox eſt apud Ciceronem frequens. Eodem modo Florentinum. [Ibique vino & epulis onerati] Quod in vetuſtis quibuſdam grauari legitur, id ex gloſſa addita irrepſit. Et quãuis idem eſt vtrobique ſenſus prior tamen lectio verior. Sic & Curtius 5. Mero onerati,inquit, & alicubi, Onerauere ſe vino idem tamen vj. Verum ne vino grauatus effudiſſet illa. & vij. Graues mero ſuas vires extollere. Sed & Liu. iiij.ab V.C.Vino epuliſque grauatos,dicit. Idem ia. Vino oneratos ſopiunt, inquit.[Et cuncta à Beſtia, Albino, Metelloque imperata grauiter fecerant] In Fabriciano eſt, imperata, idque ſenſus ipſe poſtulat. Sed & Naue ibidem conſentientibus alijs,haud ſcio an rectius,pro impigre, ſtrenue gnauiter,ab adiectiuo Nauus,quod eſt diligens & induſtrius, vbi hodie ferè gnauus dicimus. Magis autem antiquitatem reſipit hoc aduerbium cuius eſt cum primis obſeruans Saluſt. Quanquam Priſcianus quidem,& Diomedes priſcum magis eſſe putans Gnauiter, ſicuti & ignauiter quod Lucil. alicubi dixerit. Qui volent Priſcianum legat av. de aduerbijs Diomedis in .i.verba ſunt. Quædam ſunt nomina in Vs ſyllabã terminata,quæ ex ſe bina aduerbia faciũt, vt eſt veterum auctoritas. Tranſit enim in quibuſdam rationẽ, & aliter ipſa enunciat, aliter conſuetudo vſurpat. Nam nauus nauiter dicunt, quos nos naue. largiter,quod nos large. Mox. [Miſſæ ſunt eo cohortes Ligurum]Manuſcripta,Emiſſæ eo,nec eſt additum ibi verbum ſubſtantiuum, [Impares magnitudine pari natura] In quibuſdam eſt,ſed impreſſis,pares natura,verum eodem plane ſenſu. Quamuis prior lectio, ſi quidem in me iudicij verior eſt. [Quæ eo facilius retinebantur] Manuſcripta,retinebant,quo & ex impreſſis quædam,vt quæ caſus ſit accuſatiui.

QVANQVAM inter Thalam flumenque proximum] Quam vellem, Flumen hoc nominaret auctor. Sic enim Thale ſitus clarior eſſet, Ptolemæus nõ ita longe à Bagrada Thabbam ponit,quam quidam Thalam putant. Quippe paulo poſt,Legati ab Lepti ad Metellum veniunt.Qui quidem ſinus non ita longus eſt, atque ſunt Mauritaniæ Cæſarienſia loca,ſub Iugurthæ etiam imperio Continuo poſt, Tamen ſpe patrandi belli Committendi exponit. Soldus finiendi, quod magis placet. Nam & poſtea de Mario in Africam recens profecto dicturus eſt. Neque belli patrandi copiam cognouit pro Finiendi dixit.vt puto.[Vineas agere ſuperq ea aggerem iacere]Illud eas, Aldinus codex ſuſtulit,territus fortaſſis,ꝙ non ſit veriſimile aggerem ſupra vineas iuſtrui,quippe apud nullum auctorem,quod ſciam.lectum, Atqui niſi ita legerimus,non eſt clarum quid ſit velit,illud, Superq;.aggerẽ iacere. Badius, vt illud Eas defenderet,dicit fortiſſimo fundamẽto fuiſſe ſtabilitas vineas. Verũ locus totus male hẽt preſertim in Aldino,atq; adeo in alijs codicibus multis Si quid diuinationi meæ tribuendum,certe ſuſpicor ita ab auctore ſcriptum, Inſuper aggerem iacere, ſuperq́ aggerem impoſitis turribus opus miniſtros tutari. Quæ lectio egregie ſenſum elicit, & auctoris ſtylo eſt cõformis. Illud vero qđ præcedit, ex copia, qd referat,mihi non ſatis clarum eſt. Soldus de locorũ multitudine intelleait,quibus vineæ admoueri poterant mœnibus.Quod malim q̃ de militũ copia vt quoſdam expoſuiſſe refert Badius. Deniq; Adminiſtros ꝓ miniſtros quare ſubſtituerit Aldinus codex mihi nõ liquet. Qđ ſi infinitiuos p̃ p̃teritã impfecta exponemus nõ erit opus verbo Iubet,nec verbũ duobus,q̃ hñt quidã codices & ſanè ad eũdẽ modũ ĩfinitiui ſequunt́, feſtinare, parare fieri. GLAR.

ASCAN. QVÆ].ſ.dicta de fuga regis,& de opulẽtia Thalæ,poſtquã comperta.i.cognita ſunt Metello, quanquam cognouerat loca eſſe arida.i.ſicca ſine aqs,& vaſta,i.ſine domicilijs,ac cultoribus valde ampla & capacia, hoc eſt deſerta, inter Thalam.ſ.oppidũ & flumen proximum,in ſpatio quinquaginta millium.ſ.paſſuũ, tamen aggreditur.i.tentat ſuperuadere.i.ſuperare vadendo,omnes aſperitates.ſ.locorum,ac vincere etiam naturam,quæ tranſitum vetabat,id autem faciebat ſpe belli patrandi.i.committẽdi cum Iugurtha, ſi foret potitus eius oppido.ſ.dominio, aut imperio,ſine quo potior cum genitiuo conſtruatur. Igitur quia omnia artẽtare cõſtituit, Metellus iubet omnia iumẽta leuari.i.de onerari ſarcinis. i oneribus rerum militarium, niſi.i præterquã frumento decem dierum. Ceterum.i.ſed econtrario iubet modo.i.ſolummodo vtres.i.vaſa ex corijs in quibus interdum viuũ interdum oleum nunc aquas portabãt,& alia vaſa[ergo & vtres vaſa ſunt idonea aquæ.ſ.tranſportandæ]portari.ſ.ab iumentis, pręterea.i.ſimul conquiri ex agris.i.pagis vicinis quam.i.quantum poteſt plurimum pęcoris domiti.i.cicuris aut domeſtici, vt ſunt equi,muli,aſini,boues,&c.que pro &,imponit,eo ad id aut in id.hoc eſt pecus domitum. [Eſt autem aduerbium pro nomine aut antiquus datiuus. nam nos diceremus ei q &c. (vaſa cuiuſcũque modi,ſed pleraque.i.plurima lignea, collecta.i.coacervata, ex tugurijs.i.caſis & villis Numidarum.Ad hoc.i.inſuper imperat finitimis.ſ.populis .i. confinio habitantibus,qui dedidérant ſe Metello imperanti,aut dederant poſt fugam regis,vt quiſquo portaret quam plurimum.i.valde multum aquæ,& prædicit ſu.ipſis.i.conſtituit diem & locum, in quo & ad quem portarẽt, vbi fuerunt præſto.i.parati.[Ipſe præterea onerat).i.onerare iubet(quia ſeruilia miniſteria non decent imperatorem,verum ea quis facere cenſetur quę imperat aut conſulit]iumenta ex flumine.i.aqua fluenti,quam aquam.i.quod flumẽ nos diximus ſupra, eſſe proximum oppido.ſ.Talę.& tamen nõ erat propinqua, ſed interuallo quinquaginta milium. ſ.paſſuum.Et eſt dictum ſicut illud Aeneid.v.proximus huic longo, ſed proximus ad Thalam interuallo,inſequitur ſalus.Et ipſe inſtructus eo modo proficiſcitur ad Thalam.ſ.oppidum,vbi proprio dat præpoſitionem. Deinde vbi ventum eſt ad id loci quo præceperat. Numidas.ſ.deditionis venturos eſſe(q̃a idem & locum eis prædixerat)& caſtra ſunt poſita & munita,tanta vis,i.copia,ſeu abundantia aquæ dr̃ miſſa.ſ.p pluuiã quaſi cęlit' data ſit,repẽte.i.ſubito,vt ea.i.aqua modo.i. ſolũmodo aut ſola ſine apportata foret ſatis & ſuper.i. plus q̃ ſatis. Pręterea cõmeatus.i.cibus ꝓ exercitu ferat, ſup. amplior,ſpe i q̃ ſperauerat,q̃a Numidæ intenderãt.i.intẽtius effecerant,officia.i.exercitia debita,in nouã.i.recẽti deditione ſicut pleriq; faciunt quia vt dr̃ principiũ feruet,mediũ calet,& tepet imum.[Ceterũ].i.ſed milites ſunt magis vſi pluuia ꝓ religione.i. ꝓ re diuina voluntate facta,& ea res addidit multũ animia .i.aloſitati eorum. Nã rati ſunt ſeſe eſſe curæ dijs immortalibus deinde peruenerunt poſtero, ſequẽti die, ad Thalã,cõtra opinionẽ Iugurthæ,

Iugurthæ, qui opinatus erat eos eo nunquam acceſſuros. [Oppidani].i. ciues Thalenſes, qui crediderant ſe munitos aſperitate locorū eo ꝙ propter penuriam aquæ in loco ītermedio inacceſſibilis cum exercitu videbatur vrbs illa, perculſi.i. perplexi & attoniti, re magna atque inſolita, parare, i. parabāt nihilo ſegnius.i. negligentius quam ſi non fuiſſent perculſi bellum, & noſtri.i. R. facere.i. faciebāt idem.i. æque intente parabant bellū. Sed rex.ſ. Iugurtha credens iam nihil infectū.i. ſi dicatur infactibile. [Nā in ſuis participijs ſæpe vtimur pro verbalibus ī illis, vt aut illaudati pro illaudabilis & inacceſſos pro inacceſſibiles apud Maronem] Metello quippe.i. vt pote, qui vicerat induſtria omnia tela arma, locos, tempora. Denique ipſam naturam imperitātem ceteris.ſ. ingenijs aut rebus, profugit noctu ex oppido cum liberis & magna parte pecuniæ. [Neque].i. & non & ipſe non moratus poſtea in vllo loco amplius vno die aut vna nocte ſimulabat ſe properare.i. feſtinare ſic gratia negocij.ſ. quod gerebat. [Ceterū].i. ſed ipſe timebat proditionē.ſ. à ſuis, quā timebat ſe ſup. poſſe vitare celeritate. [Nam talia cōſilia].ſ. de proditione faciēda ſolent capi per ocium.i. ceſſationem, ex opportunitate.i. conueniētia tēpis. [Non.n. poteſt rex tradi ſine opportunitate loci in quo inſidiæ locentur q̄ locati non pōt niſi ſciantur itinera. [At Metellus) Recitat oppugnationem & expugnationem Thalæ oppidi ſimulq; animoſum ſed minus cōmendabilem interitum perfugarū, qui perfidia, ebrietate & inuidia perciti ſemet in ignē cū regia regioq; theſauro dedere. Ordo eſt. At.i. ſed Metellus vbi videt oppidanus intentos prœlio, & uidet ſimul oppidū munitū & operibus. ſ. manualibus opera humana perfectis, & loco.i. naturali ſitu, circūuenit.i. circundat & obſides mœnia vallo.i. ſepimento ex vallis.i. ſtipitibus acutis, & foſſa ante vallum facta cōtra eruptionem oppidanorū, & ſimul ne perfugæ elaberentur. [Deinde iubet maxime idoneis].ſ. militibus ex copia.ſ. militum agere vineas duobus locis, ſic quibuſdam placet cōſtrui, quia cū oppidū loco munitum dixerit nō placet copia locorū idoneorū illic ſtatui, alij tñ ſic conſtruunt, iubet agere vineas.i. machinas bellicas figuram vineatū habentes, eo ꝙ ex tabulis in morem teſtudinis capita militum ab impetu lapidum & iaculorū tutabantur. Erant aūt nunc ſub ipſis mœnibus fortiſſimo fundamēto ſtabilitæ, aliter nō ſuſtinuiſſent onus quod hic ſuper impoſitū narratur. [Nā addit, & iubet iacere.i. inſtruere iactis fundamētis, ſuper eas.ſ. vineas, in quibus latitabant milites aggerem.i. cumulū terræ aggeſtæ.i. apportatæ, & iubet tutari opus.ſ. inceptum de vineis & aggeribus & adminiſtros.i. milites in eo agētes, turribus impoſitis.i. per turres ligneas impoſitas ſuper aggerē. [Oppidani feſtinare].i. feſtinabant, parare.i. parabant, cōtra hæc.ſ. īcepta Metelli, nihil prorſus.i. oīno fieri.i. fiebant, reliquum.i. relictum & non factum quod fieri deberet, ab vtriſque.ſ. intus & foris exiſtentibus. [Denique].i. tandem Romani fatigati.ſ. ab oppidanis multo labore & prœlijs. ſ. multis ante.ſ. quam caperent oppidū, potiti ſunt, modo.i. ſolummodo oppido poſt dies quadraginta.i. quadraginta diebus poſtea, quam venturum erat.ſ. ab ipſis eo.i. oppidum, Ideo autem ſolūmodo oppida quia omnis præda corrupta eſt à perfugis.ſ. ab his qui primum ad Metellum pertinuerant & deinde ad Iugurtham perfugerant, quo circa certo ſciebant ſi capti eſſent ꝙ de ipſis ſupplicium ſumeretur. Vnde addit. Hi.ſ. perfugæ, poſtquam vident murum.ſ. oppidi, feriri, concurri. arietibus.i. Machinis habentibus cornua ferrea acuta in anteriori parte quibus feriunt muros, aut arietes cornibus ſuis obſtantes. Vnde dicit Maro. Aen. ijj. Labat ariete crebro, ianua. & vidētes res ſuas Afflictas, comportant domū regiam.i. in ipſā regiā [quam Iugurtha illic habebat & vbi fuerāt liberorū eius cultus. Sanè notandum eſt nō ſolū pronomina poſſeſſiua, ſed & nomina iūgi poſſe dictioni domus ſine prępoſitione, vt ſic dr̄ vado domū meam, ita vado domum regiam aut Virgilianam] aurum & argētum & alia.ſ. eiuſmodi, vt lapillos aut veſtes precioſiores, q̄ diu.i. æſtimantur prima.i. præſtātiſſimas bona, & ipſi grauati.i. inebriati ibi.i. in regia, vino & epulis corrumpunt illaq;.i. & illa.ſ. bona. & domum.ſ. regiam, & ſemet.i. ſemetipſos igni, quia comburunt ſe & omnia quæ in regia erant, & ipſi violētes.i. ſpōtanei, pendere.i. pendebant, hoc eſt perſoluebant eas pęnas, quas ipſi metuerāt ab hoſtibus.ſ. Rom. victi.i. ſi fuiſſent victi. Sed pariter mira breuitate progreditur ad ſcribenda ea quę de Leptitanis contigerant dicens. Sed pariter.i. ſimul & quaſi eodē tpe cū Thala.ſ. vrbe capta, legati ex oppido Lepti venerant ad Metellū orantes, vt.i. vt ipſe mitteret eo.ſ. ad illud oppidum videlicet Leptim præſidium.i. cuſtodiā militum, & præfectum.i. vt vulgo dicunt capitaneum eorum qui ceteris pręfectus eſſet, dicētes ſup. Amilcarem quendam hominem nobilem in ea ciuitate, factioſum i. ſeditioſum & contra cōmunem opinionem populi facere ſolitum, ſtudere.i. diligentem operam dare, rebus nouis.i. ad innouationem rerum, hoc eſt vt derelictis Romanis ad Iugurtham redirent. Sanè ſtudeo potius datiuo quam accuſatiuo conſtruitur, aduerſum.i. contra quem.ſ. hominem factioſum Amilcarem, neque imperia magiſtratuum conſtitutorum ab Romanis, neq; leges valerent.i. aliquid poſſent, & ſup. dicentes, ni.i. niſi, feſtinaret. id.ſ. mittere præſidium & præfectum, ſalutem ſuam.ſ. legatorum id dicentium, & ſocios illorū (aut legatur ſuam & ſociorū) fore in ſummo periculo: [Nam Leptitani].i. ciues Leptis oppidi, miſerant iam inde.i. ſtatim à principio belli Iugurthini, ſup. legatos ad Beſtiam cōſulem miſſum in Africam, & poſtea Romā, rogatum.i. vt rogent. (Et aūt ſupinum) amicitiam & ſocietatem ſ. P. R. deinde vbi ea.ſ. amicitia & ſocietas P. R. fuere alij intelligunt id verbum impetrata.ſ. a conſule & ſenatu, ipſi māſere ſemper boni & fideles. Et fecerant gnauiter.i. ſtrenue & ſedule, cūcta imperata a Beſtia. Albino & Met. cōſulibus, & ita adepti ſunt ab imperatore facile ea quę petebant. videlicet præſidium cum præfecto. Et quatuor cohortes Ligurum qui ſunt populi Italiæ iuxta Inſubres, ſunt emiſſæ.ſ. ex exercitu eō.i. ad eos. & C. Annius p̄fectus.ſ. eorū. Id oppidum.ſ. Leptis eſt cōditum à Sydonijs.i. populis Phœnicis regionis, quos.ſ. Sydonios uos accepimus profugos exiſtentes.i. à patria ſua procul fugientes, ob diſcordias.i. factiones & ſeditiones ciuiles, veniſſe nauibus.i. transfretaſſe in eos locos vbi Leptis condita eſt. [Cęterum oppidum illum eſt ſitum].i. cōſtitutum inter duas Syr.i. duo loca periculoſa arenam attrahentia, vnde breuia hñt vada, nunc profunda nunc ſine aqs, in quibus ſubmerguntur ferè nauigantes. Æneid. i. In breuia & Syrtes vrget &c. quibus.ſ. Syrtibus nomen eſt inditum.i. impoſitum, ex re.i. ex effectu, quia Syro: Syro ſignificat traho, & Syrma, Syrma tractus aut veſtis longa quæ trahitur. Nam duo ſunt ſinus.i. anguli maris propè i. quaſi in extrema Africa impares.i. inæquales magnitudine, ſed pares natura, quia ambo attrahunt arenas quorū.ſ. ſinuum loca proxima (ſi nō eſt loca dic proxima i. proximæ partes) terræ ſunt peralta.i. valde alta, cætera vti.i. vt fors.i. caſus uentorum aut aquarum tulit ſunt alta & uadoſa.i. habentia multa uada in alia tempeſtate.ſ. quando auferuntur arenæ. Nam ubi.i. quando aut poſtquam mare cœpit eſſe magnum, & ſęuire.i. intumeſcere & agitari uentis, fluctus trahūt limam.i. terram pinguem & humida arenam.i. terram atentem ita non cohęrentem, & ſaxa ingentia.ſ. ual le magna, & ita facies.i. figura locorū mutatur ſimul cum uentis. Lingua.i. loquela eius ciuitatis.ſ. Leptis, eſt modo i. ſolūmodo conuerſa.ſ. in Numidicam, cōnubio.i. per connubium ſeu coniugium uel commercium Numidarum. Leges & cultus ſup. erant pleraque.i. ferè Sydonica, quæ retinebat eo.i. ppea facilius ꝙ agebant ætatem procul ab imperio regis quia in extrema Africa, Multi & uaſti i. inhabitati loci ſunt inter illos.ſ. Leptitanos & Numidiam frequentem.i. habitatam,

SED quoniam in has regiones per Leptitanorum negocia venimus, non indignum videtur egregium atque memorabile facinus duorum Carthaginienſiū memorare. Eam rem nos locus admonuit. Qua tempeſtate Carthaginienſes plerique Africæ imperitabant, Cyrenenſes quoque magni, atque opulenti fuere. ager in medio arenoſus vna ſpecie, neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum deſcerneret, quæ eos res magno diuturnoq; bello inter ſe habuit. Poſtquam vtrinque legiones, item claſſes ſæpe fuſæ, fugatæq; & alteri alteros aliquātulum attriuerant, veriti ne mox victos, victoresq; defeſſos alius aggrederetur; per inducias ſponſionem faciunt, vti certo die legati domo proficiſcerentur, quo in loco inter ſe obij fuiſſent, * ibi cōmunis vtriuſque populi finis haberetur. Igitur Carthagine duo fratres miſſi, quibus nomen Philęnis erat, maturauere iter pergere. Cyrenenſes tardius iere. id ſocordia ne, an caſu acciderit, parum cognoui cæterum ſolet in illis locis tempeſtas haud ſecus, atque in mari retinere. Nam vbi per loca æqualia & nuda gignentium, ventus coortus arenam humo excitauit, ea magna vi agitata, ora oculoſq. implere ſolet, ita proſpectu impedito morari iter. Poſtquam Cyrenen-

ſes

ſes aliquãto poſteriores ſeſe vidẽt,& ob rem corruptã domi pœnas metuũt:criminari Carthaginiẽſes ante tẽpus domo digreſſos,cõturbare rẽ,deniq; omnia malle, quàm victi abire. Sed cum Pœni aliam conditionẽ tantũmodo æquã peterent, Græci opinionẽ Carthaginienſibus faciũt, vt vel illi quos fines populo ſuo peterent, ibi viui obruerẽtur, vel eadẽ cõditione ſeſe, quẽ in locũ vellent proceſſuros. Philęni cõditione probata, ſeſeq; vitamq; ſuã reip. cõdonauere. ita viui obruti. Carthagi nienſes in eo loco Philænis fratribus aras cõſecrauere, alijq; illis domi honores cõſtituti. Nunc ad rem redeo.

SOLD. SED quoniam] Capta opportunitate Saluſtius per digreſſionem deſcribit locum, qui appellatus eſt Ara Philænorum, & cauſam narrat quare ſic appellatus eſt. [Qm̃ in has regiones uenimus] Qm̃, inquit, data occaſione per negocium Leptitanorum, uenimus ad deſcribendũ Syrtes, quæ ſunt in extrema parte Africæ, non uidetur incongruum deſcribere etiam locum qui dicitur Philænorum aræ, qui locus eſt in eadem parte ipſius Africæ. In has regiones uenimus, uidelicet deſcribendo Syrtes. [Duorum Carthaginienſium]. ſ. Philænum, qui nomen dederunt loco ob egregium factum eorum. [Locus] Quia locus dicitur Philænum aræ, ideo narrare uolumus factum ipſorum Philænũ. [Qua tempeſtate]. i. quo tempore. Eo tempore quo imperium Carth. magnum fuit in Africa, Cyrenenſes pop. ipſi quoque magni imperio fuerunt, ideo cum Carth. bellum gerebant Plerę́q; Africę, magnæ parti Africæ. [Ager in medio arenoſus]. ſ. erat inter confines Carthaginienſium ager erat plenus arena. [Vna ſpecie] . ſ. erat ipſius agri. [Quæ res] Videlicet, quia nihil erat, quod fines eorum diuideret. [Eos in magno diuturnoq; bello habuit] . i. tenuit. Quia Carthaginienſes & Cyrenenſes inter ſe de finibus imperij bella geſſerunt. [Poſtquam utrinque] Diu Carthaginienſes & Cyrenẽſes de finibus Imperij, & de bello terreſtri, & bello nauali inter ſe dimicauerant, aliquando Carthaginiẽſes, aliqñ Cyrenenſes uicti ſunt. igitur diuturno Bello fatigati, timentes ne utroſque populos feſſos, alius populus uel rex bello aggrederetur, ita inter ſe conuenerunt, ut uterque populus de ſua ciuitate certo die, & certa hora legatos mitteret, & is locus, ubi obuij inter ſe fuiſſent, finis & terminus cõmunis utriuſq; populi eſſet, igitur Carthaginenſes duo fratres miſerunt, qui uocabãtur Philænes, ſimiliter Cyrenenſes duo miſerunt, ſed Carthaginienſes citius, Cyrenenſes uero tardius uenerunt, tum Cyrenenſes cœperunt conqueri, & criminari, atque accuſare legatos Carthaginienſium, ꝙ ante tempus, & diem cõſtitutum domo diſceſſiſſent, & ob id citius ueniſſent, ſed id nullo modo parati uelle, ut ibi terminos ponant, ubi obuij inter ſe fuerint, quia decepti ſint. Tum Carthaginienſes legati poſtulauerunt, ut aliam aliquam conditionem equam proponerent, igitur Cyrenenſes hanc conditionem propoſuerunt ut Carthaginienſes paterentur, ſe uiuos ſepeliri in eo loco, ubi uellent fines poni, ſe quoque eam conditionẽ ſubituros eſſe. Tum Carthaginienſes, probata conditione, ubi terminos & fines poni uolebant, ibi uiui ſepulti ſunt. [Carthaginienſes] In eo loco Philænibus fratribus aras conſecrauerunt, atque ita locus ille Philænum aræ dictus eſt. [Poſtquam] Ordo eſt. Illi. ſ. Carthaginienſes & Cyrenenſes ueriti, ne mox alius aggrederetur, uictos & uictores defeſſos faciunt ſponſionem per inducias, uti legati proficiſcerentur domo certo loco, & is locus eſſet cõmunis finis utriuſque populi, in quo loco fuiſſent obuij inter ſe, poſtquam legiones, & item claſſes ſæpe fuſæ & fugatæ . ſ. ſunt, & poſtquam alteri attriuerant alteros aliquantum. [Vtrinque]. ſ. ex parte Carthaginienſium, & ex parte Cyrenenſium, nã inter ipſos uaria fuit victoria, aliquando Carthaginienſes, aliqñ Cyrenenſes uicti ſunt. [Legiones] Copiæ terreſtres. [Claſſes] Quantum ad bellum nauale. [Fuſe] Fractæ. [Fugatæ] In fugã conuerſæ. [Attriuerant]. i. afflixerant. [Victos uictores] . ſ. ipſos Carthaginienſes & Cyrenenſes. [Alius]. ſ. populus, uel rex, nam facile eſt in tergo aggredi deſeſſum & afflictum. [Per inducias] Inducias fecerunt, & per tempus induciarum ita inuicem conuenerunt, ut uterque populos certo die, & certa hora legatos mitterent, & in eo loco terminos ponerẽt, ubi obuij inter ſe fuiſſent, hoc pacto illi qui ante tempus & diem & horam conſtitutam domo diſceſſiſſent, alteros decepiſſent, qui citius iter faciebant, terminos imperij populi ſui producebant. [Per inducias] i. per tempus induciarum. Induciæ dicitur pax in paucos dies, ſic dictum quod in dies ocium præbent, vt ait Donatus. [Certo die] Tota res pendebat in hoc, vt certo die domo diſcederent. [Maturauere iter peragere] . i. feſtinauerũt iter facere. [Id ſocordia ne, an caſu acciderit] ꝙ Cyrenẽſes tardius uenerint hoc euenire potuit, vel negligẽtia, vel caſu aliquo. Sed Sal. dicit, ſe neſcire, qua ni de cauſa hoc euenerit, nã caſu aliquo forte hoc euenit. [Socordia]. i. negligentia. [An caſu] videlicet, quia fortaſſe aliqd iter eorũ impediuerit. Et Sal. ſubiũgit cauſam, per quam iter Cyrenenſium fortaſſe impeditũ eſt, nec celerius ire potuerũt, dicit. n. tempeſtatẽ pulueris, flante vento tantam ſuſcitari ſolere in illis locis, vt oculos euntium puluere impleat, atq; ita iter eorũ impediat, ac retardet. Hæc igitur res fortaſſe iter Cyrenenſiũ retardauit. [In illis locis]. ſ. arenoſis. [Tempeſtas] Ita puluis arena ſuſcitatur, & in altũ collitur, flante vento, vt tempeſtatẽ faciat, ſicut in mari fieri conſueuit. [Haud ſecus] . i. non aliter, hoc eſt ſimiliter. [Atq;] pro quaque. [Retinere]. ſ. iter facientes. [Nã vbi] Declarat quare in locis illis tẽpeſtas pulueris euenire ſolet, & iter euntium impedire. Planities eſt immenſa, arenoſa, arboribus priuata & deſerta, nam ibi nihil gignitur. Igitur cum ventus vehemẽtior flare cœperit per totam hanc planitiem, arenam tollit in altum, atque ita oculi euntium puluere implentur, & euntes ab itinere retardantur. [Nam vbi] Ordo eſt. Nam ea ſ. arena agitata magna vi ſolet implere ora & oculos, & ita ſolet morari iter, impedito proſpectu. [Vbi] Pro poſtq̃ ventus cohortus per loca æqualia, & nuda gignentium excitauit. [Arenam humo]. i. à terra [Per loca æqualia]. i. plana, & ideo ventus maiorem habet vim, quia non frãgitur ſed ſuo impetu fertur. Et nuda gignentium quia ibi arbores nõ naſcuntur, quæ res facit, vt etiam ventus à ſuo impetu nõ frangantur. nam ſi arbores ibi eſſent, impetũ ventorũ impedirẽt. [Nuda gignentium] i. priuata rebus, quæ aliquid gignant. Dicimus aũt. Ego ſum nudus veſtimentorũ & nudus veſtimentis. [Arenam] ſabulũ [Excitauit]. i ſuſcitauit, mouit. [Magna vi.] Hoc eſt magno impetu vẽti. [Agitata]. i. cõmota. [Ora]. i. vultũ. ſ. iter facientium. [Poſtq̃ Cyrenenſes] Dicit quid fecerint Cyrenenſes, poſtq̃ viderunt ſe tardiores fuiſſe. Ordo eſt. [Cyrenenſes cri.] Pro criminabantur, Carthaginiẽſes illos digreſſos eſſe domo ante tempus, & illos cõturbare rem, denique malle pro mallebant pati omnia, quam abire victi, poſtq̃ illi Cyrenenſes vidẽt ſeſe poſteriores aliquanto & metuunt pœnas domi ob rem corruptam. Senſus patet. [Ob rem corruptã domi pœnas metuunt] Hoc eſt Legati Cyrenenſium timebãt, ne punirentur à ſuis ciuibus, quia permiſiſſent ſe decipi à legatis Carthaginienſium, quia præcepto tp̃e citius ad locum intrant. [Ob rem corruptam]. ſ. à Carthaginienſibus per dolũ quia ante tempus conſtitutum domo diſceſſerant, vt ipſi Cyrenẽſes credebant. Nam Sal. hoc nõ affirmat. Et vt diximus tota res pendebat in hoc vt fides conſtituti tp̃is ſeruaretur, nam vtraque pars facile mẽtiri animo poterant, quo in loco legati obuij futuri eſſent, & ſi fidem ſtatuti tp̃is ſeruarent & diligentiam ac feſtinationem in eundo adhiberent. [Criminari] Accuſabant, culpabant hac de re videlicet illos digreſſos eſſe ante tempus domo, & illos coturbare rem. [Digreſſos]. ſ. eſſe. i. diſceſſiſſe. [Conturbare rem] Ille proprie dr̃ conturbare aliquam rem qui ordinem rei nõ ſeruat. Cyrenẽſes ergo dicebãt, legatos Carthaginienſium cõturbare rem, quia ordinem conſtituti tp̃is non ſeruauerãt, nam ante tempus ſtatutũ & ordinatum domo diſceſſerãt. [Conturbare rẽ,] Hoc eſt quod ante dixit, ob rẽ corruptã. [Ergo conturbare rẽ]. i. corrumpere rẽ, & rei ordinẽ peruertere. [Malle]. i. malebãt, magis volebãt. [Sed cum Pœni] Carthaginiẽſes poſtquã viderunt Cyrenenſes eſſe turbatos, hac de re, petiuerunt, vt ipſi Cyrenenſes aliam aliq̃ conditionem æquã proponerent, tũ Cyrenenſes hanc conditionẽ Carthaginiẽſibus propoſuerunt dicentes. [O Carthag.] Vel vos patimini ſepeliri viui in eo loco, vbi vobis placet terminos & fines poni, vel nos ſub hac eadem conditione ibimus in locum, vbi volumus fines & terminos poni, & ibi viui ſepeliemur. Carthaginiẽſes probata conditione viui ſepulti ſunt in eo loco, vbi fines imperij eſſe volebant. [Sed cum pęni] Ordo eſt. Cyrenẽſes faciunt optionem Carthaginienſium vt vel illi obruerentur viui, ibi . i. in eo loco, quo. i. in quo loco peterent fines populo ſuo, vel . ſ. dicebant ſeſe proceſſuros in locum, quem vellent. ſ. ipſi Cyrenenſes eadem conditione, cũ pro quando Pœni peterent aliam conditionem tantummodo æquam. [Pœni] . i. Carthaginienſes. Et dicuntur Pœni, quaſi Phœni. Nam de Phœnice regione in Africam profecti ſunt, qui Carthaginem condiderunt, ꝙ autem Pœnus deriuatiuum faciat, Punicus, non caret exemplo. Nam & punio eadem ratione deriuatur à Pœna. Antiqui enim œ, diphthon. plerunque in u, mutabant. [Optionem Carthaginienſibus faciunt] . i. electione Carthagi-

thagi-

thaginienſibus dant, vt eligant vnum ea duobus. Optio ſignificat electionem. Nam optare ſignificat eligere. Virg. I. Æn. Pars optare locum tecto i eligere.[Illi].ſ.Carthaginienſes. [Viui obruerentur].ſ.ſepelirentur.[Eadem conditione] .i.cum eadem cōditione .ſ. vt viui ſepelirentur quem in locum vellent ipſi Cyrenenſes.[Probata].i.laudata. [Domi].ſ.Carthagine.[Nunc ad inceptum redeo].i.ad propoſitum Sal. digreſſionem fecit ad deſcribendas Syrtes & locum,qui dicitur Philænum aræ,nūc redit ad propoſitum,vt oſtendat quid fecerit Iugurtha poſtquam Metellus Thalam ciuitatem magnam cepit.[Ad inceptum redeo].i.ad propoſitum reuertor.

MARL. VENIMVS) Incidimus in mentionem.[Eam rem]Hanc hiſtoriam.[Pleraſque]Vtpote trecentis vrbibus.[Atriuerant] Diminuerant vires aliorum.[Certo] Deputato die. [Nuda gignentium] Producentium priuata, [Conturbare rem] Nolebant illos fines ſeruare. [Condonauere ſe vitamque.ſ.P. R.] Interpres ſurda aure hoc prætetit.quem locum Val. Max. lib. 5.cap de pietate erga patriam aperit. [Additque] Carthaginien. longius fines ſuos dilataſſe perfidia.

QVÆ res eos magno diuturnoque bello inter ſe habuit] Manuſcripta in magno, addita præpoſitione, quomodo & vetuſtiſſimum quodque ea impreſſis. [Quo loco inter ſe obuij fuiſſent,ibi communis vtriuſque populi fines haberetur] Manuſcripta & alia quædam, Is communis vtriuſque populi &c. Quod ad ſenſum attinet, vtrumuis probè quadrat, & cum lectione vulgata facit Pomponius Mela. Vt vbi legati,inquit concurrerent, certo tempore vtrinque dimiſſi,ibi termini ſtatuerentur. Poſterior lectio mihi elegantior eſſe videtur. [Quibus nomen Philænes erat]Manuſcripta, Philænis,idque rectius ac latinius, vt de elegantia nihil dicam. Eſt enim ſecundæ inflexionis hoc nomē, nec aliter vſquam Sal.uſurpat. [Vt uel illi,quo fines populo ſuo peterent,ibi uiui obruerentur]Manuſcriptum,quos fines, quomodo & in alijs pleriſque. Idque fortaſſe rectius,nam ſequitur Ibi,hoc eſt,in ijs finibus. Niſi quis ex ijs quæ mox ſequuntur ita intelligere malit. ut uel illi quo loco fines populo ſuo peterent, eo in loco uiui obruerentur, vel eadem conditione ſeſe, quem in locū vellent,proceſſuros. Præterea, quærerent in quibuſdam legitur, pro peterent.quanquam eodem ſenſu. [Alijque illi honores conſtituti] Manuſcripta, inſtituti, quomodo quædam etiam typis excuſa,pro decreti.quanquam & conſtituere honores dicitur, id quod apud Ciceronem reperitur.

GLAR. QVIBVS nomen Philænis erat) Philænis datiuum in Philenes idem aldinus codea mutauit, temere meo quidem iudicio Nam ad finem huius hiſtoriæ ipſemet auctor in ſecunda, non in tertia latinorum declinatione Philæni inclinat Quod & alij ſecuti ſunt auctores Latini,nominatim Val. Max. lib. 5.& Pomp. Mela lib. I. apud quem tamen locutus mutilus eſt. Quare hic legendum, Quibus nomen Philænis,per tertiam vocalem in ultima ſyllaba.

ASCAN SED quoniam) Per digreſſionem ingreditur narrationem de aris Philænorum,quæ niſi ad hiſtoriographos pertineat etiam locos deſcribere ſatis impertinens uideretur. Quid enim ad hūc locum de Philænis? Potuit enim magis congruum in deſcriptione Africæ locum habuiſſe. Verum ut poema digreſſionibus interdum decoratur & ita & hiſtoriæ recitatio. Vnde quia ſatis accetia uidetur narratio cauſam narrandi affert dicens, Sed quoniam nos uenimus per negocia Leptitanorum,in has regiones .i. in deſcriptionem harum regionum, uidetur non indignum memorare egregium.i.non uulgare atque mirabile facinus .i. factum duorum Carthaginienſium.ſ.Philænorum aut(ut alij declinant)Philænum ſed ſyncopam putem, locus .ſ. inceptus de Leptitanis & Syrtibus, admonuit dicere eam rem, & incipiens dicere inquit, Ea tempeſtate qua Carthaginienſes imperitabant.i.dominabantur,pleræq;.i.ferè toti Africæ, Cyrenenſes qui etiam in Africa ſunt,fuere quoque.i.etiam magni ſ.quo ad famam atque opulenti.i.diuites, ager in medio .i.qui erat in medio ipſorum exiſtens arenoſus,erat ſup.una ſpecie.i.unius coloris & faciei, ſine diſcrimine. Neque erat flumen neque mons qui diſcerneret fines eorum. Quæ res habuit .i. detinuit eos in magno & diuturno bello. Poſtquam legiones in exercitu terreſtri, item claſſes in bello nauali,fuſæ,& fugatę ſup. fuerant ſæpe vtrinque.i. ab utraque parte,& alteri attriuerant.i.abſumpſerant aliquantulū alteros .i. ſe mutuo imminuerant per cędes,ueriti ne alius.i.tertius aliquis potentatus(ſicut in apologis Aeſopus,de Miluo murē & ranam ſe mutuo impedietes rapiente fabulatur)aggrederetur mox ideſt paulopoſt uictos & deſeſſos.i.defatigatos uſque ad extremum,faciunt per inducias .i. tempore induciarum ſponſionem,i.pactionem de dirimēda lite, vti.i.ut legati.ſ.amborū proficiſcerētur .i. diſcederent domo ſ.ſua,die certo.i. conſtituta hora. Quidam legunt domum ſed non procedit ſi enim Philæni apud Cyrenenſes fuiſſent,quanto citius redijſſent tāto minus habuiſſent,& in quo loco fuiſſent obuij inter ſe, is.ſ.locus haberetur finis.ſ. Imperij utriuſque populi. Igitur quia conuenit ſic inter eos duo fratres quibus Philænis nomen erat,miſſi Carthagine.i.à ciuitate Carthaginenſi,maturauere.i.accelauerunt, pergere .i. peragere & perficere iter.ſ.ſuū,Cirenenſes ire.i.iter fecerunt tardius.i. lentius licet forte nō ſerius. [Ego parum cognoui].i.compertū non habeo an id acciderit ſocordia.i.pigritia, & inertia aut ignauia Cyrenenſium. An caſu ſ.aliquo, utpote quòd morbus alterū aut utrunque occupauerit,aut quòd ſiti laborauerit,aut q; uia infecta eſſet. Cæterū.i.ſed, q. d. ſcio,quòd tempeſtas.i. aeris diſpoſito iniqua,ut pluuiarum aut uentorum impetu turbata, ſolet retinere homines in illis locis propter arenam motam.haud i.non ſecus atque.i.quam in mari ubi contra uentum nauigare non datur. Nam uentus coortus ideſt ſimul hortus ex uarijs locis, ibi per loca æqualia.i.plana,& nuda.i.caperta gignentium.i. rerum quæ aliquid generent,hoc eſt arborum aut herbarum,niſi ſit uentus gignentium.i.zephyrus aut fauonius, qui Cyrenenſibus contrarius eſſet excitauit humo.i.terra, arenam,ea .ſ. arena agitata magna vi ſolet implere ora.i.faciem & oculos .ſ. egredientium per ea loca. Ita.i.& ſic ſolet morari.i.retinere iter, impedito proſpectu.ſ.ire volentium. [Poſtquam Cyrenenſes] Proſequitur digreſſionem cœptam de Philænis & Cyreneoſibus dicens. Poſtq̃. Cyrenenſes videntes ſe eſſe poſteriores, aliquanto .ſ. quam eſſe debebant aut quam Carthaginenſes, videlicet Philæni erant, poſteriores autem .i. aut tardiores ſi referatur ad tempus, aut longiores à meta deſtinata, quia deſtinarent augure terminos ſuos progrediendo,& ſup poſtquam metuunt pœnas domi .ſ. paratas à principibus ſuis ob eam rem .ſ. propter quam litem habuerant nam res peculiariter tria ſignificat.litem, venerē & diuitias, corruptam .i. violatam & deteriorem effectam à ſe potius quam à Carthagin. (ſi enim conſtitiſſet illos rem dolo corrupiſſe nō metuiſſent pœnas cum non fuiſſet in culpa. Sanè quia poſteriores erant & minus proceſſerant rem quę erat de extenſione agri corruperant quia minus agri habituri erant) criminari, hoc eſt criminabantur.i criminando accuſabant & dicebant Carthaginiēſes digreſſos.ſ.Carthagine,ante tempus.ſ.conſtitutum,& ita proceſſiſſe plus æquo,& conturbare, hoc eſt conturbabant rem.ſ.cōuentam & pactam inter ipſos, Denique.i. multis verbis vltro citroque habitis ipſe malae.i. mallebant omnia.ſ.quæ proponi poſſent,quam abiri victi ſ.à Carthaginien. Sed quum i.quando pœni.i.Carthaginien qui in punica regione ſunt & Aen. I. Punica regna uides Tyrios & Agenarios urbem. Vnde Punica bella dicta,peterent alias conditionem .i. pactionem de dirimenda lite, tantummodo.i.duntaxat,æquam.i. æque facilem & parabilem, utriſque, Cyrenenſes faciunt Carthaginienſibus optionem, ut uel illi.ſ.Carthaginienſes obruerentur .i. infoderentur & ſepelirentur uiui ibi,quos ibi quærerent populo ſuo fines ſ.imperij.(ſicut ergo aduerbia pro relatiuis ita relatiua interdum pro aduerbijs ponuntur,quod tunc uenuſte fit quando relatiuum præponitur & cohæret antecedenti, poſſet etiam dici ibi pro eos poſitū eſſe) Vel dimitterent i.paterent progredi ſeſe.ſ.Cyrenen.in eū locum quem uellēt.ſ.populo ſuo finem eſſe Imperij. Eadem conditione, ut.ſ.illic uiui obruantur. [Phyleni conditione probata) i.accepta condonauere & ſe uitam ſuam reipub.ſ. Carthaginiē. & ita ſup. ipſi illic obruti uiui.Carthaginien.conſecrauere in eo loco, fratribus Philænis illic obrutis,aras,& alij honores.ſ.diuini ſunt inſtituti .i. indicti illis.ſ.Philænis,domi.i. in ciuitate Carthaginien. Nunc.ſ.perfecta digreſſione redeo ad rem .i. hiſtoriā principalem,propter digreſſionem intermiſſam.

IVGVRTHA poſtquam amiſſa Thala nihil ſatis firmum contra Metellum putat, per magnas ſolitudines cum paucis profectus,peruenit ad Getulos,genus hominum ferum incultumque,& eo tempore ignarū nominis Romani. Eorum multitudinem in vnum cogit,ac paulatim cōſuefacit ordines habere, ſigna ſequi imperium obſeruare, item alia militaria facere. Præterea regis Bocchi proximos magnis muneribus et maioribus promiſſis,ad ſtudiū ſui perducit, quis adiutoribus regem aggreſſus,impellit, vti aduerſum Roma-

nos

nos bellum incipiat. Id ea gratia facilius, procliuiuſque fuit, quòd Bocchus initio huiuſce belli Legatos Romam miſerat, fœdus & amicitiam petitum. Quam rem opportuniſſimam incępto bello pauci impediuerant, cæci auaritia: quis omnia honeſta, atque inhoneſta vendere mos erat. Et iam antea Iugurthæ filia Boccho nupſerat. verum ea neceſſitudo apud Numidas, Mauroſque leuis ducitur, quia ſinguli pro opibus, quiſque quamplurimas vxores, denas alij, alij plures habent. ſed reges eo amplius. Ita animus multitudine diſtrahitur: nullam pro ſocia obtinet, pariter omnes viles. Igitur in locum ambobus placitum exercitus conueniunt, ibi fide data & accepta, Iugurtha Bocchi animum oratione accendit: Romanos iniuſtos, profunda auaritia, communes omnium hoſtes eſſe, eandem illos cauſam belli cum Boccho habere, quam ſecum, & cum alijs gentibus: libidinem imperitandi. quis omnia regna aduerſa ſint, tum ſeſe, paulò ante Carthaginienſeis, item regem Perſen, poſt vti quibuſ-

* videatur. que opulentiſſimus * videbitur, ita Romanis hoſtem fore. His atque alijs talibus dictis, ad Cirtham oppidum iter conſtituunt quòd ibi Q. Metellus prædam, captiuoſque, & impedimenta locauerat. Ita Iugurtha ratus; aut capta vrbe operæprecium fore: aut ſi dux Romanus auxilio ſuis veniſſet, prœlio ſeſe certaturos: nam callidus id modo feſtinabat Bocchi pacem immi nuere, ne mox agitando, aliud, quàm bellum mallet. Imperator poſtquam de regum ſocietate cognouit, non temere, neque vti ſæpe iam victo Iugurtha conſueuerat, omnibus locis pugnandi copiam facit. Cæterum haud procul à Cirtha caſtris munitis, reges opperitur, melius eſſe ratus cognitis Mauris, quoniam is nouus hoſtis acceſſerat, ex commodo pugnam facere. Interim Roma per literas certior fit, Prouinciam Nu-

* iam antea. midiam Mario datam: nam conſulem factum * antea acceperat. Quibus rebus ſupra bonum, atque honeſtum perculſus neque lacrymas tenere, neque moderari linguam, vir egregius in alijs artibus, nimis molliter ægritudinem pati. Quam rem in alij in ſuperbiam vertebant, alij bonum ingenium contumelia accenſum eſſe, multi quòd iam parata victoria ex manibus eriperetur. Nobis ſatis cognitum eſt, illum magis honore Marij, quàm iniuria ſua excruciatum, neq; tam anxie laturum fuiſſe, ſi adepta Prouincia alij, quàm Mario traderetur. Igitur eo dolore impeditus, & quia ſtultitiæ videbatur alienam rem ſua periculo curare, Legatos ad Bocchum mittit poſtulatum, ne ſine cauſa hoſtis P.R. fieret, habere tum magnam copiam ſocietatis, amicitiæq; coniungendæ, quæ potior bello eſſet, & quanquam opibus ſuis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare, omne bellum ſumi facile, cæterum ægerrime deſinere, non in eiuſdem poteſtate initium eius, & finem eſſe, incipere cuiuis etiam ignauo licere non deponi, niſi cum victores velint. proinde ſibi regnoque ſuo conſuleret, neu florentes res ſuas cum Iugurthæ perditis miſceret.

Sold. AD Getulos] Cum ſupra deſcriberet Africam dixit, Getulos habitare vltra Numidiam, genus hominum ferum. i. agreſte, & inhumanum. [Eo tempore ignarum nominis Rom.] Eo tpe Getuli Romanum nomen ignorabant. [Eorum Get.].i. Iugurtha multitudine Getulorum in vnum congregauit. [Coegit].i cōgregauit. Ac paulatim, dicit Iugurthā docuiſſe Getulos militarem diſciplinam. [Conſuefacit ordinem hēc] ſ. Getulos. i. aſſuefacit Getulos ſeruare ordinem, videlicet vt milites nō diſcedant extra ordines. [Signa] Vexilla. [Impetium] Præceptum Imperatoris. [Præterea regis Bocchi] Sicuti ſupra viſum eſt. Numidia vltra ſe verſus meridiem habet Getulos, verſus occidentē habet Mauros, quibus Bocchus rex imperabat. Vide igitur quæ præſidia contra Romanos ſibi parat Iugurtha. Getulos, & Bocchum regem Maurorum ſibi ſocios adiungit. [Magnis muneribus, & maioribus promiſſis] Magna munera dabat, ſed maiora promittebat amicis regis, vt eos ſibi faceret amicos, vt ipſis adiuuantibus regem Bocchum induceret, vt bellum ſuſciperet contra Romanos. [Ad ſtudium]. i. ad amorem. [Producit] Allicit, trahit. [Quis] Pro quibus. [Regem]. ſ. Bocchū. [Aggreſſus]. i. ad regem accedens. Id ea gratia facilius. facile fuit regem Bocchum inducere ad bellum ſuſcipiendum contra Romanos duabus de cauſis, Prima cauſa erat, quia Bocchus iratus erat contra Romanos, quia fœdus & amicitiam poſtulauerat à Romanis per legatos, & eam impetrare non potuerat, ſecunda cauſa erat, quia Iugurtha affinitatem habebat cum Boccho, nam filiam eius vxorē habebat. [Id] . ſ. inducere Bocchum, vt bellum inciperet contra Romanos. [Procliuiuſque] . i. proclinius, & facilius. [Quam rem opportuniſſimam incępto bello] Nihil enim magis commodum Romanis accidere poterat in bello Iugurthino, quàm vt Bocchum in ſocium ſibi ad id bellum gerendum haberēt, quia Bocchus confinis eſt Numidiæ. [Pauci] . ſ. Romani. [Cæci auaritia] Nam pecunia corrupti erant à Iugurtha & ideo non ſunt paſſi, vt Bocchus in ſocietatem & amicitiam Romanorum reciperetur quia ſocietas eius Iugurthæ plurimum nocuiſſet, à quo pecuniam acceperat. [Quis] Pro quibus. [Etiam antea] Erat alia cauſa, per quam facile Bocchus inducebatur ad bellum ſuſcipiendū contra Romanos. Verum ea neceſſitudo . i. illa affinitas & propinquitas. [Leuis dicitur] . i. parui æſtimatur. [Pro opibus quiſque] Quia quanto quiſque maiores diuitias habet tanto plures vxores ducit. [Ita alijs multitudine diſtrahitur] Quia vnuſquiſque multas habet vxores, amorem & affectum nō in vnam præcipue, ſed in omnes conuertit. [Nullam pro ſocia obtinet]. i. nullam charā, admodum habent, ſed omnes pariter viles ſunt. [Igitur] Quandoquidem his de cauſis facile inductus eſt Bocchus vt vna cum Iugurtha bellum ſuſciperet contra Romanos. [In locum ambobus placitum exercitus conueniunt] Exercitus Iugurthæ & Bocchi conueniunt in locum qui ambobus regibus placebat. In eo loco Iugurtha oratione ſua animum Bocchi accendit contra Ro dicens. O Bocche, Romani iniuſti ſunt, auari, & communes hoſtes omnium. Nullam cauſam habent cur bellum, aut tecum, aut mecum, aut cum alijs gentibus gerant, niſi ſolam cupiditatem dominandi. Et propterea omnes gentes & omnia regna eis contraria ſunt. Nunc contra me bellum gerunt, paulò ante bellum geſſerunt contra Carthaginienſes, & etiam contra Perſen, regem Macedoniæ & eos regno & imperio ſpoliauerūt, poſt contra aliquem populum vel regem opulentiſſimum bellū ſuſciperent, ſoli dominari volunt. [Accendit]. i. incitat. ſ. dicens Romanos iniuſtos profunda auaritia cōes omnium hoſtes. ſ. eſſe. Quam ſecum & cum alijs gentibus. ſ. habeant, videlicet libidine imperitandi. i. dominādi. [Quis] Pro quibus. [Tū ſeſe] Ordo eſt. Et dicebat. [Tum ſeſe]. ſ. hoſtē Rom. paulò ante Carthag. [Item regē Perſen]. ſ. hoſtes fuiſſe, poſt pro poſtea. ſ. illum ita hoſtē fore Romanis, vti pro ſicut quiſque videatur opulentiſſimus . [Seſe] . ſ. Iugurtham . Nunc ego ſum hoſtis pop. Rom. quia contra me bellum gerunt, non quia eis aliquam iniuriam intulerim ſed quia cupiunt auferre mihi regnum Numidiæ, nā cauſa belli eorum libido dominandi. [Paulò ante Carthaginienſes] Nam paulò ante Scipio Æmilianus contra Carthaginienſes bellum geſſerat, & eos capta & euerſa Carthagine funditus deleuerat. [Item regem Perſen] Perſēs rex Macedoniæ fuit, hunc Paulus Aemilius Conſul prœlio apud Olympum mōtem cōmiſſo vicit, captumq; cum liberis in Triumphum duxit. In eo prœlio, vt tradit Plutar. xxv. millia hoſtium cæſa ſunt biduo, omnis Macedonia ſe Aemilio dedit. [His atque alijs talibus dictis]. i. cum hæc atque alia talia dixiſſet, Ad Cirtham vrbem ire deliberauit, quia ibi. Q. Metellus prædam & captiuos & impedimenta locauerat. [Operæprecium fore]. i. rem vtilem futurā, ſi vrbem cępiſſet. Operępreciuin duo ſignificat, aliquando vtile ſignificat, aliquando iocundum. [Aut ſi dux] Iugurtha hoc cōſilio ad vrbem Cirtham profectus eſt, quia exiſtimat, aut ſe vrbe eſſe capturum, aut certe coactū eſſe, vt Metellus ſuis ferret auxilium, atq; ita prœlio cum eo certaturum. Nam Iugurtha hoc quærebat, vt ſtatim vna cum Boccho cum Romanis prœlio certaret, ne Bocchus mutaret animum, & pacem cum Romanis faceret. [Callidus]. i. aſtutus. i. Iugurtha. [Id modo]. i. tantummodo. [Nec moram]. i. per moram:

[Aliud quam bellum mallet]Nam ſi moram ad dimicandum fecisſet,fortaſſe Bocchus pacem potius quam bellum mutatu animo cum Romanis habere quæſiuiſſet.[Nec alius mallet].ſ. Bocchus.[Mallet]magis vellet.[Imperator poſtquam]Dicit,quid fecerit Metellus poſtquam intellexit.Iugurtham & Bocchum reges ſocietatem feciſſe , dicit enim Metellum non omnibus locis ſicuti conſueuerat pugnãdi copiam hoſtibus feciſſe, ſed in locis tantum ſibi cõmodis cum hoſte pugnare decreuiſſe.[Imperator] Ordo eſt,imperator non temere facit copiam pugnandi atque omnibus locis ſ non facit copiam pugnandi vti ſæpe conſueuerat iam victo Iugurtha. [Ceterum].i.ſed opperitur reges haud procul à Cirtha , ratus eſſe melius facere pugnam ex commodo cognitis Mauris, quoniam in nouus hoſtis acceſſerat . [Poſtquã ille].ſ.imperator,cognouit de ſocietate regnum.[Temere]Incõſulte, improuide,incaute.[Atque omnibus locis].i.& non omnibus locis, ſed in locis tantum ſibi commodis. [Ceterum]Ecce quomodo non omnibus locis facit copiam pugnandi. Nam caſtra poſuit apud Cirtham ciuitatem, quam tenebat vt tutior eſſet.[Reges opperitur].i.expectat.[Cognitis Mauris]Prius Mauros nouos hoſtes cognoſcere volebat Metellus,& poſtea cum daretur opportunitas cum hoſtibus pugnare.[Cognitis Mauris] Quibus Bocchus rex imperebat.[Ex commodo] Commodum] erat Metello pugnam facere, ſi prius hoſtes nouos cognouiſſet. [Interim Romæ.]Dicit Metellũ literas accepiſſe ex Roma,quõ populum Numidiam prouinciam Mario decreuiſſet . [Iam antea]Ipſum conſulem factum eſſe audiuerat. [Accèperat]Audiuerat,intellexerat.[Supra].i.vltra. [Supra bonum aut honeſtũ perculſus eſt].i.perterritus eſt, pluſquam erat bonum & honeſtum Nam hac de re & fleuit & in maledicta ꝓrupit. [Retinere] Pro retinebat. [Neq; moderari].i.non temperabat linguam , neque abſtinebat maledictis.[Vir egregius]Saluſtius dicit hunc in ceteris virum egregium fuiſſe, niſi quòd hanc perturbationem nõ ſatis fortiter tulit.[In alijs artibus].i.virtutibus.[Molliter] i.impatiẽter [Quam rem]Alij dñt Metellum hanc rem ægre tuliſſe. qa ſuperbus erat,alij quia ei iniuriã fecerãt alij quia ei victoria iam ꝓpè parta ex manibus eripiebatur. Sed reuera, ingt Saluſt. hanc rem ferre nõ potuit pp inuidiam [Quam rẽ] ſ φ molliter eã perturbationem ferebat. [Alij in ſuperbiam ver.].i.alij ſuperbiæ attribuebant,& imputabant.[Alij bonũ ingenium contumelia accenſum eſſe]. ſ dicebant.[Contumelia].i.iniuria. [Accenſum]Incitatum inſtigatum.[Multi].ſ.dicebant , quòd molliter ægritudinem patiebatur.[Iam parta].i.prope acquiſita. Nam ferè ipſum Iugurtham debellauerat,& prope totum bellum confecerat.[Nobis].i.mihi Saluſtio.[Magis honore Marij,]Ex hæc proprie dicitur inuidia. Nam inuidia eſt rebus proſpera proximi dolore,& aduerſis lætari.[Igitur]Dicit Metellum legatos miſiſſe ad Bocchum,qui monerẽt eum,ne ſine cauſa hoſtis eſſet P. R.[Eo dolore impeditus]Quia hoc dolore impediebatur , Metellus bellum gerere non poterat , & propterea legatos miſit ad Bocchum,qui cum eo de pace tractarent. [Stultitia videbatur] Stultum erat gerere bellum,cuius gloria ad Marium,perueniret periculum autem ad ſe pertinet.[Alienam rem].i.rem ad aliũ .ſ.ad Marium pertinentum tunc,& dicebat,per omnia ſubauditur dicebat . [Omne bellum ſumi] i. ſuſcipi.Facile eſt ſuſcipere bellum.ſed difficile eſt finire.[Non in eiuſdem poteſtate]Ille q̃ poteſtatem habet incohandi bellum , non habet poteſtatem finiendi . [Quanquam opibus ſuis conſideret] Tamen certa pro incertis mutare non deberet . Ille mutat certa pro incertis , qui pro pace bellum ſuſcepit. Nam quæ habemus in pace ſunt certa. Sed incertum eſt,quo euentu bellum finiatur. Et ideo qui ſumit bellum exponit ea quæ habet certa pro incertis,neſcit enim quid ſit habiturum ex bello cuius euentus ſemper eſt incertus. [Neu florentes res ſuas].i.ſtatum ſuum integrum & pulchrum.

Maata. INCVLTVM] Sine legibus.[Cogit]Quia erant diſperſi. [Ad ſtudium] Fauorem.[Pellicit]Inuitat muneribus. [Id].ſ.vt impelleret regem.[Opportuniſſimam]Valde idoneam. [Cæci] Obcæcati auaritia,quia ſperabãt deuicto Iug.poſſe ẽt Bocchũ ſuperare.[Pro ſocia]Pro vera vxore.[Viles]Deſpicabiles.[Communes hoſtes]Quia oĩbus quos diuites ſciunt inſidiantur.[Imminuere pacem Bocchi.ſ.cum Romanis.[Interim dum Metellus præſtolatur Iugurtham .[Quibus rebus]Quomodo. [Aegritudinem]Animi dolorem. Nam vt ægrotatio in corpore ſic ægritudo in aĩo eſt, vt ait Cic. iij. Tuſc.[Rem alienam]Prouinciam Mario demandatam.[Incerta]Quia vt ait Annibal apud Liuiũ. Melius eſt certa pax,quàm inſperata victoria.

PRÆTEREA regis Bocchi proximos magnis muneribus & maioribus promiſſis ad ſtudium ſui perducit]In vetuſtis non nullis eſt,perlicit.pro ſibi cõciliat, & deuincit.Atque hæc lectio mihi magis arridet,etiam ſi prior illa in manuſcriptis quoq; eſt. Perlicere ad ſocietatem armorum,eſt apud Liuium x.ab V.C.& Donis perlicere ſexto belli Punici ij.Non inficio tamen,& priorem in eodem lectionẽ reperiri velut v.belli Aſiatici,& alios , inquit,principium, donis ad ſuam cauſam produxit.Mox .[Idea gratia faciliùs procliuiusque fuit]In manuſcriptis ceteriſq.vetuſtioribus eſt,pronius. Verum prior tñ lectio mihi valde placet. Et apud Saluſtium non ſemel,in procliui eſſe,pro facile,vt cum inquit,cuius ſi dolum caueris, alia omnia in procliui erunt . Sic & in Andria Terent. Quam rem opportuniſſimam incepto bello pauci impediuerant.[Hanc lectionem & ipſe probandam eſſe duco]Nec tamen diſſimulandum reor, in manuſcriptis omnibus quę ipſe viderim reperiri incepto belli,non bello. [Quo, ſinguli pro opibus quiſque quamplurimos vxores,alij denas,alij plures habent]Manuſcripta contenti ẽtibus & alijs vetuſtioribus. Quod ſinguli pro opibus &c.alij plures habeant.[Eandem illos cauſam belli habere cum Boccho,quam ſecum & cum alijs gẽtibus libidine imperitandi]Duo è manuſcriptis habent libidinem imperitandi,caſu accuſatiuo, idq.rectius eſſe puto, Nã & alibi,Libidinem dominãdi cauſam belli hic,inqt [Poſt vbi quiſq; opulentiſſimus videbatur]Manuſcripta, videatur. Paulo poſt.[Ita Iugurtha ratus aut capta vrbe operæ precium fore,aut ſi dux Romanus &c.]manuſcriptum,precium fore.ſed erat alterius manu in ſpatio qđ verſus dirimit , literulis minutis,operæ. Verum in alijs ſolum legitur,precium. vt quin ita legendum ſit , dubitatio tam nulla relinquatur.[Aut ſi dux Ro.auxilio ſuperueniſſet]Dux non eſt in vllo manuſcripto,ac rectius abeſt.[Ne mox agitando aliud,quã bellum mallet]In vetuſtis quibuſdam, ne moras agitãdo,quõ & Florentinum & Beroaldinum,pro differendo ac plãtando. Citat eodem modo Riccius Lugienſis,q̃uis ſecus Badianum.[Nam conſulem factum, antea acceperat]In impreſſis quibuſdam,tã antea acceperat.Licet aliter manuſcripta.Mox.[Vir egregius in alijs artibus]In nonnullis eſt omiſſa præpoſitio. In. Sed præter quã φ exemplaria manuſcripta additam habent præpoſitionem. Cicero quoq; ſic eſt loqui ſolitus, vt cũ inquit , Lælius in laude bellica egregius pro excellens & præſtans. [Quam rem alij in ſuperbiam vertebant]Fabricianum, vertebat, qđ antiquitatem magis ſapit , cuius cum primis ſtudioſus eſt Criſpus. Paulò poſt.[Neq; tam anxie laturum fuiſſe,adepta ꝓuincia alij q̃ Mario traderetur]Manuſcripta, ſi adempta prouincia . Sic & ſenſus ipſe poſtulat. Et procliuis ſanè fuit lapſus , vna omiſſa littera.[Alienam rem ſuo periculo curare]Manuſcripta, periculo , ſuo vt ſequatur pronomen. [Habere tum magnam copiam ſocietatis amicitiæq. coniungẽdę,quæ potior bello eſſe]Sic in omnibus ferè. Sed quid ſi legas, habere cum &c. Sanè facilis ac ꝓcliuis lapſus fuit,ſimilitudine literarũ.[Nihil tñ adhuc muto,ſed coniecturam ſolũ affero, Hæc iam aduotatam, cum ecce allato & inſpecto codice Florentino,eã ibi reperi.[Omne bellũ ſumi facile,ceterũ egerrime deſinere]Quãuis in cunctis manuſcriptis aceeri me legat,atq; ẽt in impreſſis q̃buſdam, velut Florentino,tñ vulgatã lectionem ꝓbandã magis eſſe puto. Opponuntur.n . facile & ægre.Cic.de Seneci. Omnis cõglutinatio recẽs ęgre , inueterata facile diſſoluit Idem alibi,Inueterata vitia ægrius depelluntur ꝓ difficilius. Mox.[Non deponi niſi cum victores velint]In manuſcriptis oĩbus eſt,Deponi cũ victores velint],& hęc lectio magis arridet.[Proĩde ſibi regnoq;.cõſulere]In vetuſtis q̃buſdã ſed impreſſis, ſibiq.regno.Id hiſtorico magis conuenire videtur. Grar.

ET cum alijs gentibus libidinem imperandi]Libidinem in accuſandi caſu malim,etiam ſi in auferendi quoque intelligitur. Item paulò poſt. Vti quiſque opulentiſſimus videatur . Verbum Videatur in videbatur , non recte idem Aldinos codex mutauit. magis placet , quod quidam legunt, Videbitur. [Bocchi pacem imminuere , ne moras agitando aliud quam bellum mallet]Imminuere pro Interrumpere accepiſſe videtur. Sed pro , Ne moras, idem Aldinus codex habet, Ne mox agitando,quę lectio melior eſt,ſi Agitando pro cogitando acceperis

IVGVRTHA] Poſt digreſſionẽ ad hiſtoriam reuerſus cõmemorat vt Iugurtha à Boccho Maurorũ rege ſuppetias, & ſocietatẽ petijt,atq; obtinuit,dicẽs Iugurtha poſtq̃ amiſſa Thala .ſ. vrbe fortiſſima, putat nihil ſatis firmũ cõtra Metellum, ꝓfectus cũ paucis peruenit per magnas ſolitudines ad Getulos appoſitorie genus hoĩum ferum. i. more ferarũ indomitum & Incultum & ignarum eo tpe. i.tunc adhuc,noĩs Ro.& coegit.i.cõpulit & congregauit in vnum. ſ.locum aut exercitum multitudinẽ in eorum.i. Getulorũ,a e conſuefacit.i.conſuetos efficit paulatim .i. ſenſim & pedetentim ; habere ordines.ſ. militares in agmine

atque

ſtatue acie ſeruandos, & ſequi ſigna.i.vexilla, & obſeruare.i.animaduertere imperium, hoc eſt quid & qñ imperaretur, item facere alia militaria.i.quę ad militiam pertinebant. Pręterea.i.inſuper Iugurtha pellicit.i.perfecte allicit & attrahit ad ſtudium.i. fauorem ſui.ſ.ipſius Iugurthæ proximos, aut ſanguine, aut familiaritate, Bocchi regis.ſ.Mauritanię, muneribus magnis quę tūc miſit, & promiſſis maioribus.i.poſt modū mittendis, quis.i.quibus, adiutoribus, ipſe aggreſſus.i.inſidioſe accedens regem.ſ.Bocchum, impellit ſup.eum vti.i.vt incipiat bellum aduerſus Rom. [Id fuit].ſ.factum, aut cõtingit ea gratia.i.propterea facilius & pronius.i.inclinatius ꝙ Bocchus miſerat in initio huiuſce belli, legatos Rom. petitum.i.qui petant.ſ.à ſenatu & P.R. Fœdus & amicitiam, quam rem.i.quã petitionem Bocchi, opportuniſſimam.i.maxime cõgruam Romanis, bello incępto contra Iugurtham pauci.ſ.nobiles corrupti ab Iugurtha, impediuerãt exiſtentes cæci auaritia, quis.i.quibus mos erat vendere omnia honeſta & inhoneſta.i.ſine diſcrimine. Orator diceret potius mos vēdendi, verum hic reſpicit ad verbum erat cum quo etiam diceretur moris. Etiam.i.inſuper filia Iugurthæ nupſerat Boccho, verum ea neceſſitudo.i.neceſſitas coniunctionis ex affinitate, ducitur.i. reputatur, leuis.i.parui momenti apud Numidas & Mauros ꝙ ſinguli habeant quamplurimas vxores quiſque pro opibus ſuis.i. iuxta opes ſuas.i.quotquot poſſit ſuſtentare, ſicut & adhuc dñt hře, alij denas alij plures. Sed reges.ſupp.habent eo.i.tanto amplius.i.copioſius ſup vxores, quo ſup.plures opes, ita aĩus.i.affectio & amor, diſtrahitur.i.in diuerſa trahitur & diſſipatur, multitudine.ſ.vxorum & nullã obtinet pro ſocia, hoc eſt conthorali æquali ſorte.i.pro vera coniuge, & ita oẽs ſunt pariter.i.pariformiter & indifferenter, viles.i.vili precio æſtimatæ. Igitur, q̃a conſenſerat bellum gerere cum Iugurtha contra Romanos, exercitus.ſ.amborum conueniunt.i.coeunt in locum placitum ambobus.ſ.regibus. [Ibi in eo loco, fide] i.ſancta ꝓmiſſione de ſeruanda fidelitate data & accepta.ſ.mutuo, Iugurtha accendit aĩum Bocchi oratione.ſ.cõtinente ſequentes ſententias non tñ eadem verba Romanos iniuſtos & auaritia profunda, q.d.ſine fundo immenſa & inexplebili, eſſe hoſtes cões.ſ.Boccho & ſibi, hoc eſt Iugurthæ, & illos hře eandem cauſam belli cum Boccho quam ſecum & cum alijs gentibus.ſ.libidinem imperandi, quaſi velint omnium imperio potiri, vt pote quis.i.quibus, omnia regna ſunt aduerſa, hoc eſt cõtraria. Et dicebat ſup.ſeſe, hoc eſt ſeipſū ſup. eſſe hoſtem Romanis, tum.i.tunc, hoc eſt pro eo tpe quo ea dicebat Carthaginienſes ſup.fuiſſe hoſtes paulò ante, quia iam delicerat, itē Perſen regem.ſ.Macedoniæ deuictum & in triumphū deductum à paulo Æmilio Macedonico fuiſſe ēt paulò ante hoſtem Romanis Et dicebat ſup.quemlibet fore.i.futurum eſſe ita hoſtem Romanis vti.i.quemadmodum videatur poſt.i.deinceps opulentiſſimus.i.ditiſſimus, quo dicto ſignificat Romanos publicos latrones, & tyrannos, & omnibus aliquid poſſidentibus inimicos, ad quam rem callida inductione vtitur à tribus tpibus à præterito per Carthaginienſes & Macedones, à præſenti per ſe, & à futuro per Bocchum (niſi proſpexerit) & quemlibet alium. [His atque alijs] Oſtendit quantum potuit oratio Iugurthæ dicens. Bocchus, & Iugurtha conſtituunt.ſ.diem aut potius locum cõueniendi ad oppidum Cirtham.ſ.nomine his atque alijs talibus.i.eiuſmodi cohortantibus ꝙ.i.quia aut eo ꝙ Q.Metellus.i. imperator Romanus, locauerat ibi.i.Cirthæ, pręcdam.i.ſpolia, captiuos.ſ.Numidas, & impedimenta.i.ſarcinas militares vt ſunt machinæ, & arma militaria tam ad bellum quam ad victum neceſſaria, quæ dñt impedimenta ꝙ impediant militum propè rationem dum cum eis migrant. Ita.i.& ſic Iugurtha ratus ſup.erat fore operæpretium.i.vtile habens ſecum precium operæ.i.laboris, aut capta vrbe.i.aut ideo ꝙ forte vtriuſque exercitus capere poſſet vrbem aut ſeſe.i.ſeipſos, hoc eſt ambos reges certaturos prœlio cum Romanis, ſi dux Rom.ſ.Metellus veniſſet ſuis.ſ.deditiijs Cirthenſibus auxilio, in auxilium. Nam Iugurtha callidus feſtinabat.i.feſtinãdo intendebat, modo.i.ſolūmodo id.ſ.imminuere pacem.i.cauſam pacis Bocchi.ſ.cum Romanis ne Bocchus agitando moras.i.per dilationē, prius, quam pax eſſet violata mallet aliud quam bellum, hoc eſt pacem. [Imperator] Oſtendit quid contra egerit Metellus dicens. Imperator.ſ.Metellus, poſtq̃ cognouit de ſocietate regum.ſ.Bocchi & Iugurthæ nõ facit temere.i.inconſulte, neq; vti.i.quemadmodum cõſueuerat.ſ. facere, Iugurtha iam ſępe victo, copiam.i.facultatem pugnandi, omnibus locis in quibuſcunque Iugurtha vellet. [Cæterum] .i. ſed opperit.i.expectat reges caſtris munitis.ſ.foſſa & uallo haud procul à Cirtha, ratus.i.arbitrans melius eſſe, Mauris cognitis, hoc eſt poſtquam cognouerit Mauros facere pugnam ex cõmodo.ſ.ſuo, q̃ſi is.ſ.Maurus acceſſerat hoſtis nouus, & ita cognitus. [Interim].i.interea dum pro cõmodo ſuo moram traheret, fuit certior.ſ.factus Rom.i.ab vrbe per literas, prouinciam Numidiam eſſe datã.i.aſſignatam Mario nouo cõſuli, nam acceperat, hoc eſt intellexerat antea, ſupp. Marium eſſe factum conſulem. Quibus rebus Metellus percuſſus ſupra bonū atque honeſtum.i. vltra quam bonum aut honeſtū erat, neque tenere pro tenebat lacrymas, neque moderari, hoc eſt moderabẽ, ſeu refręnabat linguã à conuitio ſeu maledictu, quia exiſtens vir egregius in alijs artibus pati.i.patiebatur, ægritudinē.i.dolorē animi, nimis molliter.i.muliebriter. [Quã rem alij vertebant in ſuperbiã].ſ.Metelli, alij ſup.dicebant bonū.i.nobile & ingenuum, ingeniū eſſe accēſum.ſ.ita cõtumelia.ſ.illata. Multi ſup.dicebant id eū facere ꝙ victoria iam parta.i.acquiſita, eriperetur ex manibus.ſ.eius. [Satis cognitū eſt nobis illum].ſ.Metellum excruciatū eſſe magis honore Marij.ſ.ęmuli ſui, quã iniuria ſua.i.vbi facta, neque fuiſſe laturū tam anxie.i.tã afflictū & moleſte ſi prouincia.ſ.Numidica adempta.ſ.Metello traderetur alij quam Mario [Igitur eo dolore] Oſtendit quō Metellus inuidia victus cœpit negligentius agere ne aduerſario ſuo gloriam pareret aut operã nauaret. Vnde patet liuorem ēt in ſummis viris locum inquirere, dicit itaq;. [Igitur Met. Imp.].ſ.à bona operatione, quia difficile eſt nolentem aut inuidentē bene operari, eo dolore quem conceperas ex prælatione Marij, & quia videbatur ſtultitiæ.i.pertinere ad ſtultitiam curare ſup.cum ſuo.i.proprio periculo, rem alienam.i.triūphum aut victoriam Marianam, miſit legatos ad Bocchum regē Mauritaniæ, poſtulatum.i.ad poſtulandum.i.iuſte petendum, ne fieret hoſtis P.R. ſine cauſa.i.ſine offenſione ab eo habita & ſup. dictum aut dicturos, tum.i.inſuper, Bocchum ſup.habere magnã copiam.i.facultatem & occaſionem vberam, amicitiæ ſocietatis coniungendæ.ſ.cum P.R. quæ.ſ.ſocietas & amicitia foret.i.eſſet futura, potior.i.melior & vtilior bello.i.quàm bellum, & ſup. dicturos, quanquam ipſe confideret opibus.i.potentijs & diuitijs ſuis tamen non debere.i.ꝙ non deberet mutare certa.ſ.bona ex amicitia Romana per quam ſua tutaretur, pro incertis.ſ.præmijs ab Iugurtha expectandis ſi forte victor euaſerit, & ſup.dicturos, omne bellum ſumi.i.aſſumi & inchoari facile, i.ſine difficile.i.ſine difficultate, cęterum.ſ.ſed, deſinere.i.finiri, ęgerrime.i.cū ſumma difficultate & initium, eius.ſ.belli, & finem non eſſe in poteſtate eiuſdem, quia non ſemper nec quiuis qui incipere bellū poteſt, poteſt etiam cum cõmodo ſuo finire, quia dicturos ſup miſit licere.i.permitti & concedi, cuius.i.cuilibet etiam ignauo ideſt inutili ad rem gerendam, incipere.ſ.bellum, autem pro ſed, bellum ſupp.deponi.i.abſolui, cum.i.qū victores velint. [Proinde].i.ideoq; ſup dictum, aut admonitum miſit, vt ſupp.ipſa.conſuleret.i. proſpiceret & ꝓuideret cõſilio, ſibi & regno ſup. ſuo neu.i.neue, miſceret res.i.opes ſuas florentes.i.in vigore, exiſtentes cum ſup. rebus Iugurtę perditis.i.penè acciſis & imminutis ac deſperatis.

AD ea rex ſatis placide verba facit, ſeſe pacē cupere, ſed Iugurthæ fortunam miſereri, ſi eadem illi copia fieret, omnia conuentura. Rurſus imperator contra poſtulata Bocchi nuncior mittit. Ille probare partim, alia abnuere. Eo modo ſæpe ab vtroque miſſis, remiſſisq; nūciis tēpus procedere, & ex Metelli volūtate bellum intactū trahi. At Marius, vt ſupra diximus, cupientiſſima plebe conſul factus, poſtquam ei prouinciam Numidiam populus iuſſit,* ante iam infeſtus nobilitati, tum vero multus atque ferox inſtare. ſingulos modo, modo vniuerſos lædere, dictitare ſeſe conſulatum ex victis illis ſpolia cepiſſe, alia præterea magnifica pro ſe, & illis dolētia. interim quæ bello opus erant prima hře, poſtulare legionibus ſupplementum, auxilia à populis & regibus ſociisq; arceſſere. præterea ex Latio fortisſimū quenque, pleroſq; militia, paucos fama cognitus accire: & ambiendo cogere homines emeritis ſtipendiis ſecū proficiſci. neque illi ſenatus, quanquam aduerſus erat, de vllo negocio abnuere audebat. Cæterum ſupplementum etiam lætus decreuerat: quia neque plebe militiam volente putabatur Marius aut belli vſum, aut ſtudia vulgi amiſſurus. Sed ea res fruſtra ſperata, tanta libido cū Mario eundi pleroſque

* Antea.

inuaſerat: ſeſe quiſque præda locupletem fore: victorem domum rediturum, alia huiuſcemodi animis trahebant. & eos non paulum oratione ſua Marius arrexerat. nam poſtquam omnibus, quæ poſtulauerat, decretis, milites ſcribere vult, hortādi cauſa ſimul & nobilitatem, vti conſueuerat, exagitandi, concionem populi aduocauit. Deinde hoc modo diſſeruit.

SOLD. VERBA facit].i.reſpōdit.[Fortunatum] i.ſtatum.[Eadem copia] .ſ. iungendæ ſocietatis cum P. R. [Illi] .ſ. Iugurthæ. Omnia, inquit, conuenient, ſi ita Iugurthæ, ſicut mihi, detur copia iungendę ſocietatis cum P.R. Conuenire eſt concordem eſſe.[Ille].i. Bocchus.[Probare].i.probabat. [Tempus procedere] .i.tempus procedebat, ſiue progrediebantur. [Ex Metelli voluntate bellum intactū trahi] Metellus volebat, vt bellum nō attingeretur.[Trahi].i.trahebatur, hoc eſt prolongabatur. Nam Metellus cupiebat pacem facere, cum Boccho. [At Marius] Sal. hucuſque dixit de rebus, geſtis à Metello imperatore in bello Iugurthino nunc deinceps dicturus eſt de rebus C. Marij. qui conſul factus à plebe, vt Numidiam prouinciam extra ſortem acciperet iuſſu populi. Dicit igitur quemadmodum C. Marius apparatum belli ſumma diligētia inſtituerit, milites ex decreto ſenatus ad ſupplementum legionum cōſcripſerit, auxilia à populis, & regibus ſocijs acceſſiuerit, ex Latio fortiſſimum quenq; acciuerit, deinde paratis omnibus cohortandi gratia, & nobilitatem exagitandi, aduocata pop cōcione orationem habuerit. Poſt ſtipendio, cōmeatu, & armis oneratis nauibus, Manlium legatum in Africam miſerit, ipſe paulò poſt cū magno numero militum ſecutus ſit.[At Marius]Ita quidem Metellus cum Boccho de pace tractabat, ſed Marius factus conſul à plebe cupientiſſima, vt ſupra diximus iam ante infeſtus nobilitati, vero, pro ſed, tū multus atque ferox inſtare pro inſtabat. [Et lædere] Pro lædebat. [Modo] i.aliqñ ſingulos, modo.i.aliqñ vniuerſos. [Et dictare] Pro dictabat ſeſe cępiſſe ex illis victis ſpolia, conſulatum videlicet, prȩterea .ſ. dictabat alia magnifica pro ſe, & dolētia illis.ſ.nobilibus, poſtq̄ populus iuſſit ei Numidiam Prouinciam. hic eſt ordo. Senſus aūt ſatis patet. [Poſtq̄] Inquit ipſe Marius factus eſt cōſul, & Numidiam Prouinciam accepit, iuſſu populi, data ſibi opportunitate lædendi nobiles, quibus ſemper fuerat aduerſus, aliqū ſingulos aliqñ vniuerſos lædebat gloriabaturq;, ſe pugnaſſe cū nobilibus, & eos viciſſe, & ex illis victis magnifica ſpolia, reportaſſe, videlicet, conſulatum.[Poſtq̄ ei Numidia prouinciam populus iuſſit] Aduertendum eſt, quia populus proprie dī iubere. Senatus dī decernere.[Infeſtus nobilitati].i.aduerſus, cōtrarius, inimicus.[Tum]Pro tūc Antea quidem erat infeſtus, ſed tunc multo magis, quia facultatē & opportunitatem lædēdi habebat.[Multus].i.vehemens. [Dictare] Frequenter dicebat, & iactabat, & dicebat ſeſe cępiſſe ſpolia ex illis nobilibus victis, & q̄ ſpolia ē cōſulatum. In hoc certamine ciuili, in quo Marius cum nobilitate certauit, victor extitit Marius & ex nobilibus victis ſpolia reportauit magnifica, videlicet cōſulatum. Marius.n.cum nobilitate certauit, q̄a & nobiles, & Marius ignobilis petebāt ſimul cōſulatum. Sed in hoc certamine petendi, Marius extitit victor, quia factus eſt cōſul, repulſis nobilibus.[Spolia cępiſſe]Verba ſunt glorioſo militi, & imperatori conuenientia. Eſt n.tranſlatio ſumpta à militibus, qui ex hoſte victo ſpolia reportāt. Nam victor victū armis ſpoliat, & ea cū gloria reportat. [Magnifica] i. glorioſa, & in laudem ſuā redundantia. [Ex illis dolentia].ſ.nobilib. [Interim] Videlicet dū Marius ita nobiles dictis, factiſq; laceſſit. [Quæ bello opus erant prima hēc] .i.in primis, & præcipue parabat ea quæ ad bellum pertinebant. [Prima hēc] Pro habebat .i. prima curabat. [Poſtulare legionibus ſupplementum.] Hoc eſt poſtulabat à ſenatu, vt ſibi cōcederet, vt milites conſcribere poſſet ad explicandas legiones, quæ longo bello diminutæ erāt. Iuſtus numerus legionum ante C. Marium ex quatuor millibus militum conſtabat, primus C. Marius legionem inſtituiſſe dī ſex militum & ducentorum militū. Auxilia enim C. Marius ex decreto ſenatus, populis & regibus, qui erant ſocij P.R. ſcribebat, vt ſibi mitterent auxilia peditum & equitū. [Prȩterea] Accire, pro acciebat, quenq; fortiſſimum ex Latio, & acciebat pleroſq; cognitos militia, paucos cognitos fama, vbi quēq; pſtantem in re militari virum audiebat, eū continuo ad ſe venire iubebat hortabaturq;, vt ſecum ad id bellū gerendum ꝓficiſceretur. [Accire].i.aduocabat, ad ſe venire iubebat.[Ambiendo]Nō imperando, ſed blandiendo cogebat eos ſecum ad bellum ꝓficiſci, qui ad militiam de iure cōpelli non poterant. [Cogere oēs emeritis ſtipendijs ſecum ꝓficiſci.[Illi dīr emeriti ſtipendijs, qui debita tpa militiæ cōpleuerunt, & hi contra voluntatem ſuā ad militiam compelli non poſſunt, tñ hos Marius blandiendo cogebat ſecū proficiſci.[Neq; illi ſen.] Dicit ſenatū nihil Mario auſum fuiſſe denegare q̄q̄ ei eēt aduerſus. Marius poſtulauit ſupplemētū legionibus. Senat. decreuit. [Cæterum ſupplemētum ēt lætus decreuerat] Dicit Sen nō ſolum non inuitum, ſed ēt lætum ſupplementū decreuiſſe, nō quia diligeret Mariū, ſed quia putabat Marium beneuolentiā populi, & fauorē eſſe amiſſurū. [Propter ſupplemētum, videlicet, dum ad militiā plebeios hoīes nolentes, & reſiſtētes cogeret. Ordo eſt. [Cæterum].i.ſed ſenatus ēt lætus decreuerat ſupplemētum quia Marius putabant eſſe amiſſurus, aut vſum belli, aut ſtudia vulgi, ple.non volente militiā. Plebs militiam recuſabat, & niſi cogeretur ad bellum gerendum ire nolebat. Senatus ergo lætus ſupplementum decreuit, hoc intra ſe putans. Mario neceſſe eſt, vt aut milites ex plebe ſcribat ad ſupplementum, aut nō ſcribat. ſi ſcripſerit milites in odium plebis recidet, dum eos nolentes ad militiā per vim cogere vult ſi non ſcripſerit, bellum gerere non poterit, & ita nullam gloriā in ſuo conſulatu cōparabit. [Neque volente militiam]. i.plebe nolente, & recuſante militiam, vt ſupra dixit ſenatus prouincias, regebat, equeſter ordo vectigalia adminiſtrabat. Plebs bella gerebat Sed plebs feſſa continuo vſu bellorum, in quibus ſuperioribus tpibus verſata erat, nunc quietem petebat, & militiam recuſabat. [Aut belli vſum amiſſurus] Si milites non ſcriberet. [Belli vſum].i. exercitationem belli, hoc eſt putabatur bellum non eſſe geſturus. [Aut ſtudia vulgi].i.beneuolentiam pop videlicet, ſi milites ſcriberet, & nolētes cogeret ad militiam. [Sed ea res] Dicit ſenatū fruſtra hoc ſperaſſe, quia nemo recuſabat militiā, ſed oēs deſiderabant ire cum Mario, vnuſquiſq; ſperabat ſe præda locupletem fore, & victorē domum rediturū eſſe.[Alia huiuſcemodi].i. alia ſimilia. [Animi] .ſ.plebis animi trahebant i.animi volebant & cogitabant.[Oratione ſua]Quæ inferius deſcribitur. [Erexerat].i.in ſpē excitauerat. [Nam poſtquam] Ordo eſt. Marius aduocauit concionem populi, ſimul.i.& cauſa hortandi, & cauſa exagitandi nobilitatem, vti conſueuerat poſtquam vult ſcribere milites, decretis omnibus quæ poſtulauerat. [Decretis] Scilicet à ſenatu, quia quidquid poſtulauit Marius, ſenatus conceſſit.

COPIA] Pacis facultas. [Omnia conuentura] Futuram pacem. [Cupientiſſima] Fauentiſſima. [Prouinciam] Scilicet adminiſtrandam.[Emeritis ſtipendijs] Cum donati eſſent agris, & miſſione honeſta. [Trahebant] Voluebant animis. MARL.

ABNVERE audebat] Eſt in manuſcriptis quibuſdā negare audebat, ſed irrepſit ex gloſſa ni fallor. [Et eos non paulū oratione ſua Marius arrexerat] Quāuis in quibuſdam, erexerat, tñ hęc lectio magis arridet, q̄ & manuſcripti codices, & exēplar Aldinum habet, Vtitur aūt Saluſt. alias quoq; hoc verbo, velut inferius. Huiuſcemodi oratione habita Marius, poſtq̄ plebis aīos arrectos videt. Quo in loco tñ in veteſtis eſt Erectos, verum perperam, vt opinor Tametſi Cic. quidem altero magis vtitur, velut Oratio conſulum animum meum erexit ſpemq; attulit dignitatis recuperādæ. Idem, Is ciuitatem ad ſpē libertatis erexit.

DICTITARE ſeſe cōſulatum ex victis illis quaſi ſpolia cępiſſe] Quidā codices illud Quaſi, habebant ante verbum Illis. Aldinus codex ꝓrſus omittit. Ego poſt Illis, ponendū puto, atq; ita habebat vetuſtus codex. [Quia neq; plebe militiā volente] vide vt mire vtitur coniunctione Neque Nam, Neq; volente pro Nolēte accipitur, & verbum Putabatur, manet affirmatiuū. Statim poſt, Seſe quiſq; pda locupletem fore, victorē domum rediturum. Vetuſtus codex habebat Et, poſt Fore, quod placet, ne quis verbum Fore, cum participio Rediturum connectat. Vide etenim Aliaq;, cū coniunctione legendū, quod neceſſe nō exiſtimamus. GLAR.

REX] .ſ. Bocchus facit verba.i.rēdet ad ea.ſ.dicta aut monita Metelli placide.i.benigne, videlicet ſe ſe cupere pacē.ſ.cū P.R. ſed miſereri fortunarū Iugurthæ. Si eadē copia, hoc eſt facultas cōiungēdę ſocietatis & amicitiæ cū P.R. fieret Iugur. dixit ſup. oīa conuentura ſup. inter ipſos, hoc eſt in nullo controuerſiā futurā nec inter ſe verbum ullū cōmutaturos. Imperator.ſ. Metel. mittit rurſus legatos cōtra poſtulata Bocchi .i. qui dicerent non omnia eſſe iuſta quæ ab eo poſtularētur, & ille.ſ. Bocchus probare, hoc eſt approbabat dicta Metelli partim, & abnuere, hoc eſt abnuebat alia, & tempus procedere, id eſt procedebat & tranſigebatur eo modo nuncijs miſſis & remiſſis ſæpe ab vtroque, & bellum trahi, hoc eſt trahebatur intactum ex voluntate Metelli, hoc eſt ſicut ſummopere cupiebat Metellus, ne aut Mario proſit, aut famam perdat, [At Marius] Proſequitur inſolentiam ASCEN

Marij

Marij qui vbi conſul creatus eſt ſuperbe & in nobilium cōtume liam dictabat, ac faciebat omnia. Vnde dicit, At, hoc eſt ſed, Marius factus conſul vt diximus ſupra, plebe ſup. exiſtente aut à plebe cupientiſſima, poſtq̄ populus iuſſit ei Numidiam prouinciam ſup. gubernandā, iam antea infeſtus .i. qui extiterat antea infeſtus nobilitati, tum vero .i. tunc maxime vbi factus eſt conſul & imperator tanti belli, ipſe multus .i. immodicus & vehemens ac immodeſtus, & ferox .ſ. per inſolentiā & ſeuitiā, inſtare .i. inſtabat lędere modo ſingulos .ſ. nobilium, modo .i. interdum vniuerſos, & dictitare .i. dictitabat, hoc eſt frequenter dicebat ſeſe cœpiſſe cōſulatum quaſi ſpolia, ex illis victis, alij hñt inuitis, ſed minus quadrat. ſpolia .n. victis abſtrahuntur, & dictitabat prætera alia magnifica .i. iactatoria verba pro ſe .i. pro virtute ſua extollenda, & dolentia .i. dolorem excitātia, illis .ſ. nobilibus. Interim .i. interea loci, habere .i. habebat exiſtimabat prima .i. præcipua & potiſſimum, ſibi curanda quæ erant opus bello .i. ad bellum Iugurthinum, poſtulare .i. poſtulabat ſupplemētum legionibus .ſ. occiſis & detritis ſeu imminutis cæde & morbo, & accerſere .i. aduocabat à populis & regibus & socijs .i. Romani imperij auxilia .i. auxiliarios milites. Præter ea accire .i. acciebat ſeu acciebat .i. aduocabat ex latio fortiſſimum quemq́; .i. oēm præcipue fortē, & acciebat pleroſq; cognitos militia quia cū ipſis militauerat & paucos cognitos fama .i. per famam & ambiendo .i. blande orando & oſtentando beneuolentiā ſuam in eos & præmia parata, cogere .i. cogebat inſtātia precum non Imperio hoīes emeritis ſtipendijs .i. quibus ſtipendia erant emerita nec amplius merenda, cum ob ſeniū eſſent requie ac rude donati, cogebat tñ eos proficiſci in bellū. Neque ſenatus q̄q̄ erat aduerſus .i. contrarius illi audebat abnuere .i. refragari, aut negare ēt nutu, illi quidq̄. Cæterum .i. ſed inſuper, decreuerat .i. decreto adiudicauerat, illi ſupplementum .ſ. legionum, ēt lętus .i. volens ac libens, quia Marius putabatur amiſſurus .i. ꝙ poſſet amittere aut vſum belli aut ſtudia .i. fauorē vulgi, & hoc plebe neque .i. non volente .i. refugiente militiā .i. exercitium belli, ſed ea res .ſ. ꝙ pp repugnātiam plebis Marius amitteret vſum belli, aut fauorem plebis, fuit ſup. ſperata .ſ. à patribus fruſtra .i. in vanum, tanta .i. tam vehemens libido .i. voluntas eundi .ſ. in bellun, cū Mario inuaſerat pleroſque, quia animi plebis trahebant .i. meditabantur & ſecum reputabant quiſque ſup. trahebat in opinionē, ſeſe fore .i. futurum eſſe ex victoria Mariana, locupletē .i. diuitem præda & rediturū ſup. eſſe domum victorē, & alia huiuſmodi. Sunt qui legant animos vt ſit ordo, quiſq; ſup. ſperabat aut dicebat ſeſe fore locupletem & rediturū eſſe domū victorem, & alia huiuſmodi trahebant .i. attrahebant animos .ſ. eorū, & Marius arrexerat .i. attentos fecerat eos non paululū immo multum ſeu plurimū oratione hoc eſt adhortatione, ſua oratoria habita in concione ſequenti. Nam poſtq̄ omnibus quæ poſtulauerat, decretis .i. poſtq̄ oīa quæ poſtulauerat erant decreta, hoc eſt decreto ſenatus illi conceſſa, ſed melius ſonat ablatiuus, vt ſubauditur exiſtentibus ſic, ſed omnibus quę poſtulauerat exiſtentibus decretis, hoc eſt decreto cōceſſit, poſtquam vult ſcribere .ſ. ad ſupplementum legionum, milites cauſa hortandi ſup. eos, & ſimul .i. pariformiter ſup. cauſa exagitandi .i. vexandi & moleſtia frequenti afficiendi, aduocauit concionem .i. multitudinem populi .ſ. Romani deinde .ſ. poſtquā conuenerat, diſſeruit, hoc eſt orauit diſerteq́; dixit ad eos, hoc modo. Quęras autem quō diſſeruerit quem dixerat ſupra magis armorum quàm literarum peritū, & non Græcis literis, ſed militaribus artibus imbutum, dicam ꝙ facundia naturali præditus & exercitio fretus id potuerit.

ORATIO MARII.

SCIO ego Quirites, pleroſq; non ijſdem artibus imperiū à vobis petere, & poſtqua adepti ſūt, gerere, primo induſtrios, ſupplices, modicos eſſe, deinde per ignauiam, & ſuperbiam ętatem agere. Sed mihi contra videtur, nā quo vniuerſa reſp. pluris eſt, quā conſulatus, aut Prætura, eo maiore cura illam adminiſtrari, quā hæc peti debere. Neque me fallit, quantum cum maximo veſtro beneficio negocij ſuſtineam. Bellum parare, ſimul & ærario parcere, cogere ad militia eos quos nolis offendere, domi foriſq́; omnia curare, & ea agere inter inuidos, occurſantes, factioſos, opinione Quirites aſperius eſt. Ad hoc, alij ſi deliquere, vetus nobilitas, maiorū fortia facta, cognatorum & affinitū opes, multæ clientelæ, omnia hæc præſidio adſunt. Mihi ſpes omnes in memetſitæ, quas neceſſe eſt virtute & innocentia tutari, nā alia infirma ſunt. & illud intelligo Quirites, omnium ora in me conuerſa eſſe, æquos, bonoſq; fauere, quippe beneficia mea rep. procedunt. nobilitatē locū inuadendi quærere. Quo mihi acrius adnitēdum eſt, vt neque vos capiamni, & illi fruſtra ſint. Ita ad hoc ætatis à pueritia fui, vt omnes labores, pericula conſueta habeam. Quæ ante veſtra beneficia gratuito faciebam, ea vti accepta mercede deferam, nō eſt conſilium Quirites. Illis difficile eſt in poteſtatibus temperare, qui per ambitionē ſeſe probos ſimulauere. Mihi qui omnem ætatem in optimis artibus egi, bene facere iam ex cōſuetudine in naturam* vertitur. Bellum me gerere cum Iugurtha iuſſiſtis. quam rem nobilitas ægerrime tulit. Quæſo, reputate cum animis veſtris, num id mutari melius ſit. Ecquem ex illo globo nobilitatis ad hoc, aut aliud tale negocium mittatis hominem veteris proſapię, ac multarum imaginū, & nullius ſtipendij, ſcilicet vt in tanta re ignarus omnium trepidet: feſtinat, ſumat aliquem ex populo monitorē officij ſui. Ita plerunque euenit, vt quem vos imperare iuſſiſtis, is ſibi imperatorē alium quærat. Atqui ego ſcio Quirites, qui poſtquam conſules facti ſunt, acta maiorum, & Græcorum militaria præcepta legere cœperint, præpoſteri homines. Nam gerere quam fieri tempore poſterius, re atque vſu prius eſt. Comparate nūc Quirites, me hominem nouum cum illorum ſuperbia. Quæ illi audire, & legere ſolent, eorum partem vidi, alia geſſi, quæ illi literis, ea ego didici militando. Nunc vos exiſtimate, facta, an dicta pluris ſint. Contemnunt nouitatem meam, ego illorum ignauiam, mihi fortuna, illis probra obiectantur. quanquam ego naturam vnam, & communem omnium exiſtimo, ſed fortiſſimum quenque generoſiſſimum. Ac ſi iam ex patribus Albini, aut Beſtiæ quærit poſſet, me ne an illos ex ſe gigni maluerint, quid reſponſuros creditis? niſi ſeſe liberos, quam optimos voluiſſe? quod ſi iure me deſpiciunt, faciunt idem maioribus ſuis, quibus, vt mihi, ex virtute nobilitas cępit. Inuident honori meo, ergo inuideāt labori & innocētiæ, periculis etiā meis, quoniam per hæc illum cepi. Verum homines corrupti ſuperbia, ita ætatem agunt, quaſi veſtros honores contemnant, ita ætatem agunt, quaſi veſtros honores contemnant, ita hos petunt, quaſi honeſte vixerint. Ne illi falſi ſunt, qui diuerſiſſimas res pariter expetant, voluptatē, & præmia virtutis. Atque etiam cū apud vos, aut in ſenatu verba faciunt, pleraque oratione maiores ſuos extollunt, eorū fortia facta memorando clariores ſeſe putant, quod contra eſt. Nam quanto vita illorum præclarior, tanto horū ſocordia flagitioſior. Et profecto ita ſe res habet, maiorum gloria poſteris quaſi lumē eſt, neq; bona eorū, neq; mala in occulto patitur. Huiuſce rei ego inopiā patior. Quirites. Verū id, quod multo pręclarius eſt, mea facta mihi dicere licet. Nunc videte, q̄ iniqui ſint, quod ex aliena virtute ſibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt, ſcilicet quia imagines nō habeo, & quia mihi noua nobilitas eſt, quam certe peperiſſe, q̄ acceptam corrupiſſe melius eſt Equidem ego non ignoro, ſi iam mihi reſpondere velint, abunde illis facūdam & cōpoſitam orationē fore. Sed

* vritur

in maximo veſtro beneficio, cum omnibus locis me, voſq; maledictis lacerent, nō placuit reticere, nequis modeſtiā in conſcientiam duceret. Nam me quidē ex animi ſententia lædere nulla oratio poteſt, quippe vera neceſſe eſt prædicent, falſam vita moreſq; mei ſuperant. Sed qm̃ veſtra conſilia accuſantur, qui mihi ſummū honorem & maximū negocium impoſuiſtis, etiā atque etiam reputate, num eorū pœnitendum ſit. Non poſſum fidei cauſa imagines, neque triumphos, aut cōſulatum maiorum meorū oſtentare. At ſi res poſtulet, haſtas, vexillum, phaleras, alia militaria dona, præterea cicatrices aduerſo corpore. Hæ ſunt meæ imagines, hæc mea nobilitas, non hęreditate relicta, vt illa illis, ſed quæ ego plurimis meis laboribus & periculis quæſiui. Non ſunt compoſita verba mea. Paruı id facio. Ipſa ſe virtus ſatis oſtendit. Illis artificio opus eſt, vt turpia facta oratione tegant. Neque literas Græcas didici. parum placebat eas diſcere, quippe quæ ad virtutē doctoribus nihil profuerāt. At illa multo optima reip. doctus ſum, hoſtem ferire, præſidia agitare, nihil metuere, niſi turpē famam, hyemem & æſtatem iuxta pati, humi requieſcere, eodem tempore inopiā & laborē tolerare His ego præceptis milites hortabor. Neque illos arctecolam, me opulenter, neque gloriam meam labore illorum faciam. Hoc eſt vtile, hoc ciuile imperium. Nanque cum tu per mollitiem agas, exercitum ſupplicio cogere, id eſt dominum, nō imperatorem eſſe. Hęc atq; alia maiores veſtri faciendo ſeq; remq; publ. celebrauere, Queis nobilitas freta, ipſa diſſimilis moribus, nos illum æmulos contemnit, & omnes honores non ex merito, ſed quaſi debitos à vobis repetit. Cæterum homines ſuperbiſſimi procul errant. Maiores eorum omnia, quæ licebat, illis reliquere, diuitias, imagines, memoriā ſui præclarā, virtutem non reliquere, neque poterant, ea ſola neque datur dono, neque accipitur, Sordidū me, & incultis moribus aiūt, quia parum ſcire cōuiuium exorno, neque hiſtrionem vllū, neque pluris precij coquum, quā villicum habeo, quæ mihi libet confiteri Quirites. Nam & ex parente meo, & ex alijs ſanctis viris, ita accepi, mūditias mulieribus, viris laborē conuenire, omnibuſq; bonis oportere plus gloriæ, quàm diuitiarum eſſe, arma, non ſupellectilem decori eſſe. Quin ergo, quod iuuat, quod charū æſtimāt, id ſemper faciant, ament, potent, vbi adoleſcentiam habuere, ibi ſenectutem agant, in conuiuijs, dediti ventri, & turpiſſimæ parti corporis. ſudorem, puluerē & alia talia relinquant nobis, quibus illa epulis iucundiora ſunt. Verum non eſt ita * Nam vbi ſę omnibus flagitijs dedecorauere turpiſſimi viri, bonorum præmia ereptum eunt. Ita iniuſtiſſime luxuria & ignauia, peſſimę artes, illis, qui coluere eas, nihil officiūt, reip. innoxiæ cladi ſunt. Nunc quoniam illis, quantum mores mei non illorum flagitia poſcebant, reſpōdi, pauca de reip. loquar Primum omnium bonum habetote de Numidia animum Quirites. Nam, quę ad hoc tempus Iugurtham tutata ſunt omnia remouiſtis, auaritiam, imperitiam, atque ſuperbiam. Deinde exercitus ibi eſt locorū ſciēs, ſed me hercule magis ſtrenuus, quàm felix. Nam magna pars eius auaritia, aut temeritate ducum attrita eſt. Quamobrem vos, quibus militaris eſt ætas adnitimini mecum, & capeſſite remp. neque quenquam ex calamitate aliorum, aut imperatorum ſuperbia metus ceperit. Egomet in agmine, aut in prœlio cōſultor idem, & ſocius periculi vobiſcum adero, me, voſq; in omnibus rebus iuxta geram, & profecto Dijs iuuātibus omnia matura ſunt. victoria, præda laus. quæ ſi dubia aut procul eſſent, tamen omnes bonos reip. ſubuenire decebat. Etenim nemo ignauia immortalis factus eſt. neque quiſquam parens, liberis, vti æterni forent, optaui. magis vti boni, honeſtiq; vitam exigerēt. Plura dicerem Quirites, ſi timidis virtutem verba adderent. Nam ſtrenuis abunde dictum puto.

* In vetuſto codice legitur, Nā vbi flagitijs ſe dedecorauere.

SCIO ego Quirites, pleroſque non ijſdem artibus Imperium à vobis petere, & poſtquam adepti ſunt gerere) Hæc oratio poſita eſt in gñe demonſtratiuo. Eſt aūt genus demonſtratiuum quod attribuitur in alicuius certæ perſonæ laudem vel vituperationem, hæc aūt oratio & laudem Marij, & vituperationem continet nobilitatis, dicit. n. ſe non maiorum ſuorum imaginibus, aut ſplendore, ſed propria virtute conſulatum petiuiſſe, eademq; virtute illum adminiſtraturum, neque facturum eſſe, quemadmodū plerique facere ſolent, quia populo petunt imperia, induſtrios ſe, & humiles, ac modeſtos prębent, ſed poſtquam adepti ſunt id, quod petunt, ſuperbi ſunt & ignaui [Scio] Ordo eſt Ego ſcio pleroſque non eiſdem artibus petere imperium à vobis, & gerere. ſ. illud imperium, poſtq̃ ſunt adepti. ſ. illud imperium, ac ſi diceret. O Quirites, ego ſcio multos decipere vos, quia alijs artibus vtuntur, dum à vobis petunt imperia, & alijs artibus utuntur, dum adminiſtrant ea imperia Nā dum petunt, utuntur humilitate, modeſtia, & ſe oſtēdunt eſſe induſtrios, ſed poſtea dū adminiſtrāt ipſa imperia, q̃ ſunt à uobis cōſecuti, utūtur ſuperbia & ignauia, & ita decipiunt uos, Ego aūt aliter faciendum eſſe cenſeo, nā maiore cura, & īduſtria exiſtimo eſſe adminiſtrāda imperia, q̃ petenda. [Imperiū] Conſulatus & pretura proprie dñr imperia ſicuti aperte hoc loco Sal. oſtendit, nā paulò poſt dicit. Nā quanto plurıs eſt uniuerſa reſp. q̃ conſulatus aut pretura, totū hoc referens ad id, quod pdixerat. Scio ego Quirites pleroſque non eiſdē artibus imperium à vobis petere. [Primo] .i. in prima re, uidelicet, dum petunt imperium. [Induſtrios] Ingenio, & uſu exercitatos. [Supplices] .i. humiles. [Modicos] Modeſtos, moderatos eſſe, ſubaudi a ſuperioribus. [Deinde] .i. poſtquam adepti ſunt, & adminiſtrant imperia. [Per ignauiam] Quæ eſt contraria induſtriæ. [Et ſuperbiam] Contraria ei, quod dixit ſupplices. [Ætatē agere] .i. uiuere. [Deinde] Subauditur ſcio, & hos mores peruerſos ſolius eſſe nobilibus. [Sed mihi contra uīr] .i. ſed mihi uī contra. Illi in petitione magiſtratuum uirtutes oſtendunt. in adminiſtratione uero uitia demonſtrant cum adminiſtratio ipſa ad totam remp. pertineat, ut pptere a mihi uideātur maiore cura eſſe adminiſtrāda imperia q̃ petenda. [Illam] .ſ. remp. [Quā hęc] .ſ. conſulatum, & præturam. [Neque me falli] Hoc eſt, & ſcio, & intelligo quantum onus ſuſtineam cum honore conſulatus. Conſulatus eſt maximum ueſtrum beneficium, quod in me contuliſtis, ſed adminiſtratio ipſa conſulatus eſt magnum negocium & magnum onus. Ordo eſt. Neque fallit me quantum negocij ſuſtineam, cum maximo ueſtro beneficio. [Bellū parare] Declarat difficultatem, & onus adminiſtrationis conſulatus Ordo eſt. O Quirites eſt aſperius opinione parare bellū ſimul, & parcere ærario, & cogere ad militiam eos, quos nolis offendere, & curare domi, & foris oīa, & agere ea inter inuidos occurſantes & factioſos. Senſus patet. Eſt, inquit, difficilius q̃ quiſque opinari poſſet, facere id quod faio ego, uidelicet parare bellum & nolle facere ſumptum, cogere eos ad militiam, quos nollem offendere, denique totā remp. adminiſtrare, inter inuidos & inimicos. ſ. nobiles. [Ærario parcere] Quia nollem ærarium grauare [Cogere eos] .ſ. plebeios. [Quos nolis offendere] .i. quos nollem lædere, q̃ mihi ſunt amici, nā ego ab eis factus ſum conſul. Et eſt honeſta locutio id, quod primæ perſonæ cōuenit, ad ſecundam transferre, ut hoc loco, quos nolis offendere. i. quos nollem offendere. [Domi foriſq;] .i. pacē, & bello, Romæ & in ea exercitu. [Occurſantes] Obuiantes, reſiſtentes. ſ. nobiles. [Aſperius opinione] .i. difficilius quā quiſquam opinari poſſit. [Ad hęc] .i. pręterea. Ac ſi diceret aperte, Eſt quidē mihi difficile gerere conſulatū ob eas cauſas, quas ante dixi. Sed eſt etiam alia cauſa quare adminiſtrare, & gerere conſulatum ſit mihi difficilius quā alijs. quia ſi quid offendo, aūt ſi q̃d non rectè facio, nihil habeo, quod me defendat. Sed alij, uidelicet nobiles, ſi non rectè cōſulatū adminiſtrant, tolerantur ppter ueterū nobilitatem

taceã

tatem,& pp præclara geſta maiorũ ſuorũ,& pp opes ingẽtes,& clientelas,ego nihil horum habeo ad defenſionẽ mei, ſed oportet, vt me ipſum,& facta mea propria virtute defendã. [Ad hæc] Ordo eſt, Oĩa hęc adſunt pſidio, videlicet vetus nobilitas,& fortia facta maiorum.ſ.ſuorum,& opes cognatorum, & affiniũ, & multæ cliẽtelæ,dico adſunt præſidio. Si alij deliquere [Si alij].ſ. nobiles, videlicet ſi in adminiſtratione conſulatus, non ita ſe rectè gerunt,ſi errant in aliqua re ſi quid offendunt. [Vetus nobilitas] Quia orti ſunt ex veteri proſapia.& nobili gñe,& ideo tolerantur,ſi quid delinquunt. [Maiorum fortia facta] Quia maiores eorum rẽp.pręclare adminiſtrarunt & multa pclara facinora geſſerunt. [Opes cognatorum,& affinium] Nemo eos audet impugnare,quia hñt cognatos,& affines potentes,ac diuites & ita delicta,& errata eorum impunita relinquuntur.[Multæ clientelæ] Non ſolum hñt cognatos & affines potentes , ſed ẽt habent multos clientes, qui in omni periculo eis opitulentur, eoſq; defendant,& ppterea timentur,nec aliquis eos impugnare audet. Clientela dr̃ multitudo clientum,clientes aũt dñt, qui ſub patrocinio alicuius poſiti ſunt,ſicuti clientes M.Tullij Ciceronis fuerunt,quia Cicero cauſam Siculorum contra Verrẽ ſuſcepit,atq; defendit. Cicero patronus fuit Siculorũ,Siculi clientes. Qui defendit aliquem in iudicio, dr̃ patronus,qui defenditur,dr̃ cliens, & ſicuti clientes à patrono in iudicio defendunt,ita poſtea clientes patronum in omni periculo tuentur,atque defendunt. Marius autẽ ex hoc loco nobiles trahit in inuidiã. Nam vt ait Cic. in inuidiã trahimus aduerſarios,ſi vim, potentiã,factionem,diuitias,incontinentiam, nobilitatẽ,clientelas, hoſpitium,ſodalitates,affinitates aduerſariorũ proferemus,hęc nĩa ferè à Mario poſita ſunt. [Mihi ſpes oẽs]Omnes inquit ſpes mihi poſitæ ſunt in me ipſo. Ac ſi diceret, Ego non habeo vnde ſperem auxilium aliquod,ſi delinquo, ſi erro,niſi in me ipſo. Et quia non habeo, unde ſperare poſſim auxilium,ſi delinquerem, virtute curabo,ut non delinquã,ſi rectè conſulatum adminiſtrem. Et hoc eſt,quod dicit.[Mihi]Ordo eſt, Oẽs ſpes ſunt ſitæ mihi in memet,quia.ſ. ſpes eſt neceſſe.ſ.mihi tutari ingenio,& uirtute,nõ,pro quia alia ſunt infirma. Ego habeo ſpem,ut rectè gerã conſulatum,& hanc ſpem uirtute,& ingenio tutabor,quia ingenio,& uirtute curabo ut rectè adminiſtrem conſulatum, & nõ offendam,aut delinquã in aliqua re. Nam ſi non rectè gererem conſulatum, ego nõ habeo ueterẽ nobilitatem,aut maiorum meorum facta,quę me defendant,& tueantur,ſicuti hñt nobiles. [Nam alia].ſ. nobilitas, & maiorum præclara facinora,& opes cognatorum,& clientelę infirma ſunt,quia non habeo talia,non n.ſum nobilis,nec maiores mei præclarum aliquod geſſerunt, nec habeo clientelas, &c. quæ hñt nobiles. [Infirma ſunt]Inualida ſunt,nihil ualent,quia non habeo. [Et illud intelligo]Ordo eſt. O Quirites,ego intelligo illud.ſ.ora oĩum eſſe conuerſa in me , & intelligo æquos.i.iuſtos,& bonos fauere mihi , quippe, pro quia mea benefacta procedunt reip. & intelligo nobilitatem quærere locum inuadendi. Ego,inquit,cognoſco, oẽs me conſulem aſpicere, & bonos quidem viros, ac iuſtos mihi fauere nobiles aũt quærere, quo pacto mihi noceant.[Omnium ora].i.vultum,atq; oculos.[Æquos].i. iuſtos. Per æquos,bonoſq; plebẽ ſignificat,eamq; hac laude demulcet,quia ab ipſa potiſſimũ conſul factus erat.[Quippe]Ideo mihi fauent,vident me vtilẽ eſſe reip. [Reipublicæ, pcedunt].i. vtilia ſunt, proſunt. [Quo mihi] Plebem alloquitur, dicens. O Quirites oẽs intuentur me,& expectant, vt videant, quõ me geram in conſulatu, vos bene de me ſperatis, & mihi fauetis, quia creditis,& ſperatis,me talẽ futurum eſſe in conſulatu,qualis fui, anteq̃ eſſem conſul.nam ſemper reip.profui. Sed nobilitas mihi aduerſa eſt & inimica,& quærit,quõ mihi noceat,& ppea quantum potero curabo, vt neque decipiamini,& illi decipiantur. Si rectè. & cum virtute conſulatum geſſero, vos non decipiemini, quia ſatisfaciam opinioni veſtræ,quam de me habetis. Et illi decipientur, quia mihi nocere non poterunt , ſicuti cupiunt, quia non habebunt opportunitatem nocendi , cum nihil habebant , quod mihi opponere poſſint. [Quo] .i. pp quod. [Acrius].i.vehementius.[Nitendum].i.conandum.[Neque vos capiamini].i. decipiamini . Conabor vt vos non decipiamini, quia curabo, vt ſatisfaciam,ſpei veſtræ,& opinioni,quam de me habetis. [Et illi].ſ.nobiles fruſtrati ſint.i.decipiantur,fallãtur in opinione ſua. Nam exiſtimant ſe poſſe nocere mihi , quia credunt me non rectè,& ex dignitate, atq; vtilitate reip geſturum eſſe cõſulatum, ſed curabo vt decipiantur in hac ſua opinione,quia ita gerã conſulatum,vt omnium iudicio digne,& ex vtilitate reipublicæ geſſiſſe,videar, & mihi nihil opponere poſſint, atq; ita nec nocere, ſicuti cupiunt, [Ita ad hoc ætatis] Conabor bene gerere cõſulatum,neque in gerendo cõſulatu labores,aut pericula mihi difficilia videbuntur , quia vſque à pueritia in laboribus & periculis pro rep.ita verſatus ſum,vt nunc ea mihi non videantur grauia. Ordo eſt. Ego ita fui à pueritia ad hoc ætatis vt habeam oẽs labores,& pericula cõſueta. [Ita ſui à pueritia] .i.ita à pueritia vſque ad hanc ætatem vixi,vt habeam in conſuetudine labores & pericula,& ideo nunc ea non videntur mihi difficilia [Quæ]Ordo eſt : O Quirites non eſt conſilium,vti accepta mercede deſeram ea,quæ faciebam gratuito ante veſtra beneficia,ſi anteq̃ eſſem conſul,ſemper pro rep.labores, & pericula ſubire non dubitaui, multo magis nunc.poſtq̃ factus ſum conſul,illud facere diſpono.[Ante veſtra beneficia]Videlicet antequam eſſem conſul. [Non eſt conſilium].i.non decreui hoc. [Illis difficile eſt]Dico, quod mihi facile eſt gerere conſulatum quia vſq; à pueritia ſemper in laboribus exercitatus ſum, ſed nobilibus eſt difficile, quia ipſi laboribus,& periculis non ſunt aſſueti,& ideo in adminiſtratione magiſtratuum non præſtant id,quod pollicentur in petitione. Nam qñ petunt imperia & magiſtratus, oſtendunt ſe induſtrios,& exercitatos,& moratos,& graues. Sed qñ aſſecuti ſunt ipſos magiſtratus,& eos adminiſtrãt,cito apparẽt id quod ſunt, videlicet ignaui, ſuperbi,& immoderati, & omnino indigni. Et hoc eſt,quod dicit. [Illis difficile eſt]Ordo eſt. Et difficile illis eſt temperare in poteſtatibus, qui ſimulant ſeſe probos per ambitionem. Nobiles,quando petunt magiſtratus,ſimulant ſeſe probos, cum tamen improbi ſint,ſed hæc ſimulatio diu fingi non poteſt. Nã quando adminiſtrant ipſos magiſtratus , facere non poſſunt, quin appareant id,quod ſunt. Nam cito oſtẽdunt,ignauiam ſuã & ſuperbiam. [Difficile eſt in poteſtatibus temperare] Difficile eſt temperare, quin etiam oſtendant mores ſuos improbos. [Per ambitionem] .i. per cupiditatẽ honoris. nobiles ambitione corrupti ſunt,& vt aſſequantur honores,ſimulant ſeſe probos.[Mihi]Ordo eſt; Bene facere iam vertitur mihi in naturam ex conſuetudine,qui egi oẽm ætatem in optimis artibus. Dico,q; nobilibus eſt difficile bene gerere magiſtratus,q a nõ ſunt aſſueti bonis moribus & laboribus,& ideo facere non poſſunt,quin oſtendant ſuos improbos mores,ſed mihi non ſolum eſt facile benefacere,ſed pene ẽt eſt naturale pp conſuetudinẽ. Et ex hoc concludere vult,melius eſſe, vt ſibi demandauerint conſulatum q̃ nobilibus, quia ipſe magis idoneus eſt ad gerendũ conſulatum q̃ nobiles. [Bellum mecum gerere] Nunc venit ad cauſam,vt oſtẽdat per comparationem ſe eſſe magis idoneum ad gerendum conſulatum q̃ nobiles,quia ipſe ſemp in bello verſatus eſt,& idoneus, & rei militaris peritus nobiles aũt ignari & imperiti, vnde dicit. O Quirites vos iuſſiſtis, vt bellum geram cum Iugurt.& bene feciſtis. Sed ſi aliq̃s nobilis cõſul factus eſſet,& iuſſu veſtro hoc bellum gerere eum oporteret, quid faceret, cum ipſe omnino artis militaris imperitus eſſet? Sumeret aliquem ex populo,qui eum doceret? Nõne hoc turpe eſſet? ergo melius,& rectius mihi conſulatum demãdaſtis. Reputate cum animis veſtris,num id mutare melius ſit,cogitate,inquit,in animo veſtro an melius ſit, vt id mittatis, videlicet, vt mãdetis hoc bellum alicui ex nobilibus, ac ſi diceret, non eſt melius, quia ſi mitteretis aliquem ex nobilibus ad gerendum hoc bellum , oporteret , vt ipſe ſumeret ex populo aliquem rei militaris peritum, qui eũ doceret,quia nobiles ignari & imperiti ſunt rei militaris. Si quem ex illo globo eſt. Ordo eſt. Si certe illi ignari omnium trepidet,& feſtinet, & ſumat aliquem ex populo monitorem officij ſui, vt ſolet fieri in tãta re, ſi mittatis quem , hoc eſt aliquem hoiem ex illo globo nobilitatis ad hoc negocium , aut ad tale.ſ.negocium dico hominẽ veteris proſapiæ,ac multarum imaginum & nullius ſtipendij. Iam hunc ſeuſum exposuit.[Ex illo globo].i.ex illa multitudine & demonſtratiue dixit. Nam in concione ẽt nobiles aderãt. [Aut ad tale] Ad aliud aliquid ſimile negocium.[Hominẽ veteris proſapię].i. veteris generis , antiquæ nobilitatis Proſapia dicitur progenies .i.porro ſparſis & quaſi iactis liberis. Nam diſſipare ſignificat iacere & diijcere.[Multarum imaginum].i.multorum honorum. Antiqui ſi rem aliquem pręclaram pro rep.geſſiſſent,decreto ſenatus ſtatua donabatur, vt poſteri ad imitandum exemplum eorum prouocarentur. Et quia in domibus nobilium plerunque imagines, & ſtatuę multæ erant maiorum ſuorum qui vel in conſulatu, vel in prætura , vel in alio magiſtratu præclarum aliquid geſſerant, ideo ille dicebatur homo multarum imaginum , qui multas imagines, & multos magiſtratus familiæ ſuæ,& maiorũ ſuorum oſtendere poterat . [Et nullius ſtipendij] Qui nunquam ſtipendium fecerit,& nunquam in bello fuerit. Ac ſi diceret, nobilitas facere non poſſet , vt ille eſſet idoneus imperator, & dux, qui nunquam fuerit in bello [Vt in tanta re ſolet fieri] Sic enim

fieri ſolet, quã magnum aliquod negocium nobis impoſitum eſt feſtinare ſolemus, vt præparemus nos ad ea quæ ſunt neceſſaria ad gerendum illud negocium [Ignarus] Inſcius, & imperitus. [Feſtiner].i. feſtinaret. [Sumat] Pro ſumeret. Monitorem officij, qui eum doceret, quõ gereret ſuum officium. [Atq; ego ſocio] Perſeuerat in hoc, vt oſtendat nobiles idoneos non eſſe ad gerendum conſulatum, quia in bello verſati ſunt & ꝓpterea imperiti ſunt rei militaris. Dicit enim. Ego ſcio multos ex nobilibus, qui poſtquã facti ſunt cõſules, incipiunt diſcere ex libris Græcis ea, quę pertinent ad ſcientiam & diſciplinam militarẽ. Et ita faciunt poſterius id quod faciendum erat prius. Nam oportebat eos diſcere prius q̃ eſſent conſules, id quod pertinet ad conſulatum gerendum. Ordo eſt. Atque ego ſcio. ſ. homines ex nobilibus, qui cœperunt legere acta maiorum, & militaria præcepta Græcorum, poſtq̃ facti ſunt cõſules. Senſus patet [Legere acta maiorum].i. geſta antiquorum, vt id, quod per viſum ignorabant, ex literis diſcerent [Græcorum militaria præcepta] Nam fuerunt Græci doctores, qui de re militari ſcripſerunt ſicut etiam apud Latinos Cic. & multi alij. [Præpoſteri] Homines ſunt. Homo præpoſterus dr, qui poſterius facit id, ꝙ prius faciendum erat, ſicuti faciebant nobiles, qui poſtq̃ erant facti conſules, diſcebant id, quod diſcere debuerant, antequam fierent conſules, videlicet ſcientiã rei militaris. [Nam gerere quàm fieri tpe poſterius, re atque vſu prius eſt] Probat id quod dicit, videlicet nobiles eſſe prępoſteros homines, & vide quid dicat. Adminiſtrare conſulatum quantum ad tempus, eſt poſterius q̃ fieri cõſulem, quia nemo poteſt adminiſtrare conſulatum, anteq̃ fiat conſul. Ergo quantum ad tempus adminiſtrare cõſulatum, poſterius eſt q̃ fieri conſulem, ſed quantum ad ſcientiam & experientiam eſt prius, quia anteq̃ aliquis fiat conſul, vſu & experientia diſcit ea, quæ pertinent ad adminiſtrandum conſulatũ, vt poſtq̃ factus fuerit conſul, ſciat adminiſtrare ipſum conſulatum. Nam gerere ordo eſt. Nam gerere eſt poſterius tpe, q̃ fieri, ſed eſt prius re atque vſu. [Nam gerere].i. adminiſtrare. ſ. conſulatum [Quam fieri]. ſ. conſulem, nã aliquis prius fit conſul, deinde conſulatum adminiſtrat [Prius] Quia licet ſit conſul, tñ conſulatum rectè adminiſtrare non poterit, niſi vſu & experientia didicerit adminiſtrare antequam eſſet conſul. [Comparate nunc Quirites] Ex antedictis hanc concluſionem infert, ſe magis idoneum eſſe q̃ nobiles ad gerendum conſulatũ, quia ipſe peritus eſt rei militaris, nobiles autem imperiti & ignari, ipſe anteq̃ factus ſit conſul vſum & experientiam in bello didicit quõ gerere debeat conſulatum. Nobiles autẽ poſtquam facti ſunt conſules diſcunt ex literis ſcientiã rei militaris. [Nunc vos exiſtimate facta, an dicta pluris ſint]. ſ. precij.i. cogitate, quę nam pluris æſtimanda ſint, an dicta nobilium, an facta mea, quia illi diſcunt legendo ea, quæ dicta ſunt à ſcriptoribus, ego aũt didici militando, & faciendo non legendo. [Contemnunt] Paulatim diluit obiecta. [Obijciunt mihi nouitatem] Dicunt me eſſe indignum conſulatu, quia nouus ſum, & ignobilis, & ego obijcio illis ignauiam eorum. Sed ignauia magis ineptum & indignum reddit aliquem ad conſulatum quam nouitas, quia nouus homo rectè poterit gerere conſulatum, ſed ignauus nunq̃ rectè geret. [Fortuna] Quia nouus ſum, & ignobilis, quod pertinet ad fortunam. Nam ſicuti tria ſunt genera bonorum, videlicet bona animi bona corporis, & bona fortunę, ita tria ſunt genera malorum econtrario. Sed nobilitas bonum eſt fortunæ, econtrario nouitas, & ignobilitas malum eſt fortunæ. [Illis]. ſ. nobilibus. [Probra].i. vitia animi. Sed ſicuti in cõparatione bonorum meliora ſunt bona animi quam bona fortunæ, ita in comparatione malorum peiora ſunt vitia animi, quam mala fortunæ. Nam peius eſt eſſe iniuſtum, imprudentem, ignauum, q̃ eſſe pauperem, nouum, & ignobilem. [Quanquam naturam vnam, & cõem omnium exiſtimo ſed fortiſſimum quenque generoſiſſimum] Dico ꝙ nobiles obijciunt mihi ignobilitatem, quamuis ego exiſtimo naturam oẽs pares feciſſe, neque alium alio magis nobilem eſſe, niſi per virtutem. Atque vnumquenque, ita magis nobilem eſſe, ſicuti magis virtute pręditus ſit, Marius hoc cõcludere intendit, ſe ex omni parte nobilibus anteponẽdum eſſe. Et ſupra quidem probauit, ſe magis idoneum eſſe quàm nobiles ad gerendum cõſulatum quia rei militaris peritus ſit, nobiles autẽ imperiti. Sed quia nobiles dicebant illum eſſe indignum conſulatu quia non erat nobilis. Nunc rñdet, & dicit veram nobilitatem in virtute cõſiſtere. Cum autẽ virtute & ſciẽtia rei militaris ipſe nobilibus antecellat, nobilitate ẽt ipſis pręſtare debet qñquidem vera nobilitas in virtute conſiſtit. [Naturã vnã] Quia vnius naturæ ſunt, & ideo ſunt pares, quantum ad naturam, ſed diſpares ſunt prout probat quiſq; virtute magis eſt ꝓditus, [Sed fortiſſimum] Fortitudo vna eſt ex quatuor virtutibus cardinalibus ſicuti ſupra mõſtrauimus. Sed fortitudinem poſuit ſimpliciter pro omni virtute, quia hæ virtutes ſ. iuſtitia, prudentia, fortitudo, temperantia ita cõiunctę ſunt, vt qui vnã perfecte habeat, ẽs reliquas nẽs habeat, ac ſi diceret, Sed exiſtimo vnumquenque maxime virtute præditum eſſe nobiliſſimum. [Ac ſi iam] Ordo eſt, Ac.i. & quid creditis reſponſuros, niſi voluiſſe liberos quam optimos, ſi poſſet quæri ex patribus Albini, aut Beſtiæ, me an illos maluerint gigni ex ſe hoc infert ad confirmandum, id quod dixit, videlicet, nobilitatem in virtute cõſiſtere. Si, inq̃t, patres Albini aut Beſtiæ interrogari poſſent, verũ magis vellent, an me ignobilem, ſed virtute pręditum, an ipſos nobiles, ſed ignauos ex ſe naſci ſine dubio rñderent, voluiſſe, vt ex ſe naſcerentur liberi q̃ optimi, ac ſi diceret reſponderent, voluiſſe, vt potius ego virtute præditus, q̃ illi ignaui naſcerentur ex ipſis. [Ex patribus] Qui nobiles fuerunt, & mortui ſunt. [Albini, aut Beſtiæ] Iſtos nominat, q̃a licet nobiles eſſent, tñ conſules in hoc bello Iugurthino male rem geſſerant, ſicuti ſupra viſum eſt. [Quod ſi me iure deſpiciunt] Dicit ꝙ mihi iniuſte ignobilitatem obijciunt, quia vera nobilitas in virtute cõſiſtit. Sed tñ ſi iniuſte contemnunt me ꝓp ignobilitatem, neceſſe eſt vt contemnant ẽt maiores ſuos, qui ꝓp virtutem nobiles eſſe cœperunt, ſicuti ego nunc nobilitatẽ paro mihi ex virtute. [Inuidẽt honori meo] Inuident, inquit, honori meo, quia nollent me hĩc hunc honorem, ſed ipſi vellent hẽc hunc honorem, ſed habeant etiam labores meos, virtutes, & pericula, q̃a per hæc ad hunc honorem perueni. Sed nolunt facere ſic. Nam honores hẽc volunt, labores aũt nolunt hẽc Et hoc eſt, quod ſubiungit. [Verum homines corrupti ſuperbia] Ordo eſt. Verum pro ſed, hoĩes corrupti ſuperbia, ita ætatem agunt, quaſi cõtemnant noſtros honores, & ita petunt hos. ſ. honores, quaſi vixerint honeſte. Ecce quid diximus, nobiles in ignauia viuunt, tanq̃ contemnant noſtros honores ſed tñ ita poſtea petunt honores, quaſi eos meruerint, & hæc eſt ſuperbia, petere honores, quos non merearis. [Næ illi falſi ſunt].i. certe illi decipiuntur. Et quare decipiuntur, q̃a res cõtrarias cupiunt, nam viuunt in ignauia, & petunt, vt ſibi dentur præmia virtutis, videlicet honores. Sed hoc non conuenit, nam virtuti honor dandus eſt, nõ ignauię Ignauia & virtus ſunt duæ res cõtrariæ. Ignauia eſt qñ homo labores ſubterfugit voluptati tantummodo ſtudens, & nihil laude dignum exercens. [Atque ẽt] Cum ignaui ſint & oĩno honoribus indigni, tñ, vt eos honores aſſequantur, apud vos aut in ſenatu loquentes maiores ſuos extollunt, & eorũ fortia facta commemorant, putantes ex hoc ſe eſſe clariores & nobiliores. Sed contrarium eſt. Nam quanto vita maiorũ ſuorũ eſt pręclarior, tãto ignauia eorũ flagitioſior, & turpior apparet. [Maiorum gloria poſteris quaſi lumẽ eſt] Declarat quõ gloria maiorum eſt quaſi lumen poſteris, quia gloria maiorum oſtendit quales ſint poſteri, ſiue boni, ſiue mali, quia ſi poſteri reſpondent maioribus ſuis, boni intelligũtur, ſi non rñdent, mali eſſe probantur. [Huius rei inopiã ego patior. Quirites] In hoc parte ego ſum inops, quia ego non poſſum cõmemorare facta maiorũ meorum, ſed poſſum commemorare facta mea propria, quod multo præclarius eſt. Et ita etiam in hac re oſtendit, ſe eſſe nobilibus anteponendum ꝙ ſi illi digni ſunt conſulatu, qui pñt facta maiorum pręclara cõmemorare, multo illis dignior eſt, qui facta propria dicere poteſt. [Nunc vide] Ordo eſt. O Quirites nunc videte q̃ pro quantum ſunt iniqui. ſ. nobiles. illi non concedunt id mihi ex mea virtute, quod arrogant ſibi ex aliena virtute. Videte, inquit, q̃ iniqui, & iniuſti ſunt nobiles. Nam dñt ſe eſſe dignos conſulatu ꝓp præclara facinora, & geſta maiorum ſuorum, & nolunt, neque patiuntur, vt ego dicam, me eſſe dignum conſulatu ꝓp præclara facta mea, ſine dubio hæc eſt magna iniquitas. Nam aliquis multo dignior eſt conſulatu ex propria virtute q̃ ex alia. [Ex aliena virtute] Videlicet, quia dicunt ſe dignos eſſe conſulatu propter præclara facinora maiorum ſuorum. [Arrogant].i. aſſumunt, attribuunt. Et quid eſt, quod attribuunt ſibi? hoc, videlicet, quia dicũt ſe dignos eſſe conſulatu ꝓpter pręclara facinora maiorum ſuorum. [Scilicet].i. certe, ſubaudi, non concedunt id mihi. [Quia ego imagines non habeo].i. quia ego non habeo imagines maiorũ meorũ. Apud antiquos viri excellẽtes, & nobiles imagines ſuas poſteris relinquebãt, vt cũ eas intuerent, memoria virtutis eorũ ad æmulationẽ, & imitationẽ prouocarẽtur. Imagines igitur illæ erant inſignia & monumenta virtutis. [Quã certe peperiſſe melius eſt, q̃ accep. cor.] Melius eſt, vt ego ſim initiũ nobilitatis meę, q̃ vt eã acceperim à maioribus & acceptã corruperim atq; minuerim. [Peperiſſe]. ſ. ex meipſo ꝑ propriã virtutem. [Equidẽ] Dicit, qua de cauſa impulſus ſit, vt hanc orõnem haberet, Non ſponte, inquit, ſed prouocatus à nobilibus

hanc

hanc orationem habui. Nam poſtquam me conſulem feciſtis, & vos me maledictis lacerare non deſinitis, reprehendunt etiā vos quia mihi nouo homini conſulatum demandaſtis, reprehendūt me, & inſectantur. quia dicunt me eſſe indignum conſulatu, pręſertim cum nouus ſim, & ignobilis, nec imagines maiorum habeam, dicunt præterea me eſſe incultum, & ſermone & moribus his de cauſis coactus ſum reſpōdere aduerſarijs & oſtēdere vos rectè feciſſe, qui me conſulem feciſtis, & me non eſſe indignum conſulatu. [Sed in maximo] Ordo eſt. Sed non placuit reticere, ne quis duceret modeſtiam in conſcientiam cum pro q̃n illi lacerent maledictis me, & vos in omnibus locis. [In maximo veſtro beneficio] Quia me conſulem feciſtis, ac ſi diceret. Non eſt iuſtū vt vos non defendam, cum mihi tm̃ beneficium feceritis. [Ne quis modeſtiam in conſcientiam duceret] Modeſtia eſſet tacere, & non reſpondere maledicentibus, ſed ego nolui tacere, ne quis diceret, me tacere non propter modeſtiam, ſed quia cōſcius ſum aduerſarios vera dicere. [Duceret]. i. verteret. trahere. [Nam me quidem ex animi mei ſententia nulla oratio lædere poteſt] Dixi ꝙ nolo tacere, ne quis putet me tacere, non pp modeſtiam, ſed pp conſcientiam, videlicet, quia ſciam aduerſarios vera dicere, & meritò reprehendere. Nolo ergo tacere, ne quis putet me tacere. pp conſcientiam, quia ego neſcio, ꝙ aliquis me iuſte reprehendere poſſit. Si Marius ſciret aduerſarios vera dicere & tacere pp hoc, vtique taceret propter conſcientiam. Si autem ſciret aduerſarios falſa dicere de ſe, & taceret, vtiq; taceret pp modeſtiam. Dicit ergo, nolo tacere ne quis modeſtiam in conſcientiam vertat, quia ego neſcio, ꝙ aliquis vere, & iuſte me reprehēdere poſſit. Nam me nemo lædere poteſt ſermone ſuo. Nam ſi ſermo verus eſt, neceſſe eſt. vt bene dicat de me, ſi eſt falſus, vita mea & mores mei tales ſunt, vt eum facile conuincant. [Quippe vera]. ſ. oratio. [Bene prædicet]. i. bene dicat. ſ. de me. Ille qui dicit de me, aut bene dicit, aut male dicit, ſi bene dicit, vere dicit & ita non lędit, me ſi male dicit vita mea, & mores mei tales ſunt, vt conuincat, & probent eum falſa dicere. [Sed qm̃] Oſtendit quō nemo me iuſte reprehendere poteſt, nunc oſtendam, quō vos iniuſte lacerant, & oſtendam vos rectè feciſſe, qui mihi conſulatum demandaſtis. [Maximum negocium] Videlicet gerere bellum contra Iugurtham. [Non poſſum fidei cauſa] Ideo vos reprehendunt, quia demandaſtis mihi conſulatum, qui ſum homo nouus & ignobilis, qui non poſſum oſtendere imagines & triumphos, & conſulatus maiorū, ſed oſtendam alia, quæ faciūt dignum conſulatum. Nam oſtendam, ſi opus eſt, haſtas, & vexillum, & phaleras, & alia dona militaria, & cicatrices ī pectore aduerſo. [Non poſſum fidei cauſa] Vt faciam fidem me eſſe nobilē & ꝓpterea dignum conſulatu. [Si res poſtulet] Si opus eſſet poſſem inquit oſtēdere multa dona militaria, quibus ob virtutem ab imperatoribus donatus ſum. [Phaleræ equorum. [Aduerſo corpore] Non in tergo, ſed in corpore aduerſo. [Vt illa]. ſ. imagines, & triumphi, & conſulatus. [Illis]. ſ. nobilibus. [Quæſiui]. i. acquiſiui. [Non ſunt] Nobiles mihi obijciunt ꝙ ſermone incultus ſum, ſed ego id paruifacio. [Compoſitia]. i. ornata. [Ipſa virtus ſatis oſtendit] Videlicet ſine verbis. [Illis artificio]. i. arte dicēdi. [Nobiles, qui turpiter viuunt, diſcunt eloquētiam, vt turpia facta ſua oratione tegant] Et tn̄ id, quod ſibi obijciebant aduerſarij, amare retorquet in eos. [Neque literas Græcas didici] Obiciunt & mihi, ꝙ non didici literas græcas, fateor me nō didiciſſe literas græcas, ſed didici alia, quę ſunt magis vtilia reip. videlicet hoſtē ferire, præſidia agitare, non metuere, niſi turpem famā, & alia quæ ſequuntur. (Ad virtutem nihil docto. profue. [Virtus ſine literis acquiritur, & ideo ego literas græcas nō didici, quia ipſe literæ non profuerunt doctoribus earum ad virtutem comparandam. [At illa doctus ſum multo optima reip.]. i. multo magis vtilia reip. [Et quę ſunt illa] Videlicet hoſtem ferire &c. [Hyemem & æſtatem, Frigus & calorem. [Iuxta] Similiter. [Humi requieſcere] Super terram dormire. [Eodem tpe dici inquit pati ſimul inopiam, & laborem] Sal. omnes ſcriptores vincit copia rerū. Nam ſingula verba ſingulas habet ſententias. Ecce quot, quantaſq;. virtutes. ac laudes, quas breuiter in Mario commemorauit, hoſtem ferire, præſidia agitare nihil metuere, niſi turpem famam, hyemem, & æſtatem iuxta pati, humi requieſcere, eodem tempore inopiam, & laborem tolerare. Multo melius eſt iſta didiciſſe, q̃ literas græcas. [His ergo pręceptis milites cohortabor neque illos arcte colam, me opulenter] Ac ſi diceret. Nō faciam ſicuti faciūt multi imperatores qui cum ipſi verſent in delitijs milites ſuos laboribus & periculi exponunt, & ita, gloriam ſibi comparant non labore ſuo, ſed labore militum ſuorum. Ego non faciam ſic, ſed hortabor milites, vt me imitentur, vt faciant ſicuti ego facere cōſueui, videlicet vt diſcant pati inopiam, & laborem, famem, & ſicuti frigus, & calorē, humi requieſcere, &c. quæ militibus conueniunt. Et ita Marius oſtēdit, ſe ſemper iure eſſe imperatorem. [Neque illos arcte colam]. i. non tractabo illos ſtricte, & dure, & aſpere, me autem delicate. [Arcte]. i. ſtricte duriter, & eſt aduerbium, vnde & verbum arctare eſt conſtringere [Illos] Vt me imitentur, & faciāt ſicuti ego facio [Me opulenter]. ſ. colam. i. delicate & molliter, vt nolim adire labores militiæ, & pericula, hic eſt ſēſus. [Ego faciā id quod militibus imperabo, neq; milites dure, & aſpere, me aūt molliter, & delicate tractabo, ſed ero exēplum eorū, vt faciāt, quemadmodū ego facio. [Hoc eſt vtile] Hoc ciuile imperium hoc eſt, inqt. propriū imperatoris vna cum militibus labores, & pericula ſubire, & gloriā ſibi nō alieno, ſed ꝓprio labore parare ſicut dixi me eſſe facturū. [Nanque cum tute] Ordo eſt. Nanque pro q̃a, hoc eſſe dn̄m non imperatorem, cogere exercitum ſupplicio, cū tu agas te per molliciē. Vere dico, quod proprium imperatoris eſt, vna cum militibus labores ſubire, quia aliquem velle in delitijs viuere, & cogere milites ad labores hoc pertinet ad dn̄m non ad imperatorē & ducem. [Cum tu agas te]. i. cū regat te, & tractes te. [Cū tute per mollitiā agas]. i. cum tu labores ſentire non velis. [Cogere ſupplicio] i. ad ſup. hoc eſt ad labores. [Hæc atq; alia] Ego facio quemadmodū faciebant maiores veſtri, nobilitas aūt me contemnit eos imitantem. [Seſeq; remp. celebrauere] Honorauere & ornauere. [Quis nobilitas ſ eta, ipſa diſſimilis maioribus] Nos illorū maiorū æmulos cōtemnit. Nobilitas freta maioribus ſuis, ſed ab ipſis moribus diſſentiens contēnit me illos maiores imitantē. [Freta] Confiſa. Nā quia maiores ſui viri excellentes fuerunt, confidunt ſe poſſe videri dignos honoribus pp ipſos. Quia enim nati ſunt ex ipſis, putāt ſe eſſe ſimiles illorū, cū diſſimiles ſint. Et ideo honores à vobis putant, quaſi eos ipſis debeatis. Sed vehemēter errant, cū credunt ſe eſſe ſimiles maiorū ſuorum, & obeam rem ſibi à vobis honores deberi, non. n. ſimiles ſunt maiorū ſuorū, quia maiores eorum non reliquerunt eis virtutem ſuam, licet reliquerint imagines, diuitias, & memoriā ſui. Et hoc eſt quod dicit. [Diſſimilis moribus] Nobilitas nō imitatur mores maiorū ſuorū, & ideo eſt diſſimilis. [Nos illorum maiorū æmulos contēnit]. i. contemnit me æmulum, & imitatorem maiorū illorum, quia ego facio, ſicuti faciebant maiores. [Æmulo]. i. imitatores. [Non ex merito] Non ꝙ mereantur honores, ſed quaſi debitos. Credunt. n. nos debere. ipſi honores quos petunt pp maiores ſuos, quorum putāt ſe eſſe ſimiles cum ſint diſſimiles. [Ceterum hoīes ſuperbiſſimi procul errant[. i. valde errant, valde decipiuntur. Et quō errant, quia putant ſe ſimiles maiorū ſuorū cum ſint diſſimiles, quia non hn̄t virtutem maiorum ſuorum. Nam maiores ipſorū non reliquerunt eis ſuam virtutē, quāuis reliquerint diuitias imagines, & memoriā ſui. Et hoc eſt quod dicit. [Maiores eorum oīa quæ licebat illis relinquere]. i. maiores eorū reliquerunt illis oīa quæ relinquere poterāt. [Neque poterant]. ſ. relinquere virtutē. [Ea ſola]. ſ. virtus, [Neque datur dono] Nemo. n. poteſt donare virtutē ſuā alicui, ſed vnuſquiſque proprio labore, & induſtria virtutē ſibi acquirit. [Sordidum me, & incultis moribus aiunt] Marius rn̄det ad omnia quę ſibi obijciebant aduerſarij. Nobiles obijciunt mihi, ꝙ ſū incultus moribus, quia conuiuium ſplendide, & eleganter parare neſcio. Id quod ſibi vitio dabant aduerſarij, in ſuam laudem retorquerut. [Sordidū me & incultis moribus aiūt] Dicūt me hr̄e mores ſordidos, & incultos, & incompoſitos. [Quia parum ſcite]. i. non eleganter. [Cōuiuium exorno]. i. ſtruo, paro. [Neq; hiſtrionem vllum, neque pluris precij coquum q̃ villicum habeo] Marius oſtendere vult ſtudium ſuum non fuiſſe in conuiuijs ſolennibus præparādis occupatum, & ideo non habuiſſe coquos, qui ſibi conuiuia delicata parent, nec habuiſſe hiſtriones, qui ſibi in cōuiuijs, cantibus. & geſtibus ioculatorijs ad voluptatē aſſiſterent. neque hiſtrionem vllum, neque pluris precij coquum quam villicum habeo] Non pluris æſtimo hiſtrionem, aut coquum q̃ villicum [Hiſtrionem] Hiſtriones dicebantur, qui in comœdijs perſonas introductas geſtu & voce imitabantur, ſic dicti, quia hi primum de Hiſtria venerunt, vt ait Feſtus Pomp. Sed hiſtrionē hoc loco accipit pro ioculatore. Solent in conuiuijs potentum adhiberi plerunque ioculatores, qui iocis & cantibus cōuiuas delectant. [Quin] i. cur non. Vide q̃ eleganter id, quod ſibi obijciebant, in eorū vituperationem retorqueat. Nobiles reprehendūt me, quia neſcio ſplēdida parare cōuiuia. Fateor. Non. n. cōuiuijs & munditijs mulieribus dedi operā, ſed in laboribus ſemper & in armis verſatus ſū. Nam ſic ego didici à patre meo, labores viris conuenire, & armis laudem parari. Sed ſi aduerſarios me-

os con-

eſ cōuiuia delectant,cur non ſemp in cōuiuijs verſant? Cōcedo, placet mihi. Dent operā turpibus amoribus & cōuiuijs, & ebrietatibus,& Veneri,& gulæ,& relinquat mihi labores.& ſudorem pulueremq́; caſtrēſem,q̄a hæc mihi magis placēt q̄ cōuiuia. Cōcedo igr̄,vt aduerſarij mei ſemp faciant id,qđ dixi, ſed nolunt, nō.n. ſemper in cōuiuijs verſari volunt, & ebrietatibus, ſed qđ faciunt? cū diu,diuq́; ſe his flagitijs inquinauerunt,poſtea p̄mia fortiū,& bonorū virorū eripere volūt,videlicet honores, & ego ferre nō poſſum.[Quin.]Ordo eſt. Ergo q.n.i. cur nō ſemper faciant id,quod iuuat & æſtimat charū?[Iuuat]i.delectat.[Amēt].i.turpibus amoribus vacēt ac ſi diceret cōcedo.[Potent].i.ebrietatib. vacent.[Quibus].ſ.nobis.[Illa].ſ.ſudor,& puluis. [Verū non eſt ita]Hoc refert ad id,quod dixit,quin ergo id ſemper faciant, verum non eſt ita,quia ſemper nolūt verſari in his rebus, videlicet in conuiuijs,amoribus,& ebrietatibus. Ac ſi diceret,Quando quidem delectantur conuiuijs,& amoribus,ego vellem,vt ſemper in his rebus verſarentur,ſed nolunt. Nā cum diu,diuq́; in his rebus verſati ſunt,& ſe turpiter his flagitijs inquinauerunt, poſtea præmia bonorū virorū eripere volunt,& hoc nō conuenit. [Nā vbi] Ordo eſt. Nā pro q̄a,viri turpiſſimi eūt ereprū p̄mia bonorū .ſ. virorū,vbi pro poſtq̄ illi ſe dedecorauere flagitijs. [Dedecorauere] .i.inquinauerunt,maculauerunt. [Præmia bonorū].ſ.honores. [Ita iniuſtiſſime] Ordo eſt. Ita.i hoc modo luxuria & ignauia,appoſitiue artes.peſſimæ,nihil officiūt illis qui coluere eas, & ſunt cladi maximæ reip innoxiæ. Hoc modo inquit, hæc duo vitia,luxuria & ignauia nihil nocent illis,qui ipſa vitia poſſidēt, & nocent innocenti reip. quæ res iniuſtiſſima eſt. Hoc aūt ideo dicit,quia iniuſtum eſt vt luxurioſi, & ignaui honores habeant, qui premia bonorū uirorum [Peſſimæ artes].i.peſſima uitia.[Illis,qui coluere eas].i.amauerunt ea uitia. [Nihil officiunt] .i nihil nocent quia quamuis luxurioſi, & ignaui ſint tn̄ honores eis demandantur.[Innoxiæ].i.innocenti.[Cladi ſunt].i.nocēt,quia reſp. vaſtatur,& magna detrimenta patitur bene ignaui , & luxurioſi in magiſtratibus poſiti,eam adminiſtrant.[Cladi ſunt].i.dāno,& detrimento.[Nunc q̄m]Ordo eſt,Nunc ego loquar pauca de reipub q̄m reſpondi illis,quantum mores mei poſcebant non quantum flagitia illorum ſenſus patet.[Primum omnium].i ante oīa. [Bona animum habetote] Circa bellum quod geritur in Numidia cum Iugurt.nolite timere, ſed bene ſperate , quia omnia quæ uſque ad hoc tempus Iugurt.defenderunt, remota ſunt. Remoti ſunt enim noſtri imperatores auari , ſuperbi, & imperiti. [Auaritiam, ſuperbiam, & imperitiam.i.auaros imperatores ſuperbos, & imperitos. Nam auaritia noſtrorum imperatorum uſque ad hoc tempus Iugurt.ſeruauit incolumen,quia Iugurtha noſtros imperatores pecunia corrupit,ſicut ſupra uiſum eſt. [Locorum ſciens] Nam ad bellum gerendum multum prodeſt loca ſcire.[Mehercule].i.ita me adiuuet Hercules. [Auaritia,aut temeritate ducum] Cladem & infelicitatem exercitus uitio imperatorum aſcribit,ut oſtendas rectè ſibi conſuli eſſe demādatum. qui poſſit cladem uitio ſuperiorum imperatorum acceptā emendare.[Attrita].i.conſumpta. [Quamobrem] Nunc hortatur eos maxime,qui ſunt ad militiā idonei,ut una ſecū reip.ſubueniant. [Vos].i.iuuenes [Capeſſite remp.].i.rēp.capite, & ſumite defendendam.[Nec quenq̄ metus capiat].i.nec aliquis timeat,q̄a alij imperatores infelices fuerūt,& ſuperbi. Ego.n.talis nō ero & ſpero dijs iuuātibus,me felicē futurū. [In agmine] Cū exercitus incedit. [In p̄lio]Cū acies pugnāt. [Cōſultor idem & ſocius].i.ero dux,& ſocius pariter nobiſcū in periculis. Me,voſq́; oībus rebus iuxta geram.i.me,& uos ſimiliter tractabo. Et ex hoc oſtendit,ſe non eſſe ſuperbum,ſicuti fuerunt alij duces. Et profecto dijs iuuantibus oīa matura ſunt].i.tempeſtiua & uicina, ac ſi diceret , ſpero dijs iuuantibus, nos cito uictoriam habituros ex hoſte , & prædam & laudem.[Aut procul eſſent]Contra id quod dixi, oīa matura ſunt proxima & uicina.[Ignauia].i per ignāuiam.[Neq́; parens] .i. nullus pater optauit unquam ut filij eſſent æterni , & immōrtales,ſed ut bene & honeſte uiuerent,& ideo ēt,ſi ex bello uictoriam,aut prædam reportare non poſſumus, tamen propter honeſtatem reip ſubuenire debemus. [Plura dicerem, O Quirites]Aut timidi eſtis,aut ſtrenui. Si timidi eſtis,uerba mea nequaquam uobis uirtutem addent. Si eſtis ſtrenui,abunde dictū eſt. Et ideo ſiue timidi eſtis,ſiue ſtrenui,plura me dicere non oportere.

MARI. SCIO ego.[Induſtrios]Paratos ad omnia pro re. [Maiore cura].i.ſtudio[Virtute]Fortitudine. [Cōuerſa] Coniecta. [Quærere loci]Opportunitatē.[Temperare] Agere moderationem in magiſtratu.[Ægerrime]Dolēter.[Ex illo globo] Emphaſim habet.[Homines præpoſteri] Qui præponunt diuitias uirtuti. [Cū ſuperbia illorū] ſ.nobilium,& trahit eos in odium.[Hominē nominum]q.d.ita me per contētionem appellant.[Audire].ſ.à præceptoribus. [Geſſi] Feci [Nūc vos] Contentio eſt. [Pluris]q.d.facto multo pluris æſtimāda ſunt.[Obiectātur]Exprobātur.[Quæri]Interrogari . [Faciāt idem] Contemnāt maiores ſuos. [Inuideant]Quærant ēt ipſi per laborem,integritatem & diſcrimina honorē [Quaſi honeſte]Quaſi ex integritate ſua ſuffragia meruerint.[Pręmia virtutis]Magiſtratus cū ſint ignaui.[Quod cōtra eſt]Quia non gloriā ſibi acquirūt cū ipſi ſint degeneres.[Flagitioſior]Maiori ignominia dignior.[Bona].ſ.quæ agūt.[Mala]Flagitia.[Iniqui]Maligni.[Scilicet]Non cōcedunt quæ arrogant ſibi [Melius]Præſtantius [Non placuit re]Apologia.i.excuſatione vtitur.[Modeſtiam]Silentium.[In conſcientiā]In ſcelera quę prolata ab ipſis vera exiſtimarentur . [Oratio].ſ mala. [Ex animi ſnla]Ex conſtantia mea. [Falſa] ſ.quæ dīt [Vita]integritas vitæ .[Sed q̄m]Trahit in odium aduerſarios & habet partes ſuaſionis.[Pœnitendum].ſ.vobis.[Verba compoſita]Lenocinio fucata [Oſtendit]Indicat.[Illis artificio]Cōtentio eſt. [Oratione].ſ.adultera . [Præſidium]Militarer copias.[Inopiā] Indulgentiā. Tolerare]Perpeti.[His ego præceptis]Atq́.ab vtili.[Cogere]Vigere.[Dominum]Tyrannū.[Quis]Pro quibus.ſ. maioribus . [Licebat] Potuerunt . Sordidum]Nunc in odium à moribus ſuperius ab eloquentia traxit.[Quæ]q.d.oīa. [Conuenite]Quadrate:[Arma]Pręclara facinora ex armis comparata. [Præmia]Bonorū magiſtratus. [Nunc q̄m]Tranſitio eſt , color Rhetoricus.[Primū omnium]In deliberatiuo verſatur.[Imperitiam].ſ.auli & aliorum. [Socius]A perſona beneuolentiā captat.

DEINDE per ignauiā & ſuperbiā ætatem agere]In Veneto quodam, Dein.ſed & in manuſcripto, De hinc,q̄ & ipſum alit quoties apud Tul.reperitur,Ad hoc alij ſi deliquere,vetus nobilitas,maiorū fortia facta,cognatorū & adfiniū opes,multę clientelæ,omnia hęc præſidio adſunt. Sic & manuſcripta. In Veneto autem quod excudit Pincius, Pōponius caſtigauit,omnia præſidio adſunt,legitur pronomine omiſſo. Eodē modo quibuſdam & alijs,velut eo quod Argētorati eſt à Schottero impreſſum. Verū perperā. nam & Donatus priorem lectionē agnoſcit in Terētij Phorm. cuius ſubijcere verba lubet. Nam ſuper eo loco in actus primi ſcena ij Qui fuerit pater,quę mater , qui cognata tibi ſit omnia hæc confingā. Omnia hæc,inquit, Non ex abundanti poſuit,ſed oratione,quaſi tam multa,& eſt ἀρχαϊσμὸς nā poſt enumerationem veteres hæc dicebant. Sal.in Iugur.Hæc omnia pręſidio adſunt. Mox . [Quas neceſſe eſt virtute & innocentia tutari]In manuſcriptis alijsq́.vetuſtioribus & virtute & innocentia geminata copula. [Maiorū fortia facta]In manuſcriptis, maiorū facta fortia. Atq́; ita forsā rectius,ne ſit in orōne ſoluta hemiſtichium hexametri,vel totus penè hexameter,id qđ vitioſum eſſe volūt. Quamuis id nō ſemper obſeruant auctores. Nā & Sal.in ſra, Iamq́ dies cōſumptus erat,inquit, quod & ipſū eſt hemiſtichiū heroici. Sic & Liuius,initio ſtatī hiſtoriæ, Facturus ne operæpreciū,id quod Fabius obſeruauit. Paulò poſt.[Quippe beneficia mea remp.procedūt]In manuſcripto eſt,alijsq́ vetuſtioribus bene facta mea reip p̄cedunt,q̄uo & Venetum habet,cuius modo facta à nobis mētio eſt & Florētinum. vt intelligas Mariū ante collatū in ſe honorem gratuito beneficiſſe eaq́.re æquos bonosq́.omneis fauere. Mox.[Vtrunq́; vos cap.]Legendū , vti.Paulò inferius. Benefacere iam ea cōſuetudine id naturam vertitur Manuſcripta duo vertit ,p quo in impreſſis,quibuſdā,eſſe cōuertitur.Id ex gloſſa forſan irrepſit. Ponitur aūt & hic & ſimilibus in locis abſolute hoc verbū,ſumma cum elegantia & vetuſtate, Q. Curtius vij. Poſteaq̄,deſierat eſſe quē odiſſent, inuidia in miſericordiam vertitur. Quid ſi legat, vertit? vt abſolute ponatur. [Ecquem ex illo globo nobilitatis]In manuſcriptis oībus eſt, Si quē ex illo &c.[Idq́. rectius,ni fallor. Nec ſecus Florentinū.[Sumat aliquē populo monitorem ſui officij]In manuſcriptis , officij ſui, vt ſequatur adiectiuum. Paulò poſt.[Eorū partē vidi,alia egomet geſſi]Sic in antiquioribus.τὸ Egomet perperā eſt in recētioribus omiſſum Paulò inferius [Ergo inuideāt labori, & innocentiæ periculis ēt meis]Illa Et copula , non eſt in manuſcriptis,ac maiore cū gratia abeſt. [Quāuis in Beroaldino bis eadē ponitur,& labori & innocētiæ . [Ne illi falſi ſunt,qui diuerſiſſimas res pariter expetant,voluptatem,& præmia virtutis] Manuſcriptum,expectant, q̄uo & in ceteris ferè. Pręterea ibidem ignauiæ voluptatem,quod eſt in recentioribus omiſſum , idque , niſi fallor, ignauia & in curia typographorū. Per pręmia virtutis,honores intelligit Sal. nam hi propter magna merita clarius viris deferuntur & dantur. Paulò inferius bonorū præmia dicit, eodē ſenſu. Nam vbi flagitijs,inquit , ſe decorauere turpiſſimi viri, bonorum præmia ereptum eunt,[Et profecto ita res ſe habet]

Eſt

Eſt in quibuſdam, habẽt, vt in Veneto & Schurreriano, ſed perperam vt mihi videtur. nã ſic ferè dicimus, ita ſe res habet, vel omiſſo accuſatiuo, Ita res habet pro ſic eſt, quo modo Græci οὕτως ἔχει. [Maiorum gloria poſteris quaſi lumen eſt] τὸ Quaſi non eſt in vllo manuſcripto. Sed mihi rectè ſanè addi vr̃. Nã ad hunc modum & Cic. ſæpenumero particula vtitur. [Verum id quod multo præclarius eſt, mea facta mihi dicere licet] In vetuſtis, meamet facta mihi &c. Id rectius eſſe puto. nã illud Met adiectiõ facere magnopere ad rẽ videtur. [Id quod per facile ſentiet, qui ſuperiora diligenter expenderint. Meamet inquit facta, non maiorũ meorum, ita vti nobiles iſti faciunt. Nã hi ferè oratione maiores ſuos extollunt, & eorum fortia facta memorando clariores ſeſe putant, vt idẽ inquit. [Quippe vita neceſſe eſt prædicet] In manuſcriptis eſt, bene prædicet, quomodo & ſententia poſtulat, & Beroaldinum habet. [Etiam atque etiam reputate] Sic & manuſcriptum, pro diligenter conſiderate; In quibuſdam eſt animis reputare, haud ſcio quàm rectè, quamuis & antea Sal. reputate, inquit, cum animis veſtris addita videlicet propoſitione Cum quomodo Cicero, Cogitare cum animis veſtris, inquit. Moa. [Num eorum pœnitendum ſit] Manuſcriptum Fabricij, num id pœnitendum ſit, nempe ꝙ ſummum mihi honorẽ & maximum negocium impoſuiſtis, pro quo ante dixit, num id mutari melius ſit. In alijs tñ eſt vulgata lectio. Præterea cicatrices aduerſo corpore] Sic & manuſcriptum volumen. In quibuſdã eſt, in aduerſo corpore, ſed eodem ſenſu Eſt apud Ciceronem, Cicatrices aduerſo corpore exceptas oſtendere, pro quo idem, Cicatrices aduerſas alicubi dixit, quomodo & Saluſtius ĩ hiſtorijs, vt eſt apud Gell. lib. noct. Attic. ij. cap. xxvij. Q. Curtius, Multis aduerſo corpore vulneribus acceptis. [Hoſtem ferire] In manuſcriptis omnibus Hoſtes reperi, ſed vulgata lectio mihi magis arridet. Quanquam quod ſenſum attinet, parum refert, vtrum legas [Neque illos arctè colam, me opulenter] In Veneto quod eſt à Pincio excuſum, vt me opulẽtum. In alijs quibuſdam, vt me opulentem. Cui ocium eſt excutiat hunc locum diligenter. Mihi vulgata lectio bene habere videtur vt inter ſeſe opponantur, arctè & opulenter. Eſt enim ſenſus, non ego illos arctè contemptéque habeo, me ipſum molliter & delicate, vel non tractabo illos nimis aſpere atque iniurioſe, me ipſum indulgenter. Nam hunc eſſe ſenſum, ea quę ſequuntur indicãt. Nanque cum tute per mollitiem agas, exercitum ſupplicio cogere, i. dominum, nõ imperatorem eſſe. Simile quid Liuius de Catone ſcribit lib. iiij. dec iiij. Sed in cõſule, inquit, eas vis animi atq; ĩgenij fuit, vt omnia maxima minimaq́ per ſe adiret atque ageret, nec cogitaret modo imperaretq́. quæ in rem eſſent, ſed pleraque ipſe tranſigeret, nec in quenquam omnium grauius ſeueriusq́. q̃ in ſemetipſum imperiũ exerceret, parſimonia & vigilijs, & labore cũ vltimis militum certaret, nec quicquam in exercitu ſuo præcipui præter honorem atque imperium haberet. Eſt à ſciolo quopiam hic deprauatus locus, qui putarit arctè colere idem eſſe, quod ambitioſe nimis colere, & quaſi laxiore imperio habere eos quibus præſis, quomodo Cicero, arctè complecti, aliquem dixit. [Opulẽtare vero, idem quod opulentum & diuitem reddere. Nã ſic neſcio quis interpretatus hunc locum fuerat, ſed perperam videlicet. Tametſi Opulentare quidem reperitur apud Colum. 8. pro inſtruere & exornare. [Et eiſdem inquit, familiarem focum mẽſamq́. preciosis dapibus opulentent. [Moa. Neque gloriã meam laborem illorum faciam] Sic in vetuſtis, atque etiam manuſcriptis. nbi labore ferè eſt in recentioribus, idq́. perperam ſi ſenſum ſpectes. [Nanque cũ tu per mollitiem agas, exercitũ ſupplicio cogere. i. dominum eſſe, non imperatorem] In manuſcriptis eſt, cum tute quæ ſyllabica adiectio facere ad rem mihi uidetur. In eodẽ. per mollitiam. ut ſit primæ inflexionis nomen. Vtrunque reperitur apud Ciceronem & mollities & mollitia. Qui officia, inquit, deſerunt mollitia animi. i. laborũ & dolorũ & fuga. Idem, ciuitatũ mores lapſi ad Mollitiem. [Id eſt dñm eſſe] Manuſcripta cuncta hoc eſt dominum eſſe &c. ſed eodẽ ſenſu. Cic. utroque modo loqui conſueuit. [Hæc atque alia noſtri maiores faciendo] Legendum è manuſcriptis. Hæc atque talia. Paulò poſt. [Et omnes honores non ex merito] Legendum, omneis honores. [Virtutem non relinquere] Legendum, relinquere, operarum incuria eſt hoc cõmiſſum. [Omnibus bonis oportere plus gloriæ quam diuitiarum, arma non ſupellectilem decori eſſe] Sic in cunctis manuſcriptis, atq; item Florentino. quamuis aliter Gymnicus. Vtra lectio verior, alij iudicent. [Nam ubi flagitijs ſe dedecorauere turpiſſimi uiri, bonorũ pręmia ereptũ eunt] In manuſcriptis duobus eſt, Nam nos flagitijs qui dedecorauere &c. quòd nõ ſanè diſplicet. [Nam quæ uſq; ad hoc tempus Iugurtham tutata ſunt] Manuſcripta, quæ ad hoc tempus, omiſſa illa particula Vſque. quo & pleraque ex impreſſis pro quæ hactenus Iugurtham tutata ſunt τὸ Vſque, ex gloſſa arrepſit. [Egomet in agmine, aut prœlio] Quædam, atque in prœlio. Manuſcripta ad hunc modum, Egomet in agmine, in prœlio, conſultor idem & ſocius periculi vobiſcum adero. Hæc mihi lectio maxime omnium placet. Paulò poſt. [Tamen omnes bonos reip. ſubuenire dicebat] Manuſcriptũ uno, tamen omnibus bonis verum perperam vt opinor, niſi quis hellenismum eſſe putet. quomodo Terent. Id nobis decet. quo loco tñ interpres antiquos ait ſi adderent ſtatim infinitiuum, Nos decet facere, loqui ſolitos. ſin minus, Nobis decet. Itaq; cũ hic infinitiuus addatur, ſi quid interpreti credimus, vulgata lectio relinquẽda erit. Moa. [Etenim ignauia nemo ĩmortalis factus eſt] τὸ Eſt, non hñt exemplaria in mẽbrana deſcripta.

QVIPPE beneficia mea reip. procedunt] Si hęc verba prorſus abeſſent, ſenſus huiuſce periodi clarior eſſet. Cur autem Aldinus codex reip. dandi cauſam in accuſandi remp. mutauerit non equidem intelligo. Et verbum Procedunt, Soldus Vtilia ſunt, exponit. Alij Procedunt exponunt. Proſpere cedunt, ut Terent. in And. Niſi id putas, quia primo proceſſit parum, Non poſſe iam ad ſalutem conuerti hoc malum. Itaque poſt Procedunt, diſtinguendum, ac inferẽdum, Nobilitatem locum inuadendi quærere. Et mox, Vt neque vos capiamini. Rurſus verbum Neque, vſurpat ſuo more, nõ cum ſcio, non vt ſequẽtia neget. Et illi, inquit, fruſtrati ſint, vbi Aldinus codex Fruſtra, legit pro Fruſtrati. [Etiã atque etiam animis reputate] Illud Animis, non habent alij codices. Sed cum ſuperius idem Marius dicat, Quæſo reputate cum animis veſtris, num id mutari melius ſit. exiſtimo, quemadmodũ illic cum præpoſitione, ita hic abſque præpoſitione cum verbo Reputate, poſſe legi. Mox, Pręſidia agitare, ambigue dictũ. Si de hoſtium præſidijs intelligere placet, Agitare acceptũ eſt pro Vexare, vel, vt Badius exponit, Vrbibus expellere. [Neq; pluris precij coquum quam villicum habeo] Illud Precij non omnes hñt codices, nec ego quid hic eo opus ſit, video. Quidam pro Precij, Pretij legendũ putarant pro emi. Certe Laur. Valla tolleret, ut puto, Precij Paulò poſt. Ibi ſenectutem agant in conuiuijs, deditẽ vẽtri, incertũ eſt, vbi diſtinguẽdum. ante ne, an poſt, Io cõuiuijs. Glar.

SCIO ego Quirites] In hac orõne quæ eſt in gñe demonſtratiuo, Marius virtutes ſuas demonſtrat bonas artes ſuas, ſtrenuumq; aĩum extollendo, & nobilitati ignauiam exprobat ac vitio dat. Vnde ſtatim in principio dicit criminãdo nobiles penes quos conſulatus tanto tpe fuerat, ſolitos aliter petere quã gerere. i. adminiſtrare imperiũ. Nam petentes ſimulabãt ſe induſtrios ſupplices, & modicos eſſe, adminiſtrãtes ãt ignauos, & ſuperbos, vnde ordo eſt. O Quirites. i. ciues Romani, ego ſcio. i. cõpertum habeo pleroſq;. i. plurimos nobilium petere à vobis non iiſdẽ artibus. i. factis & vijs, ſeu medijs, imperiũ. i. magiſtratũ cõſularẽ, & gerere i. adminiſtrare ſeu exercere poſtq̃ ſunt adepti ſupp. ipſum, quia ſcio eos eſſe primo. i. dum petunt à vobis induſtrios. i. ignauos & ſolertes & ſupplices. i. ſuppliciter ambiẽtes, & modicos & modeſtos ſine oſtẽtatione aut iactantia magnificẽtiæ ſuę. Deinde. i. poſtq̃ adepti ſunt, ſcio eos agere ætatẽ per ignauiam q̃ opponitur induſtriæ. i. inutilitatem, & laborẽ & deſidiã & ſuperbiã quæ opponitur ſupplicitati & modicitati. Sed vr̃ mihi cõtra. i. contrario modo faciendum nam quo. i. qñ pluris. i. maioris æſtimationis & precij eſt vniuerſa reſp. quã imperatores gerunt, quam conſulatus aut Prætura. i. magiſtratus illi ſummi, eo i tanto maiore cura videtur mihi debere illam. ſ. vniuerſam remp. adminiſtrari, quã hæc. ſ. conſulatum aut Præturam peti. Neq; fallit me. i. ſcientiam meã non fugit, quantum negocij. i. ſoliciti laboris, ſuſtineã. ſ. humeris meis impoſitum, cum maximo beneficio ueſtro, q. d. ſine quo ad tanti oneris ſuſtinentiã non perueniſſem. negocium aũt commemorat. Quoniam parare bellum, & parcere ſimul ærario. i. theſauro pub. ne exhoriatur, cogere ad militiam eos quos nolis offendere. i. lædere, hoc eſt ciues Ro. quos ſine offenſa difficile ad militiã cogere, & curare oĩa domi & foris, & agere ea quæ per ſe ſunt difficilia, inter inuidos ſ. nobiles, occurſantes. i. freqnẽter aut in qualibet re obuiãtes ſeu obſiſtentes & factioſos. i. diſcordioſos & ſeditioſos, ò Quirites id ſupp. eſt aſperius. i. difficilius, opinione. i. quã quis opinari poſſet, non quã opinio ſit. Adhoc. i. inſuper ſi alij. ſ. conſules ante me, qui oẽs multo tpe nobiles fuere, dereliquere. i. peccauerunt, uetus nobilitas. ſ. eorum quia patricij ſunt, & fortia facta non ipſorum, ſed maiorum. i. progenitorum, & opes. i. facultates & potẽtiæ cognatorum & affinium, multæ clientelæ. i. multi clientes, omnia. ſ. dicta adſunt præſidio. i. ad præſidium & defenſionem eorum, ſed omnes ſpes ſunt ſitę, id eſt collocatæ mihi in memet, ſcilicet ipſo

hoc

hoc eſt me ſolo, quas ſcilicet ſpes meas neceſſe eſt tutari.i.protegere & virtute ſ.qua bona operamur, nam finis virtutis operatio eſt, & innocentia, qua à malis nos abſtinemus. Nam alia.ſ.fauor populi, aut potentiæ diuitiarum, ſunt infima, ſcilicet mihi. Et ò Quirites ego intelligo illud .ſ. ora omnium eſſe conuerſa in me, id eſt habere ſpem in me, & omnes æquos & bonos .i. plebeios. [Nam ſupra nobiles omnes inuidos & factioſos ſignificauit] ſauere ſup. mihi. Quippe hoc eſt quia certe mea benefacta.i.præclara facinora procedunt.i.proſpere proueniunt aut proſunt reipublicæ, & ſcio nobilitatem quærere locum.i. occaſionem inuadendi me. Quo.i.quocirca aut quanto acrius, hoc eſt vehementius eſt mihi adnitendum, vt.i. vt neq; vos, capiamini.i.decipiamini per ſpem & expectationem veſtram de me, & illi ſ.qui me inuadere quærunt, ſint fruſtrati. [Ita ad hoc ætatis] Commemorat virtutem & innocentiam vitæ ſuæ, dicens. Ego fui à pueritia ad hoc ætatis.i.vſque ad hanc ætatem, in qua nunc ſum, ita.i.taliter aut talis, vt habeam omnes labores & periculoſa conſueta, q.d. ſe idoneum ad bene gerendum, quia vt dicit Philoſophus; Nemo id facere dubitat qđ ſe bene didiciſſe confidit. & rurſus, Difficile eſt cõſueta relinquere, quia conſuetudo eſt quaſi altera natura. Vnde addit. O Quirites non eſt conſilium ſup. meum .i. nõ conſtitui, vti.i. vt deſeram ea.ſ.benefacta quæ faciebam ante veſtra beneficia, id eſt priuſquam veſtro beneficio conſulatum obtinerem, gratuito, id eſt gratis, & ſine pręmio aut mercede deſeram inquit nunc, accepta mercede.ſ.poſtquam accepi à vobis mercedem quia honorem ſummum. Difficile eſt temperare, id eſt ſeruare temperamentum in poteſtatibus, illis, qui ſimulauere ſeſe probos .i. probandos & bonos viros per ambitionem, id eſt affectationem imperij, aut tantiſper dum ambibant. ſed benefacere vertitur iam ex conſuetudine in naturam mihi qui egit omnem.i.totam ætatem meam, in optimis artibus, id eſt exercitijs, ſcilicet militaribus. Vos ò Quirites iuſſiſtis me gerere bellum cum Iugurtha, quam rem nobilitas tulit, id eſt paſſa eſt aut accepit, ægerrime, id eſt moleſtiſſime, & ita quæſo.i.ſuppliciter oro, reputate.i diſquirite cum animis.i.attentionibus veſtris, num.i. nunquid, id, ſcilicet decretum aut iuſſum veſtrum ſit melius mutari, ita vt mandetis illud bellum homini nobili. videlicet ſi vos mittatis quem, id eſt aliquem ex illo.ſ.famoſo globo, id eſt cœtu conglobato & connexo inter ſe nobilitatis .i. nobilium. ad hoc negocium.ſ.ad bellum Iugurthinum, aut ad aliud tale, mittatis dico hominem, veteris, id eſt antiquæ proſapiæ.i.generoſitatis. ac multarum imaginum, id eſt magnorum ſtemmatum.i.coronarum ſeu effigierum per ordinem quaſi in coronam diſpoſitarum, quæ effigies, ſeu imagines omnium maiorum qui aliquid præclare geſſerant, aſſeruabantur in domibus potentium, & cum funus efferatur ad oſtentationem præcedebãt ipſum, vt latius adnotari ſolet ad illud Iuuenalis; Stemmata quid faciunt, &c. ad hominem nullius ſtipendij.i.qui ipſe nunquam ſtipendia fecerat neque militauerat, vbi ſatius innuit quòd non ſit melius mutari) & rationem affert, dicens.ſ.quòd vox ironiam habet, q.d. ſcire licet cur ſit melius, ſecundum nobilium ſententiam cum ſit peſſimum, vt talis nobilis, ignarus omnium, quia inexpertus trepidet in tanta re, & feſtinet.i.curſitet & ſumat aliquem ex populo monitorem ſui officij. Ita.i per tale medium euenit plerunq; vt is quem vos iuſſiſtis imperare, quęrat ſibi alium imperatorẽ.i. monitorem illum cui obediat. Atque ò Quirites ego ſcio ſupp. quoſdam qui exiſtentes homines præpoſteri .i. peruerſi ordinis, facientes prius quod poſterius faciendum erat, & ecõuerſo poſtquam ſunt conſules, cœperunt legere acta maiorum .ſ. ſuorum, & præcepta militaria Græcorum.i.Græcorum libris de re militari tractãtibus, qui ideo ſunt homines præpoſteri. Nam gerere.i. adminiſtrare decenter conſulatum, eſt poſterius tempore.i. quantum ad tempus, quam fieri.ſ.conſulem. quia, oportet prius fieri conſulem quam gerat conſulatum, ſed eſt prius.i.potius re atque vſu.i.vtilitate, & ita deberent prius ſtudere gerere.i. vt ſciant bene regere conſulatum, quam fieri conſules, cum iam contra faciant. Sunt qui legant. Nam gerere quam ſcire.ſ.rationem gerẽdi, eſt poſterius. ſed prior lectio placet. [Comparate nunc Quirites] In hac parte manifeſte inſurgit in nobiles & ſe inſolentius cõmendat dicens; O Quirites comparate.i. conferte, aut ſimul conſiderate me hominem nouum .i. qui nunquam fui, nec maiores habui in hoc magiſtratu, cum ſuperbia.ſ.tam inani illorum.ſ. nobilium. Ego vidi partẽ eorum, quæ illi.ſ.ignaui in vmbris verſari ſoliti ſolent audire à legentibus, aut narrantibus, aut legere in libris, & alia quę non vidi geſſi egomet, ego didici ea militando, quæ illi ſup. didicere literis.i.ex ſcriptis, nunc exiſtimate.i.rectè iudicate vos, an facta.i.experientia faciẽdo, ſint pluris.i.maioris momenti, an dicta.i.verba quę ſcribuntur & legendo dicuntur, quaſi haud dubie facta. Vnde & auctor in prologo Catilinę. Haud quaquam par gloria ſequitur ſcriptorem & auctorem rerum. Illi ſupple contemnunt, nouitatem, & ita ignobilitatem meam, ego ſup. contemno ignauiam illorum, fortuna ſup. obiectatur .i. frequenter ad contumeliam obijciunt mihi, hoc eſt quod non ſim ſortitus nobiles progenitores, ſicut mihi nobilem animum peperi, quod fortuitum eſt, & probra.i.dedecora & turpia facta obiectantur illis.ſ.nobilibus. Quod quam ego exiſtimo.i. cẽſeo vnam & communem naturam, ſupp. eſſe omnium, ſcilicet hominum, quia omnes habent eadem, naſcẽdi principia, & ſi id ſciuiſſet, dixiſſet quòd & eoſdem primos parentes, ſed fortiſſimum quenque.i.omnem, qui valde, aut egregie fortis ſit, eſſe generoſiſſimum.i.de præclariſſimo genere cenſendum. At ſi poſſet iam quæri.i.indagari, ex patribus Albini aut Beſtiæ illorum conſulum nobilium qui in Africa rem male geſſerunt, ne pro animo fuerint me gigni.i quod ego fuerim genitus ex ſe, an illos .ſ. quos genuerunt Albinum & Beſtiam, quid creditis ſupp. eos reſponſuros ſup. eſſe, niſi ſeſe voluiſſe ſup. gignere & inſtituere, liberos, quam optimos. Quod ſi nobiles deſpiciunt .i. contemnunt & vilipendunt, me iure i.iuſte & merito propter ignobilitatem, faciant idem maioribus ſuis.i.deſpiciant etiam eos, quibus nobilitas cœpit, id eſt incępta eſt, vti i.quemadmodum mihi non ex genere, quod nobile non erat ſed ex virtute. Se ſupp. aut quia inuident honori meo, quod ad conſulatum perueneram, ergo inuideant labori, & innocentiæ, & etiam periculis meis, id eſt aut experimentis aut diſcriminibus pro republica obitis, quoniam ego cœpi, id eſt obtinui illum honorem cui inuident, per hæc, ſcilicet dicta, laborem, innocentiam, & pericula. Verum, id eſt, ſed ipſi homines corrupti ſuperbia.i. per ſuperbiam, quia vt dicit plebeius verſiculus. Sola ſuperbia deſtruit omnia ſi comitetur. ita agunt ætatem.i.ita viuunt obtentis honoribus, quaſi contemnant veſtros honores, quia officio ſuo non funguntur, & petũt ita hos.ſ.honores, quaſi vixerint honeſte, ita ex merito. Nę.i. certe illi ſunt falſi.i.decepti, qui expectant pariter res diuerſiſſimas, videlicet voluptatem ignauiæ.i ex pigritia & inerti vita, & præmia virtutis, q.d. nequaquam, quia vos conceditis. Aut legatur nec illi falſi ſunt.i.non decipiuntur ab opinione, quia ita plerunque euenit ut ignaui uirtutis præmia tollant. aut tertio legatur vt falſi actiue ſignificet, & ſit næ.i.certe illi ſunt falſi.i.callidi deceptores qui expectant &c. Atque etiam.i.inſuper eũ faciunt verba apud vos aut in ſenatu extollunt plerunque .i. ferè tota oratione ſua maiores ſuos, & putant eſſe clariores memorando.i.recenſendo & ad memoriam reducendo, fortia facta eorum ſ.maiorum ſuorum, quod eſt contra.i.contrarium, nã quanto uita eorum .ſ.maiorum eſt præclarior, tanto ſocordia, id eſt ignauia & inertia horum.ſ.quam apud uos orãt, eſt flagitioſior, id eſt increpatione dignior; ut Iuuenale docet Sat.8. in principio. Et profecto.i.reuera, res habet ſe ita ut dicet, uidelicet, quòd gloria maiorum eſt quaſi lumen poſteris .i. minoribus, & poſt eos natis aut naſcituris; & ita neque patitur bona .i. benefacta eorum .ſ.poſteriorum, neque mala, id eſt turpiter & malefacta, in occulto ſupp. eſſe. Ego patior inopiam.i.carentiam huiuſce rei, id eſt gloriæ maiorum, uerum, id eſt ſed licet mihi id quod eſt multo præclarius, ſ.quam niti gloria maiorum, uidelicet dicere, id eſt recenſendo laudare, mea met, id eſt propria facta.ſ.pręclara. Nunc uidere.i.conſiderare, quam.i.quantum iniqui ſunt.ſ.nobiles, quia non concedunt mihi id.i.gloriam & honorem aut conſulatum, ex mea uirtute, quod ſibi arrogant ſibi ex uirtute aliena.ſ.maiorum ſuorum.ſ. (per ironiam).i.ſcire licet cur id rectẽ faciant, quòd.i.quia ego non habeo imagines, ſcilicet maiorum meorum ex cera factas & ſtẽmata .i.coronas per armaria diſpoſitas, & quia nobilitas eſt mihi noua, id eſt iam primum parta, quam.ſ.nobilitatem certe.i.reuera ſi uerum fateri liceat, melius eſt peperiſſe, id eſt acquiſiuiſſe quemuis uirtute ſua, q.d. ut ego feci quam corrupiſſe, ſcilicet peccatis & turpiter actis, acceptã.ſ. à maioribus, quod idem Cic. in Sal. reſpondebit. Satius eſt me meis geſtis florere quam maiorum opinione niti, & ita uiuere, ut ego ſim poſteris meis nobilitatis initium & uirtutis exemplum &c. Equidem.i.certe ego non ignoro ſi nobiles uelint iam reſpondere ſ obiectis meis, orationem fore illis .i. illos habituros orationem facundam, & compoſitam abunde, ſed cum lacerent me & uos, maledictis .i. executorijs conuotijs omnibus locis. In veſtro beneficio maximo .i. propter maximum beneficium ueſtrum in me, non placuit, ſcilicet mihi reticere .ſ. uitia eorum & uirtutem meam, ne quis duceret, id eſt uerteret modeſtiam.ſ.meam in conſcientiam, id eſt cenſeret me conſcium ma-

ledictorum

ledictorum ſi modeſte reticerem. Nam equidem.i.certe, nulla oratio ex ſententia animi.i.proſpecta ſecundum ſententiam & iudicium mentis cuiuſcuque poteſt lædere.ſ.carpendo me.quippe.i.quia certe,neceſſe eſt vt ſup vera.i.quæcunque ea animi ſententia & iudicio prolata prædicent bene.ſ. de me,hoc eſt nemo poterit me lædere maledicendo,niſi velit mentiri. Et vita & mores mei ſuperant. i.conuincunt,falſa i.ea quæ quis mentiri velit de me. Sunt qui legunt ex animi mei,vt ſit ſenſus, Nulla oratio poteſt me lædere ex ſententia animi mei.i,quantum ego de me ſentio quia vero dicendo me laudet, falſã dicendo ab innocẽtia mea ſuperetur,verum ea quæ dixi dicta ſunt ad cõſilia veſtra tuenda. vnde addit, Sed quoniam conſilia veſtra ò Quirites, qui impoſuiſtis mihi ſummum honorem & maximum negocium, accuſantur.ſ.à nobilibus,tanquam iniqua aut ſtulta, reputate.i. conſiderate animis.ſ.veſtris, etiam atque etiam.i.diligenter & frequenter, num.i.nunquid pœnitendum ſit.i.oporteat habere pœnitentiam, eorum.ſ.conſiliorum veſtrorum. Satis diximus ſupra ad pronomina poſſeſſiua fieri relationem, perinde atque ad primitiua. vt conſilia veſtra qui impoſuiſtis, non tamen reſoluemus veſtra per veſtrum,ſed ſi placet per veſtrum. quod tamen minus vſitate diceretur. Pœnitendum autem hic eſt gerundium quod cum ſubſtantiuo verbo quandam neceſſitatem importat. Num particula negationem deſiderat. [Non poſſum fidei cauſa] Callide negas,ſibi eſſe ea,quæ neque ad virtutem faciũt,neque plebeiorum quiſquam agnoſcere poterat dicens, Neque ego poſſum cauſa fidei.ſ confirmandæ.i.vt mihi adhibeatur fides oſtendere imagines.ſ.maiorum ex ære factas,neque triumphos aut conſulatus maiorum meorum, at.i ſed,ſup.poſſum oſtendere[bene verbum,quia coniunctionem poſuit,tacuit]ſi res poſtulet.i.neceſſe aut vtile ſit,haſtas,vexillum.i ſigna hoſtium,phaleras i.ornamenta equorum,& ſupp.alia dona militaria.i. quibus ob virtutem quod ea hoſtibus detraxerim, ab imperatore donatus ſum præterea.i.inſuper, cicatrices.i.veſtigia vulnerum in pectore aduerſo i.obiectu hoſtibus nõ refugo,neque in tergo,hæc imagines ſunt meæ.i.his pro imaginibus glorior,& poſt hæc eſt nobilitas mea,non relicta.ſ.à maioribus,hereditate.i.iure hereditario,vt illa.ſ.ſuperius dicta,ſup.ſunt relicta, illis.ſ.nobilibus. ſed ſup.ſũt ea,quæ ego quæſiui i.acquiſiui meis laboribus & periculis. Verba mea non ſunt compoſita.i.id poterant mihi obijcere aduerſarij,[& ſimul callide facit quod oratori faciendum eſt,ne videlicet ars vlla appareat in oratione]ego facio. i.reputo id.ſ incompoſite loqui, parum.i.parui momenti,quia virtus ipſa.i. per ſe ſine lenocinio aut adminiculo orationis,oſtendit ſatis ſe. Opus eſt illis.ſ.turpiter viuẽtibus artificio. ſ orationis,vt tegãt orationẽ.ſ.comperta,facta.ſ.ſua,turpia, neque ego didici literas Græcas,quia placebat parũ diſcere eas, quippe.i.vt pote quæ nihil profuerant doctoribus ad virtutem, quia qui eas docebant nihil præclare agebant. At.i.ſed,ego ſum doctus.ſ.experiendo.illa multo optima.i.quæ longe ſunt vtiliſſima reip.videlicet ferire hoſtes,agitare.i.expellere oppidis præſidia.ſ hoſtium,nihil.i.nõ metuere aliquid,niſi famam turpem, melius diceret conſcientiã turpem, pati iuxta.i.indifferenter hyemem.i.frigus hybernum, & æſtatem i.æſtum,requieſcere humi.i ſuper terram,tolerare eodem tempore inopiam.ſ.re um & victus, & laborem.ſ.militiæ. Ergo ego hortabor milites his præceptis.ſ.quæ experiendo didici,neque colam.i.obſeruabo illos arcte.i.anxie, vt opulẽt.i.opulentum faciant me,neque faciam labore illorum.i.non conuertam laborem illorum in gloriam meam.i.non gloriabor de labore illorum,cum ego nihil fecerim, hoc.i.ſic facere imperium vtile & imperium ciuile.i.quod inter conciues eſſe decet. Nam agere.i.impellere ad laborem ſup.ciues ſupplicio.i.per ſuppliciũ & tormentum,cum tute i.tu ipſe agas.ſ.ætatem.i.viuas, molliter.i.delicate.i eſſe dominum.i. Tyrannum & ſuperbum regem non imperatorem liberi populi. Maiores noſtri faciendo hæc atque alia talia celebrauere.i.celebrauerunt,hoc eſt clarificauerunt & ſe.ſ.ipſos,& remp.quis.i.quibus.ſ.maiorum & reip.celebritatibus, nobilitas freta i confiſa,ipſe.i cum ipſa ſit diſſimilis moribus.i. habent diſſimiles mores, contemnit nos æmulos, id eſt imitatores & ſequaces, illorum.ſ.maiorum noſtrorum & repetit.i.exigit à nobis,omnis honores.i.omnes magiſtratus honorificos, non ex merito.i.non quia eos meruerit, cum nihil boni fecerit,ſed quaſi debitos hereditaria ſucceſſione Et ita omnibus ijs conatur adducere aduerſarios in odium cum oſtẽdat eos ſuperbos & ignauos & plebeiorum contemptores maximos. Ceterum.i ſed, ijs ſuper homines ſuperbiſſimi i clariſſimi. ſ.nobiles,errant procul.i à longe à vero,putantes ſibi omnia licere,cum contra ſit. Nam maiores eorum reliquere.i. reliquerunt illis non virtutem ſuam]ſed omnia quæ licebat,ſ.relinquere, videlicet diuitias,imagines i.ſtemmata nobilium, præclaram memoriam ſui.i de ſe habendam non reliquere.i.non reliquerunt, neque poterant ſupp.relinquere virtutem. Pulchre autem tertio verbo non additur coniunctio, ſed verum autem ſimiliter,quia Latine dixeris diuitias &c.reliquere. virtutem non reliquere, aut virtutem aut non ſine verbo. neceſſe eſt enim alterum, aut idem verbum omittere aut coniunctionem. Ea ſ.virtus ſola,neque datur,neque accipitur dono. Ipſi aiunt me ſordidum ſup.eſſe & moribus incultis[hoc obiectum callide affert ut ſe plebeiorum ſimilem cenſeri doceat]quòd ego exorno conuiuium parũ ſcite.i.urbane & polite,neque.i.& quòd nõ habeo ullum hiſtrionem.i.paraſitum aut mimum quem ioculatorem uocant, neque habeo coquum pluris.i.maioris precio comparatum,quam uillicum.i.curatorem uillæ, hoc eſt hominem ruſticum, quæ i.quas res habere vt ipſi habent, non libet mihi confiteri.i.nolui confiteri ò Quirites.nam ego accepi.i.didici ex parente. patre meo, & alijs viris ſanctis.i. incorruptis (ergo & Marij pater incorruptus erat)ita.i.ſic ſe rem habere, mundicias i.curioſas exornationes conuenire mulieribus, & ſup.laborem conuenire uiris. Vnde apud Naſonem, Sint procul à nobis iuuenes ut fœmina compti, Fine coli modica forma uirilis amat. Et accepi.i.intellexi,oportere. i.decere plus gloriæ quam diuitiarum eſſe omnibus bonis & arma non ſuppellectilem.i ornamenta lectorum,& ceteros ornatus ſeu apparatus in domo eſſe decori. i. ornamento omnibus bonis. Ergo, quia tam peruerſi in me ſunt iudicio nobiles.quin.i.cur non faciant id ſemper quòd iuuat.i.delectat eos,& quod æſtimant.i.cenſent carum,uidelicet cur non amẽt.i. amoribus indulgeant. potent. i. potationibus inhient & agant ibi.i.in eo exercitio ſenectutem,ubi.i.in quo,habuere adoleſcentiam,& ipſi dediti in conuiuijs uentri, per obſonationes, & turpiſſimæ parti corporis.ſ pudendis aut pudici, relinquant nobis ſudorem.ſ.ea labore militari & puluerem ex motu citatum, & alia talia, qualia milites patiuntur. relinquant dicit nobis quibus illa.ſ.ſudores. pulueres, & ſimilia ſunt dulciora.i. ſuauiora epulis. i. comeſſationibus Verum non eſt.i.non contingit ita. Nã ubi.i poſtquam uiri turpiſſimi, quia parhici, & lucrones guloſi, dedecorauere. i.dehoneſtauerunt ſe flagitij.i. turpiſſimis factis eunt ereptum.i.eripere feſtinant præmia bonorum i.caſtorum & fortium uirorum,& ita luxuria & ignauia, appoſitone, artes peſſimæ.i peſſima exercitia facientes, nihil officiunt,id eſt nocent iniuſtiſſime,id eſt quæ res iniuſtiſſime.fit illis.ſ.nobilibus qui coluerunt, id eſt exercuerunt eas.ſ. peſſimas artes luxuriam & ignauiam, ſed ſup.ſunt cladi. id eſt perniciei reipub.innoxiæ id eſt immerenti,quia ob imperitiam eorum in conſulatu affliguntur ciues & ærarium exhauritur. Nunc quoniam ego reſpondi. i.oratione reſtiti illis.ſ. nobilibus quantum mores mei non quantum flagitia illorum poſcebant,quia longe plura audire merẽtur,ego loquar.ſ.deinceps pauca de republica.[Primum omnium] Incipiens loqui de republ.ea præcipue dicit quæ in rem ſuam putat,vnde dicit, Primum omnium,ò Quirites habetote bonum animum de Numidia. Nam vos remouiſtis omnia quæ tutata sũt Iugurtham vſque ad hoc tempus, videlicet auaritiam,quæ in Beſtia fuit & Albino,& imperitiam in Aulo,& ſuperbiã in Metello Deinde exercitus eſt ibi ſ.in Numidia, ſciens locorum, ſed me Hercule.ſ.ſic iudicante vt verum dico, magis ſtrenuus quàm fœlix,nam magna pars eius eſt attrita.i.conſumpta auaritia ducum.ſ.Beſtiæ &c.aut temeritate ducum.ſ.Metelli, quamobrem vos quibus ætas militaris. i apta militiæ ineſt, adnitimini meeum, & capeſſite, id eſt ſuſcipite defendendam rempublicam. Neque metus cœperit. i.inuaſerit quenquam, ſcilicet veſtrũ,ea calamitate, id eſt afflictione & infœlicitate,aliorum.ſ.qui in Numidia militauerant aut ex ſuperbia imperatorum, quia egomet qui neque vos affligi patiar neque ſuperbe tractabo, adero in agmine & prœlio,idem conſultor & ſocius.i. ſuſceptor communis periculi vobiſcum, quaſi dicat, ſi conſulto opus erit adero conſultor; ſi facto,adero ſocius. Vbi conſultor ponitur pro eo qui conſilium dat, cum frequentius ſit qui conſilium petit vt in ij.Serm.Horat.Conſultor vbi oſtia pulſat.ſed cõſulo ea duo ſignificat. Vnde eſt verſiculus, Conſulo te poſco,tibi conſulo conſilium do.Conſultus autem dicitur qui conſulitur.i.à quo petitur conſilium,& ille qui conſulit.i conſilium dat. Et geram. i.tractabo me & vos in omnibus rebus,iuxta.i. pariformiter & ſine diſcrimine. Et profecto.i.re uera dijs iuuantibus.i.ſi dij adiutores erunt, omnia ſunt matura,id eſt nobis matura,id eſt cito obuentura; victoria.præda laus, quæ tria eo ordine contingere ſolent. Quæ ſ.tria dicta ſi eſſent dubia aut pro-

aut.i.difficulter obtinenda, tamen .i. nihilominus deceret omnis bonos ſubuenire Reipub. Etenim .i. quia certe, nemo eſt factus immortalis ignauia.i.per ignauiam, quia tam ignaui quam ſtrenui moriuntur, neque quiſquam parens .i. progignens optauit liberis.ſ.ſuis. vti.i. vt ſupp.ipſi forent æterni i. immortales, magis quam vti.i. vt exigerent.i. ad finem vſque agerent vitam .i. viuerent, boni & honeſti. quia ſciunt nemini niſi per famam æternitatem concedi. O Quirites ego dicerem plura, ſi verba adderent timidis.ſ.ex natura, virtutem.i. fortitudinem. Nam ego puto dictum abunde.i.ſatis ſuperque ſtrenuis, q.d.quales vos eſtis.

HVIVSCEMODI oratione habita, Marius poſtquam plebis animos arrectos videt, propere commeatu, ſtipendio, armis, alijsq; vtilibus naues onerat. cum his Aulum Manlium legatum proficiſci iubet. Ipſe interea milites ſcribere, non more maiorum, neque ex claſſibus, ſed vti cuiuſque libido erat, capite cenſos plerosq;. Id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionē conſulis memorabant, ꝙ ab eo genere celebratus, auctusque erat, ꝙ homini potentiā quęrenti egētiſſimus quiſque opportuniſſimus, cui neque ſua chara, quippe quæ nulla ſunt, & omnia cum precio honeſta videntur. Igitur Marius cum aliquāto maiore numero, quam decretum erat, in Africam profectus, paucis diebus Vticā aduehitur. Exercitus ei traditur à P. Rutilio legato. Nam Metellus conſpectum Marii fugerat, ne videret ea, quę audita animus tolerare nequiuerat. Sed conſul expletis legionibus, cohortibusq; auxiliatiis, in agrum fertilem, & pręda onuſtum proficiſcitur. Omnia ibi capta militibus donat. Deinde caſtella & oppida, natura & viris parū munita aggreditur, pręlia multa, cęterū alia leuia aliis locis facere, Interim noui milites ſine metu pugnę adeſſe videre fugiētes capi, aut occidi, fortiſſimum quēq; tutiſſimum, armis libertatem, patriam, parentesque, & alia omnia tegi, gloriam atque diuitias quæri. Sic breui ſpatio noui, veteresq; coaluere, & virtus omnium æqualis facta.

SIGL. HVIVSCEMODI oratione habita) Cum, inquit, hac oratione animos plebis erexiſſet, ſtatim naues onerauit ſtipendio, cōmeatu, & armis, & cum his Manlium legatū in Africam miſit. [Proficiſci iubet].ſ.in Africam, in qua eſt Numidia. [Ipſe interea] Ordo eſt. Ipſe interea ſcribere pro ſcribebat milites non more maiorum, neque ex claſſibus, ſed.ſ.ſcribebat plerosque capite cenſos. Non more maiorum .i.non ſecundum ritum, & conſuetudinem maiorum. Nam maiores perſcribere conſueuerant milites ex claſſibus. Marius autem ſcripſit etiam ex his qui non erant in claſſibus. Nam multo capite cenſos ſcripſit Seruius Tullus, qui ſextus à Romulo Romæ regnauit primus cenſum inſtituit; ex quo belli, pacisq; munia, & onera, non viritim vt ante, ſed pro habitu pecuniarum fierent. Tum populum vniuerſum in claſſes, centuriasque ex cenſu deſcripſit, atque diuiſit. Ex his, qui centum millium æris, aut maiorem cenſum haberent, octoginta confecit centurias, quadragenas ſeniorum, ac iuniorum. Prima claſſis omnes appellari ſeniores ad vrbis cuſtodiam, vt præſto eſſent, iuniores, vt foris bella gererent. Secunda claſſis intra cenſum, vſque ad quinque & ſeptuaginta millium cenſtum inſtituta eſt. Ex his ſenioribus, iunioribusq; viginti conſcriptæ centuriæ. Tertia claſſis in quinquaginta millium cenſuum eſſe volui. Totidem centuriæ. Quarta claſſis quinque & viginti millium. Totidem centuriæ factæ. Quinta claſſis aucta. Nam centuriæ triginta factæ ſunt. Hæc claſſis xj. millibus cenſebatur. Hæ claſſes, ſicuti numero, ita armis diſtinctæ erant. Nam primæ claſſis arma habebat, galeam, clypeum, ocreas, loricam, omnia ex ære, quæ corporis tegmenta eſſent. Tela in hoſtem haſtam. & gladium. Secundo claſſis ſcutum pro clypeo, & præter loricam omnia eadem habebat. Tertia claſſis eadem habebat. præter ocreas. Quarta claſſis arma mutata, nihil præter haſtam, & verutum datum. Quinta claſſis fundas, lapidesq; miſſiles gerebat. In hac accenſi, corniciniesque tibicinesque in tres centurias diſtributi, Minor cenſus reliquam multitudinem habuit. Inde vna centuria facta immunis militia, ita pedeſtri exercitu ornato, diſtributoq;. Equitum ex primoribus ciuitatis duodecim ſcripſit centurias. Qū igitur bellum gerere oportebat, ex his quinque claſſibus milites cōſcribebantur. Serui, capite cenſi, & qui ex claſſes erant ad militiam non recipiebātur, vtpote propter inopiam ſuſpecti. Capite cenſi dicebantur, vt tradit A. G. qui aut nullo. aut perquam paruo ære cenſebantur. hi pro capite tributa pendebant, à cēſione capitis nominati. [Id factum].ſ.eſſe. Alij dicebant, Marium ſcripſiſſe milites capite cēſos, quia ex claſſibus bonos milites non inueniebat, alij vero dicebant, Marium feciſſe hoc per ambitionem, vt eos honore afficeret, à quibus ipſe honoratus erat & factus conſul. [Quod ab eo genere].ſ.hominum egentium, & infimorum. [Celebratus] i. honoratus. [Adiutus].ſ.ad conſulatum comparandum. [Homini].ſ.Mario, vel cuicūque. [Opportuniſſimus] .i.cōmodiſſimus. [Cui] .ſ.egentiſſimo, pauperes maxime commodi ſunt illis, qui quærunt potentiam. quia nihil timent, cum nihil habeant, quod perdere poſſint, & ideo omnia aggrediuntur, omniaq; eis honeſta, & recta videntur, modo precium eis detur. [Vticam aduehitur] Quæ eſt ciuitas Africæ mari vicina. [Quam erat decretum à ſenatu] Plures milites ſcripſit Marius, & ſecum duxit, quam decreuerat ſenatus. [A. P. Rutilio legato].ſ. Metelli. P. Rutilius exercitum Mario tradidit. [Nam Metellum) Quare. P. Rutilius, & nō Metellus exercitū Mario tradidit? quia Metellus diſceſſerat, ne Marium cōſulem videret. Nam ſi Metellus ferre non potuit, qū audiuit Marium cōſulem eſſe factum, multo minus tuliſſet, ſi eū vidiſſet. [Sed conſul] Dicit quid fecerit Marius, poſtquam accepto exercitu, & expletis legionibus in Numidiam venit. Statim, inquit exercitum duxit in agrum fertilem & prædæ plenum, & quidquid cœpit militibus donauit. [Cohortibus auxiliarijs] Cohortes auxiliariæ dr̄ cohortes, quę ab alienigenis populis in auxilium mittuntur. [Noui mil.) Quos nuper conſcripſerat, & qui nunq̄ bella tractauerant [Videre] Videbant eos, qui fugiebant, vel capi, vel occidi, & ex hoc diſcebant non eſſe fugiendum [Noui, veteresque coal.] .i. ſimul in diſciplina militari creuerunt, & profecerunt. Nam noui exemplo veterum profecerunt.

ARRECTOS) Sibi deuinctos. [Nō more maiorū] Quia non ſcribebant capite cenſos, lege Gel. lib. xv. c. x. Lex erat apud Rom. ne cap. cenſi pro militibus eligerentur, & quia hoc nomine poterat appellari ēt ipſe, illam abrogauit legem, vt auctor eſt Val. cap. de diſciplina militari [Ex claſſibus] Ex Tribubus. [Opportuniſſimus] Cōmodiſſimus.ſ. fuit. [Andira] ſ.ſacta dum Marius eſſet Rom. [Caſtella] Propugnacula. [Tegi] Protegi. MARS

CVM his A. Manlium legatum proficiſci iubet) Sic & manuſcriptum. Cæterum Plinius Manlium vocat, qui legatus, C. Marii fuerit Iugurthino bello quam recte, alij videant. Mihi librarij errore commiſſum hoc videtur. Ac procliuis error fuit propter affinitatē vocum. Tu ſi lubet Plin. vide lib. xxxiij cap. 1. [Cui neque ſua chara, quippe quæ nulla ſunt] In manuſcriptis omnibus eſt, Cui neque ſua curæ. quomodo & Florentinum.

HVIVSCEMODI oratione) Proſequitur ſtudium belli ipſius Marij dicens, Marius huiuſcemodi oratione habita .i. poſtq̄ talem orationem habuerat, poſtq̄ videt animos plebis erectos.ſ. ad bellum, aut ad ſpem victorię & prędę, onerat propere.i. properanter, naues cōmeatu.i. victualibus, ſtipendio.i. ære perſoluendo, armis atque alijs vtilibus.ſ.ad bellum, & iubet A. Manliū legatum.ſ.in eo bello futurum, proficiſci cum his .ſ. nauibus ſic oneratis, ipſe ſcribere.i. ſcribebat interea milites, non more maiorū.i. iuxta vetus inſtitutum, neq; ex claſſibus .i. ex ordinibus ſeu cœtibus ſimul calandorum.i conuocandorum ad idē onus eū eſſent in eodē cēſu. vt. n. Liuius recitat, Seruius Tullus ſextus Romanorū rex primus cēſum inſtituit, ex quo belli pacisq; munia munera & onera nō viritim vt antea, ſed pro habitu pecuniarū fierent. Tū populum vniuerſum in claſſes quinq; deſcripſit atque diuiſit, vt Liuius late exequitur. Sanè quos ſcholaſticos vulgo de primo locō aut ſecundo vocāt, Quintil. docet de prima aut ſecūda claſſe vocādos, nam & eos in claſſes diuidi precipit, ſcribere.i. ſcribebat vti.i. ſecundū ꝙ libido.i, libitum bellādi cuiusq; erat, & plerosq;.i. plurimos cēſos capite .i. obnoxios ad pendēdum cenſum pro capite, eū vt A. G. tradit, aut nullo, aut per quā paruo ęre cenſerentur, & ita cum non poſſet cenſus ex ære exigi, exigebatur pro capite. Alij. i. aliqui ex Romanis, memorabāt. i. interpretabantur, id factum ſup. eſſe, ex inopia. i. penuria bonorum.ſ. militum qui boni non erant in claſſibus, alij per ambitionem conſulis, ꝙ erat adiutus & celebratus .i. clarus habitus ab eo genere, ſ. plebeiorum & pauperum, & ſup. ꝙ egētiſſimus quiſq; eſt opportuniſſimus .i. maxime cōmodus homini quærenti potentiā ASCEN

vt Marius fecerat, cui.ſ.egentiſſimo neq; ſua.i.propria bona ſunt ſup.chara, quippe.i.vtpote quæ nulla ſunt, & omnia võr honeſta cũ precio.i.habentia precium annexum. Igitur Marius ꝓfectus in Africam cum numero.ſ.militum, maiore aliquanto quam erat decretum à ſenatu, aduehitur paucis diebus, hoc eſt intra paucos dies Vticam, ad illud oppidum in prouincia Africana. Exercitus traditur ei à P. Rutilio legato.ſ.Metelli.quæras quare non à conſule cuius exercitus erat? ſed addit, Nam Metel.fugerat conſpectum Marij, ne uideret ea quæ animus ſup.eius nequiuerat tolerare audita.i.cum tñ audirentur, & tñ uiſa fortius mouẽt quam audita. Sed conſul.ſ. Marius, legionibus & cohortibus auxiliarijs e aple tis.i.plene cõpletis, proficiſcitur, in agrum.ſ.hoſtilẽ fertilem & onuſtũ præda.ſ.auertenda, & donat militibus omnia capta ibi, deinde aggreditur oppida & caſtella munita parũ natura.i.naturali ſitu, & viris, facere.i.faciebat aut incœpit facere multa prœlia, cęterum.i.ſed ſup.faciebat alia prœlia ſup.leuia i facilia, alij locis, quam ad oppida. Interim.i. interea noui milites quos adduxerat, adeſſe.i.aderant pugnę ſine metu, videre.i. uidebãt fugientes.ſ.milites Rom.capi aut occidi, & uidebant fortiſſimum quenque ſup.eſſe tutiſſimum, & libertatem, patriam, parentes & alia omnia tegi.i.protegi armis, & gloriam atque diuitias quæri.i.acquiri armis. ſic ueteres atque noui coaleſcere.ſ. in unum animum, breui ſpacio, & uirtus omnium eſt facta æqualis.

AT reges vbi de aduentu Marii cognouerunt, diuerſi in locos difficiles abeunt. Ita Iugurthæ placuerat ſperant, mox effuſos hoſtes inuadi poſſe, Romanos ſicuti pleroſque remoto metu laxius licentiusque futuros. Metellus interea Romam profectus, contra ſpem ſuam lætiſſimis animis accipitur, plebi, Patribusque, poſtquã inuidia deceſſerat, iuxta charus. Sed Marius impigre, prudenterque ſuorum, & hoſtium res pariter attendere, cognoſcere quid boni vtriſque, aut cõtra eſſet, explorare itinera regum, conſilia, & inſidias eorum anteuenire, nihil apud ſe remiſſum, neque apud illos tutum pati: Itaque * & Getulos, & Iugurtham ex noſtris ſociis prædas agentes, ſæpe aggreſſus in itinere fuderat, ipſumq; regem haud procul ab oppido Cirtha armis exuerat. Quę poſtquã glorioſa modo, neque belli patrandi copiã cognouit, ſtatuit vrbes, quæ viris, aut loco, pro hoſtibus, & aduerſum ſe opportuniſſimę erant, ſingulas circumuenire. Ita * ratus Iugurtham aut præſidiis nudatum iri, ſi ea pateretur, aut prœlio certaturũ. Nam Bocchus ſępe ad eum miſerat nuncios, velle populi Romani amicitiã, nequid ab ſe hoſtile timeret. Id ſimulauerit ne, quo improuiſus grauior accederet, an mobilitate ingenii pacem, atque bellum mutare ſolitus, parum exploratum eſt. Sed conſul vti ſtatuerat, oppida, caſtellaque munita adire, partim vi, alia metu aut præmia oſtentando auertere ab hoſtibus. Ac primo mediocria gerebat, exiſtimans Iugurtham ob ſuos tutandos in manus venturum, ſed vbi illum procul abeſſe, & aliis negociis intentum accepit maiora & magis aſpera aggredi tempus viſum eſt.

* In vetuſto quodã exẽplari nõ legitur. Et.

* Dictio, ratus, nõ habetur, in aliis vetuſtioribus.

SOLAN. AT reges).ſ.Iugurtha & Bocchus, qui ſocietatem inierant. [Diuerſi] Videlicet alius in alium locum. [Ita Iugur.placuerat] Conſilium Iugurthæ fuit, ut diuiderentur, & duos exercitus facerent. Nam ſperabat Romanos effuſe, & ſine ordine licẽter uagaturos eſſe, ſi intelligerẽt ipſos reges diuiſos in diuerſas partes fugiſſe, atq; ita opportune credebat, eos inuadi poſſe [Remoto metu] uidelicet, cũ intelligerent reges diuiſos in diuerſas partes ceſſiſſe. [Laxius] i.ſolutius Metellus. Dicit, quõ Metellus interea Romam redijt, & contra ſpẽ ſuam ab omnibus lætis animis exceptus eſt. Nam oĩbus charus fuit, quia re uera optimus imperator fuerat, & bellũ ſapiẽter, & fœliciter geſſerat. [Deceſſerat] i.receſſerat. [Iuxta.i.ſimiliter. [Sed Marius] Dicit quanta diligẽtiã Marius habuit. [Aut cõtra] i.quid malẽ. [Nihil apud ſe remiſſum pati] i.patiebatur aliqd eſſe remiſſum apud ſe, ſemp intẽtus erat ad omnia, & paratus. Remiſſum, & intentum ſunt cõtraria, intẽtum ſignificat paratum, remiſſum imparatum, neglectum. [Apud illos tutum] ſ.reges, nihil apud reges tutum patiebatur, quia eos perſequebatur. [Ex ſocijs noſtris] Videlicet ex vrbibus & ex agris populorũ Numidiæ, qui ſe P.R. dederant Iugurtha, ſicuti ſupra dictum eſt, ſe ad Getulos contulerat, & eos ſibi ſocios fecerat, igitur Iugurtha cum Getulis ſocios P R. inuadebat, & ex agris eorũ prædas agebat. [Quæ poſtq̃] Ordo eſt. Marius ſtatuit circumuenire ſingulas vrbes & loca, quę erant ſibi aduerſa ratus, Iugurtham, ita, aut nudatum.ſ. iri præſidijs, ſi pateretur ea, aut eum certaturum prœlio, poſtquam cognouit quæ.i.illa modo.i.tantũmodo glorioſo, neque cognouit copiam patrandi belli. Marius intelligebat quidẽ eſſe glorioſum, quia ſæpe aggrediebatur Iugurtham & eum prœlio ſuperabat, ſed tñ videbat hanc non eſſe viam, & rõnem conficiendi, & finiendi belli, ergo aliud cõſilium cœpit, ſtatuit.n.ſingulas vrbes circũuenire, & obſidere, quæ viris, & loco maxime opportunę erant hoſtibus, & ſibi incõmodæ, exiſtimãs futurũ eſſe, vt aut Iugurtha ꝑſidia amitteret.i.ciuitates, & amiſſis ciuitatibus bellũ poſtea ſuſtinere non poſſet, aut prœlio totis viribus decertaret, dum vrbibus obſeſſis à Mario, auxiliũ ferre cupit. [Quæ poſtq̃ glorioſa modo cognouit].i.poſtq̃ Marius cognouit ea, quæ faciebat, eſſe tãtummodo glorioſa, & non eſſe talia, vt ꝓpter hęc bellum cõficeretur, quia licet Marius in itinere Iugurthã ſæpe prœlio ſuperaret, tñ ei leue detrimentum inferebat, quia tota acie nõ dimicabat. [Ratus Iugurthã aut præſidijs nudatum iri,] Hoc eſt exiſtimans fore, vt Iugurtha præſidijs ſpoliaretur, videlicet, amiſſis ciuitatibus, & ita bellum ſuſtinere nõ poſſe. [Aut prçlio certaturum] Videlicet dum præſidium ciuitatibus obſeſſis afferret. [Nam Bocchus] Dixit de Iugurtha. quia Bocchus ipſe pacem petebat, & ſæpe nuncios miſerat ad Marium, qui ſuõ nomine peterent amicitiã pop. Ro. [Nequid ab ſe hoſtile] Et miſerat nuncios, vt Marius à ſe nihil hoſtile timeret. [Id ſimulauerit ne] Ordo eſt. Parum exploratum eſt, ne i. an Bocchus ſimulauerit id, quo pro ut grauior improuiſus accederet an.ſ.fecerit id mobilitate ingenij ſolitus mutare pacem, aut bellum. Non eſt ſatis certum vtrum Bocchus ſimulauerit, an nõ. ſi ſimulauit, hoc fecit, ut ea improuiſo grauius Marium inuaderet, ſi aũt non ſimulauit, ſed in veritate amicitiã P.R. volebat, hoc faciebat propter mobilitatem, ingenij, vtpote, qui paulò ante ſe cum Iugurtha coniunxerat, nunc ſe cũ Romanis hoſtibus cõiungere volebat. [Sed cõſul] Ita quidem Bocchus nuncios miſerat, qui peterent amicitiam P.R. ſed Marius, vti ſtatuerat, caſtella, & ciuitates adibat, & ea alienabat ab hoſtib. partim ui, partim metu, partim præmia oſtentando. [Sed primo mediocria gerebat] Primo quidem Marius eas urbes capere cępit, quæ mediocres erant, exiſtimans Iugurtham laturum eſſe auxilium ipſis urbibus, & ita in manus ſuas uenturum. Sed poſtquam vidit Iugurtham appropinquare nolle, ſtatuit maiori aggredi. Itaq; Capſam urbẽ ingentem, atq; munitã oppugnare decreuit.

DIFFICILES] Siluoſos. [Vtrunque] In ſuo & in hoſtis exercitu. [Remiſſum] Relictũ iri. [Pro hoſtibus] ſ.Iugurthinis. MARL.

CONTRA ſpem ſuam lætiſſimis animis accipitur] In manuſcriptis eſt, excipitur, id quod rectius eſſe puto, nec in Beroaldino ſecus. [Ea noſtris ſocijs prędas agentes] Manuſcripta ea ſocijs noſtris. ut ſequatur pronomen. quõ & impreſſa pleraque. [Quæ poſtq̃ glorioſa modo. neque belli patrãdi copiam cognouit] Priſcianus hunc locum citans 18. copiam omittit, & cauſam ſubaudiri teſtatur, Mihi quoq; ſic legendum uĩ, neque belli patrandi cognouit. ut ſubaudiatur Eſſe. pro, non ſpectare ad conficiendum bellum, nõ facere ad bellum patrãdum. quõ Hirtius de bello Alexan. Multa cõtra morem conſuetudinemq; militarem fierent .q̃ diſſoluẽdæ diſciplinæ ſeueritatisq; eſſent; pro quę pertinerent ad diſſoluendã diſciplinam Eodem modo Liuius interdũ, uelut q̃nto ab V.C. Quid illos aliud aut tũ timuiſſe creditis, aut hodie turbare uelle, niſi concordiã ordinum? quã diſſoluendæ maxime Tribunitiæ poteſtatis rentur eſſe. Idem vij. Dec. iij. Nam tum quidẽ quę temere agitaſſent, ea prodendi imperij, tradẽdæ Annibali victoriæ eſſe pro, ſpectare ad tradendã uictoriã. A

AT reges]. ſ. Bocchus & Iugurtha, ubi cognouere de aduẽtu Marij abeunt diuerſi in diuerſos locos difficiles. ſ.acceſſu. Ita placuerat Iugurthæ ſperãti hoſtes effuſos per ꝑdationẽ, poſſe mox inuadi, & Romanos futuros ſicuti pleroſq; alios ſup.laxius & licentius metu remoto, per abſentiã hoſtis. [Metellus] Cõmemorat paucis reditum Metelli in urbem, ubi præter ſpem honorifice acceptus eſt dicens; Metellus profectus interea dum Marius talia ageret, Romam, excipitur, ſcilicet à Romanis animis lętiſſimis contra ſpem ſuam, id eſt contra id, quod timuerat, (aut contra pro præter poſuit) exiſtens charus iuxta, id eſt pariter ASCAN

ter plebi, & patribus.ſ.conſcriptus, poſtquam inuidia mota per Marium deceſſerat.ſ.animis eorum. Sed Marius attendere .i. attendebat & conſiderabat impigre.i.ſtrenue & prudenter res.ſ. vtilitates ſuorum & hoſtium pariter.i.ſimul & cognoſcere.i.cognoſcebat.quid boni.i.vtilitatis aut contra.i. quid mali, eſſet vtrinque.i.ab vtraque parte,explorare.i. explorabat itinera regum & anteuenire.i.anteueniebat conſilia & inſidias regum.ſ. Bocchi & Iugurtæ. Nihil pari.i. patiebatur remiſſum.i. tepide factū apud illos ſ.reges. Itaque ipſe aggreſſus ſæpe ex itinere & Getulos populos Bocchi,& Iugurtham cum Numidis (miſcet autem ducē & exercitum) agentes prędas ex ſocijs .ſ. Rom.imperij in Numidia,aut prouincia,fuderat.i. proſtrauerat ſup. eos, & exuerat ipſum regem .ſ. Iugurtham quem prius nominauerat, armis haud procul ab oppido Cyrtha.ſ.nomine. Quę facta poſtquam ſunt modo.i. ſolummodo glorioſa, ſine magna vtilitate, neque cognouit copiam, hoc eſt facultatem belli patrandi cum Iugurtha, ſtatuit circumuenire.ſ.obſidere aut capere inſidijs vrbeis, hoc eſt vrbes ſingulas.i. quamlibet ſeorſum,quæ vrbes erant opportuniſſimæ viris,aut loco,hoc eſt propter viros,aut locum, pro hoſtibus & aduerſum.i.contra ſe,ratus ita videlicet Iugurtham aut nudatum ſup.iri,ſi pateretur ea ſ.vrbes circūueniri,aut certaturū ſup. eſſe prœlio. Nam Bocchus rex Maurorum miſerat ſæpe nuncios.i.per nuncios ſignificauerat ſup. ſe velle amicitiam P. R. ne Marius timeret quid hoſtile à ſe. Parum exploratum.i.cognitū eſt, ne pro an, Bocchus ſimulauerit id ſ. ſe velle amicitiam, quo.i. adeo vt accederet grauior.i. nocentior, improuiſus, an ſolitus ſup. fuerit mutare pacem, atque bellum, mobilitate.i.per mobilitatem ingenij. Sed conſul.ſ. Marius adire, hoc eſt adibat nihilominus.i.velut cōſtituerat oppida & caſtella munita,auertere, hoc eſt auertebat ab hoſtibus.ſ.regibus,partim vi,alia metu,aut oſtentando pręmia,ac gerebat.i.faciebat primo mediocria,exiſtimās Iugur.venturū in manus.ſ.conſerendas,ob.i.ad tutandos ſuos. Sed vbi accepit illum.ſ.Iugurtham abeſſe procul & intentum alijs negocijs,tempus eſt viſum,aggredi maiora & magis aſpera. Orator diceret tempus aggrediendi,ſed aggredi reſpicit hic, viſum eſt.

turum. Sic incœpto ſuo occultato,pergit ad flumē Tanam. Cæterum,in itinere quotidie pecus exercitui per centurias,item per turmas ęqualiter diſtribuerat,& ex corijs vtres vti fierēt curabat,ſimul & inopiam frumēti lenire,& ignaris oībus parare, quæ mox vſui forent. Deniq; ſexto die cum ad flumen ventum eſt, maxima vis vtrium effecta. Ibi caſtris leui muoimento poſitis, milites cibum capere, atq; vti ſimul cum occaſu ſolis egrederētur,paratos eſſe iubet,oībus ſarcinis abiectis, aqua modo ſeq; & iumenta onerare. Dein poſtquam tempus viſum, caſtris egreditur,noctemq; totā itinere facto cōſedit.idē proxima facit.deinde tertia multo ante lucis aduentū, peruenit in locū tumuloſum à Capſa non amplius duū milliū interuallo. ibiq; quàm occultiſſime pōt,cū oībus copijs opperitur. Sed vbi dies cœpit,& Numidę nihil hoſtile metuentes, multi oppido egreſſi, repente oēm equitatū & cum his velociſſimos pedites curſu tēdere ad Capſam, & portas obſidere iubet. Deinde,ipſe intentus proprie ſequi; neque milites prædari ſinere. Quæ poſtqnā oppidani cognouere,res trepidę,metus ingēs,malum improuiſum,ad hoc pars ciuium extra mœnia in hoſtium poteſtate,coegere, vti deditionē facerēt. Cęterum oppidum incēſum: Numidæ puberes interfecti,alij oēs venundati, præda militibus diuiſa. Id facinus cōtra ius belli,nō auaritia, neque ſcelere cōſulis admiſſum,ſed quia locus Iugurthæ opportunus,nobis aditu difficilis,genus hominum mobile,infidum,ante neq; beneficio,neq; metu coercitum.

ERAT inter gentes ſolitudines oppidum magnū, atque valens,nomine Capſa,cuius conditor Hercules Libys memorabatur. eius ciues apud Iugurthā immunes, leui imperio,& ob ea fideliſſimi habebantur,muniti aduerſum hoſtes,non mœnibus modo, & armis atq; viris, verum etiam multo magis locorum aſperitate Nam pręter oppido propinqua, alia omnia vaſta,inculta,egētia aquæ,infeſta ſerpentibus,quarum vis,ſicuti omnium ferarū inopia cibi acrior. Ad hoc natura ſerpentium ipſa pernicioſa,ſiti magis, quàm alia re accenditur. Eius * oppidi potiūdi Marium maxima cupido inuaſerat, cum propter vſum belli, tū quia res aſpera videbatur, & Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat, haud diſſimiliter ſitum, munitūq;: niſi q apud Thalam non longę à męnibus,aliquot fontes erant. Capſenſes vna modo,atq; ea intra oppidum iugi aqua,cætera pluuia vtebantur.* Idq; ibi,& in omni Africa,quæ procul à mari incultius agebat, eo facilius tolerabatur,quia Numidæ plerunque lacte,& ferina veſcebantur, & neq; ſalem, neq; aliæ gulæ irritamēta quærebant, cibus illis aduerſus famem, atque ſitim, non libidini, neque luxuriæ erat. Igitur conſul omnibus exploratis,credo dijs fretus,nam contra tantas difficultates conſilio ſatis prouidere non poterat,quippe ēt frumenti inopia tentabatur, q Numidæ pabulo pecoris magis, quā aruo ſtudent, & quodcunque natum fuerat, iuſſu regis in loca munita contulerant, ager aūt aridus, & frugum vacuus ea tempeſtate, quam æſtatis extremum erat, tamen pro rei copia ſatis prouidenter exornat. Pecus omne,quod ſuperioribus diebus prędę fuerat,equitibus auxiliarijs agendū attribuit, A. Manlium legatum cum cohortibus expeditis ad oppidum Laris,vbi ſtipendiū,& cōmeatum locauerat, ire iubet, dicitq; ſe prædabundum poſt paucos dies eodem ven

* *Oppidi,nō eſt in vetuſtis quibuſdam exemplaribus.*

Id ibiq;

CVIVS conditor Hercules Libys memorabatur] Hercules Libys dicebatur condidiſſe hanc vrbem. plures Hercules fuerunt. ſed qui tot monſtra ſuperaſſe dicitur, Hercules filius Iouis & Alcmenæ fuit ſecundum fabulas. Non ergo hic Hercules Iouis filius, ſed Hercules Libys Capſam condidit. [Cuius] ſ.Capſæ. [Nam præter oppido propinqua] .ſ. loca. Declarat quomodo aſperitate locorum munitum erat oppidum illud. Præter loca,quæ erāt vicina vrbi,cætera omnia inculta, aſpera,& deſerta erant,ſine aqua plena ſerpentibus venenoſis, ita, vt vix aliquis vrbem adire poſſet. Quorum vis erat acrior inopia cibi, ſicuti vis omnium ferarum, vis horum ſerpentum nō minus erat infeſta quam vis ferarum propter inopiam cibi.[Ad hoc].i. præterea. Dicit q ſerpentes,qui ibi erant, valde nocebāt propter inopiam cibi, ſed & multo magis propter inopiam potus, quia naturaliter omnes ſerpentes infeſti,& nociui ſunt, ſi ſitim patiantur. In his autem locis penuria erat aquæ,ergo ibi ſerpentes propter ſitim magis accendebantur. [Eius potiundi] .ſ. eius oppidi capiendi. Marius hoc oppidum capere maxime cupiebat, tum propter vſum belli, quia & ſibi maxime erat incōmodum ad bellum gerendum, & hoſtibus maxime opportunum, tum quia res aſpera videbatur, vt ſi hanc vrbem caperet, tanto maior gloria ei eſſet, quanto maior difficultas extitiſſet. [Et Metellus] Ac ſi diceret, etiam hac de cauſa cupiebat hanc vrbem capere,ne Metello videretur inferior, qui vrbem Thalam ingenti gloria ceperat. [Et oppidum Thalam] Haud diſſimiliter ſitum, atque munitum. Nam ſicuti ſupra viſum eſt, Thala vrbs inter ingentes ſolitudines poſita eſt, ſicuti etiam Capſa, de qua nunc agitur. [Situm].i. poſitum. [Niſi q apud Thalam] Dicit ſitum Capſæ & Thalæ ſimilem eſſe, niſi q Thala magis abundat aqua. Nam apud Thalā plures fontes ſunt. Sed Capſa intra mœnia vnum flumen tantū habet, deinceps pluuia vtūtur Capſenſes. [Capſenſes] Ordo eſt. Capſenſes vtebantur, modo.i.tantūmodo vna iugi aqua, atque ea inter oppidum. Cætera.i.deinceps, vtebantur pluuia [Iugi] .i. continua. Cæteri ſignificat deinceps, & eſt aduerbium. Virgil. Cætera parce puer bello. [Id ibiq;] Ordo eſt. Tolerauit eo facilius, & ibi & in omni Africa, quæ procul à mari agebant incultius, quia Numidæ plerique veſcebantur lacte, & carne ferina. & neque quærebant ſalem, neque alia irritamenta gulæ. Non eſt, inquit, mirum, ſi Capſenſes vna aqua tantūmodo vtebātur, quia Numidæ, qui habitāt in Capſa,& in reliqua Africa procul à mari,ideo facile penuriam aquæ tolerant, quia non comedunt ſalē.

SOLD.

ſed

ſed ut plurimum lacte veſcuntur & carne ferina, & ideo non magnopere aquã deſiderant. [Id tolerarent] Videlicet penuria aquę, nam refertur ad id, quod dixit Capſenſes vna aqua tantũmodo vti, ex quo ſignificat, eos ſine dubio aquæ penuriam pati. [Cibus illis aduerſus famem, & ſitim] Cibo vtuntur Numidæ, qui poſſit famem, & ſitim expellere, non qui poſſit ad libidinem & luxuriam prouocare. [Igitur] Quandoquidem ita cupiebat capere Capſam. [Igitur conſul] Ordo eſt. Igitur conſul tamen ſatis prouidêter exornat. ſ. exercitum pro copia rei, exploratis omnibus, ideo facit hoc, fretus dijs (credo) .i. vt credo. Nam pro quia, nõ poterat ſatis prouidere conſilio contra tantas difficultates, quippe pro quia, etiam tenebatur inopia frumenti, quia Numidæ ſtudent magis pabulo pecoris, quã aruo & quia comulerant, quodcunque natum fuerat in loca munita. [Iuſſu regis aũt] .i. & quia ager erat aridus, & vanus frugum ea tempeſtate, nam pro q̃a, erat extremum æſtatis. Cum Marius omnino, ad oppugnandam Capſam, per ingentes ſolitudines, & loca deſerta, atque aſpera exercitum ducere ſtatuiſſet, ſatis cõgruum fecit apparatum, licet his difficultatibus circunuentus premeretur. Nam inopia frumenti laborabat, & ager erat, & frugibus vacuus, quia iam extremũ æſtatis erat. [Nam contra] Declarat quare dixit, dijs fretus, quia Marius conſilio humano contra tantas difficultates prouidere nõ potuiſſet, ſed ſperans auxilium diuinum ſibi non defuturum, aggreſſus eſt facere id, quod fecit. [Tenebatur] .i. premebatur. [Quia Numidæ] Dicit cauſam inopiæ frumenti, quia ipſi Numidæ non tam ſeminandis aruis ſtudent, quam pabulo pecoris colligendo, magis occupantur ad pabula colligenda pro vno pecore, quam ad arua ſeminanda. [Tamen pro rei copia] .i. ſecũdum facultatẽ, quam habebat. [Pecus omne] Quod ſuperioribus diebus prædæ fuerat equitibus auxiliarijs agendum diſtribuit. [Oportebat ſecum ducere prædam omnem, quam ceperat ſuperioribus diebus. Et ideo equitibus auxiliarijs hãc prouinciam, & hoc negocium dedit, vt pecus captum agerent. [A. Manlium] Aulum legatum ſecum nõ duxit Marius, ſed eum reliquit ad cuſtodiam ſtipendij, & cõmeatuum. [Cum cohortibus expeditis] Vt ſupra diximus, Cohortes expeditæ dñr, quæ grauibus armis non ſunt impeditæ, videlicet quæ galeam, aut clypeum, aut ocreas non gerunt, ſed tela tantũmodo gerunt, ſicuti erant milites, qui ſcribebantur ex quarta claſſe, qui haſtam, & verutum tantũmodo gerebant. Dicitq; ue, Marius conſilium ſuum & legato voluit eſſe occultum. [Eodem] .i. ad eundem locum. ſ. ad oppidum Laris. [Pecus] .ſ. agendum, Marius laborem æqualẽ omnibus eſſe volebat. Et ideo voluit, ut non ſolum equites auxiliarij pecus pellerent, ſed nunc laborem inter oẽs æqualiter diſtribuit, ut & pedites, & equites pecus agerent inter eundum. [Per centurias] Centuriæ ſunt peditum, Turmæ uero equitum. [Vt res uti fierent curabat] Ad portandam. ſ. aquam per loca deſerta. [Parare] Pro parabat. [Vſui forent] Videlicet, ut irent Capſam [Maxima uis] Ideo maxima multitudo, maximus numerus. [Caſtris leui munimento poſitis] Leuiter caſtra muniuit, quia ſequẽti nocte diſceſſurus erat. [Aqua modo] .i. tantũmodo, quia Marius nolebat, ut milites ſecum aliquid ferrent, niſi arma neceſſaria, & aquam, ut per loca deſerta ire poſſent, & non conficerentur ſiti. [Onerare] .ſ. iubet. [Opperitur] .i. expectat. [Sequi] .i. ſequebatur. [Sinere] Pro ſinebat. Marius uolebat, ut milites intenti eſſent ad capiendam urbem, nõ ad prædandũ. [Quæ poſtquã] Ordo eſt. Res trepidę, metus ingens, malum improuiſum, ad hoc .i. præterea pars ciuium extra mœnia in poteſtate hoſtium, hęc. ſ. omnia coegere, vt oppidani facerent deditionẽ, poſtquã oppidani cognouere, quę .i. illa. Senſus patet. [Pars ciuium extra mœnia] Illi qui erant intra vrbẽ, & habebant ſuos extra mœnia captos à Romanis, ſuadebant deditionem, vt ipſi ſuos incolumes reciperent. [Cæterum oppidum incenſum] .ſ. eſt à Mario. Sed quæret aliquis, qũo Marius hanc vrbem tam magnam, tamq; potentem contra fidem incendit? Nam ſi ſe dediderant, certe in cõditionibus obtinuerant, vt ſeruarentur incolumes, quare ergo, & vrbem incendit, & ciues occidit? Saluſt. dicit, Marium hoc feciſſe non pp auaritiam, aut pp crudelitatem, ſed pp neceſſitatem belli, q̃a ciuitas illa nimis, & ſibi incõmoda, & hoſtibus cõmoda erat ad bellum gerendũ & quia Numidæ mobiles à natura ſunt, & infidi non ſeruantes id, quod promittunt. [Puberes] Puber dr̃, qui iam gignere poteſt, is incipit eſſe ab annis, quatuordecim, fœmina viri potens ad duodecimum. [Alij oẽs] Qui erant infra eam ætate. [Id facinus admiſſum] .ſ. eſt .i. cõmiſſum, perpetratum. [Contra ius belli] Ius belli eſt, vt, qui ſe dedunt ſeruentur incolumes, ſm̃ fidem datam. Nemo .n. ſe dederet, niſi ſalus, & incolumitas promitteretur ei. [Non auaritia] Quia cuperet prǽda ſe & exercitum locupletare, non fecit pp hoc. [Neque ſcelere] .ſ. crudelitate propter pubères omnes interfectos. [Locus] .ſ. Capſa. [Aditu difficilis] Quia Rom. difficile ad eum locum ibant. [Coercitum] Refrænatum.

VIS] Atrocitas. [Pernicioſa] Infeſta mortalibus. [Munitum] Circũuallatum locis aſperis. [Fuerant prædę] Depredati fuerant. [Prædabundum] Tanquam qui prædaturus eſſet. Maxima vis multitudo vtrium. [Effecta] Confecta. [Proxima] Secunda nocte facit .i. ducit exercitum. [Tumuloſum] Cliuoſum. MARR.

MVNITI aduerſum hoſtes] Manuſcriptum, aduorſum hoſtes. Id antiquario conuenire magis vr̃. Mox. [Nam pręter oppida propinqua, alia omnia vaſta, inculta, egentia aquæ, infẽſta ſerpentibus] Legendum, præter oppido propinqua vti ex manuſcriptis duo habent. vt de locis loquatur oppido vicinis, vel quæ circa oppidum ſint. qũo Tacitus dixit, Per vrbem & vrbi vicina conquiſiti. Sic ſenſus expoſcit Quamuis Fabricanum, pręter oppidum propinqua. [Quæ procul à mari incultius agebat] In Veneto ac pleriſque alijs non eſt additum, à Cic. ferè in ſimilibus præpoſitionem addit. velut, Inſula Delos tam procul à nobis. Idem, procul à terra abripi, & nõ procul à ſuis finibus. Niſi vbi poetice loquitur vt in Arato, Et ꝓcul Arcturo. Item in epiſt. è poeta quopiam patria procul. Plin. tñ 5. cap. 9 vbi Nilum ait originem hr̃e in monte inferioris Mauritaniæ, Non ꝓcul Oceano, inquit. & Cic. 4. procul hoſtium cõſuectu. Paulò poſt, Haud procul Carthaginis muris locauerãt caſtra &, Haud procul munimentis vrbis emerſit & poſtea, Iamq; haud procul Memphi erat. Idẽ. 5. Haud procul mœnibus fluxerat, & 9. Haud ꝓcul amne per quem erat nauigaturus. Idem tñ præpoſitionem interim addit. Veluti 5. Qui haud ꝓcul ab vrbe tẽdebat, & 9. Haud ꝓcul à Perſide aberant. Sed & 10. Eſſe aud procul à continenti inſulã palmis frequentibus conſitam. Niſi quis mendũ forte ſubeſſe putet. Mox. [Quia Numidæ plerunque lacte & ferina veſcebãtur] Manuſcripta, ferina carne. Sed mihi prior lectio magis arridet. vt ſubaudias ſubſtantiuum. q̃o Virg. 1 Aen. Implentur veteris Bacchi, pinguisq; ferinę. Ita ferè dicimus, ſuilla, bubula, caprina. vt ſubaudiatur caro. Linacer tñ cum manuſcripto facit, vt & ex impreſſis quædam. Sed & ſupra Sal. Quis cibus erat caro ferina, inquit, de Getulis loquens. [Cibus illis aduerſus famem atque ſitim, non libidini neque luxuriæ erat] Codex Fabricianus, aduerſum famem & ſitim qũo & ille Pariſijs à Badio impreſſus. Vtrũque apud Ciceronem atque alios primæ notæ ſcriptores reperitur, aduerſus & aduerſum. At in exemplari Veneto, Argentoratenſi, alijs pleriſque, eſt additũ quiddam quod in ſuperioribus, ſi minus neceſſarium eſt, adeſt. ſi opus eſt, deeſt. Cibus potusq; illis aduerſus famẽ atque ſitim, videlicet vt cibus ad famem, ad ſitim potus referatur. Mihi vtra lectio verior, haud dũ ſatis liquet. Niſi ſi quis ideo probandã eſſe ducat lectionem vulgatam, quod & cibi pariter & potus vicem præbeat lac, quo illi ferè veſcebantur Qua de cauſa ijdẽ & γαλακτοφάγοι dicebantur quaſi dicas, lacte veſcẽtes. atque item γαλακτοπόται ſicuti lib. 7. teſtatur Colum. quo loco nationibus quibuſdã frumenti expertibus victum cõmodare lac docet. Paulò poſt. [Nam contra tantas difficultates cõſilio ſatis prouidere nõ poterat] Volumen Fabricianum, omiſſa illa particula Cõtra, nam difficultates tãtas &c. haud ſcio an perperã. Niſi quis Prouidere, pro eo quod eſt, præcauere tantas difficultates, poſitum velit. qũo Terent. in Andr. Quæ ſi nõ aſtu prouidentur. pro cauẽtur, vitantur. vt annotauit ibidẽ interpres. Mihi vulgata lectio bene hr̃e vr̃, ac poteſt incuria librarij τὸ Cõtra omiſſum eſſe. Nã in alijs manuſcriptis eſt. [Ad oppidũ Laris vbi ſtipendiũ & cõmeatum locauerat, ire iubet] Sic & manuſcripta. In quibuſdã eſt, ad oppidum Larim, ſed perperã. [Pecus exercitui p cẽturias, item per turmas ęqualiter diſtribuerat] Manuſcripta, p centurias, itẽ turmas omiſſa repetitione præpoſitionis Per. qũo & ex impreſſis habet codex Badianus, atq; alij quidam. [Oĩbus ſarcinis abiectis, aqua modo ſeq; & iumẽta oner.] Eſt in nõnullis, oĩbus abiectis ſarcinis. quæ collocatio verborũ melior.

OPPIDVM magnũ atque valens, nomine Capſa] Ptolemæus Capſæ meminit ad occaſũ Tritonidis paludis. Strab. lib. vlt. ait, Iugurthæ theſauros fuiſſe in eo oppido, cum hic noſter auctor in oppido. Suthul eos fuiſſe ſupra dixerit. Fieri aũt potuit vt in diuerſis locis, firmis ac munitis theſauros ſuos habuerit Iugurtha, vt de Thala quoque ſupra dicit, pleroſque eius theſauros ibidem fuiſſe. Sed mirum eſt. Cõmentatores noſtros, ne vnius quidem loci meminiſſe quem explicarent, vnde lux auctori maior accederet. Sat eſt ſi dicant, fuiſſe ciuitatem Numidiæ. Mox. [Nam pt̃er oppido loca propinqua] Temere hæc in Aldino codice mutara ſunt, nempe in hãc lectionem. Nam præter oppida propinqua. Neque enim veriſimile eſt oppida illi oppido ꝓpin- GLAR.

quæ fuiſſe, ſed loca quædam, vt villas, vicos &c. [Ad oppidum Laris] Lares Cuibeſiorũ oppidum ponit Ptolomæus aliquanto magis ad meridiem q̃ Vaccam (ipſe Vagã appellat) ac Iuliam Cyrthã. Cæterum enim paulò ante retulerit auctor, Marij cũ duobus regibus pugnã ante Cyrtham, interea vero aliquot oppida caſtellaq; capta, deniq; veniſſe in mentẽ ei, vt Capſam tentaret, quæ ſatis lõge à Cyrtha abeſt, atq; à Laribus, Cõmentatoribus venia dari põt, etiamſi ea ne verbo quidẽ attingunt, cum auctor ipſe tã negligens in re ſeria fuerit, ipſe, inq̃, Africæ Prouinciæ prætor, quã non abſque nominis ſui infamia ſpoliaſſe fertur. Vbi.n. Tanam flumen, quod hic ſubiungit, fuiſſe eaiſtimemus? Itinere à Cyrtha Capſam, flumina duo ſunt à Ptolomæo deſcripta, Rubricatus, & Bagrada, pterea palucum Siſaræ & Hipponitidos flumẽ. Fieri tñ poteſt & plura alia interfuiſſe ſed dubitet Lector mecũ. Nã vt Antea conqueſtus ſum, ex Africæ topographia nõ temere apud hunc auctorẽ & Liuium te explices. Cõtinuo poſt. [Cæterũ in itinere pecus exercitui p centurias] Præpoſitio Per, ante Centurias omitti non dẽt. Illud aũt quod ſtatim deinde ſequitur, Simul & inopiam frumenti leniſe. Qũo leniret, non ſatis clarum.

ASCEN ERAT inter ingentes ſolitudines] Progreditur ad narranda maiora & difficiliora facinora Marij mira fęlicitate trãſacta, & primo de expeditione quam in Capſam vrbem potentiſſimã & fere inexpugnabilem cõcepit dicens. [Oppidum magnũ atq; valens] .i. validum & forte Capſa nomine erat inter ingentes ſolitudines .i. maxima deſerta Numidiæ, vnde Marius ad ipm ignoratus veniet vt videbimus, cuius .ſ. oppidi cõditor memorabatur .ſ. fuiſſe Hercules Libys, ſic dictus ad d̃iam aliorum. nam multi fuerunt Hercules, ſed quæcunq; ab omnibus geſta ſunt, vni Herculi nepoti Iouis ex Alcmena Amphitrionis vxore filio aſcribi ſolent à Poetis. Sanè libs dr̃ ventus Africus contra Vulturnum flans. Libys aũt homo ex Libya, vnde ſunt qui hic accipiãt vt ſit gentile, Hercules Libys .i. Libycus, non ille Thebanus. [Ciues eius] .ſ. oppidi dicti, habebantur apud Iugurtham immunes ab onere, & ſup. imperio leni .i. clementi, & ob ea .i. ob eas res, fideliſſimi. videtur autem hic ob ea compoſite dictum, ſicut propterea, nam cum vnum tm̃ præmiſerit videtur dicendum ob id, exiſtentes muniti aduerſum hoſtes .ſ. Romanos non modo .i. non ſolum mœnibus & armis atque viris, verumetiam & magis multo aſperitate locorum. Nam præter loca propinqua oppido, alia .ſ. loca, oĩa ſup. ſunt vaſta .i. deſerta ſine domo aut habitatore, inculta, egentia aquæ, infeſta à ſerpentibus, quorum .ſ. ſerpentum, vis .i. violentus impetus, eſt ſup. acrior, inopia .i. per inopiam cibi, ſicuti omnium ferarum. Ad hoc .i. inſuper natura ſerpentum perniciosa .i. pernecans veneno, accenditur .ſ. ad iram, magis ſiti quã alia re. Maxima cupido potiund' eius .ſ. oppidi inuaſerat Marium, tum .i. ſimul, propter vſum .i. vtilitatem belli .ſ. gerendi à ſe, tum, hoc eſt ſimul, quia videbatur res aſpera .i. difficilis & ita ſperabat ex ea ingentem gloriam poſſe aſſequi. Et Metellus cœperat, ſup. cum magna gloria, Thalam oppidum ſitum & munitũ, haud .i. non diſſimiliter, niſi q apud Thalam non longe à mœnibus erant aliquot fontes. Et Capſenſes vtebantur modo, ideſt duntaxat vna aqua iugi .i. perpetua ſed ſtagnanti, atque ea ſupp. exiſtente intra oppidum, cæteri .i. qui in ſuburbijs, & agro erant, vtebantur pluuia .i. aqua pluuiali, quam in ciſternis conſeruant. [Id] .ſ. habere penuriam aquarum, tolerabatur facilius & ibi & in omni Africa quæ agebat .i. viuebat incultius quia procul à mari; ad mare enim habitantes per negociatores & reliquos aduenas ſolent cultiores ſumere mores, eo .i. iccirco quia Numidæ veſcebantur plerunque .i. vt plurimum aut pleriqne omnes lacte & carne ferina, & ita minus potabant. & neque quærebant ſalem, neque alia irritamenta gulæ, hoc eſt prouocatoria, vt dicunt appetitus, qualia ſunt condimenta varia, vt garum & allec & alia id genus quas ſalſas vocant. Sanè bene dixit maſculino genere ſalem. Nam non niſi apud vetuſtiſſimos aut recentiſſimos in neutro ponitur. vt apud Aphranium, quidquid loquimur ſalmentum eſt. Cibus & potus erat illis aduerſus .i. contra famem atque ſitim, & non erat libidine neque luxuriæ, vt Epicureis & multis etiam noſtratibus Chriſtianis, qui viuunt vt edant, nec edunt vt viuere poſſint. quod ne Socrati quidem placuit. [Igitur conſul] Docet qua ſubtilitate & artificio quaq; dexteritate Marius Capſam obſedit, & tandem cœpit, dicens; Igitur, quia conſtituit Capſam oppugnare, & difficultatem eius rei nõ ignorabat, conſul omnibus explutatis .i. per exploratores cognitis, credo fretus .i. confiſus & adiutus dijs. Nam non poterat prouidere ſatis conſilio .ſ. humano contra tantas difficultates, quippe .i. vtpote qui tentabatur etiam inopia .i. carentia frumenti, ideo ſupple quod .i. quia, Numidæ ſtudent magis pabulo pecoris .i. paſcuis habendis aut fœno colligendo, quam aruo .i. aratione agrorum. Et contulerant .i. ſimul prius deportauerãt in loca munita quodcunque ſumeo fuerat natum .i. ortum & hoc iuſſu .i. ex præcepto regis .ſ. Iugurthæ. Tamen .i. quanquam conſilio prouidere non poterat nihilominus, exornat .i. inſtruit rem ſatis prouidenter pro copia .i. facultate rei, attribuit omne pecus quod fuerat prædæ .i. ad prędam, diebus ſuperioribus .i. paulò ante actis, agendũ, id eſt impellendum, equitibus auxiliarijs .i. qui auxilio venerant, & iubet Aulum Manlium legatum ire cum cohortibus expeditis .i. leuis armaturæ, & ad iter accinctis ad oppidum Larim .ſ. nomine, vbi, hoc eſt in quo locauerat, ſtipendium .i. mercedem militum, & commeatum .i. victum eorundem, & dicit ſe venturum eodem, hoc eſt ad idem oppidum. (Eſt enim eodem hic aduerbium ad locum) prædabundum .i. auertentem frequentes prædas poſt paucos dies. Sic incœpto, hoc eſt intento & propoſito ſuo occultato pergit ad flumen Tanã aut vt alij legunt Tanaim. Cæterum, hoc eſt ſed inſuper, ipſe diſtribuerat exercitui per centurias, item per turmas æqualiter .i. ęquali portione (ſunt autem Centuriæ peditum, Turmæ equitum) in itinere, hoc eſt dum iter facerẽt, pecus .ſ. agendum vt dicit cõmentarius, ſed melius dices, comedendum. quin etiam addidit inuenti, quadraginta duum .ſ. capitum, vt ſingulis diebus, aut duo abſumpſerint turmæ & centurię, & curabat vtr .i. vt vtres, hoc eſt vaſa ex corijs .ſ. pecudum fierent non ergo agebantur, ſed mandebantur, ſimul .i. & pariter lenire .i. leniebat, inopiam .i. penuriam frumẽti, & parare, hoc eſt parabat omnibus ignaris, hoc eſt neſcientibus quid prætenderes, ea quæ forent vſui .i. vtilitati, mox .i. paulò poſt. Deniq; ſexto die uentum eſt ad flumen .ſ. Tanam, aut Tanaim, ſed Tanais in Scythia eſt, maxima vis .i. copia, vtrum .i. talium vaſorum ex corio pecuino, (vnde videtur vocatiuus eſſe hic vtris. Nam ab vtre neſcio quomodo fieret vtrium) eſt effecta. Ibi .i. ad flumen caſtris poſitis leui munimento iubet milites capere cibum atque iubet eſſe paratos, vti, hoc eſt vt egrederentur .ſ. caſtris ſimul cum occaſu ſolis, & iubet milites onerare ſe & iumenta, modo .i. ſolummodo aqua, abiectis omnibus sarcinis .ſ. militaribus, ex his quæ vſui alioqui erant in expeditione militari, ſed abiecta in caſtris ſeruabantur. [Deinde] Proſequitur cœptam hiſtoriam docens quomodo ad oppidum Capſam peruenit improuiſus & ſtatim cœperit, vnde dicit; Deinde poſtquam tempus eſt viſum .ſ. opportunum, ipſe egreditur caſtris, & itinere facto totam noctẽ, conſedit .i. quietem cum exercitu cœpit, à conſido. Idem .i. eãdem rem facit proxima .ſ. nocte .i. eam totam eundo abſumit, & inter diu quieſcit. [Deinde peruenit tertia] .ſ. nocte multo ante aduentum lucis .i. claritatis diurnæ in locum tumuloſum .i. habentem multos tumulos, hoc eſt colliculos, longe .i. diſtantem à Capſa .ſ. oppido interuallo, hoc eſt diſtantia, duum milium .ſ. paſſuum (quod interuallum à Gallis leuca ſeu leuga dicitur) non amplius .i. non maiore quam duum milium, (vbi eleganter ſyncopatur duum quia numerali iungitur, quod tamen non faciunt neutra quæ ſingularem habent. [Et opperitur] .i. expectat, ibi diẽ cum omnibus copijs, quam .i. quantum poteſt occultiſſime. Sed vbi dies cœpit .ſ. oriri aut clareſcere & Numidæ .ſ. Capſenſes nihil hoſtile metuentes, egreſſi ſup. ſunt oppido multi .i. magno numero, iubet .ſ. Marius, omnem equitatum, hoc eſt omnes equites, & cum his .ſ. equitibus pedites uelociſſimos tendere curſu, hoc eſt currendo ad Capſam .ſ. oppidum, (ubi proprio præpoſitionem dat) & obſidere portas .ſ. eius. Deinde ipſe ſequi .i. ſequebatur, properere .i. feſtinanter, intentius .ſ. quàm alij, aut quã prius, aut valde intente, aut legatur intentus ut ſit exiſtens intẽtus, neque ſinere .i. & non ſinebant milites prædari, hoc eſt prędas auertere. Quæ .ſ. incœpta Marij, poſtquam oppidani cognouere, res ſup. erant trepidæ .i. prę timore feſtinę & trepidantes, metus erat ingens, quia malum ſup. erat improuiſum, grauius autem lędunt improuiſa, hoc eſt non præuiſa prouidentia, quadam. Ad hoc .i. inſuper, pars ciuium .i. Capſenſium, deprehenſa in poteſtate hoſtium, hoc eſt Marij & eius militum, coegere, (Locutio congrua in re non in uoce pars deprehenſa coegere,) hoc eſt ciues partim deprehenſi, coegere reliquos, uti .i. ut facerent deditionem, hoc eſt ut ſe & oppidum dederent .i. traderent fidei & poteſtati ipſius Marij uerentes ſe alitet ad ſupplicium expoſcendos, ſi forte Marius male pugnaſſet. Cæterum .i. ſed quamuis deditio facta fuerit oppidum ſupp. eſt incenſum, & Numidæ puberes, & ita belli gerendi potentes, interfecti ſunt, alij omnes .i. imbelles & inermes ſunt uenundati .ſ. ſub corona, præda eſt diuiſa .ſ. ab imperatore aut eius militibus. Id facinus eſt admiſſum contra ius belli, quod uult & pręcipit ut ſeſe dedentes & fidei commendantes incolumes ſeruẽtur, ablatis duntaxat armis & reliquis belli adminiculis,

[.]iniculis. Verum vbi oppugnatio fiebat & proxima erat expugnatio non cogebantur vt dedititios accipere ſi tamen ſuſcepeſſant videbantur contra ius belli facere. Id autem factum eſt hic, & ita contra ius belli non auaritia neque ſcelere.i. perfidia aut crudelitate conſulis.ſ. Marij, ſed quia locus in quo Capſa ſita erat, aut locus vrbis, erat opportunus, hoc eſt commodus Iugurthæ, & difficilis aditu, hoc eſt vt adeatur nobis.i. à Romanis, & genus hominum ſ. Numidarum mobile & infidum, ante, neque beneficio, neque metu coercitum, hoc eſt cohibitum ab iniurijs, aut vi Romanis inferenda.

POSTQVAM tantam rem peregit Marius, ſine vllo ſuorum incommodo, magnus, & clarus antea, maior atque clarior haberi cœpit. omnia non bene cōſulta in virtutem trahebantur. Modeſto imperio habiti. ſimul & locupletes, ad cęlum ferre: Numidæ magis quàm vllum mortalem timere. Poſtremo omnes ſocij, atq; hoſtes credere, illi aut mentem diuinam eſſe, aut Deorum nutu cuncta portendi. Sed conſul, vbi ea res bene euenit, ad alia oppida pergit, pauca repugnantibus Numidis capit, plura deſerta propter Capſenſium miſerias igni corrumpit, luctu atque cęde omnia complentur. Denique multis locis potitus, ac pleriſque exercitu incruento, aliam rem aggreditur, non eadem aſperitate, qua Capſenſium, cæterum haud ſecus difficilem. Nanque haud longe à flumine Mulucha, quod Iugurthæ, Bocchique regnum diuidebat, erat inter cæteram planitiem mons ſaxeus, mediocri caſtello ſatis patens, in immenſum editus, vno perangusto aditu relicto. Nam omnis natura, velut opere, atque conſulto præceps, quem locum Marius, quòd ibi regis theſauri erant, ſumma vi capere intendit, ſed ea res forte, qua conſilio melius geſta. Nam caſtello virorum, atque armorum ſatis magna vis erat & frumenti, & fons aquæ, aggeribus, turribuſque, & alijs machinationibus locus importunus: iter caſtellanorum anguſtum admodum, vtrinque præciſum: vineæ cum ingenti periculo fruſtra agebantur. Nam cum hæ paulo proceſſerant, igni aut lapidibus corrumpebantur. Milites neque pro opere conſiſtere propter iniquitatem loci, neque inter vineas ſine periculo adminiſtrare, optimus quiſque cadere, aut ſauciari: cæteris metus augeri.

SOLD. OMNIA non bene conſulta in virtute trahebantur) Vide quantam auctoritatem Marius apud omnes habebat. Si hoſtes non bene conſulebant & non bene prouidebant, atque ob eam cauſam vincerentur à Mario, omnes dicebant hoc euenisse propter virtutem Marij, non quia hoſtes male prouidiſſent. Et ita, cum hoſtes vincerentur propter ſua mala conſilia, dicebantur eſſe victi propter virtutem Marij. [Milites] Dicit Marium omnibus gratum fuiſſe. [Modeſto imperio habiti] Marius erga milites humanus erat, non inſolens aut crudelis. [Habiti] Recti. [Ad cœlum ferre].i. ad cœlum Marium laudibus extollebant. [Numidæ] Ac ſi diceret. Romani Marium imperatorem ſuum amabant, hoſtes autem eum pluſquam hominem timebant, ac ſi diceret, hoſtes Marium tāquam deum timebant. [Portendi].i. denunciari, monſtrari, credebant, inquit, Marium, aut eſſe deum, aut ipſum regi & gubernari conſilio diuino, vt quidquid faceret, dijs auctoribus faceret. [Pauca repugnantibus Numidis capit] Et pauca oppida capit, in quibus ipſi Numidæ repugnarent, & reſiſterent. [Et] Vide quid dicat. Marius, extincta prorſus, & deleta Capſa, pergit ad oppugnandas, & capiendas alias vrbes, in quibus paucæ vrbes fuerunt, quæ Mario repugnare, & reſiſtere auderent, ſed plures vrbes dediderunt ſe Mario repugnare non audentes, ne paterentur miſerias, quas Capſenſes perpeſſi fuerant, quas vrbes tamē Marius igni corrumpebat. [Plura] Propter Capſenſium miſeriam igni corrumpit. Ac ſi diceret, Marius plures ciuitates capit, & eas incendit, propter hanc opportunitatem, quia oppidani nō audebant repugnare, ſed tradebant ſe Mario, timentes ne ſi repugnarent, paterentur miſerias, quas Capſenſes perpeſſi fuerant. [Multis locis potitus].i. cum multa loca cepiſſet. [Ac pleriſque].ſ. locis potitus. [Exercitu incruento] Ex multis vrbibus, quas cepit, maiorem partem earū cepit ſine detrimento, & ſine cruore exercitus ſui, quia vrbes ſine mora, & ſine oppugnatione tradebant ſe Mario & ideo pauci de exercitu Marij occiſi ſunt. [Qua Capſenſiū].ſ. rem aggreſſus fuerat. [Mons ſaxeus mediocri caſtello ſatis patens].i. latus, & latitudo montis erat ſatis magna, ſed altitudo erat immēſa. [Editus].i. altus. [Vno].i. ſolo. Nam ipſe dicit, qua de cauſa per vnam viam tantūmodo iri poterat ad caſtellum, quia naturaliter mōs ab omni parte erat præceps quaſi de induſtria opere humano eſſet cæſus, vt ſcandi non poſſet. Locus dicitur præceps, quem quis ſcandere non poteſt, quin præcipitetur, ſicuti turris. Ergo præceps dicitur homo, qui ruit cadens, & præceps dicitur locus, de quo ruitur. ſicuti & lubricus dicitur homo, qui labitur, & lubricus dicitur locus, de quo quis labitur, vt glacies. [Veluti opere].i. tanquam opere humano. [Atque conſulto].i. de induſtria [Præceps].ſ. erat mons ille. [Sed ea res forte, quàm conſilio melius geſta] Quia hunc locum Marius cepit non induſtria ſua, ſed caſu & fortuito, ſicuti infra declaratur. [Forte].i. caſu, & eſt caſus ablatiui. [Nam virorum] Dicit, quare caſtellum conſilio capi nō poterat viribus, quia & natura loci & opere, & viris, & armis, & cōmeatu munitiſſimum erat. [Iter caſtellanorum].i. via, qua homines, qui habitabant in caſtello ibant in ipſum caſtellum. [Vineæ, vtrinque præciſæ cum ingenti periculo fruſtra agebantur] Via adeo erat anguſta, vt vineas nō caperet, itaque neceſſe erat, vt vineæ ab vtraque parte præciderentur, vt ad caſtellum agi, & appelli poſſent. Nam cum vna tantūmodo via eſſet, & ea admodū anguſta & periculoſa, neceſſe erat, vt & milites ante ſe vineas agerent, & ſub ipſis tecti ſuccederēt caſtellum. Diximus ſupra vineā eſſe machinam bellicam, ſub qua milites tecti pugnāt. [Agebantur] Pellebantur ante. [Milites neq; pro opere conſiſtere].i. milites neq; ante opus.i. ante vineas cōſiſtebant, neq; pro opere .i. ante opus, ante machinā, videlicet ante vineas. Opus apud hiſtoricos ſignificat & munitionē, & machinā bellicam. [Propter iniquitatem loci] Quia vna tm̄ via erat, & ea admodum anguſta & ideo ſi milites ante vineas ſteti[ſſ]ent, omnes interfecti fuiſſent. [Neque inter vineas ſine periculo] Quia vineæ igni, aut lapidibus corrūpebantur. [Adminiſtrare] Pro adminiſtrabat.i. pugnabant. [Caderetur aut ſauciari] Aut occidebat, aut vulnerabatur.

INCOMMODO] Sine iactura militum. [Haberi] Diuulgari. [Incruento] Non ſauciato. [Saxeus] Totus ex ſaxo conſtans. [In immenſum] In amplam planciē. [Editus] Alijs quaſi in lucem datus. [Per omnia] Per omnes partes. [Præceps] Erectus in præcipitium. [Intendit] Conatur. [Ea res] Expugnatio huius caſtelli. [Machinationibus] Propugnaculis bellicis. [Importunus] Ad accedendum difficilis. Præceſſerant applicuerant ad arcem. [Adminiſtrare].ſ. opus bellicum.

OMNIA non bene conſulta, in virtutem trahebantur] Sic & Aldinum pariter ac manuſcriptum. In Veneto aūt, cuius aliquoties memini, atq; item alijs quibuſdam addita nōnulla ſunt minimum hæc rerum & caſu data. Ego quamuis priorem lectionem probo, tm̄ quid hic ſuſpicer, paucis dicam. Fortaſſe legendū Omnia non bene conſulta modo verum etiam caſu data, in virtutem, trahebantur. vt ſit ſenſus, Non ſolum quæ erant ſapiēter prouiſa, ſed & ea quæ caſu aliquo ac felicitate quadā acciderant virtutis eſſe exiſtimantur, hoc eſt nō temere neq; caſu facta, aut forte fortuna, ſed virtute conſilioq. potius geſta eſſe credebātur quæcunque bene euenerant. Sic & Q. Curtius de Alex. lib. 3. Iam primum, inquit, nihil niſi diuina ope aggredi videbatur, nam cū eſſet præſto vbique fortuna, temeritas in gloriam ceſſerat. [Nāque haud lōge à flumine Mulucha] Manuſcriptū, Mulucha erre[t]e ne an ſecus, haud dū equidem ſcio. Niſi ſi quis putet ſic dictū vt Virg. vrbem Patauii dixit Æn. 1. & fontē Timaui, ibid. & 7. ni fallor, flumē Hymellæ. aut Cic. in oppido Antiochię. ſi modo ſic idē ſcriptum reliquit. Mox. [Quod Iugurthæ Bocchiq. regnum diuidebat] Manuſcripta & alia pleraq; diſiungebat. pro regni fines diſcernebat, diſterminabat. Nam hic amnis ingentium olim regnorū terminus Bocchi Iugurthæq. fuit, vt Pōponius inquit. [Nam omnis natura velut opera atq; conſulto præceps] In manuſcriptis eſt, opere. ſed eodē ſenſu. In quibuſdam ſed impreſſis præceps erat. quod nō ſanè diſplicet. Illud non probo quod in antiquioribus eſt, Nam per omnia natura, &c. Id ex gloſſa addita irrepſiſſe in contextum videtur. Codex Badianus ad hūc modum, Nam omnia natura velut opera atque conſulto præceps habebat. Mihi legēdū vt Omnis, ita vti ferè in recētioribus eſt. MARL.

Hoc aũt dicit Sal. totum montem fuiſſe natura præcipitem, ac ſi humana induſtria ſic, & opere manuq́. factus eſſet. Forſan aliqs illud Omnis explicare uolens, in ſpatio quod rurſus dimiſit ſupra ſcripſerat, per omnia. cum intelligi uellet, ea omni parte ut Cæſar loquitur. Id poſtea in contextum irrepſit. Iulius Front. 3. Stratagematum. totum hunc locum, ſed alijs interdum uerbis repetit. [Nam ... hæ pauló proceſſerant] In nonnullis eſt, paululum quomodo Cicero, aliquantulum procedere dixit. Sed prior lectio eſt in manuſcripto quoque. Mon. [Milites neque inter uineas ſine periculo adminiſtrare &c] Manuſcripta cõſentientibus alijs, Milites neq; pro opere conſiſtere propter iniquitatem loci, neq; inter uineas ſine periculo adminiſtrare, Optumus quiſque aut cadere aut ſauciari, Sic ferè & Venetum exemplar. Itaque uides quàm multa deſint in recentioribus. .

Glar. O M N I A non bene conſultà in uirtutem trahebantur) His uerbis quidam codices hæc addunt uerba, Verumetiam caſu data in uirtutem trahebantur, Sed ſiue ea legamus, ſiue omittamus, intelligẽda uidetur coniunctio Etiam, ut ſit ſenſus, omnia etiam non bene conſulta. Soldus ad hoſteis retulit. Si hoſtes, inquit, non bene conſulebant, & Marius ita uinceret, laudabatur à pleriſque. Badius addit Solum, Omnia non ſolum bene conſulta, uerumetiam caſu data, in uirtutem trahebantur. Ita copioſa eſt ignorantia noſtra, quoties hęremus, quemadmodũ non ita multo poſt, quod ſequitur, aut Deorum nutu cuncta potiendi, ubi Badius exponit Significari & addiei. ſ. illi. Soldus, dijs auctoribus fieri, quod magis placet. [Nanque haud lõge à flumine Mulucha] Vide ut ſaltũm faciat auctor, à Capſa ad Mulucham, quæ tam longe diſtant inuicem loca, niſi excuſemus, quod ait, multis locis potitus. [Neque inter uineas ſine periculo adminiſtrare] Etiam atque etiam conſiderandum, num Intra uideas, legendum potius, quanquam ego nihil aſſeuero. Item non ita longe poſt, ubi de Ligure. Haud procul, inquit, ab latere caſtelli, quod aduerſum prœliantibus erat. Ego, reclamantibus omnibus exẽ- c plaribus, legẽdum puto, Auerſum, non, Aduerſum. Aduerſa enim pars anterior erat, uti prœlium fiebat. Auerſa autem poſterior, ubi ſolitudo ac ſecuritas. Lector ipſe huius totius loci uerba ſequentia ſecum perpendat, & uidebit nos nõ temere id aſſeruiſſe.

Aſcen. P O S T Q V A M tantam rem peregit) Cõmemorat quanti ſit habitus Marius poſt Capſenſium captionem, & interceptionem, & quid deinceps egerit, dicens, Marius poſtq̃ peregit tantã rem. i. cœpit oppidum ferè inexpugnabile, ſine ullo incommodo ſuorũ, quia per deditionẽ ipſe habitus. i. æſtimatus & reputatus antea magnus & clarus cœpit hẽri. i. reputari maior & clarior Omnia non ſolum idest non tñ bene conſultata. i. maturo conſilio in cœpta, uerum & data. i. conceſſa perficere, caſu. i. à caſu trahebãtur. i. conuertabantur & interpretabantur illi ad uirtutẽ Milites habiti. i. tractati, imperio modeſto. i. moderato & nõ ſuperbo nec rigido, non tñ remiſſo penitus, & ſimul. i. nihilominus aut pariter locupletes. i. affecti ferre. i. ferebant & extollebant Mariũ ad cœlum ſubaudi uſque. i. q̃ altiſſime poterant. Numidæ timere. i. timebãt Marium magis quã ullũ mortalem. i. purum hominem. Poſtremo. i. tãdem diſperſa eius fama, oẽs ſocij atque hoſtes credere. i. credebant mentem diuinã eſſe illi. ſ. Mario, aut cuncta portendi. i. ſignificari futura & addiei illi nutu. i. per nutum & uoluntatem deorũ. Sed conſul. ſ. Marius, ubi. i. poſtquã ea res eueniit bene pergit ad alia oppida. ſ. Numidiæ, & capit pauca Numidis repugnãtibus. i. in quibus offenderit repugnãtes Numidas, ſed corrumpit plura. ſ. oppida, igni. i. incendio quia uacua inuenerat, & ita ea non cœpit ſed ingreſſus eſt, & quia habitatoribus carebant igni corrupit ea, carebant aũt propter miſerias Capſenſium. i. quia cognitis miſerijs & calamitatibus Capſenſium pauci in oppidis manſerant, ſed ea ferè deſeruerant uerentes etiam facta deditione poſſe interimi, & ſic omnia cõplentur luctu, & cæde. i. ſtrage. Denique ipſe potitur multis locis ac pleriſque. i. plurimis ex illis, exercitu incruēto. i. ſine uulnere exercitus, cum nullus reſiſteret, aggreditur aliam rem. ſ. arduã non eadem aſperitate, qua ſup. fuerat, Capſenſium ſup. res. Cęterũ, hoc eſt ſed haud ſecus. i. nõ aliter aut non minus difficilem. Nanque mons ſaxeus. i. ex ſolido ſaxo conſtans ſatis patens. i. perſpicuus & apparens, caſtello. i. oppidulo mediocri. i. mediocris quãtitatis, in eo poſito, editus. i. ſurſum aut in altum datus, in immenſum, erat haud. i. non longe à flumine Mulucha. ſ. nomine, quod. ſ. flumen, diſiũgebat, hoc eſt dirimebat regnum Iugurthæ & Bocchi erat dico in immenſum editus, vno aditu perangusto. hoc eſt ualde arcto relicto, ſ. ad acceſſum. Nam ſup. mõs ille erat præceps. i. præcipitium hñs, & præcipitãs accedere uolẽtes, per oĩa. ſ. loca aut omnis partes ſuas natura. i. per naturalẽ ſitum, uelut opere. ſ. humano atq; cõſulto. i. perinde ac ſi per opus humanum, aut induſtriam ſic cõſtitutus eſſet. Quę locum Marius intẽdit capere ſumma ui, q̃. i. quia, theſauri regis ſ. Iugurthæ erant ibi. [Sed ea res eſt geſta melius forte]. i. fortuito euentu, q̃ conſilio. quia locus inexpugnabilis cenſeri debuit. Et ita ut uerus hyſtoricus nõ laudat nimis in Mario quod fortunæ ſeu fœlicitatis potius quã uirtutis erat. Nã ſi cõſulto agere uoluiſſet, eum locum in tanta difficultate nõ tentaſſet. [Nam in eo caſtello] Docet quõ non conſilio res geſta ſit q̃ caſtellum inexpugnabile uideri debuerat dicẽs. [Nam ſatis magna uis]. i. copia uirorũ atque armorũ & frumenti & fons aquę. ſ. iugis, erãt ſup. in caſtello. & locus ſup. erat importunus, i. inacceſſibilis quaſi nullum portum hñs, aggeribus. i. ad aggeres bellicos faciẽdos ut ante Thalã fecerat Metellus, & turribus. ſ. ſuper ædificandis, & alijs machinationibus, ut uineis, arietibus. [Iter caſtellanorũ]. i. per quod ibant caſtellani. i. habitatores in caſtello erat ſup. admodũ. i. ualde anguſtum, uineæ. ſ. bellicę, hoc eſt macchinæ illę, præciſę. i. prius acciſæ & arctiores factæ, utrinque. i. ab utroque latere, agebantur i. impellebantur ſurſum cum ingenti periculo. ſ. agẽtium eas, & tamen fruſtra. i. in uanum agitabantur Nam eum hæ. ſ. uineæ proceſſerant paululum ipſæ corrumpebantur. i. deſuper, aut igni. ſ. deiecto, aut lapidibus. Et ita milites neque conſiſtere ſup. poterant, aut neque cõſiſtebant, pro opere. ſ. protegendo, aut potius pro opere. i. ante opus (alij legunt prope) propter iniquitatem. i. difficultatem loci, neque adminiſtrare. i. adminiſtrabant inter uineas ſine periculo, quia periculum erat ex eo quod uineæ igni aut lapidibus corrumpebantur. Optimus quiſque cadere, id eſt cadebat, aut ſauciari. i. ſauciabatur, metus augeri. i. augebatur cæteris minus ſtrenuis & rem ſpectantibus.

AT Marius multis diebus, & laboribus conſumptis, anxius trahere cum animo ſuo, omitteret ne inceptum, qm̃ fruſtra erat, an fortunam opperiretur, qua ſæpe proſpere vſus erat, Quę cum multos dies noctesq; æſtuans agitaret, forte quidam Ligus ex cohortibus auxiliariis, miles gregarius, caſtris aquatum egreſſus, haud procul ab latere caſtelli, quod aduerſum prę liantibus erat, animaduertit inter ſaxa repẽte cochleas, quarum cum vnam, atque alteram deinde plures peteret ſtudio legendi, paulatim prope ad ſummum montis egreſſus eſt. vbi poſtquam ſolitudinem intellexit, more ingenii humani cupidus difficilia faciendi, animaduertit. Et forte in eo loco grandis ilex coaluerat inter ſaxa paululum modo prona, deinde inflexa, atque aucta in altitudinem, quo cũcta gignentiũ natura fert, cuius ramis modo, modo eminentibus ſaxis nixus Ligus, caſtelli planitiem perſcribit, quòd cuncti Numidę intenti prœliantibus aderãt. Exploratis omnibus, quæ mox vſui fore ducebat, eodem regreditur, nõ temere, vti aſcenderat, ſed tentans omnia, & circunſpiciens. Itaque Marium propere adiit, acta edocet, hortatur ab ea parte, qua ipſe aſcenderat, caſtellum tentet, pollicetur ſeſe ducem itineris, periculique nihil eſſe docet, Marius cum Ligure promiſſa eius cognitum ex præſentibus miſit, quorũ alii vti cuiuſque ingenium erat, ita rem difficilem aut facilem renunciauere. Conſulis tamen animus paululum arrectus. Itaque ex copia tubicinum, & cornicinum, numero quinque, quàm velociſſimos delegit, & cũ his, præſidio qui forent quatuor cẽturiones, oẽsq; Liguri parere iubet, & ei negocio proximum, diem conſtituit. Sed vbi ex præcepto tempus viſum, paratis, & compoſitis omnibus, ad locũ pergit. Cæterum illi, qui centuriis præerant, prædocti ab duce arma ornatũmq; mutauerant, capite, atque pedibus nudis, vti profectus, niſuſq; per ſaxa facilius foret. Super terga gladii, & ſcuta verũ ea Numidica ex coriis, ponderis gratia ſimul & offenſa, quo leuius ſtreperẽt. Igitur prægrediens Ligus ſaxa, & ſi quæ uetuſtate radices eminebant, laqueis vinciebat, quibus alleuati milites facilius aſcenderent, interdum timidos inſolentia

itineris

itineris leuare manu, vbi paulò aſperior aſcenſus erat, ſingulos præ ſe inermes mittere. Deinde ipſe cum illorum armis ſequi, quæ dubia niſui videbantur, potiſſimum tentare: ac ſæpius eadem aſcendens, deſcendensque, deinde ſtatim digrediens, cæteris audaciam addere. Igitur diu, multumque fatigati, tandem in caſtellum perueniunt, deſertum ab ea parte, quòd omnes ſicuti alijs diebus aduerſum hoſtes aderant. Marius vbi ex nuncijs cognouit, quæ Ligus egerat, quanquam toto die intentos prœlio Numidas habuerat, tum vero cohortatus milites. & ipſe extra vineas egreſſus, teſtudine acta ſuccedere, & ſimul hoſtem tormentis, ſagittarijſque, & funditoribus eminus terrere.

Suld. TRAHARA cum aīo ſuo].i.cogitabat, an relinqueret oppugnationem inceptā huius caſtelli. [Qm̄ fruſtra erat].i. illud inceptum, videlicet ipſum caſtellū capere poſſe [An fortunā opperiretur].i.expectaret. [Quæ cum multos dies] Ordo eſt. Forte quidam Ligur miles gregarius ex cohortibus auxiliarijs, egreſſus caſtris aquatum, animaduertit cochleas repētes inter ſaxa, haud procul à latere caſtelli, quod erat aduerſum prœliantibus, cum procq̄ Marius æſtuans agitare, quæ.i.illa multos dies & noctes. Marius cum deſperare cępiſſet poſſe capere caſtellum hoc conſilio, ecce fortuna ei victoriam obtulit, quam non ſperabat. Nam cum quidam miles gregarius de Liguria prouincia eſſet egreſſus ex caſtris ad aquam hauriendam forte vidit cochleas repentes inter ſaxa montis. Ac primo vnam, deinde alterā. poſt multas colligere cœpit, atq; ita colligendo peruenit ad ſummitatem montis vſque ad muros caſtelli non ab ea parte, vbi pugnabatur, ſed à contraria parte caſtelli, vbi ſolitudo hoīum erat. Nam omnes caſtellani occupati erant in pugna ab altera parte caſtelli, in eo loco arbor ilex erat altiſſima, ſuper quam Ligur miles aſcendens in ſummitatē murorum euaſit totamq; planiciē caſtelli conſiderauit. Reuerſus ad Marium narrat quid fecerit, docet caſtellū ab ea parte capi poſſe. Marius delectos milites, & cū his quatuor Centuriones Ligurem ſequi, & ei parere iubet. Sequenti die dum caſtellani oēs prœlio intenti, & occupati ſunt à fronte contra Romanos. Ligur cum militibus, & centurionibus ſibi datis in caſtellum à tergo peruenit. Atq; ita caſtellum capitur. [Quæ cum agitaret].i.cum Marius cogitaret, an deſereret oppugnationem, an non. [Æſtuans].i.anxius, ſolicitus. [Quidam Ligur].i.quidā de prouincia Liguriæ. Liguria eſt prouincia in qua ſunt Mediolanenſes, Vercellenſes, Alexandrini, & tractus illius oræ citra montes. [Ex cohortibus auxiliarijs] Hic oſtēditur, quæ ſint cohortes auxiliariæ. Nā cum hic eſſet non Romanus, ſed Ligur erat inter cohortes nō legionarias, ſed auxiliarias, cohortes enim auxiliariæ ſunt, quę ab ſocijs populi Romani mittuntur in auxilium. [Repentes] Non incedentes, ſed repentes. Repere proprie eſt animalium, quæ per terram toto corpore trahuntur. [Cochleas].i.conculas. [Vbi] Ordo eſt. Cupido faciundi difficilia vertit aīum more ingenij humani poſtq̄ intellexit ſolitudinē, vbi.i. in eo loco, poſtq̄ Ligur in eo loco ſolitudinem hoīum eſſe vidit, mutauit aīum ſuum, vt qui cochleas colligere inceperat, tētaret, ſi forte caſtellum capere poſſet. Vbi poſtquā ſolitudinem intellexit].i.poſtq̄ vidit in eo loco nullos homines eſſe, poſtq̄ vidit caſtellum ab ea parte hoībus deſtitutum. [More ingenij humani] .i.ſicuti ſolet facere ingenium humanum. Solent.n. hoīes naturaliter ſemper difficiliora tentare. [Cupido difficilia faciundi animum vertit].i. cupiditas faciendi rem difficilem mutauit aīum eius. Ligur primo rem facilē faciebat, quia cochleas colligebat, ſed cupido faciendi difficilia mutauit aīum eius quia poſtea cœpit cogitare, quō caſtellum caperet. [Vertit].i.mutauit. Virg. 1. Æn. Quæ te genitor ſnīa vertit. [Paululum modo prona].i.tantummodo paululum pendens, ilex ex monte naſcens paululum pendebat, deinde reflexa tollebatur in altum vſq; ad ſummitatē murorum caſtelli. [Quo].i.in q̄ altitudinē. [Quo cuncta gignentium natura fert] Nam oīa quæ naſcuntur ex terra in altitudinē creſcunt, ſiue arbores, ſiue herbæ ſint, ſiue quid aliud. Ordo eſt. Quo natura gignentium fert cuncta, natura, quæ gignit, oīa fert in altum. [Cuius ramis] Ordo eſt. Ligur nixus ramis cuius.i.illius arboris, modo.i.aliqñ nixus eminentibus ſaxis, perſcribit planiciem caſtelli, Ligur innitens aliqñ ramis arboris, aliqñ innitens ſaxis eminentibus aſcēdit in ſummitatē murorum, atq; ita totā planitiem caſtelli oculis perluſtrans notauit. [Perſcribit].i.intento animo, ac ſenſibus notat. [Exploratis omnibus] Cum Ligur oīa diligenter conſideraſſet, reuerſus eſt per eundem locum, per quem aſcenderat. [Marium adijt].i.accedit ad Marium. [Acta docet] Exponit quid fecerit. [Marius cum Ligure] Marius cum audiuiſſet id, quod Ligur dicebat, cum eo quoſdam miſit, qui viderent nunquid fieri poſſet id, quod Ligur promittebat, qui cum iuiſſent, & reuerſi eſſent, nunciauerunt diuerſa. Nam alij dicebāt eſſe rem facilem, vt ab ea parte caſtellum caperetur, alij dicebant rem eſſe difficilem, prout ingenium cuiuſq; erat. [Eius promiſſa cognitum].i.ad cognoſcendum, nunquid fieri poſſet id, qd promittebat. [Miſit].ſ.quoſdam [Quorum] Ordo eſt. Illi nunciāt .p. nunciabant illam rem difficilem, aut facilem, vti pro ſicut erat ingenium cuiuſq;. [Quorum].i.illorum. [Conſulis aīus] Marius inquit paululum ſperare cępit. [Itaq; ex copia tubicinum, & cornicinum] In diuiſione claſſium, & cēturiarum ſupra diximus accenſos, tubicines, & cornicines, in quinta claſſe, in tres centurias fuiſſe diſtributos, tubicines, q tuba, cornicines, qui cornu canūt. Tubicines igitur & cornicines, quia ex claſſibus ſcribebātur cum honore in ordines redigebantur, igitur ex his Marius 5. velociſſimos delegit, & cum his quatuor centuriones, & hos oēs Ligurem ſequi, & ei parere iuſſit. [Quatuor Centuriones] Centurio dicebatur, qui præerat viii centuriæ. Centuria centum hoīes continebat. [Et ei negocio proximum diem conſtituit] Marius decreuit, vt ſequenti die Ligur cēturionibus, & alijs quinque militibus tētatum pergat, ſi poſſent capere caſtellum. [Ex præcepto] Secundum præceptum Marij. [Cæterum] Dicit Ligurem ducem itineris monuiſſe centuriones, ut arma mutarent, & caput ac pedes nudarent. ut & melius viderent, detecto capite, & facilius niterentur per ſaxa aſcendentes pedibus nudis. [Ab duce].i.à Ligure duce itineris. [Arma] Ornatumq; mutauerant. Nam ſcuta Numidica ex corijs facta acceperant, vt cū leuioribus armis leuius aſcenderent, & leuius ſtreperent. [Vti proſpectus].i.viſus, quantum ad caput nudum [Nixus].i.aſcenſus, quārum ad pedes. [Super terga gladij & ſcuta].ſ.erant, ne aſcenſum impedirent. [Ea] .ſ.ſcuta. [Numidica].ſ.erant. [Gratia ponderis] Nam ſcuta Romana ex ferro grauiora ſunt. [Quo].i.vt Igitur pgrediēs Ligur. Dicit quō Romani aſcenderint ad caſtellum duce Ligure. Ligur anteibat, & laqueos, ac funes, aut ſaxis, aut radicibus arborum alligabat, quibus ſuſpenſi, & alleuati milites facilius aſcendebant, ipſe Ligur timidiores milites manu alleuabat. [Igitur] Ordo eſt. [Igitur Ligur prægrediens] Vinciebat laqueis ſaxa & radices, ſi quæ hoc eſt aliquæ radices eminebant. [Vetuſtate].i.pp vetuſtatem. [Inſolentia].i.deſuetudine. [Inſolētia, etiā itineris timidos leuare manu] Ligur manu ſua leuabat alios milites timidos pp deſuetudinem itineris. [Mittere præ ſe] Ante ſe milites inermes mittebat, & ipſe poſtea ſequebatur cū armis eorum. Quę dubia nixu videbantur potiſſimum tentare. Si aliquo loco aſcenſus periculoſus eſſe videbatur, ipſe Ligur præibat, aſcendebatq; & deſcēdebat, & ita alijs audaciā præbebat. [Nixu].i.aſcenſu. [Eadē] Per eandē viā. [Marius vbi ex nuncijs] Poſtq̄ Marius cognouit ex nuncijs, quemadmodum Ligur cum cæteris in caſtellū aſcendiſſet, vt caſtellanos prœlio magis occupatos teneret milites cohortatus pugnam magis accendit, & ipſe extra vineas egreſſus, acta teſtudine mœnibus ſuccedebat pugnando, contra caſtellani extra muros egreſſi, .p. ſalute acriter dimicabāt. Dum ita à fronte à Romanis, & ab his, qui caſtellum tutabantur, pugnatur, repente à tergo ſigna canere cęperunt. Atq; ita à fronte, & à tergo turbatis hoſtibus caſtellum capitur. Ordo eſt. Vero, pro ſed, tum Marius cohortatus milites, & ipſe egreſſus extra vineas ſuccedere, pro ſuccedebat, acta teſtudine, & ſimul terrere pro terrebat eminus hoſtem tormentis, & ſagittarijs, & funditoribus, ubi pro poſtq̄ cognouit ex nuncijs ea, q̄ Ligur egerat, q̄q̄ habuerat Numidas intentos prœlio toto die. [Extra vineas egreſſus] Vt alios magis ad pugnā accēderet, extra vineas egreſſus eſt, vt oēs æquato periculo non ſub vineis tecti, ſed facta teſtudine mœnibus pugnando ſuccederent. [Teſtudine acta].i.facta teſtudine. Teſtudo eſt ſcutorum connexo curuata in teſtudinis modum. Nam milites ſcutati, ita ſe inuicem connectunt atq; condenſant. vt nemo per eos irrumpere poſſit. Ita aūt ſe ſcutati cōnectunt, vt curuaturam quandā faciant in modum teſtudinis. Et hoc eſt genus pugnæ acerrimum. Virg. in 9. Accelerant acta pariter teſtudine Volſci. [Succedere] Pro ſuccedebat.ſ. mœnibus. [Tormentis] Quidquid machina innixum mittitur, tormētum dr̄. [Eminus] De longe, quia cominus gladijs pugnare non poterant, funditores & ſagittarios teſtudo tegebat, & ita eminus pugnabant.

Mari. QVAE].ſ.oia. [Aeſtuans] Feruore quodam animi conſide-

uns. [Repentes] Serpentes. [Peteret] Colligeret prope quaſi. [Aucta] Erecta. [Eminentibus ſaxis] Prõcenſis crepidinib. [Perſcribit] i. oculis pernotat. [Vſui] Vtilitati. Non temere] Inconſiderate. Erectus] Excitatus. [Per ſaxum] Per crepidines. [Et ſcuta] ſ. obiecta erant Virg. Tercentum ſcutati equites ſuper quod tamen Seruius ait, ſcuta ſunt equitum, hic vero contra. [Offenſa] Colliſa in ſaxis. [Tandem] Poſt multos labores. [Tormentis] Bellicis inſtrumentis.

A N fortunam opperiretur, quia ſæpe proſpere vſus erat] τὸ Erat, non eſt in vetuſtis omnibus, ac citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit. In manuſcriptis fuerat legitur. [Animaduertit inter ſaxa] Codex Fabricianus, animum aduertit vt ſint duę dictiones non vna cõpoſita. Mox. [Studio legendi] Idem, legundi. Paulò poſt. [Mora ingenij humani cupido difficilia faciẽda, animaduertit] Manuſcripta cuncta animum vertit, quo exemplar quoq; Beroaldinum. Nonius Marcellus quo loco Ignarum eſſe dicit & qui neſciat, & cui quid ſit incognitum, ita hunc locum citat, more humanæ cupidine ignara viſundi pro, ignota explorãdi & inſpiciundi. Nam cupidinis, pro cupiditatis dixit, vt alias ſępe. Hãc lectionem magis ad ſenſum Saluſtij quadrare ſuſpicor. Nam habet eodem modo Gell. quoque lib. 9. c. 12. quo loco & ipſe docet. Ignarum verò etiam dici, nõ ſolum qui ignoret, ſed & qui ignoretur. Id vero ſic hře, hoc ipſo auctore, vt cum ait, Præter nomen cætera ignarus pop. Ro. tum ex alijs etiam liquet. Tacit. Per occulta & vigilibus ignara. Idem, Nihil tam ignarum barbaris, quã machinamenta & aſtus oppugnationum. Contra, gnarum pro cognito apud eundem. Idq; nulli magis gnarum, inquit, quã Neroni &, Cãpos madentes & ipſis gnaros. pro, cognitos. [Caſtelli planitiem præſcribit] Manuſcripta duo, perſcribit, quo & ſenſus poſtulat. Error ex affinitate vocum ortus. Paulò poſt. [Eodẽ regreditur] Fabricianum, eadẽ. nempe qua prius egreſſus ad ſummum prope montis erat. Mox. [Non temera vti aſcenderat] Manuſcriptum Fabricij qua aſcẽderat. Verum prior lectio mihi magis arridet, & eundem ſenſus expoſcit. non vt temere aſcẽderat, ſic etiam temere deſcendit, ſed, vti mox ſequitur, tentans omnia ac circumſpiciens. Mox. [Itaque Marium propere adijt] Manuſcripta rectius adit tpe præſenti. quo & ea impreſſis quędã. Sed & ea verbã quæ ſtatim ſequũtur, eiuſdẽ tpis ſunt, vt edocet, hortatur. [Ab ea parte qua ipſe aſcenderat] In manuſcriptis eſt, deſcenderat. id ſi quid ego iudicio magis ad ſententiã facit. Habent eodem modo ex impreſſis quędam. Mox. [Pollicetur ſeſe ducem itineris, periculiq; nihil eſſe docet] In manuſcriptis τὸ Docet non eſt. ac maiore cum gratia abeſſe citra detrimentũ ſenſus poterit. In iiſdem tñ, Pollicetur ſeſe itineris periculiq; ducẽ. Quorum alij, vti cuiuſque ingenium erat] τὸ Alij, non eſt in vllo manuſcripto. nec in impreſſis vetuſtioribus. E gloſſa nimirum irrepſit. [Capite atque pedibus nudis, vti proſpectus niſusq; per ſaxa facilius foret] Sic in cunctis exemplaribus & antiquis & recẽtioribus, vt facilius aduerbium ſit. Cæterum in Iulio Frontino 3. Stratagematum, vbi totidem ipſe verbis locum hunc repetit, facilior foret legitur. ſed eodem ſenſu. Nec aliter volumen Florentinum. [Marius vbi ex nuncijs cognouit quæ Ligus egerat] Quanto rectius ac modulatius in manuſcriptis, Marius vbi ex nuncijs, que Ligus egerat, cognouit. Mox. [Quanquam toto die intentos prœlio Numidas habuerat] In pleriſque eſt, ſuos habuerat. ſed prior lectio bene habet. Nam & ante Sal. intentos prœliantibus fuiſſe Numidas dixit.

GLAR. M O R E ingenij humani cupido diff. facium. aĩum vertit] Aldinus codex breui accentu mediã de cupido notauerat, perinde atque adiectiuum eſſet, nam ſubſtantiuum mediam producit. Quod nulli Commentatorum viſum eſt, neque mihi verum videtur. Vetuſtus item codex habebat, Animum accendit. alij, Animum vertit. Aldinus, Animaduertit. quod vltimũ mihi diſplicet.

ASCAN A T Marius multis diebus laboribus conſumptis] .i. poſtquã multos dies & multos labores fruſtra conſumpſerat, anxius. i. ſolicitus, trahere. i. trahebat, hoc eſt verſabat animo ſuo, ne pro an, omitteret inceptum, quĩa fruſtra erat. ſ. inceptum, an opperitetur. i. expectaret fortunam qua fuerat vſus ſæpe proſpere. Quę. i. quas res cum æſtuans. i. feruens in deſiderio agitaret multos dies & noctes ſup. multas, quidã Ligur. i. ex Liguria, miles gregarius, & ita humilis conditionis ex cohortibus auxiliarijs egreſſus forte caſtris aliquantulũ haud procul à latere caſtelli quod erat aduerſum. i. oppoſitum & ex aduerſo ſitum, prœliantibus. ſ. Romanis, animaduertit. i. deprehendit cõculas de gñe limacum, repentes inter ſaxa. quarum cum peteret vnam atq; alteram & deinde plures (veſcuntur. n. illis) egreſſus eſt ſtudio legẽdi. i. colligẽdi cochleas paulatim ad ſummũ mõtis. [Vbi]. i. in quo ſummo, ſeu in qua ſummitate, poſtq̃ intellexit ſolitudinẽ [Cupido]. i. auiditas faciundi difficilia, vertit. i. attraxit aĩum ſup. eius more ingenij humani. i. ut eſt ingeniũ humanum [Et forte]. i. quod illi fortuitum erat, quin præter ſpẽ, ilex. i. arbor glandifera de gñe quercuum, grandis. i. alta & magna coaluerat. i. concreuerat & robur acceperat in eo loco, inter ſaxa, exiſtens prona. i. incuruata ad terram paulũlũ. i. modicũ. deinde flexa atq; aucta in altitudinẽ. [Quo]. i. quorſum, aut in quã altitudinem, natura gignentium fert. i. dirigit cuncta, oĩa. n. ſurſum creſcũt. [Cuius]. ſ. ilicis ramis nixit modo. i. interdum, & mõ. i. ſubinde nixus. i. ſeſe fulciẽs ſaxis eminentibus. l extra rupes ipſe Ligur perſcribit. i. intento aĩo ac ſenſibus notat planiciẽ caſtelli. i. qua caſtellum ſitum erat q; cuncti Numidæ. ſ. eiuſmodi caſtelli aderant intenti. i. intendentes aĩum ſuum prœliantibus. ſ. cum Romanis. [Et Ligur exploratis oĩbus, q̃ ducebat]. i. exiſtimabat fore. i. futura eẽ mox. i. paulò poſt vſui. i. ad vtilitatẽ rei quã conceperat, videlicet eo milites ducere ad caſtellum intercipiendũ. [Regreditur eodẽ]. i. itinere, nõ temere. i. ſine attẽtione aut reſpectu ſicut aſcenderat cochleas legẽdo, ſed tentans. i. experiens oĩa an paterent acceſſui, & circunſpiciens oĩa. [Itaque] i. & ſic quaſi medio optato inuẽto, adit ꝓpere. i. properanter, Mariũ. i. conſulẽ; edocet acta. ſ. quid egerit, hortatur ſup. Mariũ, ut ſup. tentet. i. conet' capere caſtellũ ab ea parte qua ipſe. ſ. Ligur deſcenderat, & pollicetur ſe ſup. fore ducẽ. i. ductorem & indicẽ itineris. & nihil periculi eſſe. Marius auditis illis miſit cum Ligure ſup. quoſdã & ꝑſentibus. i. illis qui aderãt cognitũ. i. ad cognoſcẽdũ. (Eſt. n. prius ſupinũ) ꝓmiſſa eius. ſ. Liguris, quorũ. ſ. miſſorũ vti ĩgeniũ. i. captus naturalis, aut aĩus cuiuſq; erat. Im ſup. quiſq; nunciare. i. nunciabat eẽ ſup. eſſe difficilem aut facilẽ. meticuloſi. n. dicebant difficilem, animoſi facilem. Tñ. i. nihilominus q̃q̃ incerta nunciabantur tñ aĩus conſulis. ſ. Marij, eſt arrectus. ſ. in ſpẽ ꝑaululũ. Itaq;. i. & ita delegit ex copia. i. multitudinẽ tubicinũ & cornicinũ. i. tuba aut cornu bellum canere & aſcẽdere ſolitorum quinq; numero, quã velociſſimos. i. valde aut maxime veloces, & ſup. delegit cum his. ſ. tubicinib quatuor cẽturiones & ita quadringentos milites, qui forent præſidio. i. protectioni & iubet oẽs parare. i. obedire Liguri. ſ. inuentori eius rei & conſtituit eo negocio. i. ad id negocium peragendum diẽ proximum. i. proxime venturum. Sed vbi. i. poſtq̃ tps viſum eſt. ſ. adeſſe ex ꝑcepto. ſ. Marij, aut potius, vt alijs textus hñt, ducis uidelicet ipſius Liguris, ipſe pergit ad locũ. ſ. ꝑ quẽ aſcẽdere uoluit, & hoc oĩbus. ſ. rebus peractis & compoſitis. i. ſimul diſpoſitis, ad talẽ expeditionem. Cæterum illi qui præerant centurijs. i. centuriones (eſt n. periphraſis centurionis) edocti a duce. i. ductore. ſ. Ligure, vnde hic nõ honoris ſed miniſterij nomẽ eſt dux, mutauerunt arma. ſ. cõſueta & ornatum. i. indumentum decens, & ea ſtentes ſup. capite ſup. nudo & pedibus nudis potius diceret ſm Seruiũ nudatis, quia nudum eſt quod nunq̃ tegitur, nudatum qđ aliqñ. Verum ſi nudatũ eſt nudum effectum cum prius eſſet tectũ, quis negabit qđ factum eſt nudum, eſſe nudum? Eſt ergo nudi genus. vti. i. ut, hoc eſt ideo erãt nudo ſeu nudato capite ut proſpectus. i. de procul inſpectio foret facilius per ſaxa, & gladij & ſcuta ſup. eorũ erant ſuper terga eorũ ligata. [Verum]. i. ſed ea. ſ. ſcuta erãt ſup. Numidica. i. qualib. Numidæ vtuntur ex corijs. ſ. taurorum. [Gratia põderis]. ſ. minoris, & ſimul quo. i. ideo, vt ipſa offenſa. i. contacta à lapide ſtreperent leuius. ſ. quã ferrea. [Igitur prægrediẽs] Perſcribit ut ductore Ligure qui uſu colligendis cochleis in locis pene inuijs inuenerat milites per multos labores ad caſtellũ peruenire & intẽtis caſtellanis ad pugnã ꝑpterum caprũt dicens: [Igitur Ligur]. i. miles ille ex Liguria ꝑgrediens. i. ante ingrediẽs vinciebat. i. ligabat ſaxa, & ſi q̃ radices. ſ. arborum eminebant. i. apparebant vetuſtate, quia terra forte vento aut imbribus ſublata fuerat, quib. ſ. laqueis & ligis milites alleuati. ſ. labore aſcẽdendi aut erecti, aſcẽderẽt facilius, & leuare. i. leuabat & ſurſum trahebat interdũ manu. ſ. ſua timidos. i. timẽtes hoc loco, quia addit inſolentia. i. ꝓꝑ inſolentiã itineris, & mittere. i. mittebat prę ſe. i. ante ſe ſingulos inermes. i. ſine armis, hoc eſt acceptis armis illorũ, ubi aſcẽſus erat aſperior. i. difficilior paulo. ſ. quã par erat aut quã alibi. [Deinde ipſe ſequi]. i. ſequebatur eũ armis. ſ. inuaſitus hoc eſt telis ſeu gladijs eorum, & tentare. i. tentabat potiſſimũ. i. ſcipue ea q̃ uidebantur dubia. i. incepta aut, quibus nõ erat cõfidẽdum nixu. i. dum nitebãtur ꝑ ea aſcẽdere. ac ipſe ſæpius aſcendens & deſcendens eadẽ. l uia q̃ difficillima uiſa, & deinde digrediens ſtatim ut oſtẽdit nihil eſſe periculi, addere. i. addebat cæteris audaciã. Igitur ipſi oẽs ſimul fatigati diu & multum, qđ difficile, toleratu eſt, tandẽ perueniunt in caſtellũ, deſertum. i. derelictũ ab oĩbus ab ea parte, q. i. quia, oẽs. ſ. caſtellani, aderãt aduerſum hoſtes. ſ. Romanos, ſicut alijs diebus. ſ. aſſuerãt. [Marius ubi

cognouit

cognouit ex nuncijs ea quę Ligur egerat.i.q̄uo ad caſtellum peruenerat,q̄q̄ habuerat ſuos intentos prœlio,tota die.ſ.illa,tñ ſup. cohortatus eſt. tum vero .i. maxime tunc quaſi tunc ad verum, milites.ſ.ſuos,& ipſe egreſſus extra vineas.i.machinas muniētes militū capita ab lapidib & alijs telis deſup mittēdis vt vinearū curuatura vuas ſolēt ſuccedere.i.ſuccedebāt ad murū, teſtudine .i.quodā integumento ea ſcutis cōnexis, acta.i.inſtructa ad ꝓcedendū & terrere.i. terrebat ſimul hoſtē.ſ.exiſtentē in caſtris emi nus.i.lōge,& tormētis.i.machinis vt ſaxum aut telum extorquētibus,quas vulgo balliſtas vocant & ſagittarijs.i.manuali arcu ſagittas extrahētibus, & funditoribus.i.fundis lapides iaciētibus.

AT Numidæ ſæpe antea vineis Romanorum ſubuerſis,item incenſis,non caſtelli mœnibus ſeſe tutabantur: ſed pro muro dies noctesq; agitare,maledicere Romanis, ac Mario vecordiam obiectare,Militibus noſtris Iugurthæ ſeruitium minari,ſecundis rebus feroces eſſe. Interim omnibus Romanis, hoſtibusq; prœlio intentis, magna vi vtrunque, pro gloria atque imperio his, illis pro ſalute certantibus, repente à tergo ſigna canere. Ac primo mulieres & pueri, qui viſum proceſſerant, fugere: deinde vti quiſque muro ꝓximus erat,poſtremo cuncti armati,inermesq;. Qd vbi accidit, eo acrius Romani inſtare, fundere,ac pleroſque tantummodo ſauciare. Deinde ſuper occiſorum corpora: vadere auidi gloriæ, certantes murum aſcendere: neque quenquam omnium præda morari. Sic forte correcta Marij temeritas, gloriam ex culpa inuenit. Cæterum dum ea res agitur,L.Sylla quæſtor, cum magno equitatu in caſtra venit, qui vti ex Latio & ſocijs cogeret exercitum, Romæ relictus erat.

SOLD. SED pro muro].i ante murum, videlicet extra murum. [Iugurthæ ſeruitium].i.ſeruitutem. Romani profecto aliqñ ſeruieritis Iugurthæ [Secundis rebus] .i. proſperis, quia ſæpe ſubuerterant vineas Romanorum, nec eos muris appropinquare permiſerunt. [Interim] Ordo eſt. Interim repente ſigna canere pro canebant, à tergo omnibus .ſ. Romanis & hoſtibus intentis prœlio,& certantibus vtrinque magna vi,his.ſ.Romanis certantibus pro gloria, atque imperio, illis ſ hoſtibus acriter certantibus pro ſalute. Senſus patet [Pro gloria,atque imperio] Ille pro gloria,& imperio pugnat,qui pugnat,vt alios vincat,& eos ſubijciat imperio. Ille vero propria ſalute pugnat. vt ſe defendat,ne alterius ſubijciatur imperio. [Signa].i.tubæ.[Viſum] Ad videndum. Neq; quenq̄ omnium præda morari,pro morabatur,præda nullum Romanorum morata eſt, quia vnuſquiſque intentus erat ad pugnam,donec caſtellum captum eſt. [Sic forte correcta Marij temeritas,gloriā ex culpa inuenit] Temeritas Marij fuit, quia auſus eſt oppugnare hoc caſtellum inexpugnabile. Sed hãc temeritatem Marij fortuna correxerit, quia fortuna, ſiue caſus victoriam obtulit,quam Marius cōſilio,& induſtria parare non poterat. Atque ita temeritas Marij à fortuna correcta, inuenit gloriam ex culpa, quia licet temeritas culpa fuerit aggredi oppugnationem huius caſtelli, tñ ex hac culpa gloriam inuenit, quia caſtellum cępit, adiuuante fortuna. [Forte] .i.à fortuna & caſu. Caſus.o.fuit, ꝙ Ligur dum cochleas legit conſilium inuenit capiendi caſtelli. [Cæterum] Dicit q̄uo eo tempore,quo ipſum caſtellum oppugnabatur L.Sylla quæſtor cum magno equitatu venit in caſtra. Atque ita capta opportunitate mores,ac vitam Syllæ breuiter deſcribit. Nam Sylla inter cæteros Romanos vir ingenius gloriæ,ac nominis fuit, & virtute, & vitijs pariter excellens. [Dum ea res agitur] Videlicet dum caſtellum oppugnatur, & capitur. [Cogeret] Congregaret. [Relictus] .ſ. à Mario.

MARL. SVBVERSIS] Deturbatis. [Item] Pariter. [Pro muro] Ante murum. [Maledicere] Conuiciari. [Rebus ſecundis] Proſpera fortuna. [Fundere] Vertebant in fugam. [Certantes] Certatim conantes.

DEINDE ſuper occiſorum &c.] Manuſcripta ferè Dein. [Certantes murum aſcendere] Codices in membrana deſcripti, quos ego viderim omnes ad vnum habent, murum petere. non quod in impreſſis ferè eſt,aſcendere. Iudicet lector, Paulò poſt. [Cæterum dum eas res agitur] Manuſcriptum, geritur.

GLAR. MAGNA vi vtrinq;] Poſt hæc verba diſtinguendū,ac deinde inferendum, Pro gloria atq; imperio his, illis pro ſalute certantibus. Codex vetuſtus, inuerſo paululum ordine legit, Magna vtrinq; vi,quod placet. Quidā omiſerūt Vi,& Magna ad Gloria retulerūt. At hi auctoris ſenſum nō perceperūt. Poſtea de Sylla, vt illi quāplurimi deberēt. Illi pro ipſi capit, ſibi noluit dicere, ne in debitores reciprocaret. Eſt aūt notādū hoc locutionis genus.

ASCEN AT].i.ſed Numidę qui erāt in caſtello, vineis Romanorū ſubuerſis.i.corruptis & infractis ſępe ante, itē.i.& ſimiliter incēſi.ſ. igni,quod prius dictū eſt, non tutabantur ſeſe mœnibus.i.munitionibus caſtelli, ſed agitare.i.agitabāt noctes & dies ꝓ muro.i. ante murū,& ita extra munimēta, ac maledicere.i.maledicebāt Romanis,hoc eſt dicebāt illis conuicia & execrationes,& obiectare.i.obiectabāt Mario vecordiā,i.puſillanimitatem & cordis exilitatē,aut demētiā,& minari.i.minabātur militibus noſtris.i. Romanis, quia Ro.eſt qui loquitur, ſeruitium Iugurthæ.i.quod ſeruituti eſſent Iugurthæ,aut ſub Iugurthæ,& eſſe.i.erāt aut cæperunt eſſe feroces.i.ferocietes, & ſuperbi, rebus ſecūdis.i.ꝑ res ſecūdas iuxta illud Terentianū verbum in Hecyra iā à nobis recitatū. Profecto vt puto hoc ſic eſt oībus nobis vt res dāt ſeſe ita magni atque humiles ſumus. Sed animaduertendum in oībus hiſtorijs ꝙ ubi ſecuritas illinc repētinus ſuborit interitus, quia extremū gaudij luctus occupat [Interim &c.] Proſequit̄ ut caſtellum illud q̄ inexpugnabile viſu expugnatū ſit non ui ſed arte dicēs, Interim.i.interea dum miſſi cū Ligure caſtellum inuadunt, oībus Rom.& hoſtibus.ſ.oībus intentis .ſ.intente incūbentibus prœlio,& certantibus utrinq; magna ui,his.ſ.Romanis certātibus ꝓ gloria.ſ.augenda,& pro imperio augendo,& illis.ſ.caſtellanis certātibus pro ſalute.ſ.ſeruanda, ſigna.i.tubæ & cornua ſignum capti caſtellani dantia,canere.i.canebant,aut tubicines canere.i.canebant,ſigna.ſ.capti caſtelli,à tergo.ſ.certantium Numidarum ac primo mulieres & pueri qui proceſſerāt uiſum.i.ad ſpectaculum belli, fugere.i.fugiebant. [Deinde uti] .i. quemadmodum quiſq; erat proximus muro, & ita remotiſſimus ab hoſte ſup.fugere.i.fugiebat.[Poſtremo].i.demum,cūcti i.ſimul oēs armati & inermes,fugere ſup.i.fugiebant qđ ubi accidit, Romani inſtare.i.inſtabāt eo.i.tāto acrius,& fundere.i.fundebāt (poſſet aūt dici inſtabant fundere,ſed non cōgruit quod additur tantūmodo ſauciare,non.n.inſtamus,ut quid tantūmodo faciamus, ſed potius deſiſtamus, dicamus ergo per figurā hiſtoriograpborum) ac ſauciare.i.ſauciabāt tantūmodo.i.citra mortē,vnde ſuſi occiſi dñr,quaſi in terram proſtrati,pleroſq;.i.plurimos [Deinde uadere] i.uadebant ſupra corpora occiſorum,aut & auidi gloriæ aſcendere.i.aſcendebant murū certantes.i.certatim, aut certādo cū hoſtibus,neq; ꝓda morari.i.morabatur, hoc eſt diſtinebat in mora quēq̄.ſ.Romanorū, ſic temeritas Marij correpta.i.caſtigata & emēdata forte.i.per fortunā, ſicut dicimus corripe ſi artem peccantem,hoc eſt corrige,aut temeritas Marij,forte.i.fortuna, hoc eſt occaſione que præceps eſt,unde eſt illud. Fronte capillata poſt hæc occaſio calua,correpta.i.celeriter arrepta, inuenit gloriā ex culpa.[Cæterū] Trāſit ad mētionē L.Syllæ qui poſtea cōtra Mariū grauiſſimū bellum geſſit dicēs,Cęterū,i.ſed dū ea res agitur à Mario Lucius Sylla q̄ſtor.i.ut dñt receptor uectigalium publicorū,uenit in caſtra.ſ.Ro.cū magno exercitu,qui erat relictus à Mario Romæ.uti.i.ut cogeret.i.cōgregaret ex Latio,i.regione Latinorum, & ſocijs.ſ.imperij, exercitum.ſ.maiorem.

SED quoniam nos tanti viri res admonuit, idoneū viſum eſt,de natura cultuq; eius paucis dicere. Neque.n.alio loco de Syllæ rebus dicturi ſumus & L. Siſenna optime & diligentiſſime omnium, qui eas dixere,perſecutus hiſtoriam, parum mihi libero ore locutus vr̄. Igitur Sylla patriciæ gentis nobilis fuit,familia prope iam extincta maiorum ignauia: literis Græcis iuxta,ac Latinis doctiſſimè eruditus,animo ingēti,cupidus voluptatum,ſed glorię cupidior,ocio luxurioſo eſſe,tñ ab negocijs nunq̄ eum voluptas remorata,niſi ꝙ de vxore potuit honeſtius conſuli. facundus, callidus, & amicitia facilis, ad * ſimulanda negocia altitudo ingenij incredibilis, multarum rerum, ac maximæ pecuniæ largitor. atq; illi fęliciſſimo omnium ante ciuilem victoriam, nunquam ſuper induſtriam fortuna fuit,multiq; dubitauere fortior,an fęlicior eſſet. Nam poſtea ꝙ fecerit, incertum habeo pudeat magis, an pi- *diſſimulanda.

geat diſſerere. Igitur Sylla, vt ſupra dictum eſt, poſt-
quam in Africam, atque in caſtra Marij cum equitatu
venit, rudis antea, & ignarus belli, ſolertiſſimus om-
nium paucis tempeſtatibus factus eſt. Ad hoc milites
benigne appellare, multis rogantibus, alijs per ſe ipſe
beneficia dare, inuitus accipere, ſed ea properantius, q̃
æs mutuum reddere. ipſe ab nullo repetere, magis id
laborare, vti illi quamplurimi deberent, ioca, atque
ſeria cum humillimis agere, in operibus, in agmine,
atq; ad vigilias multus eſſet, neq; interim, quod praua
ambitio ſolet, conſulis, aut cuiuſquam boni famam læ
dere, tantummodo neq; conſilio, neq; manu aliũ prio
rem pati, pleroſque anteuenire. Quibus rebus, & ar-
tibus breui Mario, militibusq; chariſſimus factus eſt.

fol. a. SED quoniam] Res propoſita. [Tanta viri] Nemo .n. poſt
Cæſarem atque Pompeium Sylla maior Romæ fuit, quippe
poſt victoriam ciuilis belli & dictator perpetuus creatus eſt,
qua poteſtate re magis q̃ nomine tyrannus erat. [Tanti viri res
admonuit] Dicimus, admoneo te huius rei. [Cultu eius].i. de
vita & moribus eius. [Paucis].ſ. verbis. [Et L. Siſenna] Hiſtori-
cus fuit inſignis duabus de cauſis ſcribimus de moribus Syllæ, vi
delicet, & quia alio loco nõ ſum dicturus de rebus Syllę, & quia
nullus alius de eo ſatis diligenter & ſincere ſcripſit, nam Siſenna
licet de Sylla ſcripſerit melius & diligentius q̃ cęteri ſcriptores,
tñ ipſe quoque non ſatis libere & ſincere perſcripſit. [Eas res]
Videlicet, qui ſcripſerunt de rebus & moribus Syllæ. [Parum li-
bero ore locutus vr̃] Quia non eſt auſus vitia Syllæ deſcribere.
[Iuxta] Ideo ſimiliter. [Ocio luxurioſo eſſe] Pro erat. Ecce q̃uo
Sal. libere non ſolum virtutes, ſed ẽt vitia deſcribit, quod non fe-
cit Siſenna. [Tñ à negocijs].i. à rebus gerẽdis. [Remorata].ſ. eſt.
voluptas nunq̃ L. Syllam impediuit à rebus gerendis, niſi quod
vxorem honeſtiorem ducere potuit. Nam in hac parte voluptas
eum impediuit, ne pro dignitate ſua vxorem duceret qualẽ opor-
tebat. [Conſuli] Prouideri. [Facundus].i. eloquẽs. [Callidus].i.
aſtutus. [Et amicitia facili].ſ. amicos facile ſibi conciliabat, vel
in amicitiã eius facile quis intrabat. [Atque illi feliciſſimo om-
nium ante ciuilem victoriam nunq̃ ſuper induſtriã fortuna fuit]
Ante ciuilem victoriam Sylla omniũ fortunatiſſimus fuit, quia
fortuna ei in omnibus propitia erat, ſed tñ non minus virtute &
induſtria quam fortuna valebat, ſed poſt ciuilem victoriã infor-
tunatus quidem fuit, quia dominatum aliquandiu tenuit, ſed pri
mam virtutem amiſit, & eam in impietatẽ crudelitatemq; cõuer
tit. Nam parta victoria totam vrbẽ ciuili ſanguine repleuit Syl-
la, Caium Marium vrbe pepulit. Deinde Cinnam quinquies cõ-
ſulem, qui contracto exercitu Caio Mario fauebat, victum occi-
dit. Item C. Carbonem & Marium iuniorem crudeliter necauit.
Poſtremo parta ex omnibus victoria crudeliſſimus omnium to-
tam vrbem ciuili ſanguine repleuit. [Nunquam ſuper induſtriã
fortuna fuit].i. nunq̃ fortuna vicit induſtriam. [Multiq; dubita
uere fortior an felicior eſſet] Declarat id quod dixit ꝙ nunquã
fortuna induſtriam ſuperauit. [Fortior] Ad induſtriam refertur.
[Felicior] Ad fortunam. [Nam poſtea] Videlicet poſt ciuilem vi-
ctoriã. Neſcio, inquit, vtrum me magis pudeat an pigeat dicere
id quod fecit Sylla poſtq̃ adeptus eſt victoriã. Pudet, verecundię
eſt, Piget laboris. Igitur poſtq̃ mores L. Syllæ deſcripſit, reuerti-
tur ad propoſitũ, vt oſtẽdat quid fecerit, poſtq̃ in caſtra Caij Ma
rij cum equitatu venit. [Rudis].i. imperitus. [Ignarus belli].i. in-
ſcius. [Solertiſſimus].i. ſagaciſſimus. [Ad hoc].i. præterea. [Mul
tis rogantibus] Et ſponte & rogatus beneficia præſtabat, inuitus
aũt accipiebat. Et ſi aliqñ beneficia accipiebat, cito ea reddebat,
ſed pecuniam mutuo acceptam tardius reddebat. [Sed ea].ſ. be-
neficia accepta. [Properantius].i. citius. [Quam æs mutuum].i.
quam pecuniam mutuo acceptam. Ipſe à nullo rapere pro rapie-
bat, rogatus aliqñ beneficia accipiebat, ſed ſponte à nullo benefi
cia recipiebat. Vnde ergo q̃uo ſe gerebat L. Sylla in dandis acci-
piẽdisq; beneficijs, in dandis beneficijs, & ſponte, & rogatus be
neficia libentiſſime præſtabat, in accipiendis vero nunq̃ ſponte
beneficia accipiebat, quia nunquam petebat, Oblata vero bene-
ficia rogatus accipiebat, ſed inuitus hoc faciebat, & ea beneficia
quã ſubito reddebat. [Ipſe à nullo repete.] Hoc eſt per ſe & ſpon
te ſua à nullo accipiebat beneficia. [Magis id laborare, vti illi
quam plurimi deberent].i. dabat operã vt multos ſibi beneficija
obligaret. [Vt illi].ſ. Syllæ, quamplurimi deberent.i. obligati eſ-

ſent. [Ioca atque ſeria cum humilimis agere] Ecce quot modis
animo militum ſibi conciliabat, cũ ipſe ſummus & patriciæ gen
tis vir eſſet & quæſtor, tñ non aſpernabatur humiles, hoc eſt hu-
mili gñe natos, ſed cum oĩbus iocabatur, & ſerio loquebatur. Io-
ca & ſeria contraria ſunt. Seria dñr vera & non iocoſa, quaſi ſine
riſu. [In operibus] In agmine, atque ad vigilias multum adeſſe]
Pro aderat. hæc omnia boni & ſtrenui militis officia ſunt verſari
multũ in agmine in operibus, & ad vigilias. In operib. dixi opus
ſignificare, vel machinam bellicam, vel munitiones caſtrorũ. [In
agmine] Agmen exercitus incedẽs vocatur, vt ſępe dictũ eſt. Nõ
minor aũt virtus eſt in agmine q̃ in acie verſari. Plerunq;.n. acci
dit, vt hoſtes ex inſidijs atq; ex improuiſo agmen inuadãt. [Qđ
praua ambitio ſolet].ſ. facere. Nam ambitioſi & laudis cupidi pu
tãt ſeipſos laudare ſi alios vituperẽt, & alijs detrahãt, Et hoc Syl
la non faciebat. [Pleroſque anteuenire].i. multos ſuperabat.

PERSECVTVS].ſ. Syllæ mores. [Patriciæ gentis] Nã *Marl.*
ex maioribus ſuis fuit Rufinus, qui conſularem geſſit dignita-
tem, quamuis inde poſteriores humiles diutius in fortuna per-
manſerint. vnde ait Sal. [Familia prope].i. quaſi extincta. [Con-
ſuli].ſ. illi. [Callidus] Verſutus. [Super induſtriam] Quia conſi-
lijs ſuperabat fortunam. [Fortior an fęlicior] Vnde Plut. Cun-
ctis virum coactis in locum in media concione rerum à ſe geſta-
rum rationem reddit. Nec minore ſtudio fortunatos euentus
quam fortia facta dinumerauit, & in peroratione fęlicem in his
animum appellari iuſſit. [Aes mutuum] Quaſi obæratí ære alie-
no. [Magis id] In hac re. [Seria] Grauia. [Agere] Dicebat.
[Multus] Diligens, & aſſiduus. [Manu] Fortitudine.

SED quoniam nos tanti viri res admonuit] Legendum, ad-
monuit. Sed hoc operarum incuria eſt cõmiſſum. Igitur Sylla pa
triciæ gentis nobilis fuit] Manuſcripta, ſicut impreſſa ferè, gẽtis
patriciæ. vt adiectiuum ſequatur. [Ocio luxurioſa eſſe. tamen ab
negocijs nunquam eum voluptas remorata] Eum, non habent
exemplaria in pergamenis deſcripta, neque cæteri codices vetu-
ſtiores. & rectius ſubauditur, quàm exprimitur. Paulò poſt. [Vt
ſupra dictum eſt] Codex Fabricianus, vti. quomodo & alias fe-
rè. [In operibus, in acie, atque ad vigilias multus eſſe] Manuſcri-
pta, adeſſe. nam libenter geminabant præpoſitionem antiqui.
cuius alicubi meminit Priſcianus. Sic Tacit. i 3. in agmine in la-
boribus frequens adeſſe, inquit. [Mario militibusq; chariſſimus
factus eſt] τὸ eſt, neque in manuſcripto quodam, neque in im-
preſſis pleriſque eſt. Sed nec Beroaldinum exemplar habet.

SED quoniam res admonuit.i. memorem fecit tanti viri].ſ. *Ascen.*
Syllæ, viſum eſt idoneum.i. opportunum dicere paucis ſup. ver-
bis, de natura & cultu.i. exercitio eius.ſ. Syllę. Neque enim dictu
ri ſumus alio loco de rebus.i. facinoribus Syllæ, & L. Siſenna hi-
ſtoricus nobilis perſecutus.ſ. res Syllæ optime & diligentiſſime
omnium qui dixere.i. ſcripſerunt eas res, vr̃ mihi locutus ore pa-
rum libero, & ita ficto & diſſimulato, quia nõ eſt auſus tanti ui-
ri ſcelera dicere. Igitur ut liberius dicam, Sylla fuit nobilis, quia
gentis patriciæ.i. ſenatorię ex patribus ortæ, familia ſup. eius ex-
tincta prope.i. quaſi tota ignauia.i. deſidia maiorum.ſ. eius. [Eru-
ditus literis Gręcis & Latinis iuxta].i. pariformiter, atq; doctiſſi
me.i. & maxime doctus.i. indifferenter ſciebat & vtraſq; doctiſ-
ſime, exiſtens ingenti animo cupidus voluptatum, ſed cupidior
gloriæ eſſe.i. erat ocio luxurioſo.i. habens ocium luxurioſum.i.
dum in ocio erat indulgens luxurię, tamen voluptas nunq̃ eſt re-
morata ſup. eum, à negocijs.ſ. expediẽtibus aut neceſſarijs, niſi.i.
hoc ſolo excepto, ꝙ potuit.ſ. ab homine diligenti & negocioſo.
[Conſuli].i. proſpici & prouideri (ſunt aũt potuit & conſuli im-
perſonaliter poſita) honeſtius.i. decentius de vxore quam per ſo
cordiam, aut luxuriam minus honeſtam duxit. [Et erat] Sup fa-
cundus.i. bene loquens. [Callidus].i. verſutus bene proſpiciens
& expertus rerũ, & facilis amicitia.i. in amicitia, hoc eſt ad ami
cos conciliandos aut ad obſequendum amicis, altitudo.i. profun
ditas ingenij, ad negocia ſimulanda.i. non vere agenda, ſed ſimu
lãter erat ei, & eſſe.i. erat incredibilis largitor.i. dator ad captio-
nem pręſertim multarum rerum, ac maxime.i. potiſſimum pecu-
niæ, cum tamen mortales ferè plurimũ cupiunt. [Atque fortuna
nunq̃ fuit ſuper induſtriam].i. maior q̃ induſtria (ita ꝙ nũquam
fuit fortunatus magis q̃ induſtrius) fuit dico nunq̃ illi fęliciſſi-
mo.i. qui fuerat fœliciſſimus omnium ante victoriam ciuilem.i.
in bello ciuili contra Marium, quæ cũ eſſet optima peſſime vſus
eſt, quia in tyrannidẽ vertit & proſcriptionũ tabulas protulit, &
innumeros ciues interemit ut prius ex Appiano & alij cetigi-
mus, & multi dubitauere an eſſet fortior.i. habens maiorẽ uirtu-
tem quam fęlicitatem, an fęlicior.i. hñs maiorem fęlicitatem &
proſperitatem q̃ virtutẽ. [Nam habeo incertũ].i. dubito, an pu-

deat ſup.me magis pp turpitudinem facti,an pigeat.i.vt quidā dn̄t miſerat, qui infeliciter conuertit tam nobilem victoriam in tam turpem dominationem in qua Marius Priſcum expulit iuniorem & Cinnam quintum Conſulem & C.Carbonem hominem adeo nobilem necauit,aut an pigeat.i.triſte & tædioſum ſit pp laborem non hn̄tem operæ precium diſſerrere. i.narrando diſcutere,ea quæ fecerat poſtea.i.poſt victoriam.Igitur hic continuata eſt particula reducens ad propoſitum, Sylla[vt dictū eſt ſupra]Poſtq̄ venit in Africā atq; in caſtra Mariū cū equitatu.ſ. coacto ex ſocijs Latinis exiſtens rudis & ignarus belli ante.ſ.q̄ illuc venerat factus eſt pacis tēpeſtatibus ſolertiſſimus.i.ſcientiſſimus omnium. Adhoc i.vltra ſcientiam belli,appellare.i.appellabat benigne milites,& dare i.dabat multis rogantibus,beneficia & alijs dabat ipſe per ſe.i.vltro & non rogatus accipere.i.accipiebat.ſ.beneficia, inuitus,ſed ipſe reddere.i.reddebat ꝓperātus. i.citius ea.ſ.beneficia quæ inuitus accepit,q̄ æs mutuum.i.mutuo acceptum.quia magis debere ex beneficio,quàm ex mutuo accepto videbatur. reddebat tamē etiam æs mutuum, verum ipſe repetere.i. repetebat mutuum aut beneficium à nullo[quidam legunt rapere,ſed minus quadrat]magis laborare.i.laborabat,id.i. ad hoc vt quamplurimi deberent illi.ſ. Syllæ,diceret ſibi,niſi ſit vt illi.ſ.accipientes,agere.i. agebat ioca & ſeria , quæ contraria ſunt , cum humilis.i.infimis. Adeſſe.i.aderat multus.i.frequens & laborioſus in operibus . ſ.faciendis, in acie & ad vigilias , neque lædere.i.lædebat interim[quod ambitio praua.i.peruerſa ſolet.ſ.facere)famam conſulis.ſ.Marij aut quiſquam boni,tantum modo neque pati.i.non patiebatur alium ſup.quemuis priorem ſup.eſſe neque conſilio neque manu.i.facto. [Et anteuenire].i. ſuperabat pleroſque , quibus rebus & artibus factus eſt breui.ſ. tempore cariſſimus Mario & militibus,

AT Iugurtha poſtquam oppidum Capſam,alioſq; locos munitos,& ſibi vtiles,ſimul & magnā pecuniam amiſerat,ad Bocchum nuncios mittit, quam primum in Numidiam copias adduceret,prœlii faciundi tempus adeſſe. Quem vbi cūctari accepit, dubiumq; belli atque pacis rationes trahere rurſus vti antea, proximos eius donis corrūpit,ipſiq; Boccho pollicet Numidiæ tertiam partem, ſi aut Romani Africa expulſi , aut integris ſuis finibus bellum compoſitum foret.Eo præmio illectus Bocchus cū magna multitudine Iug. accedit. Ita exercitu amborum coniuncto, Marium iā hyberna proficiſcentem,vix decima parte diei reliqua inuadūt,rati noctem,quæ iam aderat & victis ſibi munimento fore,& ſi viciſſent nullo impedimento,quod locorū ſcientes erant.Contra,Rom. vtrunq; caſum in tenebris difficilē fore.Igitur ſimul conſul ex multis de hoſtiū aduētu cognouit,& ipſi hoſtes aderāt,& priuſquam exercitus,aut inſtrui,aut ſarcinas colligere.denique antequam ſignum aut imperium vllum accipere quiuit,equites Mauri,atq; Getuli,non acie,neque vllo more prœlii,ſed cateruatim,vti quoſque fors cōglobauerat,in noſtros concurrunt.Qui oēs trepidi improuiſo metu, attamē virtutis memores,aut arma capiebāt, aut capiētes alios ab hoſtibus defenſabant. Pars equos aſcendere,ire obuiā hoſtibus,pugna,latrocinio magis, q̄ prælio ſimilis fieri,ſine ſignis,ſine ordinibus equites, peditesq; permiſti,cædere alios obtrūcare,multos,cōtra aduerſos acerrime pugnantes à tergo circumuenire neq; virtus,neq; arma ſatis tegere , ꝙ hoſtes numero plures,& vndiq; circūfuſi erant.Deniq; Rom.veteres, nouiq; & ob ea ſciētes belli,ſi quos locus,aut caſus cōiūxerat orbes facere,atque ita ab oībus partibus ſimul tecti & inſtructi,hoſtium vim ſuſtentabant. Neque in eo tam aſpero negocio Marius territus,aut magis q̄ antea demiſſo animo fuit, ſed cum turma ſua quam ex fortiſſimis magis,q̄ ex familiariſſimis parauerat, vagari paſſim, ac modo laborantibus ſuis ſuccurrere, modo hoſtes, vbi conſertiſſimi obſtiterant,inuadere manu,conſulere militibus,qm̄ imperare conturbatis omnibus non poterat. Iamq; dies conſumptus erat,cum tamen Barbari nihil remittere, atque vti Reges præceperant, noctem pro ſe rati acrius inſtare. Tum Marius ex copia rerum conſilium trahit , atque vti ſuis receptui locus eſſet , colles duos inter ſe propinquo occupat. Quorum in vno, caſtris parum amplo, fons aquæ magnus erat, alter vſui opportunus, quia magna parte edita,& præcipiti pauca munimēta quærebat. Cæterum apud aquam Syllam cum equitibus noctem agitare iubet. Ipſe paulatim diſperſos milites,neque minus hoſtibus conturbatus in vnum contrahit . Dein cunctos pleno gradu in collem ſubducit.Ita reges loci difficultate coacti prœlio deterrentur, neque tamen ſuos longius abire ſinunt,ſed vtroque colle multitudine circundato effuſi conſedere, * deinde crebris ignibus factis , *deim
plerunque noctis Barbari more ſuo lætari ; exultare, ſtrepere* pedibus, vocibus,& ipſi duces feroces,quod *Vetuſti quidā codices nō habent. pedibus.
non fugere,ac pro victoribus *ſeſe agere. Sed ea cuncta Romanis ex tenebris, & editioribus locis facilia viſu , magnoque hortamento erant. Plurimum vero *In uetuſto exēplo.i nō legitur, ſeſe.
Marius hoſtium imperitia confirmatus quam maximum ſilentium haberi Iubet, ne ſigna quidem vti per vigilias ſolebant, canere, deinde vbi lux aduentabat,defeſſis iam hoſtibus, ac paulò ante ſomno captis, de improuiſo vectigales, item cohortium , turmarum , legionum tubicines ſimul omnes * tuba canere, milites clamorem tollere, atque portis erumpere iubet. *In codice Aldino nō eſt, tuba.

TEMPVS adeſſe).ſ.dicebat,[Cūctari].i.tardare. [Dubium belli atque pacis rationes trahere] Quia ipſe Bocchus neſciebat quid facere , an bellum ſuſciperet contra Romanos,an pacem cum ipſis faceret. [Rationes trahere belli atq; pacis].i.cogitare de bello atque pace.[Vti antea] Nam ſupra dixit Iugurtham donis corrupiſſe amicos regijs, vt ipſum regē ad belli ſocietatem impellerent. [Integris ſuis finibus] Videlicet,ſi nihil de regno ſuo amiſiſſet in conditionibus pacis. [Bellum compoſitum].i.in concordia pacis redactum. [Illectus] .i.tractus . [Vix decima parte relicta] Quia de toto integro die vix decima pars ſuſceperat.[Munimento]Adiumento.[Vtrunque caſum]Videlicet ſiue Romani viciſſent,ſiue victi eſſent. [Difficilē fore] Quia Rom. ignari locorum erant , & ppea ſi viciſſent non auſi eſſent proſequi hoſtes victos , nocturnas inſidias timentes. [Igitur ſimul].i.eodem tpe,Eodem tpe.ſ.inquit,& conſul de hoſtium aduentu cognouit,& ipſi hoſtes aderant. [Quiuit] .i. potuit. [Sed cateruatim] .i.ſine ordine mil. [Conglobauerat] .i.coaceruauerat.coniūxerat [Sine ſignis]Dicit vtrinq; ſine ordine vllo pugnatum. Nam & hoſtes ſine ordine Romanos inuaſerunt & Romani tempus non habuerunt, vt acie ad pugnam inſtruerēt, ſed vt quiſque poterat arma capiebat & pugnabat. [Cædere] .i.feriebant.[Scientes belli].i.periti belli.[Ob ea]Videlicet,quia ipſi veteres erant, & noui veteres coaluerant, & breui tpe virtus oīum æqualis facta vt ſupra dixi.[Orbes facere] Secūdum diſciplinam militarem in gyrum colligebantur, vt ab omni parte tecti eſſent. [Nihil remittere] .i. nihil ceſſabant. [Tum Marius ex copia rerum conſilium trahit] i.conſilium capit ex facultate & opportunitate , quam habebat. [Vt locus ſuis receptui eſſet] .i. vt locus eſſet ſuis, quo ſe reciperent, & reducerent. [Caſtris parum amplo] Quia is collis non erat tantæ capacitatis, vt caſtra Romana capere poſſet,& continere. [Alter vſui opportunus] .i.ad vſum . Vbi commode habitari poſſet , & tute, quia hic collis à natura munitus erat. Nam altus erat, & præceps, nec valde opus erat eum munire . [Iuxta aquam] Videlicet in colle , vbi erat fons aquæ . [Neque minus hoſtibus conturbatis] Nam licet Romani diſperſi , & turbati eſſent , tamen etiam hoſtes non minus turbati erant . [Contrahit] Colligit . [Pleno gradu,] Id eſt pleno paſſu , hoc eſt celeriter . [Prœlio deterrentur ,] Id eſt prœlio remouentur , & à prœlio abſtinent , quia non audebant pugnare contra eos, qui locum ſuperiorem occupauerant . [Effuſi,] Id eſt ſparſi, [Et ipſi duces feroces,] Scilicet erant, id eſt

indomiti duces feroces erant quia non fugiebant, ſed tanq̃ victores ſe gerebant obſeſſis collibus, in quibus erant Romani. [Aut pro victoribus agere] Pro agebant. i. gerebant ſe pro victoribus, quia tanq̃ victores Romanos obſeſſos in collibus tenebant. Neq; ſigna quidem, vti per vigilias ſolebant canere, pro canebant, noluit vt tubæ canerent ea nocte, ſicut fieri ſolet, qñ cuſtodes exercitus dant ſigna. [Deinde vbi] Ordo eſt. Deinde Marius iubet de improuiſo vectigales tubicines, item tubicines cohortium, & turmarum, & legionum ſimul oẽs canere tuba, & iubet milites tollere clamorem aut erumpere. [Portis]. ſ. caſtrorum, hoſtibus iam defeſſis, ac paulò ante capitis ſomno. [Vbi] Pro poſtq̃ lux aduentabat. Vide q̃d fecerit Marius, hoſtes in caſtris maiorem partẽ noctis egerant in lætitia exultantes & vociferantes tanquam victores. Deinde cum primo ſomno oppreſſi eſſet, iam appropinquante die Marius omnes tubicines ſimul tuba canere iuſſit, & milites cum clamore ex portis caſtrorum erumpere, atque ita hoſtes inuadere primo ſomno captos, quo facto ſtatim hoſtes fuſi fugatiq; ſunt. [Lux aduentabat]. i. dies appropinquabat. [Defeſſis iam hoſtibus] Nam maiorem partem noctis exultauerant, ſed tandem feſſi dormire inceperant. [Vectigales] Vectigal proprie dicitur tributum, quod pro vectura penditur, vnde populi vectigales dicebantur qui P. R. annuatim tributa ſoluebant. Vnde hoc loco fortaſſe tubicines vectigales dicit, qui miſſi erant ab alienigenis populis, videlicet ab his, qui P. R. vectigalia pẽdebat. ſed hanc expoſitionem infirmam relinquo, nõ enim ſatis placet.

Ma. re. VTILES] Opportunos. [Rati] Qui cogitauerat. [Signum] Teſſeram. [In acie] ſ. inſtructa. [Improuiſo metu] Ob ſubitam hoſtium incurſionem. [Circumfuſi] Quia cateruatim venerant, orbem facere. ſ. vertentes terga alter alteri. [Manu] Fortitudine, & militum multitudine. [Ex copia rerum] Ex multis negocijs occurrentibus. [Colles] Montes molliter aſcendentes. [Caſtris] Parum capaci ad caſtra. [Apud aquam] Iuxta fontẽ alterius collis. [Conſedere] Caſtrametati ſunt. [Vectigales] Non qui vectigalia ſoluebant Romanis, ſed qui immunes erant, & propterea hi populi, qui vectigalia non ſoluebant, milites ad Romanorum auxilium ſua impenſa conducti mittebant, ideo vectigales quia pro vectigalibus militiam agebant.

IPSIQVE Boccho pollicetur Numidiæ tertiam partem] Manuſcripta, Ipſiq; Mauro, ſed eſt idem vtrobique ſenſus. Prius illud ea gloſſa irrepſit. Nã & ſæpe alias Maurũ, ipſum Bocchum vocat, per antonomaſiam, quomodo Pœnum Liuius Annibalẽ. [Via decima parte diei relicta] Hunc locum Gellius ita legit, Via decima parte die reliqua, id quod ſupra quoque oſtẽdimus. [Contra, Romanis vtrunque caſum in tenebris difficilem fore] Manuſcripta, difficiliorem. id, quod & ſententia magis exigere videtur. Nec Beroaldinum ſecus. [Equites, pediteſq; permiſti] Exemplar Fabricianum, equites, pedites vt ſit aſyndeton. Paulò poſt. [Si quos locus aut caſus coniunxerat, orbes facere] Sic & manuſcripta. Cæterum in pleriſque eſt, orbem facere, numero ſingulari, pro, in vnum conglobari, vel, orbem colligere, quomodo Liuius loquitur, & Cæſar, Cum illi orbe facto ſeſe defenderent, inquit. Mox. [Atque ita ab omnibus partibus ſimul & tecti & inſtructi hoſtium vim ſuſtentabant] Sic in quibuſdam. In manuſcriptis deeſt alterum Et, quod vt nihil aliud, ad elegantiam interim, facit. Nihil tamen immuto. [Quam ex fortiſſimis magis, quam ex familiatiſſimis parauerat] Manuſcripta quam familiariſſimis, omiſſa repetitione præpoſitionis Ex. Id Saluſtianum magis eſt. Nec Beroaldinum ſecus. [Quorum in vno caſtris parum amplo, fons aquæ magnus erat, alter vſui opportunus, quia magna parte edita & præcipiti, pauca munimenta quærebat] Legendum ex Impreſſis vetuſtioribus, Alter vſui opportunior, quia magna parte editus & præceps, pauca munimenta quærebat. In manuſcriptis & alijs quibuſdam, gerebat legitur, vbi Gymnicus, quærebat. Sed iudicent alij. [Deinde crebris ignibus factis] Manuſcripta, dein. [Strepere pedibus, vocibus] τὸ Pedibus, non eſt in vllo manuſcripto neque in Beroaldino. Sed addendum ſit, nec ne, aliorum eſto iudicium. [Ac pro victoribus ſeſe agere] τὸ Seſe non habent codices in pergamenis deſcripti, nec eſt in impreſſis quibuſdam vetuſtioribus.

Cear. EQVITES pediteſq; permiſti] Equites pediteſq;, de Numidis tm̃ intelligi, ſed verbum Alios de Romanis, declarant verba quæ paulò poſt ſequũtur, ꝗ hoſtes, inquit, numero plures. Igitur cum iudicio locus legẽdus eſt. Mox. Denique Rom. veteres nouiq;, & ob ea ſcientes belli, &c. Illud Ob ea, vel veteres refert, remotius adiectiuum, vel exponendum cum Badio, Ob ea .i. ob eas res ꝗ veterani quoque adeſſent. [Inuadere manu, conſulere militibus] Incerta diſtinctio. Quidam poſt manu, diſtinguunt vt ſit ſenſus, Inuadebat Manu. i. turma ſua, quã ex fortiſſimis habebat. Ita codex Aldinus. Alij, vt Badius, ante manu, quaſi diceret Manu iudicium dabat militibus, qm̃ imperare conturbatis omnibus non poterat, vt ait auctor. Idq; intelligendum, donec dies erat. Nam mox ſequitur, Iamq; dies conſumptus erat, quæ eſt hephthemimeres heroica, & ſyllaba longa, hoc eſt. Carminis heroici quatuor primi pedes. Caſu ne an ſtudio ab auctore factum, incertum. Liuius tñ ita orſus eſt hiſtoriam Romanam ſi Quintiliano auctori in primis graui, quidquam credimus. Sed & ſeſqui heroicum carmen apud auctorem Liuium lib. ſecundo decados tertiæ, oſtendimus in annotationibus in eundem editis. [Quia magna parte editus, & præceps pauca muniebat.] Magna parte edita & præcipiti, legit Aldinus codex. Itẽ pro Gerebat, Quærebat pro deſiderabat, poſterius non diſplicet, prius non probo. Paulò poſt, Vtroque colle, legẽdum, non Colli, quod Aldus habet. Rurſus ſtatim poſt. Quod non fugere, vbi non fugere, pro nõ fugerẽt aut nõ fugiſſent, poſitũ vr̃. Badius tñ fugere præteriti pfecti tpis eaſtimat. [De improuiſo vectigales] Soldus Vectigales exponit i. à vectigalibꝰ miſſos, hoc eſt, à Tributarijs Badiꝰ Vectigales Tubicines exponit, ꝗ pcinere ſolent vectigalibus. i. Tributarijs, aut qui ipſi vectigales erãt. Ego cũ Soldo hæreo. Nã neq; illi ſua ſatis facit expoſitio, & neq; id verbi ita poſitũ alibi me legere memini.

Aſcen AT Iugurtha] Dicto Sylla, redit ad Iugurthã, de quo dicit ſic. At. i. ſed, q. d. vt ad rem redeam, Iugurtha poſtq̃ amiſerat oppidũ, Capſam. ſ. nomine, & alios locos munitos, & vtiles ſibi, & ſimul magnam pecuniam, quia theſauri eius Capſæ fuerant, & in caſtello iam dicto, mittit ad Bocchum. ſ. regem Mauritaniæ cum quo iam ſocietatem inierat, nuncios. i. nunciantes, hoc eſt ſignificantes ſup. vt adduceret q̃ primum. i. valde cito, copias. i. copioſos exercitus in Numidiam, & ſup. nunciantes tempus faciendi prælium. i. quo deberẽt facere prælium cũ Romanis, adeſſe. i. præſens eſſe. Quẽ. ſ. Bocchũ, vbi Iug. accepit. i. intellexit cunctari. i. immorari hæſitabundũ, & dubiũ. ſ. quid ageret, trahere rõnes. i. conſiderationes & reſpectus belli atque pacis. i. an deberet bellũ an pacẽ potius acceptare, corrumpit rurſus. i. iterũ, vti. i. quemadmodũ antea, proximos. i. cõiunctiſſimos ſeu ſanguine, ſeu familiaritate eius. ſ. Bocchi, donis. i. per dona ſeu munera, & pollicetur ipſi Boccho tertiam partẽ Numidiæ; ſi aut Rom. ſup. forent expulſi Africa. i. extra Africã, aut bellũ foret cõpoſitum. i. finitum (vt Æn. ante diẽ clauſo cõponat veſper olympo. & in Buc. Non noſtrum inter vos tantas cõponere lites Hic aũt magis proprie ponitur, qui vulgo cõpoſitionem dñt conuentionem ſeu pactionẽ inter prius diſcordãtes) Cõpoſitũ ergo ac ſi vulgo dicamus concordatum eſt & pacificatũ, finibus ſuis. i. regni ſui, integris. i. nõ imminutis, Bocchus illectus eo pretio. ſ. tertia parte regni, accepit. i. adit, aut aggredit Iugurthã (ſanè accedo duo ſignificat, aut incrementũ facio; ſeu addor, cũ datiuo aut accuſatiuo mediante ad, vt acceſſit miſerijs meis, aut ad miſerias meas pondus calamitatis. & inde dñ verbale acceſſio. i. incrementũ, aut aggredior ſeu adeo, idq; cũ accuſatiuo non etiam præpoſitione, vt Aen. 1. s. Acceſſis ſcopulos Inde venit acceſſus) & ita ipſi ambo inuadũt Marium proficiſcẽtẽ iam. ſ. peractis multis preclaris negocijs, in hyberna. i. loca vbi hyemaret. i. hyeme trãſigeret, & hoc via decima parte diei relicta. i. ad veſperum inuadunt dico. rati. i. opinantes, noctem quæ aderat iam. i. inſtabat, fore. i. futuram eſſe, &. i. ſimul ſibi uictis. i. ſi forte uincantur munimento. i. ad munimentum. i. protectionem & fore nullo impedimento. i. detrimento ſi uiciſſent, quòd. i. quia præcipue Numidæ erant ſcientes. i. periti locorum, & ita ſine difficultate poſſent victi ſeſe recipere in loca tutiora, & victores perſequi fugientes quocunque fugerent, & ſup. rati, contra. i. econtrario utrunque caſum. ſ. ſiue uincantur ſiue uincant fore. i. futurum eſſe Rom. difficilem in tenebris, quia Ignari eſſent locorum. [Igitur conſul]. ſ. Marius ſimul cognouit ex multis. ſ. ſpeculatoribus aut exploratoribus de aduentu hoſtium, & ipſi hoſtes aderãt. Et priuſquam exercitus quiuit, aut inſtrui aut colligere ſarcinulas quas portauit, ac accipere ullum imperium, equites Mauri atque Getuli qui erant Bocchi concurrunt in noſtros. i. Rom. non acie. i. per aciem, neque ullo modo prælij. ſ. arte ineundi, ſed cateruatim. i. per cateruas, uti. i. ſecundum quòd ſors aut fors conglobauerat. i. in globum coniunxerat eos. [Qui omnes trepidi] Recitat uehementem Getulorum & Numidarum in Rom. impetum, quem eo difficilius tolerauerunt quòd improuiſus eſſet, cum minime expectaretur hoſtis toties uicti incurſus. dicit autem ſic. [Qui] ſ. noſtri, hoc eſt Rom. caſtrenſes omnes trepidi, id eſt tremore concuſſi & feſtinantes, improuiſo metu, id eſt ex metu de improuiſo malo orto attamen memores uirtutis, ſcilicet priſtinæ, aut capiebant arma, aut defenſabant ab hoſtibus

alios

alios capientes. ſ.arma.[Pars).i.partim Rom.aſcēdere.i.aſcēde
bant equos,& ire.i.ibāt obuiam hoſtibus. [Pugna fieri].i.fiebat
magis ſimilis latrocinio.i,vt fit ab latronibus q̄ñ incurrunt,quā
prœlio.i.more prœliantiū ex inſtituto aut peritia militari,ſine ſi-
gnis,quæ ſequerētur & ſine ordinibus.ſ.rite inſtructis equites &
pedites & permixi,cędere.i.cædebāt,hoc eſt percutiebant alios,
& obtruncare.i.obtrūcabant alios & circumuenire i.circūuenie
bant alios ab tergo,multos.ſ.Romanorū, pugnātes acerrime cō
tra aduerſos i.ante ſe poſitos,aut ex aduerſo venientes & nō du
bitantes de his qui à tergo adoriebantur.[Neque virtus].i.forti
tudo & ſtrenuitas militaris,neque arma.tegere.i.tegebant,& ꝓ.
tegebāt eos ſup.ſatis,quòd.i.quia hoſtes ſup.erant plures nume
ro quam.ſ.Rom.& erant circūfuſi vndique.i.ex omni parte. De
nique.i.tādem Rom.veteres. i.veterani milites & noui i.tirones
aut recentiores,ob ea.ſ.ob eas res ꝙ etiam venerāt adeſſent,ſciē
tes.i.periti belli.i.artis ꝓllandi facere.i.faciebāt orbes.i.globos
rotūdos, ſi locus aut caſus coniunxerat quos.i.aliquos.i.ſi ꝑ op
portunitatem loci,aut caſu aliquo vt pote imperiū faciendo,aut
repellendo hoſtes aut fugiendo coniuncti erant.Et ita ipſi ſimul
& tecti.i.protecti & inſtructi.ſ.telis ab omni parte,quia orbē fa
ciebāt ſuſtentabant vim.i.impetum hoſtium. Bene aūt vtitur fre
quentatiuo & in propria ſignificatione. nam nō eſt dubium ho-
ſtes frequēter tentaſſe & inſultaſſe, vnde quia toties reuellebant
eos ſuſtentauerunt.i.frequenter ſuſtinuerunt. [Neque vero]Pro
ſequitur virtutem & animoſitatem ducis ſeu imperatoris videli-
cet Marij,qui in tāto diſcrimine imperterritus manſit,& ita ſuis
& auxilio & cōſilio fuit. Vnde cognoſcitur quanti momenti ſit
dux in exercitu.Vnde non ab re dictum eſt, Magis timendū eſſe
exercitum ceruorū duce leone quam leonum duce ceruo, quod
etiam Homerus in Acchillis gloriam trahit,quo bellante Græci
victores euadebant,& ceſſante vincebātur. Sed ad ordinē reuer-
tamur. Neq; Marius fuit,territus,quod adhuc plus eſt q̄ ſi dixiſ
ſet perterritur , qa multi ſunt territi,qui non ſunt perterriti, aut
fuit animo mag.demi.i.deorſum miſſo,q.d.humili & abiecto cū
tñ dicat comicus, Vt res dāt ſeſe ita magni atq; humiles ſumus,
in eo tā aſpero.i.difficili negocio vbi Rom.ferè victi uidebātur.
Sed Marius vagari.i.vagabatur paſſim.i.quaſi per ſingulos paſſus
nūc huc nūc illuc,cū turma.ſ.equitum,ſua.i. q̄ ſibi delegare vt
ſuis ſuccurrere poſſet.vnde addit q̄.ſ.turmā ipſe parauerat.i.con
parauerat & collegerat magis ex fortiſſimis quā ex familiariſſi
mis.ſ.militib.Ac ſuccurrere.i.ſuccurrebat,modo.i.interdū ſuis.ſ.
militibus alijs laborantibus.i.in periculo ſuccūbendi verſantibus,
modo.i.interdū Iuadere.i.inuadebat hoſtes vbi ipſi obſt.cōfer.i.
denſiſſimi & ita potētiſſimi. Conſulere.i.cōſulebat.i.conſiliū da
bat militibus.ſ.ſuis,manu,i.dādo indicium,qm̄ omnibus contur
batis.i.cum oēs eſſent cōturbati,nō poterat imperare ſup.eis im
perio.ſ.verbali. Poſſet ēt conſtrui,vt oībus & conturbatis nō ſint
ablatiui abſolute poſiti,ſed datiui recti à verbo imperare ſic, nō
poterat imperare oībus conturbatis.i.ſimul turbatis. Item licet
cōſulere ſæpius refertur ad rē exteriorem quam ad animum, ut
cōſule honori tuo.i.proſpice, & ita cōſulere manu poſſet qui o-
pem ferre hic tñ propter ſequentia cōſilium negat. Iamq.dies
cōſumptus erat. Maro aūt ſic. Iamq.dies alterq.dies proceſſit.
Eſt aūt heptimemeris heroica,vt opinor præter intētionem au-
ctoris nata,quę ſic poſſet perfici. Iamq.dies cōſumptus erat cum
Barbara turba,aut cum Barbarus hoſtis. Verū orator & hiſtorio
graphus non obſeruant numeros poeticos. Ducet aūt ferociam
hoſtium ex ſpe victoriæ quam in manibus hr̄e ſibi viſi ſunt auctā
nec deſtitiſſe ēt conſumpto die. Nam ſic edocti fuerāt à regibus.
Verum Marius receptui capere iuſſit & ſe in locū editiorem cū
ſuis recepit cuius difficultate impediti hoſtes pugna deſtiterunt
agentes ſeſe pro victoribus. Verum breui erant ea victoria gaui
ſuri nam poſtero diluculo plerique occidendi. Vnde ordo eſt.
Iamque.i.& iam dies erat conſumptus.ſ.pugnando aut prœlian
do,cum tñ barbari.i.immanes & inculti hoſtes Getuli & Numi
dæ,vnde Maro. Hinc Numidæ infreni cingunt &c.nihil.i.nō ali
quid,vel non aliquo remittere.i.remittebat, atque rati noctem
ſup.fore aut futuram pro ſe.i.ad vtilitatem ſuam, inſtare.i.inſta-
bant acrius.ſ.quam prius. Tum.i.tunc Marius hoc videns trahit
conſilia ex copia, rerum.i.pro neceſſitate in qua erat, atque uti
.i.vt locus ſup.aliquis tutus eſſet ſuis.ſ.militibus receptui.i.ad re-
ceptum, aut ad ſe recipiendos e periculis, occupat duos colles
propinquos i.nō longe diſtātes inter ſe. In quorū.ſ.collium vno
.i.altero, parum.i.non ſatis amplo.i.capaci caſtris. i.pro caſtris
metandis,magnus fons aquæ erat.quæritur quare additur aquæ.
Sed ideo ꝙ in ea erat cōmoditatis ratio,aut quia ēt aliarū rerū
fontes ſunt, vt ſalis,bituminis,argenti uiui &c. alter.ſ.collis erat
opportunior.i.conuenientior vſui.i.ad vſum Rom.hoc eſt vt ſe-
ſe illinc defendant & vt illic caſtra muniet,quia ipſe editus.i.in
altū datus & erectus,& præceps magna parte.ſ.ſui,gerebat.i.cu
piebat]vnde eſt geſtio deductū quod eſt geſtu cupiditatē aut af-
fectionem prodere]pauca munimenta , qa per ſe munitus erat.
Ceterū Marius iubet Syllam cū equitibus agitare apud aquā.i.
fontē illum aquæ. Ipſe cōtrahit.i.colligit milites diſperſos, neq;
minus,hoc eſt & nihilominus hoſtibus exiſtētibus ſup.conturba
tis.i.q̄q̄ milites diſperſi erant tñ hoſtes ēt conturbati fuerant,
aut potius ſic q̄q̄ Marius ſuos paulatim colligitū interim non
minus hoſtes conturbat ne perciperent ꝙ ſuos recipere paret.
[Deinde ſub.hoc eſt clā è pugna deducit cūctos].i.ſimul oēs in
collem.ſ.editiorē pleno hoc eſt nō impedito nec interrupto gra
du,hoc eſt ingreſſu. Ita.i.& ſic reges.ſ. Bocchus & Iugurtha coa-
cti difficultate.i.ꝑꝑ difficultatem loci,deterrentur,hoc eſt terro
re depelluntur prœlio,neque tñ ſinunt , hoc eſt patiuntur ſuos.ſ.
milites abire lōgius.[Sed vtroq; colle circūdato multitudine].ſ.
militū,ipſi milites hoſtiles.[Effuſi,hoc eſt diſperſi cōſędere].i.ſi
mul locum quietis cœperunt. Deinde crebris ignibus factis bar
bari lętati hoc eſt lætabantur ſuo more plerunque.i.per plurimā
partē noctis exultare.i.cantabant & trepudiabāt,ſtrepere.i.ſtre
pebant pedibus & vocibus Et ipſi reges feroces ſup.erant ꝙ non
fugere,hoc eſt fugere,hoc eſt fugiebat aut ꝙ agere.i.agebāt,hoc
eſt ferebāt ſup. ſe pro victoribus,niſi ſit fugere penultima longa
præteriti perfecti tpis,& ordo , res feroces erāt,aut agere.i.age-
bant ſup.ſe pro victoribus. ꝙ nō fugere.i.fugerunt [Sed ea cun
cta quæ faciebant hoſtes,erāt Romanis facilla viſu).i.vt uiderē
tur aut ad vidēdum ex tenebris quia qui in tenebris ſunt. vidēt
quæ ſunt in luce & non vr̄,& locis editoribus vnde proſpectus
latior,& erant magno hortamēto.ſ.ad futuram victoriam.[Plu
rimum vero Marius]Proſequitur exitum belli peritia Mariano
& imperitia hoſtili fœlicem ac infœlicem dicens.[Vero pro ſed
Marius confirmatus] Supp.caſtens.i.animum firmum capiens,
plurimum.i.ſummopere,imperitia.i.per imperitiam hoſtium iu
bet quam maximum.i.altiſſimum ſilentium haberi.i.à ſuis,& iu
bet ne quidem.i.non etiam ſigna canere.i.cantu vigilias indica-
re,vbi ſolebant canere pro vigilias. Sanè ſigna canunt vt inſtru-
menta, ſi ſigna pro tubis capiantur , aut potius iubet cornicines
& tubicines,ne quidem.i.non etiam canere ſigna,vti.i.quemad
modum ipſi ſolebant.ſ.canere per uigilias [Deinde vbi).i.poſt-
quam lux.ſ.matutina, id eſt Aurora aut diluculum aduentabat,
hoſtibus iam defeſſis ex tripudijs & pridiano bello, ac captis ,
id eſt oppreſſis,& ſopitis paulò ante ſōno,ſup. Marius iubet tu-
bicines vectigales. i.qui precinere ſolent vectigalibus.i.tributa-
rijs,aut qui ipſi vectigales erant,item.i.& ſimiliter omnes tubici
nes cohortum , turmarum, legionum .i. omnium tam peditum
quam equitum & tam Roma,quam ſociorum & auxiliariorum
canere tuba [alij habent ſigna]de improuiſo.i.repente, & mili-
tes tollere.i. leuare clamorem aut erumpere portis .i.euadere ut
in portas caſtrorum hoſtilium.

MAVRI atque Getuli,ignoto & horribili ſonitu repente exciti,neque fugere, neque arma capere,neque omnino facere,aut prouidere quidquam poterant. ita cunctos ſtrepitu,clamore nullo ſubuenientē, noſtris inſtantibus,tumultu,terrore, formidine, quaſi vecordia ceperat. Denique oēs fuſi fugatique, arma & ſigna militaria pleraque capta,pluresq; eo prælio,quā omnibus ſuperioribus interempti. na ſomno & metu inſolitu impedita fuga. Dein Marius, vti cœperat,in hyberna proficiſcitur,quę propter cōmeatum in oppidis maritimis agere decreuerat, neq; tñ victoria ſocors, aut inſolens factus , ſed pariter ac in conſpectu hoſtiū quadrato agmine incedere. Sylla cū equitatu apud dextimos,in ſiniſtra parte A. Manlius cum funditoribus & ſagittarijs , præterea cohorte Ligurum curabat , & primos & extremos cū expeditis manipulis locauerat tribunos. Perfugæ minime chari , regionum & ſcientiſſimi hoſtium iter explorabant . Simul conſul quaſi nullo impoſito omnia prouidere , apud omnes adeſſe,laudare,increpare mœrentes . Ipſe armatus intentusque item milites cogebat , neque ſecus atque

iter

iter facere, caſtra munire, excubitũ in portis, cohortes ex legionibus, pro caſtris equites auxiliarios mittere, præterea alios ſuper vallum in munimentis locare, vigilias ipſe circuire, non tam diffidenntia, futura, quæ imperauiſſet, quam vti militibus exequatus cum imperatore labor volentibus eſſet. Et ſanè Marius, illoq́; alijq́; omnibus tẽporibus Iugurthini belli pudore magisq̃ malo exercitum coercebat. quod multi per ambitionem fieri aiebant, alij, quòd à pueritia cõſuetam duritiam, & alia quæ cęteri miſerias vocant, voluptati habuiſſet, & tamen reſp. pariter ac ſeuiſſimo imperio, bene ac decore geſta eſt. Igitur quarto denique die haud longe ab oppido Cirtha, vndique ſimul ſpeculatores citi ſeſe oſtendunt. Quare hoſtis adeſſe intelligitur. Sed quia diuerſi redeuntes alius ab alia parte, atque omnes idem ſignificabant, conſul incertus quonã modo aciẽ inſtrueret, nullo ordine commutato, aduerſu m omnia paratus ibidem opperitur.* Igitur Iugurtham ſpes fruſtrata, qui copias in quatuor partes diſtribuerat, ratus ex omnibus ęquę aliquos ab tergo hoſtibus venturos. Interim Sylla, quem primum, hoſtes attigerant, cohortatus ſuos, turmatim & quàm maxime cõfertis equis, ipſe, alijq́; Mauros inuadunt. Cæteri in loco manentes, ab iaculis eminus emiſſis, corpora tegere, & ſi qui in manus venerant, obtruncare.

MAVRI] Quibus præerat Bocchus. [Getuli] Quibus præerat Iugurtha. [Quaſi vecordia acceperat] ideſt quaſi amentia & inſania cunctos occupauerat. Nam neſciebant quid facerent. [Deinde Marius, vti cœperat in hyberna it.] Marius poſtquam hoſtes fudit, atque fugauit in hyberna profectus eſt cum exercitu, ſicuti inceperat, nã ſupra dixit hoſtes agreſſos fuiſſe Marium in hyberna proficiſcentem. [Propter, cõmeatum in oppidis maritimis agere decreuerat] Marius decreuit habitare & hyemare in ciuitatibus, quæ erant mari vicinæ, vt commeatum abũde habere poſſet. Nam vrbes, ad quas naues ire poſſunt ſemper abundant commeatibus. [Agere] .i. eſſe. Virg. in 4. Æn. Getulis agerem ſi ſyrtibus exul. Neque tamen victoria ſocors, aut inſolens factus] .ſ. eſt ferè ita euenire ſolet, vt victores ſuperbi & negligentes reddantur, quia amplius non timent, ſed Marius ꝓpter victoriã, neque negligẽs, neque ſupbus factus eſt, ſed caute cum ipſo exercitu incedebat, non aliter q̃ ſi hoſtes adeſſent. [Socors] .i. negligens. [Inſolens] .i. ſuperbus, vt contemneret hoſtes. [Ac] Pro quam. [Quadrato agmine] .i. exercitu quadripartito. Eſt ſtatim declarat, quo modo erat agmen. Nam diſpoſuerat. Marius, quià dextera & ſiniſtra parte, à fronte, & à tergo exiſtent. [Apud dextimos] .i. apud eos qui erat in dextera parte. [Expeditis manipulis] Nam expediti manipuli dñr ſicut expeditæ cohortes. Sunt enim milites leuis armaturæ non grauibus armis impediti, vt clypeo, galea, lorica, ſed expediti leues aduerſum tela miſſilia gerentes. [Minime chari] Non chari, quia ſemper proditores, & perfugæ ſuſpecti ſunt. [Simul conſul] Quaſi nullo impoſito omnia prouidere. Marius tãta diligentia & cura vtebatur, vt omnia ita prouideret tanq̃ ſi nullum alium impoſuiſſet, cum tñ & Syllam quæſtorem & Aulum legatum & tribunos locaſſet, qui totum exercitum curarẽt. [Adeſſe] Pro aderat. [Laudare] .ſ. bonos. [Increpare] .ſ. ignauos & verentes, & ad laudẽ & vituperationem pertinet [Ipſe] .ſ. Marius. [Intentus] .i. paratus, Item ſimiliter intentus animo. Armatus corpore, cum Marius imperator armatus & paratus eſſet, cogebat milites, vt ſimiliter ipſi quoque armati & parati eſſent. [Neque ſecus, atque iter faceret caſtra munire] Ex his verbis videtur Marius hoc tẽpore cũ exercitu in itinere non fuiſſe, ſed iam conſediſſe, & caſtra poſuiſſe, cum tamen ſupra dixerit illum in hyberna proficiſcentẽ, quadrato agmine inceſſiſſe. Et ſine dubio hoc tẽpore in hyberna proficiſcebatur, atque in itinere erat. Sed vide qđ dicat, Marius quã in prouidentia & diligentia vtebatur, vt cum exercitus incederet, & iter faceret, tanta diligentia vtebatur cum caſtra locabat. Nã ſicuti caute incedebat quadrato agmine, & quæſtore, ac legato, nec non tribunis diſpoſitis, qui uniuerſo exercitui præeſſent ſic eũ caſtra locabat, ea ipſa caſtra foſſa, ac uallo muniebat. Equites autẽ caſtra diſponebat, qui ad cuſtodiã exercitus excubarent. Vigilias fieri, & uallum cuſtodiri iubebat. [Caſtra munire] .ſ. uallo & foſſa. Cum exercitus conſidet, caſtra ſubito uallo, & foſſa muniuntur. [Excubitum in porta] Ordo eſt. Marius mittere pro mittebat cohortes ex legionibus excubitum in porta, & mittebat equites auxiliarios pro caſtris. Caſtra propriè dr̃ locus, ubi exercitus ſtat. [In legione decem cohortes ſunt] Ergo ex legionibus cohortes eximebat, quæ in porta caſtrorum excubarent, & uigilarẽt ad cuſtodiam exercitus. Sed extra caſtra equites locabat, qui præſidio eſſent, ne caſtra inuaderentur ab hoſtibus. [Excubitum] .i. ad excubandum, & uigilandum [In porta] .ſ. caſtrorum. [Pro caſtris] .i. ante caſtra. [In munimentis] .i. in munitionibus. [Vigilias ipſe circuire, non tam diffidentia futura quę imperauiſſet, quam uti militibus exæquatus, cum imperator labor uolentibus eſſet] Marius, inquit, uigilias caſtrorum circuibat, non quia dubitaret milites non eſſe facturos id quod imperabat, ſed ut milites uolentes non coacti labores ſubirent, cum ipſe imperatorem uiderent laboribus & periculis ſe exponentem. [Non tam diffidentia futura quæ imperauiſſet] Si legitur quod imperauiſſet, clarus eſt ſenſus. Dicit enim Marius circuibat uigilias. non tam quia diffideret id futurum quod imperaſſet, quam uti labor exæquatus militibus cum imperatore eſſet uolentibus. Sed ſi legitur, quæ imperauiſſet, durior eſt expoſitio, ſed tñ idem eſt ſenſus. Sic. n. intelligendum eſt, non tam diffidentia futuri .ſ. eorum quæ imperauiſſet. [Et ſanè Marius, illoq́;] .ſ. tẽpore. Laudat Mariũ, dicens illũ pudore magis quam pœna exercitum gubernaſſe, cum exemplo ſui ipſius militibus oſtenderet, quid eos facere uellet. Nam militares putabat non facere id quod imperator ipſe faciebat. [Pudore magis quam malo] .i. quam pœna, quia Marius exemplo magis quam uerbo docebat milites quid facerent. Et ita bene agendo potius quam facere imperando retinebat exercitum, ne licentius & ſolutius uiuerent, ſed laboribus & uigilijs corpus ad patientiam indurarent. [Per ambitionem] Per appetitum & cupiditatem, honoris & laudis. Nam ſine dubio magnam laudem meretur imperator, qui ſe laboribus & periculis exponendo exercitum magis exemplo docet quã uerbo. [Aiebant] .i. dicebant. [Duritiam] .i. laboris patientiam. [Et alia] Quæ cæteri miſerias uocant, ſicuti pati famem. inopiam, frigus, & calorem. [Voluptati] .i. ad uoluptatem, Marius pro uoluptate habebat. ſ. pati labores, famem, inopiam, frigus, & calorem, quæ alij putant eſſe miſerias. [Niſi tantum reip.] Pariter ac ſæuiſſimo imperio, bene atque decore geſta ſunt. Ordo & ſenſus pendet à ſuperiori. Multi enim dicebant, imperatorem labores ſubire, & duriſſima ſuſtinere propter ambitionem, ſed ego neſcio utrum hoc fecerit propter ambitionem, niſi quod hoc ſolum ſcio, illum ita utilem fuiſſe Romanæ reip. mitem. ſ. & manſuetum ſed laboris patientiſſimum ſe præbendo, quam ſi crudelem & ſæuiſſimum ſe præbuiſſet in imperio. Locus iſte uidetur obſcurus, niſi diligẽter ſenſus conſideretur. Vult oſtendere Marium in imperio mitem fuiſſe, & laboris patientiſſimum, & tamen reip. profuiſſe, dũ mitis eſt, & patiens laborum, quam ſi ſæuiſſimus & crudeliſſimus fuiſſet, & imperioſus, ſicuti ſolent eſſe duces, nam duces ſolẽt ipſi delicate & molliter uiuere, & imperioſe cogere milites ad labores & pericula. Sed ipſe Marius aliter faciebat. Nam Marius ſemper primus erat, qui labores & pericula ſubibat, atque ita faciendo, non quidem ſuperbe & crudeliter imperando, milites pudore cogebat, ut facerẽt quod ipſe faciebat. Et dum hoc facit ita rempublicam utiliter adminiſtrat quam ſi ſæuiſſimus in imperio fuiſſet. Sed forte diceret al quis, an fortaſſe qui crudeles & ſæuiſſimi ſunt in imperio, utiles ſunt reipublicæ? Saluſtius hoc ideo dicit, quia fermè hoc euenire ſolet, ut duces niſi ſeueri ſint & imperioſi, contemnantur à militibus. Quando autem dux contemnitur, res benigne geri non poteſt. Sed hoc euenit in ducibus, qui ſine opere nihil ualent. Nam dux, qui ſine imperio, neque opere aliquid ualet, iure contemnitur. Sed Marius, quamuis mitis imperio eſſet, tamen non contemnebatur, quia opere multum ualebat, & omnes ad æmulationem exemplo prouocabat, ut tantum reip. prodeſſet bene agendo, quam ſeuere & duriter imperando. [Niſi tantum] .i. niſi ſolum, ac ſi diceret. Neſcio utrum Marius illud fecerit per ambitionem, niſi quòd hoc ſolum ſcio, uidelicet geſta ſunt. ſ. ea quæ geſſit Marius. [Bene & decore] .i. utiliter, & decenter reip. [Pariter ac ſæuiſſimo imperio] .i. tantum utiliter, quam ſi ſeuiſſimo imperio Marius ea geſſiſſet. [Igitur quarto denique] Saluſtius parumper digreſſus erat à propoſito, dum diligentiam Marij & mores eius deſcribit, quibus utebatur in bello. Nunc redit ad propoſitum. Nam dicere inceperat, quomodo Marius uictis hoſtibus in hyberna proficiſcebatur. Tendebat

autem ad vrbem Cirtham.Igitur cum non longe ab vrbe Cirtha Marius abeſſet ſpeculatores hoſtium cito ſe oſtendunt. Ea quare Marius intellexit hoſtes adeſſe. Nam ſpeculatores ſemper ante exercitum mittuntur ad explorandam regionem & inſidias. [Speculatores].ſ. hoſtium. Quare quia ſpeculatores, miſſi erant ex hoc cognitum eſt hoſtes adeſſe,quia ſemper ſpeculatores præcedunt exercitum. [Sed quia diuerſi redeuntes]Marius ipſe quoque præmiſerat ſpeculatores, qui regionem explorarẽt. Qui cum ea diuerſis partibus redirent, tamen omnes rem eandẽ nunciabant,videlicet hoſtes adeſſe.Ex quo Marius dubius & incertus,quomodo inſtrueret aciem,nullum ordinem cõmutauit, ſed exercitum quadripartitum reliquit, & ita hoſtes expectauit. [Diuerſi]Declarat quomodo diuerſi redibant,videlicet,alius ab alia parte.[Redeuntes] Qui miſſi fuerant ad ſpeculandum.[Atque omnes idem ſignificabant].ſ.hoſtes adeſſe.ſed forte mirum videtur, quomodo ex diuerſis partibus redeuntes omnes idem nũciabant,hoc ideo eueniebat quia Iugurtha copias ſuas in quatuor partes diuiſerat vt à quatuor partibus Romanos inuaderet,quod etiam fecit, ſed ab omni parte Marius prouidet.[Opperitur].i.expectat.[Ita Iugurthæ ſpes fruſtrata].i.eluſa & decepta, quia non potuit aſſequi quod ſperabat. Nam Iugurtha copias ſuas in quatuor partes diuiſerat ſperans aliquos inuaſuros eſſe Romanos à tergo,ſed Iugurtha,deceptus eſt in ſpe,quia Marius exercitũ quadratum & quadripartitum habebat,atque prouiderat ab omni parte, ne hoſtes inuadere poſſent. [Ita]Videlicet,quia Marius non mutauit ordinem,ſed quadratum dimiſit exercitum, ne ab vlla parte impetus fieri poſſet.[Aliquos à tergo hoſtibus vẽturos].i.aliquos a tergo inuaſuros eſſe Romanos.[Interim Sylla]Incipit pugnare. Sylla cum equitatu dexteram partem curabat. [Turmatim].i.per turmas. [Confertis] Denſis.[Emiſſis].ſ.ab hoſtibus.

MARL. ACCEPERAT]Inuaſerat.[Fuſi]Interfecti.vt fuſiq.bimẽbres.[In hyberna, in regiones maritimas vbi hyemare decreuerat [Agere]Continere ſe [Perfugæ].ſ.Iugurthini,alij hñt perfugæ minime chari & rei, &c.[Verentes]Formidoloſos [Neq; ſecus atque].i.quam faciebat iter.ſed dum intere morabatur,aut comedendi gratia, aut alio negocio,ita ipſos muniebat ac ſi iter faceret.[In portis]Quæ quinque erant vt ait Blondus.[In munimentis]In propugnaculis, [Militibus volentibus].ſ.pugnare. [Quã malo]ſupplicio [Duritiam]Patientiam laboris, [Tamen] Quamuis Marius coerceret milites pudore. [Significabãt]Indicabãt.[Ratus æque].i.pariter ſicuti Marius.[Ceteri].ſ.Syllani.

SYLLA cum equitatu apud dextimos]Fabricianum,apud extremos. Sed vulgata lectio verior,pro,in dextra parte.Nam ſequentia palã oſtendunt,ſic legendum eſſe. Ea ſunt in ſiniſtra parte.A.Manlius,cum funditoribus & ſagittarijs &c.Mox. Primos & extremos cũ expeditis manipulis tribunos locauerat. Videsne,vt hic extremorũ meminerit,& vt dextimos oppoſuerit ſiniſtræ parti? Sed quid multi? Legit eodem modo Priſc.lib 3.de ſuperlatiuo agens. Excipiuntur,inquit, dextimus & ſiniſtimus Dein ſubdit hoc e Sal.exemplum,aliaq́ pręterea ex Varrone Cęlioque,quæ nos breuitatis cauſa omittimus. Docet & Sex.Põpeius,dextimum, & ſiniſtimum antiquos dixiſſe.Omnia prouidere apud oẽs adeſſe,laudare,increpare merentes. Manuſcripta diphthongo,merentes,pro qui aut laudari aut increpari mererentur. Facit cum his Beroaldinum.Quanq̃,ne quid diſſimulem,Venetum, Argentoratenſe,alia pleraque,laudare forteis,& increpare verenteis.perperam videlicet. τὸ Forteis ex gloſſa irrepſiſſe ſuſpicor. Huic aliquis Verenteis opponi putauit, hoc eſt timidos & ignauos. Ita ſciolorũ audacia eſt hic locus deprauatus,qui nõ intellexerunt,quid ſibi vellet,Merentes,cũ Sal.innuat,pro merito quenq; eſſe aut laudatum aut increpitum.[Excubitum in portis]Manuſcripta omnia in porta,numero ſingulari,quõ Beroaldinum quoque. [Niſi tñ reip.pariter ac ſęuiſſimo imperio,bene atque decore geſta omnia]Omnia, codices in Pergamenis deſcripti non hñt,& ſenſus ipſe reſpuit atque repudiat. Nam illud Geſta,ad quod paulo ante ꝓcedit,nempe Reſp.ſpectat,vbi perperam tñ exemplar Venetum,Baſiliẽſe,alia pleraque,Reip.quęres credo anſam errori præbuit, quaſi omnia à Mario bene atq; decore ad vtilitatem reip.geſta.[Igitur quarto denique die omnia haud longe]τὸ Omnia, cum ſenſus ipſe aſpernatur,tum codices vetuſti non hñt.[Qui copias in quatuor partes diſtribuerat]Legendũ, in quatuor parteis.Paulò poſt.[Ipſe alijq́ Mauros inuadunt]In quibuſdam ſed impreſſis τὸ Que geminatum eſt.

GLAR. DEIN Marius, vti cœperat,in Hyberna proficiſcitur propter commeatum]Hic locus in plęriſque exemplaribus corrupte legitur. Vetuſtus ille codex, de quo nunc toties dixi ita habet, Deinde Marius,vti cœperat,in hyberna it,quapropter commeatũ in oppidis maritimis agere decreuerat. Siue igitur it, ſiue Proficiſcitur legatur, certe, quæ,relatiuum omitti non debet.Nam ſine eo ſenſus non procedit,quod non animaduertiſſet cõmentatores admodum miror. [Sylla cũ equitatu apud dextimos]Poſt Dextimos,diſtinguendum, vt Syllam cũ equitatu in dextra parte,A vero Manlium cum funditoribus,& ſagittarijs, præterea, cohorte Ligurum in ſiniſtra fuiſſe intelligamus. Paulò poſt, Perfugæ minime chari.Duo verba, Minime chari,non ſunt in omnibus codicibus, nec Badius legit. At vetuſtus ille codex habebat, præterea Aldinus: Soldus retulit Charum, ad animum, Quia,inquit,Proditores & perfugæ ſemper ſuſpecti ſunt. Mihi vero videtur dicere velle,Minime chari.i.minime in magno numero. Mox, Laudare fortes, & increpare mœrentes. Quidam ſuſtulerunt Forteis, & Mœrentes abſque diphthongo legunt, quod tametſi intelligatur,prior tamẽ lectio, quę ſingulis verbis ſingulos dat caſus, planior eſt.Aldinus codex & Forteis ſuſtulit & Mœrentes cum diphthongo legit,quod diſplicet. Item quod continuo ſequitur, Ipſe armatus intentusq́.item milites cogebat.Badius diſtinguit ante verbum Item, quod per conſimiliter exponit.Quæ vero ſequuntur,duplicem habent lectionem.Alij enim Facere legunt,vt Aldinus codex.Alij Faceret,vt Badius & vetuſtus ille codex. Prior lectio hunc habet ſenſum: Non ſecus Marius cogebat milites caſtra munire, atque iter facere.Atque pro Quam,videlicet vt ſenſus à verbo Cogebat pendeat. Atqui tum verbum Item, puto exponendum pro eodem modo, vt totius periodi ſit hic ſenſus, Ipſe Marius armatus intentusq́.eodẽ modo & milites cogebat eſſe armatos intentoſque, nec minus muniebat caſtra,atque iter faciebat, cohortes ex legionibus in porta,equites auxiliares pro caſtris excubitum mittebat,&c.Altera lectione quid ſenſus colligatur, haud equidem ſcio [Quod multi per ambitionem fieri aiebãt,ꝙ à pueritia]Hic locus egregie corruptus eſt.Cõmentatorem verum ſenſum magis ſomniarunt,quam explicauerunt. Badius tamen propius vero eſt. Sed notandum. Saluſt.duas opiniones de Mario iudicantium afferre alteram æmulorum,qui id ambitionis gratia à Mario factum interpretabãtur,alteram amicorum,qui laudi dabãt hoc in Mario, optimæq́.educationi adſcribebant. Ceterum auctor ſuum iudicium non interponit. Hoc tamen dicere videtur, vtcunque interpretemur, Certe hoc Marij pudore quo de retulit,Reſpub. non minus quam ſæuiſſimo aliorum imperio,bene,atque decore geſta eſt.Aldinus codex his habet Omnia, vetuſtus,ne ſemel quidem,alter codex ſemel habebat at nõ eſt eo verbo hic opus. Et reſp.legendum in nominandi,non in gignendi aut dandi caſu.Item illud Niſi,quod quidam habent codices,tollendum eſt, vt totus locus ita legatur: Et ſanè Marius,illoque,alijsq́ue omnibus temporibus, Iugurthini belli pudore magis,quam malo exercitum coercebat,quod multi per ambitionem fieri aiebant. Alij,ꝙ à pueritia cõſuetam duritiam,& alia quæ ceteri miſerias vocant,voluptati habuiſſet,& tamẽ reſpub.pariter ac ſęuiſſimo imperio, bene ac decore geſta eſt.[Ratus ex omnibus æque aliquos ab tergo hoſtibus venturos]Vide vt acceperit verbum Aeque. Badius exponit Aeque.i.pariformiter.Ego exponerem, Aeque venturos.i.æquali fortitudine reſtituros,ſed iudicet Lector.

MAVRI,atque Getuli,qui erãt populi Bocchi,& exerciti].ſ.violẽter[quæ res apud Vergiliũ ſemper mali ominis indiciũ eſt, vt Seruius adnotauit; forte ꝙ ſomnus creditur deorũ donum vt Æn.2.Tempus erat cum prima quies mortalibus ægris incipit, & dono diuum gratiſſima ſerpit]ignoto ſonitu & ꝑpea horribili, neque poterant fugere neque capere arma neque facere aut prouidere oĩa quidq̃ ita quaſi vecordia.i.amẽtia quædam [Eſt enim vecors aut,peruerſi cordis ſecundum ꝙ ve diminuit aut auget & ita vecordia eſt puſillanimitas aut inſania quædam, nõ cor datum prudentẽ dicimus]acceperat.i.inuaſerat cunctos, ſtrepitu clamore.i.ꝑ ſtrepitum pedum & armorum & clamorem militum,& nullo.ſ.Numidarum ſubueniente,& noſtris.ſ.Romanis inſtantibus.i.vrgentibus eos tumultu,terrore & formidine [Denique.i.tandem omnes ſunt fuſi & fugati,arma & ſigna militaria.i.vexilla ſunt capta, pleraque.i.plurima.[Et plures interempti ſũt in eo prœlio quam in omnibus ſuperioribus] Nam fuga ſup.eorum cui Numidæ plurimum confidunt impedita ſup.eſt ſomno & metu inſolito, hoc eſt inſolenti & vehementi.[Deinde Marius vti cœperat &c.[Commemorat quæ deinceps fortiter & prudenter egerit Marius. Non enim ſocors aut inſolens factus erat per victoriam vt plerique ſolẽt,vnde in itinere ab hoſte deprehẽſus quidem ſed minime læſus fuit, vt ex ordine patebit qui talis eſt: Marius it.i.proficiſcitur,deinde, id eſt poſt tam ASCEN

Harum victoriam, quoniam iam finis æſtatis erat, in hyberna, id eſt loca vbi hyemaret cum militibus, hoc eſt hyemem tranſigeret, vti.i.quemadmodum cœperat ſup.ire, & decreuit agere.ſ.hyemem, in oppidis maritimis.i.ad mare ſitis, pp commeatum.i.victum facilius habendum. [Neq; tñ factus] Sup.eſt ſocors.i.ſeorſum à prudentia cordis, aut inſolens.i.ſuperbia intolerabilis & ſæuus, ſed incedere hoc eſt incedebat, quod Seruius vult eſſe cũ quodam ordine & cum grauitate ingredientium, pariter, hoc eſt pariformiter.i.haud ſecus aut non aliter ac hoc eſt quam ſi, ſup. incederet in conſpectu hoſtium, hoc eſt coram hoſtibus, cum iã plurimi fuſi fugatiq; eſſent incedebat aũt agmine quadrato, hoc eſt in quadrangularem figuram inſtructo. vt ſequentia docent, cum acies ferè triangularis ſit. [Sylla cum equitatu] Docet qão quadrato agmine incedebat Marius & qui ſingularis angulis præfecti fuerant dicens. Sylla curabat.i.curam gerebat cũ equitatu.i.equitibus apud dextimos.i.in dextero latere maxime incedentes, & Aulus Manlius.ſ.legatus curabat in ſiniſtra parte, cum funditoribus.i.vtentibus funda & ſagittarijs. Et præterea idem Manlius curabat cohortes ligurum, & Marius locauerat primos & extremos.i.anteriore & poſteriore parte incedentes. [Tribunos] .ſ.militum, cum Manipulis expeditis .i. militibus leuis armaturæ. [Perfugæ] .i.qui ab Iugurtha ad Romanos perfugerãt, ſcientiſſimi.i.peritiſſimi regionum explorabãt iter hoſtium. Simul.i.& pariter ac eodem tempore cõſul.ſ.Marius, prouidere.i. prouidebat omnia quaſi nullo impoſito.i.perinde ac ſi nullum poſuiſſet in eis locis curandis, adeſſe.i.aderat apud omnes, modo apud hos, & modo apud illos, laudare.i.laudabat fortes, & increpare.i.increpabat merentis.i merentes increpat. [Ipſe] Sup. erat armatus.ſ.ad bellandum & intentus ad imperandum. [Itẽ,] Id eſt conſimiliter aut non minus, cogebat milites.ſ.cum eſſent in caſtris, atque faceret iter.i.cum iret cum eis.i.tanta diligentia vſus eſt in caſtris iam locatis, quanta in itinere, nec dubium eſt adhuc eſſe in itinere, ſed iter intercapedinem exigit, & ita munire.i.muniebat caſtra.i.tentoria ſua, & mittere.i.mittebat cohortes ex legionibus.i.lectis militibus Romanis, excubitum.i.ad faciendas excubitas, in porta.ſ.caſtrorum, & equites auxiliatios.i. qui in auxilium venerant pro caſtris.i.ante caſtra præterea locare.i.locabat, alios in munimẽtis ſuper vallum, ipſe, quod dicunt in propria perſona, circumire.i.circumibat, vigilias.i.vigilantes, quod ſup.faciebat, non tam diffidentia.i.propter diffidentiã futurorum quę imperauiſſet.i.imperandorum, hoc eſt non tã quod diffideret ne milites quæ deinceps iuberet non exequerentur, quam vti.i. vt labor exæquatus.i ex æquo condiuiſus militibus cum imperatore, eſſet ſup.ipſis volentibus, hoc eſt voluntarijs. [Et ſanè, hoc eſt certe aut reuera: Marius coercebat illo].i.tempore, & alijs temporibus. Iugurthini belli, hoc eſt durante bello Iugurthino, magis pudore.i.verecundia, quòd puderet eos, laxius aut remiſſius agere vbi imperatorem tam intentum viderẽt quam malo, hoc eſt ſupplicio, aut duro imperio, quod .ſ. factum Marij, multi aiebant.i.interpretabantur ſup.factũ, per ambitionem, hoc eſt intentionem ad maiores honores obtinendos per eos qui talia viderent. [Alij] Sup.aiebant hoc eſt dicebant factum, quòd Marius habuiſſet voluptati.i.ad voluptatem duritiã hoc eſt rigorem belli, conſuetam.i.cui aſſuetus fuerat à pueritia, & alia.ſ.onera quæ cæteri.ſ.aſſueti delitijs vocant miſerias, niſi, id eſt hoc ſolo dempto, quòd qualitercunque interpretati illi eſſent, tamẽ, hoc eſt nihilominus omnia geſta ſunt à Mario, bene, id eſt vtiliter atque decore, hoc eſt honeſte, reip.i.ad vtilitatem reip. pariter.i.conſimiliter, ac.i.ac ſi geſta eſſent imperio ſæuiſſimo hoc eſt grauiſſimo & maxime arduo. [Igitur] Quia omnia explorata habuit, ſpeculatores, hoc eſt exploratores Iugurthæ, citi, hoc eſt properantes oſtendunt ſeſe, denique.i.tandem, quarto die, haud.i.non procul ab oppido Cirtha.ſ.nomine. Quare.i. propter quos, hoſtis.i.exercitus hoſtilis intelligitur adeſſe.i.præſens eſſe. [Sed quia diuerſi] .ſ.exploratores miſſi à Mario erant ſup.redeuntes, alius ab alia parte.i.diuerſi à diuerſis partibus, & omnes ſignificabant ſimul idem .i. viſos ſpeculatores Iugurthæ. Conſul.ſ.Marius incertus quonam modo inſtrueret aciem nam aliter inſtruitur dum periculum à dextera quã dum à ſiniſtra timetur, opperitur.i.expectat ibidem .ſ. inſultum hoſtium, nullo ordine commutato, propter nunciata ab exploratoribus, ex ſtẽs paratus aduerſum omnia à quacunque parte venirent. [Ita].i.& ſic ſpes fruſtrata ſup. eſt Iugurtham. alij legunt paſſiue, ſpes Iugurthæ fruſtrata.i.annihilata eſt. qui.ſ.Iugurtha diſtribuerat copias.ſ.ſuas in quatuor partes, ratus.i.arbitratus, aliquos ex omnibus.ſ.ſuis venturos hoſtibus.i.in hoſtes, ęque.i.pariformiter ab tergo; Valla diceres abs tergo. [Interim] .i. interea dum Marius ſic globatim incedit, Sylla quem exiſtentem in dextera, hoſtes attigerant primum, cohortatus .i. poſtquam cohortatus fuerat ſuos ipſe & alij .ſ. coniuncti inuadunt Mauros .ſ. populos Bocchi, turmatim .i. per turmas .i. non ſingillatim ſed coniunctim, vnde addit, & equis confertis .i. ſtipatis quam maxime. [Cæteri].ſ.Romani manentes in vno loco tegere.i protegebant corpora.ſ.ſua ab iaculis emiſſis eminus quaſi è manu.i.de longe, & ſi qui.i.aliqui obuenerant in manus, ita vt poſſent eos comprehendere, obtruncare, id eſt obtruncabant ſupple eos.

DVM eo modo equites prœliãtur: Bocchus cum peditibus, quos Volux filius eius adduxerat, neque in priore pugna in itinere morati adfuerant, poſtremam Romanorum aciem * inuadit. Tum Marius apud primos agebat, quòd ibi Iugurtha cum plurimis erat. Dein Numida cognito Bocchi aduentu, clam cum paucis ad pedites ſe conuertit. Ibi Latinè (nam apud Numantiam loqui didicerat,) exclamat, noſtros fruſtra pugnare: paulò ante Marium ſua manu interfectum, ſimul gladium ſanguine oblitum oſtendere, quẽ in pugna ſatis impigre occiſo pedite noſtro cruentauerat. Quod vbi milites accepere, magis atrocitate rei, quàm fide nuncij terrentur: ſimulq; Barbari animos tollere, & in perculſos Romanos acrius incedere. Iámque paulum à fuga aberant: cum Sylla, profligatis ijs, quos aduerſum ierat, rediens ab latere Mauris incurrit. Bocchus ſtatim auertitur. At Iugurtha dum ſuſtentare ſuos, & prope iam adeptam victoriam retinere cupit, circumuentus ab equitibus dextra, & ſiniſtra, omnibus occiſis, ſolus inter tela hoſtium vitabundus erumpit. Atqueinterim Marius fugatis equitibus, accurrit auxilio ſuis: quos iam pelli acceperat. denique hoſtes iam vndique fuſi. Tum ſpectaculum horribile in campis patentibus ſequi: fugere, occidi, capi, equi, atque viri afflicti, ac multi, vulneribus acceptis, neque fugere poſſe, neque quietem pati, niti modo, ac ſtatim concidere. poſtremo omnia, qua viſus erat, conſtrata telis, armis, cadaueribus, & inter ea humus infecta ſanguine. Poſtea loci, conſul haud dubie iam victor, peruenit in oppidum Cirthã: quo initio profectus intenderat. eò poſt diem quintum, quam iterum Barbari male pugnauerant, legati à Boccho veniunt, qui Regis verbis ab Mario petiuere, duos quam fidiſſimos ad eum mitteret: velle de ſuo & de populi Romani commodo, cum his diſſerere. ille ſtatim Lucium Syllam, & Aulum Manlium ire iubet. qui quanquam acciti ibant; tamen placuit verba apud regem facere: ingenium aut aduerſum vti flecterent, aut cupidum pacis vehementius accenderent. Itaque Sylla, cuius facundiæ, non ætati à Manlio conceſſum eſt, pauca verba, huiuſcemodi locutus.

* Inuadunt.

IN priore pugna] Quam paulò ante deſcripſit. [Poſtremam Romanorum aciem inuadunt] Ecce quomodo ex diuerſis partibus hoſtes inuadunt Romanos, primam & vltimam aciem Romanorum tribuni curabant. [Agebat,] Id eſt erat. Ibi Latinè nam apud Numantiam loqui didicerat, exclamat, noſtros fruſtra pugnare. Quidam Numidia, vt Romanis terrorem adderet, & ſuis audaciam præberet, conuerſus ad pedites exclamauit, Romanos fruſtra pugnare, quia ducem amiſiſſent quem ipſe manu ſua interfecerat. Et hæc dicens gladium ſanguine manantem oſtendit. Ordo eſt. [Numida,] ibi pro tunc exclamat Latinè noſtros pugnare fruſtra, Nam pro quia, didicerat loqui, ſcilicet Latinè apud Numantiam, & per parentheſim hæc dicta ſunt, quia potuiſſet aliquis dicere, ſi erat Numida, quomodo Latinè loquebatur? Dicit illum didiciſſe. loqui Latinè apud Numantiam in exercitu, Romano, quando Micipſa Rex Numidiæ auxilia peditum, & equitum SOLD.

miſſi

miſit ad bellum Numãtinum, quibus Iugurtham præfecit. Apud Numãtiam ciuitatem Hiſpaniæ, quã Scipio Æmilianus deluit. [Sanguine oblitum] i. fœdatũ] Quam fide nuncij] Quia nõ ſatis credebãt Numidæ, & licet nõ ſatis crederent, tñ propter atrocitatem rei à pugna terrebantur. [Perculſos] Territos. [Iam paululum à fuga aberant] Ita territi erant Romani, vt fermè fugerent, niſi Sylla ſuperueniés cum equitibus Mauros inuaſiſſet & eos in fugã vertiſſet. [Iam paululũ aberant] i. non procul erãt à fugam, quia fermè in eo erant, vt fugerent. [Bocchus] Qui præerat Mauris. [Auertitur] i. in fugam vertitur. [Tum ſpectaculũ] Atrocitatem pugnæ deſcribit. [Sequi] Hoc ſpectaculũ viſum eſt videlicet Romanos ſequi. i. inſequi. [Hoſtes] Fugientes. [Fugere] ſ. Barbaros victos. [Equi, viri afflicti] ſ. ſunt. [Niti modo] i. tantũmodo conabatur. ſ. fugere, ſed ſtatim cadebant, quia vulnerati erant. [Poſtremo omnia, qua viſus erat, conſtrata telis] i. omnia loca, quæ videri poterant, telis cooperta erãt, & cadaueribus & armis. [Poſtea loci] Poſtq̃ pugnam deſcripſit, in qua victi ſunt Barbari, dicit Marium Cirtham perueniſſe, quo intẽderat. [Poſtea loci] i. poſtea. Nam loci ſyllabica adiectio eſt, ſicuti minime gentium. [Initio profectus intenderat] i. ad quam vrbẽ à principio diſcedens ire diſpoſuerat. [Eodem poſt quintũ diem] Quam iterũ Barbari male pugnauerãt, legati à Boccho veniũt. Quo iterũ Barbari male pugnauerant, i. die quinto poſtq̃ Barbari ſecundo male pugnauerant. Nam hæc fuit ſecunda pugna, in qua Bocchus cum Iugurtha ſecundo victus eſt à Rom. [Iterũ] i. ſecundo Bocchus his victus decreuit facere pacem cũ Romanis & ob eam rem, poſt ſecundam pugnam, in qua victus fuerat, legatos ad Mariũ miſit, qui ab eo peterẽt, vt duos ad ſe fidiſſimos remitteret. Marius Syllã quæſtorem, & Aulum legatũ ſtatim ad regem miſit. [Velle] ſ. dicebat. [Differere] Loqui, tractare. [Acciti] Vocati à rege. [Quanquam acciti ibant, tamen placuit ante regem verba facere] Hoc ideo dicit, quia magis conuenire videbatur, vt regem audirent, quam apud regem loquerẽtur, qui eos acciuerat. [Itaque Sylla] Dicit Syllam coram rege locutum, quia eloquentia præſtabat, licet Manlius ætate ſuperior eſſet.

Marl. AGEBAT] Bellum exercebat. [Oblitum] Cruentatum. [Impigre] Animoſe. [Accepere] Audiuere, accipe nunc Danaum inſidias. [Auertitur] Retrahit pedem. [Vitabundus] Re vera vitans. [Interea] Dum iſti cederentur humus &c. [Poſtea loci] Poſtmodum. [Quo] Ad quod oppidum. [Profectus] Qui volebat proficiſci. [Aduerſum] Oppoſitum Roma.

IAMQVE paulò à fuga aberant] Manuſcripta, iamq. paululum &c. In alijs, paululũ. Cum manuſcriptis facit Badianum. Paulò poſt. [Dextra & ſiniſtra oibus occiſis] Manuſcripta, omiſſa illa copula Et, dextra, ſiniſtra. quod vt opinor Saluſtianum magis eſt. Talia aſyndetu Liuius quoque, Terra mari trepidatur ingt. Sic in Catil. Sal. Rapi virgines, pueros. Ibidem, cædem, incẽdia fieri. In Iugurtha, ipſe acer, bellicoſus. Rurſus, vrbes, agros vaſtare &, Vt omnes labores, pericula conſueta habeam. [Ingenium aut aduerſum vti flecterent, aut cupidum pacis vehementius accenderent] Manuſcripta, aut auerſum vti flecterent. pro, à Romanis alienatum. Ita Cicero ad Atticum, Qui à veriſſimo à me animo patris fuit. pro maxime alieno. Mua. [Cuius facundiæ non ætati conceſſum eſt] τὸ Eſt, non reperitur in manuſcriptis. Sic paulo poſt. viſum, vbi hodie ferè viſum eſt.

Clar. DEINDE Numida cognito Bocchi aduentu] Hic locus duas habet difficultates, alteram, Iugurtha ne locutus hic ſit, an alius quiſpiã Numida. Alteram, apud quoſnã locutus ſit. Soldus alium quempiam, non Iugurtham locutũ cenſet. Badius hæret. Ego Iugurthã locutum exiſtimo. [Nam de eo ẽt ſupra dixerat, ſup. Scipione Aemiliano apud Numantiam militaſſe, vbi latine loqui didicerat. Et eſt ſane hoc vnũ ex ſtratagematis illius Porrò & ad Romanos locutũ contendo, qđ & Badius exiſtimauit. Nã qđ attinebat Numidis latine loq? Verũ hoc addũ oportuit quo in latere hoc factũ. cũ Iugurthæ oppoſitus eſſet Marius, vt paulò ante dixit auctor, vt hercle non poſſes regis ſtrategema de occiſo Mario eo latere obſcurũ eſſe. Verũ quia auctor, Clã, adiecit, veriſimile vr̃ clamantem Iugurthã non ad primos cõſtitiſſe, ſed cõceſſiſſe ad latus ſiniſtrũ Romanorũ vbi A. Mãlius erat. porrò in dextro latere Sylla erat cũ equitatu. apud primos Marius poſtremã aciem inuaſerat Bocchus. Ergo à ſiniſtro latere Iugurtha inuaſit Rom. vbi & hoc ſtratagema, qñ aliquãtulum aberat Marius locũ habet. [Circũuentus ab equitibus dextra ſiniſtraq. oĩbus occiſis] Si, de equitibus Rom. loquitur, diſtinguẽdũ poſt verbũ Equitib. Sin de Iugurthæ loquitur equitibus pro ab ꝓpoſitione legẽdũ, & quod miror in Aldino codice neglectũ. [Quo initio profectus intẽderat] Soldus putauit Profectus participium eſſe, vt ſit ſenſus, quo profectus initio intẽderat. Badius putat eſſe verbale nomẽ, & Initio ꝓfectus dictũ, pro initio ꝓfectionis.

DVM equites quibus præfuerat Sylla præliantur eo modo quo dictũ eſt eos prœliari. i. prœliũ exercere. [Bocchus rex Maurorũ inuadit poſtremam aciem Romanorũ, cum peditibus quos Volux filius eius. ſ. Bocchi adduxerat, neque. i. & qui exiſtentes nõ morati in itinere in priore pugna. i. prius incepta affuerant. Marius agebat tum. ſ. cũ Bocchus in poſtrema acie exiſtentes inuaderet, apud primos. i. exiſtentes in prima acie, q. i eo ꝙ Iugurtha erat ibi cũ plurimis. i. frequentiſſimis. [Deinde Numida] ſ. quidam [vr̃ aũt de Iugurtha loqui, de quo ſi loquitur ſenſus eſt] cognito aduentu. i. poſtq̃ cognouit aduentu Bocchi, qui à tergo aduenerat, cõuenit. ſ. ſe. [Clã cũ paucis ad pedites]. ſ. Romanos & exclamat ibi. i. apud pedites latine. i. verbis latinis. [Nam cũ eſſet miſſus à Micipſa in Hiſpaniã ad auxilium Romanorũ & militaſſet ſub Scipione, didicerat loqui. ſ. latine, apud Numantiam exclamat inquam noſtros. i. Romanos pugnare fruſtra, & ſupp. aut, qa Marium interfectum ſup. eſſe paulò ante, ſua. i. ꝓpria ipſius clamantis manu ſimul i. pariter, ac eodem tempore, oſtẽdere. i. oſtendebat gladium oblitũ. i. inquinatum [penultima breui ab oblinor nõ ab obliuiſcor] ſanguine. i. cruore recens fuſo, quẽ. ſ. gladium ipſe Numida quiſquis eſt, ſed vr̃ Iugurtha, quem nõ dedecerat principem exercitus hoſtilis occidiſſe, & qui latine loqui poterat, nam apud Numantiã diu inter latinos verſatus fuerat] cruentauerat. i. cruẽtum effecerat, pedite noſtro. i. Romano occiſo ſatis impigre. i. ſtrenue, in quo facto callide hoſtẽ laudat. [Quod vbi milites accepere] Proſequitur reliqua ad pugnã inceptam pertinentia, præmonẽs quanti momenti ſit interdũ vox vna. Nã ad istius Numidæ & mendacem vocem ſic animi Romanorũ labefactati ſunt, vt parũ ab fuerit quin qui victores erãt vincerentur. Prodeſt itaque plurimum rebus bellicis intẽtos hiſtorias legere. è quibus verſutiarũ & ſtratagematũ multorũ peritiores euadãt, quæ vſui poſtmodum ſint vnde ſi ſimile factũ Romani memoria tenuiſſent nõ tam facilem fidem hoſti preſertim habuiſſent, ad quã rem alludit Mario Æneid. j. Quæ tanta inſania ciues? Creditis auectos hoſtes aut vlla putatis Dona carere dolis Danaum ſic notus Vlyſſes? Et ideo bene dictũ eſt, omni ſpiritui ne credas. Sed ordo eſt. [Quod]. ſ. dictum Numidæ qui cruẽtato gladio oſtenſu fidem fecerat ſe Mariũ interfeciſſe vbi. i. poſtq̃ milites ſ. Romani preſertim pedites, accepere. i. intellexerunt, quia latine locutus erat, ex quo ſolum poterant dolũ ſuſpicari, ad quid. n. Numida loqueretur ad Numidas & Getulos latine, ſed in tali perplexitate ẽt ſui immemores eſſe poterant, terrẽtur magis atrocitate rei, quod videlicet imperator talis obtrũcatus eſſet, quam fide nuncij. i. nũciantis. ſ. Numidæ, ſimulq. i. & ſimul, Barbari. ſ. Getuli & Numidę, efferi & inculti atq; craſſi Iugurtæ, extollere. i. extollebant animos, & intendere. i. intendebant impetum acrius in Romanos perculſos. i. attonitos ex atrocitate nuncij, & ſup. milites Romani aberant iam paululum à fuga. i. paululum aberant quin fugerent [Cum Sylla rediens] ſ. in eam partem pugnæ, & hoc his aduerſum quos [Eſt aũt Anaſtrophæ. i. præpoſitionis poſtpoſitio quos aduerſum] ierat. ſ. pugnatum, profligatus. i. porrò per afflictionem fugatis & depreſſis, incurrit Mauris. i. in Mauros, ab latere. [Bocchus qui erat illi apud ſuos] Auertit ſtatim ſ. ab hoſte, hoc eſt impetu Syllę. [At Iugurtha dum cupit ſuſtentare ſuos. i. confirmare ne fugerent, & retinere victoriam iam propè. i. quaſi adeptam. i. partam [vbi, adeptã paſſiue ponitur. Et hoc loco vr̃ quod ſupra dixi Iugurtha fuiſſe Numida ille qui ſe Mariũ interfeciſſe dixerat, quia inter pedites erat] ipſe circũuentus ab equitibus. ſ. Syllanis dextra & ſiniſtra. i. ab vtraq; parte omnibus. ſ. ſuis occiſis erupit. i. vi euaſit ſolus inter tela hoſtium, vitabundus, i. aſſidue vitans. ſ. infeſta tela, ita vt illæſus manſerit. [Atque Marius fugatis equitibus]. ſ. Numidis à quibus dua abfuerat, interim, id eſt interea dũ ſuperiora à Sylla gerebantur occurit ſuis ſ. militibus, quos acceperat iã pelli ꝑ nuncium ut viſum eſt. [Denique]. i. tandem hoſtes ſunt fuſi. i proſtrati vndique. i. ab omni parte. [Tum]. i. tunc ſup fuit aut factum eſt, ſpectaculum horribile. ſ. memoratu aut viſu] quia horrorem incurit, horror autem eſt vbi ex frigore & timore mẽbra concutiũtur, & quaſi pili inſurgunt ac rigeſcunt. Nimis aũt graphice faciẽ belli deſcribit, ita vt planè depingi videat, & ſub oculos legentium referri] in ſupp. campis patentibus. i. planis & apertis. [Spectaculum aũt eſt, ſequi]. ſ. victores qui erat Rom fugere victos occidi. ſ. quoſdã, capi. ſ. alios, aut potius quia reliqua verba p imperfecta exponẽda ſunt exponamus & hęc ſit. [Seq] .i. ſequebat. ſ. Rom. fugere. i fugiebãt; Mauri, & Numidę, occids .i. occidebãtur quidã eorũ, capi. i. capiebantur alij, equi atq; viri

afflicti

afflicti ſup. erant, te multi. ſ. Numidarum & Getulorũ, vulneribus acceptis. i. poſtquam acceperant vulnera, neque poſſe pro poterant fugere, neque pati quietem, quia hoſtes inſtabãt eos opprimentes niti. i. nitebantur, modo. i. ſolũmodo, hoc eſt tantũmodo conabantur fugere, aut ſtare donec poterant ac concidere. i. cõcidebant. i. ſimul cadebant mox. i. paulò poſt. [Poſtremo]. i. ad poſtremũ tempus, omnia quà viſus erat. i. per eam regionem quà viſus. i. proſpectus videntium. ſ. ad vlteriora directus, conſtrata ſup. erant telis, diximus aũt reciproce, ſterno tela ſuper terrã, & ſterno telis, tela aũt accipiuntur pro armis inuaſiuis quæ lõge lædere põt vt ſunt ſagittę & iacula, & armis ſup. alijs quibus ſe defendebant aut cominus inuadebãt & cadaueribus. ſ. cadentiũ, & humus ſup. erat infecta ſanguine, interea. ſ. dũ hæc fierent. [Poſtea loci cõſul &c.] Recitat vt Marius victor Cirtham peruenit, vtq; illuc ad eum Bocchus legatos miſerit oraturos vt ſe aliquot mitteret quibuſcum de pacis cõditionibus diſceptare poſſet, vtq; ad illũ Sylla quæſtor & Manlius legatus duo belli proceres miſſi ſunt, & quã orationem Sylla ad Bocchum habuerit. Ordo aũt eſt. Poſtea loci. i. poſt id tpis Locus. n. & tempus ſæpe confunduntur vt non eſt nunc dicendi locus. i. tempus, & hinc aduerbia loci pro aduerbijs tpis ponuntur, vt hucuſque, hactenus. i. ad hunc vſque locum aut ad hoc vſq; tempus &c. Sanè particulę aduerbijs loci, aut tpis additæ, vĩr plus ad ornatum q̃ ad ſubſtantiam orationis facere, vt nuſquã gentium non plus eſt q̃ nuſquam immo minus quia non vbiq; gentes ſunt, & poſtea loci nõ plus quam poſt, & ſi duę ſint particulę poſtea dicere: aut loca aut locorũ, n. ſi tñ ſit poſtea. ſ. geſta, loci. i. in eo loco de quo iam meminit, ſed minus quadrat. Conſul ſ. Marius victor haud dubie, cum prius incertum eſſet an victus fuerit, nam reges pro victoribus agebãt, peruenit in oppidum Cirtham. ſ. nomine, quo. i. in quod ipſe profectus. i. cũ diſcederat intendebat ſup. peruenire in initio. ſ. profectionis ſuæ. Proficiſci. n. eſt diſcedere loco. à quaſi porrò ſeu procul faceſſere i. factum & curatum ire, poſſet forte dici, initio profectus. i. profectionis ut ſit genitiuus quartæ inflexionis. Legati. i. oratores miſſi à Boccho rege Mauritaniæ veniunt, eo. i. in id oppidũ poſt 5. diem. i. 5. die poſtea quem. ſ. diẽ Barbari. ſ. Numidę & Getuli ac Mauri pugnauerãt male. i. in malum & excidium ſuum. Notandũ apud hunc auctorẽ poſt & ante ſæpe accuſatiuo cui deſeruiũt præponi cũ apud alios ablatiuos durationis ſeu mẽſuræ tpis aut exceſſus in eo regant, ut quod hic dr̃, poſt 5. diem &c. alij dicerẽt die 5. poſtquã aut ſine poſt. ſic die 5. q̃ Barbari &c. Sanè quidam hñt non quẽ ſed q̃, uerũ magis Sal. eſt quẽ qui peruere uerbis. i. nomine & auctoritate regis ſ. Bocchi ab Mario, mittere. i. ut mitteret ad eum. ſ. Bocchũ duos qui fidiſſimos. i. maxime fidos, & dixerunt ſup. id. n. freqnẽs ſubauditur eũ ſup. Bocchũ uelle diſſerere. ſ. diſceptare & tractare cũ his. ſ. quos mittere de cõmodo ſuo ſ. hoc iubẽtis & de cõmodo P. R. ubi cõiunctio & copulat diuerſos caſus quia dictio cõmodo diuerſos exigit, non n. liceret dicere de cõmodo ſui & P. R. niſi ſit ſui populi. Ille ſ. Mar iubet ſtatim L. Syllam & Aulũ Manliũ ire. ſ. id regẽ qui quãquã ibãt acciti. i. vocati ab eo & ita audituri quid ipſe vellet, tñ placuit ſupp. eis facere verbũ apud regem. i. hr̃e orationẽ tanquã veniſſent vt oratores, quo. ſ. uerbo, aut ideo vt flecterent ingenium. ſ. regis ad uerſum. i. contrarium paci licet ſubdole diſſimularet, aut accẽderent uehementius cupidum. i. ſi ingenium eſſet cupidum aut rex cupidus pacis. [Itaque Sylla] Cuius facundiæ, non ætati (quia facundior. ſed non grandior erat) conceſſum eſt à Manlio; locutus eſt pauca verba huiuſcemodi, qualia ſequuntur.

SYLLÆ ORATIO AD BOCCHVM.

REX Bocche magna nobis lætitia eſt, cũ te talem virum Dij monuere, vti aliqñ pacem quàm bellum malles, neu te optimũ cum peſſimo omnium Iugurtha miſcendo commaculares, ſimul nobis demeres acerbam neceſſitudinem, pariter te errantem, & illum ſceleratiſſimum perſequi. Ad hoc Pop. R. iam à principio inopi, melius viſum eſt, amicos, quam ſeruos quærere: tutiusq; rati volẽtibus, quam coactis imperitare. Tibi vero nulla opportunior noſtra amicitia: primum ꝙ procul abſumus, in quo offenſæ minimũ gratia par, ac ſi prope * adeſſemus: dein, ꝙ parenteis abunde habemus. Amicorum neque nobis neque cuiquã homi num ſatis fuit, Atque hoc vtinam à principio tibi placuiſſet: * profecto ex Pop. R. ad hoc tẽpus multo plura bona accepiſſes, quàm mala perpeſſus es. Sed quoniam humanarũ rerum fortuna pleraque regit: cui ſcilicet * complacuit, & vim, & gratiam noſtram te experiri: nunc, * quoniam per illam licet, feſtina: atq; vti cœpiſti, perge. Multa opportuna habes, quo facilius errata officiis ſuperes. Poſtremo hoc in pectus tuum dimitte, nunquam Populum Romanum beneficiis victum eſſe. Nam bello quid valeat, tute ſcis.

* eſſemus.

* vetuſtius codex ſic habet, profecto ea re ad hoc tẽpus multo &c.

* placuit quiddã.

COMMACVLARES) i. ſcelere inquinares. [Neceſſitudinem]. i. neceſſitatem. Nam ſi te coniugis cum Iugurtha, nobis neceſſe eſt, vt & te & ipm Iugurtham perſequamur. [Si pacẽ feceris] Tu nobis tolles hanc neceſſitatẽ. [Ad hoc]. i. præterea. Ac ſi diceret. Tu quidẽ ò rex recte facis, qui amicitiam P. R. quęris. Sed & P. R. vſque à principio, qñ erat pauper, ſemper melius eſſe putauit acquirere amicos; quã ſeruos. Amici ſunt, q ſpõte ſe cum P. R. coniungũt, & eius ſocietatem hr̃e conantur, ſerui ſunt, qui reſiſtentes bello ſubiguntur, & ſubacti obediunt imperio P. R. [Tibi vero] Suadet aliquid eſſe faciendũ, aut ab honeſto, aut ab vtili, argumẽtatus eſt ab honeſto, nũc arguit ab vtili. Dicit enim. Nihil vtilius Boccho contingere poſſe amicitia P. R. Primum, ꝙ procul abſumus. [In quo offenſæ eſt minimũ]. i. minima offenſa inter te, & R. P. interceſſit, ò Bocche amicitia P. R. nihil tibi põt nocere, quia procul obſumus [Ac ſi]. i. ſicuti ſi propè adeſſemus. [Deinde quod parentes abunde habemus] Recte facis, ò Bocche quia amicitia P. R. quæris, Melius eſt. n. acquirere amicos quam ſeruos, ſicuti ẽt ſemper P. R. fecit, quia multos ſeruos & imperio noſtro obedientes ac ſubditos habemus, ſed amicorũ neq; nobis, neq; cuique vnquã ſatis fuit. Et ideo melius eſt acquirere amicos, quorũ inopiã patimur, quã ſeruos quorũ abundantiã habemus. [Parentes]. i. obedientes, & ſubditos, ſicuti ſunt qui bello ſubiugantur, parent. n. imperio victoris & ſubigẽtis eos. [Sed qm̃] O Bocche feſtina, & ſicuti cępiſti quære amicitiam noſtram, qñ quidem fortuna, quę ex magna parte res humanas regit, voluit vt tu experiteris nos & hoſtes & amicos. Ordo eſt. O Bocche nũc feſtina atque perge vti cœpiſti, qm̃ licet per illam, qm̃ fortunam regit pleraque rerũ humanarũ, cui. i. cõplacuit te experiri vim & gratiã noſtrã, [Pleraque rerũ humanarũ]. i. magnã partẽ rerũ humanarũ fortuna regit. [Vim] Quia tu es expertus bello, quã tum poſſit P. R. [Et gratiã]. i. amicitiam. fortuna voluit, vt tu experiteris Ro. & hoſtes & amicos, Ante hac tu es expertus Romanos hoſtes, nũc experire Romanos amicos, & qa ita fortuna vult, tu perſeuera, ſicuti cępiſti, vt Romanos amicos habeas. [Multa opportuna habes] Quo facilius errata officijs ſuperes, magnam opportunitatẽ habes, per quã delictũ tuũ officijs vincas. Nã deliquiſti & errasti in hoc qa contra P. R. bellũ ſimul cum Iug. ſuſcepiſti. Sed hoc pctũ vincere potes, beneficio, videlicet, ſi te cõiunxeris cũ P. R. & cũ eo ſocietatem, & amicitiã inieris. [Officijs]. i. beneficijs [Nunquã P. R. beneficijs victũ] Quia ſemper plus reddit quã accepit. Nam ꝙ bello valeat tute ſcis. Dixi ꝙ P. R. nunq̃ victus eſt beneficijs, qa non eſt neceſſe, vt dicã, ꝙ ecõtrario iniurijs etiã vinci non põt. Nã tu hoc ſcis, nã tu es expertus, ꝙ iniurias bello vlciſcit̃. Et ideo nõ eſt neceſſe, vt dicã, qa tu ſcis, & expertus es, quãtũ bello valeat ad iniurias vindicãdas, velis ergo potius experiri vt amicus grãm P. R., quã vt hoſtis vim eius. [Tute]. i. tu ipſe.

REX Bocche] Oratio Syllæ in del. eſt gñe. Beneuolentiam captat à perſona auditoris, dicẽdo. [Talem]. i. tam optimũ virum deos admonuiſſe. A perſona aduerſarij cũ dicat Iugurtham virum peſſimum. A perſona P. R. dicendo eum quærere amicos potius quã ſeruos. Et à rebus ipſis cum demõſtret ex amicitia P. R. futurã ſibi magnam utilitatem. Arg. ſumitur à tuto, cum demõſtret illũ auxilio P. R. fore tutũ. Et à facili, vt multa habeat opportuna, habet tñ hæc oratio aliquas demõſtratiui partes, cũ demonſtret P. R. nunquã beneficijs victum fuiſſe. [Peſſimo] Omniũ bipedũ neq̃ſſimo. [Cõmaculares] Pollueres. [Coactis]. ſ. vi, qa Rom. ab illis odium trahunt. [Regit] Vt, fatis agimur, credite fatis. [Vim] Fortitudinem. [Per illam]. ſ. gratiam errata errores præteritos.

MAGNA nobis lætitia eſt] Hæc ſeries verborũ eſt in manuſcriptis, & impreſſis vetuſtioribus. Simul nobis demeres acerbam neceſſitudinem, pariter & te errantem, & illum ſceleratiſſimum perſequi. In recentioribus eſt alterum. Et omiſſum, contra & veterũ codicum fidem, & orationis elegantiam. Porrò neceſſi

Sol

Mari

tudinem

tudinem Sal. vt ante ipſum alij quoque, pro neceſſitate poſuit. Hoc enim dicit, ne Romanis neceſſitatem imponere vtrunque perſequendi, ſeu, ne inuitos cogeres Romanos perſequi & te & Iugurtham. Nam infinitiuus ille Perſequi, pro gerundio ponitur, græco more. Sic & Terent. in Hecyra tempus concedere. & Cæſar, cōſilium ex vrbe profugere dixit. pro concedendi & pro fugiendi. Sed & Cicero ſæpe eſt hoc ἑλληνισμῷ vſus. [In quo offenſæ minimū, gratia par, ac ſi ꝓpè adeſſemus] Perperā codices recentiores, offenſæ minimum eſt. nam hoc verbum rectius hic ſubauditur, quam exprimitur. Neque.n. eſt in manuſcriptis. [Amicorū nobis neque cuiquam hominum ſatis fuit] Legendum, neque nobis neque cuiq̄ hominum, geminata videlicet illa particula Neque, ita vti aſſolet. Sic aūt codices hn̄t in Pergamenis deſcripti, ne quis coniecturam me ſequi meam putet. In iiſdem Omnium legitur, nō hominum. Paulò poſt. [Cui. ſ. complacuit, vim & gratiam noſtrā te experiri] Fabricianum, Venetū, alia pleraque, cui. ſ. placuit. Quanq̄ aūt apud Terentium legatur, Complacita eſt tn̄ haud ſcio, an Cōplacuit apud illos primæ notę ſcriptores inuenias. [Nā bello quid valeat, tute ſcis] In pleriſq; ſed impreſſis, quā valeat pro quantā valeat & poſſit. Sed lectio prior mihi nō ſanè minus quam poſterior arridet aut ēt multo magis, vt verum dicam. Ita Cicero, Ignari quid virtus valeret. Idem, hoc verbum quid valeat non vident. Sed nec ſecus manuſcripta.

Glar. AMICORVM neque nobis neque cuiquam hominum ſatis fuit] Illud prius, neque, ſuſtulit Aldinus codex, non recte meo quidem iudicio. Cæterum quomodo Sylla Boccho vere dicere poterat, atque hoc vtinam à principio tibi placuiſſet? Cum ſuperius auctor ita ſcribat, Bocchus initio huiuſce belli legatos Romam miſerat, fœdus & amicitiam petitum, quam rem opportuniſſimam incœpto bello pauci impediuerant, cæci auaritia, queis omnia honeſta atque inhoneſta vendere mos erat.

Ascan REX Bocche] Hæc oratio eſt in genere deliberatiuo, quia ſuadet, & diſſuadet, dicens: O Rex Bocche decenter nomen dignitatis præponit, nam ſi quem excellentius proprio nomine cō pellaueris, illi contumelioſus videaris, ſin uiliſſime abiectionis, vt, lenonem, aut tortorem, honorificus, magna lætitia eſt nobis, quo verbo captat beneuolentiam, cum. i. qn̄ aut qm̄ dij monuere te talem virum, vt malles aliqn̄. i. tandem, ſic. n. ferè ponitur & à Philelpho ponendum in 2. Epiſt. volumine præcipitur q̄q̄ etiam aliter repetitur, ne. i. ne ue cōmaculares te miſcendo te optimum. ſ. regem aut virum cum Iugurtha peſſimo omnium. ſ. qui viuant. Quo dicto callide ex præcepto Rhetorico id regi dat, quod ab eo primū deſiderat, videlicet vt pacem q̄ bellum malit, & vt, bonus aut q̄ optimus hr̄i velit, ſimulq; aduerſarium deprimit, vnde regem attentum ēt facit cum admoneat quanti periculi ſit cum peſſimo homine cōmiſceri, quia id ſine cōtaminatione fieri nequit & ideo dicit maculares, vnde à noſtris dictum eſt per adagium. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & qui cōcatenerit ſuperbo induet ſuperbiam, & in pſalmo, Cū ſancto ſanctus eris. Simul, i. pariter ò rex Bocche, tu demeres. i. auferres nobis acerbam. i. difficilem & durā neceſſitudinem. i. compulſionē violentā, perſequi pro perſequendi, pariter & te errantē. i. deceptum in opinione, & illū. ſ. Iugur. ſceleratiſſimū, qui tot ſcelera cōmiſit in filios regis vt viſum eſt & in patriam ſuam. Et ita captat beneuolētiam a perſona Rom. cum dicat eos inuitos perſequi Bocchum, & à perſona Bocchi cū dicat ipſum non pugnaturū cū Iugur. niſi errātem. i. niſi deceptum ab eo, & aliud q̄ ſit de Rom. exiſtimātem. Ad hoc. i. inſuper dicebat viſum ſup. eſſe P. R. iam. i. ſtatim à principio. ſ. originis ſuæ, inopi. i. cū adhuc eſſet inops melius ſup. eſſe. i. potius quærere. i. acquirere & naciſci amicos qui ex animo bene velint, q̄ ſeruos qui coguntur, & metu coerceantur, & ſup. q̄ tuti ſup. ſint, aut legatur, tutos. i. dicebat eos tutos tutum ſup. eſſe imperitare volentibus q̄ coactis quia nullum violentum diuturnum. Vero pro ſed, ò rex, nulla amicitia eſt ſup. aut ſit opportunior. i. cōuenientior tibi q̄ noſtra Rom. vbi priuatus ad regem dicit tibi, cum Galli putēt honoris eſſe ſi uobis dicat. Primum. i. prima de cauſā q̄ nos. ſ. Rom. abſumus procul. ſ. à Mauritania, in quo. ſ. q̄ procul abſumus eſt minimum. i. minima poteſtas, offenſæ. i. læſionis actiuæ, hoc eſt lędendi, nō. n. onere aut ex actione eos premere poſſint, & gratia. i. beneficentia aut beneuolentia eſt ſup par. i. æque magna ac ſi adeſſemus propè, quia cum longe ſint nihil petant & faciliter partem regni Numidiæ ei tribuant. Deinde ſup. opportuniſſima fuerit tibi amicitia noſtra, q̄ habemus abūde. i. ſatis multos parentes. i. obedientes nobis, q. d. coactos, ut Carthaginienſes, Macedones & alios. Sed ſup. ſatis amicorū neque fuit nobis neque cuiq̄ hominum. Atq; vti hoc, ſcilicet inire pacem cum Rom, placuiſſet tibi ab initio profecto .i. reuera tu accepiſſes ex P. R. ad hoc tp̄s. i. hactenus plura bona q̄ ꝑpeſſus eſſes mala. Sed qm̄ fortuna. i. inopinatus caſus & euentus regit pleraq;. i. plurima rerum humanarū, vnde in Catil. Sed profecto fortuna in omni re dominatur. Cui ſ. fortunæ, placuit te experiri. i. vt tu experieris, q. d. quæ coegit te experiri vim. ſ. violentiam & compulſionem noſtram, quia ſæpe victus fuerat, & ita omnis argute terret, ſicut ab vtili prius allexit & grām. i. beneuolētiam & beneficentiam noſtrā. hoc eſt S. P. Q. R. Nunc qm̄ licet per illam i. quia videlicet fortuna, q. d. citra meritum tuum hanc cōditionem tibi obtulit vt poſſit gratiam P. R. experiri, feſtina atq; perge. i. procede, & perfice inceptum, vti. i. quemadmodum incepiſti, q. d. arripe occaſionem, quia fronte capillata poſt hac occaſio calua eſt. Et ideo Luc. Tolle moras, nocuit ſemper differre paratis. Tu ò Bocche habes multa atq; opportuna. i. accommoda. ſ. ad reconciliationem, ſeu ad gratiam P. R. iucundā, quo. i. ideo vt aut quo. i. quare ſeu per quam rem (ponitur aūt abſolute, nam ſi relatiuum eſſet diceretur quibus) tu ſuperes. i. ſuperare poſſis, facilius errata. ſ. tua. [Officijs] . i. debito munere Romanis impenſo. Tacite aūt innuit quod poſtea petiturus eſt, Iugurthā tradat, per quē & grām P. R. & partē Numidiæ adipiſcatur. Poſtremo ò Bocche demitte hoc in pectus. tui aīum tuum P. R. nunquam eſſe victum beneficijs, quod in Maſiniſſa claruit. Vnde tacitè mutat per auaritiam ſciens illum ob partem regni promiſſam multa feciſſe, ſimul Rhetoricè in fine duo grauiſſimè facit promittit & minatur, addens tute. i. tuipſe ſcis quid. ſ. P. R. valeat bello, q. d. ideo tantum de beneficentia eius admonui.

AD ea Bocchus placide & benigne ſimul pauca pro delicto ſuo verba facit: ſe non hoſtili animo ſed ob regnum tutandum arma cępiſſe. nam Numidiæ partem, vnde Iugurtham expulerit, iure belli ſuā factam. eam vaſtari à Mario pati nequiuiſſe. præterea miſſis antea Romam legatis, repulſum ab amicitia. Cæterum vetera omittere, ac tum, ſi per Marium liceret, Legatos ad Senatum miſſurum. Dein copia facta mittendi, animus Barbari ab amicis flexus: quos Iugurtha, cognita legatione Syllæ & Manlij, metuens id qđ parabatur, donis corruperat. Marius interea exercitu in hybernaculis compoſito, cum expeditis cohortibus, & parte equitatus proficiſcitur in loca ſola, obſeſſum turrim regiam: quo Iugurtha omnes perfugas præſidium impoſuerat. Tum rurſus Bocchus ſcilicet, ſeu reputando quæ ſibi duobus prœlijs euenerant, ſeu monitus ab alijs amicis, quos incorruptos Iugurtha reliquerat, ex omni copia neceſſariorum quinque delegit: quorum & fides cognita, & ingenia validiſſima erant. Eos ad Marium, ac deinde, ſi placeat, Romam Legatos ire iubet: agendarum rerum, & quocunque modo belli componendi licentiam * ipſis permittit. * Illis ipſi.
Illi maturè ad hyberna Romanorum proficiſcuntur. Deinde à Getulis latronibus in itinere circumuenti, ſpoliatiq; pauidi, ſine dedecore ad Syllam profugiunt: quem conſul in expeditionem proficiſcens, pro prætore reliquerat. Eos ille non pro vanis hoſtibus, vt meriti erant, ſed accurate & liberaliter habuit. Quare Barbari & famam Romanorum auaritiæ falſam, & Syllam ob munificentiam in ſe amicum rati ſunt. nam etiam tum largitio multis ignota erat, nemo munificus putabatur, niſi pariter volens, dona omnia in benignitate habebantur. Igitur quæſtori mandata Bocchi patefaciunt: ſimul ab eo petunt, vti fautor, conſultorq; ſibi adſit, copias, fidem, magnitudinem regis ſui, & alia, quæ aut utilia, aut beneuolentiæ eſſe credebant, oratione extollunt. Deinde Sylla omnia pollicito, docti quomodo apud Marium, itē apud Senatum verba facerent, circiter dies xl. ibidem opperiuntur. Marius vbi confecto negocio, quo intenderat, Cirthā redijt, de aduentu legatorum certior factus, illos

* Vtica. & Syllam ad ſe * Vticam venire iubet, itē L. Belligerū prætorem, præterea oēs vndiq; Senatorij ordinis. quibus cum mādata Bocchi cognoſcit, quibus legatis poteſtas Romam eundi, ab cōſule interea induciæ poſtulabantur. Ea Syllæ, & pleriſque placuere. pauci * vero ferocius decernunt, ſcilicet ignari rerum humanarum, quę fluxę, & mobiles ſæpius in aduerſa mutātur.

* Vero, nō eſt in vetuſto quodam exēplari.

SOLD. AD ea Bocchus] Dicit quid rñderit Bocchus. [Pro delicto ſuo] Excuſando delictum ſuum. [Arma cępiſſe] .i. bellum contra, P.R. ſuſcepiſſe. Suſcepi bellum contra, pop. R. non vt ei iniuriam inferrem ſed vt regnum meum defenderem. Nam pati non potui Marium vaſtare eam partem Numidiæ, quæ iure belli me erat. [Iure belli factam ſuam] Supra dixit Iugurtham tertiam partem regni Numidiæ Boccho promiſiſſe, ſi vna ſecum bellum ſuſciperet contra Romanos. Et ideo dicit partem Numidiæ iure belli factam ſuam. [Præterea] .ſ. dicebat, ſe eſſe repulſum ab amicitia miſſis antea Romam legatis, Ego antea miſi Rom. legatos qui peterent amicitiam pop. Ro. ſed ab amicitia repulſus ſum. Sed omitto vetera. Nunc rurſus legatos Romam mitti, ſi Marius vult. [Cæterum] .ſ. ſi dicebat ſe omittere vetera. [Ac tum, ſi per Marium liceret] .i. ſi Marius vellet. [Deinde copia facta] .ſ. à Mario, Marius permiſit, vt Bocchus legatos Rom. mitteret, ſed Bocchus mutauit ſententiam perſuaſus ab amicis, quos Iugur. donis corruperat poſtq̄ intellexit Syllam & Manliū legatos eſſe miſſos ad Bocc. vt eum alienarent à Iugurtha, & P. R. conciliarent. [Animus Barbari] .i. animus Bocchi mutatus eſt. [Metuens id quod parabatur] Videlicet metuēs, ne Bocchus diſiungeretur à ſe, & coniungeretur Romanis. [Marius interea] Dicit quid fecerit ipſe Marius, poſtq̄ exercitum in hybernis collocauit, non quieuit, ſed acceptis expeditis cohortibus & parte equitatus in ſolitudinem quandam profectus eſt ad obſidendum quandam turrim regiam, in qua Iugurtha perfugas homines impoſuerat, qui eam cuſtodirēt. Sed Marius hanc turrim capere nō potuit. [Compoſito] .i. collocato. [In ſola loca] .i. in loca deſerta. [Perfugas homines præſidium impoſuerunt] Dixi ſæpe quid ſit præſidiū. Eſt .n. multitudo militum ad cuſtodiā alicuius loci poſita. [Tum ruſus] Dicit Bocchum rurſus decreuiſſe mittere legatos ad Marium, deinde Romam, qui de pace tractarēt. [Sine decore] .i. ſine ornatu. [Quem conſul] Marius, cum proficiſceretur ad obſidēdū turrim, Syllam pro prætore reliquerat, cui plena poteſtas erat ſuper exercitum, & ſuper totam Prouinciā. [Eos ille] Dicit Syllā legatos Bocchi liberaliter tractauiſſe. [Habuit] .i. tractauit. [Quare Barbari] Fama erat vulgata, q̄ Romani eēt auari. Sed legati Barbari tam liberaliter à Sylla tractati, crediderunt falſam eſſe famā, quæ de Romanis erat, videlicet quod eſſent auari. Dona omnia in benignitate habebantur. Si quis donum alicui faciebat, non putabatur facere hoc per largitione videlicet, vt illum corrumperet, ſed per liberalitatem, videlicet, q̄ putaret illum dignum eſſe eo munere. Mandata ea, quæ ſibi Bocchus mandauerat, vulgo nunc dnr commiſſiones. [Sylla omnia pollicitus] Cum Sylla omnia ea eſſet pollicitus. [Ibi] .ſ. apud Syllam, erat aūt vice Syllæ Marius. Ordo eſt. Marius iubet, & illos, & Syllam venire ab Vtica, poſtq̄ venit Cyrtham infecto negocio, quo intenderat, & poſtq̄ eſt factus certior de aduentu legatorum, ſenſus patet. [Infecto negocio] Quia turrim regiam capere non potuit. [Item L. Belligerum prætorem] Oēs Senatorij ordinis. ſ. venire iubet ad ſe Cyrtham. Dixit antea, q̄ cōſuetudo fuit vt conſul cōuocaret principes exercitus, & viros ordinis Senatorij, cum aliquid graue atque arduum deliberandū erat, velut ſi deditio ſuſcipienda eſſet, vel pax cum hoſte facienda, vel tale aliquid. [Quibus cum] .i. cum quibus Marius vocatis ad ſe Sylla quæſtore, & L. Belligero prætore, & omnibus viris ordinis Senatorij, qui erāt in exercitu cum his ſimul legatos Bocchi audiuit, & cognouit ea, quæ petebat Bocchus, & de conſilio eorum permiſit, atque conceſſit, vt legati Romam ad Senatum proficiſcerentur. Ex quinque legatis tres Romam profecti ſunt, duo ad Bocchum redierunt. [Mandata Bocchi] .i. petitionem Bocchi.

MARL. PRO delicto] Pro remouendo crimine. [Loca ſola] Deſerta. [Quo] In qua turri. [Agendarum] Tractandarum rerum. [Maturę] Celeriter. [Itinere circumuenti] Quibus inſidiæ paratæ erant. [Accurate] Laute. [Famam] Infamiam. [Falſam] Falſo damnati Romanos ob auaritiam [Volens] Ex voluntate. [In benignitate] Quia non erant ſuſpecta. [Adiit] Fautor ſit. [Cognoſcit] Audit. [Inſidiæ] Pax ſequeſta, vt confirmarentur à legatis,

MARIVS interea exercitu in hybernaculis cōpoſito] Sic & codex in membrana deſcriptus, & exemplar Beroaldinum. Verum eſt in alijs, hybernis. quanquam eodem ſenſu. [Eos ad Marium ac deinde ſi placeat Romam. Legendum, dein. Paulò inferius. [Vt meriti erant] Legendum, vti. quomodo & alias ferè. Nam illa mox ibidem, operarum incuria commiſſa ſunt, famam Romanorum auaritiæ falſam. pro falſam. ita namq; in vetuſtis eſt. Et, nam etiam non largitio multis ignota erat. pro ēt tum. vt antiqui codices habent. Ibidē. [In ſeſe amicū rati ſunt] Sunt, non eſt in omnibus manuſcriptis, nec in codice Beroaldino. Paulò inferius. [Deinde Sylla omnia pollicito] Manuſcriptum quidem Fabricij nihil hic habet nā plurima deſunt. ſed in alijs eſt, Dein Sulla &c. Nec procul inde. [Illos & Syllam venire iubet] Legendum ē vetuſtioribus, illoſq; & Sullam q̄uo ferè hiſtorici.

ANIMVS Barbari ab amicis flexus] Quo Flexu, & in quē Flexus, non narratur, Credo paraſceuem eſſe ad ſequentem, quæ ad finem huius hiſtoriæ eſt, Bocchi vacillationē. Deinde non ita multo poſt: Belli cōponendi licentiam ipſis permittit. Vide vt acceperit vocem Licentiā. Badius pro libera auctoritate exponit, quæ ēt licentia dici aliquo pacto potuit. [Eos ille non pro vanis hoſtibus vti meriti erāt] Quid vero meruere Legati à rege miſſi, apud quem ipſe Sylla paulò ante locutus, placidum ab eo rñſum accepit? Continuo poſt, Quare, ſeparatis dictionibus, nō vna legendū. Rurſus paulò poſt. Nā ēt tū largitio multis ignota erat. Aldinus codex pro Tum, hēt Non, quod ego haud intelligo, ned alij codices hñt. Cęterum Syllā quęſtorē ſemper vocat, ēt ſi paulò ante pro p̄tore à Mario relictus dicatur. [Dein Sylla oīa pollicitus] Pollicitus in Pollicito mutauit codex Aldinus, qd placet. Mox, Marius vbi cōfecto negocio, alij Infecto legūt, quę contrarietas ex hoc auctore ſolui non pōt. Atqui aliud hic Lectorē merito moratur, vbi nā Sylla fuerat, qñ Bocchi regis legati à Numidis circumuenti ſpoliatiq; ad eum venerūt, Vticę ne an Cyrthę? Mihi quidē vr̄ Cirthę fuiſſe, quippe Marius ſic Syl. ad ſe Vticā vocat. quapp̄ malim κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligere, Syllā interea, dū Marius p̄fectus eſt obſeſſū regiā turrim, à Cirtha Vticā conceſſiſſe, Marium aūt Cirthā rediſſe, ac omneis quibuſcū cōcilium hīc conſtituerit, Cirthā ad ſe vocaſſe. Itaq; & Sal. locū ita legendū, Marius vbi cōfecto negocio, quo intēderat, Cirthā redijt, de aduētu legatorū certior factus, illos & Syl ad ſe venire iubet, itemq; L. Belligerum Prætorē ab Vtica. Nā ita alter vetuſtus codex hēbat. Rurſus ſequentia ita legenda cenſeo. Prętterea oēs vndiq; ſenatorij ordinis, quibuſcum mādata Bocchi cognoſcit; Legatis poteſtas eundi Romā ſit ab eos. Interea induciæ poſtulabantur. Ita hñt codices, q̄q̄ nō omnes oīa, ſed ſinguli tñ aliquid ad plenā lectionem eruendā profuerant. Duo itaque régis erant poſtulata, alterum de legatis mittendis Romam, alterum de inducijs interea dandis, de quibus nunc conſultatur. Siue igitur Ea, ſiue Eæ legas, nihil refert. Ea enim refert poſtulata. Eæ, induciæ. Nam legatis poteſtas eundi Romam iam facta erat.

ASCEN AD ea Bocchus] Compendio tangit rñſionem Bocchi, cuius ſenſum ſed non verba tangit. Non .n. vr̄ Latinè ſciuiſſe nec Sylla Getulice. Nā poſtea in ſummis negocijs quibus ſi fieri poſſet arbitros omnis abeſſe volunt, per interpretem collocuturi ſunt. Ordo eſt. [Bocchus facit verba] .i. rñdet ad ea. ſ. quæ à Sylla dicebantur. placide & benigne & ſimul. i. ēt pauca, delicto ſuo. i. pro purgatione delicti, aut ſm magnitudinem delicti, quia eius purgatio longe plura expoſcebat & ſup. dicit ſe cœpiſſe arma. ſ. contra Rom. quod hñ artificioſè tacetur, non animo hoſtili. i. inimico, ita vt Rom. male cōſultum velit aut nocuiſſe per inuidiā aut maleuolentiam, ſed ad tuendum regnum. [Et ſi dicat Sylla nullam vim factam regno ipſius cum non ſint flumen qd eorum regna dirimebat tranſgreſſi Rom. dicit ſe quoque hāc partem Numidiæ iure belli prius acquiſitam, non autē intelligo iure belli. i. promiſſione Iugurthæ facta in eo bello. licet .n. dictum eſt q̄ Iugurtha promiſerat illi tertiam partem Numidiæ ſi voti compos euaderet ſine regni imminutione, non tñ congrueret hunc loco vt id Bocchus confiteatur, ſic .n. ſignificaret ſe mercede conductū ad bellum alienum. & ita pro excuſatione afferret auaritiā ſuā, odioſiſſimum malum, quod non procedit. Intelligā itaq; anteq̄ Iugur. illi filiam ſuam daret motam fuiſſe litem de cōfinibus regni, & partē à Boccho inuaſam, illi pro dote ab Iugur. cōceſſam propter bellum quod ab Rom. metuebat. vnde ordo eſt. Nam ſup dicit partem Numidiæ vnde expulerit Iugur. factam ſup. eſſe ſuam, iure belli, quia in iniuſto bello capta cedunt captori, & dicit nequiſſe pati. ſ. æquo animo, eam. ſ. partem vaſtari à Mario. [Præterea dicit ſe repulſum antea] .i. priuſquam bellum attentaret, quod & auctor prius cōfeſſus eſt, ab amicitia. ſ. Romanorum

petiſt legatis miſſis Romam. [Ceterũ]. i. ſed ſup. q̃ dicit ſe omittere vetera. i. veteres cauſas diſſenſionis, & dicit ſi liceret per Marium. i. Mario non tenuente, ſe miſſurum legatos ad ſenatum. [Deinde copia facta] Mira breuitate perſtringit rem: quia dat intelligere ꝙ Sylla id à Mario impetrauit & Boc. pmiſerit, ſed deinde copia. i. plena ptãte mittendi legatos facta. ſ. per Mariũ, & Syllã, animus barbari. q. d. ideo ꝙ Barbari ſic ams ſup. eſt ab amicis. ſ. Bocchi nõ veris ſed ſimulatis. q. d. neceſſarijs. quos. ſ. amicos Bocchi Iugurtha corruperat donis metuẽs id quod parabatur. ſ. Bocchi à bello auerſionem, & hoc legatione Syllę, & Milij à Mario legatorum cognita. i. reſcita, ab ipſo Iugurtha. qui ſemp vigil & ſolicitus erat. [Marius inte. [Commemorat ſtrenuitatẽ. & acrimoniam ipſius Marij qui ſemper aliquid moliebatur ad vincendum hoſtes. vnde cum exercitum per hyberna compoſuiſſet & vt dñt diſtribuiſſet, ipſe non eſt deditus ocio, aut libidini, ſed aſſumptis expeditis cohortibus & parte equitatus profectus eſt ad turim regiam expugnãdam, in qua theſauri eius plerique erant. Reliquit aũt Syllam pro prætore in hybernis. [E autem re à Boccho intellecta ipſe diffidens rebus ſuis & Iugurthinis legatos miſit, vt prius cõſtituerat, primum ad Marium, deinde ſi placeat Romam profectutos. Ordo eſt. Marius interea dũ ea fieret per legatos, & Boc exercitu compoſito. i. poſtq̃ cõpoſuerat exercitum, in hybernis. i. in locis in quibus hyem inſtantem transigeret proficiſcitur in loca ſola. i. deſerta, & in ſolitudinem Numidiæ, cum cohortibus. i. parte peditum, expeditis. i. leuis armaturæ, qui expediti. i. onere, armorum & ſarcinarum liberi ad iter accincti erant: & cum parte equitatus, obſeſſum] ſupinũ eſt] turrim regiam. i. regis Iugurthę. [Quo). i. in q̃ Iugurtha impoſuerat omnis perfugas præſidium. i. pro præſidio & cuſtodiã. [Tum rurſus Bocchus] Poſtq̃ Bocchus audiuit Marium obſidere velle turrim regiam diffidens rebus Iugurthæ oratores ad Mariũ, illinc Romam ſi placeret mittendos mittit. In principio autem quidã legũt feliciter erga Romanos alij. ſ. Vnde varius eſt ſenſus, prior ſic. [Bocchus ruſus]. i. iterum, tum. i. tunc cum Marius turrim obſeſſum iret, feliciter ſup. ſe hñs erga Romanos, quia niſi ſic feciſſet actum fuiſſet fortaſſis de regno eius poſt captã Numidiã. Poſterior legendo. ſ. ſenſus eſt. [Tum Boc) Rurſus ſcilicet. i. ſcite licet cur id fecerit, quia caris erga. i. beneuolus in Romanos, aut pro Romanis. [Erga. n beneuolentiam dicit] ſeu i. ſiue reputando quæ euenerat ſibi duobus prœlijs. ſ. male pugnatis à Mauris & Numidis, ſeu monitus ab alijs amicis quos Iugurtha reliquerat incorruptos. ſ. pecunia & doni alijs, delegit. i. ſeorſum legit ex omnia copia. i. multitudine neceſſariorũ, quinque. ſ. neceſſarios. i. ſanguine, aut affinitate coniunctos. quorum &. i ſimul ſides cognita. i. proſpecta ſup erat, & ingenia erãt validiſſima. [Iubet eos]. i. quinque ire legatos. i. oratore & caduceatores quos ambaſiatores uocãt, ad Marium, & deinde ſi placeat. [Mario ire Rom. & permittit ſup. eis, licẽtiam. i. liberam auctoritatem rerũ agendarum. i. tractandarum & pato componẽdarum & belli cõponendi i finiendi quocunque modo. i. pacto interueniente. [Illi] ſ. quinque proficiſcũtur, mature. i. cito, cum maturitate tñ ad hyberna Rom. i. vbi Romani hyemem agebant, Deinde ipſi erit cũuenti. i. deprehenſi & capti à latronibus. i. latentibus prædatoribus, Getulis. i. in Getulia ortis, aut graſſantib. & ſpoliati ſ. Veſtibus & viatico, ꝓfugiunt ad Syllam exiſtentes pauidi. i. adhuc pauentibus ſimiles, & ſine decore. i. ornatu, aut apparatu legatis debito, quem. ſ. Syllam conſul. ſ. Marius, proficiſcẽs in expeditionem. i. expedientem obſeſſionem turris regiæ, reliquerat. ſ. in hybernis pro prætore. i. loco prætoris, vt derelictis imperaret & ius diceret. [Ille). ſ. Sylla habuit, hoc eſt tractauit eos. ſ. Mauros à Boccho miſſos non pro vanis. ſ. mendacibus, & inconſtantib. vti. i. quemadmodum meriti erant, ſed accurate. i. cũ ſũma cura, & liberaliter. hoc eſt benefice. [Quare). i. per q̃ rem, barbari. ſ. Mauri rati ſũt, &. i ſimul. famã auaritiæ. i. quæ erat de auaritia Rom. diffuſa p Iugurtham, & eius populares, eſſe falſam, &. i. ſimul Syllam eſſe amicum in. i. erga ſeſe ob munificentiã. i. collationẽ beneficiorum & munerum, quia ornamenta & viaticum illis dono dedit. Nã largitio. i. captioſa donatio, ſine amicitia ad captãdũ & ineſcandũ facta erat ẽt. i. adhuc, tum. i. tũc tpis, ignota multis. ſ. credentibus neminẽ largiri niſi idẽ amicus ſit Et nemo putabatur eſſe munificus, niſi pariter, hoc eſt ſimul eſſet volẽs. i. beneuolus, & ita oĩa dona habebãtur. i. æſtimabãtur in benignitate. ſ. reponenda aut facta. [Igitur patefaciunt quæſtori(. ſ. Syllæ mãdata, hoc eſt cõmiſſiones Bocchi ſimul petunt ab eo vti adſit ſibi fautor & conſultor. i. conſiliator, & extollunt orõne copias, ſidem, magnitudinẽ regis ſui. ſ. Bocchi, & alia quæ credebãt eſſe vtilia, aut beneuolentiæ, i. pertinere ad beneuolẽtiam. [Dein]. i. deinde Sylla pollicitus. i. poſtquam Sylla pollicitus erat, & promiſerat omnia quæ. ſ petiuerant, & docti. ſ. à Sylla quomodo facerent verba apud Marium & item. i. ſimiliter apud Senatum. ſ. Ro. ſi eo mitterentur à Mario opperiuntur. i. expectant ſup. Marium ibidem. i. in hybernis Vticæ apud Syllam circiter 40. dies. [Marius poſtq̃ infecto]. i. non facto negocio quo. i. in quod intenderat. ſ. aĩum & profectionem ſuam, videlicet ad expugnandã turrim regiam rediſt Cyrtham, & hoc eſt ſimul factus & certior de aduentu legatorum, & iubet illos & Syllam venire ab Vtica, vbi hyberna erant. Sanè proprio de loco præpoſitionem dat. [Itemq;]. i. & ſimiliter ad ſe venire iubet L. Bellienum prętorem. præterea. i. & præter eum, iubet oẽs Senatorij ordinis. i. patricios ſup. venire ad ſe, vndique. i. ea omni parte vbi hybernabant, quibuſcum. i. cum quibus cognoſcit. i. audit, mandata Bocchi. [In quis]. i. in quibus. ſ. rebus, poteſtas eundi Romã fit. i. decernitur, legatis. ſ. Bocchi eundi. i. vt eant Romam, & inducię. i. intermiſſiones belli poſtulantur interea. ſ. dum Romam proficiſcuntur, ab conſule. i. à Mario concedendas. Ea. ſ quæ poſtulabantur, aut ſi legendũ eſt ex. ſ. induciæ, placuere Syllæ & pleriſq;. i. plurimis alijs patricijs pauci. ſ. ea patricijs decernũt ferocius. ſ. agendũ. i. nihil de bello remittendum immo fortius inſtandum, exiſtentes ignari rerum humanarum, quæ fluxæ. i. caducæ, ſeu deflentes, & mobiles quod quidam textus non habent, mutantur ſemper in aduerſa. i. in deteriora, quia fortuna nullis eſt perpetuo bona.

CÆTERVM Mauri impetratis omnibus, tres Romam profecti ſunt cum C. Octauio Ruſone, qui quæſtor ſtipendium in Africam portauerat. duo ad regem redeunt. Ex his Bocchus cum cætera, tum maxime benignitatem & ſtudium Syllæ lubens accepit. Romæ quoq; legatis eius, poſtquam erraſſe Regẽ & Iugurthæ ſcelere lapſum deprecati ſunt, amicitiam & fœdum petentibus hoc modo reſpondetur: Senatus & pop. Ro. beneficij & iniuriæ memor eſſe ſolet. Cæterum Boccho, quoniam pęnitet delicti, gratiam facit: fœdus & amicitia dabũtur, cum promeruerit. Quibus rebus cognitis, Bocchus per literas à Mario petiuit, vt Syllam ad ſe mitteret: cuius arbitratu de cõmunibus negocijs conſuleretur. Is miſſus cum præſidio equitum, atque peditum, funditorum, baleariorum: præterea ſagittarij, & cohors Peligna cum velitaribus armis, itineris properandi cauſa, neque his ſecus, atque alijs, armis aduerſus tela hoſtium, quod ea leuia ſunt, muniti erant. Sed in itinere quinto denique die Volux filius Bocchi, repente in campis patentibus cum mille non amplius equitibus ſeſe oſtendit, qui temere, & effusè euntes, Syllæ, alijsq; omnibus & numerum ampliorem vero, & hoſtilem metum efficiebant. Igitur ſe quiſq; expedire, arma atque tela tentare, intendere, timor aliquantus, ſed ſpes amplior, quippe victoribus & aduerſum eos, quos ſæpe vicerant. Interim equites exploratum præmiſſi, rem, vti erat, quietam nunciãt. Volux adueniens quæſtorem appellat, dicitq; ſe à patre Boccho obuiã illi ſimul, & præſidio miſſum. Deinde * per eum, & proximum diem ſine metu coniunctí eunt. Poſt vbi caſtra locata, & diei veſper erat, repente Maurus incerto vultu pauens, ad Syllam accurrit, dicitq; ſibi à ſpeculatoribus cognitum, Iugurtham haud procul abeſſe, ſimul vti noctu clam ſecum profugeret, rogat, atque hortatur. Ille animo feroci negat ſe toties fuſum Numidam pertimeſcere, virtuti ſuorum ſatis credere, etiam ſi certa peſtis adeſſet, manſurum potius, quàm perditis quos ducebat, turpi fuga, incertæ, ac forſitan poſt paulò morbo interituræ vitæ parceret. Cæterum ab eodem monitus, vti noctu * proficiſceretur, cõſilium adprobat, ac ſtatim milites cœnatos eſſe in caſtris, igneſque * creberrimos fieri. Deinde prima vigilia ſilentio egredi iubet. Iamq; no-

* In codice Aldino non legitur, g.

* proficiſcerètur.

* quàm creberrimos,

ꝺturno itinere feſſis omnibus, Sylla pariter cum ortu ſolis caſtrametabatur: cum equites Mauri nunciant Iugurtham circiter duum millium interuallo, ante eos conſediſſe. Quod poſtquam auditum eſt, tum vero ingens metus noſtros inuadit: credere ſe proditos à Voluce, & inſidijs circumuentos. Ac fuere qui dicerẽt manu vindicandum, neque apud illum tantum ſcelus inultum relinquendum. At Sylla quanquam eadem exiſtimabat, tamen ab iniuria Maurum prohibet: ſuos hortatur, vti forte animum gererent: ſæpe antea paucis ſtrenuis aduerſus multitudinem bene pugnatum, quanto ſibi in prœlio minus pepercisſent, tanto tutiores fore, nec decere quem manus armauerit, ab inermibus pedibus auxilium petere, & in maximo metu nudum, & cæcum corpus ad hoſtes vertere. Deinde Volucem, quoniam hoſtilia faceret, Iouem maximũ obteſtatus, vt ſceleris, atque perfidiæ Bocchi teſtis adeſſet, caſtris abire iubet. Ille lacrymans orare, ne ea crederet, nihil dolo factum, ac magis calliditate Iugurthę, cui videlicet ſpeculanti iter ſuum cognitum eſſet. Cæterum, quoniam neque ingentem multitudinem haberet, & ſpes, opesq; eius omnes ex patre ſuo penderent, crederet illum nihil auſurum palam: cum ipſe filius teſtis adeſſet. Quare optimũ factum videri * ſibi, per media eius caſtra palam tranſire: ſeſe vel præmiſſis, vel ibidem relictis Mauris ſolum cum Sylla iturum. Ea res vti in tali negocio probata, ac ſtatim profecti: quia de improuiſo acceſſerant, dubio atque hæſitante Iugurtha, incolumes tranſeunt. Deinde paucis diebus quo ire intenderant, peruentum eſt.

In metu ſis quibuſdam cod. non habetur, ſibi.

SOLD. ROMAM quoq;] Dicit quid fecerint legati Bocchi poſtq̃ Romam venerunt, confeſſi ſunt regem erraſſe ſcelere Iugurthæ inductum. Et ita culpam delicti à rege remouentes, in Iugurtham transferebant. [Deprecati ſunt] .i. confeſſi ſunt, noua ſignificatio notanda eſt. Alibi deprecari eſt amoliri, depellere, propulſare, vnde hoc loco dicit deprecati, quia licet delictũ confiterentur, tñ culpam delicti depellebant à rege, & eam in Iugurtham transferebant. [Cæterum Boccho facit grãm] .i. ignoſcit. [Is miſſus] .ſ. eſt. [Peditum fundatorũ] Funditores qui funda pugnãt. [Baliſtariorũ] Baliſtæ ſunt ſaxa maiora & grauiora. Vnde Baliſtarij dicti ſunt. [Cohors Peligna] Peligni populi ſunt Latioi. Lucullus Volſcorũ rex, nepotes habuit Paciuũ, à quo Pacinates, & Peliculũ, à quo Peligni ſinguli populi Latinorũ auxilia mittebant ad bella, quæ pop. R. gerebat. Peligni ergo cohortem vnam miſerant. [Cum velitaribus armis] .i. cũ armis leuioribus, quibus Velites vtuntur. Nam velites dñr milites leuis armaturę, qui grauibus armis impediti nõ ſunt, ſed expediti leuibus armis vtuntur, & dñr Velites quaſi volitantes. Ergo cohors Peligna, vt expeditior eſſet ad iter properandum velitaribus armis nunc vſa eſt. [Neque his ſecus] Atque alijs armis aduerſum tela hoſtium, quod ea leuia ſunt muniti erant, his inquit, armis velitaribus ita muniti erant ſicuti alijs armis aduerſus tela hoſtium, quia leuia ſunt arma velitaria, idonea ſunt cõtra tela Maurorũ, quia tela leuia ſunt. [Neq; ſecus] .i. non aliter. [Atque] Pro quam [Effuſè] Sparſim, ſine ordine. [Syllæ alijsq; oĩbus] Sylla & oẽs alij exiſtimabant illos mille equites eſſe multo plures, & putabãt eſſe hoſtes. Sed Volux miſſus erat à patre Boccho obuiam Syllæ, & ẽt vt præſidio eius tutior eſſet Sylla. [Igitur] Quia putabãt eos eſſe hoſtes. [Spes amplior] Amplior. ſ. quia erat maior ſpes q̃ metus. [Quippe vict.] i. erat, nã Rom. victores ſępe fuerãt, & ſępe vicerant Iugurthã, & Bocchum. [Primum & proa. diẽ] .i. primum & ſecundum diẽ. [Locata] .ſ. ſunt. [Veſper diei] .i. vltima pars diei, [Maurus] .i. Volux [Incerto] .i. mobili, & inſtabili vultu, quia in vultu colorẽ mutabat. [Pię timore pauẽs] .i. timẽs & ſtatim cauſam timoris ſubiũgit. [Animo feroci] .i. impauido, audaci, forti. [Fuſum] .i. fractum, fugatũ, & pulſum. [Numidam] .ſ. Iugurthã. Satis credere dicebat. i. ſatis cõfidere. Nam credere ſignificat cõfidere. Virg. in Buc. O formoſe puer nimium ne credere colori. Et ſi certa peſtis adeſſet, manſurum potiusq̃ proditis, quos ducebat, turpi fuga incertæ, ac forſitan paulò poſt morbo interiturę vitæ parceret. Sylla dicebat. Non timeo Iugurthã toties victum, & ſatis confido virtuti meorum militum, ſed ſi etiam certus eſſem me cum meis in pugna interficiendum eſſe fugere non volo, ſed volo manere potius & mori quàm turpiter fugere & vitã ſeruare, quæ vita forſitan paulò poſt morbo interibit. [Si certa peſtis] .i. certa mors. Ordo eſt, & dicebat ſe potius manſurum ſi certa peſtis adeſſet, quàm vt parceret vitę incertæ, ac forſitan paulò poſt interituræ morbo dico parceret. [Turpi fuga] .i. per turpem fugã, proditis quos ducebat. Ac ſi diceret, melius eſt, & volo potius manere, & glorioſe mori, q̃ turpiter fugere, & vitam ſeruare. [Proditis] Quos ducebat. Si Sylla fugiſſe ꝓdidiſſet eos, quos ſecum ducebat, quia oſtenderat eis futurum Boc. [Quam incertæ vitæ parceret] .i. vitã incertã ſeruare, vita aũt incerta eſt, quia nemo ſecurus eſt de vita ſua. Cæterum ab eodem monitus, Sylla parere noluit Voluci ſuadenti, vt fugeret, quia turpe erat fugere, ſed paruit ei ſuadenti, vt noctu proficiſcerentur, quia hoc conſilium vtile erat. [Prima vigilia] .i. prima hora noctis. [Iamq; nocturno itinere] Sylla cum Voluce ſimul tota nocte iter fecit. Et in ortu ſolis caſtra locauit. Tum equites Volucis, qui præibant nunciant Iugurtham ante eum caſtra poſuiſſe circiter duorum millium interuallo, hoc audito Romani crediderunt ſe proditos eſſe à Voluce. Et fuerunt qui dicerent Volucem tanq̃ proditorẽ interficiẽdum eſſe. Sed Sylla prohibuit hoc fieri. [Credere] Pro credebant. [Quanq̃ exiſtimabat idem] Nam ẽt Sylla credebat ſe à Voluce proditum eſſe. [Quanto ſibi in prœlio minus pepercisſent, tanto tutiores fore] O milites quãto uobis minus in prœlio parcetis. i. quanto magis pugnabitis tanto tutiores eritis, parcere ſibi in prœlio, eſt pugnare nolle. [Neq; quenq̃ decere, quem manus armauerit, ab inermibus pedibus auxilium petere] .i. non decebat uirum armatum fugere. Nã petere auxilium à pedibus, nihil aliud eſt, niſi fugere. [In maximo metu nudum, & cæcum corpus ad hoſtes vertere] Et dicebat decere in maximo metu uertere nudum & cęcum corpus ad hoſtes. i. cõtra hoſtes. O milites, decet uirum armatum fugere, ſed in maximo metu decet nõ ſolum armatum, ſed etiã corpus inerme in hoſtem uertere. [Nudũ corpus] .i. inerme, & ita intendit argm̃, in maximo metu decet corpus inerme contra hoſtes uertere, quanto magis uos armatos decet ire contra hoſtem & non fugere. Tota. n. intentio Syllæ eſt hortari milites, & perſuadere eis, ut non fugiant ſed forti animo ſint. [Cæcum] .i. præceps ad pugnã, ut de fuga non cogitet. [Deinde Volucem] Ordo eſt. Deinde Sylla obteſtatus Iouem maximum, ut adeſſet, teſtis ſceleris & perfidiæ Bocchi, iubet Volucẽ abire ex caſtris, qm̃ fecerat hoſtilia. Sylla credidit ſe eſſe proditũ à Voluce, Boccho patre eius ita uolente. Et ideo cum aĩos militum oratione firmaſſet, ſtatim iuſſit, ut Volux abiret ex caſtris. Sed reuera Volux innocens erat. [Qm̃ hoſtilia fecerat] .i. qm̃ ꝓditor fuerat, ſicut ipſe credebat. Nam reuera non fuerat proditor. [Sceleris atque perfidiæ Boc. teſtis adeſſet] Quia credebat Bocchum miſiſſe Volucem filium, qui Syl. traderet in manus Iugur. [Ille] .ſ. Volux. [Orare] Pro orabat. [Nihil dolo factum] .ſ. dicebat at magis calliditate Iugurthę ſ. factum eſſe dicebat. ſ. ut Iugurtha iter obſideret. Nam hac de cauſa Sylla ſe à Voluce proditum eſſe credidit, quia Iugurtha copijs ſuis iter obſederat, qua tranſiturus erat. Sed hoc dolo Volucis factum nõ erat, ſed potius aſtutia Iugurthæ, qui per ſpeculatores iter Volucis explorauerat. [Cæterum qm̃] Volux dicebat ad Syllam, ò Sylla, Iugurtha magna multitudinem non habet, & totam ſpem ſuam habet in patre meo. Igitur me præſente, nihil palam facere audebit. Bonum igitur eſt, ut per media caſtra eius tranſeamus. Sylla Volucis conſilium probauit, & ita per media caſtra Iugurthæ incolumes tranſierunt. Ex quo cognitum eſt in Voluce dolum non fuiſſe. [Illum] .ſ. Iugurthã. [Cum ipſe filius] .ſ. Volux filius Bocchi. [Teſtis adeſſet] .i. præſens eſſet. Nam qua fronte Iugurtha Syllam inuaderet præſente Voluce filio Bocchi, in quo Boccho Iugurtha ſpem ſuam totam habebat. [Nihil palam auſurum] .ſ. dicebat. [Quare] .ſ. dicebat. [Seſe] Vel præmiſſis, ego uel ante mittam equites meos, uel etiam hic relinquam, & tecum, ò Sylla ſolus tranſibo, ut intelligas in me dolum non eſſe. [Ea res probata] .ſ. eſt à Sylla. [Vti in tali negocio] .i. tanquam in tali re, quæ de improuiſo ſuſcipiebatur. Quia de improuiſo acciderat dubio, atque hæſitante Iugurtha. Iugurtha dubitauit cum uidit Syllam & Volucem cum ſuis copijs per media caſtra ſua tranſeuntes, & quia hoc de improuiſo acciderat, Iugur. non inuaſit eos, quia de improuiſo acciderat. ſ. ut Ro. cum Voluce per media caſtra Iugurthæ tranſiret, neque enim Iugurtha hoc unquam putaſſet. [Hæſitante] .i. dubitante. [Quo ire intenderant] Id eſt ad locum ubi erat Bocchus Rex.

INTEN-

MARL. INTENDERE].ſ.ad negocium.[Quietem]Nõ ſubeſſo dolum. [Ignes creberrimos fieri] Non vt lumen militibus proficiſcentibus præberet, vt quidam inſule, alioqnin vir ſatis eruditus, exiſtimabat, ſed vt hoſtes crederent integrum ibi exercitum eſſe, quod ſtratagema ſeruauit Nero. Qui ſecũdo Pun. bel. vaſtanti Annibali Italiam oppoſitus erat. Et cum intercepiſſet literas quas Haſdrubal ad fratrem miſerat, eius conſilium cognouit. ſ. velle ſe coniungere cũ fratre vt maiori impetu Italiam vaſtaret, itaq; cõſilium cępit, ſe Liuio Salinatori collegæ, qui Haſdrubal oppoſitus erat, coniungere velle. Neque tũ diſceſſum ſuum ab Annibale intelligi volebat. Quare præcepit legatis quos relinquebat vt eadẽ ſtationes vigiliæq; agerentur, tondẽ ignes arderent, eadẽ facies caſtrorum ſeruaretur. [Inultum] Sine punitione. [Prohibet Maurum] Hypallage.i. prohibet iniuriã à Mauro. vel. [Prohibet] Defendit. [Corpus mundũ & cæcum].i. dare terga. [Credere ea].ſ. hoſtilia facere. [Solũ] Sine ſui exercitus parte.

. POSTQVAM erraſſe regẽ, & Iugurthæ ſcelere lapſum deprecati ſunt] In Veneto, Beroaldino, cæteriſq; vetuſtioribus, deplorati ſunt. pro eo quod eſt, conqueſti ſunt, vt ſit antiquo more dictum, quõ & alias Sal. comperior, pro cõperio dixit, punior Cicero, pro punio. Cuiuſmodi apud eundẽ aſſentire & aſſentiri, euertere & reuerti, impertire & impertiri, remunerare & remunerari, elucubrare & elucubrari. Et quæ Fabius obſeruauit, luxurior luxurio, fluctuor, fluctuo, quæ vtroque modo efferri teſtatur lib. 9. capite de figuris verborũ Liuius 10. Dec. 4. Celtiberi parũper incertis animis fluctuati ſunt, inquit. Cicero ferè alterũ vtitur. Quin & cõtor Liuius pro cõcio dixit 4. ab V.C. Nec aduerſatum rerum quærere ſocios, cum quibus ſpem integram communicati non ſint. pro, non cõtcanetint. Sed & Gellius fœneror & fœnero, pigneror & pignero dici codẽ ſignificato annotauit. Quemadmodum Priſcianus, populo populor, bello, bellor, mereo mereor, atque hoc genus. Suetonius quoq; in Auguſto mulctatus eſt, pro mulctauit, dixit. Impertiri Terentius, pro impertire. Talia ſexcenta ferè ab antiquis Grãmaticis recenſentur. Mihi quidem certe ſenſus ipſe repudiare vulgatam lectionem vr̃. Neque quiſq̃ vnquam ſic eſt, quod ſciam locutus, deprecati aliquem erraſſe, & alterius ſcelere lapſum. ſed deplorare potius & conqueri. Niſi quis forte violentiã aliquam comminiſci & afferre interpretationem velit, vt poſtq̃ regis errorem excuſarunt & culpã oẽm in Iugurthæ ſcelus auerterunt, vel, poſtq̃ hac vſi deprecatione ſunt, vt & errorem faterentur atque agnuſcerent regis, & culpam in Iugurtham conferrent. Nam ſic ferè deprecamur, errauit, lapſus eſt, temere fecit, pœnitet. Hæc atq; talia per facile quis comminiſci poſſet. Expendat qui volet hunc locũ diligenter, & ſi cuius modo in literis iudicij eſt, veriſimilẽ eſſe coniecturam noſtram fatebitur. Quin & in manuſcripto quodam eſt in ſpatio quod verſus dirimit ſupra ſcriptum, vel deplorati ſunt, vnde propemodum colligo, locum eſſe deprauatum. Pręterea ieſe ſagittarij, & cohors Peligna τὸ Iere. perperam eſt in Gymnico omiſſum, cum ſit in manuſcriptis, atque impreſſis vetuſtioribus. [Neque his ſecus atq; alijs armis aduerſus tela hoſtiũ, ꝙ ea leuia ſunt, muniti erant] τὸ Erant non eſt in vllo manuſcripto, ac citra detrimentum ſenſus abeſſe poterit. Nec Beroaldinũ quidem habet. [Timor aliquantus, ſed ſpes amplior. Quippe victoribus aduerſum eos quos ſæpe vicerãt pugnaturis] In Veneto cæteriſq; vetuſtioribus eſt, quippe victorib. & aduerſum eos, quos ſæpe vicerant. Addita videlicet illa Et copula, omiſſoq; participio pugnaturis. id quod perperam eſt in recentioribus additum, cum non ſit in manuſcriptis. Fuit credo, qui non habita ratione breuiloquẽtiæ Saluſtianæ, deeſſe aliquid ſuſpicaretur. Is de ſuo forſan participium addit, ad ſenſum abſoluẽdum quem imperfectum eſſe putaret. Id alias quoque factũ, non raro eſt à nobis animaduerſum, & interdum annotatum. [Manſurum potius, q̃ perditis quos ducebat, turpi fuga &c.] In vetuſtioribus eſt, proditis pro deſertis. Ita & ſnĩa poſtulat. Nam Maurus Syllã, vti clam ſe cum noctu profugeret hortabatur, id Sulla facturo negat, quòd turpe ſibi duceret, proditis ac deſertis ijs quos ducebat, fuga ſalutẽ petere, in hoc ſignificatu Cicero: Quem ego ſum ſecutus, inquit, in me deſeruit ac prodidit. & Cæſar, Deſerite inqt milites ſi vultis, Aquilam, atque hoſtibus prodite. Idem 2. de bel. ciu. Deſertos.n. ſe ad proditos à vobis dicunt. [Cæterum, quoniã ingentem multitudinem nõ hñet, & ſpes opeſq; eius oẽs ea parte ſuo penderent] In manuſcriptis eſt, qm̃ neque ingentem multitudinem hñet, & quæ ſequuntur. Sicq; rectius legitur, vt ego ſentio.

GLAR. C. OCTAVIO Rufone] Cn. hñt veteres codices. Paulò poſt: Studiũ Syllæ libens accipit. Mirũ quare L.bẽs, omiſſum in Aldino codice. Mox; Cæterũ Boccho, qm̃ pœnitet, delicti gratiam facit, incerta diſtinctio eſt in Delicti, ad vtrunque.n. referri põt, Pœnitet delicti, & gratiam delicti facit, pluſculum gr̃æ hẽc ad ſequens relatum ni iudicio fallar. [Is miſſus cum pſidio equitum atq; peditũ] Mirum hic Syllã cum præſidio mitti, qui antea cũ A. Manlio apud eũdem regem fuerat, nulla præſidij facta mentione. An quia tum recẽs facta ſtrages Iugurthã cohibebat, quæ nunc non cohibet? Sed & illud Funditorum Balearorum, κατ' ἐπεξήγησιν dictum eſt. Continuo poſt; Præterea iere Sagittarij. Aldinus codex omiſit Iere verbum, temere meo quidẽ iudicio. [Manſurum potius q̃ perditi] Proditis, veteres habent codices, & magis quadrat. Paulò poſt vero cum ait Iugurtham ante eos conſediſſe, Ante loci eſt, non temporis, & ſignificat, ita aute conſediſſe, qui eos pręuenerit in itinere, quaſi iret ad regem Bocchum impediturus. Illud vero mirum quàm ſcire copiã quõ Lectori perſuadere velit auctor, vt credat Syllam cum ſuis tam facile Iugurthæ caſtra penetraſſe, Iugurthamq; dubium hęſitaſſe, nec auſum quidquam aduerſum eos, qui nihil nõ audebat, mihi vix ſit veriſimile. Rurſus, Ea res vti in tali negocio probata. Alij legunt, Ea res, vti in tali negocio ſolet, probata eſt. Mirum vero & illud, auctorem ne vno quidem verbo meminiſſe loci vel ſuperius, vel hoc in loco, ubi Bocchus ac Sylla conuenerint.

ASCEN. CÆTERVM].i. ſed, Mauri oĩbus rebus. ſ. quas peterẽt impetratis. ſ. à concilio hoc eſt & poteſtate eundi Romam, & induciis interea hñdis, tres. ſ. ea eis, dicere potuiſſet Maurorũ tres. ꝓfecti ſunt Romam cum Cneo Octauio Rufone. qui exiſtẽs quęſtor.i. receptor aut vt vulgo dñr argentarius publicus, portauerat in Africam ſtipẽdium.i. mercedem militantium & duo ſup. eorũ redeunt ad regẽ.i. Bocchum nunciaturi, quæ acta eſſent & inducias agendas. Bocchus accepit, ea bis.i. legatis duobus ad ſe reuerſis, libens.i. libenter, & cum voluptate, cum cętera.i. cum ita ſit ꝙ cætera, tum maxime.i. verum eſt ꝙ accepit libens benignitatẽ.i. clementiam Syllæ qui inopibus & oĩum egenis ita ſuccurrit & ſtudium.i. ſtudioſum officium ac fauorem Syllæ. [Et reſpõderetur Romæ]. ſ. à ſenatu, legatis eius. ſ. Bocchi, petẽtibus Fędus & amicitiam. ſ. P. R. poſtq̃ ſunt deprecati (quidam reatus hñt deplorati ſed nõ procedit cũ deplorauerunt debebat dici) .i. precibus oſtendere conati, regẽ. ſ. ſuum Bocchum erraſſe, & ita nõ vſum maleuolentia, & lapſum. ſ. in errorẽ ſcelere.i. per ſceleſtã inductionẽ Iugurthę (deprecari.n. propriè eſt precari ne culpa qd factũ cenſeatur aut ne quid fiat precibus implorare) ridetur inq̃ hoc modo. Senatus & P. R. ſolet eſſe memor beneficij, & iniurię. Cęterũ facit Boccho gratiam.i. veniam delicti, qm̃ pœnitet. ſ. eum delicti, fœdus & amicitia dabuntur. ſ. ei cum meruerit, quaſi dicatur nondũ meruiſſe [Quis rebus cognitis] Poſtq̃ Bocchus ea quæ in Senatu Romano de ſe decreta erãt intellexerat, ſtatim Syllam à Mario petijt ad ſe mitti vt cum eo de re cõi diſceptaret, quã rem Marius nõ grauatim fecit, & Sylla vtili legatione functus eſt, qa Iugurtham dolo Bocchi interceptum ſecum vinctum reducis ad Marium, parum tñ abfuit, qn in itinere ab Iugurtha caperetur, & quin in caſtris Bocchi ab eo proderetur. Vnde verum eſt illud quod à Comico dr̃, Præclarum facinus non fieri ſine magno periculo. Et videre eſt quam exigua ſit apud mortaleis fides. Nam Iugurtha, ab eo quẽ ſibi pſidio delegerat traditus eſt, Ordo autẽ eſt. Quis.i. qbus, rebus. ſ. actis & rñſis Romæ cognitis à Boccho, Bocchus petijt à Mario per literas vti.i. vt mitteret Syllã ad ſe. Cuius. ſ. Syllæ arbitratu.i. libero iudicio, cõſuleretur.i. conſultaretur de negocijs cõibus.i. ad cõem vtilitatem ſpectantibus [Is]. ſ. Sylla miſſus ſup. eſt cũ præſidio .i. cuſtodia equitum atq; peditũ itẽ .i. & ſimiliter funditorũ & Baliſtariorũ .i. emittentium è tormentis iacula aut lapides. Pręterea.i. ꝓter dictos ſeſe.i. cũ Sylla, ſagittarij.i. qui vtunt̃ arcu. & cohors peligna.i. Latinorũ illorũ, cũ armis velitaribus.i. leuibus, quib. velites vti ſolent cauſa itineris ꝓperandi.i. feſtinandi. Neq; erant muniti ſecus.i. aliter his. ſ. armis velitaribus, atque.i. q̃ alijs armis aduerſum tela hoſtium, ꝙ.i. qa ea. ſ. tela illorũ hoſtiũ ſunt leuia, & ita qa non inferebant magnã vim poterat illis leuibus armis reſiſtere. Sed Volux filius Bocchi oſtẽdit repente ſe cum mille equitibus nõ amplius in itinere, deniq;.i. tandẽ quinto die, ſ. poſtq̃ profecti fuerant, in campis parẽtibus.i. planis, qui. ſ. equites Voluxis euntes temere.i. ſine ordine & effuſè.i. diſparſim efficiebãt Syllæ & alijs oĩbus. ſ. Romanis, &.i. ſimul numerũ ampliorẽ, hoc eſt opinionẽ de ampliore numero q̃ de millenario, & metũ hoſtilẽ, hoc eſt qualẽ hoſtis ſubito viſus afferre ſolet. [Igitur quiſque]. ſ. Romanorũ expedire.i. expediebat ſe, hoc eſt reijciebat impedimenta belladi vt ſarcinas aut veſtes, & tentare hoc eſt tẽtabat.i. diſponebant ad bellũ experiendo quõ eis uterẽtur, arma. ſ. ad defenſionẽ & tela ad inuaſionẽ, intendere.i. intendebãt. ſ. aios ad cõcurſum, timor ſup.

erat aliquanto.i.ſatis magnus ſed ſpes ſup.erat amplior.[Quippe].i.utpote ipſis victoribus & aduerſum eos quos vicerāt ſæpe. Interim.i.dum ſe Romani ſic ad pugnam accingerent equites.ſ. Romani. præmiſſi exploratum.i.ad explorandum an alicubi laterent inſidiæ, nūciant.ſ.reuerſi,rem quietam.i.tranquillā,vt.i. quemadmodū erat.[Volux filius Bocchi,adueniens.ſ.ad Romanos,appellat.ſ.ſeorſum uocat & nominat quęſtorem.ſ.Syllam,& dicit ſe miſſum à Boccho patre.ſ.ſuo obuiam illi,honorificentię uidelicet gratia, & ſimul dicit ſe miſſum illi præſidio.i.ad præſidium & defenſionem,ſiquis forte hoſtium occurrat.Deinde Volux & Sylla & comites utriuſque ſunt coniuncti per cū diem.ſ. quo Volux aduenerat & ſup.per diem proximum.i.proxima ſubſecutum, ſine metu, hoc eſt timore de occurſu alicuius hoſtis. Et bene dicit per eum & proximum diem,quia ſtatim finito die Iugurtha niſus metum intuliſſe,ut ſequentia apertius docebūt.[Poſt vbi caſtra locata) Cōmemorat,ut Volux filius Bocchi cognito interuētu Iugurthę trepidare cęperit,& totā manum Romanorū cum Sylla miſſorū & timore & ita impleuerit ex eius rei nuncio dicēs.[Poſt].i.deinde vbi caſtra.ſ.Syllę locata ſup.erāt,& veſper.i.extrema pars diei erat [Maurus].ſ.Volux accurrit repente ad Syllam,patens vultu incerto.i.uario ut eſt metuentibus,dicit cognitum.i.cōpertum ſibi ſup.eſſe à ſpeculatoribus.i.per ſpeculatores quos ad hoc emiſerat,aliter uideretur cōſcius rei,ſicut & nūc habitus eſt,Iugurtham abeſſe haud procul.ſ.ab eo loco vbi caſtra locauerat. Et ſimul rogat atque hortatur,uti.i.ut Sylla profugeret ſecum clam. ſ.Iugurtha.noctu.i. p noctē illam.[Ille].ſ. Sylla negat animo feroci.i. præ ſe ferente ferocitā,pertimeſcere Numidam.ſ.Iugurtham. q.d. hominem leuem & fugacem fuſū.i.profligatum & in fugam verſum toties, & ſup. dicebat ſe ſatis credere.i.cōfidere uirtuti.i.fortitudini ſuorū.ſ.militū,& dicebat ſe māſurū potius ēt ſi peſtis.i.pernicies & mors certa.i.ineuitabilis adeſſet,potius q̄ parceret uitæ incertæ & forſitā interituræ,i.abſumēdæ paulò poſt morbo.ſ.aliquo,& hoc ꝓditis his quos ducebat,uidelicet comitibus ſuis.[Cęterum] i ſed.ipſe Sylla monitus ab codē.ſ.Voluce Mauro, uti ꝓficiſceretur.i.diſcederet ab eo loco noctu.i.per noctē,approbat conſilium.ſ.eius ac iubet ſtatim milites cœnatos.i.cœna refectos, hoc eſt ubi cœnauerint(dicimus enim cœnaui & cęnatus ſum,prandi & pranſus ſum,potaui & potus ſum, iuraui & iuratus ſum. In quibus tñ nonnulli diſcrimen non ab re uolūt. Nā cœnatus inquiunt pranſus & potus dici poteſt, q ab alio accepit cœnam prandium potum,cœnauit aūt &c. qui ſumpſit de ſuo aut per ſe,iurauit aūt qui iurō, iuratus eſt iuramēto aſtrictus)eſſe in caſtris & ignes fieri quā creberrimos.i.valde crebros,vt hoſtes exiſtimarēt eos vigilias agere,& poſt profectionē viſis ignibus adhuc illic eſſe.deinde iubet egredi.ſ.è caſtris prima vigilia.i prima parte noctis quæ in tria vigilias diſtinguitur,ut ēt Euangelium approbat,ſupp.cum ſilentio. Iamq́; i. & iam omnibus feſſis ſup.exiſtentibus, itinere nocturno, Sylla metebatur,hoc eſt locabat caſtra pariter cū ortu ſolis.i. cū ſol primum oriretur.Cū equites Mauri pręmiſſi(vt vr̄ à Voluce)nunciant Iugurtham cōſediſſe.i.ſedem cepiſſe & caſtra locaſſe ante eos.ſ.Syllam & Volucem & eorū milites,interuallo.i. diſtātia circiter duum milium.ſ.paſſuum,quæ à Gallis leuca dr̄: Circiter aūt hic aduerbium eſt aut genitiuum regit ut tenus,uā duum millium genitiui ſunt, ſed reguntur potius ab interuallo. [Quod poſtq̄ eſt auditum].ſ.à Romanis,tū vero.i.maxime tunc & quaſi ad uerū,ingens metus inuadit noſtros.ſ.Romanos eo q paucī erant & ſe proditos crederēt, unde addit.[Credere].i.ipſi credebāt ſe proditos. i. porrò extra ſuper potentiam in manum hoſtilē datos & traditos,& circūuentos.i. captos,inſidijs.i.p inſidias à Voluce. ſ.inſtructis,aut proditos à Voluce & circūuentos inſidijs Iugurthę. [Ac fuere] .ſ.inter Romanos qui dicerent uindicandum.i.vindictā eſſe ſumēdam ne Voluce,manu.i.ut,per manum illi illatā,ne tm̄.i. tam magnum & enorme ſcelus relinquendū ſup.eſſe.i.debere relinqui apud illum, uidelicet Volucē inultū.i impunitū,& ſine ultione de eo ſumenda [At Sylla &c.] Sylla,inquit ēt opinabatur dolum Volucis interueniſſe,prohibebat.tñ eum ab iniuria nequid contra ius gentium nondum compertа fraude peteretur,ſicq́; tandem cum eo per media Iugurthę caſtra ad Bocchum peruenit. vnde ordo eſt.[At].i.ſed Sylla q̄q̄ exiſtimabat eadē uidelicet proditos Romanos à Voluce circumuentos inſidijs(non aūt uindicandum eſſe quod alijs videbatur, vnde ad priorem partem non ad poſteriorem refertur)tñ prohibet.i. defendit Maurū.ſ.Volucē, ab iniuria.i.ne patiatur iniuriā.i.necē contra ius gentiū,& hortatur ſuos uti.i.ut gererent fortē animum & ſup dicit pugnatū ſup. eſſe ante.i.prius bene.i.feliciter, à paucis ſtrenuis,aduerſus multitudinē,& dicit ſup.q quāto minus pepercīſſent ſibi in prœlio eos fore.i. futuros eſſe tāto tutiores, neq; decere quenq̄ qui armauerit manus ſup.ſuas,petere auxiliū ab pedibus inermibus,quod faciunt qui fuga ſalutē q̄runt (& eſt ſpecioſe dictum)& ſup.decere uertere corpus nudū.i.inerme, & cęcū,i.non hñs reſpectum ad tela inſtantia ad hoſtē.i cōtra hoſtē,& id in maximo metu.i.vbi maximus aſſit metus,hoc eſt ſi in maximo metu decet corpus inerme obijcere hoſti,quāto magis armatū ?Cæcum aūt dicit,q̄ ſine reſpectu per media tela erumpit, q̄ Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutē.ſic aūt ferè exponūt hic locum, ſed quia negatio ꝓpoſita utrunque ſequentiū negare vr̄,malim dicere, & neq; decere uertere corpus nudū.i. inerme abiectis armis,& Cęcum.i.hñs reſpectum quo ſe pręcipitet,ut faciunt fugiētes in maximo metu,q̄a & lepores fugientes proſpicere negantur. Deinde Sylla obteſtatus.i. in teſtimonium uocatus Iouē maximū.i.ſummum deorū,& qui fidelitatē & hoſpitalitatē curat, unde eſt,Iupiter hoſpitibus nā te dare iura faſſent &c.ut ſup. Iupiter adeſſet teſtis ſceleris atq; ꝑfidię Bocchi,iubet Volucē filiū Bocchi abire.i. decedere caſtris.ſ.Rom.(qm̄ ageret hoſtilia).i.quę hoſtes ſolent.Ille.ſ.Volux lachrymās orata.i.orabat ne Sylla crederet ea.ſ.quę dicebantur,& ſup.dicebat nihil eſta factū dolo.ſ.ſuo ,ac magis.i.potius factū ſup.id eſſe, calliditate Iugurthę,uidelicet cui ſpeculāti.i. p ſpeculatores aut exploratores ſcrutanti iter ſuū eſſet cognitum.i. exploratū; Cæterum.i. ſed ſup dicebat qm̄ Iugurtha neq; hēret ingentē multitudinē.ſ. exercitus & ſpes & opes Iugurthæ penderent ex patre ſuo.ſ.Volucis hoc eſt Boccho; q̄d ſup.crederet illum.ſ.Iugurthā nihil auſurum palam.i. manifeſte contra inceptū Bocchi cū ipſe exiſtēs filius eius adeſſet teſtis. Quare ſup.dicebat uideri optimum factu.i.ut fiat,trāſire per media caſtra eius.ſ.Iugurthæ palam.i.manifeſte,& dicebat ſeſe iturū ſolū cū Sylla, & hoc Mauris ꝓmiſſis uel relictis ibidē apud Romanos. Ea res.i.ut ſolus cū ſolo tranſiret caſtra,Syllę probata eſt.ſ.à Sylla,uti.i.quēadmodū ſolet.ſ.formidoloſum cōſiliū probari,in tali negocio,in quo nullus certus patet exitus.[Ac ipſi duo profecti].i.abeuntes ſtatim tranſeūt incolumes.[Quia acciderat de improuiſo].i.pręter expectationē Iugurthę,& ita Iugurtha dubio atque hęſitante.i. dubitante quidnam ageret.An.ſ.utroſque caperet. & ita patrem Volucis offenderet & cum Romanis militibus manus conſereret, quia uero ſimile eſt exploratum miſſe nonnullos, quidnam Syllæ accideret. Deinde peruentum eſt ſup. ab utriſque paucis diebus.i.intra paucos dies,ſup.illuc,aut eo,uidelicet ab Boc.regem quo intenderant ire.

IBI cum Boccho Numida quidam Aſpar nomine multum,& familiariter agebat, præmiſſus ab Iugurtha, poſtquam Syllā accitum audierat,orator, & ſubdole ſpeculatum Bocchi conſilia. Præterea Dabar Maſſagradæ filius, ex gente Maſiniſſę, cæterum materno genere impar. nam mater eius ex concubina orta erat, ob ingenij multa bona Mauro charus, acceptuſque,quem Bocchus fidum Romanis multis antea tēpeſtatibus expertus, illico ad Syllam nunciatum mittit,paratum ſeſe facere quæ uellet: colloquio diem,locum,tempus ipſe deligeret: conſulta ſeſe omnia cum illo integra habere: neu Iugurthę legatum pertimeſceret: accitum eſſe,quo res communis licentius gereretur.nā ab inſidijs eius aliter caueri nequiſſet. Sed ego comperio; Bocchum magis Punica fide quàm ob ea, quæ prædicabat, ſimul Romanos & Numidam ſpe pacis detinuiſſe: multumq́ue cum animo ſuo uoluere ſolitum,Iugurtham Romanis,an illi,Syllam traderet. libidinem aduerſum nos, metum pro nobis ſuaſiſſe.Igitur Sylla reſpondit pauca ſe curā Aſpare locuturum; cętera occulte, aut nullo, aut quàm pauciſſimis præſentibus,ſimul edocet,quę * ſibi reſponderentur.Poſtquam ſicuti uoluerant,cōgreſſi: dicit ſe miſſū à conſule,ueniſſe quæſitum ab eo pacem,an bellū agitaturus foret. Tunc Rex, uti præceptū fuerat,poſt diē decimum redire iubet: ac nihil ēt nunc decreuiſſe,ſed illo die reſpōſurū.Deinde ambo in ſua caſtra digreſſi. Sed ubi,plerunq; noctis proceſſit,Sylla à Boccho occul

* Sibi,nō eſt in nōnullis exēplaribus.

te accerſitur, ab vtroque tantummodo fidi interpretes adhibentur. Præterea Dabar internuncius, ſanctus vir iurat ex ſnīa amborum. Ac ſtatim ſic Rex incipit.

Sola. IBI cum Boccho, quidam Numida Aſpar noſe multum & familiariter agebat, præmiſſus ab Iugurtha, poſtq̄ Syllam accitum audierat, orator] Iugurtha cum intellexiſſet Syllam accitum & vocatum à Boccho, præmiſit Aſpatem quendam nomine legatum ad Bocchum, vt conſilia eius callide perciperet, hic Aſpar cum Boccho valde familiariter viuebat. [Agebat] .i. erat & habitabat. [Præmiſſus orator] .i. legatos. [Subdole ſpeculatū Bocchi conſilia ierat] Ierat ad percipiendum aſtute & callide cōſilia Bocchi, timebat enim Iugurtha id quod euenit. videlicet, timebat ne Bocchus ſe cum Romanis coniungeret, ipſo Iugurtha deſerto. [Præterea Dabar Maſſagradę filius ea gente Maſiniſſę, cæterum materno gn̄e impar. Nam mater eius ex concubina nata erat, ob ingenia Mauro charus acceptus] Erat inquit cū Boccho Dabar, ex gente Maſiniſſæ charus, & acceptus ipſi Boccho, hunc Dabarem Bocchus miſit ad Syllam, qui ei nunciaret ſeſe paratum eſſe facere quidquid populus Romanus vellet. [Præterea Dabar] ſ. erat. [Cæterum materno gn̄e impar] Quamuis eſſet ex gente Maſiniſſæ, tā propter genus maternum non erat par cæteris, qui erant ex gente Maſiniſſę, nam mater Dabaris ex cōcubina nata erat. [Ob ingenia] Quia ingenium Dabaris placebat Boccho. [Mauro] .ſ. Boccho. [Quem Bocchus fidum eſſe Romanis] Bocchus poſtq̄ intellexit Syllam aduenisse miſit Dabarē ad eum, quia cognouerat eum eſſe fidum Romanis. [Seſe] Omnia cum illo integra habere, hoc ideo dr̄, vt oſtēdat ſe nihil egiſſe, ſeu tractaſſe cum Aſpare legato Iugurtha, ſed oīa integra in aduentu Syllæ reſeruaſſe. Integrum dr̄, de quo nihil factum diminutum. Dicit ergo ſe nihil, quod ad pacem aut bellum pertineret, tractaſſe cum legato Iugurtha, ſed omnia Syllæ integra reſeruaſſe. [Neu] .i. & ne. [Neu Iugurthæ legatum pertimeſceret, quo res cōis licentius gereretur] Iugurtha callidiſſimus fuit. Nā poſtq̄ intellexit Syllam à Boccho accitū fuiſſe, prior miſit Aſparem legatum ad Bocchum, atque hoc fecit, ne Bocchus & Sylla aliquid contra ſe tractarent, atque eo miſit legatum ſuum, qui ſemper colloquijs Bocchi & Syllæ intereſſet, ne aliquid contra ſe tractarent, quod ſi Bocchus legatum Iugurthæ à colloquijs, in quibus de rebus cōibus agebatur, aperte prohibere voluiſſet illico Iugurtha ſe à Boccho proditum eſſe intellexiſſet. Iuſtum enim erat, vt legatus Iugurthæ colloquijs Bocchi & Syllæ intereſſet, in quibus de rebus agebatur, quæ cōes erant Boccho cum Iugurtha. Nam Bocchus & Iugurtha ſocij fuerant in bello. [Res cōis,] Videlicet ad ſe & ad Romanos pertinens. [Gereretur] Tractaretur. [Nam ab inſidijs eius aliter cauere inquiſiſſet] Inſidias Iugurthæ aliter euitare non potuiſſet. inſidias Iugurthæ appellat, quia miſerat legatum, qui omnia conſilia Bocchi perciperet, & colloquijs Bocchi & Syllæ intereſſet. [Sed ego comperio] .i. manifeſtum & certum habeo. Bocchus oſtendebat & prędicabat ſe pacis concordiam quærere inter Romanos & Iugurtham, atque ideo Syllam acciuiſſe, vt de pace cum ipſo tractaret. Sed reuera inquit Saluſtius. Ego comperio Bocchum Ro. & Iugurthā in ſpe pacis tenuiſſe, non quia reuera pacē quæreret inter ipſos, ſed vt alterutros proderet, atq; ita imperium ſuum augeret ſicuti fecit. Nam tandē Iugurthā prodidit Romanis. [Punica fide] .i. ob Punicam fidem, videlicet, vt proderet, vel Iugurtham Romanis, vel Syllam Iugurthæ Nam fides Punica eſt aliud ꝓmittere, & aliud præſtare. Nā Punici .i. Afri, ingenio mobiles ſunt & infidi, raro vel nunq̄ promiſſa ſeruantes. [Punica fide] .i. mobili & ficta fide qualis eſt fides Afrorum. [Quam ob ea quæ prædicabat] Quia verbis videbat ſe quærere pacem inter Romanos & Iugurthā. [Libidem aduerſum nos] Metum ſuaſiſſe pro nobis ſubaudi cōperio. Comperio illum voluiſſe tradere Syllam Iugurthæ, ſed metuiſſe. Libido ergo contra Romanos ſuadebat, quia Bocchus cupiebat tradere Syllam Iugurthæ, Metus pro Romanis ſuaſit, quia dum Bocchus Romanos metuit non Syllā Iugurthæ, ſed Iugurtham Syllæ tradidit. [Igitur pauca Sylla reſpondit] Ordo eſt, Igitur Sylla reſpondit ſe locuturum pauca corā Aſpare, & locuturum eſſe cætera occulte, aut nullo exiſtente, aut quā pauciſſimis præſentibus. Sylla Boccho per Dabarem qui admiſſus fuerat reſpōdit, ſe nolle pn̄te legato Iugurthæ aliquid tractare cum Boccho. Et ideo ſe pauca locuturum dicit. [Illo præſente] Cætera autem occulte, vel nullo, vel pauciſſimis præſentibus. Deinde docet, q̄ho Bocchus rn̄deat ſibi legato, Iugurthæ præſente. Doguis aūt vt Bocchus ſibi quærenti pacem an bellum vellet ? reſponderet, ſic, videlicet, vt ipſæ Sylla rediret poſt decem dies. Et tunc reſponſum ei eſſe daturum, nondum decreuiſſe aliquid. [Quæ ſibi reſponderentur] .i. à Boccho præſente Aſpare legato Iugurthæ. [Sicut voluerat] .ſ. Sylla, nam Sylla locum & diem conſtituerat, quo in colloquium venirent. [Congreſſi] .ſ. ſunt .i. conuenerunt. [Vti præceptum fuerat] .ſ. à Sylla, quia vt dixi Sylla docuit præmonuit, vt Bocchus ita ſibi reſponderet, in hoc autem colloquio intelligimus Aſparem fuiſſe præſentem. [Ambo] .ſ. Bocchus & Sylla. [Sed vbi] Hic incipiunt tractari conſilia proditionis. Ab vtroque tantummodo, quia nemo intererat pręter ipſum Bocchum & Syllam. [Fidi interpretes adhibentur] Quia nec Bocchus linguam Romanam, nec Sylla linguā Maurorum nouerat. Et ideo opus erat ioterprete. [Adhibentur] Aſſumuntur, apponuntur. Dabar internuncius] .i. interpres. [Sanctus iurat rex ſententia] Ambobus iurat ſe fideliter interpretaturum. [Ac ſtatim rex, ſic incipit,] Scilicet loqui.

NAM pater] Alij habent nam mater eius. [Diligeret] Con- Mara.
ſtitueret. [Iurat] Scilicet interpretaturum.

MAVRO ob ingenij multa bona charus acceptuſq́ue,] In Veneto atq; alijs, ob ingenia ſacta. Sed verū rectius nos in medio relinquemus. Volgata lectio magis probanda videtur. [Paratum ſeſe facere quę vellet] Manuſcripta, quæ populus Romanus vellet. quō & vetuſtiſſimum quodque ea impreſſis. Paulò poſt. [Sed ego comperior Bocchum magis Punica fide, quàm ob ea quę prædicabat, ſimul Romanos & Numidas ſpe pacis detinuiſſe] Quamuis in Veneto & alijs pleriſque Comperio reperitur, tū legendum haud dubie Comperior, ex Priſciano lib. 8. capite de generibus verborum. Corn. Tacitus IIII. Hunc ego Lepidum temporibus illis grauem & ſapientem virum fuiſſe comperior. Gellius Saluſtij æmulus, hoc eſt, & ipſe vſurpator veterum vocabulorum. Verum eſſe comperior, inquit, quod quoſdam bene literatos homines dicere audiui. Diomedes lib. 1. comperior & comperio differre ait. nam comperior, inquit, eſt mea opinione colligo. Comperio ab alio cognoſco. Cæterum pronomen Ea, omittendum cenſeo, legendumque. Quam ob quæ prædicabat. quomodo Plautus in Perſa; Omneis res relictas habeo, præ eo quod tu uelis. Sal. in ora L. Philippi in ſenatu. Quę ille aduerſum diuina & humana omnia cępit, non pro ſua, aut quorum ſimulat iniuria, ſed legum ac libertatis ſubuertēdæ .i. non pro eorum iniuria quorum pro iniuria ſimulet. Nec diſſimile ad modum eſt illud Ciceronis, Vt huius rei cauſa, dedita opera, mittat aliquem Balbus, ad quos videbitur pro ad eos quos volet. Idem, Recipe te ad nos, ad quo tempus confirmaſti. [Igitur Syllam pauca ſe &c.] In alijs, vt & manuſcripto quodam eſt, Igitur Sylla reſpondit pauca ſe coram Aſpare locuturum cętera occulte aut nullo aut quam pauciſſimis præſentibus ſimul edocet quæ reſponderentur. In alio manuſcripto non reperi neque τὸ Se, neque Occulte. Atque haud ſcio an ex gloſſa vtrunque irrepſerit in contextum. [In eodem non eſt, Reſpondit neque Sylla caſu nominatiuo, ſed accuſatiuo Syllam.

QVEM Bocchus fidus Romanis] Illud Romanis, non ha- Glar.
bent omnes codices, nec ad regis commodum quidquam attinebat eum Romanis fidum eſſe, ſed potius gratum Romanis, ac fidum regi. Badius etiam omiſit. Paulò poſt; Quo res communis, licentius gereretur. Licentius Badius exponit Audentius, & cum permiſſione maiore. Soldus vt notum tranſilit. Ego ſanè quid ſibi velit, non clare admodum intelligo. Nec illud planum eſt cū Bocchus potentior eſſet Iugurtha, quomodo niſi per Aſparis legati præſentiam ab eius inſidijs cauere potuerit. Mox Comperior & comperio habent codices. Vetuſtis eſt comperio. Rurſus, Multumq; cum aīo ſuo voluere ſolitum. Quidam codices, Multa pro Multum. Alius item codicū habebat Eum. pro Cū. Denique quiddam non addunt, Suo, [Igitur Sylla reſpondit ſe pauca coram Aſpare] Hic locus corrupte in pleriſque exemplaribus legitur, atque adeo in Aldi. Cęterum auctor hic aperit quid Sylla reſponderit, Bocchi legatis, & vt eoſdem docuerit, quo pacto Iugurthę Legato illudant quid in eius pręſentia ad Syllę petitiones ab rege reſpōdeant. Hunc ſenſum Badius egregie explicuit, nec tacuit Soldus, & ſequentia omnia hæc confirmat. Mox. Quę ſibi reſponderentur, Sibi omittit codex Aldinus, At alij habent, & placet. Proximo itē verſu, diſtinguendū poſt, à conſule, ac deinde inferendum veniſſe quęſitum. Id admonemus ꝙ in pleriſq; codicibus neglectum videbamus, præſertim in Aldino codice. quem cateruatim deinceps librarij temere ſunt imitati. [Deinde ambo in ſua caſtra digreſſi] Si Sylla ad amicum venit, quid indigebat caſtris ? Si ad inimicū, vt quē dubiæ fidei cenſebat, quid iuuiſſent tantula caſtra in tanto regno? Sed magis mirum quid

Bocchus caſtris in ſuo regno indiguerit. Hoc eſt æquare Thucydidem. Mor. Pleruntque noctis proceſſit. Hæc verba in Parentheſim ſatis ineptè poſuit Aldi. codex.

ASCEN. IBI cum Boccho] Proſequitur reliqua ad exitum hiſtoriæ pertinentia, nam paulò poſt Iugurtha vinctus tradetur Syllæ. Ordo autem eſt. Quidam Numida Aſpar nomine agebat ibi, id eſt illic aut tunc cum Boccho. ſ. rege multum & familiariter, qui ſupp. præmiſſus à Iugurtha poſtquam Iugurtha. ſ. audierat Syllam accitum. i. aduocatum ad Bocchum miſerat oratum. i. oratoris munere functurus & ſpeculatum. i. exploraturus ſubdole conſilia Bocchi. Mauro etiam ſæpe relatiuum ſubaudit, vt Vrbs antiqua fuit, tyrij tenuere coloni ſubaudit quam præterea Dabar filius Maſſagradæ illius Numidę ex genere, id eſt genere Maſiniſſæ cæterum. i. ſed impar. i. inferior & ignobilior, genere materno. [Nam mater eius erat orta ex concubina. erat] Supple charus & acceptus Mauro, ſ. Boccho ob. i. propter ingentia facta ſup. ipſius quem Bocchus expertus antea multis tempeſtatibus fidum, mittit illico ad Syllam nunciatum. i. vt ei nūciet ſeſe. i. ſeipſum mittentem ſ. Bocchum, paratum ſupple eſſe facere quæ pop. Rom. vellet, & ſupp. vt ipſe Sylla diligeret. i. de multis legeret & conſtitueret colloquio, id eſt ad habendum colloquium, diem, locum, & tempus. ſ. diei, hoc eſt horam, ſed fortaſſis tunc horaria Mauri non habebant, & ſup. dicebat ſeſe habere conſulto. i. ex conſilio & induſtria omnia integra. i. de integro tractanda, & nihil tractatum aut tranſactum eſſe cum Aſpare legato Iugurthæ cum illo. ſ. Sylla, neu. i. neue. i. vel dixit ne Sylla pertimeſceret legatum Iugurthę, videlicet Aſparem, quòd, id eſt quia ipſa eſſet aduocatus eo. i. propterea, quo. i. ideo vt res communis, id eſt commoditas virorumq; ſ. Romanorum, & Bocchi gererentur licentius. i. audentius & cum permiſſione maiore, nam ſupp. dicebat ſe ſup. nequiuiſſe. i. quod nequiſſet cauere. i. proſpicere ſibi ab inſidijs eius. ſ. Iugurthæ niſi videlicet ipſe illi contra inſidias per diſſimulationem tenderet, vnde vt innuit ſic ars deluditur arte. Sed ego inquit Saluſtius, comperio Bocchum detinuiſſe. ſ. apud ſe Numidam. ſ. Aſparem legatum Iugurthæ & Romanos ſimul. ſ. ſpe. i. in ſpe, pacis ſ. ineundæ, magis fide Punica. i. ſubdola & doloſa quam, ob ea quæ prædicabat. i. quę aperte Romanis dicebat & ſup. ipſum ſolitum voluere. i. agitare & deſpicere multū cum animo ſuo. i. ſecum & proprio conſilio, an traderet Romanis Iugurtham, an illi. ſ. Iugurthæ Syllam, & comperio ſup. libidinem. i. malam voluntatem quam Bocchus habebat, ſuaſiſſe aduerſum nos. ſ. vt Syllam traderet, & metum à pop. Rom. ſuaſiſſe pro nobis vt Iugurtham traderet. Igitur Sylla reſpondit ſe locuturum videlicet quę ad ea quæ inter ſe agerent conducere viderentur pauca. ſ. verba, & ea coram Aſpare, & reſpondit ſe locuturum cætera occulte aut nullo præſente aut quam pauciſſimis ſup. præſentibus, ſimul edocet quæ reſponderentur, id eſt deberent ſibi reſponderi coram Aſpare à Boccho. Poſtquam congreſſi ſup. ſunt Bocchus & Sylla, ſicuti Sylla voluerat, i. diem & horam ſtatuerat, dicit ſe venire à conſule, ſcilicet Mario, quæſitum ab eo an foret agitaturus pacem an bellum. [Tum rex, &c.] Proſequitur reſponſum Bocchi ex Syllæ conſilio datum. Nam dictum eſt, ſimul edocet quæ ſibi reſponderentur. Vnde ex eo reſponſo datur Iugurthæ ſpes pacis & Bocchus adhuc in fide cum Iugurtha manſiſſe videntur ſimul datur Syllæ occaſio de rebus ſuis liberius conſulendi. Ordo eſt, tum. i. tunc audita petitione Syllæ, rex. ſ. Bocchus, iubet vti. i. quemadmodum fuerat præceptum. ſ. à Sylla qui docuerat quid ſibi reſpōderetur vt iam dixi, ſup. Syllam redire poſt diem decimum. more ſuo loquitur auctor. Nam alij dicerent, decimo die poſt. At. i. ſed dicebat, aut ac. i. ſimul dicebat ſup. ſe nihil decreuiſſe etiam, id eſt adhuc, ſed reſponſurum illo die. ſ. decimo poſt. Deinde ambo ſupp. ſunt digreſſi ad caſtra ſua, quia & Bocchus illic caſtra habebat. [Sed vbi] Hic incipiunt tractari negocia de prodendo Iugurtha facta coitione nocturna Syllæ cum rege, vnde dicit. [Sed vbi] Id eſt poſtquam plerunque. i. plurima pars noctis proceſſit, Sylla accerſitur. i. aduocatur occulte à Boccho tantummodo interpretes, id eſt non alij quam qui ſermones vtriuſque interpretarentur. Nam neque Bocchus Latinè neque Sylla getulicè aut mauricè ſciebat fidi, id eſt fideles adhibentur, ſcilicet ad colloquium, ab vtroque, id eſt à Sylla & à Boccho. Præterea Dabar ille de genere Maſiniſſæ. vir ſanctus. i. incorruptus aut ſanctus. i. ſancitus & dictus ex ſententia vtriuſque, iurat ambobus ex ſententia. i. quod eorum voluntas fideliter interpretaretur, unde patet eum ſciſſe Latinè, forte quod in Aula paterna cum pater eſſet ſocius Romani imperij etiam Latinè loquebantur. At rex, ſcilicet Bocchus ſtatim incœpit loqui ſic, id eſt in hunc modum.

ORATIO BOCCHI.

NVNQVAM ego ratus ſum fore, vti rex maximus in hac terra omnium quos noui opulentiſſimus, priuato homini gratiam deberem, & mehercule Sylla ante te cognitum multis orantibus alijs, vltro egomet opem tuli: * nullius indigus. id eſſe imminutum mihi, quod cæteri dolere ſolent, ego lætor. Fuerit mihi precium aliquando eguiſſe tuæ amicitiæ, qua apud animum meū nihil charius habeo. Id adeo experiri licet, arma, viros, pecuniam: poſtremo quidquid animo libet, ſume, vtere, & quoad viues, nunquam tibi redditam gratiam putaueris: ſemper apud me integra erit. Denique nihil me ſciente fruſtra voles. Nam, vt ego exiſtimo, Regem armis, quam munificentia vinci, minus flagitioſum. Cæterum de Republica veſtra, cuius huc curator miſſus es, paucis accipe. Bellum populo Romano nunquam paraui, neque factum volui. Fines meos aduerſum armatos, armis tutatus ſum. Id omitto, quando vobis ita placet. Gerite vti vultis cum Iugurtha bellum. Ego flumen Mulucham, quod inter me & Micipſam * fluit, non egrediar: neque intrare Iugurtham ſinam. Præterea ſi quid meque vobiſque dignum petieris, haud repulſus abibis.

* Alij habēt, Nullius indigui, id imminutū, quod cæteri dolere, &c.

* In codice Aldino legitur, fuit.

SOLD. NVNQVAM ego] In hac oratione Bocchus duo facit. Nam primo oſtendit animum ſuum erga Syllā. Dicit enim ſe multum Syllæ debere, nihilque ſibi charius eſſe amicitia Syllæ. Deinde dicit ſe bellum ſuſcepiſſe non contra Romanos, ſed ut regnum ſuum tueretur. [Nunquam] Nunquid, putaui fore, vti rex tam magnus quantus ego ſum homini priuato tantum debere, quantum tibi debeo ò Sylla [Rex]. ſ. ego. [Priuato homini] ſ. tibi ò Sylla. [Gratiam deberet]. i. obligatus eſſet. Ille gratiam debet, qui ob beneficium acceptum alicui obligatus eſt [Hercle] i. per Herculem. [Hercle Sylla] O Sylla, antequam te cognoſcerem, certe ego & ſponte, & rogatus multis hominibus opem tuli, & nunquam ab aliquo opem petij, quia nō egui. [Egomet ultro]. i. ſponte, quia nemo rogabat me. [Nullius indigus]. ſ. hominis uel rei. Et ex hoc potentiam ſuam oſtendit, quia ipſe multis petentibus auxilium & opem tulit, multis etiam non petentibus ſponte benefecit. Et ipſe nunq̄ alicuius auxilio indiguit, nec ab aliquo opem petijt antequam cognoſceret Syllam, ſed poſtq̄ cognouit Syllā, dicit ſe amicitiæ eius eguiſſe. [Ante te cognitum]. i. antequam te cognoſcerem. [Id imminutum mihi, quod cęteri dolere ſolent, ego lætor] Anteq̄ te cognoſcerem, nullius rei indigui, ſed poſtq̄ te cognoui, indigui amicitiæ tuæ, ſed ego lætor hac re quam cęteri ſolent dolere. Nam quis eſt qui non doleat, ſi indigere incipiat, qui antea nunquam indiguit? Ordo eſt. Ego lætor id eſſe imminutum mihi, quod. i. propter quod cęteri ſolent dolere. [Id imminutum mihi, quia indigere cœpi poſtquā te cognoui, qui antea nunq̄ indigueram] Fuit mihi precium aliqū eguiſſe amicitiæ tuæ, hoc eſt in lucrum, nō in damnum reputetur me ita indiguiſſe quemadmodum indigui poſtq̄ te cognoui, quia lucrum mihi eſt non damnum neq; diſpendium amicitia tua, quia ego indigui. nihil enim eſt mihi charius tua amicitia. id adeo experiri licet, ò Sylla tu potes experiri ſi uis, an charam habeā amicitiam tuam. Et ita rex liberaliſſime quidquid habet offert Syllę, ut accipiat & utatur quantum & quouſque uelit. Sume, accipe, & quoad uiues nunquā tibi redditam gratiam putaueris, ſemper apud me integra erit, hoc eſt donec uiues nunquā exiſtimes me tibi gratiam retuliſſe pro tuis erga me beneficijs, ſed me tibi debere, ita ac ſi nunquam tibi aliquam gratiā retuliſſem. Et propterea rebus meis ſemper utere, quia ſemper exiſtimabo merita tibi debere, ac ſi nunq̄ tibi gratiam retuliſſem pro tuis in me beneficijs. Nam gr̄a tua apud me ſemper integra erit. Nihil uoles fruſtra, q̄a quidq̄d uoles habebis à me. [Nā ut ego exiſtimo] Puto, inquit, eſſe minus turpe ſi rex uincat armis q̄ ſi uincatur liberalitate. Et ppea non patiar uinci liberalitate & munificētia. Dixit ſupra Syllam liberaliſſimū fuiſſe in legatos Bocchi, quod fe-

cit

cit legatis Boccho fecit.[Ceterũ]Nunc tranſit ad aliã partẽ,vt oſtẽdat quare bellum ſuſcepit, & factũ ſuum excuſa paucis verbis.[Accipe]Audi. [Fines meos]Mulucha flomen diuidebat regnum Bocchi à regno Numidiæ,ſed Bocchus reuera fines ſuos egrediẽs geſſerat bellum contra Romanos in Numidia Quo ergo dicit fines ſuos tutos eſſe,cũ non fines ſuos ſed Numidiã defendere voluerit? Hoc ideo dicit, quia ſicuti & ſupra dixit partẽ Numidiæ iure belli factã eſſe putabat,ſed Romani hoc ferre nolebant,videlicet vt Bocchus partẽ Numidię ſibi vẽdicaret,& eã tanq̃ ſuum bello defenderet. Vnde nunc Bocchus dicit id omitto, qm̃ vobis ita placet, ac ſi diceret,nolo amplius putare fines meos eſſe in Numidia,neq; de Numidia vlterius volo eſſe ſolicitus,fines regni mei Mulucham flumen eſſe putabo, & hoc fines non egrediar,neq; ſinam intrare Iugurthã hoſtem veſtrum. Et in hoc ſumma totius rei erat,videlicet, vt Bocchus abſtineret à Numidia & Iugurthã regem Numidiæ non iuuaret,quem vſq; nũc iuuerat ſub colore defendendi regni ſui, quia partem Numidia ſuam eſſe dicebat. Sed nũc Bocchus cedit,& ſe in poſterũ à Numidia prorſus abſtinere velle dicit.[Haud repulſus abibis]Non abibis repulſus,quia præſtabo libenter quodcunque petieris.

MARL. SCIENTE]Dummodo ſciam.[Flagitioſum]Turpe.

ET mehercule Sulla ante te cognitum,multis orãtibus alijs vltro egomet opem tuli,nullius indigui] Perperã eſt in recentioribus ante cognitum omiſſu pronomine, Te. Sed & Priſc.18.nobiſcum facit,qui ante te cognitũ, pro eo poſitum teſtatur,quod eſt,anteq̃ te cognoſcerem. Error inde irrepſit, q̈ hic ponererur Te,ita alterũ eſt ĩcuria quadã omiſſum. Quæ res & alibi ſæpe locum errori fecit. Id quod in caſtigationibus noſtris in Cic.oſtendimus prolixius. Mox,[Fuerit mihi preciũ eguiſſe aliqñ tuę amicitię,qua apud aĩum meum nihil clarius habeo] Pro fuerit tãti, ſiue operæpciũ fuerit,eguiſſe amicitiæ tuæ. Sic Cor.Tac.2.Res eo anno prolatas haud referrẽ, ni precium foret. Et in Germani eo preciũ fuit conuertere agmen. In vetuſtioribus non eſt, preciũ,rectè ne an ſecus,aliorum eſto iudicium.[Denique nihil fruſtra voles,me ſciẽte] Manuſcripta nec nõ ex impreſſis vetuſtioribus quædam, Denique nihil me ſciẽte fruſtra voles, quæ verborũ collocatio melior. [Bellum P.R.nunq̃ paraui,neq; factũ volui] In manuſcriptis eſt, Bellum ergo P.R.neque feci, neque factum unq̃ volui. Perperã eſt in recentioribus omiſſum pronomẽ Ego. Perperam item,nunq̃ paraui, pro neque feci. Facit nobiſcũ exẽplar Badianum.[Ego flumẽ Mulucham,quod inter me & Micipſam fuit,non egrediar]Hic Iacobus quiſpiam Bononiẽſis Mulucha legendum contendit,non Mulucham,ſed cunctis refragãtibus quotquod ipſe viderim exemplaribus. Tametſi,ne quid diſſimulẽ,è vetuſtis quidam grãmaticis neutrum eſſe hoc nomẽ volunt. Nã Phocas,Barbara,inquit,neutri gñis duo lecta sũt apud Sal.nola fluminum,hoc Mulucha,hoc Turia. Quod ad poſterius attinet,facit cũ eo Probus. Diſſentit ab vtroq; Priſc.5. Quod aũt Turia, inq̃t,& ſimilia fluminũ nomina maſculina ſint,oſtẽdit & Saluſtius.in am terminans eius accuſatiuũ in 2.hiſtoriarũ. Inter lęua mœniũ & dextrum flumẽ Turiã. Nam ſi eſſet neutrũ ſimilis eſſet accuſatiuus nominatiuo. Idẽ.6.Quod aũt nõ ſint neutra,inquit,Turia,& Mulucha.& ſimilia,oſtendit & natura ipſius ſermonis Punici,in quo oĩa nomina vel maſculina sũt,vel fęminina. Hęc Priſcianus,cuius eſt opinio verior. Sed & Põponius eodẽ gñe vtitur,quo eſt Sal.vſus, Mulucha ille, ĩquit,quẽ diximus. [Pręterea ſi quid me vobiſq.dignũ petieris,haud repulſus abibis In manuſcriptis atq; alijs uetuſtioribus eſt,ſi quid meq.vbiſq dignum petieris geminata coniunctione. Nõne aũt dixit haud repulſus abibis,p impetratũ à me auferes.vel,nõ feres repulſam.

GLAR. FVERIT mihi precium aliquando eguiſſe tuæ amicitię. Quæſo bene Lector, quid ſententiæ aut omnino ſenſus ex his uerbis elici queat? At ita habet codex Aldinus, quem ferè indocti ac mali iudicij homines ſequuntur. Badius propius vero expoſuit,ſed tamen perperam in genitiuo legit,Tuæ amicitię.Cũ locus ita ſit legendus. Fuerit mihi eguiſſe aliquando precium tua amicitia;ut tua amicitia in nominandi caſu intelligat hoc ſenſu, Aliquando eguiſſe fuerit mihi precium amicitia tua, quaſi diceret, pro danno quòd eguerim, amicitia tua eſt mihi precium pro adulandi gratia dixiſſe uidetur.

ASCEN EGO nunquam ratus ſum fore].i.futurum eſſe aliquando, uti.i.ut ſup.ego rex maximus in hac terra & opulentiſſimus.i.ditiſſimus omnium quos noui,deberem gratiam.ſ.referendam homini priuato.i.qui nõ eſſet rex nec imperator,qualis erat Sylla & ò Sylla mehercle .ſ.ita iudicãte ut uerum dico, ego ante te cognitum.i.priuſq̃ cognoſcerem te,egomet tuli multis orãtibus.i. precantibus opem.i.auxiliũ,& tuli opem alijs.ſ.non orãtibus,indigentibus tñ ultro.i. vt dãt non requiſitus nec oratus ſeu rogatus, & indigui nullius.ſ.ope aut hoĩs,quia indigeo genitiuum,vt ablatiuum regit. Et ego lętor,id eſſe imminutum ſ.quòd non feram alijs auxilium,ſed petam id ab alijs quod cęteri ſolent dolere.i.dolenter ferre. Nam doleo caſum tuum,& dolet mihi caſus tuus dicimus: Non tñ dicit orator doleo caput, ſed caput mihi dolet. Hæc aũt omnia dicit ad captãdam beneuolentiam Syllæ, vnde addit cauſam dicti. [Eguiſſe].ſ.auxilio alterius aliquando fuerit.i.volo vt ſit mihi preciũ.i. merces aut recompenſatio tuæ amicitiæ. Hoc eſt pro diſpendio egeſtatis,quia rex coactus ſum egere,deputo mihi preciũ condignum amicitiam tuã,quam per egeſtatem meã perſpectã habeo. & qua nihil carius habeo apud aĩum meũ,q.d.in præcordijs meis. Licet ſup.tibi adeo.i.oĩno experiri id, an.ſ.verum dicam & an tanti faciam amicitiam tuã,ſume.i. per te cape,vtere, vt vtor & accuſatiuo iungitur, aut dicamus diuiſim ſume arma, viros,pecuniã.[Poſtremo].i.denique vt ſimul omnia dicam,quidquid libet animo.ſ.tuo,& vtere ſup.eis; & putaueris.i.ęſtimaueris,gratiam.ſ.debitam tibi à me nũquam redditam ſup.eſſe tibi à me quo ad.i.donec viues,ſed gratia ſup. ſemper apud me integra.i.ex integro reddenda habebitur in animo meo. Eſt autem putaueris hic conceſſiui modi nam forma coniunctiui ſeu ſubiunctiui modi ſæpe conceſſiue ponitur, vt Æneid 2. Neque illos iuueris. [Denique ni.me ſciente &c.] Proſequitur orationem ſuam Bocchus beneuolentiæ plenam quam per interpretem ad Syllam habuit dicens. Denique.i. vt tandem vno verbo concludam ò Sylla tu nihil voles fruſtra.i. ne quidquam ſine obtentione, me ſciente.i. quod ſciam te velle. Nam vt ego exiſti.i.iudico, minus flagitioſum.i.turpe factum & increpatione dignum,eſt regem vinci.ſ. ab aliquo armis quam munificentijs. Cæterum ac.i.intellige mentem meam, de rep. veſtra, hoc eſt Romana cuius procurator.i. vt dicam ſolicitator & promotor,tu miſſus es à Mario,huc, ideſt ad me. Ego neque feci, neque volui vnquam factum eſſe bellum Pop. Rom. ſed ſupple tutatus ſum fines meos,ideſt regni mei, aduerſum armatos,q.d. non habitus reſpectum quicunque illi eſſent. [Ego omittere].ſ. deinceps tutari fines meos,qm̃ ita placet vobis vi.ſ.ab armis diſcedam. Gerite bellum cum Iug.i.contra Iugurtham, vti.i.quem admodum vultis ego non egrediar flumen Mulucham.ſ. nomine,quod.ſ. flumen fuit inter me & Micipſam.i.diremit vtriuſq; regnum dum ille viueret. [Neque ſinam Iugurthã intrare id].ſ. flumẽ & ita fines regni mei.[Prętérea ſi tu,ò Sylla petiueris q̃dq̃ dignũ me].i.quod ſine dedecore facere poſſem, aut vobis.i.q̃d de cęter petere poſſetis, abibis haud.i.nõ repulſus ĩmo voti cõpos.

AD ea Sylla pro ſe breuiter,& modice.& de pace, communibus rebus multis diſſeruit. Denique regi patefecit, quod polliceatur, Senatum & populum R.quoniam amplius armis valuiſſent,non in gratia habituros: faciendum aliquid,quod illorum magis,quã ſua retuliſſe videretur: id adeo in promptu eſſe,quoniam Iugurthæ copiam haberet, quem, ſi Romanis tradidiſſet,fore, vt illi plurimum deberetur: amicitiã, fœdus,Numidiæ partem,quam nunc peteret,tunc vltro aduenturam. Rex primum negare: affinitatem,cognationem, præterea fœdus interueniſſe: ad hoc metuere, ne fluxa fide vſus, popularium animos auerteret: queis,& Iugurtha charus, & Romani inuiſi erant. Denique ſæpius fatigatus, leniter ex voluntate Syllæ omnia ſe facturum promittit. Cæterum ad ſimulandam pacem cuius Numida defeſſos bello auidiſſimus erat, quæ vtilia uiſa,conſtituunt. Ita compoſito dolo digrediuntur. At rex poſtero die Aſparem Iugurthæ legatum appellat: dicitq; ſibi per Dabarem ex Sylla cognitum,poſſe conditionibus bellum componi. Quamobrem regis ſui ſententiam exquireret. Ille lætus in caſtra Iugurthæ venit. Deinde,ab illo cuncta edoctus, properato itinere,poſt diẽ octauum reddit ad Bocchum: & ei nunciat Iugurtham cupere oĩa,quæ imperarent, facere: ſed Mario parum confidere. Sæpe antea cum imperatoribus Romanis pacẽ conuentam fruſtra fuiſſe. Cęterum Bocchus,ſi ambobus cõſultum,& ratã pacẽ vellet,daret operam,vt vna ab oĩbus,quaſi de pace

in colloquium veniretur: ibiq; ſibi Syllam traderet, cũ talem virum in poteſtatem habuiſſet, tum fore, vti iuſſu Senatus, aut populi R. fœdus fieret: neque hominẽ nobilem non ſua ignauia, ſed ob remp. in hoſtium poteſtate relictum iri. Hæc Maurus ſecum ipſe diu uoluens, tandem promiſit. Cæterum dolo, an vero cunctatus, parum comperimus. Sed plerunque regię voluntates, vt vehementes, ſic mobiles, ſæpe ipſæ ſibi aduerſæ. Poſtea tempore, & loco conſtituto in colloquiũ vti de pace venirentur, Bocchus Syllam modo, modo Iugurthæ legatum appellare: benigne habere, idẽ ambobus polliceri, illi lęti pariter, ac bonæ ſpei pleni eſſe. Sed nocte ea, quæ proxima fuit, ante diem colloquio decretum, Maurus adhibitis amicis, ac ſtatim immutata voluntate, remotis cęteris, dicitur ſecum ipſe multa agitauiſſe, vultu, colore, ac motu corporis, pariter atque animo varius, quæ ſcilicet, tacente ipſo, occulta oris immutatione patefeciſſe. tamen poſtremo Syllam accerſiri iubet, & ex eius ſententia Numidæ inſidias tẽdit. Deinde vbi dies aduenit, & ei nunciatum eſt Iugurtham haud procul abeſſe; cum paucis amicis, & quæſtore noſtro, quaſi obuius, honoris cauſa procedit in tumulum facillimum viſu inſidiantibus. Eodem Numida cum pleriſque neceſſarijs ſuis inermis, vti dictũ erat, accedit. Ac ſtatim ſigno dato, vndique ſimul ex inſidijs inuaditur. Cæteri obtruncati, Iugurtha Syllæ vinctus traditur, & ab eo ad Marium deductus eſt. Per idem tempus aduerſum Gallos ab ducibus noſtris Q. Cepione, & M. Manlio male pugnatum. Quo metu Italia omnis contremuerat, illiq; & inde vſque ad noſtram memoriam Romani ſic habuere, alia omnia virtuti ſuæ prona eſſe, cum Gallis pro ſalute, non pro gloria certare. Sed poſtquam bellum in Numidia confectum, & Iugurtham Romam vinctum adduci nunciatum eſt: Marius, Conſul abſens factus eſt, & ei decreta prouincia Gallia. Iſq; calendis Ianuariis magna gloria Conſul triumphauit, ea tempeſtate ſpes, atque opes ciuitatis in illo ſitæ.

Sa l. B. PRo ſe breuiter & modice]. ſ. diſſeruit, Sylla reſpondet Boccho vt oportebat, ut & de ſeipſo diceret & de rep quia Bocchus in oratione ſua has duas partes tetigerat. Igitur Sylla de ſeipſo pauca dixit, videlicet extenuans merita ſua, quę Bocchus oratione ſua amplificauerat. [Modice]. i. moderate. [De pace & de omnibus] ſ. quæ ad rempubl. eam pertinebant. [Denique regi patefecit, quod polliceatur ſenatum & pop. R. qui armis amplius valuiſſent non ingratos abituros, ſi faciundum aliquid quod illorum magis, q̃ ſua retuliſſe videretur] O Bocche, ego polliceor tibi, ꝙ S. P. Q. R. non erunt ingrati, ſi tu eis aliqđ beneficium præſtiteris quod magis ad illos pertinet quã ad me. Nam qui armis tecũ certauerunt, & vicerunt, officio non vincentur. Hoc ait beneficium maximum eis præſtare potes, ſi Iugurtham videlicet eis tradideris, hoc beneficium tibi plurimum debebunt, & non erunt ingrati. Nam & amicitiam & fœdus & partem Numidiæ ſortieris [Denique Sylla patefecit regi, quod ipſe Sylla polliceatur, S. P. Q. R.] Quia valuiſſent amplius armis nõ habituros. i. non futuros ingratos, ſi videretur eſſe faciundum aliquid, quod retuliſſe magis illorum quam ſua. [Quia armis amplius valuiſſent] Hoc ideo dicit, vt oſtẽdat Romanos futuros eſſe gratos, ſi aliquod beneficium acceperint è Boccho, & ita ſuperaturos eſſe Bocchum officio, quemadmodum ſuperauerunt armis & bello, vt plus reddant quã acceperint. [Quod illorum magis q̃ ſua retuliſſet]. i. quod magis pertineat ad illos q̃ ad ipſum Syllã. [Sua] Ablatiui caſus eſt, quia refert ſemper cũ genitiuo conſtruitur, niſi in quinque pronominibus in quibus loco genitiui ponitur ablatiuus. ſ. mea, tua, ſua, noſtra, & veſtra. [Rex primum negare] Pro negabat. Rex primo reſpondit ſe nolle tradere Iugurtham Romanis, quia affinitatẽ & fœdus cum ipſo habebat. [Affinitatem] Quia ſicut ſupra dixit, filia Iugurthę Boccho nupſerat,

[Interueniſſe]. ſ dicebat. [Ad hoc meruere]. ſ. dicebat. Bocchus ita rẽdit. O Sylla, multę cauſæ ſunt, quæ me deterrent, & dehortantur, ne Iugurtham Romanis tradam Primum, quia affinitatẽ habeo cum Iugurtha, deinde fœdus & ſocietas eſt mihi cum ipſo, poſtremo timeo, ne ſi Romanis tradidero Iugurtham, auertã & alienẽ a me animos populorum, qui & Iugurthã diligunt, & Romanos odio habent. [Fluxa fide vſus] i. mobili & inſtabili fide vſus. ſ. tradendo Iugurthã, cum quo fœdus & ſocietatem habebat. [Popularium animos auerterit] i. animus populorum à ſe alienauerit. [Digrediuntur] In diuerſa loca deſcendũt. ſ. Bocchus & Sylla. [Per Dabatẽ] Interpretem. [Bellũ componi]. i deponi. [Quamobrem] O Aſpar, ego intelligo à Dabate placere Syllæ, vt bellum cõponatur, & pax fiat, vade ad Iugurtham regem tuũ, vide quid ei placeat, deinde huc redeas. [Cuncta edoctus]. ſ. Iugurtha. Sępe antea cum imperatoribus Romanis pacẽ conuentã fruſtra fuiſſe, ſicuti pax facta cum Calpurnio Beſtia conſule, & cũ Aulo fratre Albino conſule, nam ſenatus vtramque pacẽ improbauit & reſcidit, ſicuti viſum eſt ſupra. [Pacem cõuentam] i. pacem compoſitam. [Cęterũ]. ſ. dicebat Aſpar legatus Iugurthę vt Bocchus daret operã, vt veniretur ab oĩbus vna in colloquium quaſi de pace, atque ibi traderet Syllã, ſi vellet eſſe cõſultum ambobus, & pacem eſſe ratam. Iugurtha per Aſparem legatũ ſuum cum Boccho tractabat, vt ſibi traderet Syllam & econtra Sylla cum Boccho tractabat, vt ſibi traderet Iugur. Bocchus idẽ vtriq; promiſit, nam & Syllæ promiſit ſe Iugurtham traditurum eſſe ei & Iugurthæ, vel legato eius promiſit ſe Syllam ei traditurum eſſe, & vſque ad vltimam noctem quę diem præcedebat colloquij, Bocchus dubius ſtetit, vtrum faceret. Sed tamen Iugurtham Romanis tradidit. [Ambobus] Videlicet Boccho & ipſi Iugurthæ. [Conſultum] prouiſum. [Cum talem virum] O Bocchæ ſi mihi Syllam tradideris, tum S. P. Q. R. fœdus nobiſcum faciet, non. n. relinquet in poteſtate hoſtium virum tam nobilem captum, non propter ignauiam ſuam, ſed propter rempublicam. [Tũc fore]. ſ. dicebat. [Neque relictum ire in poteſtate hoſtium]. i. non eſſe relicturum. [Diu voluẽs] i. cogitans. [Cæterum dolo, an vero cunctatus, parum comperimus] Bocchus antequam promitteret ſe traditurum eſſe Syllam Iugurthæ diu ſecum cogitauit. Nũc Sal. dicit. Non ſatis certum habeo, Bocchus doloſe ne & ficte an in veritate diu ſecum cogitauerit quid faceret, fortaſſe enim fingebat ſe cogitare quid faceret, cum tamen iam deliberaſſet, forte etiam in veritate cogitabat & non fingebat. Sed voluntates regũ valde mobiles ſunt, facile enim mutantur, & nonnunquam ipſæ ſibi contrariæ ſunt [An vero]. i. in veritate [Cunctatus] ſ fuerit. i. moratus in cogitatione deliberationis, quia dixit diu voluens, tandem promiſit. [Poſtea tpe] Ecce Bocchus apud ſe & Syllam & legatum Iugurthæ habet. vtriq; idem promiſit, Syllę ꝓmiſit, ſe traditurum ei Iugurtham, legato Iugurthæ promiſit, ſe Syllam Iugurtho traditurũ, in hac promiſſione & Syllæ & legatus Iugurthæ gaudent & exultant. Bocchus ſeparatim aliqñ Syllam, aliqñ legatum Iugurthę appellat, eos benigne tractat, diem & locum conſtituit, in quo ipſe Bocchus & Sylla & Iugurtha ſimul conueniant, & de pace colloquantur & tractent. [Bocchus Syllam modo, modo legatum Iugurthæ appellare]. i. Bocchus aliqñ Syllam, aliquando Iugurthæ legatum appellabat. [Benigne hr̃e]. i. liberaliter tractabat. [Pleni eſſe] Pro erãt. ſ. Sylla & legatus Iugurthæ. [Sed nocte ea] Ordo eſt. Sed ea nocte proxima, quæ fuit ante diem decretum colloquio, Bocchus dicitur ipſe ſecum agitauiſſe multum, adhibitis amicis, ac ſtatim motus, mutata voluntate. & ille varius vultu, colore, motu corporis, pariter atque animo, dicitur patefeciſſe occulta mutatione corporis, & oris, ipſo ita tacente. Vide quid fecit Bocchus ea nocte, quę præcedebat diem in quo colloquium futurum erat. Bocchus incertus & dubius quid faceret, vocauit ad ſe amicos ſuos, vt ſuũ conſilium cum eis communicaret, deinde ſtatim, mutata voluntate, eos abire iuſſit, atq; ita ſolus diu ſecum cogitauit, rem varia mẽte pertractans, atque ipſam animi varietatem vario colore vultus, ac vario motu corporis oſtendens, vt ipſo tacẽte, cordis eius arcana, corporis, & oris mutatione panderentur, tandem vocato ad ſe Sylla pro voluntate eius inſidias Iugurthæ tetẽdit. [Numidæ]. i. Iugurthæ. [Dies aduenit] In quo colloquium erat decretũ. [Quæſtore noſtro]. ſ. Sylla. [In tumulum viſu facillimũ inſidiantibus] Qui in inſidijs erant, facile hunc tumulũ videre poterant. [Eodẽ] In hunc tumulũ Iugurtha cũ paucis ſuis amicis venit inermis, quia ſic erat conſtitutum, vt oẽs ſine armis in colloquiũ venirent. [Cęteris obtruncatis]. i. oẽs, q̃ erant cũ Iugurtha interfecti ſunt, pręter Iugurthã, nam ipſe vinctus Syllę traditus eſt, & ab eo ad Marium deductus. Atq; ita finis bello Iugurthi-

no

no impoſitus eſt. [Vinctus] Ligatus. [Per idem tempus] Hoc ad bellũ Iugurthinum non pertinet, ſed cauſam oñdit, quare ſecundo Marius cõſul factus eſt [Male pugnatũ] Hoc enim dicit, q̃ Q. Seruilius Cepio conſul & M. Manlius proconſul à Gallis & Cimbris, victi, prœlio caſtriſq́. binis exuti ſunt, militum millia octingenta occiſa, calonum & lixarum quadraginta millia, bona Q. Cepionis, cuius temeritate clades accepta eſt, publicata ſunt, imperium ei abrogatum eſt. [Illiq́. & vſque ad noſtram memoria Romani ſic habuere, alia oĩa virtuti ſuæ prona eſſe, cũ Gallis, pro ſalute, non pro gloria certare] Galli ſemper bellicoſiſſimi fuerũt, & ſępe Romanos bello ſuperarunt, denique aliquñ vrbem ipſam Romã ceperunt, pręter Capitolium, vnde nũc Saluſtius dicit, Et illi Romani, qui eo tpe fuerunt, quo victi ſunt duces noſtri à Gallis, & ĩt qui ſecuti ſunt vſque ad tpa noſtra hanc opinionem habuerunt, Romanos ceteras gentes bello ſuperare, & ſubigere poſſe, præter ipſos Gallos, nã cum ipſis Gallis Romanos certare pro ſalute magis, quã pro gloria. i. certare cũ Gallis non vt eos ſubigãt, ſed ne ab ipſis ſubigantur. Ille pro ſalute pugnat, qui pugnat vt ſe defendat, ne alterius imperio ſubijciatur, ille vero pro mũdi gloria pugnat, qui pugnat, vt aliũ ſuo ſubijciat imperio, ergo pugnare pro ſalute, eſt pugnare ex neceſſitate pro libertate ſua, ne alterius ditioni, & imperio ſubijciatur. Pugnare pro gloria, eſt pugnare non pro neceſſitate, ſed vt alios ſuo imperio ſubijciat, & ita gloriam ſuam augeat [Illiq́.]. i. Romani, q̃ illo tpe fuerunt, quo victi ſunt P. Scipio & Manlius duces noſtri à Gallis. [Et vſque ad noſtram memoriã]. i. Romani, qui poſtea ſecuti ſunt vſque ad tpa noſtra. [Sic habuere]. i. ſic exiſtimauere ſic putauerunt. [Alia oĩa virtuti ſuæ prona eſſe]. i. alia oĩa virtute ſua vinci poſſe, nam illud dr̃ pronũ virtuti meæ, quod virtute mea donatur & vincitur. [Alia oĩa virtuti ſuę prona]. i. facilia & proclinia virtuti Romæ, ac ſi diceret, Romani exiſtimauerunt hoc, videlicet alias oẽs gentes, præter Gallos, virtute ſua vinci & domari poſſe, ſed Gallos gentẽ eſſe, cum qua dimicandũ ſit, nõ vt eã ſubigant, ſed ne ab ipſa ſubigãtur. [Ea tẽpeſtate] Ex eo tpe oĩa ſpes, & opes ciuitatis in Mario poſitæ ſunt. Lector memẽto ſcriptũ eſſe in Iugurthino, Deinde poſtero die per Satiriã legem ſenatus conſultis exquiſitis, in deditionẽ accipitur. Vbi mendaciũ tollendũ eſt, & legendum, per Satyrã legem, non per Satiriã, nã lex Satyra eſt, auctore Diomede grãmatico, quę vno rogatu multa. ſ. & varia cõprehendit, vt vultis, iubetis ne, vt cũ Iugurtha bellum cõponatur. elephantos tradat omnes, transfugas reddat vniuerſos.

Mari. QVAM retuliſſe ſua] Quã ĩre ſua eſſet. [In promptu] In manibus. [Copiam] Facultatem habendi. [Digrediuntur]. ſ. ad caſtra ſua. [Tamen] Quãuis tam diu cogitaſſet. [Inſidiantibus]. ſ. Syllanis [Male] Infeliciter. [Marius] Hoc videtur factum contra Romanorum legem, vt Marius abſens fieret conſul, quod non aſſecutus eſt Cęſar. [Qui] Deuictis Gallis triumphum cupiebat & tunc forte comitiorum dies erat, ergo volebat vt abſens conſul fieret, vt etiam triumphare poſſet. quod poſtq̃ vtrunque aſſequi non potuit, ſpreto triumpho, conſulatum ei decretum eſt, ſed ſuperius viſum eſt Marium conſulem, & forte fuit confirmatus vt in ſequenti anno conſulare imperium haberet, & ita triumphauit, quia non eſt ingreſſus Rom. ad conſulatum petendum.

QVIS & Iugurtha charus, & Romani inuiſi erant] Manuſcriptum inuiſi eſſent. id quod, ſententia quoque ita poſtulat. ita ſi quis ἑτέρωσιν eſſe modũ velit. [In caſtra Iugurthę venit] Manuſcripta, proficiſcitur, quomodo & ea impreſſis quædam. vt ei nunciat. [Iugurthã cupere omnia] Manuſcripta deficiat haud ſcio an perperam. [Cum talem virum in poteſtatem habuiſſet] Manuſcripta cũcta, quę ipſe viderim, & vetuſtiſſimũ quodq́; ex impreſſis in poteſtate habuiſſet. Atque id rectius eſſe arbitror, niſi quis τῶ ἀρχαϊσμῶ dictum putet quõ Cicero Eſſe in poteſtatẽ alicubi dixit. Moa. [Tum ſore, vti iuſſu ſenatus aut Populi R. fœdus fieret] In veſtuſtis, vti iuſſu S. P. Q. R. fœdus fieret Moa. [Neque hominem nobilem non ſua ignauia, ſed ob remp. in hoſtium poteſtate relictum iri] In alijs, nõ ſua ignauia captũ, ſed ob rem Pop. Rom. Quãquam nequid diſſimilem Captum non hñt codices in pergamenis deſcripti Exẽplar Baſilienſe, nõ ſua ignauia, ſed ob remp. captum. [Nos integrum lectori iudiciũ relinquimus. Paulò poſt. [Illi læti pariter, ac bonæ ſpei eſſe pleni] Manuſcriptum, ac ſpei bonæ vt adiectiuum ſequatur. [Maurus adhibitis amicis, ac ſtatim immutata voluntate, remotis ceteris, dr̃ ſecum ipſe multa agitauiſſe] In vetuſtioribus eſt, remotis à ſe ceteris, Quid ſi legas remotis arbitris, pro, nemine præſente, ſolus ipſe exiſtens. [Nihil tñ mutato [Quæ] ſ. ipſo tacente, occulta oris immutatione pateſeciſſe] In nonnullis eſt, occulta pectoris oris mutatione pateſeciſſe. Quia pectoris in Oris deſinit, & mox Oris ſequitur, inde anſa errori data eſt. Moa. [Tamen poſtremo Syllam accerſiri iubet] Quamuis in Fabriciano ſit, accerſi quõ & ſuperius, vbi hodie ſcĩè, Ex hybernis accerſiri iubet, tamẽ priorem lectionem relinquendã eſſe duco quæ in cæteris manuſcriptis eſt. Nam, vt Ciceronem omittam, Corn. Nepos in vita Attici, Agrippã, inquit, generum ad ſe accerſiri iuſſit. & Liu. s. ab V. C. Placeie itaque patrem accerſiri. Tacitus quoque, Piſonem, Licinianum accerſiri iubet 17. [Cęteri obtrũcati, Iugurtha Syllæ vinctus traditur] Venetũ illud à Piacio excuſum; nec non alia pleraque cęteris obtrũcatis. vt ſint duo ablatiui abſolute poſiti. Sed eſt idem vtrobique ſenſus. Quomodo in Fabriciano fuerit, haud ſcio, nam finis deeſt. In duobus manuſcriptis eſt vulgata lectio. [Isq́; Calend. Ianuarijs magna gloria triumphauit] Manuſcripta K L. Ianuarij quomodo & ea impreſſis quædam Tãetſi quod ad ſenſum ipſum attinet, vtrumuis probe quadrat.

NON in gratia habituros] Codex vetuſtus, habet in gratiã, GLAR. quod quia vetuſtum eſt, & hic auctor, antiquitatis imitator. talia quępiam affectaſſe videri poterit, non eſt id omnino reijciendũ. Habituros, aũt puto à ſciolis introductum, pro Habiturum. Soldus inepte legit, Ingratos abituros adeo decipit non attentum aſpirationis omiſſio. [Amicitiam, fœdus, Numid. partem, &c.] Fortaſſis aduentura, plurali numero, genere neutro legendũ, habet enim hoc peculiare hic auctor, vt in Catilina, Huic ab adoleſcentia bella inteſtina, cędes, rapinæ, diſcordia ciuilis grata fuere; ſed iudicet Lector. Paulò poſt, Leniter, & ex voluntate Syllæ legit vetuſtus codex. Aldinus coniunctionem. Et ſuſtulit. Alius autem codex habebat, Leniter & ex voluntate Syllæ oĩa ſe facturum promittit. atque ita legit Badius. Ego nihil definio. [Neque hominem nob. non ſua ign. cap.] Ean enim verbum neque vetuſtus, neque Aldinus codices habent, ſed ſiue ponatur, ſiue omittatur, certè Captũ, vel quid diſſimile deſideratur ad plenum ſenſum. Ac ſtatim. [Immutata volũtate, &c.] Hoc, Immutata voluntate, referendum eſt ad illud ſuperius dictum, Hæc Maurus ſecum ipſe diu voluens tandem promiſit. Nam habebat tunc in animo, vt Syllam Iugurtha traderet. Hic contra in animo habet Iugurtham tradere Syllæ. Ideoq; adhibitis amicis, nõ hercle quibus libet, ſed quibus fidebat, ac remotis cæteris, quibus nõ fidebat. haud ſcio intellexerit ne quiſq̃ commentatorum hunc locum. Paulò poſt, Pateſecit quidem hõc codices, vbi alij Pateſeciſſe legunt, repetito à ſuperioribus verbo, dr̃. [Per idem tempus adver. Gall. &c.] L. Florus Liuij tacemator, lib. 67. ex eodem ait, bello aduerſus Cimbros male ab his ducibus pugnatum eſſe, nõ ſũ aduerſus Gallos, vt hic Sal. perhibet. Sane Cimbri Germani ſunt, quorum Cherloneſus eſt in extremo Germanię angulo ſeptentrionem verſus, vt præter alios auctores etiam Ptolemæus meminit. Vr̃ itaque Sal Liuio contrarius in hiſtoria. Sed id ſciendum, Liuium per totam Romanam hiſtoriam iniquum Gallis fuiſſe, haud ſcio qua de cauſa, cũ eſſet homo ipſe in Gallia natus. Sed hercle ad Antenorẽ maluit referre Patauinorum originem, quam ad egregiam oĩ bolum memoria Galliæ gentem. Venetos non ex Armoricis illis ciuitatibus ſed ex Paphlagonibus Henetis, ſi dijs placet, ſumpſiſſe exordiũ. Verũ pro Saluſtio eſt auctor Græcus Strabo, in hiſtoriæ veritate, atq; adeo in rerũ omnium deſcriptione eminentiſſimus, qui vnus exterorũ auctorum res atq; loca Alpinarũ gentium & veriſſime & diligẽtiſſime deſcripſit. Nam quid ego Pliniũ ac Cornelium Tacitum cõmemorẽ, noſtrarũ regionum oculatos teſtes, vt ipſi iactant, etiam in rerum Germanicarũ deſcriptione Rheni maximũ illum Brigantinum lacũ vel ignorarunt, vel negligenter omiſerunt, vt nihil dicã de tot Heluetiorũ lacubus & Rheni Cataractis. Strabo ſũt Gręcus ſcriptor, etſi Cataractarũ nõ meminit, lacũ tñ illum ita depinxit vt & populorum circa habitantiũ certiſſimam fecerit nomenclaturã. Verum de his alias. De hoc bello, cuius hic meminit auctor ſciat Lector Liuium ideo ſcripſiſſe, Cimbrorum bellũ fuiſſe, q̃ Cimbri eius cõcitatores fuerant. At bellatorũ multitudo & principes eius expeditionis, non Cimbri tñ, ſed maiori ex parte Galli fuere, & ex Gallis potiſſimũ Heluetij, eorumq́; cõplices. Deniq; ex Heluetijs maxime Tigurini atq; Tugini. Cuius rei locupletiſſimus teſtis eſt idẽ Strabo lib. 7. Porrò locus apud Strabonẽ cũ in Latinis, tũ in Græcis exẽplaribus corrupte legitur. Interpres malo exẽplari deceptus, Luetios pro Heluetios traduxit quaſi aliã quandã ab Heluetijs gentem cũ de eiſdẽ Heluetijs loquat Strabo. Verba ipſius ex Poſidonio, quia Saluſtij dictũ aduerſus Liuiũ plurimũ adiuuant, atq; adeo ipſam veritatem, ad ponere placuit, vt ſimul ab errore hic locus emaculetur. Ea ita habent. φησὶ δὲ καὶ βίου τὸν ἐσχύριον δρυμὸν οἰκεῖν πρότερον. τοὺς δὲ κίμβρους ἐρμήσαντας ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, ἀποκρουσθέντας ὑπὸ

ὑπὸ τῶν βοίων ἐνὶ τῷ ἑρκυν, καὶ τοὺς σκορδίσκους γαλάτας καταβῆναι. εἶτ᾽ ἐπὶ τευρίστας καὶ ταυρίσκους καὶ τούτους γαλάτας. εἶτ᾽ ἐπ᾽ ἐλουητίους πολυχρύσους μὲν ἄνδρας, εἰρηναίους δέ. ὁρῶντας δὲ τὸν ἐκ τῶν λῃστηρίων πλοῦτον ὑπερβάλλοντα τοῦ παρ᾽ ἑαυτοῖς, τοὺς ἐλουητίους ἐπαρθῆναι. μάλιστα δ᾽ αὐτῶν τιγυρηνούς τε καὶ τωυγενούς, ὥστε καὶ συνεξορμῆσαι. πάντας μέντοι καταλυθῆναι ὑπὸ τῶν ῥωμαίων. Quæ interpres ita vertit Boios vero prius Hercyniam habitaſſe ſyluam aſſerit. Et Cimbros agmine facto, hunc inuaſiſſe locũ, à Boijsq; eiectos. Iſtrum & Scordiſcos gentem Gallicam petentes deſcendiſſe. Mox Teuriſtas & Tauriſcos, & hos nationis Gallicæ. Lueuos adijſſe, viros quidem plurimo locupletes auro, cęterũ in pace vitã agentes. Cumq; conflatas latrocinijs opes longe ſi is ampliores eſſe viderent, in Heluetios ſeſe cõtuliſſe, & ex eis præcipue Tigyrenos & Toygenos, eosq; ſecum ſollicitaſſe. vniuerſos vero deleuere Romani. Hæc ille. At qui ex his verbis nullus ſenſus colligetur. Quare ab hoc loco. Mox Teuriſtas, & cæ. ea vero ita vertenda erant. Dein in Theuriſtas & Tauriſcos, & hos Gallicę gentis, mox in Heluetios, auro quidẽ abundantes viros, cęterum in pace degentes. Porrò cum Heluetij illorũ nempe Cimbrorum, ex latrocinijs cõflatas opes ſuis longe ampliores vidiſſent, ipſos cõmotos, maxime uero ex eis Tigurinos ac Tuginos ſimul cum illis. ſ. Cimbris, in expeditionẽ aduerſus Romanos, excitos eſſe. Vniuerſi vero deleti ſunt à Romanis, &c. Interpretem decepit, vt dixi, exemplar, quod pro ἐλουητίους habuit λουητίους, quos duo populos eſſe credidit. Præterea illud ὁρῶντας idem exiſtimauit referre Cimbros, cum referat Heluetios. Quod luculenter ex libro eiuſdem Strabonis quarto patet, φησὶ δέ, inquit, πολυχρύσους τοὺς ἐλουητίους εἶναι μηδὲν μὲν τοῦτον ἐπὶ λῃστείαν τρέπεσθαι τάς, τῶν κίμβρων εὐπορίας ἰδόντας. Quæ verba interpres ita vertit, Heluetios magnã auri vim poſſidere tradit, qui cum Cimbrorum opes cernãt, nihilominus ad latrocinandum ſtudia cõuerterunt. Hic ἀόρατον ἰδόντας, vt antea ὁρῶντας, non rectè vertit. Sed eum ita interpretari oportuit hæc verba, Fama eſt auro locupletes Heluetios eſſe, nihilominus tñ ad latrocinia verſos, poſtea quam Cimbrorũ opes vidiſſent. Hæc contra, atq; noſtra fert conſuetudo diffuſius tractauimus, partim vt Lectori oſtenderetur, quam incorrectus hic optimus auctor in manibus hoĩum verſetur. Partim, vt notũ fieret, quam non oĩa oraculi vice ſint, quæ apud Liuium deſcripta leguntur. Pluris facio Strabonis Saluſtijq;, quam Liuij in veritate hiſtoriæ auctoritatẽ. Nam qualis alioqui fuerit Saluſtius, certe in rerũ geſtarũ narratione veritatem veritus eſt, quod in hoſte Cicerone ſatis aperte oſtendit. Liuius odium in Gallos per totam hiſtoriam uſq; non prodit, nuſquã non identidem eis vitia odioſiſſime obiectat. Cũ nulla alia gens Romanis terribilior fuerit, quorum aduentum non bellum, ſed tumultum vocabant. Cõtra quem, quiſquis Romæ arma ferre poterat, conciebatur. Et ſi fortuna pro Gallis ita ſtetiſſet, atque pro Romanis, facile Galli Romanos domuiſſent. Nec ratione caruit, ꝙ C. Cæſar ærarium eſt regeſt, execratione liberatam vrbem, aſſerens, ꝙ ipſe Celtas viciſſet, vt eſt apud Appianum. Veteris Galliæ veram imaginem hñt hodie Heluetij libertate, & populari dominio. præterea linguam veterem Gallicam & mores. Deinde Sequani Rhenum, & ferme Rhenus, niſi ꝙ aliquot ex Germanis populi litoribus vtraque ex parte Rheni occupatis, linguã ſuã cum noſtra Celtica miſcuere, quæ Germanorũ lingua in thematis à Celtica nõ admodũ diſtat, pronunciatione vero & diphthongis multũ. Verũ qui de his copioſius ſcitu digniſſima legere volet, videat volumẽ D. Ægidij Tuſchdi Claronẽſis V. C. apud Heluetios, qđ de antiqua te Rhætię inſcripſit, vbi Plinij, aliorumq; auctorũ loca de gẽtib. Alpinis & vere, & elegãter, vt nemo hac ętate melius, explicauit.

Ascens SYLLA diſſeruit] .i. diſerte tñdit, ad ea. ſ. verba Bocchi ꝓ ſe. i. pro ea parte quæ reſpiciebat cõmodum priuatũ & beneuolentiam, quam Bocchus oſtenderat, brĩ & modice, q. d. parce & modeſte, & diſſeruit de pace & de rebus cõibus, multis ſupp. verbis. Denique patefecit regi ſenatum & P. R. (qñ valuiſſent amplius armis. i. qñ potentiores in bello fuiſſent) non habiturum quod vtrique dr̃, nam vt A. Gellius late docet antiqui vtebantur futuris in ium pro infinitiuis indeclinabiliter & ſine numeri aut generis diſcretione, ſicut nos ſupinis vtimur, ſunt tamẽ qui habituros legant, ſed Pomponius Lætus vnicus antiquitatis amator habiturũ legit pro non habituros, in gratiam. i. in rem gratam, id quod Bocchus pollicebatur. ſ. ſe diſcedere ab armis cum victus eſſet, & rebus Iugurthæ diffideret, quem locum cõmentatoris nõ intellexit. Et ſup. dicit patefacit ſi velit P. R. rem gratam facere, faciũdum ſup. eſſe aliquid. [Quòd videtur magis retuliſſe]. i. magis pertinuiſſe ad commodum illorum. ſ. Romanorum, quam ſua. ſ. Bocchi, q. d. ꝙ iam ab armis deſiſtat plus eſſe ad vtilitatem Bocchi. iam ferè victi, quam Romanorum qui victores erãt. Sane quam hic aduerſos caſus copulat, quia retuliſſe eos regit]. ſ. illorũ & ſua. [Et dicebat id]. ſ. quod videatur retuliſſe magis Romanorum quam Bocchi quod faciendũ ſit Boccho eſſe in promptu. i. facile factu & in manibus eius, quia haberet copiam. i. plenã poteſtatem Iugurthæ, quem ſi tradidiſſet Romanis, dicebat ſup., fore. i. futurum eſſe, vt plurimum deberetur illi. ſ. Boccho à P. R., & fœdus cum Pop. R. & amicitiam Pop. Rom. & partem Numidiæ quam peteret nunc. i. pro eo tempore [vbi nunc ponitur pro tunc quod Valla adnotauit] aduenturam tunc. ſ. cum Iugurtham. tradiderit vltro. i. etiam ſi non requireret. Eſt aũt zeugma fœdus, amicitiam & partem Numidiæ aduenturam. [Rex primo negare] Poſtq̃ Sylla oſtendit facillimam viam ad amicitiam inueniendam Boccho cum Romanis eſſe per traditionem Iugurthæ. Rex, inquit, videlicet Bocchus, negare. i. negabat. ſ. ſe id poſſe facere, agitare. i. agitabãt. i. more actorum pro cauſa adducebãt & excuſabat cognationem. quia ex eodem gñe oriundi erant & affinitatẽ, quia vnam ex filiabus Iugurthæ duxerat, præterea. i. inſuper fœdus interueniſſe. ſ. inter ipſum & Iugurtham, quod quidem percutiebant cum obteſtatione deorũ & ſui maledictione ſi nõ ſeruarent, dicebant enim, Ita ferde me percutiat magnus Iupiter vt ferde hunc porcum macto ſi pacta fœderis non ſeruauero. [Ad hoc]. i. inſuper, dicebat ſup. ſe metuere, ne ipſe vſus i. ſi vteretur fide fluxa. ſ. mobili & incoſtanti. i. ſi fidem non ſeruaret auerteret. ſ. à ſe, & ita ad indignationem & vindictã impelleret, animos popularium. i. fautorum & neceſſariorũ ſuorum, qui, i. q̃bus popularibus &. i. ſimul Iugurtha erat charus, quia dictum eſt ꝙ per legationes plurimos corruperat, & Romani erant inuiſi q a credebant eos auariſſimos. [Denique]. i. tandẽ Bocchus fatigatus. i. ſollicitatus à Sylla ad fatigationem vſque, lenitur. i. flectit & mitigatur & promittit ſe facturum omnia ex voluntate Syllæ. [Ceterum ipſi conſtituunt]. i. cõpoſito ex induſtria ordinant, ea ſup. quæ ſunt viſa vtilia ad ſimulandã pacem, ſ. ineundam, cuius. ſ. pacis, Numida. ſ. Iugurtha, defeſſus. i. vſque ad extremum defatigatus bello, erat auidiſſimus. i. cupidiſſimus, & ita digrediuntur, dolo compoſito. i. conſtituto inter eos ad tradendum Iugurtham. [At]. i. ſed rex. ſ. Bocchus, appellat die poſtero. i. proxime ſequenti, hoc eſt poſtridie eius diei Aſperam legatum Iugurthę, dicitq. ſibi cognitum ex Sylla per Dabarẽ. i. per interpretationem Dabaris ſanctiſſimi viri bellum poſſe componi. i. finiri & concordari, cõditionibus. i. pactionibus certis. [Quamobrem] Sup. dicit aut iubet vt ſup. Aſpar exquireret. i. rimaretur ſentẽtiam regis ſui. i. Iugurthæ. [Ille]. ſ. Aſpar proficiſcitur lætus in caſtra Iugurtha. [Deinde ipſe edoctus ab illo]. ſ. Iugurtha cuncta quæ agitare deberet, redit ad Boccham inter properato. i. accelerato, redit dico poſt diem octauum. i. octauo die, poſtquam abierat. Et eſt vt dixi locutio Saluſtiana, & nunciat ei. ſ. Boccho, Iugurtham cupere facere omnia quæ imperarentur, ſed ſup. nunciat Iugurtham cõfidere parum Mario, & ſup. nunciat Iugurtham dicere, partẽ fuiſſe ſæpe cõuentam. i. pactam & initam fruſtra cum imperatoribus Romanis, vt cum Calpurnio Beſtia, & Aulo fratre Albini conſulis namq. ſenatus vtranque pacem reſcidit & irritã cenſuit vt viſum eſt, item cum Metello, ſed eam ipſe Iugurtha irritam fecerat. Ceterum ſi Bocchus vellet conſultum]. i. bene proſpectum eſſe ambobus. ſ. ipſis & pacem ratam. i. ſtabilẽ, daret operam vt conuenirentur in colloquium, vna. i. ſimul, quaſi de pace. ſ. locuturi ſint & traderent ſibi, ibi Syllam, vnde patet ꝙ incidit in foueam, quam fecit, & dicebat cum. i. poſtquam habuiſſet in poteſtate talem virum. ſ. Syllam, fore tunc vti. i. vt Fœdus fieret iuſſu Sac. P. R. & dicebat neque hominẽ nobilem. ſ. Syllam captũ non ſuo ignauia ſed ob remp. relictum iri. i. relinquendum eſſe à ſenatu in poteſtate hoſtium. [Hæc Maurus ſecum &c.] Vbique inducit Bocchum minus fidum P. R. ſed metu potius quam fauore in vota. Syllæ conceſſiſſe & Iugurtham dolo circumuentũ illi tradidiſſe. Vnde dicit. [Maurus ipſe]. ſ. Bocchus rex Maurorũ, [libentius autem Maurus dixit quam Bocchus, quia vis eſt in eo quòd Maurus erat, ſunt enim Mauri vt Numidæ incõſtãti fide, non in eo ꝙ Bocchus nominatus] voluens. i. agitans & diſcutiẽs ſecum. i. animo ſuo ſini arbitris, diu hæc. ſ. dicta Aſparis ex mãdato Iugurthæ, promiſit tandem. ſ. ſe facturum. i. Syllam Iugurthæ traditurum. [Ceterum]. i. ſed, nos parum comperimus. i. cõpertum & exploratum non ſatis habemus an. ſ. Bocchus ſit cunctatus. i. immoratus vt dubius id quaſi reſponderet, dolo i. per dolum Aſpari & per eum Iugurthæ maiorem ſpẽ faceret [Si enim ſtatim conceſſiſſent videri potuiſſet id non facturus vbi difficultatem rei cognoſceret, aut ideo ꝓmittere vt pactum cum Sylla celaret]

celaret) an in ſe.i.de facto & in rei veritate vt dicunt: alij legūt an vere.ſ.ſit cunctatus: ſed voluntates regiæ.i.regum, vt.i.quemadmodum ſunt ſup.vehementes pleruncq; ſe.i.frequenter, ſic ſup. ſunt mobiles.i.inconſtantes.& ipſæ i.ipſemet voluntates regum ſunt ſæpe aduerſæ.i.cōtrariæ ſibi.ſ.ipſis ita vt quod prius placuit poſtea diſpliceat. Poſtea.i.deinde Bocchus appellare.i.appellabat,modo.i.interdum Syllam, modo i.interdum legatum Iugurthæ videlicet Aſparem.in colloquium vt.i.vt,conueniretur.i.cōcordia fieret & conſenſio inter eos de pace. & hoc tempore, & loco conſtituto.ſ.vtriſque,& habere i.habebat,hoc eſt tractabat benigne ſupp.ambos, & pollicere, pollicebatur tradere Iugurtham, & Iugurthæ legato tradere Syllā. Roges quomodo ergo idem? ſed ſcies idem non numero ſed ſpecie, hoc quid vterque optabat, aut quid vtrique pollicitus erat, aut idem i. traditionē, ſed nō eiuſdem. Illi.ſ.tam Sylla,q̄ Aſpar eſſe.i.erant læti pariter .i.pariformiter,ac pleni bonæ ſpei,quia de exitu optato belli,ſed Maurus.ſ. Bocchus amicis adhibitis.ſ.ad conſilium, ac ſtatim.i. paulopoſt.cæteris ſ.omnibus amotis à ſe,& hoc voluntate muta ſa dicitur agitauiſſe multa ſecum.ſ. cum ſe ſolo in animo ſuo ea nocte quæ fuis proxima.i.proxime præcedens,ante diem decretum.i. conſtitutum colloquio.i. ad colloquium habendum cum Sylla, dicitur dico agitauiſſe exiſtens varius vultu ac motu corporis, pariter.i.pariformiter, atque animo.i. ſicut animum varium,ita & corporis motum habebat varium.i.inconſtātem,quę .ſ.occulta.i.ſecreta pectoris ipſo tacente.i non indicante, patefecit.ſ.ipſe Maurus patefecit immutatione oris.i. vultus. Tn̄.i.q̄q̄ varius, iubet poſtremo Syllam accerſiri.i. vocari ad ſe, & tendit Numidiæ.ſ.Iugurthæ inſidias ea ſententia.i.volūtate & arbitrio eius.i.Syllæ,quia ſciebat ꝙ Sylla prodito, Marius ac Senatus nō deſiſteret, prodito autem Iugurtha nullum fore vltorem, & ita metu victus Syllę conceſſit. Deinde.i.poſtquam dies addicta colloquio habendo aduenit,& nunciatum eſt, ei.ſ.Bocch.Iugurth. eſſe haud longe, ipſe Bocc.procedit obuius.ſ.Iugurthæ cum paucis amicis & cum quæſtore noſtro.i.Romano.ſ Sylla, quaſi cauſa honoris.i.honorificentiæ, in tumulum.i.collem facillimū viſu .i.vt videatur,inſidiantibus. Numida.ſ.Iugurth. accedit eodē.i. ad eundem tumulum, cum ple.neceſſarijs ſuis, cum quibus de pace agerent exiſtens inermis, vt.i. veluti erat dictum i.conſtitutum, ac ſtatim.i.paulopoſt ſigno dato.ſ à Boccho, aut Sylla inuaditur vndique.i.ex omni parte ſimul ea inſidijs, Iugurtha traditur vinctus Syllæ & deductus eſt ab eo ad Mariū, & cęteri obtruncati ſup. ſunt. [Per idem tempus] Interponit digreſſionem non ineptam alterius belli propterea quod eodem tempore contigit, ſimulq; candide atteſtatur gloriam militarem in Gallis ea tempeſtate fuiſſe,& Romanos Imperatores ab eis victos, vnde ēs prius dixit, gloria belli Gallos ante Romanos fuiſſe. Et Iuſtinus atteſtatur nullum bellum olim feliciter geſtum ſine Gallo milite. Pugnatum autem fuerat male a Q.Cepione,& C.Manlio, vt in fine huius particulę latius explicabo ſimulq; de Iugurthæ exitu vitæ. Ordo autem eſt. Pugnatum eſt male.i.infeliciter, & cū malo pugnātium per idem tempus ſ. quo bellum Iugurthinum gerebatur in Numidia, ab ducibus noſtris.i.Romanis.ſ.ab Q Cepione,& C.Manlio pro conſ.lib. Quidam autem legunt P.Scipione, ſed male, vnde L.Florus in Epitomatis Liuianis in lib 67. Caius Aurelius Scaurus fuſo exercitu à Cimbris captus eſt,& cū in conſilium ab ijs vocatus deterreret eos ne Alpes trāſirent Italiam petituri, eo ꝙ diceret Romanos vinc. minime poſſe a Bolo rege feroci iuuene occiſus eſt. Ab iiſdem hoſtibus C.Manlius, & Q.Seruilius Cepio proconſules victi prœlio, caſtriſq. binis exuti ſunt O ꝛ ginta millia militum occiſa, Calonū ac lixarum al. millia. Secundum populum R. iuſſionem, Cepionis cuius temeritate clades accepta erat, omnia bona publicata ſunt, primoq; poſt Regem Tarquinium Imperium ei abrogatum. In triūpho C. Marij ductus ante currum eius Iugurtha cum duobus filijs,& in carcere necatus. Marius triumphali veſte in Senatum venit, quod nemo ante eum fecerat, eiq; propter Cimbrici belli metū continuatus per complures annos magiſtratus eſt Conſulatu ſecundo & tertio abſens Conſul creatus, quartum diſſimulanter captans conſecutus eſt, Cimbri vaſtatis omnibus quę circa Rhodanum & Pyreneum ſunt per ſaltum in Hiſpaniam tranſgreſſi, ibiq; multa loca populati, à Celtiberis fugati ſunt, reuerſique in Galliam bellicoſis quidem ſe Teutonis coniunxerunt. Et in lib. ſequentem Antonius prætor in Sicilia maritimos prędones, perſecutus eſt.C.Marius Conſul ſumma vi oppugnata à Teutonis, & Ambronibus caſtra defendit: duobus deinde prœlijs circa Aquas Sextias eos hoſtes deleuit, in quibus cæſa traduntur hoſtiū ducenta millia, capta nonaginta. Marius abſens Quintum Conſul creatus eſt, triumphum oblatum donec Cimbros vinceret diſtulit. Cimbri repulſo ab alpibus fugatoq; Q. Catulo Procōſule qui fauces Alpium obſederat ad flumen Atheſim caſtellū editū inſederat, reliqueratq; , vbi virtute ſua explicata fugientem proconſulem exercitumq; proſecuti in Italiam traieciſſent, iunctis eiuſdem Catuli,& C.Marij exercitibus prœlio victi ſunt ab eis, in quo cęſa traduntur hominum cxl.millia, capta lx. Marius totius ciuitatis conſenſu receptus pro duobus triumphis qui offerebantur vno contentus fuit. Primores ciuitatis qui aliquamdiū vt nouo homini ad tantos honores euecto inuiderant, conſeruatam ab eo remp.fatebantur. Hæc illic. Quia vero è Gallis profecti erant, eos Gallos cenſet. [Quo metu omnis].i. tota Italia.i. populus Italiæ contremuerat. Et illi qui tunc viuebant, & deinde omnes Romani vſque ad noſtram memoriam habuere.ſ.opinionem.i.conſueuerunt ſic, omnia alia eſſe prona.i.obedientia, & facilia victu virtuti ſuæ,& certare.i.certādum eſſe cum Gallis ꝓ ſalute.ſ.ſeruanda defendendo ſe non pro gloria.ſ. quærenda per inuaſionem. [Sed poſtquam] Redit ad hiſtoriam cœptam. Sed poſtquam nunciatum eſt bellum confectum.i.finitum eſſe in Numidia & Iugurtham adduci vinctum Romam, Marius eſt factus .ſ.ſecundum Conſul abſens,& Gallia prouincia eſt decreta.i.decreto addicta ei.[Iſq;].ſ Marius triumphauit, cal.Ian.ſupp.cum magna gloria, vt iam ex Floro recitauimus. [Et ſpes, atque opes ciuitatis].ſ.Romanæ, ſitæ.i.poſitæ, ſeu locatæ erant in illo.ſ Mario, ex ea tempeſtate.i. poſt eam tempeſtatem, quia vinctis Cimbris, tertium Romæ conditorem Marium P.R. appellabat. vt auctor eſt Plutarchus Actum ſiquidem de Imperio fuiſſet, niſi Marius illi ſeculo contigiſſet.

De morte Iugurthæ inueni Epigrāma ſequens: in quo obijſſe dicitur in carcere, ſed puto necatum fuiſſe, vt de Lentulo,& ſocijs coniurationis viſum eſt, nam id Florus quoque atteſtatur.

Noſſe cupis vulgo non cognita fata Iugurthæ,
Vt Plutarchus ait, carcere clauſus obit.

C.Criſpi Saluſtii de Bello Iugurthino, Finis.

Orationis huius, & eius qua huic Cicero reſpondet, Argumentum.

ILLVD vſu venire ſolet, vt inimicitiæ grauiores ſint inter eos, qui amici aliquando fuerunt. Quales fuerunt inter Syllam & Marium, inter P. Sulpicium & Q. Pompeium, inter Ciceronem & Clodium, inter eundem Ciceronem & M. Antonium. C. Saluſtium Ciceronis amicum fuiſſe, ſatis conſtat ex hiſtoria belli Catilinæ, in qua Ciceronem Saluſtius commendat. Saluſtium familiarem ſuum Q. Cicero in libro de Diuinatione primo appellat. Inter eos ortæ ſunt inimicitiæ, quia T. Annius Milo Saluſtium in ſerui habitu in adulterio vxoris ſuæ, filiæ Syllæ, deprehenſum loris cæcidit, & cum dediſſet pecuniam, dimiſit, vt eſt apud A. Gellium cap. xviij. lib. xvij. & Seruium lib. commẽtariorũ in Æneid. Virg. vij. Eam ob rem Milo factus eſt Saluſtio inimicus, multasq́; Saluſt. trib. pl. occiſo P. Clodio in Milonem habuit concio nes. vt eſt apud Aſconium Pædianum. Cum Saluſtio Milonis cauſa Cicero inimicitias ſuſcepit. Is enim in oratione pro Milone, inimicitias potentum pro eo Milone ſe appetiuiſſe, eiusq́; inimicorum armis corpus ac vitam obtuliſſe dicit. Cum igitur Cicero & Saluſtius inimici eſſent inter eos, in ſenatu diſſenſio etiam contumelioſa fuit. Quocirca Saluſtius ex tempore hanc orationem in Ciceronem habuit, cui Cicero itidem ex tempore reſpondet. Orationes ſunt demonſtratiuæ. Acerbam enim vituperationem vtraque continet. Ciceronem Saluſtius vituperat à vitijs pueritiæ & adoleſcentiæ, à vitijs domeſticis, à domo in qua habitat, à conſulatu pernicioſe geſto, à coniuratione Catilinæ, à quæſtione de coniuratis facta, à inclatione, à leuitate. Vti proœmio vſus non eſt, ita nec concluſione vtitur, quamuis inchoandæ orationis ratio quædam fuerit, nullus tamen fuit deſinendi modus. Eſt tamen quod conijciam Saluſtium plura non dixiſſe, quod ad ea ſolum quæ in oratione extant, Cicero reſpondeat. Ita autem reſpondet Cicero, vt alia refutet, alia aut ſimilia in inimicum retorqueat, eumq́; nomis quibuſdam infamet. Quamuis Cicero orationes ſcribere ſolitus ſit, poſtquam eas habuerat, hanc tamen à Cicerone ſcriptam non arbitror, ſed à notarijs quibuſdam, cum diceretur, exceptam quòd tam abſoluta non ſit, quàm aliæ, quas ipſe edidit. Hæ orationes multis in locis mẽdoſæ erant. ſed nos adiuti vetuſto quodam e diui Victoris bibliotheca exemplo, altoq́; annis abhinc quadraginta Venetijs impreſſo, & Laurentij Vallæ elegantijs, multa reſtituimus. Hæc autem inter Saluſtium & Ciceronem contentio fuit poſt necem C. Cæſaris.



C. CRISPI SALVSTII IN M. T. CICERONEM ORATIO.

GRAVITER, & iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli, ſi te ſcirem iudicio magis, quam morbo animi iſta tua petulãtia vti, ſed cũ in te neq; modo, neque modeſtiam vllam animaduerto, reſpondebo tibi; vt ſi quam male dicendo voluptatem cepiſti, eam male audiendo amittas. Vbi querar? quos implorem, P. C. diripi remp. atque audaciſſimo cuique eſſe perfidiæ locum? an apud P. R. qui ita largitionibus corruptus eſt, vt ſeſe, ac fortunas ſuas venales habeat? an apud vos P. C. quorum auctorites turpiſſimo cuique & ſceleratiſſimo, ludibrio eſt? vbi M. Tullius leges, iudicia P. R. defendit: atque, in hoc ordine ita moderatur, quaſi vnus reliquus ex familia viri clariſſimi Scipionis Africani, ac non reptitius, accitus, ac paulò ante inſitus huic vrbi ciuis. An vero M. Tulli facta ac dicta tua obſcura ſunt? an non ita à pueritia vixiſti, vt nihil flagitioſum corpori tuo putares, quòd alteri collibuiſſet? an ſcilicet iſtã immoderatam eloquentiam apud M. Piſonem non pudicitiæ iactura perdidiciſti? Itaque minime mirãdum eſt, ſi eam flagitioſe venditas, quam turpiſſime paraſti. Verum (vt opinor) ſplendor domeſticus tibi animos tollit, vxor ſacrilega, ac periurijs delibuta, filia matris pellex, tibi iucundior atque obſequentior, quam parenti par eſt. domum ipſam tuam vi & rapinis funeſtam, tibi ac tuis comparaſti, videlicet vt nos cõmonefacias, quam conuerſa reſp. ſit, cum in ea domo habitares homo flagitioſiſſime, quæ P. Craſſi viri conſularis fuit. Atque hæc cum ita ſint, tamen Cicero ſe dicit in cõſilio deorum immortalium fuiſſe, inde miſſum huic vrbi ciuibusq; cuſtodem abſque carnificis nomine, qui ciuitatis incommodum in gloriam ſuam ponit, quaſi vero non illius coniurationis cauſa fuerit conſulatus tuus, & iccirco reſp. diſiecta eo tempore, quo te cuſtodem habebat. Sed (vt opinor) illa te magis extollunt, quæ poſt conſulatum cum [T]erentia vxore de rep. conſuluiſti, cum legis Planciæ iudicia domi faciebatis, ex coniuratis alios morte, alios pecunia condemnabas, cum tibi alius Tuſculanum, alius Pompeianam villã ædificabat, alius domum emebat: qui vero nihil poterat, is erat calumniæ proximus, is aut domum tuam oppugnatum venerat, aut inſidias Senatui fecerat, denique de eo tibi compertũ erat. Quæ ſi tibi falſa obijcio, redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreuerit, qua ex pecunia domum paraueris: Tuſculanum & Pompeianum infinito ſumptu ædificaueris. aut ſi retices, cui dubium poteſt eſſe, quin opulentiam iſtam ex ſanguine & viſceribus ciuiũ paraueris? Verum (vt opinor) homo nouus Arpinas, ex C. Marii familia, eius virtutem imitatur: contemnit ſimultatem hominum nobilium, remp. caram habet, neq; terrore, neque gratia commouetur. illud vero amicitiæ tantum, ac virtutis eſt animi. immo vero homo leuiſſimus, ſupplex inimicis, amicis contumelioſus, modo harum, modo illarum partium, fidus nemini, leuiſſimus ſenator, mercenarius patronus, cuius nulla pars corporis à turpitudine vacant: lingua vana, manus rapaciſſimæ, gula immenſa, pedes fugaces: quæ honeſte non pñt, in honeſtiſſima. Atq; is cum eiuſmodi ſit, tñ audet dicere: O fortunatam natam me conſule Romam. Te conſule fortunatam Cicero? immo vero infelicem, & miſeram: quæ crudeliſſimam proſcriptionem ciuium perpeſſa eſt: cum tu perturbata rep. metu perculſos omnes bonos parere crudelitati tuæ cogebas: cum omnia iudicia, oẽs leges in tua libidine erant: cum tu ſublata lege Porcia, erepta libertate omniũ noſtrum, vitæ necisq́; poteſtatẽ ad te vnum reuocaueras. Atq; parum eſt, qđ impune feciſti, uerumetiã commemorando exprobras: neq; licet obliuiſci ſeruitutis ſuæ. Egeris oro te Cicero, perfeceris * quilibet: ſatis eſt perpeſſos eſſe. ẽt ne aures noſtras odio tuo onerabis? ẽt ne moleſtiſſimis verbis inſectabere? Cedant

* quodlibet.

arma

arma togæ: concedat laurea linguæ. Quaſi vero togatus & non armatus, ea quæ gloriaris, confeceris, atque inter te Syllamq́; dictatorem præter nomen imperij quidquam intereſſerit. Sed quid ego plura de tua inſolentia commemorem? quem Minerua omnes artes edocuit: Iupiter optimus maximus in concilium deorum admiſit: Italia exulem humeris ſuis reportauit. Oro te Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omnes Paulos, Fabios, Scipiones ſuperaſti: quem tandem locum in hac ciuitate obtinas? quæ tibi partes reip. placent? quem amicum, quem inimicum habes? cui in ciuitate feciſti inſidias, ancillaris. quo iure cum de exilio tuo Dyrrachio rediſti, eum ſequeris? quos tyrannos appellabas eorum nunc potentiæ faues? qui tibi ante optimates videbantur, eoſdem nunc dementes ac furioſos vocas? Vatinii cauſam agis? de Sextio male exiſtimas? Bibulum petulantiſſimis verbis lædis? Laudas Cæſarem? quem maxime odiſti, ei maxime obſequeris? aliud ſtans, aliud ſedens de Repub. ſentis? his maledicis, illos odiſti, leuiſſime transfuga, neque in hac neque in illa parte fidem habens.

IN C. CRISPI SALVSTII ORATIONEM IN M. Tullium Ciceronem Franciſci Syluij Ambiani Commentaria.

GRAVITER & iniquo animo,] Quæ in nos ab inimicis per contumeliam dicuntur, ſi nos contemnere ſignificemus, inimicos aſficiunt grauius. [Iudicio].i. conſilio & ſana mente. [Morbo animi].i. temere, & quadam inſania. [Petulantia] Petulantia, vt ait Sex. Pompeius, a petendo dicta eſt. M. Tullius de Rep. lib. 4. Itaque à petendo petulantia, à procando.i. poſcendo procacitas nominata eſt. Eſt aũt petulantia, vt ait Non. Marcellus, improbitas. Cic. de Orat. lib. 2. Illud aſſequor, vt ſi quis mihi forte maledicat petulans aut ſane inſanus eſſe videatur. Hoc in loco petulantia pro ea, improbitate, & ita ut dicam, maledicentia dici videtur. Laur. Valla lib. 4. proteruiam eſſe dicit contumeliam leuiorem, procacitatem maiorem, petulantiam maximam, id ut probet, hunc Sal. locum, multoſque ex prima Cic. oratione locos citat. Apud quem hunc locum ita lego, Si te ſcirem iudicio animi magis quàm morbo petulantia uti ita uti [Sed cum in te neque modum].i. maledicendi finem & menſuram. [Neque modeſtiam ullam animaduerto].i. temperantiam. [Male dicendo] Duas eſſe voces Valla lib. 3. ſignificat, veluti cum dicimus, male opto, male precor. Idem ſcribit, male audire eſſe infamari crimina ſua audientem, cuius contrarium eſt male dicere, citatque hunc Saluſtij locum. [Voluptatem cepiſti] vt Cic. lib. epiſt. fam. 3. Hoc velim tibi perſuadeas, ſi rationibus meis a te prouiſum eſſe intellexero, magnam te ex eo, & perpetuam uoluptatem eſſe capturum. Capere lætitiam, detrimentum, & dolorem dicta alio loco probauimus. Amittere voluptatẽ dicere ea hoc loco eſt attendendum. [Vbi quæram? quos implorem?] Addubitatio eſt, qua in augenda re vti ſolemus. [Largitionibus] Largitionem fere in mala re Cice. quoque vſurpare ſolet, vt ſit aut prodigalitas, aut id quod datur hiſbus in corruptelam, ut teſtib. vt iudicibus. [Se ipſe ac fortunas ſuas venales habeat.] Huic diſſimile non eſt illud Iugurthæ dictum, qui cũ Roma cederet, quo euocatus fuerat. O vrbem, inquit, venalem, & cito perituram, ſi emptorem inuenerit. auctor eſt T. Liu. lib. 64. [Leges iudicia P. R.] In alio cod. ſcriptum eſt, Leges iudiciaq;, in alio, Leges iudicia, rep. [In hoc ordine] Senatori s. [Repititius] Magis placet ut repitius legatur, quàm ut in alijs codicib. repertitius. Cicero.n. in villa quadam prope Arpinũ ſe natum dicit, in lib. de Legib. 2. Quia tñ erat ex municipio, ciuis Rom. erat. Omnibus.n. municipibus duæ erant patriæ, vna naturę.i. loci, in quo quis natus eſſet, altera ciuitatis, ut Cato cum eſſet Tuſculi natus, in P. R. ciuitatem ſuſceptus eſt Repititium dicit, ꝙ tanq̃ ſerpens humiliter in Rom. ciuitatem irrepſerit. L. Torquatus in P. Syllæ accuſatione Numam primum, Tarquinium ſecundum, & Ciceronem tertium peregrinum eſſe regem dixit. Cic. in Syllæ defenſione, vt regem, ita peregrinum ſe non eſſe oſtendit. Negat cuiquam ex municipijs id eſſe obiectum, cum Coruncanus, Curius, Cato, Marius, ex municipijs fuerint, eumq; hi duo proximi multos habuerint inimicos. Romulum Arpinatem poſtea Cicer. Saluſt. appellat. [Accitus].i. euocatus, non natus. [Inſitus] Tranſlatio ab arboribus eſt, quæ ex ſolo, in quo natę & nutrię ſunt, in aliud ſolum transferuntur, & ut ita dicam tranſplantantur. [A pueritia vixiſti. Hæc ſcelera quę Tullio Saluſt. obijcit, arbitror eſſe ex vituperandi conſuetudine, magis quam ex certo animi iudicio, Vt Cic. dicit, L. Cornelio Balbo obiectam eſſem ab accuſatoribus luxuriam, quæ non crimine aliquo libidinis, ſed cõi maledicto notabatur. Quis.n. hæc in Cic credat, quæ in alijs reprehẽdere ſolet? [Quod alteri] In cod. ſancti Victoris melius eſt, Quod alicui. [Immoderatam eloquentiam] Aduerſarij eloquentiam Cic. cõmendat, quo noſe eam auditoribus facit ſuſpicionem, ut pro P. Quintio nonnihil ſe dicit cõmoueri, ne ſe Q. Hortenſij eloquentia in dicẽdo impediat. Ne igitur Cic. rõſioni credatur, inſinuat. [Apud M. Piſonem] Cic. in lib. de Cl. orat. declamitãtem ſe quotidie cum M. Piſone, & cum Q. Pompeio, aut cum aliquo commentatum eſſe dicit. Hunc Piſonem Cic. pro Cn. Planco nobiliſſimum hominem, innocẽtiſſimum, & eloquentiſſimum appellat. Hunc in lib. de Fin. 4. familiarem ſuum appellat & libro quinto facit eum diſputantem de ſecta Peripateticorũ [Flagitioſe vẽditas] Cum ob patrocinia grandem pecuniam accipis, Mercenarium patronum hunc poſtea appellat. [Splendor domeſticus].i. infamia domus tuæ. Ironia eſt. [Tibi animos tollit].i. te ſuperbum facit, vt in me ſis tã petulans [Vxor ſacrilega] Terentia Ciceronis vxor non inertis ingenij, audax & ambitioſa fuit, vt in Ciceronis vita Plut. ſcripſit. Cic. lib. epiſt. ad Attic. 11. ſcripſit ex Philotimo auditum eſſe, Terentiam ſcelerate quædam facere. Ea aũt vixit annos 117. vt ait Plin. lib. 7. [Periurijs delibuta] Melius in alijs codicibus eſt, nobilitata. Nobilitatum.n. tum in malam partem dicitur, vt in lib. de off. 2. Teſtis eſt Phalaris, cuius præter cæteros nobilitata crudelitas eſt. [Filia matris pellex].i. Tullia filia tua, cum qua tu concubuiſti. [Vi & rapinis].i. pecunia flagitioſè comparata. Nam paulo poſt dicet, ſanguine & miſerijs ciuium Ciceronem emiſſe domum. [Quam conuerſa ſit reſpub.] In codice alio ſcriptum eſt, Quam conuerſa res ſit. [Cum in ea domo habitares, &c.] Odioſum enim eſt, cum à prætereuntibus dicitur, O domus antiqua, quam diſpari domino dominaris. Ciceronis domus in Palatio fuit, eam P. Craſſi antea fuiſſe, hic Saluſtius dicit, Poſt Ciceronem fuit Cenſorini, vt ait Velleius Paterculus. P. Craſſus vir ampliſſimus Scæuolæ frater fuit, vt ait Cic. in lib. de Orat. 2. Haud ſcio an L. Craſſi ſcribendum eſſet. L. enim Craſſus orator magnificam domum in Palatio habuit, quæ & hæreditate obuenit, vt ait Plin. lib. 17. Hanc Budæus lib. de Aſſe. 3. ſexagies ſeſtertium.i. centum & quinquaginta millibus aureorum noſtrorum habitaſſe dicit. Vt Cic. Sal. obijcit, ꝙ in domo P. Craſſi habitet, ita L. Cornelio Balbo ab accuſatore obiectum Cic. dicit, ꝙ Tuſculanum poſſideret, quod Q. Metelli, & L. Craſſi fuerat. Illud, inquit Cice. neſciebat accuſator, prædiorum nullam eſſe gentem, eaque emptionibus ſæpe ad alienos homines, ſæpe ad infimos, non legibus tanquam tutelas peruenire. [In concilium deorum immortalium fuiſſe. [Vbi id dicat Cic. legere non memini, nec puto eſſe in libris ij q extãt. [Abſq; carnificis nomine].i. ſine vlla crudelitate, ſi emendata lectio eſt. [Ciuitatis incommodum].i. Catilinæ coniurationem, ob quam ciues alij in carcere iugulati ſunt, alij in prœlio necati, alij exilio ſe multauerunt, [In gloriam ſuam ponit] Sæpe.n. gloriatur Cic. ꝙ hãc coniurationem Conſul oppreſſerit. [In gloriã ſuam ponit] Hoc dixit, quemadmodum in gratiam ponere dixit lib. Ep. Fam. 8. Et quid qđ opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratiam. Idem tñ dicit pro A. Cluentio, ponere in culpa, Oẽs qui Oppianicum condemnarunt, in culpa ſunt ac ſuſpicione ponendi. [Fuerit conſulatus tuus] Vt ſignificare Sal. Catilinam ad coniurationem impulſum fuiſſe, ꝙ videret in conſulatus adeptione ſibi patricio Cic hominem nouum præpoſitum fuiſſe. Sed certe ante conſulatum Ciceroni mandatum, Catilinæ coniuratio cœpit, vt idem Sal. ſcribit in bello Catilinario [Te magis extollũt] Vt mihi male dicas. [Cum Terentia vxore de te p.] Terentia eorum reip. à Cic. facta eſt particeps magis quam ipſe ab ea domeſticæ, vt ex Cic. ſententia Plut. ſcribit. Hanc à Cic. poſtq̃ ab exilio redijt repudiatam, idem ſcribit, ꝙ moleſta nimis & turbulenta eſſet. quam poſtea Saluſt. & poſtremo Meſſala Coruinus vxorem duxerunt. [Cum legis Planciæ iudicia domi faciebatis &c.] Plautię, nõ Plancię legi debet, vt Sal. dicit, Catilinã lege

Plautiæ interrogatum à L. Paulo. Vt aũt cautem & cotem, plauſtrum & ploſtrum dicimus, ita legem Plautiam, & Plotiam dici inuenias. Eſt aũt lex Plotia, quam M. Plotius Syllanus trib. pl. tulit de vi, quæ eſt in eos qui remp. oppugnent, de qua fuſius ſcripſimus in Milonianam. Cic poſtq̃ abijt conſulatu, à ſenatu mandatum eſt, vt qui in coniuratione fuiſſent, inquireret. Eos igitur lege Plotia Cic. interrogabat. [Cum tibi alius Toſculanā, alius Pompeianam villam ædificabat] Tuſculana villa dicta eſt, ꝙ in agro Tuſculano ædificata ſit, vt Pompeiana quod in agro Pompeiano. Villam Tuſchulanam L. Sylla, ante Ciceronem poſſedit vt ait Plin. cap. vj. lib. xxij. [Nihil poterat]. i. pauper erat. [Calũniæ proximus] i. crimini, aut calumniæ mæ. i. malitioſæ mẽdaci infamationi. Fortaſſe coniurationi non calumniæ ſcribendum ſit. [Quantum patrimonij acceperis] Significat Sal. Ciceronem paruum patrimonium accepiſſe, & paruum ex accuſationibus & defenſionibus quæſtum feciſſe, comparatione pecuniæ eius, qua domum emerit, Tuſchulanũ & Pompegianum ædificauerit. Vnde colligit ex ſanguine & miſerijs ciuium tantam pecuniam cõparatam eſſe. [Domum parauiſti]. i. emeris. Ciceronem nõ minoris quinquaginta milibus aureorũ coronatorũ habitaſſe, Budæus in lib. de Aſſe tertio colligit. Et, vt arbitror, domus eſt, quã vt emeret Cic. à P. Sylla, qui tum reus erat, vicies ſeſtertiũ. i. quinquagĩta millia aureorũ mutuo accepit, vt eſt apud A. Gel. cap. xij. lib. xij. [Infinito ſumptu] Ciceronis Tuſcul. æſtimatũ fuiſſe duodecim milibus, & quĩgẽtis aureis, Budæus ſcribit de Aſſe lib. iij. [Infinito]. i. maximo. Vt in oratione Cic pro M. Cœlio, Nunq̃ Cœlius tam amens fuiſſet vt ſi ſe iſte infinito ambitu cõmaculaſſet, ambitus alterũ accuſaret. [Cui poteſt eſſe dubium, quia opulentiam iſtam, &c. [Argũm ex remotione eſt, ad hunc modũ: Pecuniam habuiſſe infinitam: igitur, aut ex patrimonio, aut ex litibus, aut ex ſanguine & miſerijs ciuium, ſed non ex patrimonio, neque ex litibus tantã hĩc potuiſti, relinquitur, ex ſanguine & ex miſerijs ciuium, eorũ quos lege Plotia interrogaſti. [Ex M. Craſſi familia] Ironia eſt. [Eius virtutem imitatur] Craſſus. n. ex paterna hereditate tm̃ trecenta talenta accepit, prius tñ quã aduerſus Parthos exercitum duceret, ſeptem millia & centũ talenta coegit, quamuis Herculi facultatum ſuarũ partem decimam conſecraſſet, P. R. epulum publicum dediſſet, & minas ternas in ſingula ciuium capita cõtuliſſet, auctor eſt Plut. in eius vita, vbi ſcribit qua rõne tã cito diues factus ſit [Rempub charã habet] In codicib. alijs melius ſcriptũ eſt, P. R. curam habet. [Amicitię tm̃ ac virtutis eſt] Melius lego ĩ codicibus alijs, Amicitię tm̃ ac virtus eſt. Perſeuerat aũt in Ironia. [Supplex inimicis, amicis cõtumelioſus] Cicero vocatus in iudicium à Clodio trib. pl. ꝙ contra fas ac maiorũ leges de ſõiuratis cauſa ĩdicta ſup. ſumpſiſſet, adeo fracto animo atque demiſſo fuit, vt proſluente coma p vicos & angiportus amicos iuxta & inimicos ſupplex orauerit, vt ſibi adeſſẽt. [Mercenarius patronus] Quod mercedis cauſa reos defendat. Quod idem Hortenſio. Cic. obijcit de ſphinge Verris. Id aũt turpe erat. Itaque Cic. ne in talem incidat ſuſpicionẽ, in Proœmijs defenſionum cauſam honeſtam ſolet dicere, cur ad defendendũ reum acceſſerit. [A turpitudine vacat, &c. [Vacat turpitudine, & vacat à turpitudine, in eadem ſa diximus alio loco docuimus. [Pedes fugaces] b d. propter Cic. exilium. [Audet dicere, O fortunatam natam me conſule Romam] Quintil. in xj. ſcribens de iactatione oratori fugienda, M. inquit, Tul. ſæpe dicit de oppreſſa coniuratione Catilinæ, ſed modo id virtuti ſenat. modo prouidentiæ deorũ immortalium aſſignat, plerunque contra inimicos atque obtrectatores plus vendicat ſibi. erat. n. mẽda, cum obijcerentur. In carminibus vt nam perpeciſſes, quæ non deſinunt capera maligni. Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ, &c. O fortunatam natam me conſule Romam. Et Ioue illum, à quo in concilium deorũ aduocatur, & Mineruã, quæ eũ artes edocuit, quæ ſibi illæ ſecutus quædam Græcorũ exẽpla pmiſerat. Hoc in libris ſuorũ temporũ Cic. dixiſſe, Valla adnotauit. Cic. aũt lib. Epiſt. fam. j. P. Lentulo ſcripſiſſe ſe dicit verſibus lib. iij. de ſuis temporibus. [Natam me conſule Romam] Cic. in Inuect. iij. in Catil. oſtendit diem eum quo deprehenſi & cõfeſſi coniurati ſuos, velut diem vrbis natalem celebrandum eſſe. [In tua libidine erant]. i. in tua voluntate & poteſtate. Nã vt ait Sal. in bello Catil. cum eſſet cõiuratio vulgi rumoribus exagitata, de eaq; ad ſenatũ relatum eſſet, decreuit ſenatus, vt conſules darẽt operam, ne quid reſp. detrimenti caperet. Et poteſtas per ſenatũ more Rom. magiſtratus maxima permittitur, exercitum parare bellum gerere, coercere omnibus modis ſocios atque ciues, domi militiæq; imperium atque iudicium ſummum hr̃e, aliter ſine populi iuſſu, nullius earum rerum conſulis ius erat. [Sublata lege Portia] Romani veteres morem Græciæ imitati, verberibus animaduertebant in ciues, de condemnatis ſummum ſupplicium ſumebãt, vt eſt apud Sal. in oratione C. Cæſaris de pœna coniuratorũ. Poſtea lata lex Portiæ eſt, quæ graui pœna ſanxit, ſi qs verberaſſet, necaſſet ne ciuem Romanũ, vt ait T. Liuius lib. x. Lex Porcia libertatem ciuium lictori eripuit, virgas. n. ab omniũ ciuium Romanorũ corpore amouit, vt ait Cic. pro Rab. perduellionis reo. [Noſtrorũ omnium] Omnium noſtrorum à Cic. dici ſolitum, alibi admonuimus [Noſtram omnium ex grãmaticorũ præceptione dicendum eſſet. [Nequa licet obliuiſci]. i. nõ licet P. R. obliuiſci ſeruitutis eius quam te conſule ſeruiuit. In codice antiquo ſcriptum eſt, Seueritatis tuæ, non ſeruitutis ſuæ. [Egeris oro te] Conceſſio eſt. [Oro te] i quæſo. [Etiam ne aures noſtras, &c.] i, etiam ne inuitis nobis, quæ odioſa ſunt, & quæ nos audire nolumus, iactabis? Onerabis odio, dixit, vt Cic. lib. Epiſt. Fam. iij. Onerare mendacij, Te aũt quibus mendacijs homines leuiſſimi onerarunt? [Cedunt arma togæ] Quia pacis & ocij inſigne toga eſt, arma aũt tumultus & belli, Cic. more poetarum locutus hoc intelligi voluit bellum ac tumultum paci atq; ocio conceſſurum, vt ipſe explicat in oratione in L. Piſonem, cum Piſo hunc verſum reprehendiſſet. In lib quoque de Offic. in hoc verſu inuadi ſe ab inuidia & improbis dicit. [Et non armatis] C. Antonius Cic. conſulis collega, per M. Petreium legatum armis Catilinam ſuperauit. Sed quæ Cic. fecit, ea legatus fecit. [Præter nomen imperij] Tu enim conſul, Sylla vero dictator erat. [Quem Minerua, &c.] Vt de ſe iactet Cic. dixit. Italia exulẽ ſuis humeris] Hoc quoque à Cic. dictum arbitror in libris de tẽporibus ſuis. Cic. e. exilij ſui merſe tanta ſingulorũ lętitia, tãto ciuium ſtudio obuiam itum eſt, vt, quod ab ipſo memoratur, ſe Romam Italiæ humeris reportatũ eſſe ipſe ſuperauit, vt in eius vita Plut. ſcripſit Gloriante Cic. humeris ſe recip. de exilio reportatum, Vatinius dixit, Vnde ergo tibi varices? vt ait Macr. lib. Saturn. ij. [Romule Arpinas] Romulus fuit Romæ conditor, alterum ſe conditorem Cic. dixiſſe videtur, cum dixit Romam ſe cõſule natam. Ideo Romulum Arpinatem appellat. [Egregia tua virtute] Ironia eſt. [Obtines]. i. conſtanter tenes. [Cui inſidias feciſti in ciuitate ancillaris] Ancillaris hoc in loco ſuperuacaneum vox eſſe videtur, nec eam vocem inuenio in codice eo, quem annis ab hinc quadraginta Venetijs Philippus Pincius impreſſit. Ea aũt ſententia eſt, Cn. Pomp. feciſti inſidias, cum poſtquam ab exilio rediſti, coluiſti & ſecutus es. A nonnullis perſuaſus] Pompeius eſt, ſibi Cic. facere domi inſidias. Cic. in oratione pro Domo ſua, Deſinant, inquit, homines iiſdem machinis ſperare me reſtitutum labefactari poſſe, quibus antea ſtantem perculerũt. Quod enim par amicitiæ fuit vnq̃ in hac ciuitate coniũctius q̃ fuimus inter nos ego & Cn. Pompeius? Quis apud P. R. de illius dignitate induſtrius, quis ſenatui ſæpius dixit? Quis tantus fuit labor? quæ ſimulata? quæ contentio? quam ego non pro illius dignitate ſuſceperim? Quis ab illo in me honos? quæ prædicatio de mea laude? quæ remuneratio beneuolentiæ prætermiſſa eſt? Hanc noſtram coniunctionem, hanc conſpirationem in rep. bene gerenda, hanc iucundiſſimam vitę atque officiorũ omniũ ſocietatem certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt, cum iidem illum, vt me metueret, me caueret, monerent, iidem apud me mihi eſſe vni inimiciſſimum dicerẽt. Idem in oratione pro P. Sextio de eodem Pomp. Quem virum ſtudio ſum mei, cupidiſſimum reip. ſeruandæ, domi meæ certi homines compoſiti monuerunt, vt eſſet cautior, eiusq. vitæ à me inſidias apud me domi poſitas eſſe dixerunt. atque hanc ei ſuſpicionem alij literis mittẽdis, alij nuncijs, alij corã ipſi excitauerũt. [Dyrrhachio rediſti] Dyrrhachium fuit vrbs & portus in Epiro, quos in Gręciã appellabantur, q̃ Brundiſio ſoluebãt. de hac vrbe alio loco plura ſcripſimus. Cic. pro Cn. Plancio ſuã profectionem deſcribens, Dyrrhachiũ ſe dicit veniſſe, inde in Macedoniam perrexiſſe. Cum igitur redijt Cic. Dyrrhachio redijt. [Quos tyrannos appellabas] Vt C. Cæſarẽ, M. Craſ. Cn. Pomp. [Vatinij cauſam agis] P. Vatinium Ciceronis inimicum fuiſſe, cõſtat ex oratione Ciceronis in eum, & ex lib. Macrobij Saturn. ij. Eundẽ Cicero poſtea defendit & laudabit, vt ſcribit ad P. Lẽtulũ lib. epiſt. fam. j. In lib. eiuſdẽ Epiſt. v. eſt epiſtola, Vatinij ad Cic. qua ſe abſolutum fatetur. Auctore Valer. Max. lib. iiij. De ijs qui ex inimicis amici facti ſunt. Cicero P. Vatinium dignitati ſuæ ſemper infeſtum duobus pub. iudicijs tutatus eſt, vt ſine vllo criminis leuitatis, ita cum aliqua laude. [De Sextio male exiſtimas] P. Sextius Cic. ſtudioſus admodum fuit. Is in templum Caſtoris armatos homines deduxit, quo liberius de Cic. reditu ageretur. A Clodianis exceptus, plus vigĩti vulneribus cõciſus, mortuus cre-

ditur

ditus eſt. Poſtea à quodam M. Tullio de vi accuſatus. Eum Cic. defendit. De eo quod male exiſtimes Cic. alibi legere non memini. [Bibulum petulātiſſimis verbis lędis] M. Bibulū Cic. laudat in oratione in Vatiniū teſtem. Bibulo collegæ C. Cæſar conſul abrogauit imperium, vt eſt apud Suetonium in vita Cęſ. Is domi cum ſe cōtinuiſſet, eam Bibuli fortunam, quā ille afflictam putaret, oīum triumphis victorijsq. Cic. ante tulit, dixitq. euſdē eſſe qui Bibulū caite domo ꝓhibuiſſent, & qui ſe coegiſſent. vt ſcribit ad P. Lentulū lib. Epiſt. fam. j. [Laudas. Cæſ. quē maxime odiſti] C. Cęſarem Ciceroni iratum eſſe, hoīes ignari veritatis putabant, eiusq. ſaluti inimiciſſimū eſſe P. Clodius dicebat, vt eſt in oratione pro P. Sextio rediſſe in gratiam cū Cæſare, Cic. dicit in oratione de Prouincijs conſulatibus, negaq. vlli de rep. bene merenti ſe amicū eſſe non poſſe. Vbi Cæſ. laudat, ſupplicationē quindecim dierū, ſtipendium, & legatos decem ad eū in Galliā mitti debere decerni. [Leuiſſime transfuga] A re militari facta trāslatio eſt. Transfuga. n. eſt qui liber aut ſeruus, aut hoſtis volūtate ſua ad hoſtes trāſierit, vt ait Sex. Pomp [Neque in hac, neque in illa parte fidum hūs]. i. neque hæc neque illa pars tibi cōfidit. Hanc Ciceronis leuitatē exprobauit D. Laberius cū dixit eum geminis ſellis ſedere ſolitum, vt eſt apud Macr. lib. Satur. ij.

IN ORATIONEM SALVSTII IN CICERONEM, *Glareani annotationes.*

NIHIL dicturus eram in haſce nō iam amaras, q̄q̄ vix quidq̄ amarius fingi poſſit, q̄ pudēdas orationes, niſi Quintil. in primis grauis auctor ea citaſſet nominatim lib. iiij. inſtit. orat. cap de exordio. De quibus hoc vnū non ſatis mirari poſſum, fuerit ne tentatoi illi, qui tū orbis imperiū habuit, tīn ocij, vt uel voluerit, vel potuerit tā ſimulas audire accuſationes. Cū noſtra ętate apud nos barbaros, illorū opinionē. nullus adeo humilis ſit viculus, q̄ meretriculas duas ita cōcertātes audire dignaretē. tm̄ abeſt, vt alicuius dignitate viru, oēs crucē ac ignem clamarēt. Multos ſępe audiui, q̄ putarēt āb eis ſcriptas q̄dē, ſed nō pronunciatas coram ſenatu, quod equidem neſcio. Sed audiamus priorem Saluſt. [Vbi M. Tullij leges, iud. P. R.] P. R. in dādicalu habet codex Aldinus, ſed vetuſtus in gignēdi, quod malim. Illud aūt, In ordine, quod proxime ſequitur, quid ſibi velit, apud me nō admodum planum eſt. [Cum legis Plāciæ] Planciæ cū n. nō cum dipthongo au habebat codex Aldinus hoc in loco. At in Catilina cum diphthongo, vt alij libri, Plautiæ legebat, Diximus aūt in Catilina de hac lege nobis nihil certi conſtare. [Homo nouus Arpinas ex M. Craſ. familia]. Ita ferè hūt codices, at ego nō dubito ita à Saloſt. ſcriptum, Homo nouus Arpinas ex C. Marij familia, nō ex, M. Craſſi. Fuerat. n & Marius Arpinas, hō nouus Ergo ſubiungit εἰρωνικῶς eius virtutem imitatur, cū ille ſumus bellator. Cicero ſummus orator, ille manu, hic lingua prōptus. [Illud vero amicitia tam. ac vir. eſt an.] Aldinus codex nominatiuos in genitiuos mutauit. Vetuſtus codex ſic habebat, Aliud vero amicitiæ tm̄ ac virtus eſt animi. Sed ex neutro ſēſus clarus eſt. nec ego clare expedio. Non eſt mihi dubium, cum Cōſtitutionis huius duæ ſint partes, prior per quæſtionem, altera ꝑ inficiationem, prioris eſſe hāc particulam, vt altera pars īcipiat ibi, Immo vero homo leuiſſimus. Lectori hæc inuo duntaxat, vt occaſionem dem altius cogitandi, ac exemplaria diligētius īſpiciēdi. [Neq; licet obliuiſci pijs ſeruitutis ſuæ] Codex vetuſtus habebat His pro Pijs. Aldinus vtrūque omiſit. At ego alterū vel quid ſimile adeſſe debere puto. Paulò poſt. [Iupiter Opt. Max. cōcilium deorū admiſit] In accuſandi caſu Concilium, non Cōcilio, præter Aldinum codicem, oēs alioqui legunt. [Quem amicū quem inimicum in hac ciu. ob. [Ingenue fateor, me hæc verba, vt in Aldino ſūt codice, atq; adeo ēt ī vetuſto, ac cūctis alijs quos mihi videre contigit, non intelligere. Ideoq. mutito, admonito tū Lectore, vt mecum ipſe dubitet, aut felicius, ſi queat, eruat. Tranſilere, vt notum, facile erat, ſi quoſdam imitari velim quos pudet fateri ſe non omnia uel ſcire, uel intelligere.

IN ORATIONEM C. SALVSTII IN M. T. CICER. *Iodoci Badij Aſcenſij Commentaria.*

GRAVITER & iniquo animo] Tametſi hæc inuectiua dī Saluſt. in Cic. eſt iñ potius relatiua, nā ſtatim in principio dicit ſe læſū à maledictis & conuicijs contumelioſis ipſius Cic. Iudicio. i. ex animi ſententia, q̄ morbo. i. uitio aliorū ut inuidia, qui ſummus morbus eſt etiam corpus corrūpens. Modum. i. finem, modeſtiam. i. moderationem, ac temperantiam. Rūdebo, ergo non inuehitur ea petulantia ſed rūſdet cōtumelijs laceſſitus Maledicendo. i. dicendo mala de me. Male audiendo. i. audiendo mala tua. Nam male audire non dr̄ qui malum aut debilem habet auditum, ſed cui mala. i. cōuicia dn̄r. Vbi. i. apud quos. querar. i. conquerar de iniuria Ciceronis? quos implorem. i. ploratu in auxilium uocem? audaciſſimo cuique, inuide de uno Cicerone id dicit. Largitionibus. ſ. paſſiuis, hoc eſt quas ſu ſcepit q̄ omnia uenalia habet. Non actiuis quaſi tm̄ largitus eſt uti cogatur fortunas. i. diuitias & ſe uenundare. Repetinus. i. qui irrepſit in remp. alienam, alij repertinus legunt. An uero Marce Tulli facta tua ac dicta obſcura ſunt. i. incognita? q. d. non quia omnes ſciunt manifeſtiſſime. Flagitioſum. i. turpe & flagris dignum reputandum, quod collibuiſſet alteri. q. d. puer expoſuiſti pudicitiā tuam cuiuſcunque libidini ſed mirabile eſt tantam diffamandi, & taxandi uiri conſularis licentiam fuiſſe. Nam ſi innocens fuit. non debuerunt ea impune obijci, cum ēt famuſi belli lege prohibiti eſſent, ſin innocēs fuerit, mirabile eſt talem uirū eo dignitatis promotū; ſed ea tempeſtate erat id cōe adoleſcentiæ vitiū quo & Iulius Cæſar ab omnibus notatos eſt, quia D. Paulus docet Rom. j. Deus tradidit eos in paſſiones ignominiæ, immoderatam & ita pernicioſam eloquentiam. cum iactura. i. amiſſione ſicuti res quæ ſub tempeſtate ī mare iacitur [Venditas]. i. venū proponis aut mercede locas. Verum [ut opinor] Irriſio eſt amata. ſicut apud Horat. Sed īcitat me pectus & mīmæ putres, Equina quales hubera. ſacrilega certe notata audacię, ut ex epiſt Cic. paret, quas ad Terentiam uxorem ſcribit. Delibuta, q. d. pūcta ꝙ aſſuefacta. Pellex matris, hūs rem cum patre. ſ. Cicerone, & ita pellit matrem è cubili. Quàm par eſt parenti, quia non decet patrem ſuſcipere ſtuprum filiæ. Quàm conuerſa i quantum immutata à priſca ſeueritate & cenſura P. Craſſi, hominis ditiſſimi. Ad quod alludi Perſis dicēs ſat. ij. Nunc Licini in campos nūc Craſſi mittit in ædes. In conſilio Deorū immortalium, quia in pleriſque concionibus & inuectiuis dixit non humanis opibus nec arte magiſtrata, ita reip. cōſultū, ſed diuina miſeratione, ſed ad inuidiam concitandam omnia trahunt aduerſarij in maius. Abſque carnificis, Id quoque contumelioſe, cum ille dixerit ſine cæde & ſanguine remp. ſeruatam. Incommodum ciuitatis id acriter & ſubtiliter, quia uult ob conſulatum Ciceroni mandatum coniurationem factam & omne malum obortū. [Faciebatis]. ſ. tu & uxor. [Calumniæ]. i. falſæ accuſationi, litibus. i. ex foro iudiciali Atque is. ſ. Cicero tamen audet ſup. dicere, quod alij quoque hn̄t expreſſum. O fortunatā. ineptulus quidem eſt uerſus, unde Iuuen. citans eum dicit illi minus obfuiſſe eloquētiā, ſi non elegantius Philippicas in Antonium ſcripſiſſet, quā tales uerſiculos iactaſſet, uerba Iuuen. ſunt, O fortunatam natam me conſule Romam, Antoni gladios potuit contemnere, ſi ſic Omnia dixiſſet, ridenda poemata malo, Quanq̄ te conſpicuę diuina Philippica famæ. Sublata lege Porcia, de non ſumēdo ſupplicio ſāguinis in ciuem ad te unum. i. ſolum quaſi ad tyrānum, ſed id ex inuidia dicit & odio non ex uero [Pijs]. i. clementibus ſeruitutis qua tibi ſeruierint, cuius per exprobationes eos memores facies. [Quidlibet]. i. quidquid libet, etiam ne. i. an inſuper. Quaſi uero togatus, id ſæpe aſſerit Cic. in inuectiuis in Catil. Arma togæ cedāt inquit Cicero, quia plus conſulit urbi, & reip. in toga quam alij imperatores in armis. Et laurea quæ dat̄ triūphanti, hoc eſt corona ex lauro cōcedat. i. ſimul cedat linguæ. i. eloquio quo Catilina deuictus eſt, & coniurati damnati. Pręter nomen, quia ille ſe imperatorē compellari uoluit, tu ne id uſurpaſti. Quem Minerua, irriſio acerba. Romule Arpinas. i. cum ſis Arpini natus te alterum Romulum iactitas. Dyrrac. eſt Epiri urbs prius dicta Epidamnos & Cherroneſſus. Quos tyrannos appellabas. ſ. exilium. Et ita arguit. Cic. inconſtantiæ, uerum ipſe argutiſſime ſe defenſurus eſt, uertens in laudem ſuā quod uitio datum erat.

M. TVLII CICERONIS AD Criſpum Saluſtium, Reſponſio.

EA demum magna uoluptas eſt Criſpe Saluſtij, æqualem ac parem uerbis vitam agere, neque quidquam tam obſcęnum dicere, cui non ab initio pueritię omni genere facinoris ætas tua reſpondeat, vt omnis oratio moribus cōſanet

neque.n.qui ita viuit vt tu,aliter ac tu loqui pōt ; neq;
qui tam illoto ſermone vtitur,vita honeſtior eſt. Quo
me vertam P.C? vnde initium ſumam ? maius.n.nihil
mihi dicendi munus imponitur, quo notior eſt vterq;
noſtrum.Quòd ſi aut de mea vita,atq; actibus noſtris
huic conuiciatori rñdero,inuidia gloriam conſequet:
aut ſi huius facta,mores,oẽm ętatem nudauero,in diẽ
vitium incidam procacitatis , quod huic obijcio . Id
vos,ſi forte offendimini, iuſtius huic quam mihi, ſuc-
cenſere debetis,qui initium introduxit.ego dabo ope-
ram,vt & pro me minimo cum faſtidio rñdeam,& in
hunc minime mentitus eſſe videar.Scio me P.C.in rñ
dendo non hr̃e magnam expectationem , ꝙ nullũ vos
ſciatis nouum crimen in Saluſtium audituros, ſed oĩa
vetera recognituros,queis & meæ & veſtræ iam,& ip
ſius aures calent. Verum eo magis odiſſe debetis ho-
minẽ,qui ne i: cipiens quid peccare,minimis rebus po
ſuit rudimentũ,ſed ita ingreſſus eſt,vt neq; ab alio vin
ci poſſit,neq; ipſe ſe oĩno reliqua ętate præterire.Itaq;
nihil aliud ſtudet,niſi vt lutulentus ſus,cũ quouis vo-
lutari.Longe vero fallitur opinione,non.n.procacitate
linguæ,vitæ ſordes eluuntur , ſed eſt quædã calumnia,
quam vnuſquiſq; noſtrum teſtante aĩo ſuo fert de eo ,
qui falſum crimen bonis obiectat. Quod ſi vita iſtius
memoriam vicerit , * illam P.C. non ex oratione, ſed
aliam ſuis ex moribus ſpectare debetis.iã dabo operam,quã
maxime potero,vt breue id faciam, Neq; hęc alterca-
tio nr̃a vobis inutilis erit P.C.plerunq;.n.reſp.priuatis
creſcit inimicitijs:vbi nemo ciuis,qualis ſit vir,pōt la-
tere. Primum igitur,qm̃ oĩum maiores Criſpus Salu-
ſtius ad vnum exẽplum & regulam quærit, velim mi-
Metel- hi rñdeat,nunquid ij quos ꝓtulit,Scipiones & * Pau-
los,et Fa- los,ante fuerint aut opiniones,aut glorię quam eos res
bios. geſtæ ſuæ,& vita innocentiſſime acta cõmendauit?Qđ
ſi hoc fuit illis initium noĩs,& dignitatis: cur non æq;
de nobis exiſtimet,cuius & res geſtæ illuſtres ſunt, &
vita integerrime acta? q uaſi vero tu ſis ab illis viris Sa
luſti ortus.ꝙ ſi eſſes,nonnullos iã tuę turpitudinis pige
ret.Ego meis maiorib.virtute mea p̃luxi,ut,ſi prius no
ti nõ fuerint,à me accipiant initiũ memorię ſuę:tu tuis
vitę. * vita,quã turpiter egiſti,magnas offndiſti tenebras;vt
ẽt ſi fuerint egregij ciues,certe uenerint in obliuionẽ.
Quare noli mihi antiquos uiros obiectare:ſatius eſt.n.
me meis rebus geſtis florere, quã maiorũ opinione ni
ti;& ita uiuere,ut ego ſim poſteris meis nobilitatis ini
tium & uirtutis exẽplum.Neq; me cũ ijs conferri de-
cet P.C.qui iã deceſſerunt. omniq; odio carẽt & inui-
dia;ſed cũ ijs,q mecũ una in rep.uerſati ſunt.Sed ſi fue
rim aut in honorib. petẽdis nimis ambitioſus non hãc
dico popularẽ ambitionẽ,cuius me principẽ cõfiteor,
ſed illã pernicioſam cõtra leges,cuius primos ordines
Sal. * dixit)aut in gerẽdis magiſtratib.aut in * iudican
duxit *vindicandis* dis maleficijs tã ſeuerus,aut in tuenda rep.tã uigilans,
quã tu proſcriptionẽ uocas, credo ꝙ non oẽs tui ſimi-
les incolumes in hac urbe uixiſſent. At quanto melio-
re loco reſp.ſtaret, ſi tu par ac ſimilis ſceleſtorũ ciuiũ
vna cũ illis adnumeratus eſſes?an ego tũc falſo ſcripſi,
Cedãt arma togę,q togatus armatos,& pacẽ bellũ op
preſſi? an illud mẽtitus ſum,Fortunatã natã me conſu
le Romã,qui tm̃ inteſtinum bellũ, & domeſticũ vrbis
incẽdiũ extinxi ? Neq; te tui piget homo leuiſſime,cũ
ea culpas,q̃ in hiſtorijs mihi gloriæ ducis. An turpis ẽ
P.C.ſcribentẽ mentiri,q̃ illud palã hoc ordine dicen-
tẽ?Nam ꝙ meam ætatem increpuiſti, tm̃ me abeſſe pu
ro ab impudicitia,quantũ tu à pudicitia. Sed quid ego
de te plura * loquar?Quid.n. mentiri turpe duces,qui *quæras*
qui mihi auſus ſis eloquentiam ut uitium obijcere,cu-
ius ſemper nocẽs eguiſti patrocinio?an ullũ exiſtimas
poſſe fieri ciuem egregium qui non his artibus & diſci
plinis ſit eruditus?an vlla alias putas eſſe rudimenta &
incunabula uirtutis , quibus animi ad gloriæ cupidita-
tẽ alũtur?Sed minime mirum eſt P.C.ſi hõ,qui deſidię
ac luxuriæ plenus ſit,hæc,ut noua,atq; inuſitata mira-
tur.Nam ꝙ iſta inuſitata rabie petulãter in uxorem,&
& in filiam meam inuaſiſti , quæ facilius mulieres ſe à
uiri abſtinuerũt,q̃ tu uir à uiris;ſatis docte ac perite fe-
ciſti,non.n.me ſperaſti mutuam tibi gratiã relaturum,
ut uiciſſim tuas cõpellarẽ,unus.n.ſatis ex materiæ hñs,
neq; quidquam domi tuæ turpius eſt quã tu.Multum
te uero opinio fallit , qui mihi putaſti parare inuidiam
ex mea re familiari,quę multo mihi minor eſt q̃ hr̃e di
gnus ſim,atque utinã ne tanta quidẽ eſſet, quãta eſt,ut
potius amici mei uiuerent, q̃ ego teſtamentis eorũ lo-
cupletior eſſem.Ego fugax Criſpe Saluſti? furori trib.
pl.ceſſi,utilius duxi quamuis fortunam unus experiri,
q̃ uniuerſo P.R.ciuilis * eſſe diſſenſionis cauſa , qui po *eſſem*
ſtea quã ille tuum animũ in rep.perbacchatus eſt,oĩaq;
quæ commouerat,pace & ocio reſederunt,hoc ordine
reuocãte atq; ipſa rep.manu retrahẽte me,reuerti, qui
mihi dies ſi cũ omni reli qua uita conferatur,aĩo quidẽ
meo ſuperet,cum uniuerſi uos,populuſq.R. frequens
aduentu meo gratulatus eſt,tãti me fugacem,mercena
rium patronũ hi æſtimauerunt.Neque hercle mirũ eſt,
ſi ego ſemper iuſtas oĩum amicitias æſtimaui , non.n.
uni priuatim ancillatus ſum,neq; me addixi:ſed quan-
tum quiſque reip.ſtuduit,mihi tm̃ fuit aut amicus , aut
inimicus . ego nihil plus uolui ualere q̃ pacem , multi
priuatorũ audacias nutrierunt,ego nihil timui , niſi le-
ges,multi arma ſua timere uoluerunt ego nunquam vo
lui quidquã poſſe niſi pro uobis,multi ex uobis poten
tia freti,in uos ſuis uiribus abuſi ſunt, itaq; non eſt mi-
rũ,ſi nullius amicitia uſus ſum,qui non perpetuo reip.
amicus fuit,neq; me pœnitet, ſi aut petenti uatinio reo
patrocinium pollicitus ſum , aut * Sexti inſolentiã re- *Seſtij*
preſſi,aut Bibuli patientiam culpaui, aut uirtutib. Cęſa
ris faui,hæ laudes.n.egregij ciuis & unicæ ſunt,Quæ ſi
tu mihi ut uitia obijcis , temeritas tua reprehendetur,
non mea uitia culpabuntur.Plura dicerẽ , ſi apud alios
mihi eſſet dicendum P.C. non apud uos , quos habui
oĩum actionum mearum monitores.Sed ubi rem teſti
monia ad ſunt,quid opus eſt uerbis ? Nunc ad te ut re-
uertar Saluſti,patremq. tuum p̃teream , qui ſi nunquã
in uita ſua peccauit : tñ maiorem iniuriam reip. facere
non potuit , quàm ꝙ te talem filium genuit. neq; tu ſi
qua in pueritia peccaſti , exequar , ne parentem tuum
accuſare uidear,qui eo tp̃e ſumma tui poteſtatem ha-
buit,ſed qualem adoleſcentiam egeris. hac. n.demon-
ſtrata,facile intelligitur,q̃ petulanti pueritia,tã impudi
cus & procax adoleueris,poſteaquã im mẽſæ gulæ,im
pudiciſſimi corporis quæſtus ſufficere non potuit , &
ætas tua iam ad ea patienda quæ alteri facere collibuiſ
ſet,exoleuerat, cupiditatibus infinitis efferebaris,ut q̃
ipſe corpori tuo turpia non duxiſſes in alijs experireris
Ita nõ eſt facile reputare P.C.utrũ inhoneſtioribus cor
poris partibus tẽ quęſierit , an amiſerit. domũ paternã
uiuo patrę turpiſſime uenalẽ habuit,uẽdidit, & cui du
bium

bium poteſt eſſe, quin mori coegerit eum, quo hic nõdum mortuo pro hærede geſſerit omnia? neq; pudet eum à me quærere, quis in P. Craſſi domo habitet, cũ ipſe rñdere non queat, quis in ipſius habitet paterna domo. at hercule lapſus ætatis tirocinio, poſtea ſe correxit. non ita eſt, ſed abijt in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani, bis iudicis ad ſubſellia attractus, extrema fortuna ſterit, & ita diſceſſit, vt non hic innocens eſſe, ſed iudices peieraſſe exiſtimarentur. Primum honorem in quæſtura adeptus, *ſecutus eſt hunc locum, & hunc ordinem deſpectum cuius aditus ſibi quoq; ſordidiſſimo homini patuiſſet. Itaq; timens, ne facinora eius clã vos eſſent, cum omnibus *matrum familiarum viris opprobrio eſſet, confeſſus eſt vobis audientibus adulterium, neq; erubuit ora veſtra. vixeris vt liber Saluſti: egeris, quæ volueris ſatis ſit vnum te tuorum ſcelerum conſcium eſſe. Noli nobis languorem & ſoporem nimium exprobrare, ſumus diligentes in tuenda pudicitia noſtrarum vxorum, ſed ita experrecti nõ ſumus, vt à te cauere poſſimus, audacia tua vincit ſtudia noſtra. Ecquod hunc mouere poſſit P.C. factum, ac dictum turpe, quem non puduit palam vobis audientibus adulterium confiteri? ꝙ ſi nihil pro me tibi rñdere voluiſſem, ſed illud cenſorium *eloquium Appij Claudij & L. Piſonis integerrimorum virorum, quo vſus eſt quiſque eorum, pro lege palam vniuerſis recitarem, nõne tibi viderer ęternas inurere maculas, quas reliqua vita tua eluere non poſſit? neq; poſt illum delectum ſenatus, te vnquam vidimus, niſi forte in ea te caſtra conieciſti, quo oĩs ſentina reip. confluxerat. At idem Saluſtius, qui in pace ne ſenator quidẽ manſerat, poſtea q̃ reſp. armis oppreſſa eſt, & idẽ *victor q exules reduxit, in Senatum poſt quæſturam eſt reductus, quem honorem ita geſſit, vt nihil in eo non venale habuerit, cuius aliquis emptor fuerit.* Itaq; egit, vt nihil nõ æquũ ac verũ duxerit, quod ipſi facere collibuiſſet, neq; aliter vexauit, ac debuit, ſi quis prædæ loco magiſtratum accepiſſet. Peracta quęſtura, poſte. q̃ magna pignora eis dederat, cum quibus ſimilitudine vitæ ſe coniunxerat, vnus, iam ex illo grege videbatur. Eius.n. partis exemplar erat Saluſtius, quo tanq̃ in vnam voraginem cœtus oĩum vitiorum exceſſerat. quidquid impudicorum, cylonum, parricidarum, ſacrilegorum, debitorum fuit in vrbe, municipijs, colonijs, Italia tota ſicut in fretis, ſubſederãt, noĩs perditi, ac notiſſimi, nulla in parte caſtris apti, niſi licentia vitiorum, & cupiditate rerum nouarũ. At poſteaq̃ prætor factus eſt, modeſte ſe geſſit & abſtinenter. nonne ita Prouinciã *vaſtauit, vt nihil neq; paſſi ſint, neq; expectarint grauius ſocii noſtri in bello, quã experti ſunt in pace, hoc Africam interiorẽ obtinente? vnde tm̃ hic exhauſit, quantum potuit aut fide noĩum traiici, aut in naues contrudi. tm̃ inquam P.C. exhauſit, quantum voluit, ne cãm diceret, *ſeſtertio duodecies cum Cęſare paciſcitur. Quod ſi quippiam eorum falſum eſt, *hic palam refelle. vnde tu qui modo ne paternam quidem domum relinire potueris, repente tanquã ſomnio beatus, hortos precioſiſſimos, villam Tiburti C. Cæſaris, reliquas poſſeſſiones parateris. Neq; *puduit quęrere, cur ego P. Craſſi domum emiſſem, cũ tu veteris villæ dñs ſis, cuius paulò ante fuerat Cæſar. modo inquam patrimonio non comeſo, ſed deuorato, quibus rõnibus repẽte factus es tam affluens, & tam beatus? Nam quis te faceret hæredem, quem ne amicum quidem ſuum ſatis honeſtum quiſquam ſibi ducit, niſi ſimilis, ac partni? At hercule egregia facta maiorũ tuorum te extollunt: quorum ſiue tu ſimilis es, ſiue illi tui: nihil ad oĩum ſcelus, ac nequitiam addi poteſt. Verum, vt opinor. honores tui te faciunt inſolentem. Tu Criſpe Saluſti, tantidẽ putas eſſe bis ſenatorem & bis quæſtorem fieri, quanti bis conſularem, & bis triumphalem. Carere debet oĩ vitio, qui in alterum paratus eſt dicere: ſis demum male dicit, qui non põt verum ab altero audire. Sed tu oĩum menſarum aſſecla, oĩum cubiculorum in ætate pellex, & idem poſtea adulter, oĩs ordinis turpitudo es, & ciuilis belli memoria. quid. n. grauius pati potuimus, quàm ꝙ te incolumen in hoc ordine videamus? Deſine bonos petulantiſſima conſectari lingua: deſine morbo procacitatis iſto vti: deſine vnumquenque moribus tuis æſtimare. his moribus amicum tibi facere non potes videris velle inimicum hr̃e. Finem dicendi P.C. faciam: ſæpe.n. grauius vidi offendere aĩos auditorum eos, qui aliena flagitia aperte dixerunt, q̃ eos qui commiſerunt. Mihi quidem oratio habenda eſt, non quid Saluſt. merito debeat audire, ſed ut ea dicam, ſi qua ego honeſte effari poſſum.

hũc locum & ordinem deſeruit deſpectus, cuius aditus.
matribus familiarũ op.
elogiũ.
victores.
Ita
Seſtertium
bis
piguit

IN M. TVLLII CICERONIS ORATIONEM, qua C. Criſpo Saluſt. reſpondet, Franciſci Syluij Ambiani Commentarius.

EA demum magna voluptas eſt) Cic. reſpõdet maledictis ijs quæ obiecit Saluſt. aliaq; maledicta in Saluſt. reijcit. [Ea demum]. i. ea ſolum, vel ea oĩno. hunc. n. locum Valla lib. 6. ita exponit. [Illoto.] i. impuro. [Quo me vertam] Addubitatio eſt. Atq; actibus] Laur. Valla lib. 3. inter geſta & dũ acta quid differat ſcribens Actis, non actibus hoc in loco ſcribẽdum putat. quod ſi ſcribi poſſit actibus, vt apud Lucanũ, Licet ingẽter abruperit actus, minus mirari ſe dicit, cur Actus Apoſtolorũ magis quam acta dicamus. Idem tñ ut dicit, actus ſunt & actiones. Actiones pro actis poſtea Cicero vſurpat, quos ego habui omnium mearum actionum monitores. Quod aũt geſta dici Valla putauerit, apud ſcriptores vix inuenias. Hi enim res geſtas, non geſta dicere ſolent. [Inuidia gloriam conſequatur] Meas enim res geſtas pędicem neceſſe fuerit. id ſine aliorũ inuidia facere non licebit. [Procacitatis]. i. maledicentiæ. [Id]. i. propter id. [Aures calent] Saluſtij crimina tam ſępe auditis, vt ſępe audiendo aures veſtræ quaſi calcant. vt eum Virg. lib. Æn. 4. diligentem formicarum in aceruo farris cumulando laborem perſcribere voluit, illum dixit, Opere omnis ſemita feruet. [Quine incipiens quidem peccare, &c.] Sententia eſt, Cum cœpit Saluſt peccare, non fuit principio, vt vulgo dñt, addiſcẽs, ſed illico peritus in peccando magiſter. qua rõne ſummam eius improbitatem demonſtrat. Nemo enim, vt ait Quint. repente fit malus. Hic aũt repente tam improbus factus eſt, vt oẽs vicerit improbitate ſua, nec poſtea in vita reliqua ipſe fuerit improbior, q̃ fuit principio. Ponere rudimẽtum, eſt facere initium quod rude ſit, non politum, nec abſolutum. [Ingreſſus eſt]. i. cœpit. Ingredi, pro incipere, Quintil. quam Cicero uſurpat ſæpius. Aggredi Cicero. magis familiare eſt. [Præterire]. i. vincere. [Nihil aliud ſtudet] Vt Titinnius in Pſaltria auctore Priſc lib. 7. Feſtinat is populus res Græcas ſtudet. [Velutuleorus ſus cum quouis volutari vult, vt luti ſordes eluat] Ita Saluſt. improbitate tanq̃ repletus, eam in alios euomit, vt ea eiecta ſe eluat. [Calumnia] i. malitioſa & mendax infamatio. [Fert]. i. habet & iudicat. [Nemo eius]. i. nullus eius, vt nemo poeta, nemo orator, nemo ſenator aliaq; generis eiuſdem multa dici ſolent. [Poteſt latere] Eius. n. vitia inimicus diligenter inquirit. Itaque ſtudet, vt ſit & habeatur bonus eius. [Primum agitur] Abſoluto procemio accedit Cic ut maledictis reſpondeat. [Ad nouũ exemplum & regulam] Vt omnium maiores ſint ciues Romani & viri conſulares. Ad id rñdet, quaſi vnus reliquus ex familia viri clariſſimi, &c. Itẽq; ad id, Oro te Romule Arpinas, &c. [Aut opinionis aut gloriæ]

Auctore Valla lib iij. illud dicitur, magna auctoritate eſt vir, vel magnæ auctoritatis. ſed raro ſine adiectiuo, dũtaxat i genitiuo. Nam in ablatiuo nunq̃. vt Cic. in Saluſt. Nunquid quos protulit Scipiones & Metellos, ante fuerunt aut opinionis aut gloriæ. Eſt illa igitur ſententia Nunquid Scipiones & Metelli famã & gloriam ante cõſecuti ſunt, quam eos ſuæ res geſtæ, & vita innocentiſſime acta cõmendauit. [Nunquid quos protuli] Idem Valla eodem libro ſcripſit hũc locũ ab alijs legi. Nũquid eos quos protulit, &c. ab alijs. Nunquid ij quos protulit. ab alijs. Nunquid quos protulit. [Hoc] i. res geſtæ, & vita innocẽtiſſime acta. [De nobis, &c.] Nobis eſt pluralis pro ſingulari. ideo eo relatiuũ cuius numeri ſingularis ad rẽ ſignificatam, non ad dictionem refertur. [Meis maiorib.] i. patri, auo, abauo, alijsq;. auctore Val. lib. vj. oẽs qui ante nos fuerunt, q liberos in nr̃a ciuitate reliquerũt, maiores dñr, qui vero poſt nos. Poſteriores aut poſteri. His exẽplis vtitur, vt id doceat, refutetq. Pauli iureconſulti ſentẽtiam, q maiores eſſe dixit, q fuiſſent ante patres, auos, proauos, abauos, tritauos. vt poſteriores, q poſt trinepotes futuri eſſent [Præluxi] Prælucere proprie dŕ ſeruus, qui ardentẽ tedam præfert. Suet. in vita. Aug. Per nocturnum iter lecticã eius fulgur præſtrinxiſſet, ſeruumq; prælucentem exanimaſſet. Per tranſlationẽ ſuis ſe maioribus Cic. dixit præluxiſſe. Quemadmodum. n. qui tedam præfert, prælucet ijs q aliqui in tenebris eſſent, ita Cic. maiores ſuos qui tanq̃ in tenebris erãt, virtute ſua illuſtrauit. [Quam turpiter egiſti] Saluſtij vita q̃ turpis, quam libidinoſa fuerit, legere licet apud Crinitũ in eiuſdem vita. [Antiquos viros] Apud Vallã melius ſcriptũ eſt, Antiquos meos. Antiquos aũt appellat maiores. [Opinione] i. dignitate & gloria. [Cũ ijs] Maioribus meis. [Sed ſi fuerim] In codicibus alijs ſcriptũ eſt, Sed ſi fuiſſem. Rñdet ad ea, quæ de conſulatu ſibi obiecit Saluſtius. [Popularem ambitionem] Ambitionis duo gña vnum, cum quis petens magiſtratum, operam dat, vt quod vtile & gratum populo ſit, efficiat. alterum, cum quis petens magiſtratum, largitione populum corrumpit, cõtra quam latæ ſunt leges de ambitu, quales fuerunt Calpurnia & Tulia. [Primos ordines ducit] i. princeps eſt. [In vindicãdis maleficijs] i. puniendis coniuratis. Maleficia dicit, pro ijs q vulgo malefactores dñt. [Quam tu proſcriptionem vocas] Nam dicit Saluſt. Quæ crudeliſſimã proſcriptionem ciuiũ perpeſſa eſt. [Credo quod non oẽs] De ijs. n. ſumptum fuiſſet ſuppliciũ. [Sceleſtorũ ciuium] i. coniuratorũ. [Neque te tui piget] In cod. alio ſcriptum eſt, Nũquid te tui piget [Quæ in hiſt.] De bello Catil. Ciceronis. n. vigilantiam, diligentiam, virtutem in emendãda, & opprimenda coniuratione, Saluſt. cõmendauit. [Scribentem mẽtiri] Prima hiſtoriæ lex eſt, vt ait Cic. lib. de Orat. ij. ne qd falſi dicere audeat, deĩde ne qd veri tacere audeat, ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimulatis. Eodem quoque, eodem in lib. auctore, hiſtoria teſtis eſſe tpum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis. [Scribentem] i. hiſtoricum. [Quã illum] In codice antiquo eſt, q̃ illud. Eſt aũt ſententia, Tu de me mentitus es aut in hiſtorijs, aut in oratione, q̃ in me modo in ſenatu habuiſti. vtram pugnantia dixiſti. In ſcribenda hiſtoria mẽtiri turpe eſt, mentiri pñte ſenatu minus turpe nõ eſt. [Nã q ætatem] Nã, inceptiua particula eſt. Nam q accipi pro eo quod eſt, & aũt, aut q vero, ſcripſit Val. lib. ij citatq. locum eũ qui paulò poſt ſequitur, Nam q iſta inuſitata rabie, &c. Nam q ſignificat, quod vulgo dñt, quantum ad id. [Aetatem increpuiſti] i. adoleſcentiam vehemẽter reprehendiſti, & vituperaſti, vt in oratione in Vatinium teſtem, Eius viri diſceſſum increpas, quem vides omnium ciuium deſiderio, ipſius deniq; reip. luctu eſſe reuocatũ. [Sed quid ego de te plura quæram] In codicib. alijs melius ſcriptũ eſt loquar, q̃ quæram. [Cuius ſemper nocẽs] Bis. n. ad iudicis ſubſellia Saluſt. attractus eſt. [Mutuam tibi gratiam relaturũ] Referre gratiam, qa in bonam partem ferè dicimus in malã hoc in loco dici attendẽdum eſt [Tuos] Vxorem & liberos. [Ex mea re familiari] i. ex mea opulentia. [Vt potius amici mei viuerent, q̃ ego teſtamẽtis, &c.] Vt in ij. Philip. Hereditates mihi negaſti venire vtinam hoc vnum verum crimen eſſet, plures amici mei, & neceſſarij viuerent. Sed qui iſtuc tibi venit in mẽtem? Ego. n. amplius ſeſtertium ducenties acceptum hereditatibus retuli. Quãquam in hoc genere fateor feliciorem eſſe te. Me nemo niſi amicus fecit heredem, vt cũ illo cõmodo, ſi quod erat, animi quidã dolor iungeretur, Te is quem nunq̃ vidiſti, L. Rubrius Caſſinas fecit heredem, &c. Ducenties ſeſtertium valet quingenta millia aureorũ, vt collegit Budæus de aſſe. [Furori trib. pl. ceſſi] P. Clodius trib. pl. vt inimicum ſuum Ciceronem vlciſceretur, cum vocauit in iudicium, quod de ciuibus Romanis indicta cauſa ſupplicium vltimum ſumpſit, Res eo redacta eſt, vt Ciceroni foret vel cum clodio armis decertandum, vel ex vrbe diſcedendum. Vt armis decertaret amici hortabantur, atque auxilium pollicebantur. Sed videbat Cicero decertari non poſſe ſine magno reipub. incommodo, itaque maluit ex vrbe diſcedere, vt fuſius dicit in oratione pro P. Sextio. [Quamuis,] Id eſt quamcunque. [Suum annum] Quo erat trib. pl. Tribunat. enim annuus erat. [Pace & ocio teſcederunt] Poſtquam abiji tribunatu. [Animo quidem meo] i. mea voluntate, meo iudicio. [Superet] Reliquam vitam meam. [Populusq. Romanus frequens] Cicero menſe decimo poſtquã diſceſſerat reuocatus, maxima celebritate exceptus eſt. Dum enim redeuntem eum complecterentur, eiusq. ad ventũ gratularẽtur, diem fermè totum eſſe cõſumptum, vt Demoſtheni Athenas reuertenti contigit, auctor eſt Appianus lib ij. [Neq; hercle mirum eſt] Ciceronis leuitatem in amicitijs Saluſtius reprehenderat. Ad id Cicero reſpondet. [Ancillatus ſum] i. ſeruiui. Vt à ſeruo ſeruire, ita ab ancilla ancillari deducitur. Titinnius apud Non. Marcellum, Dotibus deliniti vltro etiam vxoribus ancillantur. Hæc autem vox rara eſt. [Me addixi] i. in temporariam ſeruitutem dedi, quod faciunt qui obærati ſunt. Inter ſeruum & addictũ quæ ſit differentia. Quintil lib. vij. de definitione præcipiens, explicat. Et addictus hic tranſlatio ſumitur. [Audacias] Rarum eſt, vt audacias in numero plurali dicamus. vt actione i Verrem. [Vultis iſtorum audacias ac libidines aliqua ex parte reſecare] Et pro P. Sylla, Quantas audacias, q̃ incredibiles, furores. quas notas ſcelerum, quæ indicia parricidiorum. quantos aceruos facinorũ reperietis? [Audacias timuerunt] Melius timuerunt, q̃ metuerunt, vt in codicibus alijs ſcriptam eſt. [Quidq̃ poſſe, niſi pro vobis] i. vllam poteſtatem habere. [Ex vobis potentia freti] i. ex veſtro ordine ſenatorio. quales fuerunt P. Clodius, A. Gabinius, L. Piſo, C. Cæſar. [Virtutibus] i. fortitudini & ſtrenuitati. [Temeritas tua reprehenderur, &c.] Qui amicos etiam minime ſtudioſos reip. retineas, nec in amicitiam aſciſcas eos qui reip. ſtudioſi ſunt. [Actionum] i. acturum. [Maiorem iniuriam, &c.] Magna eſt Saluſtiorũ patris & filij vituperatio. [Neque tu ſi quæ in pueritia peccaſti] Legi etiam poteſt, neque quæ in pueritia peccaſti. [Eadem vtrobique ſententia eſt] Sed qualem adoleſcentiam egeris, exequat. [Poſteaquam immẽſæ gulæ] Saluſtius in gratiam Cæſaris Cn. Pompeium ſcriptis ſuis vituperauit, eumque ore improbo atque animo inuerecundo eſſe ſcripſit. Quocirca Lenæus Pompeij libertus Saluſt. acerbiſſima ſatyra lacerauit, nebulonem, fuconem, popinonem, laſtaurum, quaſi meretriculam & ſcortum. & vita ſcriptisq. monſtruoſum appellans, ut ait Suetonius libro de illuſtribus grammaticis. [Exoleuerat] i. præterierat, & creſcendi finem fecerat. Vnde exoleti dicuntur, auctore Sex. Pompeio, qui creſcere deſierunt. [Cupiditatibus.] Id eſt libidinibus. [Turpiſſime venalem habuit] Id factum creditum eſt, ne iudices corrumperet, apud quos de adulterio cauſam dicturus eſſet. [Neque pudet, &c.] Illud ſæpe facit Cicero, ut idem crimen aut ſimile in aduerſariũ retorqueat quod aduerſarius obiecerat. [Tirocinio.] Id eſt inſcitia & ignorantia. [Abijt in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani] Hoc ſacrilegium Nigidianum, cuius conſcius fuit Saluſt. quod fuerit, legere non memini. Nec de Publio Nigidio Figulo, vt homine doctiſſimo, ita viro probatiſſimo, credendum eſt. [Ad iudicis ſubſellia] Auctore Aſconio Pædiano in Diuinationem Cic. ſubſellia ſunt Tribunorum, Triumuirum, Quæſtorum & huiuſmodi minora iudicia exercentium, qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus ſed in ſubſellijs conſidebant. [Bis ad iudicis ſubſellia attractus,] Id eſt bis in iudicium de adulterio, vocatus. [Extrema fortuna ſtetit] Id eſt fuit in periculo maximo, ut condemnaretur, ut extrema fortuna ſit ablatiui caſus. [Iudices pereraſſe.] Id eſt iudices corruptos eſſe, iudices enim in leges iurabant, ut obſtricti religione iudicarẽt, ut ait Aſconius Pædianus. [Primum honorem,] Id eſt primum magiſtratum [Hũc locum, & ordinem] In codice ſancti Victoris ſcriptum eſt. hunc locum ſecutus eſt, & ordinem deſpectus, id eſt abiectus homo. Senator factus eſt. [Sibi quoque] Ipſi melius quàm ſibi ſcribendum uideretur. Id referri uidetur ad ſenatum, contra fas à Cæſare auctum, ut eſt apud Macrobium libro Saturnalium ſecundo. [Cum omnibus matribus familiarum opprobrio eſſet] In codicibus alijs ſcriptum eſt, Cum omnibus matrum familiarum uiris. Val. autem lib. vj. ſcribens opprobrium aliquando in facto eſſe, ſed ſæpius in uerbo, idque eſſe quaſi exprobrationẽ atque conuicium, hunc locum ita legit, Itaque timens ne facinora eius clam uobis eſſent, cum omnibus matribus familias ueſtris opprobrio eſſet. confeſſus eſt uobis audientibus adulterium. Nam Saluſt, inquit Valla, uel ex eo quòd ſemper quibus

cum

eum ſe vſum habuiſſe notum erat vel quod ipſe illis vulgo impudicitiam obijciebat, opprobrio erat. Eſt aũt mater familias, quæ in manum viri per coemptionem conuenit, vt eſt apud Boethiũ lib. Cõm. in Top. Cic. 2. [Confeſſus eſt adulteriũ] Vt paulò poſt. Quem non puduit palã vobis audientibus adulteriũ cõfiteri. Sæpius aũt, à Latinis dici de adulterio cõfiteri alio loco ſcripſimus. [Ora veſtra] .i. veſtram, vt vulgo dicunt, præſentiã. [Erubuit ora veſtra] Genus hoc dicendi annotandum eſt, quia vſitatum nõ eſt. [Experrecti] Hoc ad ſoporem refertur. [Vt à te cauere] Caueo te, & caueo à te, dicimus] Prius vſitatius eſt, de eo alio loco plura ſcripſimus. [Studia] .i. diligentiam noſtram & vigilantiam. [Per me] .i. meis verbis, mea oratione. [Cenſorium elogium] .i. cenſorium elogium] .i. cenſorum teſtificationem, in tabulas cenſorias relatam. De elogio ſcripſimus in Catonem maiorẽ Ciceronis. Significat aũt, Appium Claudium & L. Piſonem Cenſores eieciſſe Saluſtiũ ſenatu, ꝑꝑ cõfeſſa adulteria, aliaſq; libidines. [Integerrimorũ virorũ] Haud ſcio an ſit L. Piſo, quem tam grauiter multis in locis Cicero inſectatus eſt. Id ſi ita eſt, reconciliata inter eos gratia credenda eſt, vt fuit inter eundem Ciceronem & A. Gabinium, quẽ repetundarũ rerum Cic. defendit, vt ait Val. Max. lib. 4. de ijs qui ex inimicis amici facti ſunt. [Poſt illum defectum ſenatus] Factum cenſoribus, qui te notauerunt. [In ea te caſtra] .i. in caſtra Cæſaris contra Pompeium. [Quo omnis ſentina reip.] Tranſlatio eſt, qua Cicero fœditatem hoĩum ſignificat. vt ait Quint. lib. 8. inuectiua in Catilinam prima. Sin tu, quod te iamdudum hortor, exieris, exhaurietur ex vrbe tuorum comitum magna & pernicioſa ſentina reipublicæ. Et inuectiua ſecunda, O fortunatam remp. ſiquidem hanc ſentinam huius verbis eiecerit. Saluſtius in Catilina, Primum oĩum, qui vbique probro atq; petulantia maxime præſtabant, item alij qui per dedecora patrimonia amiſerant, poſtremo oẽs quos flagitium aut facinus domo expulerat. hi Romã ſicut in ſentinam confluxerat. In ciuili bello Cæſaris & Pompeij oẽs boni ciues Põpeium, improbi Cæſarem ſecuti ſunt. [In pace] Ante bellum ciuile. [Et idẽ victores qui exules] Ita in codicibus prope omnibus ſcriptum inuenio. Quia tñ ſententia mihi ſatis libera viſa non eſt, arbitror legendum, à victore eo qui exules reduxit, vt ea ſnĩa ſit, Saluſtium primum in Quæſturam, deinde in ſenatum, à Cæſare victore reductum, Cæſar enim, auctore Suetonio, Prætorum, Ædilium, Quæſtorum, minorum ẽt magiſtratuum numerum ampliauit, nudatos opere cenſorio, aut ſententia iudicum de ambitu condemnatos reſtituit. [Quem honorem] .i. Quæſturam. [Ac verum duxerit] .i. iuſtum. Verum pro iuſto, & iuſtum pro vero dici, ꝓbat Budæus in adnotationibus in Pandectas. [Neque aliter vexauit ac debuit, ſiquis prædæ, &c.] Snĩa eſt, Saluſtius non aliter vexauit, quã debuit is qui magiſtratum loco prædæ accepiſſet, ſi quis prædæ loco magiſtratum accepiſſet, vt accepit Saluſtius. [Magna pignora eis dederat] .i. magna dona, quæ amoris monimẽta forent. [Erat exemplar] Quod tanquam imitandum ſibi ille hominum grex proponeret. [Quo] .i. in quem gregem, vel in quem Saluſtium. [In vnam voraginem] .i. in abyſſum. [Cylonum] .i. cinædorum. Hunc. n. locum ita explicat Crinitus c. 8. lib. 7. vbi ex Sext. Pompeo docet, chilones appellari, qui ſint labris maioribus, & cilones ſine aſpiratione, & cum vno l, qui fronte prominentiore ſunt. [Sicut in fretis ſubſederant] Si emendata lectio eſt, ſnĩa eſt, Omne hoc genus hoĩum in hoc grege ſicut in mari, quo omnis aqua profluit, ſubſederat. [Nulla in parte] Melius ſcribatur, Nulla ex parte. [Modeſte ſe geſſit] Ironia eſt. [Socij noſtri] Afri. [In bello] .i. ſi quod bellum gereretur. [Fide nominum] .i. fide debitorum. Mutuam enim pecuniam nonnullis crediderat, quã traijciendam .i. tranſportandam Romam curarent. [Ne cauſam diceret] Repetundarum. [Seſtertium duodecies] .i. triginta millibus aureorũ. [Modo] .i. anteq̃ Prætor eſſes. [Retinere potueris] Redimere, non retinere, in codicibus alijs ſcriptum eſt. [Hortos pretioſiſſimos] Hi ſunt horti Saluſtiani, à ſcriptoribus Latinis multum celebrati. De his eſt apud Pomponium Lætum in libro de Romanorũ antiquitatibus. [Villam Tiburti.] Tiburtũ enim, vt Tibur di. Eſtq; oppidum ab vrbe Roma diſtans millia ſex. & decem. Hanc villã C. Cæſaris antea fuiſſe ſignificat. [Veteris villæ] Tiburtinæ. [Non comeſo] Auctore Priſc. lib. x. à comedo comeſum & comeſtum inuenitur. [Quibus rationibus] .i. quibus modis. [Nihil ad omnium ſcelus] In alijs codicibus melius ſcriptũ eſt, Nihil ad tuum ſcelus. [Tantidem putas eſſe, &c. [Bis conſularem, iterũq; bis triumphalem eſſe, maximum eſt. Bis aũt ſenatorem & bis Quæſtorem fuiſſe, id parui ducendum eſt. Nihil eſt igitur, cur inſolẽtior fiat Sal. qui fuit bis Senator & bis Quæſtor, cũ bis conſularis & bis triumphalis non ſit. [Omnium menſarum aſſecla. Ab aſſequẽdo aſſecla dictus eſſe vr̃, vt menſarum aſſecla ſit is, qui alienas menſas ſequatur. Non vero Marcellus aſſeclas dictos putat, ꝙ adſint, & omnibus iuſſis dominorum præſto ſint. Itaq; aſſeclæ ſerui ſunt, aut miniſtri, vt lib. de Diuinat. 2. Is cum ei Trogmorum Tetrarchiã eripuiſſet, & aſſeclæ ſuæ Pergameno neſcio cui dediſſet. Et actione in Verr. 3. Secum partes eſſent hoſpitum recipiendorum, tum ipſos tñ Prætores & Coſſ. non legatorum aſſeclas recipere ſolere. [In prima ætate] .i. in pueritia & adoleſcentia. [Poſtea] .i. ætate maiore. [Petulantiſſima conſectari lingua] Inſectari non conſectari, apud Vallam libro quarto ſcriptum eſt. [Moribus tuis] .i. ſecundùm mores tuos.

IN ORATIONEM CICERONIS IN SALVſtium, Glareani annotationes.

VEL in hac orõne videre licet, quantũ differat Cic. à Sal. quãta breuitas in hoc, quãta in Cic. copia. Sed fruſtra hæc apud doctos, q̃ melius hæc notãt. apud indoctos prorſus operã perdiderimus, ſi hæc indicare velimus. Ideoq; ad rẽ ſtatim. [Quod ſi aut de mea vita, atq; actibus noſtris] Ita habẽt oẽs codices, quos ego vidi. Quod ſi rectè legitur, nõ oĩno poeticum id fuerit, actus ꝓ geſtis ponere, vt Lucanus, Licet ingentis abruperit actus. Nã Cic. quos his Actus vocat, poſtea Geſta ac res geſtas, noĩat, imo poſtremũ Actiones. Et ipſe D. Ev. πράξεις τῶν ἀποστόλων, Apoſtolorum geſta maluit dicere, q̃ vel actus, quod vulgatis interpres vel acta, qđ D. Cyprianus verterat. [De eo ꝙ falſum crimen bonis obiectat] Pro Quod, vetuſtus codex hẽt Qui, atq; ita legendũ puto. Continuo poſt. [Quod ſi vita iſtius poſt memoriam vicerit, aliã P. C. non ex orõne, ſed ex moribus ſuis ſpectare debetis] Badius, Vita, putauit auferendi caſus, at ita verbũ Iſtius, ommittit. Ego vero puto, Vita in noĩandi caſu poſitum, ac Alium, maſculino gñe, non, Aliam fœminino legendum, atque ita reciprocatiuum Suis, locum quoque habebit. Et Alium in vniuerſum dictum eſt, quaſi diceret, vnumquemque alium. Nec ſic Sal. excluſus eſt. Continuo poſt rurſus vetuſti codicis lectio ſecus, quàm vel Aldinus, vel alij hñt codices ita legit. [Iam dabo operam quã maxime potero, breue vt faciam, neque hæc altercatio noſtra vobis inutilis erit, P. C.] Quanquam ſupplicius eſt, quod habet codex Aldinus, vt breue id faciam. Sed illud, Neque, non eſt ponendum poſt hæc verba, Altercatio hæc, vt idem codex male, meo quidem iudicio habet. Cæterum ꝙ Cic. Scipiones ac Metellos introducit, cũ Sal. Paulos, Fabios, ac item Scipiones nominaſſet, puto factum ꝑꝑ C. Marium, & hiſtoriam Iugurthinam, niſi quis ꝓ Metellos, aut Fabios, aut Paulos reponendum exiſtimet. [Sed ſi fuerim, aut in honoribus petendis nimis ambitioſus] Poſt Ambitioſus diſtinguendum, immo omnia uerba uſque ad alteram coniunctionem aut in Parentheſi concluderem, oppido elegantem comparationem duarum ambitionum continentia. Quatuor aũt enumerat falſo obiecta, quæ ſi uera, inquit, et ũt, tui ſimiles plurimi corruiſſent. Hic locus in Aldino codice peſſimè diſtinctus eſt, & partim corruptus. Nam pro, In hac urbe uixiſſent, repoſuit, In urbem ueniſſent. Et nota dicendi genus per relatiuum ad poſteriora gñe conformatum, Quam tu proſcriptionem uocas. Item illud, Credo ꝙ non omnes tui ſimilis uixiſſent. Continuo poſt, idem codex legit, At quanto meliore loco reſp. tuenda ſtaret. Sed nemo habet illud tuenda. Nec ego quid ad ſenſum faciat intelligo. Item. [Fortunatam natam] Illud Natam, non oẽs habent, codices, Badius ẽt demendum putat. Paulò poſt. [Quid enim mentiri turpe duces] Idem Ald. codex falſo, Dicis, repoſuit. [In vxorẽ & in filiam meam inuaſiſti] Quidam codices nõ habent Meam. Sed nota illud dicẽdi genus, In filiam inuaſiſti: Item paulò poſt, Mutuam gratiam relaturum, in malam partem. [Ego fugax Criſpe Sal.] Hæc hactenus uerba interrogatiuè legenda ſequentia non item. Quod utrunque codex Aldinus neglexit. Item Vnus experiris habent vetuſti cod. melius quàm Vnus, quod Aldinus. Mox, Qui poſtquam ille ſuum animum, &c. Longũ hyperbaton uſque ad Reuerti, Qui reuerti, poſtquam ille ſuum animum perbacchatus eſt; De P. Clodio loquitur. De die autem reditus ſui ab exilio, ipſe Cic. copioſè diſſerit lib. 4. ad Atticum Epiſtola prima. Aduentu, item, meo, uel intelligitur In, ait Badius, uel ablatiuus pro datiuo eſt poſitus. [Multi arma ſua timere uoluerunt] Aldinus codex Timere legit, ſed non rectè, ut puto. Videtur autem uel ex hoc loco hæ orationes habitæ poſt C. Cæſaris cædem. Nam haud ſcio, uiuente illo auſus ne fuiſſet ita liberè loqui Cicero. [Sed abijſt in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani] Ex hi-

ſce verbis certe nullus elicitur ſenſus. In alio codice legebatur, Sed abijt in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani. Accuſat igitur Sal. Ciceronem ſacrilegij, quippe qui cum ſacrilegis ſodalitium habuerit. De Nigidiano autem quis fuerit, adhuc cogito. [Secutus hunc locum & hunc ordinem deſpectum] Vetuſtus codex nō habuit Secutus eſt. Sed abſque eo non eſt vllus ſenſus, niſi aliud quippiam apponatur. Illud Deſpectum, ambigue dictum. Continuò poſt, Itaque timens ne facinora eius clara vobis eſſent. Aldinus codex. Clam vos habet. vt accuſatiuum caſum habeat præpoſitio, quæ alioqui ablatiuum poſcit, vt Virg. in Poſt. fecit, Ea nunquam patrios longo poſt tempore fines. Vetuſtus tamen codex habet, Itaque timens ne facinora eius clam vobis eſſent. Quæ lectio placet. Paulò poſt mire, Experrecti poſitum pro vigilantes. Sed ita experrecti non ſumus, vt à te cauere poſſimus. [Quo vſus eſt quiſque eorum, pro lege] Illud Eorum, qua ratione dictum ſit, haud equidem intelligo, etiam ſi ad cenſores quidā referunt. Lectori iudicandum relinquo, num locus bene habeat. Et idem victor, qui exules reduxit. Puto eum de C. Cæſare loqui iam cæſa, qui remp. oppreſſit, cuius partibus adhæſit Sal. Nā de C. Sulpicio apud Florum lib. 77. qui infeliciter id tentauerat, intelligere velle, plane ineptum eſt. Verum quos exules reduxerit Cæſar, niſi q̄ omnes eius partibus adhærētes, hoſtes à ſenatu iudicati erant, mihi non liquet. Ego locum corruptum puto, & aliquot deſiderari verba. Quod cur toties lectorem admoneam, ratio à nobis ſæpius nunc dicta eſt. [Nec aliter vexauit ac debuit] Non puto facile quenquam hunc locum intelligere, vexantur homines, non magiſtratus ipſe piç dæ loco acceptus. Paulò poſt, Quod tantum in vnā voraginem cœtus omnium vitiorū exceſſerat. Pro Quòd, alibi eſt Quo, & exceſſerant, verbum pluratiuo numero. Vnde ego ſuſpicor pro, quòd tantum, legendum, quo tanquam, & optime procedet ſenſus ad ſequentia verba. De numero, quando cœtus vtriuſque eſſe poteſt, non magni refert, ego tamen & pluraliter legerem. & conceſſerat, non exceſſerant. Cinædum autem pro Cylonum legendum eſt. Non enim Feſti Pomp. expoſitio hic locum habet. Præterea debitorum magis quam deditorum, & Notiſſimi plus, q̄ notiſſimi placet. [Seſtertio duodecies cum Cæſare paciſcitur] Et hic locus oſtendit poſt Cæſaris mortem has orationis habitas. Ceterum & ſeſtertio in auferendi caſu, & ſeſtertium in pignendi legitur. Idq; licere multis elegantibus auctorum exemplis oſtendit libro primo, de aſſe Budæus. Duodecies aūt H-S faciunt triginta millia coronatorum. Mox, Vnde qui modo ne paternam quidem domum redimere potueris, Verus eſt lectio. Nec quo legendum, nec Quidem omittendum, quod vtrunque fecit Aldinus cod. Porro villam Tiburi legendam potius quàm Tiburti, vt ego exiſtimo. [Quod his Conſularem & his triumphalem] Vbi Cicero his Coſ. fuerit, niſi vel alienis ſuffectus, vel Proconſ. factus bello in Syria geſto, ſcire non poſſum. Minus vero vbi bis triumphauerit, quem ne ſemel quidem triumphaſſe legi. Bello ciuili impeditus cum è Cilicia rediſſet, ad Atticum longam ducit querelam. Ergo bis triumphalem ait, non autem triumphaſſe, quaſi diceret, qui triumphum merueram, ſi fortuna non inuidiſſet. Igitur non ab eo quod fuit, ſed ab eo quod eſſe, vel potuit vel iure debuit, ſe ſe laudat. Vt verum ſit, quod de eo dicit Seneca, Cic. ſe laudat, non abſque cauſa, ſed abſque modo.

IN ORATIONEM M. T. CIC. QVA C. CRISPO Sal. reſpondet, Iodoci Badij Aſcenſij Comment.

EA demum] Acris admodum & armata eſt hæc reſponſio atque conuitiorum relatio, ſummo artificio vt à ſe diſſertiſſimo & eloquentiſſimo in eruditiſſimum & eundem acerrimum hominem retorta. Fit autem principium vehementis rationis ferè per interrogationem, vt hic Demū etiā particula accelerandi vim habet, vult autem Sal. ideo petulanter & imprudenter in ſe locutum oſtendere quòd talem ſemper vixit vitam. [Quo me vertam P. C. A. vehementis exclamatione exorditur, vt ſe iuſte commotum in aduerſarium oſtendat] Quo. i. quanto notior eſt vterque noſtrum, quia cum ego ſim cōſularis & in pub. vixerim, pro dignitate mea dicendum eſt in eum. & tāto accuratius quanta maior eſt mea quàm illius dignitas. Huic conuiciatori, lege conuiciatore. ſ. à Sal. Inuidia gloriam conſequat, melius conſequatur. Nam ſenſus eſt, tantam gloriam obtinebo ea commemoratione præclarorum geſtorum meorum, præ illius turpi vita, vt eam inuidia ſubſequatur. Nam excellenti gloriæ pleriq; inuidere ſolent. In idem vitium procacitatis, id eſt petulantis loquacitatis. Procax enim eſt aſſidue perſequēs dicto aut facto rem, quàm affectat. [Ego dabo operam] Beneuolos facit & dociles. quòd nullum vos ſciatis. Ordo eſt. Quòd ſciatis vos nullum. i. non vllum non audituros vllum nouū crimen in Saluſt. Calent ex frequenti obiectione. Perſ. Vnde vaporata lectori mihi ferueat aure. Rudimentum. i. initium modicum, vt ſunt rudimenta modica ad diſciplinarum præcepta. [Ab alio vinci]. ſ. in ſceleribus perpetrandis. Sic quaſi lumen. Nihil erit vlterius quod noſtris moribus addat. Poſteritas, cupiēt eadem facientq; minores. Omne in præcipiti vitium ſtetit. Nihil aliud ſtudet. i. conatur facere. Raro autem cum accuſatiuo reperitur ſtudeo. niſi luculentus, alij legunt luculenter. i. eminenter, ſed legam lutulentus, à luto, vt comparet eum ſui, de qua Flac. & amica lutoſus. Eluuntur, lauando emundantur. [Quod ſi vita] Hunc locum dicit Valla corruptum & niſi emendentur vix ex poſſibilem, dicitq; malam eſſe reciprocationem, vt re vera ſit ſi legatur ex moribus ſuis, legam ergo ex moribus eius. Senſus autem mihi videtur quòd ſi Sal. vicerit vita. i. per viam ſceleribus aſſuetam, memoriam. i. mentionem iſtius. ſ. calumniæ quam vnuſquiſque noſtrum teſtāte animo ſuo fert, vos deberis ſpectare aliam. ſ. calumniam non ex oratione, quam procacem habet, ſed ex moribus qui conſcientiam produnt. Scipiones & Metelli, alij habent Metel. ante fuerunt opinionis & gloriæ. i. antea fuerunt glorioſi & claræ opinionis. Satius. i. melius, & eſt præclara ſententia, conferre. i. comparare cum his, qui iam deceſſerunt, vt cum Scipionibus, Metellis, Fabijs &c. [Omniq; que] Que, vbique ponitur pro quia, hoc eſt quia omni odio & inuidia carent. Ceſſat enim inuidia poſt fata & gloria creſcit. vnde eſt illud, Poſt fones gloria maior erit. Et ita ſubiectus inuidiæ adhuc non compareturmerito ijs qui ea exempti ſunt, vnde ſe potius cum Sal. comparatum velit, hoc eſt vitam ſuam cū vita illius. Popularem ambitionem, quia populo virtute & præclaris factis complacere. eiq; more gerere & ſupplicare ſtudemus ſed illam pernicioſam contra leges de ambitu, quàm per largitiones & detractiones petimus magiſtratum animo dominandi, nō vt proſimus, ſed vt præſumus dumtaxar, cuius primos. i. præcipuos, tam. i. tantum ſeuerus ſup. quantum tu dicis, Quam tu proſcriptionem vocas, quam, reſpicit ſequens. nam videtur poni pro quod vt ſit, quod. ſ. eſſe vigilantem in rep. tu vocas proſcriptionem. Et ſimul mutat perſonam, quia de eo prius in tertia perſona locutus, nunc ad eum in ſecunda perſona loquitur. Credo q̄ non omnes tui ſimiles, bene tui, quia de moribus loquitur, meliore loco. i. ſtatu & conditione. Annumeratus. i. eſſes non in tanta, dignitate, aut punitus cum Lentulo, Cethego & alijs coniuratis, aut occiſus cum Catil. Fortunatam. bene dempſit ſuperfluum. Nec eſt hic totus verſiculus ponendus. Homo leuiſſime. i. inconſtantiſſimi, quia in hiſtoria Catil. vbi veritas quæri bonum, confeſſus eſt eſſe conſulem & ſalubriter uigilātem. Hoc ordine. i. coram vobis in Sen. q. d. nequaquam cum tamen ſcriptum periculoſum ſit, quia ſcripta manent. Increpuiſti. i. crepitu flagitioſum mentitus es. Quantum tu à pudicitia, ſubaudies dicere potuiſſet te, ut ſit quantū puto te abeſſe, ſed minus dixiſſet. Nocens. i. male uiuens, patrocinio. i. ut per eam defendaris. [Rudimenta]. i. doctrinam primam, incunabula. i. primordia quæ adhuc in cunis adhibentur, Nam quòd iſta. alij, legunt ita, & ponitur nam continuatiue ut ſæpe alibi. [Mulierer]. i. cum ſint mulieres. Tu uir à uiris. Vnde muliebria pati ſolitum & pathicum eſſe recriminatur. Ego fugax. Sunt qui legant, Egòn, ſed id nimis comicum uidetur. Eſt autem interrogatiue legendum. [Furori trib. pl. [Alij legunt furore, ſed minus congrue. [Quamuis]. i. etiam aſperrimam Et prudenter ad pietatem ſuam in patriam contulerit, quod uitio datum erat. [Reuerti] i. ſponte reuenì, quaſi ſit reuerti me, qui uero reuerſum dicit quaſi ab alio verſus ſit, dicere uidetur. [Aduentu meo]. i. in aduentu, aut datiuus eſt in u quo veteres ſæpe utebantur, ut parce metu Cytherea, q̄ nec concubitu indulgent. Nam à genitiuo in ue ſit datiuus in u, ut à genitiuo iu uis datiuus in ui, ut docet Seruius. Tanti me fugacem mercenarij, alij legunt mercenarium, ſed legamus cum Pomponio Læto mercenarij ſic, Mercenarij æſtimauerunt fugacem i. quem tu ſugis fugacem, tanti. ſ. tanto precio exiſtimādū ut aduentui meo gratularentur, & bñ. ſ. ſcientes, aut plurimi ciuium æſtimauerunt. i. reputauerunt me patronum. [Ancillatus ſum]. i. inſeruiui. [Niſi leges]. i. facere contra leges. Præ nobis. i. plus quàm uos. Temeritas tua, qui quod laudandum eſt vituperas. Bibuli patientiam, de quo Suet. dicit quòd ſic Cæſ. in conſulatu ceſſit, ut eſſent qui ſcriberent C. & Iulio, non Cæſ. & Bibulo conſulibus quid actum. Temeritas, quia reprehendit

non

non reprehenda, & quorum conſilium neſcit. Monitores, plus eſt quam ſi diceret, permiſſores aut conſcios. Patremque tuum præteream, q.d. de eo nihil dicam, cum mihi meorum maiorum ignobilitatem obieceris. Iniuriam, id quod iniurioſè dictum. Nam nemo iniuriam facit, dum quæ contra ius non ſunt facit, vt eſt liberos procreare. Verum gignendo Saluſt. non iniuriam, ſed perniciem aut damnum reip. intulit. Si qua. i. ſi aliqua, q.d. ea quę per prudentiam ætatis commiſiſti, prætéribo. [Immenſæ gulę]. i. voracitati, quęſtus i. lucrum, e ſoleuerat. i. ex ea opportunitatem ad patienda muliebria excreuerat. Vnde exoleti dicuntur pueri muliebria paſſi, ſed iam adultiores quàm vt deinceps patiantur. Experireris facienda ea quæ pati ſolebas ab alijs. Verum inhoneſtioribus corporis partibus rem quæſierit, quia inhoneſtiſſimis acquiſiuit, vtpote pudendis poſterioribus ſtupro expoſitis, & deinde amiſit anterioribus ad ſtuprandum adhibitis, hoc eſt inguine acquiſiuit, & pene amiſit. Turpiſſime, quia etiam mortuo patre turpe fuiſſet patrias ædes alienare, nec habuit ſolum venalē, ſed & vendidit, & ita vt veriſimile eſt, ex eius rei dolore patrem mori coegit. Pro hærede, quia enim hæres furtiuus erat callidi emptores rem minoris multo ac erat ab eo emebant. Quis in P. Craſſi domo, quia Cic. eam emerat. ſed pulchrius rem alienam emiſſe, quàm libidine patrimonium vendidiſſe. Non e autem dicit, in ipſius paterna domo. Vnde licet adnotare idem ius eſſe poſſeſſiuis nominalibus, quod & pronominalibus. Nam vt dico meam ipſius domum vendidi, ita hic dicitur, in ipſius paterna domo. [At her.] Ironia eſt, quam ne aliter intelligatur aperit dicens. Non ita eſt. [Etatis ty.] .i. nouitate. Fiunt ergo ab illis in ō abſtracta in inium vt lenocinium tyrocinium, latrocinium, lurcocinium. [In ſo.] .i. ſocietatem dapis & comeſſationis. [Extrema fot.] .i. ſummo periculo, nam ſi iudices incorrupti fuiſſent, vltimum ſupplicium tuliſſet. [Primum hon.] .i. primum magiſtratum, non dignitatem, nam infimus erat vt ædilitas, ſed ordine quo aſcendere ſolebant ſecutus eſt. i. inſecutus ad obtinendum hunc. i. ſenatorium locum, & ex ordine deſpectum. i. quem deſpexit. Alij deſpexit legunt & paruiſſet, ſed verior eſt hæc Pomponiana lectio [Cuius]. ſ. ſenatorij ordinis aditus, patuit quoque .i. etiam ſibi ipſi ſordidiſſimo. i. qui erat ſordidiſſimus hominum, ſcriptum oſtendi ſibi, & ita dura eſt reciprocatio quæ bona eſſet ſi legatur aditum & patuit. Opprobrio eſſet, quia de adulterio ſuſpectus. Confeſſus adulterium. In vita eius tamen dicitur confeſſus habuiſſe commercium cum libertinę conditionis mulieribus. Viaeris, amara permiſſio. Et quod, q.d. nullum. Quiſque eorum, hanc parentheſim Pomp. lætus dempſit. Vnus ex grege, quia ſimilis eorum. Eius enim patris exemplar, id eſt princeps quem omnes ad imitationem intuebantur. Chilonum. i. eorum quorum capita oblonga & compreſſa ſunt, & ſæpe agitata & mota vt inſanis aut chilonum. i. improbe laboratorum dicit, quod minus placet. Sunt qui habeant Lenonum chilonum, &c. debitorum. i. ære alieno deuinctorum. Alij legunt deditorum. Subſederant .i. in imo ſedem habuerant. Nulla in parte caſti, melius legitur caſtris apti, quia vitioſi & ſeditioſi acrem militiam gerere ſolent. At poſtea iterum ironia quàm aperit dicens. Non ne &c. Obtinuit autem Africam Prouinciam fauore Cæſaris, & ex ſpolijs eius hortos amenisſimos qui ab eo Sal. dicti ſunt comparauit. Seſtertia, alij ſeſtertio, ego ſextertium legam paciſcitur cum Cæſare quod vulgo dicunt compoſuit & caput ſuum tanti redemit. Ne cauſam diceret. i. ſe defenderet. Qui modo .i. paulò ante, redimere .i. iterum emere aut hypotheca ſoluere. Hortos de quibus in vita dictum eſt. Tiburti. i. oppido quod à Tiburto Tiburtum & Tibur dictum eſt. Cæſar, qui dictator perpetuus eſſe voluit. Comeſo .i. paulatim, vt à comedente conſumpto, ſed deuorato i. guloſè ingurgitato. Similis ac patris tui. Ergo par. vbi ad mores refertur etiam genitiuo conſtruitur. At hercle, iterum ironicos loquitur. Quorum ſiue ſit ſimilis. Nihil argutius, quia ſiue Sal. ſit ſimilis maiorum ſuorum, ſiue maiores eius ſimiles Sal. vtroque modo conſtet eos proditos eſſe, quia ſimilis perditi, non poteſt non eſſe perditus. At ſi dicat ſe illorum diſſimile, fruſtra ſe ob nobilitatem & virtutem eorum iactet. Verum vt o iterum ironicos loquitur. Totidem, dicere poſſet tantidem, ſed adderet, quanti vbi ſcribitur quot. Nam ordo eſt putas eſſe totidem. i. tanti momenti, eſſe bis ſenatorem & bis quæſtorem, vt tu fuiſti, quot. ſ. fuiſſe bis conſularem & bis triumphalem, q.d. vt ego fui. Etſi dicat Sal. cur ſic in me inueheris. dicit ſe referre conuicia non inferre. Cubiculorum pellex, quia pulſis coniugibus eorum, locum ſuppleſti patiens muliebria. Si qua arguet dubitet an ſe digna ſint.

De Catilina coniuratione amplius dicere poſt Saluſtium, Plutarchum in vita Ciceronis, Appianum in libro 2. Bellorum ciuilium, mihi videtur ſuperuacaneum. Ideo quæ huic noſtræ rei propriora ſunt, ea ſolum attingam. Igitur Catilina denunciatione, cum tam longius proceſſiſſet coniuratio, coniurati in domum M. Leccæ VIII. Id. Nouemb. nocte conſequente conuenerunt. Ea nocte dies Catilinæ exeundi, cæteris manendi conditio cædis atque incendiorum per totam vrbem deſcriptio conſtituta eſt. Iam ſe exiturum Catilina dixit, ſed paululum ſibi eſſe moræ, quod Cicero Conſul viueret. Tum C. Cornelius & L. Vargunteius Equites Romani polliciti ſunt ſe illa ipſa nocte paulò ante lucem venturos tanquam ſalutatū Conſulem, & intromiſſos more Conſulis & iure amicitiæ, in lecto eum interfecturos. Huius conſilij Cicero per Fuluiam factus certior domum ſuam præſidijs validioribus firmat, duos Equites ad cædem, vt conſtitutum erat, venientes, aditu prohibet. Eo ipſo die in templo Iouis Statoris Senatum habet, vt ad eum referat de coniuratione deq; reip. periculo. In Senatum Catilina venit, aut diſſimulandi cauſa, aut ſui expurgandi, tanquam iniuria laceſſitus foret. Tum cum nemo amicorum, nemo propinquorum ſalutauit. Ii prope quos aſſedit, in alia ſubſellia ſeſſum iuerunt. Cicero ſiue præſentiam eius timens ſiue ira commotus, luculentam hanc, id quod ait Sal. atque vtilem reip. habuit orationem, cuius hoc eſt Argumentum: Hortatur Cicero impellitq; Catilinam, vt cum ſocijs coniuratis ex vrbe egrediatur in exilium, vel in caſtra Manly, quia conſilia eius de cæde Conſulis, Senatus, ciuium, vrbisq; incendio, & Italiæ vaſtatione ſibi & Senatui cognita ſint, quòd eius conatibus omnibus priuato conſilio obſtiterit, nihil in vrbe eſſe quod eum delectare poſſit, quem omnes boni ciues metuunt & oderunt. Miſerum eum oſtendit, quòd cum veniret eo ipſo die in Senatū, nemo eum Senator ſalutauerit, nemo ei aſſidere voluerit. Vitandæ ſuſpicionis cauſa, ante Catilina ſe multis viris Clariſſimis in cuſtodiam dare voluit, nullus eum aſſeruare voluit: tanto metu omnium & odio flagrabat. Pollicitus eſt Catilina ſocijs, abire ad Manlium in caſtra, ab eo poſtulat Cicero, id vt faciat, quòd in caſtris Manlij cum improbis & ſui ſimilibus verſari iucundum ei futurum ſit. Catilinam in Manlij caſtra proficiſci, quam à ſe conſule interfici Cicero putat vtilius. Nam primo ſi proficiſcatur nemo de coniuratione dubitabit, deinde eum ſequentur omnes coniurati. Si in vrbe necaretur improbe factum putarent ij, qui de coniuratione dubitant, & coniuratorum grex totus in vrbe remanerent. Quocirca hortatur eum coniuratis, vt exeat cum ſuo & ſuorum exitio, reiq; publicæ ſalute.



M. TVLLII CICERONIS IN L. CATILINAM, ORATIO I.

QVOVSQVE tandem abutere Catilina patientia noſtra? quandiu nos etiam furor iſte tuus eludet? quem ad finē ſeſe effrēnata iactabit audacia? Nihil ne te nocturnum præſidium Palatii, nihil vrbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil * concurſus bonorum omnium, nihil hic munitiſſimus habendi Senatus locus, nihil horum ora, vultusq; mouerunt? patere tua conſilia non ſentis? conſtrictam iam omnium horum conſcientia teneri coniurationem tuam non vides? Quid proxima, quid ſuperiore nocte egeris, vbi fueris, quos conuocaueris, quid conſilii cęperis, quem noſtrum ignorare arbitraris? O tempora, ò mores. Senatus hoc intelligit: Conſul videt, * hic tamen viuit? immo etiam in Senatum venit, fit publici conſilii particeps, notat, & deſignat oculis ad cædē vnumquenq; noſtrū. Nos aūt viri fortes ſatisfacere reip. videmur, ſi iſtius furorem ac tela vitemus. Ad mortem te Catilina duci iuſſu Conſulis iampridem oportebat, in te conferri peſtem iſtā, quam tu in nos omnes * iampridem machinaris. An vero vir ampliſſimus P. Scipio Pont. Max. Tyb. Gracchum mediocriter labefactātem ſtatum reip. priuatus interfecit? Catilinam vero orbem * terrarum cæde, atque incendiis vaſtare cupientē, nos Conſules perferemus?

** conſenſus.*

** hic tamen viuit, viuit? immo etiā.*

** iamdiu.*

** terræ.*

IN INVECTIVAM M TVLLII CICERONIS primam, in L. Catilinam, ad Senatum, Franciſci Syluij Ambiani Commentarius.

QVOVSQVE tandem] Quamuis id fiat ſæpius, vt in orationis procemio ad auditores ſermo dirigatur, aliqñ tñ ad aduerſarium directus acrior fit atque vehementior. Cic. pro Q. Ligario: Habes igitur Tubero, quod eſt accuſatori maxime optandum, &c. Sal. in Ciceronem. Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer M. T. ſicut & Cic. fecerat in Catilinam. Quouſque tandē abutere Catilina patiētia noſtra? auctor eſt Quint. lib. 4. Idem lib. 9. præcipiens, interrogatione acriorem & vehementiorem fieri probationem. Figuratum eſt, inquit, quoties nō ſciſcitandi gratia aſſumitur, ſed inſtandi, vt pro Ligario. Quid tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? &, Quouſque tandem abutere Catilina patientia noſtra? &, Patere tua conſilia non ſentis? Et totus denique hic locus, quanto inquit, magis ardet, quam ſi diceretur, Diu abuteris patientia noſtra; &, Patent tua cōſilia. [Tandem] Priſc. auct. lib. 15. hic repletiua coniunctio eſt, auctore Seruio, cauſa ornatus ponitur. Vtriuſque ſententia Vallæ non probatur. Nam oratio interrogatiua plus habet virium quam, quæ figurata non eſt Orationis interrogatiuæ vim particula tandem facit vehementiorem. [Abutere patientia noſtra] Qui tandiu furores tuos æquo animo patiamur. [Patientia]. i. tolerantia. [Quouſque tandem abutere] Nam furor fit læſa ſæpius patientia. Et vererem patiendo iniuriam inuitas nouā, vt ait P. Syrus eludere, vt ait Donatus in Eunuchum Terentij, enarrans illud, Eludet vbi te victum ſenſerit, propriè gladiatorū eſt, cū vicerint, citat hunc locum, additq; Eludere eſt, ludo finem imponere [Quem ad finem] i. quouſque. i. quā audaciæ tuæ finem facies. Audacia ferè in mala dr̄. [Nihil ne te nocturnum] Quint. lib 9. ab iiſdem verbis plura acriter & inſtanter incipere docens, hoc Cic. exemplo tē probat, vbi nihil repetitur. [Nihil vrbis vigiliæ] Vbi de coniuratione auditum certius eſt, decreuit, ſenatus, vti Romæ per totam vrbem vigiliæ hrēntur, hisq; minores magiſtratus præeſſent, vt ait Sal. [Nihil timor] Nam immutata vrbis facies erat. Triſtitia inuaſit oēs neque loco, neque cuiq̄ ſatis fidebant. [Nihil concurſus bonorū] Qui tum eſſe ſolet cum peſtis reip. opprimenda eſt. Conſenſus, non cōcurſus legit Quint. [Nihil hic muniriſſimus] Senatus, qui ſingulorum menſiū Calend. & Idibus hri ſolebat, in curia habebatur. indictus aūt qui. i. noua cauſa adueniente indicebatur, in loco augurato hri ſolebat. Inde pro ſenatu ſępe templum dr̄. Senatum aūt in tēplo Iouis Statoris tum habuit Cic. cum hāc in Catilinam orationem habuit. Id templum ad initium ſacræ viæ, quæ ad Palatium ſpectat, ędificatum fuiſſe, Plutarchus in vita Cic. tradet. De hoc templo apud T. Liu. lib. 1 multa licet legere [Conſcientia teneri, &c.]. s. ab his oībus Senatoribus cognoſci. Conſtrictam rem conſcientia teneore, eſt rem ita certo ſcire, vt ea ex animo noſtro extorqueri non poſſit. [Quid proxima nocte] In domo M. Porcij Leccæ. A quo conſilio, infra dicet. [Quid ſuperiore nocte]. i. proximam præcedente, Sua enim cōſilia nocte cum coniuratis Catilina capiebat

quo illa nocturnis tenebris forent occultiora.[Quid egeris]Illud ex arte eſt, vt cum aduerſariorũ nobis conſilium patefactum eſſe totum ſignificare volumus, ex eo pauca dicamus. Tum enim reliqua nobis ſuſpicabuntur. [Quid conſilij ceperis].i.deliberaueris. [O tpa, ò mores] In magna quam tractat indignatione, Cic.id ſolet. vt in actione in C.Verrem 6.& in oratione pro domo ſua ad Pont. Priſ.lib.6.ſcribit hoc loco O eſſe particulã indignandi. Quint.lib 9. ſcribit indignationis ſimulatione affectus auditorũ moueri, vt. O tpa, ò mores. Viuit, uiuit. Repetitio eſt, in qua prioris ſnĩæ verbum vltimum ac ſequentis primum eſt idẽ, quã figura vtuntur poetæ ſæpe: Pierides vos hæc facietis maxima Gallo, Gallo cuius amor tñ mihi creſcit in horas. Sed oratores quidem raro. Hic tñ viuit, uiuit, immo ẽt in ſenatum venit. [Publij conſilij]Quod ſenatus capit.[Nos aut viri fortes] Ignauiam ſuam aliorumq; ciuiũ accuſat, qui ſibi reip. ſatisfacere vĩr, ſi Catilinæ tela declinent, quẽ interficere debeant. Quamuis.n. viri fortis ſit, nunq̃ periculis ſe ſubtrahere, ſeq; reip. reſeruare, in hoc tñ Catilinæ furore non licebat.[Vir ampliſſimus]Argumentum à minore ad maius per cõparationem. Vbi, vt ait Quint.lib. 8.non ſolum totum toti, ſed etiam partes partibus comparãtur. Nam Catilina Graccho, ſtatus reip. orbis terrarum, mediocris labefactio cædi & incendijs & vaſtationi, & priuatus conſulib. cõparatur.[P. Scipio Naſica]De Tyberij Gracchi cęde cũ alij mul ti, tum Plutarchus in vita Gracchorũ ſcripſit. [Vir ampliſſimus] Hunc Scipionem T.Liu.lib. xlix. ait virum optimum à ſenatu iudicatum eſſe.[Priuatus].i.nullum gerens magiſtratum, auctore Cicerone lib.de Offic. primo, priuatum oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere, neque ſubmiſſum & abiectum, neque efferentem ſe nimis, tñ in rep. ea velle, quæ tranquilla & honeſta ſiut. Hic tñ attende, priuatũ dici eum qui ſit Pont. Max. vt T.Liuius lib.25. C.Flaminium conſulem deſignatũ appellat priuatũ.

IN INVECTIVAM PRIMAM M.T. CICERONIS, Iodoci Badij Aſcenſij Commentaria.

QVOVSQVE tandem]Vehemẽti utit̃ principio per interrogationem urgentem. [Nos eludet].i. decipiet & ludibrio habebit. Illudo aũt etiam datiuo iungitur, vt Æn.2. Certantq; illudere capto. Quandiu dr̃ & quàm pridem, & quam dudũ. Iſte per contemptũ dicit, nam addidit tuus. [Quẽ ad finẽ].i. ad quẽ exitum ſeu ad q̃ intentionem & moderationem. Nã ſicut modus pro fine ponit̃ Æn.2. Nam quis erit modus. Ita finis pro modo poni poteſt, vt j. Ser. Horatij. Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines &c.[Præſidium cuſtodia militum, hũdi ſenatus].i. ad hũdum ſenatum.i. multitudinem aut congregationẽ ſenatorum.[Mouent].i. afficiunt tę.[Patere].i. manifeſta eſſe [Conſtrictam].i. cõpreſſam, ita vt exire in opus non poſſit. [Arbitraris ignorare,]q.d. ſi rectè arbitratus fueris, arbitreris neminem.[O tpa, ò mores;]Tragica ferè exclamatio q̃ per apoſiopeſin temperat, nam plenum erat, ò tpa infœliciſſima, ò mores perditiſſimos.[Senatus intelligit].ſ. coniurationẽ tã deteſtandã. cõſul de ſe loquitur, ſed plus longe dicit dicendo conſul q̃ ſi dicat ego. Nam in cõſule erat talis ſceleris puniendi poteſtas. [Hic].i. talis coniuratus.[In ſenatũ] q.d. auctoritatem eius contemnens aut ſnĩam non timens.[Conſilij, quod de rep.]Fit & præcipue ſuper punitione coniuratorum.[Ad cędem].i. necem propediẽ perpetrãdam. Nos aũt, quaſi per ironiam reprobat lenitatem ſenatus, cui non ſatis eſt euitare violentiam malefactorum ſeu pernicioſorum hoĩum, ſed oẽm iniuriam ab alijs prohibere decet per eorũ necem. [In te cõferri].i. torqueri, peſtem.i. perniciẽ, quam .ſ. peſtem, machinatis.i. animo concipis.[Priuatus].i. dum nouerat conſul aut dictator nec in alio magiſtratu cui faſces erãt, aut animaduerſio in ciuem, & tñ cum Tyb. Gracchus legem agrariã promulgare vellet & ſeditionem cõcitaret, iuſſu eius occiſus eſt.

NAM illa nimis antiqua prætereo, q̃ Q. Seruilius *Hala, Sp. Melium nouis rebus ſtudẽtem manu
*Ahala ſua occidit. Fuit, fuit iſta quondã in hac rep. virtus, vt viri fortes acriorib. ſupplicijs ciuem pernicioſum, quã acerbiſſimum hoſtem coercerent. Habemus.n. S.C. in te Catilina vehemẽs & graue: non deeſt reip. conſiliũ, neq; auctoritas huius ordinis: nos, nos, dico aperte, cõſules deſumus. Decreuit quondam ſenatus, vt L. Opimius conſ. videret, ne quid reip. detrimẽti caperet: nox nulla interceſſit: *mox interfectus eſt, pp quaſdam ſeditionum ſuſpiciones C. Gracchus clariſſimo patre na- * Mox. nõ eſt in codice Aldino,
tus, auis, maioribus: occiſus eſt cum liberis M. Fuluius conſularis. Simili ſenatuſconſulto, C. Mario, & L. Valerio COSS. permiſſa eſt reſp. num vnum diem poſtea L. Saturnium tribunum pl. & C. Seruilium mors, *ac reip. pœna remorata eſt? At nos, vigeſimum iam * à reip.
diem patimur hebeſcere aciem horum auctoritatis: habemus enim hmõi ſenatuſconſultum, veruntamen incluſum in tabulis, tanquam in vagina recõditum: quo ex ſenatuſconſulto confeſtim interfectum te eſſe Catilina conuenit. Viuis: & uiuis non ad deponendam, ſed ad confirmandam audaciam. Cupio P.C. me eſſe clementem: cupio in tantis reip. periculis me non diſſolutum videri: ſed iam me ipſum inertiæ, nequitiæq; condemno. Caſtra ſunt in Italia contra remp. in Hetruriæ faucibus collocata: creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus: eorum autem imperatorem caſtrorum, ducemq; hoſtium, intra mœnia, atque adeo in ſenatu videmus, inteſtinam aliquã quotidie perniciem reip. molientem.

NAM illa nimis antiqua prætereo] Id ſolet facere Cicero, SYL.
cum multa exempla citat, vt ante externa, quam domeſtica, ante antiqua, quam recentia memoret. hæc.n. magis quam illa mouent. Halæ exemplum, quod antiquus eſt, præterite ſe dicit, alioqui ante Scipionem Hala citatus fuiſſet. Hæc Sp. Melij cædes facta eſt circa annum ab vrbe cõdita cccxvj. de qua T. Liu. multa in lib.4. [Q. Seruilius] Hunc C. Seruilium Liuius appellat.[Nouis rebus ſtudentem].i. regnum affectantem.[Fuit, fuit]Hęc geminatio amplificãdi gratia ſit, vt Occidi, occidi nõ Spurium Melium.[Iſta quondam] Quondam hic pręteriti tpis eſſe, Priſc.lib.xv.docet, & pro futuro Virg. dixit in Buc. Quondam tua dicere facta Tempus erit. & pro præſenti, idem in 2. Æn. Quõdam etiam victis redit in præcordia virtus.[Habemus enim ſic] Enim hic eſt particula continuatiua, non cauſalis. In qua ſignificatione nonnunq̃, ſed ſæpius nam à Cicerone dr̃.[Senatuſconſultum in te]In atroci negocio reip. Senatus decernere ſolebat, vt viderent conſules, ne quid reſp. detrimenti caperet. Tum licebat cõſulibus exercitum parare, bellum gerere, ſocios ac ciues ad bellum cogere, domi militiæq; imperium ſummum atque iudicium habebãt. Aliter iniuſſu P.R. harum rerum nulla cõſuli poteſtas erat. Auctor eſt Sal. in bello Catilinario.[Hoc ſenatuſconſultum] Quando S.C. datum ſit, non conuenit. Dicit.n. Sal. id datum poſtq̃ C. Corn. & L. Vargunteius Cic. Coſ. opprimere domi conati ſunt, Antea factum Plut. in vita Cicer. dicit. Quam ſententiam ſecutus mihi Cic. videtur, q̃ eo ipſo die quo coniuratorũ manus effugit Cic. habita ſi hæc oro. [Vehemẽs].i. vrgens.[Et graue].i. ſeuerum & triſte. [Non deeſt reip. conſiliũ] Quo conſilio hæc auctoritas S.C. faciendi ſenatui permiſſa eſt. [Nos, nos Coſſ. deſumus] Priſc.lib.17.ſcribit, pronomen aliqñ amplioris ſignificationis cauſa poni. vbi tantum ad alios oẽs uidetur fieri diſcretio, vt Cic. in 1.lib. Inuectiuarum, Nos, nos, dico aperte, conſules deſumus. Intelligimus.n. q̃ nemo alius niſi nos deſit. [Vt L. Opi. Coſ.]Id apud Plutarchum in Gracchorum vita amplius ſcriptum eſt, [Nox nulla interceſſit] .i. eo ipſo die, quo id S.C. mandatum eſt, C. Grac. interremptus fuit. [Propter quaſdã]Hoc dicit, vt C. Grac. facinus, pp quod occiſus eſt, oſtẽdat leuius eſſe Catilinæ facinore.[Clariſſimo patre]T. Sempronio Grac. qui duob. cõſularibus duobus triũphis & cẽſura ornatus fuit.[Auis]Quorum auus maternus fuit Scip. Afric. maior. [M. Fuluius Flac.]C. Gracchi inferendis legib. ſeditioſis ſocius, q̃a cũ Graccho contra ſalutem reip. fecerat, ſenatus ſnĩa interfectus eſt eodem die quo Grac. eius domus euerſa & publicata. In qua porticũ, poſt aliquãto Q. Cat. de manubiis Cimbricis fecit, vt ait Ci. in orõne ad pontifices de domo ſua.[Cũ lib.].i. cũ filio cui facta optio eſt, vt genus mortis eligeret, vt ait App. in lib. 1. Liberos aũt ẽt pro vnico filio dici, A. Gell ſcribit. [C. Mario & L. Valerio Fl. Coſſ.]De quo pluribus agit Ci. in orõne ꝓ C. Rabirio perduellionis reo. C. Seruiliũ Glauciã, & L. Saturninũ ſeditioſis legibus remp. lacerantes, & comitia cædibus diſcutientes, C. Marius ſextum Coſ. in curia hoſtilia morte mulctauit, vt Vel-

leius

lebus lib.2.auctor eſt. [Num vnum diem mors remorata eſt].i. Nũquid interẽpti ſunt eo ipſo die quo factum eſt S.C. [Reip.pœna] Quia.ſ.reſp.ſeditioſos ciues mutare ſolet. [Viceſimum iam diem] Negligentiam ſuam vel nimiam patientiam arguit. Quo inq̃t, die hęc S.C. data ſunt, pernicioſi ciues interfecti ſunt. Viceſimus iam dies eſt cum hęc S.C habemus, nec dũ eo in Catilina vſi ſumus. [Hebeſcere aciẽ] Vnde ſit metaphora, ſatis paret, q̃ hoc S.C. datũ ſit, tanq̃ gladius quo necet̃ Catilina. Quod aũt tã diu quieſcat, velut rubigine acies eius hebeſcit & obtundit̃. Ferrum enim, vt apud A.Gellium Cato ait, ſi nõ exerceas, rubigo inficit. [Horũ ſenatorum] Conuenit accentu acuto in media, alioqui interfici dicendũ eſſet. [Viuis & viuis] Hanc vocis geminationẽ vbi aliq̃d interponitur vehementiorem eſſe Quint.lib.9.pręcepit. vt Bona, miſerũ me conſumptis.n.lacrymis tñ infixus animo hęret dolor, bona inq̃ Cn.Pompeij acerbiſſime voci ſubiecta pręconis. Viuis & viuis non ad deponendã, ſed ad confirmandã audaciã. [Non diſſolutum].i.non inertem, non diffluentem, non negligentem, tanq̃ reip.cura ſolutus ſim. Cic.actione in Verrem vij. Intelligo maluiſſe. Domitiũ crudelem in aĩaduertendo, quã in pręrmittendo diſſolutũ videri. [Inertię].i.ſtultitiæ, q̃ ſolertia quæ inertiæ contraria eſt, prudentiã Cicero appellet. Inertię igitur.i.ſtultitię, q̃ clemẽs & humanus eſſe velim in cũ, q̃ parricidæ patriæ eſſe cogitet, quæ mea quoque nequitia eſt. [Caſtra ſunt] Cn.Mãlius, q̃ ſub L. Sylla ſtrenue militauerat, in Etruria Feſulis cũ alios multos tũ L. Syllæ veteranos milites imperio Catilinæ habebat, q̃ princeps fuit belli faciendi. [In Etruriæ faucibus].i. Feſulis, prope quas Florẽtia nõ multo poſt deducta colonia eſt. [In Etrurię fauc.] .i. in ingreſſu Etrurię. In dies ſingulos dicit, cum in dies obtineat dicendi conſuetudo. [Imperatorẽ eorum] .i.Catilina

ASCAN NIMIS antiqua, quæ contigerunt paulò poſt exactos reges, de hoc aũt prius vidimus. [Fuit, fuit repetitio vim habet affectionis] Nos nos deſumus. i.officio nño non fungimur, nos nos inq̃ qui iſta in te dicimus. Lucio Opimio conſule. Caius Gracchus frater Tyberij interfectus eſt ob ſuſpiciones [vt hic dicit] ſeditionum. id autem oratorie facit argumentans à minori, nã ſi ob ſuſpiciones ille talis interfectus eſt, ergo hũc manifeſte deprehenſum interfectum oportet. Clariſſimo patre, quia de Scipionum familia, immo Sempronis filio. [Conſularis].i.de ordine cõſulum, & qui aliquando conſul fuerat. [Nũ,] q.d. minime. L. Saturninum de quo prius remorata eſt, in mora tenuit. [Creſcit in dies ſingulos] Venuſte in dies notam incrementi vt creſco & cõparatiuum habet. [Intra Mœnia non infra, ſed bene infra tectum, quaſi inferius quam tectum. Inteſtinam.i.ciuilem, quia ciues ſunt in vna vrbe, vt inteſtina in vno ventre] Molientem cum mole, & difficultate parantem.

Si te iam Catilina comprehendi, ſi interfici iuſſero: credo erit verendum mihi, ne hoc potius oẽs boni ſerius à me, quã quiſquam crudelius factum eſſe dicant. Verum ego hoc qđ iampridẽ factum eſſe oportuit, certa de cauſa nondum adducor vt faciam. Tunc deniq; interficiam te, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui ſimilis inueniri poterit, qui id nõ iure factum eſſe fateat. Quandiu quiſquam erit, qui te defendere audeat: viues, & viues ita, vt nunc viuis, multis meis & firmis pſidijs * oppreſſus, ne cõmouere te contra rẽp. poſſis. Multorum te ẽt oculi, & aures, non ſentientem, ſicut adhuc fecerunt, ſpeculabunt, atq; cuſtodient. Etenim quid eſt Catilina, quod iam amplius expectes, ſi neq; nox tenebris obſcurare cętus nefarios, nec priuata domus parietib. continere vocẽ coniurationis tuæ põt? ſi illuſtrant, ſi erumpunt oĩa? muta iam iſtam mentem, mihi crede: obliuiſcere cædis, atq; incendiorum: teneris vndiq;: luce ſunt clariora nobis tua conſilia oĩa: quæ * ita mecum licet recognoſcas. Meminiſti ne me ante diẽ xii. Calend. Nouẽb. dicere in ſenatu certo die fore in armis, q dies futurus eſſet ante diem viii. Calend. Nouemb. C. Manlium audaciæ ſatellitẽ, atq; *miniſtrum tuæ? Num me fefellit Catilina, non modo res tanta, tam atrox, tam incredibilis, verum id, quod multo magis eſt admirandũ, dies? dixi ego idem in ſenatu cædem te optimatum contuliſſe in ante diem v. Cal. Nou. Tum cũ multi principes ciuitatis Rom. non tam ſui conſeruandi, q̃ tuorum conſiliorum reprimendorum cauſa profugerunt? Num inficiari potes te illo ipſo die meis præſidiis, mea diligentia circunclusum, commouere te contra remp. non potuiſſe, cum tu diſceſſu cæterorũ, noſtra tñ qui remãſiſſemus, cæde contentum eſſe dicebas? Quid, cum te Præneſte Cal. ipſis Nou. occupaturum nocturno impetu eſſe confideres? Senſiſti ne illam coloniam meo iuſſu, meis præſidiis, cuſtodiis, vigiliiſq; eſſe munitã? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, qđ ego non modo audiam, ſed ẽt videam, planeq; ſentiam. Recognoſcere tãdem mecum noctem illã ſuperiorem: iã intelliges multo me vigilare acrius ad ſalutem, quã te ad perniciem reip. Dico te priore nocte veniſſe inter Falcarios, (non agam obſcure) in M. Leccæ domũ, conueniſſe eodẽ complures eiuſdẽ amentię ſceleriſq; ſocios. Num negare audes? Quid taces? conuincam, ſi negas. Video. n. eſſe hic in Senatu quoſdam, qui tecum vna fuere. O dij immortales, vbi nam gentium ſumus? quam remp. habemus? in qua in vrbe uiuimus? Hic, hic ſunt, in noſtro numero P.C. in hoc orbis terræ ſanctiſſimo, grauiſſimoq; cõſilio, * qui de noſtro, oiumq; interitu, qui de huius vrbis, atque adeo orbis terrarum exitio cogitent. Hoſce ego video conſul, & de repub. ſententiam rogo, & quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero.

* obſeſſus.

* etiam.

* adminiſtrum

* qui de meo, noſtrumq; omnium interitu.

SYL. NE hoc potius] Apud Quint. nono lego, Ne non potius. Vtimur, inquit, vulgo comparatiuis pro abſolutis vt cum ſe quis infirmiorem eſſe dixerit, duo inter ſe comparatiua cõmiſimus. Si te Catilina comprehendi, ſi interfici iuſſero, credo erit verendum mihi, ne non potius oẽs boni ſerius à me quam quiſq̃ crudelius factum eſſe dicant? Hoc enim verbũ credo à Cicerone ſæpe di in oratione interrogatiua, cum ironia, tanq̃ per parenthefin, vt in oratione, contra Rullum in ſenatu, Vos hæc niſi euertere remp. cuperetis, ac vobis nouam dñationem cõparare, credo quam pernicioſa eſſent, nõ videritis? Idẽ: Hoc motu atq; hac perturbatione animorũ atque rerum, cũ P. R. vox, & auctoritas conſulis oſtẽderit, ſummam tranquillitatẽ pacis & ocij, verendum, credo, nobis erit, ne veſtra iſta præclara lex agraria magis popularis eſſe videatur? Cum vero ſcelera cõſiliorum veſtrorum, fraudemque legis inſidias, quæ ipſi P. R. à popularibus tribunis plebis fiant oſtendendo, pertimeſcam, credo, ne mihi non liceat contra vos in concione conſiſtere. [Oẽs boni] Ciues boni dñr, qui reip ſtudioſi ſunt, etiã ſi improbi ſint homines. Nam bonus ciuis & bonus homo, eodem modo non dñt. Ariſtoteles lib. Pollit. iij. vbi docet boni ciuis & boni hominis eandem virtutem non eſſe, boni ciuis virtutem eſſe dicit cõſeruationem communis ſocietatis, ſocietatem vero eſſe remp. quocirca ciuis boni virtutem ad remplubicam ſpectare. Sententia igitur eſt. Si te interfici iuſſero, nemo ex bonis ciuibus id à me factum crudelius dicet, ſed oẽs potius dicẽt prius factum oportuiſſe. [Iampridem factum eſſe oportuit].i. te Catilinã interfectum. [Firmis præſidijs] Quæ.ſ.in vrbe collocaui, vt nocturnũ præſidium palatij & vigilias. [Oppreſſus].i.circũdatus & circũuallatus, & circunclusus. [Cõmouere].i.mouere, vt paulò infra. Num inficiari potes, te illo ipſo die meis præſidijs, mea diligentia circunclusum, cõmouere te contra remp. non potuiſſe? [Non ſentiẽtem].i.cum non animaduerterẽ. [Adhuc].i.huculque, quæ eius propria ſignificatio eſt, in qua Cicero vſurpare ſolet. [Speculabuntur atque cuſtodient,] Id eſt obſeruabunt.i attente videbunt, & audient, quæ facies aut conſultabis. [Illuſtrantur].i.declarantur & patefiunt. [Teneris vndique].i.arcana tua conſilia, quæ noctem in priuatis parietibus cepiſti, tenemus & ſcimus, id eſt vt uulgo dicunt, tu decclaris. [Mecum licet recognoſcas].i.ſi oblitus es, ea tibi in mentem reuocabo. Quo verbo Cicero tum vtitur, cũ aduerſarij vitia ſibi cognita dicit. [Ante diem V. Calend. Nouem.] Hoc die Cicerone Coſ. futura erant comitia conſularia. Sed pridie Cicero ad ſenatum retulit, quoniam multa narrabantur, quæ Catilina facturus erat, vt per vim

fieret

ſieret Coſ.factum eſt S.C.referente Cicerone,ne eo die comitia hſerentur.Quo die frequenti Senatu Catilinam Cicero excitauit, eumq; de his rebus iuſſit,ſi q̃d vellet,quę ad ſe allatę eſſent,dicere. Tũ hæc Cicero Catilinæ prædixit.[Ante diẽ xij. Calend.] Auctore Priſ.lib.18. dicimus tertiũ & tertio Cal.vel Non.vel Idus, vel Calendarũ, Non.Iduũ,pro in tertio die ante Calen.vel Non. vel Idus. Cicero in prima Inuectiuarum, Meminiſti ne me ante diẽ duodecim Calend.Nouembrium, dicere in ſenatu fore in armis certo die,q dies futurus eſſet ante diem vj. Calend. Nouẽb. Ante diem vj.Calẽd.pro ante Calend.dictũ eſſe,idẽ Priſ.eodem lib.ſcribit.[Adminiſtrum].i.magnum & pręcipuum miniſtrum, qua voce vſus ſæpe Cicero eſt.Ad enim habet vim intẽdendi,vt adamare,admirare,aduigilare.[Cõtuliſſe].i.propoſuiſſe & deſtinaſſe.[In ante diem].i.in die qui eſſet ante diem. [Tuorum conſiliorum reprimendorum cauſa].i. ne optimates, vt cõſulueras, occideres.[Illo ipſo die].i ante diem v.Calend. Nouemb.[Cum te Præneſte]Hoc Pręneſte,& hoc Præneſtis,auct. Seru.lib.Cõm. 7.æ̃.[Superiorẽ noctẽ]Qua cõueniſti in domũ M.Porcij Leccę Senatoris cũ coniuratis, quæ nox oĩum tpum coniurationis acerrima fuit atq; acerbiſſima vt ait Cic.pro P.Sylla.[Priori nocte].i.ſuperiore.[Inter falcarios]Falcarij à falce dicti ſunt,q falce metunt. Hos aũt coniuratos appellat falcarios,ppẽa ꝙ ciuitatem oẽm,adeoq; ipſa vrbis ædificia tanquã falce mettere.i.ferro ignisq; omnia vaſtare,vt fœnuſeca demetit oĩa,ita hi nihil erant relicturi.[Inter falca].i.cũ falcarijs, vel vt exponit hunc locum Priſc.lib.18.in eum locum vbi erãt falcarij.Hoc dicendi gñe Cicero vtitur etiam in oratione pro P.Sylla: Quid tandem, inquit, de illa nocte dicit, cum inter falcarios ad M. Leccam nocte ea quæ conſecuta eſt poſterum diem Non.Nouemb.me Coſ.Catilinæ denunciatione conuenit. [Conſilio].i. ſenatu. [Video eſſe hic] Saluſtius nominat XI. Senatores, qui fuerunt ex cõiuratione, Lentulum, Antronium, Longinum, Cethegum, P.& Seruium Syllas, Vargunteium, Annium, Leccam, Beſtiam, & Curium.

ASCAN SERIVS].i.tardius quã facere debuerã,quam crudelius.i.nimis crudeliter.Quã,itaque tribus gradibus iungitur poſitiuo vt tã doctus quam magnus cõparatiuo, vt tam doctior,quã maior te ſum. Superlatiuo,tã doctiſſimus nĩum q̃ maximus erat Cęſar,ſicq; cõparatiue ponitur. Verũ ego. Ordo eſt, verũ.i.ſed,ego nondum adducor.i.perſuadeor certa de cauſa.i.pp cauſam quæ me mouet vt faciã id quod oportuit, iampridem.i. iã à pluſculo tpe,factum eſſe. Cauſa aũt mouens erat ne inuidiæ alicuius ſubiaceret,at q̃a homo nouus erat,ne ab inuidis in ius poſtmodum vocetur ſi ciuem priusq̃ eius peccatum omnibus innotuiſſet vltimo ſupplicio affeciſſet. Vnde addit.[Tũ denique].i.tunc tandem interficiam te &c.[Similis tui de moribus,ſimilis tibi de colore, & ſpecie exteriori.[Quiſpiam,] q.d.etiam tecum iuratus in perniciem vrbis [Commouere].i. excitare. [Illuſtrantur].ſ. nobilitantur & pateſiunt ac in lucem veniunt. Ante diem xij. Calend Nouemb.quod nunc dicimus xij. Calend. Sanè memini, vt Agretius adnotauit apud Cic.pręſentis tpis verbũ habet, vt meminiſti dicere nõ dixiſſe. Maro tñ ſemel dixit memini vidiſſe, & Perſius ſomniaſſe. Ordo eſt. Meminiſti ne me dicere in ſenatu ante diem xij. Calend. Nouemb. Manlium ſatellitem audaciæ atque miniſtrum tuũ fore.i.futurũ in armis,qui dies eſſet futurus ante diem octauum Calend. Non.[Non fefellit me dies].i.bene ſciui etiam diem. [Contuliſſe].i.peragendam diſpoſuiſſe, aut propoſuiſſe noſtrã cæde,qui dicere potuiſſet noſtri.[Præneſte,oppidũ in Areſino monte] Non modo audiã;legendum non modo non audiã aliter ſenſus non ſtaret. Nã nihil non modo audio,eſt non audio.[Dico te priori nocte] Cõiurationem ſibi manifeſtiſſimã ſignificat,cõſul, vt Catilina perterritus in voluntarium exilium proficiſceretur. Nouit autem omnia per Fuluiam,quæ cum Curius vnus ex coniuratis cõſuetudinem habebat, vt in Catilinario viſum eſt.[Inter fal.].i.inſtructos falcibus. Sũnt aũt falces & harpazæ armorũ gña murorum oppugnationibus apta, vt docet Nonius Marcellus, vnde Siſenna lib.hiſt.4.Falces iniectas comminuũt.Sunt & gladij incurui quibus hic potius inſtructos dixero,ſunt ad hoc Inſtrumenta,ſecãdorũ frugum quarũ ſecũdum Varronẽ aliæ ſunt ſęnariæ,aliæ adoriæ,aliæ dumarię quę & ſirpiculæ dñr. vt quibus ſecant dumẽta.[Quoſdam vi] forte Vargũteiũ dicit. Nam is ſenator erat. In hoc conſilio orbis terræ,quia præſidio erat ſenatus toti mundo. Noſtrum oĩum,bene noſtrum non noſtrorũ,verũ tñ dicere potuiſſet noſtri, q̃a paſſiue acciperet ſed q̃a nũm adcere maluit noſtrum dicere. Eſt aũt genitiuus pluralis pronominis primitiui. [Conſul] i. cum ſim conſul, &.i. & tñ rogo ſolam, quaſi non hñs auctoritatem animaduertẽdi ſine cõſenſu patrum, Voce,q̃a nõdũ ſupplicio dignos pronũciaueras.

FVisti igitur apud Leccam illa nocte Catilina: diſtribuiſti partes Italiæ,ſtatuiſti quo quenque proficiſci placeret,delegiſti, quos Romæ relinqueres,quos tecum educeres, deſcripſiſti vrbis partes ad incendia: confirmaſti te ipſum iam eſſe exiturum,dixiſti,paululum tibi eſſe etiam * nunc moræ,ꝙ ego viuerem. Reperti ſunt duo equites Rom. qui te iſta cura liberarẽt, & ſeſe, illa ipſa nocte paulò ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. Hæc ego omnia vix dum iam cœtu veſtro dimiſſo, comperi, domum meam maioribus præſidijs muniui, atque firmaui; excluſi eos, quos tu mane ad me ſalutatum miſeras, cum illi ipſi veniſſent, quos ego iam multis, ac ſummis viris ad me venturos id temporis eſſe prædixerã. Quæ cum ita ſint Catilina,perge, quo cœpiſti,egredere aliquando ex vrbe; patent portæ,proficiſcere. Nimiũ diu te imperatorem illa tua Mãliana caſtra deſiderãt. Educ tecum etiam omnes tuos, ſi minus,quam plurimos,purga vrbem. Magno me metu liberabis, dummodo inter me,atq; te murus interſit. Nobiſcum verſari iam diutius non potes,non feram,non patiar,non ſinam Magna Dijs immortalibus habenda eſt gratia, atq; huic ipſi Ioui Statori,antiquiſſimo cuſtodi huius vrbis,ꝙ hanc tam tetram,tam horribilem, tamq; infeſtam reip.peſtem toties iam effugimus.Non eſt ſępius in vno homine ſalus ſumma periclitanda reip. quãdiu mihi conſuli deſignato Catilina inſidiatus es, non publico me præſidio,ſed priuata diligentia defendi,cum proximus comitijs conſularibus me conſulem in campo, & cõpetitores tuos interficere voluiſti, compreſſi tuos nefarios conatus amicorum præſidio, & copijs, nullo tumultu publicè concitato. Denique quotieſcunque me petiſti, per me tibi obſtiti. quanquam videbã perniciem meam cum magna calamitate reip.eſſe coniunctam. Nunc iam aperte remp. vniuerſam petis,tẽpla Deorum immortalium, tecta vrbis, vitam omniũ ciuium, Italiam denique totam ad exitium,& vaſtitatem vocas. Quare,qm id,quod primum,atque huius imperij, diſciplinæq; maiorum proprium eſt, facere non audeo, faciam id quod eſt ad ſeueritatem lenius, ad cõem ſalutem vtilius. Nam ſi te interfici iuſſero, reſidebit in rep. reliqua coniuratorum manus, ſin tu (quod te iandudum hortor) exieris, exhaurietur ex vrbe tuorum comitũ magna & pernicioſa ſentina reip.

* tum.

SYL. DIſtribuiſti partes Italiæ] Nam Cn. Manlium Feſulas, Septimium in agrum Picenum,C.Iulium in Apuliam dimiſit, auctore Sal. qui tamen ſcribit, has Italiæ partes ante diſtributas,quam in domum Leccæ conuenerint. Cicerò tñ pro P.Sylla,dicit ea nocte Catilinæ exeundi, cæteris manendi conditionem, per vrbem totam cædis atque incendiorum deſcriptionem conſtitutam eſſe.[Quos Romæ relinqueres] Hac nocte cõſtituit Catilina, vt cùm egrederetur ad exercitum, Lentulus in vrbe relinqueretur, Caſſius incendiis, Cethegus cædi præponeretur, vt ait Cicero pro P. Sylla. [Deſcripſit vrbis partes ad incendia] Duodecim opportuna vrbis loca ad incendia deſcripta eſſe, quibus Statilius & Gabinius præfecti eſſent, Sal.ſcribit.[Confirmaſti] .i. affirmaſti. [Paulũlum tibi moræ].i.nihil te remorari, niſi quòd viuerem. [Reperti ſunt duo equites R.] Hos Sal. C. Cornelium & L. Vargunteium, Plutarchus, & Appianus cum Cornelio M Cethegum nominant.[Dimiſſo].i. diſſoluto, vt dimitti ſenatum, dimitti exercitum, dimitti diſcipulos dicimus. [Comperi per Fuluiã] Quæ omnia Ciceroni patefaciebat. [Excluſi].i aditu prohibui.i.in domum meam non recipi. [Quos tu mane ad me] Hi.n.duo equites Rom.cęperant conſilium, ut prima luce Ciceronem Coſ tanq̃ ſalutatum uenirent, ut intromiſſi Cic.more & iure amicitiæ, cum in lecto ſuo trucidarent, ut ait Cic.pro P.Sylla.Hi ianua prohiberi ſe indigne ferentes, in ipſis

foribus

foribus ita ſeclamauerunt, vt in apertam ſuſpicionem venerint. [Id temporis] Id tpis, & id ætatis, pro eo tpe & ea ætate ſæpe, dicit Cic. lib. epiſt. ad Atticum. xiiij. Venit ad me & quidē id tpis, vt retinendus eſſet. Idē de Fin. v. Is locus ab oī turba id tpis vacuus eſſet. Idē lib. Epiſt. Fam. vj. Ita viximus, & id ætatis iam ſumus, vt oīa q̄ nō noſtra culpa nobis accidetint, fortiter ferre debeamus. [Perge quo cœpiſti] Quint. lib. 9. vbi de dictionum repetitione ſcripſit; Congregantur, inquit, verba idem ſignificantia. Quæ cū ita ſint Catil. perge quo cœpiſti, egredere aliqñ ex vrbe, patent portæ, proficiſcere. Et in eodē, alio libro? Abijt, exceſſit, erupit, euaſit, animum iandiu. Iulius Rufinianus Epitropem eſſe dicit, cū figurate concedimus, vt qd. velit quis faciat. Virg. x. ſequere Italiā ventis, pete regna per vndas. Et Cic. Proficiſcere, nimium iandiu te imperatorē illa tua Manliana caſtra deſiderāt. [Muros intereſſit] Parietes priuati ſunt, muri vero & mœnia publica ſunt, vt ianua priuatorū ædificiorū eſt, porta publicorū, mutus verbis [Huia ipſi Ioui Statori] Cuius in tēplo ſenatus hic habebatur. [Antiquiſſimo cuſtodi huius vrbis] Cum Sabini cum Romulo bellum gererent, Capitoliū Tarpeiæ proditione occupaſſent, Romulus inclinata ſua acie, fuſaq; ad veterem portā Palatij, ab Ioue precatus eſt, vt fœdā ſuorum fugā ſiſteret, ibiq; Ioui Statori templum vouit, quod monumentū eſſet poſteris, Iouis præſentis ope vrbē ſeruatam eſſe, vt ait T. Liuius lib. 1. Nec ob id credas primum Romæ hoc templum fuiſſe, Iouis. n. Feretrii antea hoc primum Romæ templum ſacratum fuiſſe, idē ſcribit. Stator Iupiter à ſiſtendo dī, quod auctore Gellio habet præteritum ſtiti, & habet ſupinum ſtatū. Inde ſtatus condictusq; cum hoſte dies in lege tab. x11. & in primo de Offic. dī. [Tāquam infeſtam reip. peſtem] Infeſtum, vt ait A. Gellius lib. 9. id dī quod malum inferre cupiam. Cicero peſtē & perniciem appellare ſolet, id qđ damnum afferat maximū [Periclitanda] i. in periculis verſanda, & ad exitum petenda. [In vno homine] i. in me Cicerone, cuius ſalus cum reip. ſalute coniuncta eſt. [Proximis comitiis] Quibus Cicerone conſule D. Syllanus & L. Muræna coſ. deſignati ſunt. Anno. n. ſuperiore Catilina conſulatus repulſam paſſus, in hunc annum petiuit conſulatū. Quo die hīentur comitia, Cic. q homines iam tum cōiuratos cum gladiis in cāpum deduci à Catilina ſciret, deſcendit in cāpum cum firmiſſimo præſidio fortiſſimorū virorum, & cum illa lata & inſigni lorica, vt idē ait in orōne pro L. Muræna. [In campo] Martio. [Nullo tumultu] i. nullo bello, aut belli apparatu, aut nulla publica ciuiū perturbatione concitata. [Me petiſti] Petere honorē, famam, fortunas alicuius, iugulum, caput, hominem, remp. ferè in re mala dicimus. [Perniciem meam] i. meam perniciem redundaturam in reip. calamitatem. [Id quod primum], i. præcipuum, vt vocem populum Rom. ad arma ex S. C. reá; interficiam. [Diſciplineq; maiorum] Hæc. n. auctoritas S. C. in atrociore periculo reip. à maioribus inſtituta eſt. [Ad ſeueritatē leuius] i. minus ſeuerū. [Sentina reip.] Quemadmodum vſu venire ſolet, vt quidquid humoris corrupti in corpore ſit, id totum vlcus ad ſe contrahat, quidquid aquæ in naui eſt, id ad ſentinam confluat, ita in ciuitate quotquot improbi ſunt, ad aliquem vnum improbitate inſignem concurrunt. Id in hac Catilinæ coniuratione factum eſt. Nam vt ait Saluſtius, qui vbique probro atque petulantia maxime præſtabant, qui per dedecora patrimonium amiſerant, omnes denique quos flagitium aut facinus domo expulerant, ii Romam ſicuti in ſentinam confluxerunt. Quint. lib. 8. de Metaphora ſcribens, dicit Ciceronem rectè ſentinam reip. dixiſſe, cum fœditatem hominum ſignificaret.

SECVN [PARTES], i. per Italiam Prouincias à coniuratis obeūdas. [Etiam nūc] i. adhuc, dicebat. n. ſe ad exercitū proficiſci cupere, ſi prius Ciceronē oppreſſiſſet. [Reperti ſunt duo] ſ. Caius Cor. eques Romanus, & L. Vargūteius Senator quē hic equitē dicit, vel q oīs Senator eques, ſicut oīs Eps ſacerdos eſt, licet non contra, vel quia ne noceret diſcrimen ponere noluit. [Comperit, quis Curius propere per Fuluiam enunciauerit] Excludi eos. vnde Sal. Illi ianua prohibiti, tm̄ facinus, fruſtra ſuſceperant. [Id temporis, per id tempus] Manliana, quæ Caius Manlius Feſulis habebat. [Non feram &c.] Auxeſis eſt, quia ferimus quæcunque patimur moleſta, ſinimus quæ delere nequimus, confundimur tamen. Ioui Statori dicto q ſiſteret. i. ſtare faceret Romanos; cum ſub Romulo in fuga eſſent, vnde precatur Romulus apud Liuium lib. 1. at tu pater deum hominumq; fugam fœdam ſiſte &c. [Per me] i. priuata poteſtate non conſulari. [Nunc iam aperte] Et ita diſſimulandum aut differendum præſertim conſul: amplius non eſt. [Petis] ſ. per inſidias & vim, nam peto ferè in malam partem accipitur. Vocas ad exitium, id eſt quantum in te eſt vocibus. [. inſtigationibus tuis ad exitium ire cōpellis, aut prouocas exitium oium ciuiū. [Quod eſt pri.] ſ. de te vltimum ſupplicium ſumere. [Faciam id qđ eſt leuius] i. te ad exiliū cohortabor. [Exhaurietur] i. euacuabit ex vrbe, more ſuo ppoſitionē repetit.

QVID eſt Catilina? nū dubitas id me imperāte facere, quod iam tua ſpōte faciebas? Exire ex vrbe conſul hoſtē iubet. Interrogas me, nū in exilium? Non iubeo: ſed ſi me conſulis, ſuadeo. Quid. n. Catilina eſt quod te iā in hac vrbe delectare poſſit? in qua nemo eſt extra iſtam coniurationem perditorum hoīum qui te non metuat; nemo, qui te non oderit. Quę nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitę tuę eſt? quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? Quæ libido ab oculis, qđ facinus à manibus vnquam tuis, qđ flagitium à toto corpore abfuit? cui tu adoleſcētulo, quem corruptelarum illecebris irretiſſes, non aut ad audaciā ferrum, aut ad libidinem facem prætuliſti? Quid vero nuper? cum morte ſuperioris vxoris nouis nuptijs domum vacuam feciſſes nonne ēt alio incredibili ſcelere hoc ſcelus cumulaſti? qđ ego prætermitto, & facile patior ſileri, ne in hac ciuitate tāti facinoris immanitas aut extitiſſe, aut non vindicatā eſſe videat̃. prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas oēs impendere tibi proximis Idibus ſenties. Ad illa venio, quæ non ad priuatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domeſticam tuam facultatem, ac turpitudinem, ſed ad ſummam reip. atq; ad omnium noſtrum vitam, ſalutemq; pertinent. Poteſt ne tibi huius vitæ hæc lux Catilina, aut huius ſpiritus cęli eſſe iucūndus? cum ſcias eſſe horum neminem, qui neſcias te pridie Calend. Ianua. Lepido & * Tullio COSS. ſtetiſſe in comitio cum telo? manum, conſulum, & principum ciuitatis interficiendorum cauſa parauiſſe? ſceleri ac furori tuo non aliquam mentem, aut timorem tuum, ſed fortunam Populi Romani abſtitiſſe?

NON iubeo] Nam id inuidioſum eſſet Romæ, & pene regiū, ſi Cos. iubere ciuē in exiliū ire. [Extra iſtā cōiurationē] i. exceptis tuis cōiuratis. Extra. n. pro præterea dī. Cic. lib. Epiſt. Fam. 8. ad Curionē, Derideri te putas nūc demū intelligo te ſapere. Sed, mehercule, extra locū, valde mihi tuæ literæ facetæ elegātesq; viſę ſunt. Idē in oratione pro domo ſua, Cuius eſt nemo in tāto populo extra cōtaminatā illā & cruentā P. Clodij manū, qui rē vllam de bonis meis attigerit, q̄ te nō metuat, vt parricidā patrię, qui te non oderit vt improbū hominem & flagitioſum. Vel quia quē metuunt oderunt, quē quiſq; odit periſſe expetit, vt ex aliquo poeta Cic. ait de offi. lib. 2. [Domeſticæ turpitudinis] Nā tu fratrem occidiſti, quē mortuū, vt viuū à Sylla proſcribi impetraſti, vt legū pœnas euitares. Tu filium necaſti, vt Aureliā Oreſtillam vxorem hēes. Tu cum filia concubuiſti. Hæc ſunt partim apud Saluſtiū partim apud Plutarchum in vita Cic. [Nota nō inuſta] Inurere notā, pro eo qđ eſt ignominiā & dedecus afferre, ſæpe Latini ſcriptores dūt. Cicero p A. Cluētio. Qui precio adductus eripuit patriā, fortunas, liberos ciui innocēti, is cēſoriæ ſeueritas nota nō inureretur? Idem pro P. Sylla. Neque enim nunc propulſandæ calamitatis ſuæ cauſæ ſupplex ad vos iudices cōfugit, ſed ne qua gēti ac nomini ſuo nota nefariæ turpitudinis inuratur. Inurere maculā, odiū, dolorē, vulnus, aliaq; eiuſdē gn̄is multa dicimus. [Non hęret] i. inſidet & infixū eſt, & manet. Cicero pro P. Sextio. Si iſti Cypriæ rogationi ſceleratiſſimę nō paruiſſet, hęreret illa nihilominus in rep. turpitudo. Idē p M. Cęlio: Quare iſta cōditio iudices reſpuat̃ nec Catilinę familiaritatis crimē hæreat. i. Cęlio infixū ſit & noceat. Terē. in Hecyra, Sola hic fuiſti, In te oīs hęret culpa Soſtrata. [Nō audaciā ferrū] Catilina auctore Saluſtio, maxime iuuenū vel adoleſcētiū familiaritates appetebat, eorū aī molles & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebant̃. nā vt cuiuſq; ſtudiū ex ętate flagrabat, alijs ſcorta pbere, alij canes atq; equos mercari, poſtremo neq; modeſtiæ ſuæ parcere, dū illos obnoxios fidosq; ſibi faceret. [Ad audaciam ferrum] i. arma, tela, ſicas. [Ad libidinē facem] i. ſcorta. [Superioris vxoris] i. prioris. [Domū vacuam feciſſes] i. filiū ex

SYL.

æ a ſuperiore uxore necaſſe. Catilina captus, amore Aureliæ Oreſtillæ, cuius præter formam nihil unq̃ bonus laudauit, q̃ ea nubere illi dubitabat, timens priuignum adultum ætate, pro certo creditur, necato filio uacuá domum ſcelestis nuptiis feciſſe auctor Sal [Alio incredibili ſcelere] .i. coitu cũ filia. Quã ex ſtupro filiã Catilina ſuſtulit, eã poſtea habuit vxorem, vt ait Aſconius Pedianus in cõment. in orat. Cic in Catilinam & Antonium [Cumulaſti] .i. præter hoc ſcelus grauius aliud commiſiſti. [Sileri] .i. à me non dici. [Proximis Idibus] .i. Idibus Nouemb. ſenatus enim legitimus ſingulorum menſium calend. & Idibus habebatur, ut iam diximus. [Spiritus cœli] .i. ſpiratio aeris .i. hæc uita, quę ſine ſpiritu eſſe non poteſt. [Pridie calend. Ianuarii] Mox fuit Romanorum, ut noui conſules in conciones, quam primum haberent P.R. gratias agerent, q̃ ſuffragio ipſius facti eſſent conſules, maiorumq; laudes exponerent, ut ait Cic. in Oratione contra legẽ Agrariam Rulli, quam Calend. Ianua. habuiſſe ſe dicit in orõne in L. Piſonem. [Pridie Calend. Ianua.] L. Torquatus & L. Cotta deſignati Coſſ. actionem primam habituri erant L. Catilina, P. Antronius & Cn. Piſo circa nonas Decemb. communicauerunt conſilium, ut eos conſules interficerent. Ea re cognita, rurſus in Nonas Februa. conſilium cædis transtulerunt. Iam tum non conſulibus modo ſed pleriſque Senatoribus perniciem machinabantur. Quod in Catilina maturaſſet pro curia ſignum ſocijs dare, ex eo die poſt conditam urbem Romã peſſimum facinus patratum foret, quia nondum frequentes armati conuenerant ea res cõſilium diremit auctor eſt Saluſt. [Pridie cal.] Priſc. lib. xiiij. Pridie inquit, more præpoſitionis accuſatiuo adiungitur. Cic. in j. Inuect. Pridie calen. Ian. Calendas tñ Ianuarias cædi conſulum deſtinatas fuiſſe Saluſt. ſcribit. [Lepido & Tullo coſſ.] De horũ conſulum nomine inter ſcriptores non conuenit. Aſcon. Pedianus L. Volcatium & Tullium, Saluſtius L. Tul. & M. Lepidũ, Cicero pro Sylla Lepidum & Volcatium. Idem hic Lepidũ & Tullũ appellat. [In comitio] Vbi fida concio erat. [Cum telo] Qđ neq; in comitium, neque in forũ neque in curiam ferre licebat. [Principum] .i. ſenatorum & ciuium primariorum. Vt enim dux belli eſt, ita princeps eſt ciuitatis. [Aliquam mecorem] Alij legũt, metum aliquem. [Fortunam reip. obſtitiſſe?] Reip. fortunæ id tribuit, quòd Catilina ſignum dare maturauerit.

ASCEN NVM] .i. nunquid dubitas, q. d. quia in exilium te ire ſimulabas, conſulam ut uere eas, non tñ iubeo, quia cum eſſet conſul ſi iuſſerit deberet ſententia executioni mandari. Quid eſt enim. affert rationes cur ſuadeat exitium volũtarium cum in vrbe honeſte uiuere non poſſit tanta coniuratione patefacta. Nemo extra coniurationem .i. exceptis illis qui in coniuratione ſunt. [Quæ nota] .ſ. infamiæ. Eſt. n. nota notamentum infamiæ & in malam partem accipitur ſicut notatus, & notandus. Imperitiores tamen viros claros, notabiles dicunt. Quæ nota non eſt, q. d. nulla non eſt, & ita oĩs eſt. [Libido] .i. concupiſcentia mala facinus. ſ. malum. Nam & bonum eſt facinus. [Flagitium] .ſ. ſcelus increpatione dignum. [Cui non præt.] .i. priuſquam peteret admiſiſti & ſubmiſiſti cum interrogatione figurata, quæ negatiuã petit eñſionem legendum eſt, q. d. nulli nõ prætuliſti, hoc eſt omnibus tuliſti. [Facem] .ſ. incendium aut incentiuum. [Vacuam feciſ.] .i. vt vacuam aptaſſes nouis nuptijs .i. ad nouas nuptias Oriſtillæ, cum morte .i. necando priorem coniugem tuam. [Quod ego prætermitto] .i. quod dicere nolo, ne potius in dedecus ciuitatis quæ impune dereliquit, quam eorũ qui cõmiſerunt cedat. Et eſt artificioſa occupatio. [Ruinas fortunarũ] .i. iacturas rerũ & paupertãte impendere. ſ. in caput tuũ. hoc eſt in periculum tuũ. cum ob æs alienum in vincula traheris. [Huius cœli] Huius aeris, cum telo i. mucrone, manum ſ. tuam, aut manum .i. collectionem coniuratorum. Fortunam quia caſu euaſerunt, aut nõ multa, repete neque, vt ſit neque non multa, hoc eſt & frequentia.

Ac iam illa omitto: neq; enim ſunt aut obſcura, aut
a non multo poſt cõmiſſa. Quoties tu me deſignatum, quoties me conſulẽ interficere voluiſti? Quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari poſſe non viderent, parua quadam declinatione, &, vt aiunt, corpore effugi? Nihil agis, nihil aſſequeris, nihil moliris, qđ mihi latere ualeat in tpe: neq; tñ conari, ac uelle, deſiſtis. Quoties iã, quoties iã tibi extorta eſt ſica iſta de manibus? quoties uero excidit caſu aliquo & elapſa eſt? tñ ea carere diutius non potes. quæ quidẽ, quib. abs te initiata ſacris, ac deuota ſit, neſcio: q̃ eam neceſſe putas conſulis in corpora defigere. Nunc vero quæ tua eſt iſta vita? Sic. n. iam tecum loquar, nõ vt odio permotus eſſe videar, quo debeo, ſed vt miſericordia, quæ tibi nulla debet. Veniſti paulò ante in ſenatũ: quis te ex hac tanta frequentia, ex tot tuis amicis, ac neceſſarijs ſalutauit? Si hoc poſt * omnium hominum memoriã contigit nemini, vocis expectas contumeliã, cum ſis grauiſſimo iudicio taciturnitatis oppreſſus? Quid, q̃ ab aduentu tuo iſta ſubſellia vacua facta ſunt? quid, q̃ omnes conſulares, qui tibi perſępe ad cædẽ conſtituti fuerunt, ſimul atq; aſſediſti, partẽ iſtam ſubſelliorum nudam, atq; inanem reliquerunt? Quo tandem aĩo hoc tibi ferendum putat? Serui mehercle mei, ſi me iſto pacto metuerent, vt te metuunt oẽs ciues tui, domum meam relinquendam putarẽ: tu tibi vrbem nõ arbitraris? Et ſi me meis ciuibus iniuria ſuſpectũ tam grauiter, atq; * infenſum viderẽ, carere me aſpectu ciuium, quàm infeſtis oculis oĩum conſpici mallem, tu cũ conſcientia ſcelerum tuorum agnoſcas odium omnium iuſtũ, & iam tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes, ſenſusq; vulneras, eorum aſpectũ præſentiamq; vitare? Si te parentes timerent, atq; odiſſent tui, neq; eos vlla ratione placare poſſes: vt opinor, ab eorum oculis aliquo concederes. Nunc te patria, quæ cõis eſt oĩum noſtrum parens, odit, ac metuit, & iandiu de te nihil iudicat, niſi de parricidio ſuo cogitare. huius tu neq; auctoritatẽ uerebere, neq; iudicium ſequere, neque uim pertimeſces? Quę te cum Catilina ſic agit, & quodammodo tacita loquit̃. Nullum iam tot * annis facinus extitit, niſi per te, nullũ flagitium ſine te, tibi vni multorum ciuium neces, tibi vexatio, direptioq; ſociorum impunita fuit, ac libera, tu nõ ſolum ad negligendas leges & quæſtiones, uerumẽt ad * deuincendas, perfringendasq; ualuiſti. ſuperiora illa, quanquã ferenda nõ fuerunt, tñ, ut potui, tuli: nunc uero me totum eſſe in metu pp te unum; quidquid increpuerit, Catilinam timeri. nullum uideri contra me conſilium iniri poſſe, quod à tuo ſcelere abhorreat, non eſt ferẽdum. Quamobrem diſcede, atq; hunc mihi timorem eripe, ſi uerus, ne opprimar, ſin falſus, vt tandem aliquando timere deſinam.

* Oĩum, non eſt in alijs.

* offenſum.

* annos

* euertendas.

AYL. AC iam illa] .ſ. quæ ſequuntur [Non multo poſt commiſſa] .i. anno ſecundo. Nam conſules Torquatum & Cottam Catilina necare conatus eſt. Poſt hos conſules facti ſunt L. Cæſar & C. Figulus his Coſs Cicero & C. Antonius Coſ. deſignati ſunt. Petitiones conijcere gladiatores dñt, cũ aduerſario vulnus infligere conitur. Ictum gladij iacere vulgo dñt. Petere hoĩem quid ſit, ante diximus, inde petitio appellata eſt. Hęc igit̃ metaphora à gladiatorib. tota facta eſt. Gladiatorẽ poſtea Cati. appellat. Petitiones cõiectas aduerſarij q̃ ſunt nudi .i. ſine armis & clypeis, aut parua declinatiõe euitãt, aut corpore effugiſſe, Seruius exaratis illud Vir. ex li. Æn. 9. At Niſus ruit in medios, ſolũque p oẽs Volſcentẽ petit, Petit, inquit .i. appetit. Petitiones. n. proprie dicimus, impetus gladiatorũ. Vnde Cic Quot ego tuas petitiones, ita coniectas, declinationẽ intelligit, cum ad eludendũ ictũ aduerſarij corpus in hanc vel in illam partẽ inclinamus. Inde factũ eſt, vt declinare pro eo quod eſt vitare dicamus. Cic. in 1. de Offi. Declinetq; ea quæ ei nocitura videantur. Corporẽ effugere prouerbiali ſnĩa eſt, periculũ iam imminẽs ac pene præmens arte quadam declinare. Translatũ à gladiatoribus, ictũ modico flexu corporis fallẽtibus, auctor eſt Er. [Mihi latere] .i. mihi incognitũ eſſe Virg. tamen in lib. Æn. 1. dixit, Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ. Qđ uſitatius eſt. [In tpe] .i. opportune, quo. ſ. tpe ſcire mihi vtile ſit. Terentius in Hecyra. Opportune te mihi Phidippe, & in ipſo tempore oſtendis. Idem in Heautontimorumeno, In tempore ad eã ueni, quod rerum omnium

eſt

eſt primum. [Quoties tibi extorta eſt ſica de manibus?] i. quoties tuis conatibus teſtis? [Ea tamq; tua tibi è manibus extorta fuiſſet ſica, nihil confeceris, vt in 1. Off. Cic. de oppreſſa coniuratione, Conſilio, inquit, diligentiaq; mia celeriter de manibus audaciſſimorũ ciuium delapſa ipſa arma ceciderũt. [Caſu aliquo] i. quoties conatus tuus caſu aliquo & fortuna reip. eluſus eſt, vt pridie Cal. Ian. & Non. Febr. Sica, à ſecando quaſi ſeca genus erat gladij parui, ad cædẽ faciẽdam, quod facile occultari poſſet. Inde ſicarius, qui ſica hoĩem occidit. Sed per abuſionem auct. Quintil. lib. a. ſicarios & oẽs vocamus, qui cædem telo quocunq; commiſerint, homicidas dñt. [Initia ſacris] i. ſacrata. Cultris. n. vtebantur in mactandis victimis, vt Ænea Hecate ſacrificãte apud Virg. lib. Æn. 6. Supponũt alij cultros tepidumq; cruorem Suſcipiunt pateris. Auctore Seruio in cõment. in lib. Æn. a. ſicũs victimæ, & foci, & cultri, mola ſalſa aſpergebãtur. Huiuſmodi cultro victimario in ꝓfana re vti nõ licebat [Deuota] i. addicta ſacris & deſtinata, ut in li. Æn. 12. Ille quidẽ ad ſuperos, quorũ ſe deuouet aris Succedet fama, viruſq; per ora feretur [Conſulis in corpore] Eam. n. primũ voluit defigere in corporibus Torquati, & Cottæ Coſſ. poſtea ſæpe in corpore Cic. Coſs [Paulò ante] Sed hoc ipſo die. [Neceſſarijs] i. propinquis [Quis te ſalutauit?] In ſenatũ venit Catilina, vt coniurationis ſuſpicione ſe purgaret, ſed adeo creuerat eius odium, vt id fruſtra tentaret, quippe cũ propè eum nemo ſenator aſſidere voluerit ſed ab eo ſe quiſque auerteris lõgius, vt ante diximus. [Si hoc cõtingit nemini] Morẽ fuiſſe ſignat, vt qui in ſenatum intraret, eum ſaltem amici & ꝓpinqui ſalutarent. [Grauiſſimo iudicio taciturnitatis] Quod te amici & propinqui nõ ſalutauerũt, id eorũ ſilentium, tacitum de te iudicium erat. [Cõſtitui tibi] i. à te. [Partem iſtam ſubſelliorũ] i. ne tibi aſſiderẽt ſurrexerunt, alioq; ſeſſum iuerunt. [Serui mehercule mei] Auctore Quintil. lib. 8. amplificatio per comparationem, incremẽtum ex minoribus petit. Augendo. n. quod infra eſt, ea quo ſumitur cõparatio, neceſſe eſt ut attollat id quod ſupra poſitũ eſt. Cic. in Catil. Serui mehercule mei &c. [Vrbẽ nõ arbitraris?] relinquendã. [Agnoſcas cõſcientia ſcelerũ tuorum] i. quod tu tibi ipſe cõſcius ſis. [Odium iuſtum] Vt opponat ei quod dixit, iniuria ſuſpectum. [Omnium nrm parens] Pro eo quod eſt, nra omnium parens dicit, vt paulò ante, Ad omnium nrm vitam ſalutemq; pertinẽt. Item, Qui de meo noſtrũq; omnium interitu cogitẽt. [Odit ac metuit] Aliũ ante ſeruauit ordinẽ, Nemo eſt qui te nõ metuat, nemo qui te nõ oderit. Si te parentes timerent atq; odiſſent. [Parricidio ſuo] i. interitu ſuo, quę cõis eſt oĩum nrm parens. [Sic agit] i. ſic loquitur. [Tacita] Vſitatius q̃ tacens. vt paulò poſt, Quorũ voluntatem tacitorũ perſpicis. Ad rei amplificationem proſopopœia. i. perſonæ fictione nõnunq̃ vtimur, cum. ſ. abſenti aut mortuo, aut mutæ rei, aut inanimæ ſermonem damus. In qua ſeruari decorũ illud poeticum oportet, hoc eſt ut ficta perſona dicat, quod ſi viua adeſſet, diceret. Vtimur. n. fictione perſonarũ. ut ait. Quintil. lib. vj. & uelut alieno ore loquimur, dandiq; ſunt ijs quibus uocem accõmodamus ſui mores. de hac non pauca idem cum alijs in locis, tum in lib. iij. ſcribit. [Tot annos] Vt in j. Aen. Vna cum gente tot annos Bella gero. Hoc tñ in loco Quintil. lib. 9. legit aliquot annis. [Nullum flagitium ſine te] L. Syllam in crudeli proſcriptione ſecutus eſt. Prioris & poſterioris coniurationum auctor fuit. [Tibi uni, &c.] i. nemo ciuem Romanũ præter te occidit, qui multos occidiſti. [Direptio, uexatioq;] L. Catilina Prætor obtinuit Africam inde cum rediſſet Cotta & Torquato coſs. à P. Clodio adoleſcente repetundarum accuſatus, abſolutus, ut ait Aſconius Pæd. in cõment. in orationem Cic. in L. Catilinam & C. Antonium competitores [Impunita] Cic. lib. epiſt. ad Attic. j. & in oratione in L. Piſonem, dicit Catilinam bis abſolutum fuiſſe. [Quæſtiones] i. iudicia, de qua uoce in Ciceronis Milonianam ſcribimus, & Quintil. lib. 3.

Aſcan. PETITIONES] Inuaſiones per inſidias. [Nihil agis] Nihil in huiuſmodi locutionibus accipitur ut uulgo ſolet, nõ ut penitus nihil ſit, ſed nihil quod proſit. Qui. n. conatur quod perficere nequit non dicetur proprie nihil facere, & tñ nihil facit quod proſit. [Extorta] i. ut cacuſſa eſt, ſica, hoc eſt mucro. aut pugio occultus, quem ad interficiendum doloſe aliquem ut conſulem aut ciuem bonum ſecum tulerat. Carere non potes, nõ dicit ita eſſe ſed ita uideri ex eo q̃ eam toties reſumpſit cum ſummo periculo ſuo Quibus initiata ſacris ac deuota ſit neſcio, hoc eſt ſuſpicari licet te eam magis artibus initiaſſe. i. conſecraſſe & inſtituiſſe, ita ut putes neceſſe eſſe eam defigere. hoc eſt deorſum infigere, in corpore, uĩ dicendũ in corpus, niſi uelit dicere q̃ poſtquam demiſſa ſit, & iam hæreat in corpore conſulis, ille adhuc defigat. i. attentet firmius infigere. [Quis ſalutauit,] q. d. nullus, Vnde conuincitur ab omnibus deſtitutus. [Contingit nemini, ut in ſenatum ingrederetur penitus inſalutatus] Vocis cõtumeliã, hoc eſt exſecrationem, quia non contingit ſalutatio. Iſta ſubſellia, in quibus ſedere conatus es, ſint uacuefacta, quia nemo tecũ ſedere uoluit. Subſellia aũt ſunt inferiora ſedilia in quibus auditores, aut minores magiſtratus ſedebant. [Conſtituti,] Hoc eſt deſtinati addicti. [Omnes ciues tui] Valla monet dicendum cõciues, cum non ſit eorũ præfectus [Conſcientias. ſ. aliorũ, odium ſubaudiet. [Placere] i. placidos facere & pacatos Senſus eſt à parentum oculis receſſiſſes cur non ab oculis ciuium recedis. [Parricidio] i. interitu qui ſi ab eo patratur cuius ipſe parens eſt, parricidium dicitur. [Verebere,] q. d. debeas uereri, non minus q̃ parentum qui te genuerunt. [Quæ] i. patria. [Per te] i. tuo auxilio, aut conſilio. [Ac libera] i. ſine uendicta. [Quæſtiones] i. inquiſitiones per ſupplicia. [Euertendas] i. leges. Non fuerunt melius quã non fuerint, quia indicatiuo iungitur quanquam. [In metu] i. ut metum incultã [Quamobrem diſcede &c.] Sæpe Cicero callide monet Catilinam, ut diſcedat ab urbe, ſiue ut tenera timore leuetur, ſiue ut ex eius diſceſſu rem manifeſtatam arguat, cũ ipſe ſibi conſcius ſit tanti ſceleris, ut in urbe manere non auſit.

Hæc ſi tecum (ut dixi) patria loquatur, nomine impetrare debeat, etiam ſi uim adhibere nõ poſſit? Quid q̃ tu te ipſe in cuſtodiam dediſti? Quid, q̃ uitandæ ſuſpicionis cauſa apud M. Lepidum te habitare uelle dixiſti? à quo non receptus, etiam ad me uenire auſus es, atque * domi meæ te aſſeruari rogaſti, cum a me quoque id reſponſum tuliſſes, me nullo modo poſſe * his parietibus tutum eſſe tecum, qui magno in periculo eſſem, q̃ iiſdem mœnibus contineremur: ad Q. Metellum prætorem ueniſti, à quo repudiatus ad ſodalẽ tuum uirum optimũ. M. Marcellum demigraſti, quẽ tu uidelicet & ad cuſtodiendum te diligentiſſimum, & ad ſuſpicandum ſagaciſſimum, ad uindicandum fortiſſimum fore putaſti. Sed quam longe uidetur à carcere, atq; à uinculis abeſſe debere, qui ſeipſum iã dignũ cuſtodia iudicauerit? Quę cũ ita ſint Catilina, dubitas, ſi hic * morari æquo animo non potes, abire in aliquas terras, & uitam iſtam multis ſupplicijs, iuſtis, debitiſq; ereptam, fugæ ſolitudiniq; mandare? Refer, inquis, ad ſenatum, id. n. poſtulas, & ſi hic ordo ſibi placere decreuerit, te ire in exilium, obtẽperaturũ te eſſe dicis. Non referam id quod abhorret à meis moribus * ſed tñ faciam, ut intelligas quid hi de te ſentiant. Egredere ex urbe Catilina, libera remp. metu, in exilium, ſi hanc uocem expectas, proficiſcere. Quid eſt Catilina? quid attendis? quid animaduertis horum ſilentium? patiuntur, tacent. Quid expectas auctoritatẽ loquentiũ, quorum uoluntatẽ tacitorum perſpicis? At ſi hoc idẽ huic adoleſcenti optimo P. Sextio, ſi fortiſſimo uiro M. Marcello dixiſſem, iam mihi conſuli hoc ipſo in tẽplo iure optimo ſenatus uim & manus intuliſſet. De te autẽ Catilina cum quieſcunt, probãt, cum patiuntur decernunt, cum tacent, clamant. neq; hi ſolum, quorũ * uel auctoritas clara eſt, uidelicet uita utiliſſima, ſed ẽt illi equites Rom. honeſtiſſimi atq; optimi uiri, ceteriq; fortiſſimi ciues, qui circunſtãt ſenatum, quorum tu & frequentiam uidere & ſtudia perſpicere, & uoces paulò ante exaudire potuiſti, quorum ego uix abs te iã dira manus, ac tela cõtineo. eoſdem facile adducam, ut te hęc quæ iampridẽ uaſtare ſtudes, relinquentẽ vſq; ad portas proſequantur. Quanquã * quid eſt quod loquar te ut vllam res frangat? tu ut unquã te corrigas? tu ut ullam fugam meditere? ut ullum ut exilium cogites? Vtinam tibi iſtam mentem Dij immortales donarent, tametſi uideo, ſi mea uoce perteritus ire in exiliũ animum induxeris, quanta tempeſtas inuidię nobis, ſi mi

ut domi mea te aſſeruarem, rogaſti.
iiſdem parietib. tuto eſſe tecum,
emori
tibi auctoritas eſt videlicet cara, uita utiliſſima
quid loquor

nus in pn̄s tempus, recenti memoria ſcelerum tuorũ, at in poſteritatẽ* pendeat. Sed nõ eſt mihi tanti, dũmodo iſta tua ſit priuata calamitas, & à reip. periculis ſeiungatur. Sed tu, ut tuis uitijs cõmouere, ut legum pœnas pertimeſcas, ut temporibus reip. concedas, nõ eſt poſtulandum. Neq;.n. Catilina is es, ut te apud pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit. Quamobrem, ut ſæpe iam dixi: proficiſcere ac ſi mihi inimico, ut prædicas tuo cõflare uis inuidiã, recta perge in exilium, uix ferã ſermones hoĩum, ſi id feceris, uix molem iſtius inuidiæ, ſi in exilium ieris iuſſu conſulis, ſuſtinebo: ſin aũt ſeruire meę laudi, & gloriæ mauis, egredere cũ importuna ſceleratorũ manu, confer te ad Manlium, cõcita perditos ciues, ſe cerne te à bonis, infer patriæ bellũ, exultà impio latrocinio, ut à me nõ eiectus ad alienos, ſed inuitatus ad tuos iſſe uidearis. Quanquã quid ego te inuitẽ, à quo iã ſciã eſſe præmiſſos, qui te ad forum Aureliũ præſtolarẽtur armati? ſciam pactam & cõſtitutam eſſe cũ Manlio diẽ? à quo ẽt Aquilam illam argẽteam, q̃ tibi ac tuis oĩbus pernicioſam eſſe cõfido, & funeſtam futuram, cui domi tuę ſacrarium ſcelerũ tuorum conſtitutũ fuit, ſciã eſſe pmiſſam? Tu vt illa diutius carere poſſis? q̃ venerari ad cędẽ proficiſcẽs ſolebas: à cuius altaribus ſępe iſtam dexteram impiam ad necem ciuium tranſtuliſti.

*impendeat.

SYL. TULISSES ſuffragium]. i. accepiſſe, vt ferre Punctũ & ferre tribum. i. accipere tribus ſuffragia. Horat. Omne tulit pũctũ, qui miſcuit vtile dulci. Cic. pro Cn. Planco, Quid q̃ſtus es plures te teſtes hĩc de Voltinia, quã quot in ea tribu pũcta tuleris. Idem, Quæcunque tribum inq̃ delegeris, quam tulerit Plancus, tu oſtendito ſi poteris vitium, ego quã rõne tulerit, docebo Repulſam ferre idẽ dicit in lib. de finib. bo. v. A uano populo repulſam fert. [Morari] Nõ habitare, ſed moram trahere. [Æquo aĩo]. i. pacato & q̃eto. [Abire in aliquas terras]. i. regiones. T. Liu. lib. xxj. terras in hac ſignatione dicit, Aut in alias terras transferendũ bellum. [Ereptam] Liberatã ſubtractam. [Fugę ſolitudiniq́. mãdare] Qui n deliquerunt, ſtimulo cõſcientiæ aut pœnæ metu exagitati profugit, latenteſq́. ſolitudinem quęrunt. Mandare ſe fugæ, eſt ꝓfugere, mãdare ſe ſolitudini, eſt ſe occultare & ſolitudinẽ quærere. i. hoĩum aſpectum euitare. [Refert in quis, &c. [Cũ habebatur Romæ ſenatus, cõſulum alter ad ſenatũ referebat id de quo faciẽdum ſenatuſconſultum, erat. nec aliter vllũ fieri S. C. licebat. Ideoq́. Cic. exulãte, P. Clodius lege cauit, ne q's conſulum ad ſenatũ referret de reuocando Cicer. Referre ad ſenatũ eſt, ponere in deliberationẽ ſenatus, vt fiat ſenatuſcõſultum, vt ferre ad populum, eſt ponere in deliberationem populi vt ferat ſuffragiũ. [Hic ordo]. i. ſenatus. [Sibi placere decreuerit]. i. ſenatuſcõſultum fecerit. [Abhorret à meis morib.] Dicebant ante Cic. cupere ſe clemẽtem eſſe & in tantis reip. periculis nõ diſſolutum videri. Idẽ in oratione pro P. Sylla, ſe natura eſſe dicit lenẽ & miſericordem. Si igitur in ſenatũ referret Cic. de Catilinæ exilio, ſeueritatem contra naturã ſuam aſſumere videretur. [Quid hi] Senatores. [Animaduertis horũ ſilentiũ] Sententia eſt, Cum dico tibi, egredere in exiliũ, ſenatores tacẽt, id ſi dicerẽ viro bono, vt Sexto vel Marcello, in hoc loco ſenatus iure optimo mihi vim afferret. Tacito itaq; iudicio ſenatus dignũ te exilio putat, hoc ipſo in tẽplo Iouis Statoris. Rem. n. differendã ſenatus non putaret, nec loci ſanctitas tueri me poſſet, tanta eſſet dicti atrocitas. [Paulo ante] Cũ venires in ſenatũ. [Quorũ ego]. i. quos vis iandiu retineo, q n tibi vim & manus inferant. [Meditare] Cogites. [Tibi iſtã mentem] Vt in exiliũ fugere velles. [Mea voce]. i. mea oratione. [Animũ induxeris ire] Inducere animũ, & inducere in animum cũ infinitiuo eſt putare, arbitrari velle, perſuaderi. Terent. in Andr. Per ego te deos oro, vt ne illis animũ inducas credere, quibus id maxime vtile eſt. Idẽ in Eun. Qui huic aſſentari aĩum induxeris, ex flãma te petere cibũ poſſe arbitror. Idẽ in Hecyra, Leuia ſunt quæ tu pergrauia eſſe in animũ induxit tuum. Idẽ in Andr. poſuit eũ gerundio, Cũ illa aĩum induxit tuũ, hoc quod cupes aliquo pacto efficiẽdũ tibi. [In pn̄s tp̄s] Pro eo q̃d eſt in pn̄ti tp̄e. Nã vt ait Priſc. lib. xviij. Latini p̃-

poſitionem in actõ ſæpe adiungũt loco ablatiui. Terent. in Eun. In quẽ exempla fiẽt, pro In quo. Idẽ in Adelph. Vereor in os te laudare amplius, pro in ore. Cice. Inue. j. Si minus in pn̄s tẽpus, at in poſteritatẽ impendeat. Sal. in bello Catil. hoc dicendi gñe vſus eſt, Si cauſa peccãdi in pn̄s minus ſuppetebat, nihilominus inſontes ſicuti ſontes circũuenire & iugulare. [Recẽti memoria ſcelerũ tuorũ]. i. cũ adhuc erit recens memoria ſcelerũ tuorũ. [In poſteritatẽ] Quod in poſterũ ſępe dicit. Vulgare magis eſt ĩ futurum, qua voce Liuius raro vtitur. [Quanta tẽpeſtas inuidię]. i. vis Inuidiæ. Inuidia aũt hic ea eſt, quæ mala gr̃a vulgo dr̃. [Nõ eſt mihi tãti.] Ariſt. lib. Ethic. iij. dicit inuidia viro forti metuendã ; quę in reip. cauſa ſuſcipitur metuẽda nõ eſt. Iſta igr̃ inuidia mihi tanti nõ eſt. i. eã tanti nõ facio [Sed tu vt vitijs, &c.] Sentẽtia eſt, Nõ eſt poſtulandum vt cõmoueare tuis vitijs. is. n. nõ es, vt à turpitudine vnq̃ te pudor reuocauerit, nõ eſt poſtulandum, vt pęnas legũ pertimeſcas, is. n. nõ es, vt te à periculo metus reuocauerit, &c vt ẽt poſtremum poſtremo rñdeat. [Vt tp̄ibus reip. concedas]. i. vt ad reip. tp̄a te accõmodes, & cũ te res ipſa pub. timeat, diſceſſu ex vrbe eã metu liberes. [Vt te aut pudor vnq̃] Quintil. lib. ix. de detractione præcipiẽs, & eius tertiam eſſe ſpeciẽ dixit in qua vnũ ad verbum plures ſñiæ referuntur, quarũ vnaq́q; deſideraret illud, ſi ſola poneretur. Id accidit aut ꝓpoſito verbo ad quod reliqua reſpiciant, vt pro A. Cluent. Vicit pudorẽ libido, timorem audacia, rõnem amentia. Aut illato, quo plura claudunt. Neque. n. is es Catilina, vt te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore unq̃ reuocauerit. [Vt ſæpe iã dixi proficiſcere] Primum. n. dixit, Perge quo cœpiſti, egredere aliqñ ex vrbe, patẽt portę, proficiſcere, deinde, Egredere ex vrbe Catil. libera remp. metu [Proficiſcere] Proficiſci in re ægra & difficili dr̃, vt ait Donat. exponens illud Daui. Terentiani in Andr. Quod cauſæ eſt, q̃n hinc in priſtinã recta proficiſcatur via? Recta via, & recta dicit Terent non recte, qñ locale eſt. In Phorm. Vt modo argentum tibi dedimus apud forũ, recta domum ſumus profecti. [Si mihi inimico]. i. vis mihi cõflare vel inuidiam, vel gloriã. inuidiam proficiſcere in exilium ſi gloriam, in caſtra Manliana, cum manu coniuratorũ diſcede. Iubere ciuem Rom proficiſci in exilium, eſſe vĩ nimiam ſibi potentiam vſurpantis. Ideo Cicero in inuidiam con flaturus Catilina ſit, ſi in exiliũ egrediatur. Cõflare pro eo quod facere, cum alij multi, tum ſæpe Cicero dicit, vt pro M. Cœlio, cõflare inuidiam, in Verrẽ Act. iiij. cõflare crimen & inuidiam. i. ob crimen homini inuidiam facere. Ibidem conflare negocium. i. facere & exhibere. de rñſis aruſpicum, conflare pactiones & ſocietates. i. facere. Pro Deiot. conflare conſenſum. i. facere conſenſionem Pro Roſc. conflare iniuriam. i. facere. Pro eodem, cõflare iudicium i. litem facere Pro Cluent. cõflare ſeditionem Pro P. Sylla, cõflare exercitũ, & cõflare tumultum. Lib. epi. fam. v. cõflare bellum. In partitionibus. cõflare crimen & ſuſpiciones. Pro Cœl. conflatum mõſtrum. i. cõpoſitum. Vnde facta ratio ſit, promptius eſt q̃ vt dici debent. [Sermones hoĩum]. i. famam. [Molem]. i. onus iſtius quam tu mihi cõflaueris. Nam pronomen iſtud, & à Cic. & à Terent. ad perſonam ſecundam referri ſæpius attendimus. [Seruire laudi meæ]. i. laudẽ mihi facere. [Importuna manu] Cicero importunum pro malo, crudeli & inhumano, ſæpe dicit in orationibus, vt pro P. Sextio dicitur manus Catil. importuna. Ibidem prodigia importuna, & eius importunus Catil. gladior In Verrẽ actione tertia, importunum animal. In Piſonẽ, importuna bellua. In Rullum, importuna auaritia. Pro C. Rabirio, importuna actio regia. Pro Cluent. importuna mulier. Pro domo ſua, importuna peſtis. De Aruſpicum reſponſis, importunum ſcelus. De prouincijs conſularibus, importuna crudelitas. Inde opportunitas facta, in his ſæpe rebus dicitur. Perditos homines appellare ſolet Cic, raro appellat malos, quo nomine vulgo appellantur. [Infer patriæ bellum] Vſitatius q̃ illud vulgare, Fac bellum contra patriam. [Patrocinium] Latro is eſt, qui ſpe prædæ hominum vitæ inſidiatur, quales ſunt graſſatores & viarum obſeſſores. [Latrocinio impio.]. i. contra patriam facto. [Qui te ad forũ Aurelium] Tibi, non te legendum hic eſſe Priſcianus docet, qui lib. viij. dici latine præcipit, præſtolor te & tibi. Terent. in Eunuc. Quem præſtolare Parmeno. Cice. in prima inuectiuarum, Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur. [Ad forum Aurelium] Præſtolarentur. [Ad forum Aurelium] Forum pro tribunali dicit, Nam ſæpe Cicer. appellat tribunal Aurelium, & pro L. Flacco, & A. Cluentio gradus Aurelios. Ante id Aurelium tribunal magnam fuiſſe plateam, quo etiam improbi homines conuenirent, conijcere licet, ꝙ auctore Cic. in oratione quã habuit ad Quirites poſt reditum, homines pro tribunali Aurelio palam cõſcribebantur.

bebantur accenturiabantur, cum Clodianæ inuidię tempeſtas in ipſum Cic. impendebat. Non modo liberi, ſed etiam ſerui homines ex vicis omnibus concitati, tum pro hoc tribunali conſcribebantur, vt ait idem pro P. Sextio, pro Domo ſua, & in L. Piſonẽ. Via Aurelia profectum Catilinã in caſtra Manlij) Cic. dicit oratione prima ad Quirites. [Aquilam illam argenteam] Catilinæ Aquilam C. Marius bello Cimbrico in exercitu habuiſſe dicebatur, vt ait Saluſt. Aquila hic non dicitur pro vexillo, in quo depicta aquila ſit, ſed erat ſignum aquilæ conflactum, auctore. n. Vegetio lib. de Re mil. ij. etia Romani in exercitu ſignorum genera habebant, aquilam, dracones, & vexilla. Aquila totius legionis ſignum eſt, quam portat aquilifer. Dracones ſunt ſingularũ cohortium, legio. n. in cohortes decem diuiditur, quos qui ferũt dracona ij dĩr cohortes vero in centurias diuidebantur. Singulis centurijs ſuum erat vexillum. In vexillis ſingulis notatũ erat ex quota cohorte, quota centuria eſſet, ne quid milites à ſigno aberrarent. Prætermitto veteres in legionibus Minotaurum habuiſſe, ꝙ ducis conſilium ſemper occultum eſſe deberet, vt in labyrintho ille abditus erat. vt idẽ ait in lib. iij. Aquilæ igitur & draconum ſigna erant conflata, non picta. Vexillum aũt à velo factũ eſt, vt ab ala axilla, à mala maxilla [Funeſtã]. i. feralẽ, mortiferã. [Sacrarium] Sacrorũ eſſe repoſitorium Valla dicit Hic ꝓ ſacello dici vr̃, [Vt poſſis]. i. quo poſſis, vt apud Terent. Vt is valet?

IISDEM parietibus, hoc eſt eadem domo priuata, quæ lõge minor eſt q̃ oppidum. [Iiſdem mœnibus]. i. munimentis ciuitatis publicis qui apud nos ciues ſunt. [Ad ſodalem] Hoc eſt ad ſocium dapum conuictorem. [Sed q̃]. i. quantum longe? q. d. nullo modo longe cum idem ſit cenſendus. [In aliquas]. i. quaſcunque alias ab Romano Imperio alienas. Vitã illam, & hoc eſt tuã vilem & contemptibilem. Refer inquis ad ſenatum, Hoc verbũ Perotus citat vbi de ſignificatione huius verbi refero loquitur. Nam cum dicitur refero ad te, eſt quaſi in cõſultationem pono ac ſi dicat nemo. noſtrum ſententiam diffinitiuam dare audet, ſed referimus ad te eandem dandam. [Sibi placere decreuerit]. i. cõi conſenſu & diffinitione pronunciauerit & definiuerit, te ire in exilium. [Egredere ex vrbe] Hinc patet ea quæ cũ ex componuntur nõ eſſe ab extra, ſed reuera ab ex, quia non ſolum dicimus egredior extra vrbẽ, vnde eſſet quod dicit Alex. ſi vis exire penates, ſed ẽt egredior ex urbe, unde quia Cic. repetere præpoſitionẽ ſolet, patet egredere componi ab e non minus, q̃ ab extra, & ita conſtrui cum ablatiuo vt Aen ij. Eſt urbe egreſſus tumulus. Et ij. Ser. Flac. Egreſſum magna me excepit Aricia Roma, Libera. i. liberam fac. eſt. n. uerbum. [In exilium (ſi hãc uocem expectas) ꝓficiſcere] Nondum Cic. auſus erat pronunciare ab eundum eſſe in exilium. Horum. ſ. patrum, ac ſenatorum qui patiuntur. ſ. me loqui & tacent, & ita cõſentire vĩr Vnde addit. [Quid exp. &c.] q. d. fruſtra. Quia ſi aliud q̃ ego loquor dicendum putarẽt iandudum loquerentur. [At ſi hoc idem] Probat q̃d tacendo cõſentit, quia ſi de alijs probatæ uitæ dicere uellet, Senatus nõ taceret. [Videlicet] Vox apta eſt ironiæ ẽt hic. Manũ ac tela, quia in te libenter irruãt. [Quanquam quid loquar] Arguit docet ſe fruſtra loqui cum aduerſarius tam obſtinatus ſit ut ſano cõſilio acquieſcere nolit. [Iſtam mentem] Hoc eſt animum, ſeu uolũtatẽ. Et ſi uideo. Ordo eſt. [Et ſi]. i. q̃q̃ uideo ſi tu perterritus mea voce, hoc eſt cõminatione induxeris animum, hoc eſt perſuaſeris tibi ualde eſſe, ire in exilium, quanta tempeſtas, hoc eſt cõmotio & turba, inuidiæ impendeat. i. immineat nobis ꝑꝑ exilium tuum, ſi minus, hoc eſt ſi forte non impendeat in præſens tp̃s. i. ut nunc exerceatur in me, recenti memoria. i. ꝑꝑ recentem tuorum recenti ſup. exiſtente. i. dum adhuc recens eſt, at hæc ſaltem impendeat in poſteritatem. i. in poſterum tempus. [Sed eſt tanti] Hoc eſt tanti æſtimo & tanti facio calamitatem amoueri à ciuitate per abſẽtiam tuam, ut quantumuis magnam inuidiam incurrere patiar. [Sit pri.] Hoc eſt non publica. ſed tibi ꝓpria, & ſeiungatur. i. ſeparetur à periculis reip. Non eſt poſtulandum, q̃a fruſtra poſtulatur. Ex, ſup. talis, Reuocauerit, hoc eſt reuocare potuerit. [Recta uia] Dici poſſet nõ expreſſo ablatiuo uia & forte additum eſt à non intelligentibus plenum eſſe recta. [Sustinebo] . i. ſufferam. Sin autem hoc eſt, ſed ſi, mauis me ſeruire. i. cõſulere laudi & gloriæ ſubandi meæ. i. ſi uis ut Conſulã tibi, unde laudẽ & gloriã conſequi poſſim confer te ad Mãlium, q. d. declara te hoſtẽ, quia te glorioſe uicero, & ita mihi occaſio futuræ glorię eris, ſicut Herculi pſecutio Iunonis, unde ſi dictus putatur quaſi here. i. Iunonis cleos. i. gloria. [A bonis] Quia ipſe bonus nõ eſt. [Præſtolentur]. i. expectent, ſic & apud Comicum. Quẽ præſtolare. Sed & datiuo iungetur. [Pactam]. i. pacto initã. [Aquilam argenteam] Aquilam argenteam pro vexillo ſumpſit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuiſſe dicebatur, ut dixit Saluſt ſub finem Catil. [A quibus]. ſ. altaribus.

Ibis tandem aliquando, quo te iam pridem, tua iſta cupiditas effrẽnata, ac furioſa rapiebat. Neq;. n. tibi hęc res affert dolorem, ſed quãdam incredibilem uoluptatem, ad hanc te amentiam natura peperit, uoluntas exercuit, fortuna ſeruauit. Nunquam tu non modo ocium, ſed ne bellum quidem, niſi nefarium concupiſti. nactus es ex ꝑditis atq; ab omni non modo fortuna uerumetiã ſpe derelictis conflatam improborum manum. Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gaudijs exultabis? quanta in uoluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neq; audies uirum bonum quenq̃, neq; uidebis? Ad huius uitæ ſtudiũ meditati ſunt, qui feruntur labores tui: iacere humi non modo ad obſidẽdum ſtuprum, * uerũ & ad facinus obeundum, uigilare non ſolum ad inſidiandũ ſomno maritorum, uerum etiã bonis * occiſorum. Habes ubi oſtentes illam præclaram tuã patiẽtiam famis, frigoris, inopiæ rerũ oĩum, quibus te breui tp̃e cõfectum eſſe ſenties. Tm̃ profeci, tum, cum te à conſulatu repuli, ut exul potius tentare quam conſul vexare remp. poſſes: atq; ut id, quod eſſet à te ſcelerate ſuſceptum, latrocinium potius, quã bellũ noĩaretur. Nunc ut à me P. C. quandam prope iuſtam patriæ quærimoniam deteſter, atq; deprecer, percipite quæſo diligenter quæ dicam, & ea penitus animis veſtris, mentibuſq́. mandate. Etenim ſi mecũ p̃ria, q̃ mihi uita mea multo eſt charior, ſi cũcta Italia, ſi oĩs reſp. loquatur. M. Tullii quid agis? tu ne eũ quẽ eſſe hoſtem cõperiſti, quẽ ducẽ belli futurũ uides, quem expectari Imperatorẽ in caſtris hoſtium ſentis, auctorem ſceleris principem coniurationis, euocatorem ſeruorũ & ciuiũ perditorũ exire patieris, ut abs te non emiſſus ex urbe ſed immiſſus in vrbem eſſe videatur? non ne hunc in vincula duci, nõ ad mortem rapi, nõ ſummo ſupplicio mactari imperabis? Quid tandem impedit te? Mos ne maiorum? at pſępe ẽt priuati in hac rep. pernicioſos ciues morte mutarunt. An leges, q̃ de ciuium * reorum ſupplicio rogatæ ſunt? An nunquã in hac vrbe ij, qui a rep. defecerunt, ciuium iura tenuerunt. An inuidiã poſteritatis times: p̃claram vero P. R. * referes gratiam, q̃ te hoĩem ꝑ te cognitũ, nulla comendatione maiorũ tã mature ad ſummũ Imperium ꝑ oẽs honorum gradus extulit, ſi ꝑꝑ inuidiam, aut alicuius periculi metũ ſalutẽ ciuium tuorum negligis. Sed ſi q̃s eſt inuidiæ metus, nõ ẽ vehemẽtius ſeueritatis, ac fortitudinis inuidia, quã inertię, ac nequitiæ pertimeſcenda. An cũ bello vaſtabitur Italia, vexabũtur vrbes, tecta ardebunt, tum te non exiſtimas inuidiæ incendio conflagraturum?

* verum etiam ad

* ocioſorum.

* Romanorũ ſup

* referes

SYL.

TAndem aliq̃ſi] Sępe ſimul dicit Cic. [Meditati] Exercitati. [Qui feruntur]. i. vulgo dĩr. Catilina patiẽs inedię, algoris, vigilię erat, ſupra q̃ cuiquam credibile eſt, vt ait Sal. Iacere humi & uigilare ad obſidendũ ſtuprum, maritorumq́; ſomno inſidiandũ, & facinus obeũdum, ad bonis occiſorum ad inſidiandũ . i. ad expectandum quoad mariti dormiant, vt vxoribus cotũ potiate, & ad inſidiãdum boĩbus interfectos eos ſpolies. [Conſulatu repuli]. i. cum te accuſaui ambitus, effeciq́; ne conſul eſſes L. Catilinam & C. Antoniũ ambitus Cic. accuſauit. Huius oro quamuis deſideretur, in eã tamen commentarij Aſconij Pędiani extant. [Tentare]. i. experiri an poſſes vexare. Nam te conſule, iſta tui coniuratio bellum appellari poſſet. Alioqui latrocinium, non bellum appellabitur. [Deprecer] i. depellam & euitem prece adhibita. [Percipite quęſo] Exordium ſpeciale eſt, in quo auditores facit attentos. Eo vtendum eſt, cum quid dicturi ſumus, quod noſtra multum intereſſit auditores cognoſcere. [M. Tulli quid agis?] Hęc proſopopœia patrię ad Ciceronem moſtra eſt.

eſt, quàm ſuperior illa eiuſdem patriæ ad Catilinam; Nullum iam aliquot annis facinus extitit niſi per te. Natura enim Cic. erat humanior, Catilina audacior. Hunc fictum perſonæ ſermonem conuenire decet, non ſolum perſonæ cui datur, ſed etiam perſonæ ad quam datur. De vtraque hac proſopopœia eſt apud Quintil. lib. 9. [M. Tulli] Vocatiuum caſum in principio ſolutæ orationis raro inuenias. Illud tamen ſine veterum imitatione non fiat, vt cum alienum ſermonem allegamus, in orationis principio vocatiuum collocemus L. Piſo, vt eſt apud A. Gellium lib. 11. eundem, inquit, Romulum dicunt ad cœnam vocatum, ibi non multum bibiſſe, quia poſtridie negocium haberet. Et dicunt, Romule, ſi iſtuc omnes homines faciunt, vinum vilius ſit. [Euocatorem ſeruorum] Seruius libro commentariorum in Æneid. Virg. 8. tria militiæ genera ſcribens, euocationem, genus, tertium fuiſſe dicit, cum ad diuerſa loca mittebantur multi ad cogendos milites. Euocatorem igitur, id eſt ad militiam vocatorem, per conquiſitores. Seruos tamen à Catilina repudiari, quamuis initio magnæ copiæ ad eum concurrerent, Saluſt. ſcribit, partim quòd opibus coniurationis fretus erat, partim quòd alienum ſuis rationibus exiſtimabat videri, ſi cauſam ciuium cum ſeruis fugitiuis communicaret. Lentulus in eius exercitu ſeruos non fuiſſe oſtendit in literis, quæ ad eum miſſæ deprehenſæ fuerunt. In quibus hortatur eum, curet, vt omnium ſibi auxilia adiungat, etiam infimorum. Infima autem conditio & fortuna ſeruorum eſt, vt ait Cicero in lib. de Offic. 1. [Non emiſſus ex vrbe] Antana claſis eſt, cuius multas ſpecies Quintil. lib. 9. ponit, ſed elegantius eſſe dicit quod eſt poſitum diſtinguendam rei proprietatem; Hanc reip. peſtem paulìſper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe. quod exemplum paulò infra eſt. Et quæ præpoſitionibus in contrarium mutantur. Non emiſſus ex vrbe, ſed immiſſus in vrbem eſſe videatur. [Mactari] i. occidi, vt apud Virg in lib. Æneid 10. Hic mactat Lacona, Pheretaque, Demodocumque. Id autem verbum à ſacrificijs tractum eſt. Mactus enim, vnde mactare dicitur, eſt quaſi magis auctus. Cum aut thus aut vinum ſuper victimam fundebatur, dicebant mactus eſt taurus thure aut vino, id eſt cumulata eſt hoſtia & magis aucta. auctor eſt Seruius lib. comment. in Æneid. Virg. 9. In Sacris autem, vt idem lib 6. ait. verba mali omnis vitabantur. Hinc mactare victimas pro occidere dicimus, id eſt magis augere. Virg lib. Aeneid. 4. Mactant lectas de more bidentes. Vel ad hominum ſacrum alludit. Apud Romanos veteres à Duumuiris rerum capitalium ad populum Romanũ prouocatio erat. Qui à populo Romano ob maleficium damnabatur, is homo ſacer dicebatur. Eum qui occideret, tribunitia lege, parricida non ſit, id eſt homicida Ex quo quiuis homo improbus ſacer dicitur. auctor eſt Sex. Pomp. qui tamen negat hominem ſacrum immolari fas fuiſſe. Legem à Valerio Publicola Coſ. latam fuiſſe de prouocatione aduerſus magiſtratus ad populum ſacrandoq; cum bonis capite eius, qui regni occupandi conſilia iniuiſſet. T. Liu. ſcribit 2. lib. [Mos ne maiorum] Qui morte ciuem non multabant, iniuſſu populi Rom. [Etiam priuati] Id eſt non ſolum magiſtratus, ſed etiam priuati, vt P. Scipio Naſica Pont. Max. [Quæ de ciuium reorum ſupplicio] Lex Porcia virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit. Eadem libertatem ciuium lictori eripuit. Lex Sempronia, quam C. Sempronius Gracchus tulit, cauebat ne iniuſſu populi Romani ciuis Romanus morte multaretur, vt ait Cicero in oratione pro C. Rabirio. [Præclaram vero] Ironia eſt. auctore Donato in commentarijs in Eunuchum Terent. Vero ſæpe dicitur in Ironia vt, egregiam vero laudem & ſpolia ampla refertis, &c. Id apud Terentium ſæpe inuenias. [Qui te hominem per te cognitum] Commemorat populi Romani in Ciceronem beneficia, vt oſtendat Ciceronem pro ſalute populi Romani non debere inuidiam metuere. [Hominem per te cognitum] Id eſt qui maioribus tuis præluxiſti, à quo ſplendorem maiores acceperunt, vel nouum hominem, qua ratione maius fuit, populi Romani in te beneficium. Nam pleraque nobilitas, vt ait Saluſt. in bello Catilinario de conſulatu Ciceronis, quaſi pollui conſulatum credebat, ſi eum nouus homo, quantumuis egregius, adeptus foret. De ſuo cõſulatu Cicero in Rullum ad populum Romanum, Me, inquit, perlongo interuallo propè memoriæ temporumque noſtrorum primum hominem nouum conſulem feciſtis, & eum locum quẽ nobilitas præſidijs firmatum, atque omni ratione obuallatum tenebat, me duce reſcidiſtis, virtutiq; in poſterum patere voluiſtis. [Tam mature] Certa quædam & legitima ætas gerendi conſulatus erat, ante quam ætatem ſuſcipere non licebat. Cicero anno ſuo, id eſt eo quo ei licebat gerere, conſulatum petijt, eſtque factus conſul, quod nemini nouo homini ante ſe contigiſſe, dicit in Rullum ad Quirites. [Sed ſummum imperium] Id eſt conſulare, qui honos ampliſſimus etiam dicitur. [Per omnes honorum gradus,] Honorum, id eſt magiſtratuum, illi gradus ſunt, Quæſtura, Aedilitas, Prætura, Conſulatus, Cenſura. Cicero fuit primum Quæſtor, deinde Aedilis, deinde Prætor, anno ſecundo poſt Conſul. [Quàm inertiæ] Magiſtratus inuidiam ſuſcipit, ſi eſt nimium acer & ſeuerus, aut iners & deſidioſus & negligens in vindicandis maleficijs. Leuiorem ſuperiore poſteriorem dicit inuidiam. [Tecta] Id eſt ædificia. Eſt autem ſynecdoche, ibi enim pars pro toto ponitur. Hæc autem figura quamuis ſit poetis familiarior, tamen in proſa mucronem pro gladio, & lectum pro domo recipi, Quintil. lib. 8. ſcribit.

NATVRA peperit] Specioſa oratio omnia dimetiens certis terminis. [Tanto] Id eſt tam copioſo. At huius vitæ ſtudium, meditati, id eſt præ concepti ſiue exercitati & aſſuefacti. Ad obſidendum ſtuprum, id eſt recipiendum incumbentem deſuper vt faciunt pathici, verumetiam ad obeundum facinus. Caliquod vt faciunt latrones, & obſeſſores viarum qui inſidijs delitescentes humi iacent. Et ita qui prius ſuccubiturus deinde prædaturus humi iacere aſſuetus eſt, habet corpus algoris patiens. [Somno maritorum, vt dum illos dormire nouerit rem cũ vxoribus habeat. Occiſorum, quos ipſe occiderit. [Præclaram ironicos dicitur] Nam non omne excellens præclarum eſt, ſed illud duntaxat quod claritatem recti operis annexum habet. Confectum. i. penitus conſumptum. [Tentare & vexare elegantiſſime & appropriatiſſime dicit] Nam tentat qui frequenter tenet, & dimittit qui firmiter tenere non poteſt aut non audet, & ita nũc accedit nunc retrocedit; vexat autem qui deſuper incumbens aſſidue torquet & opprimit, vnde Porcius vexare dicit eſſe ſubagitare mulieres in ſtupro. Si ergo conſul fuiſſe in rep. eam vexaſſet. i. aſſidue, oppreſſiſſet quã nunc tantũ duntaxat tentare potetit. [Suſceptum] i. aſſumptum. Latrocinium, quod qui aliena inuadunt committunt, quàm bellum. i. pulchrum dimicandi genus quod fit ſeruato iure belli & cum hoſte, qualis conſul videri poſſet, ſi priuati contra eum arma mouerent. Non ergo penitus per antiphraſim dicitur bellum, cum duellum non bellum, bellum, non dicatur. [Deprecer] i. per modum deprecantis. i. precantis nequid comitatur faciam. Percipite, precibus attentos facit, quod fieri debet ubi pluſcula oratione habita languere incipiunt auditores. [Euocatorem ſeruorum] Ex ergaſtulis ad tumultuarium bellum, aut ad pilleum. i. libertatem bello pariendã. Immiſſus in vrbem, tanquam incumbator & inuaſor à proditore vrbis. [Mactari] i. trucidari & quaſi dijs ſacrificari, quorum contemptor videtur lege. ſ. Porcia. [At nunquam] Callide contendis Catilinam non eſſe ciuem amplius & ita non gauiſurum priuilegio ciuium. [Mature] Id eſt cito, tempeſtiue.

Ascen

His ego ſanctiſſimis reip. vocibus. & eorum hominum, qui idem ſentiunt, mentibus pauca reſpondebo. Ego ſi hoc optimum factu iudicarem P. C. Catilinam morte multari, vnius vſuram horæ gladiatori iſti ad viuendum non dediſſem. Etenim ſi ſummi viri, & clariſſimi ciues Saturnini & Gracchorum & Flacci, & ſuperiorum complurium ſanguine non modo ſe non * contaminauerunt, ſed etiam * honeſtauerunt, certe uerendum mihi non * erit, ne quid, hoc parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in poſteritatem redundaret. Quòd ſi ea mihi maxime impenderet, tamẽ hoc animo ſemper fui, vt inuidiam virtute partã, gloriam, nõ inuidiam putarem. quanquam nonnulli ſunt in hoc ordine, qui aut ea quæ imminent, non videant; aut ea quæ vident diſſimulent. qui ſpem Catilinæ mollibus ſententiis aluerunt, coniurationemq; naſcentem non credendo corroborauerunt: quorum auctoritatem ſecuti multi, non ſolum improbi, verum etiã imperiti, ſi in hũc animaduertiſſem, crudeliter * nõ egregie factũ eſſe dicerent, Nunc intelligo ſi iſte quò intendit, in Mãliana caſtra peruenerit, neminem tã ſtultum fore, qui non videat coniurationem eſſe * patefactã; neminem tam improbum, qui non fateatur. Hoc aũt vno interfecto, intelligo hanc reip. peſtem paulìſper

* cõtaminarunt.
* honeſtarunt.
* erat,
* et regie factum
* factam

reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe. Quod ſi ſe eiecerit, ſecumque ſuos eduxerit, & eodem cęteros undiq; collectos naufragos aggregauerit, extinguetur, aut delebitur nõ modo hæc tam adulta reip. peſtis, uerumetiam ſtirps ac ſemen malorum * hominum. Etenim iandiu P.C. in his periculis coniurationis, & inſidijs uerſamur: ſed neſcio quo pacto omnium ſcelerũ, ac ueteris furoris, & audaciæ maturitas in noſtri cõſulatus tempus erupit. *omnium.

SYL. VSVRAM vnius horæ] .i. tempus, uelut exponit Donatus, ideſt uitam. Is enim exponens illud ex Adelphis, Tu tuũ officium facies atque huic aliquid paululum præ manu dederis, unde utatur: Vtatur, inquit, .i. uiuat. unde uſura uita dicitur, ut Vnius uſuram horæ gladiatori iſti ad uiuendum non dediſſem, ut uſuram lucis pro tempore uitæ, aut pro uita ipſa ſæpe dicit Cicero, in Verrem actione ſeptima: Cur inquam ciuibus Romanis, quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis uſuram tam diuturnam dediſti? Pro P. Sylla: Lucis ne hanc uſuram eripere uis, plenam lachrymarum atque mœroris? Et pro Rabirio Poſthumo: Vſuram huius lucis, & ueſtrũ conſpectum ne eripiatis. In oratione ad Quirites in Rullum ſecunda: Paruam exigui temporis uſurã bonæ de me opinionis poſtulo, pro parua parte uiuendi. [Gladiatoris] Catilinæ. Parricida à Latinis priſcis dicebatur, nõ ſolum, qui parentem, ſed etiam qui alienum occidiſſet, ut ait Sext. Pompeius hic uero parricida amplificationis cauſa dicitur, patria enim cõmunis parens omniũ eſt. Ciues igitur ſunt ueluti fratres, qui igitur ciues necat, etiam parricida eſt [Virtute] .i. animi magnitudine .i. fortitudine. [In qua ſignificatione à Cicerone ſæpe dicitur. [In hoc ordine .i. ſenatores. [Imperiti] .i. idiotæ, ſtulti, & vulgo, ut dicunt, ſimplices. Nam poſtea ſtultum refert ad imperitos. [Coniurationem eſſe patefactam] Factam, non patefactam hoc loco apud Priſc. lego, in lib. xviij. Quæ lectio placet. [Pauliſper reprimi] Locus hic uidetur oſtendere, quid diſtet inter reprimere, & comprimere. ut ſit reprimere ad tempus, comprimere in perpetuum. Idem Quint. ſentire uidetur lib. ix. ubi de antanaclaſi ſcribit. [Quod ſi ſe eiecerit] .i. tanquam ex naufragio in Manliana caſtra appulerit. Eiectus enim is eſt, qui litori ex naufragio tabulæ, uenti aut fortunæ beneficio ſaluus ſe applicat. Terent. in And. Atticus quidam olim naui fracta apud Andrum eiectus eſt. Virg. lib. Æn. iiij. Eiectum, & litore egentem Excepi, & regni demens in parte locaui. Idẽ in primo: Si quibus eiectus ſyluis aut urbibus errat. Eiectus, inquit Seruius .i. naufragus. [Adulta peſtis] .i. matura. [Verumetiam ſtirpis] Stirps cum generis eſt fœminini, genus ſignificat. Virg. in lib. Æn. vij Heu ſtirpem inuiſam, & fatis contraria noſtris Fata Phrygum. In maſculino arborum ſignificat. Idem duodecimo: Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum Suſtulerant, auctores ſunt Priſc. lib. t. & Seru. lib. 3. comment. in Aen. Virg. Stirpem ſacrum pro oleaſtro, ubi nautæ ſeruati ex undis ſua figere dona ſolebant. Paulò poſt pro oleaſtri trunco uel radice ſtirpem dicit: Nanque diu luctans, lentoq; in ſtirpe moratus, Viribus haud ullis ualuit diſcludere morſus Roboris Aeneas. Idẽ in eodem lib. ſtirpem dicit pro caudici .i. ea trunci parte unde aguntur radice. Is enim de Latini ſceptro: Vt ſceptrum hoc inquit, dextra ſceptrum, nam forte gerebat, Nunquam fronde leui fundes uirgulta, nec umbras, Cum ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum. Columella in lib. 4. dicit pro ramo eo ab arbore uulſo uel deciſo, qui terræ infixus radicat: Nulla ſtirps, inquit, antequam deponatur, nexata & infracta melius prouenit, quàm quæ integra & inuiolata ſine iniuria compoſita eſt. Stirpem in genere, fœminino poſuit ut Horatius ſtirpes rapta dicit. Eſt igitur hic ſumpta ſimilitudo ex ſtirpe pro caudice, uel pro ramo ab arbore uulſo. Huius enim modi ſtirps incerto arborum genere, cum plantatur, agit radices Stirpes Seruius plantas appellat lib. Georgicorum ſecundo: Plãtæ, inquit, plantaria differunt, nam plantæ raptæ ſunt de arboribus, plantaria uero ſeminibus nata, cum radicibus & terra propria transferuntur. [Malorum omnium,] Id eſt omnium incommodorum. ne de improbis hominibus intelligas. [Ac ueteris furoris] biennio ante conceptam hanc coniurationem in conſulatu ſuo enerſiſſe, Cicero dicit in oratione pro P. Sylla. [Maturitas erupit] Perſtat in tranſlatione peſtis adultæ. Peſtis aut aliud quoduis ulcus tum demum erumpere dicitur, cum maturum ſe ſua vi ſine ullo medicamento, ſine ferro aperit. Maturitas ulceris etiam domeſtico ſermone dicitur.

ASCEN. OPTIMVM factu] .i. ut fiat. Vſuram .i. lucrum, & dilationem. Et enim ſi ſummi uiri &c.] Probat iterum exemplo maiorum de ſeditioſis & parricidis poſſe ſumi ſupplicium impune, de his autem dictum eſt in principio huius & in declamatione Porcij Latronis. Ordo autem eſt. Si ſummi uiri & clariſſimi ciues .ſ. Romani, ſe non modo non contaminauerunt, ſed etiam honeſtauerunt ſanguine Saturnini qui erat tribunus plebis & Gracchorum Caij & Tiberij & Flacci & complurium ſuperiorum, hoc eſt antiquorum, quorum etiã Porcis meminit. Inter quos Spurius melius eques & Spurius Caſſius uir conſularis ut Liuius, recitat. [Certo non erat mihi inquit Cicero uerendum ne hoc parricida ciuium .ſ. Lucio Catilina interfecto .i. ſi eum interfeciſſem, quid .i. aliquid inuidiæ, redũdaret, hoc eſt ex eo naſceretur mihi, in poſteritatem .i. tempus futurum. [Inuidiam uirtute partam, hoc eſt ob præclarum facinus, & eſt ſententioſe dictum] Mollibus ſententijs. ſ de eo & reliquis ſuſpectis de coniuratione, dicebant enim congregationes illas nocturnas nõ tantum mali protendere ut tam nobilis ciuis patriam uaſtet ſuam, aut non animaduertendum in ciues non dum comperta coniuratione aut quid ſimile. [Mollibus] .i. non aſperis nec rigidis ſicut reſponſio mollis frangit iram. [Improbi, qui ex prauitate peccant cognita pernicie rei] Si animaduertiſſent .ſ. illi qui molliter ſenſerunt, aut lege potius animaduertiſſent. [Tam ſtultum. i. ſtolidum, & hebetem. [Tam impobum qui diſſimulet uel purgare contendat. [Reprimi] .i. arceri. [Comprimi] .i. confici, deleri.

Quod ſi ex tanto lattocinio iſte vnus tolletur, videbimur fortaſſe ad breue quoddam tempus cura, & metu eſſe releuati: periculum autem reſidebit, & erit incluſum penitus in venis, atque in viſceribus reip. ut ſępe homines ægri morbo graui, cum æſtu febriq; iactãtur, ſi aquam gelidam biberint, * prius releuari uidentur, deinde multo grauius, vehementiusq; afflictãtur: ſic hic moribus, qui eſt in rep. releuatus iſtius pœna, vehementius viuis reliquis ingraueſcet. Quare ſecedãt improbi, ſecernant ſe à bonis, unum in locum congregentur: muro denique, id quod ſæpe iam dixi, ſecernãtur à * bonis: deſinant inſidiari domi ſuæ ſuæ conſuli, circunſtare tribunal prætoris vrbani, obſidere cum gladijs curiam, malleolos ad incendendam urbem faceſq; comparare. Sit denique inſcriptum in fronte uniuſcuiuſque ciuis de rep. ſentiat Polliceor vobis hoc, P.C. tantam in nobis COSS. fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Rom. virtutem, tantam in omnibus bonis conſenſionem, ut Catilinæ profectione omnia patefacta, illuſtrata, oppreſſa, vindicata eſſe videatis. Hiſce omnibus Catilina cum ſumma reip. ſalute, & cum tua peſte ac pnicie, cumq; eorum exitio, qui ſe tecum omni ſcelere, paricidioq; iunxerant, proficiſcere ad impium bellum ac nefariũ. Tum tu Iupiter qui ijſdem, quibus hæc urbs auſpiciis à Romulo es conſtitutus, quem Statorem huius vrbis atque imperii vere nominamus, hunc & huius ſocios a tuis aris cæteriſq; templis, ac tectis vrbis, ac mœnib. à uita fortuniſq; ciuium omnium arcebis: & omnes inimicos bonorum, hoſtes patriæ, latrones Italiæ, ſcelerum fœdere inter ſe, ac nefaria ſocietate coniunctos, æternis ſuppliciis uiuos mortuoſq; mactabis.

* primo.

* nobis

SYL. EX tanto latrocinio] .i. ex tanta coniuratorum & latronum turba. [Tolletur] Mactabitur. [Periculum autem reſidebit] Perſtat in tranſlatione peſtis, quæ ſi nondum matura ferro aut medicamentis aperiatur, uel opprimatur, tum ſanies ipſa in venis atque in viſceribus penitus reſidebit, aliaſque erumpet. [Aegri morbo graui] .i. grauiter ægrotantes, Aeger dicitur animo & corpore, ægrotus uero corpore. Terentius tamen ægrotum animum ſæpe dicit. vt in Andria: Priuſquam harum ſcelera & lacrymæ confictæ dolis, Reducant animum ægrotum ad miſericordiam .i. triſtem, & iratum. Idem in Heautontimorumeno,

meno, cœpi non humaniter, neque vt animum decuit ægrotorum adoleſcentuli tractare, ſed vi, &c. Ab alijs auctoribus dici raro inuenias. [Æſtu febriq;.] i. æſtuante febri. [Releuari].i. conualeſcere. [Afflictantur].ſ. ægrotare. [Viuis reliquis]Coniuratis. ſ. Viuis melius quàm viuentibus, quod vſu rariſſimum eſt, niſi participium ſit. [Quare ſecedant] Concluſio eſt. [Id quod ſæpe iam dixi] i. bis primo, Magno metu liberabis, dummodo inter me & te murus interſit. deinde, Cum à me quoque id reſponſum tuliſſes, me nullo modo poſſe ijſdem parietibus tutum eſſe tecum, qui magno in periculo eſſem, quod ijſdem mœnibus contineremur. [Domi ſuæ conſuli].i. mihi conſuli domi meæ. [Circunſtare tribunal prætoris vrbani] Decretis à ſenatu prouincijs quæ conſulares, quæ prætoriæ eſſent ſortiebantur, prætores, qui ad quas prouincias adminiſtrandas proficiſceretur, cui ſorte obuenerat, vt in vrbe remaneret ad dicêdum ius Romanis ciuibus is Prætor vrbanus dicêbatur. [Circunſtare tribunal] Id ante ſignificat Cicero in proſopopœia patriæ ad Catilinam, Tu, inquit, non ſolum ad negligendas leges & quęſtiones, verum etiã ad deuincendas perfringendasq. valuiſti. [Obſidere cum gladijs curiam] Cum L. Torquatum & L. Cottam Conſules & pleroſque Senatores Nonis Februarijs necare conatus eſt, cum nimiũ maturauit pro curia ſocijs ſignum dare, malleolos faceſq; ad incendendam vrbem comparare. Vegetius lib de re mil. iiij. malleolos eſſe dicit velut ſagittas, quas ardentes obſeſſi projiciunt in turres hoſtium ambulatorias, quæ ſi adhæſerint, vniuerſa conflagrãt. Nonius vero Marcellus eſſe dicit manipulos ſparteos. pice contextos, qui incenſi aut in muros aut in teſtudines iaciuntur. [Ad incendendam vrbem]Catilina antequam in domum M. Porcij Leccæ cum coniuratis conueniret, multa moliebãtur Conſuli Ciceroni inſidias tendebat, incendia parabat, opportuna loca armatis hominibus obſidebat, cum telo erat, vt ait Saluſtius [Inſcriptum in fronte] Frons homini triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeueritatis index eſt, vt ait Plin. lib. xj. Ideo à ferẽdo appellatam putant, quòd præ ſe ferat, quid in animo ſit. Sententia eſt, quid quiſque de rep. ſentiat, cognoſcatur. nam hilari fronte ciues boni ſint, triſti vero & obnubilata coniurati. Vel improborum diſceſſu, quid quiſq; de reip. ſentiat ex fronte cognoſcatur, tanquam ſi id in eorum frontibus inſcriptum eſſet. [Hiſce omnibus] Quæ ſequuntur. Tum tu Iupiter εὐχή. i. precatio eſt, vt apud Virg. Da nunc Tymbre pater ferro quod miſſile libro, Cicero in Catilinam, cum inuocat Iouem ad pœnam coniuratorum, atque ita concludit, Æternis ſupplicijs viuos mortuoſque. mactabis. hæc Iulius Rufinianus in libro de Figuris. [Aris].i. templis, partem pro toto poſuit. Cicero dicit Catilinam ad hęc ſua verba obmutuiſſe. Is enim in libro de Oratore ad Brutum de genere dicẽdi ſcribens, quod Græci παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi & concitantur, in quo vno regnat oratio, quod vehemens eſt, incenſum, incitatum, quo cauſæ eripiuntur, quòd cum rapide fertur, ſuſtineri nullo pacto poteſt, Quo genere, inquit, nos mediocres, aut multo etiã minus, ſed magno ſemper vſi impetu ſæpe aduerſarios de ſtatu omni deijcimus. Nobis pro familiari reo ſummus orator non reſpondit Hortenſius: A nobis homo audaciſſimus Catilina in ſenatu accuſatus obmutuit. Etiam Ciceronis ingenium Catil. fugit, vt ait Plin. lib vij. Sed auctore Saluſt. pauca quędam purgandi ſui cauſa dixit. Cũ vero in Cicer. maledicta conijceret, cœperunt omnes obſtrepere, hoſtem ac parricidam eum vocare. Tum furibundus ille, Quoniam inquit, circumuentus ab inimicis præceps agor, incendiũ meum ruina reſtinguam, deinde ſe ex curia domum proripuit. Marcus tamen Cicero hoc à Catilina ante dictum fuiſſe ſcribit in oratione pro L. Muræna. Paucis enim diebus ante diem xij. Cal. Nou. Catoni iudicium minitanti & denuncianti, Catilina reſpondit, ſi quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatum. id ſe non aqua, ſed ruina extincturum Nocte intempeſta cum trecentorum ſatellitum comitatu vrbem egreditur, ſibiq. conſularis dignitatis inſignia faſces atque ſecures præcedere iubet, in quę Manliana caſtra contendit.

NAVFRAGOS] i. quibus res perdita eſt per libidinẽ vt naufragis per naufragium. [Adulta].i. excreta & grandis, ad maturos annos prouecta. Stirps & ſemen. Pulchra alluſio quia ex his duobus ſolent res naturaliter propagari. i. fons & origo ſeu ſeminarium. [Hic].i. modo, ſiue in hoc conſulatu meo. [Iſte contemptibilis Catil. [Periculum reſidebit].i. ocioſum & impunitũ ſedebit In venis, alludit ad venas terræ in quibus metalla ſunt. Vt ſępe homines apta comparatio ex phyſicis ſumpta. [Iſtius].ſ. Catilinæ, pœna. ſ. capitali. Malleolos. ſ. ad infringendas ianuas. [Tum tu Iupiter] Imprecationem imo execrationem amaram facit in Catilinam, & conſcios eius. Ordo eſt. Tum. i. tunc cum ille profectus erit, (per antipophoram conuertit ſermonem ad Iouem) tu ò Iupiter qui es conſtitutus. i. conſecratus & in templo collocatus ijſdem auſpicijs. i. fœlicibus inceptis & initijs auſpicio præuio ſumptis, quibus hæc. ſ. noſtra. ſ. Rom. vrbs, quæ per excellentiam vrbs dicitur, ſup. eſt conſtituta: quem ſ. Iouem nos vocamus vere, quia nomine conueniente rei, ſtatorem. i. factorem conſiſtentiæ & permanentiæ huius vrbis & huius imperij, vnde ipſe loquitur apud Maro. j. Æneid. de Roma ſic, His ego nec metas rerum nec tempora pono Imperium ſine fine dedi. Quem locum D. Auguſtinus notans dicit ad falſum à falſo deo dici, & ex mente poetæ vere dictum in Geor. Perituraq; regna, Sanè valla notat D. Hieronymum quod ſtatorem à ſtando dictum cenſeat, cum ſit à ſiſtendo ſic dictus hic quoque locus declarat, nam à ſtando non diceretur ſtator imperij, non enim ſtat ſed ſiſtit. i. ſtare facit imperium, ſicut ſiſtere fecit Romanos cum ſub Romulo fugam inceptarent, vt Liuius aperte demonſtrat. [Aeternis ſupplicijs] Dira imprecatione ſed vel originis noſtræ ſignanda.

Argumentum.

HAC oratione exultat Cicero, ꝙ Catilinã peſtẽ nefarie moliẽtẽ patriæ, ex urbe emiſerit. Emiſit autem potiusquam occidit ut etiam coniurationis ſocios perſequi poſſet quod non potuiſſet oppreſſus inuidia ſi Catilinam occidiſſet Catilinam nihil eſſe foris timendum oſtendit, ſed magis pertimeſcendos eos qui in urbe remanſerint in quos fore ſe ſeuerum minatur, ſi quid in rempublicam conentur. Iis concedit ut ad Catilinam ex vrbe exeant. Id ſi fiat rempub. eſſe dicit fortunatam, quòd hac ratione improbis hominibus purgetur. Sed conſulturum ijs qui reſipiſcentes quieſcent, aduerſus alios gerendo bella docem ſi profitetur. Eludit eos, qui dicant à ſe Catilinam in exiliũ eiectum. cum ipſe ſcelerum conſcientia conuictus in Manliana caſtra abierit Hanc vicẽ à ſe Catilina mutandam, modo eat in exilium, nõ in caſtra Manlij ad bellum patriæ faciendum, negat ſe unquam deprecaturũ. Exponit ex quibus hominum generibus coniuratorum copiæ ſint, deinde ſingulis medicinam conſilij affert Has copias nihil omnino pertimeſcendas eſſe oſtendit pop. Rom. hortatur, ut domos ſuas cuſtodijs uigilijsq; defendant, ſibi, urbi, colonijs & municipijs ſatis prouiſum dicit. Coniuratos qui in urbe ſunt, ut exeant iterũ hortatur, ſi quid in rempub. conentur qui remanſerint, carceris pœnam minatur. Spem conſeruandæ urbis ſe dicit concepiſſe, deorũ quibuſdam ſignificationibus, quorũ opẽ ſuadet implorandã, ut præſentes urbem defendant. Eſt habita hac oratio poſtero die quàm ſuperior. Deliberatiua oratio eſt.



M. TVLLII CICERONIS IN L. CATILINAM, ORATIO II.

TANDEM aliquando Quirites L. Catilinam furentem audacia, ſcelus anhelãtem, peſtem, patriæ nefarie molientem, nobis atque huic vrbi ferrum flã mamq. minitantẽ, ex urbe vel eiecimus, uel emiſimus, uel ipſum egredientem vrbe proſecuti ſumus. Abijt, exceſſit, euaſit, erupit. Nulla iam pernicies à monſtro illo atque ꝓdigio, mœnibus ipſis intra mœnia comparabitur. Atque hunc quidem unum huius belli domeſtici ducem ſine controuerſia uicimus. Non.n. iam inter latera noſtra ſica illa uerſabatur, non in campo, non in foro, nõ in curia, non denique inter domeſticos parietes pertimeſcemus, loco ille motus eſt, cum eſt ex urbe depulſus, palam iam cum hoſte, nullo impediente, bellum iuſtum geremus, ſine dubio perdidimus hominem, magnifice uicimus, cum illum ex occultis inſidijs in apertum latrocinium coniecimus, Quod uero nõ cruẽtum mucronem, ut uoluit, extulit, ꝙ ei ferrũ de manibus extorſimus, ꝙ incolumes ciues, ꝙ ſtantem vrbem reliquit, quanto tandem illum mœrore afflictum eſſe, & profligatum putatis? Iacet ille nunc proſtratus Quirites & ſe perculſum, atque abiectum eſſe ſentit, & retorquet oculos profecto ſæpe ad hanc urbem, quam ex ſuis facibus ereptam eſſe luget. Quæ quidem lætari mihi vr̃, ꝙ tantam peſtem euomerit, foraſq. proiecerit At ſi quis eſt talis, quales eſſe oẽs oportebat, qui in hoc ipſo in quo exultat, & triumphat oratio mea, me uehementer accuſet, ꝙ tam capitalem hoſtem non comprehenderim potius, q̃ emiſerim, non eſt iſta mea culpa, ſed temporum. Interemptum eſſe L. Catilinam, & grauiſſimo ſupplicio affectum iampridẽ oportebat, idq. à me, & mos maiorum, & huius imperij ſeueritas, & reſp. poſtulabat. Sed quã multos fuiſſe putatis, qui, quæ ego deferrem, non crederent? quã multos, qui propter ſtultitiam non putarent? q̃ multos, qui etiam defenderent? quã multos, qui ꝑꝑ improbitatem fauerent? Ac ſi ſublato illo depelli à uobis oẽ periculum iudicarem? iampridẽ ego L. Catilinam non modo inuidiæ meæ, uerumetiam periculo uitæ ſuſtuliſſem. Sed cũ uiderẽ ne uobis quidem omnibus re etiam tam probata, ſi illum, ut erat meritus, morte multaſſem, fore ut eius ſocios inuidia oppreſſus, perſequi non poſſem. Rẽ huc deduxit, ut tum palam pugnare poſſetis cum hoſtem aperte videretis. Quem quidem ego hoſtem. Quirites q̃ uehementer foris eſſe timendum putem, licet hinc intelligatis, ꝙ illud ẽt moleſte fero ꝙ ex vrbe patũ comitatus exierit. Vtinam ille oẽs ſe cũ ſuas copias eduxiſſet Tongillum mihi eduxit; quem amare in ꝑtexta calumnia cœperat, Publicium, & Munatium, quorum æs alienum contractum in popinam nullum reip. motum afferre poterat, reliquit. Quos uiros, quanto alienos ære, quam valentes, quàm nobiles, uos videtis.

IN INVECTIVAM M. TVLLII CICERONIS ſecundam, in L. Catilinam, ad Quirites, Franciſci Syluij Ambiani Commentarius.

TANDEM aliqñ Quirites] Tandem particula tarditatis eſt, vt demum, eũ. ſ. aliquid factum tardius dicimus, qđ ante factũ oportuit. Terent. Vix tãdem ſenſi ſtolidus. Idem, Modo ne id demum, ſẽſiſti Pãphile? Tandem aliqñ pro re eadem ſimul dicit ſæpe Ci. vt dicendi ratio augeatur. vt hic & libro ſuperiore, Ibis tãdem aliqñ. Quamuis vtrobique Priſc. lib. xv aliqñ futuri eſſe ipa putes. [Scelus anhelãtẽ] .i. ſũmo ardore animi ſcelus cõmittere cupiẽtẽ. [Ferrũ vobis.], i. cędẽ. [Vrbi flãmã]. i incẽdiũ. [Abijt] Verbor cõgregatio eſt, auctore Quintil. vt lib. ſuperiore diximus. Idẽ Quĩtil. lib. ix ſcribit, hic eſſe homœoteleutõ. Quæ dicẽdi ratio fit ẽt ſingulis verbis, Hæc cubat, dolet, piget, pudet. &, Abijt, exceſſit, erupit euaſit. [Mõſtro illo]. i. Catilina mõſtroſo ciue, q patriæ peſtem moliat [Sine cõtrouerſia]. i. ne Catil na qdẽ repugnãte. [Nõ in cãpo Martio]. ſ. ĩ comitij Cõſularibus, cũ Cicero Cos armatus lorica in comitia venit, vt Catilinæ perditos conatus eluderet. [In foro] Vbi etiam ad perfringendas leges, & quæſtiones ualuit Catilina. [Non in curia] Vbi nullus Senatorum ipſi aſſidere ſuſtinuit. [Loco ille motus eſt] A bellatoribus tranſlatio facta videtur qui occupatum aliquem locum pertinaciter tutantur, vnde ſi fuerint deiecti vincuntur facilius. [Motus igitur Catilina loco eſt,] Id eſt ex vrbe exceſſit. [Bellum iuſtum) Quia cum hoſte geritur. [Ex occultis inſidijs] Nocte enim de coniuratione Catilina conſultabat. Ea nocturna conſilia in apertum Cicero coniecit. [Non cruentum mucronem] Nam punctim feriebant Romani, non cæſim. qua ratione facilius multo occiditur hoſtis. Ideo Vegetio libro. j. auctore tirones punctim, non cæſim ferire diſcebant. Punctim feriendo,

do,erucatus ſit miſero. [Viuis nobis].i.me conſule viuo. Catilina in domo Leccæ dixit,cupere ſe ad exercitū proficiſci, ſi prius Ciceronem oppreſſiſſet,quem ſuis conſilijs officere mutuam ſentiret, vt ait Sal. Alias ſæpe Ciceronem Catilina occidere conatus eſt, vt libro ſuperiore dictum eſt. [Perculſum].i.euerſum.In qua ſignificatione dici, Nonius Marcellus au?tor eſt. Inde perculſus pro attonito ſtupefacto dř,tanquam ꝙ mētis eius ſedes euerſa ſit Virgin 1. Æn. Obſtupuit ſimul ipſe, ſimul perculſus Achates. & lib. 8. Obſtupuit tanto perculſus nomine Pallas. [Abiectum].i.odij cauſa eiectum,vt ablegare amittere,amandare dicimus,vbi particula à vel ab,odij quandam ſignificationem habet. [Retorquet oculos] Hoc magis veriſimile eſt, quā qđ Cic.compertum ſit.[Ex ſuis faucibus] A feris tranſlatio eſt. [Luget] magis quā dolet.[Euomuerit] Alia tranſlatio eſt.[Hoc ipſo] ꝙ Catilinā eiecerim, [Triumphat] Ad id alludit. Magnificeq; vicimus, vel Triumphat,gaudio. vt pro L. Muræna Cic.de Catilina dicit, Tum erumpit à ſenatu triumphans gaudio,quem omnino viuum illinc exire non oportuerat. Idem pro A. Cluentio, Tum uero illa egregia ac præclara mater palam exultare lætitia ac triumphare gaudio cœpit, victrix filiæ,non libidinis Sed vbi victoriæ nulla mentio eſt,id uerbū Cic.vſurpat in lib. Epiſtolarum ad Att.9. Ego cum ex ipſa re magna capio voluptatem, tum meum factū probari ab te triumpho & gaudeo. [Tam capitalem hoſtem].i. tam peſtiferum & perniciioſum.vt in lib.de ſenectute, Nullam capitaliorē peſtem quam corporis uoluptatem hominibus à natura datam dicebat. [Supplicio affectum] Affectum in re bona raro, ſæpius in mala dř. [Mos maiorum] Nam perſæpe ēt priuati in hac rep. perniciioſos ciues morte mulctarunt, vt in ſuperiore dixit oratione Cic. [Huius imperij] Conſularis ſ. quod ego gero. [Seueritas] Vt tanta fuit conſulum ſeueritas in C Gracchi, & Marci Fuluij & L. Saturnini cæde, vt eo ipſo die quo ſibi decreto ſenatus mandatum eſt, vt uiderent ne quid reſpublica detrimenti caperet, hi ciues perniciioſi interempti ſunt. [Stultitiam,] Ideſt imperitiam & quam vulgus appellat ſimplicitatem [Qui propter improbitatem fauerent.] Nonnulli è ſenatoribus pericula quæ à Catilina imminebant, non uidebant,aut ſi uidebant, diſſimulabāt. Horū auctoritatē ſecuti imperiti multi & improbi Cicer.feciſſe crudeliter dicerent,ſi Catilinam occidiſſet.[Ne vobis quidem omnibus] .i.eſſe ex vobis qui nō crederent. [Hoſtē] Catilinam. Parum comitatus. Eum trecenti ſatellites conſecuti ſunt,ut ait Plut. Hunc in Manliana caſtra cum paucis ꝓfectū, Saluſt.ſcribit.[Tongillum mihi] Mihi cauſa ornatus hic eſt ponitur,ut pro L.Muræna, Apud exercitum mihi fueris,inqt. Tongillum, Pub.& Munatium,abiectos hoīes & cōtemnendos ſecutos eſſe Catil dicit.cum in vrbe remāſerint coniurati nobiles & ualentes, ut oſtendat, magis metuendos q in vrbe remanſerunt, quā Catilinā,eoſq; qui eum ſecuti ſunt [Calūnia] Aut ocioſa eſt hæc voх & ſuperuacanea,aut hic locus emēdatus non eſt.[Quorum æs alienum] Pecuniā neruos bellorū eſſe,dici ſolet Ideoq; Philippus Macedo caſtella omnia expugnari poſſe dicebat, in quæ modo Aſellus onuſtus auro poſſet aſcendere. vt ait Cic. lib. epiſt.ad Attic. t: auctore Saluſt. Catilina pecuniam ſuā aut amicorum fide ſumptam mutuam Feſulas ad Manlium mittebat. A Publicio & Munatio ſumpta pecunia mutua eſt, ſed ea hellnationibus conſumpta eſt, ne credant eam Quirites ad uſum belli conſumptum iri. [Quando ære alieno] Quæ res impellit eos potius ad ciuium & vrbis cædes & incendia.

IN INVECTIVAM SECVNDAM M. T. Ciceronis. Iodoci Badij Aſcenſij Commentaria.

TAndem aliquando) Hæc inuectiua habita eſt in concione ad Quirites poſt fugam Catilinæ, in quo Cic. Catil. rurſus criminatur & ſe purgat ab ijs qui obijci poſſent ꝙ in exilium abire iuſſerit, dicens ſe id non iuſſiſſe ſed conſuluiſſe. Idque pro bono reip. Simulque dicit ipſum non in exilium ſed in caſtra Manliana profectum, quamuis multo optabilius ſit ſi in exilium abierit quam ſi patriæ bellum fecerit. [Nefarie aduerbium eſt,nec cohæret cum datiuo patriæ [Abijt,quaſi ſpōte] Exceſſit laborioſe,euaſit quaſi è periculis. [Erupit violenter quaſi obſeſſus] Intra mœnia.quia foris comparari poſſunt. [Sine controuerſia.hoc eſt ſine contradictione alicuius] Cruentum,hoc eſt ſanguine noſtro tinctum.[Retorquet oculos] Id graphice dicitur de re quàm quis cogitur deſerere. [Ex ſuis faucibus quaſi eam deuorare prætenderit] Quæ quidem, ſcilicet urbis Rom. [Euomuerit ut ſolemus uenenum aut aliud nociuum aut perniciosū, quia uero id per metaphoram dicit,addit foras proiecerit) At ſi quis eſt talis. Senſus obſcurior eſt quam eni nihil deeſſe putem, uerum poteſt ſic colligi. At ſi q̃s eſt talis quales oportebat omnes eſſe.i.qui rectè cenſeat (ut me.i. ut id dicam ne oratio mea accuſet me uehementer) qui accuſat ſcme in hoc ipſo. ſ. facto meo, in ſup. Catilina exultat, & triumphat.ſ. ꝙ non comprehenderim potius quā emiſerim tam capitalem hoſtem.i.tam perniciioſum utpote cum quo agitur de capitis periculo Reſpondeo ſup.ꝙ iſta nō eſt mea culpa,ſed temporum P.R.i.reip [Sed quā] .i.quantum in illos,figuratè.i. interrogatiue dř. Vnde quā rectè poſitiuo iungitur. [Deferrem].i.de occulto in publicum ferrem,unde ſunt delatores occultorum criminū & falſorum indices aut reuelatores. Propter ſtultitiam: aut quia hebetiores erant,quàm vt tantum facinus intelligerent,aut quia aliarum rerum ſtudioſi in hanc intendere animum nequibant. Qui etiam.i.vltra defenderent.ſ factum Catilinæ. [Fauerent] Gradatim procedit. nam minor eſt culpa eorum qui intelligere nequirent,quam eorum qui quæ non intelligebant defenderent. Et minor defendentium quā fauentium. Quia defendimus quod tolerabile putamus, fauemus illi quod bonum cenſemus. Iampridem ſuſtuliſſem: Nota in te non pſiſtente iam poni cum pridem contra ſententiam Vallæ qui forte dicat fruſtra additum iam. [Forte) .i. futurum eſſe, oppreſſus inuidia, quam incurriſſet per mortem Catilinæ cum propter fugam eius tātam ſuſtineret. [Parum comitatus] .i.quod non eduxerit ſecum omnes conſcios ac coniuratos, q.d. ſi ego vellem illi omnes ſocios adiūctos eorum eſt quòd parum timendum putem, quàm igitur, q.d.minime, Mihi. i. ad commodum meum; aut de communi eſt ſumptum. Calumnia].i.per calumniam.

Itaque ego illū exercitū ex Gallicanis legionibus, & cum hoc delectu,quem in agro Piceno,& Gallico, Q. Metellus habuit ex his copiis, quæ à nobis quoti die comparantur,magnopere contemno,collectū ex ſenibus deſperatis agreſti luxuria, ex ruſticis médicuis,ex decoctoribus,ca iis,qui uadimonia deſerere, q̃ illum exercitum maluerunt. Quibus ego non modo, ſi aciē exercitus noſtri, uerumetiam ſi editū prætoris oſtendero,cōcident. Hos quos uideo uolitare in foro quos ſtare ad curiam,quos ēt in ſenatum uenire,qui nitent unguentis,qui fulgent purpura,mallem ſecū eduxiſſent ſuos milites. Quod ſi hic permanēt,mementote,non tam exercitum illum eſſe nobis, quā hos qui exercitum deſeruerūt pertimeſcēdos. Atq; ēt hoc magis ſunt timendi,ꝙ quid cogitent,me ſcire ſentiunt,neque eñ permouentur. Video cui Apulia ſit attributa, q̃s habeat Hetruriam, quis agrū Picenū, q̃s Gallicā, q̃s ſibi has urbanas inſidias cædis,atq; incēdiorū depopoſcerit. Omnia ſuperioris noctis conſilia ad me perlata eſſe ſentiūt,pateſeci in ſenatu heſterna die,Catilina ipſe pertimuit, profugit. Hi q̃d expectāt? non ne illi uehementer errant,ſi illi meam priſtinam lenitatē perpetuā ſperant futurā? Quod expectaui,iā ſum aſſecutus,ut uos oēs factam eſſe aperte coniurationē contra remp uideretis,niſi uero ſi quis eſt, qui Catilinæ ſimilis cum Catilina ſentire non putet. Non eſt iā lenitatis locus, ſeueritatem res ipſa flagitat: Vnum etiam nunc concedam, exeant, proficiſcantur, ne patiantur deſiderio ſui Catilinam miſeram tabeſcere,

SYL.

ITaque ego illum exercitum) Exaratum ex Gallicanis legionibus [Cum hoc delectu) Et cum hoc delectu,etiam in nonnullis codicibus lego,ſed emendata mihi lectio non uidetur, quæ illo modo mihi uidetur emendatior, Itaque ego illum exercitum ex Gallicanis legionibus comparatum cum delectu etiam. vt oſtendat Cicero, Catilinæ exercitum nihil eſſe metuendum. Nam Gallicas legiones C. Manlius Catilinæ nomine comparandas curauerat,quæ ex contemnendis hominibus erāt. Quint uero metellus Celer Prætor à ſenatu in agrum Picenum miſſus eſt, eiq; permiſſum, ueique pro tempore atque periculo exercitū cōpararet,ut ait Saluſt. Ex Gallicanis legionib.] Quę,ſ.

in Gallia nobis tranſalpina, vbi tum erant Boij comparatę ſunt quæ flumio Rubicone & Alpibus continetur. [In agro Piceno] Picenum regio Italiæ eſt, quam quintam Plin.lib.3. ponit. eam vberrimæ hominem multitudinis eſſe dicit Idem cap.5.lib.eiuſdem, à Surrentino ad Silarum amnem XXX.M.paſſus agrū Picenum eſſe dicit. [Quem habui] Habere delectum eſt, quod dicimus congregare milites, quod bonorū, & malorū delectus fit, ut mali remittantur, bonorū nomina accipiantur. Qui milites congregant, hi à Liuio acquiſitores dñt.] Magnopere contemno].i. nihil metuo. Contemnere.n. ſæpe dr, ut metuere ei contrarium ſit. vnde artium ſcriptores præcipiunt, aduerſarium in contemptum iudicum ad ucendum eſſe. [Senibus deſperatis] Deſperati ſenes epitheto perpetuo dñt, quod eorum uitæ diuturnitas nunquam ſperetur. Inde prouerbium apud Ariſt.lib. Rhet.2.eſt; Beneficium apud ſenem collocandum non eſſe, eo quod id pp uitę breuitatem, quę reliqua eſt, non referat. Deſperatam ſenectutem Cicero dicit in oratione pro M. Cœlio, pro extrema, quæ capulo proxima ſit; Conſeruate, inquit, parenti filium, ne ſenectutem propè deſperatam contempſiſſe videamini. Deſperatus ægrotus is eſt, cuius de ſalute deſperatur, & deſperatus morbus, qui eſt grauiſſimus, & anceps maxime. Inde deſperata reſp. & ægrota dr à Cicerone in Diuinatione. & pro P. Sylla. Magni, diuturni, & deſperati reip. morbi. Inde deſperatū hominem, pro perdito & improbo, idem ſæpe dicit, quem in viam reduci poſſe nulla ſpes eſt. Nemo enim adeo ferus eſt, auctore Horatio, ut non miteſcere poſſit. Deſperare honorem idem dicit pro L. Muræna, & deſperare pacem, vbi epiſt. ad Attic. 7. Deſperare de honore & de fama, vulgo dicunt. [Agreſti luxuria] Vel hic locus mendoſus eſt, vel hæ duæ uoces otioſæ ſunt, vel intelligi debet, Senibus deſperatis.i.perditis agreſti luxuria. [Decoctoribus] .i. helluonibus, & patrimonij uoratoribus, [Vadimonia deſerere] Vadimonium eſt ſponſio ſiſtendi in iudicio, cum quis reus citatur, uq; dicto die in iudicium uenire ſe promittit. Prodimit vadimonium, cū dicto die venit. Obit vadimonium, cū dicto die non aduenit, & vt vulgo dicūt ponitur in defectu, deſerit vadimonium, vel ad vadimonium non venit, vt ex Cic. oratione poſſit cognoſcere, quæ p P. Quintio eſt. Lib. Dig.2.tit. Si quis in ius uocatus non ierit, Paulus ſcribit, ut ex quacunque cauſa ad prætorem, uel alios præſides qui iuriſdictioni præſunt in ius vocatus uenire debeat, ut hoc ipſum ſciatur an iuriſditionis eius ſit. Si qs non ierit à iudice q uocauit, multa dānabitur. Deſerere vadimonium q̄ exercitū malle, eſt malle, ut vulgo loquimur, amittere multū. vel negocia multum neceſſaria relinquere, q̄ exercitum non ſequi. Vadimonium enim deſeri non ſolebat niſi iuſtiſſima ex cauſa. [Concident]. i. territi animum amittent. [Quos etiam in ſenatum venire] Nam ſenatores XI. ex coniuratis fuerunt, quorum Curius ſenatu ob probrum aliquod à motus fuerat. [Quid cogitent] Non ſolum quid dicant aut faciant. [Cui Apulia ſit attributa] C. Iulio Apuliam, Hetruriam, Manlio, agrum Picenum Septimio diſtributas, Cethegum cædi, Caſſium Statilium & Gabinium ad incendēda 13. vrbis loca pfectos fuiſſe in oratione ſuperiore diximus. [Superioris noctis] Non nouiſſimam præceſſit, quæ in re ſuperior vix dr. Ideo ſuperiorem, nouiſſimam intelligere poſſis qua ex urbe Catilina diſceſſit, qua mandauit Lētulo Cethego, ceteriſq; vt coniurationis opes confirmarent, inſidias conſuli maturarent, cædem atque incendia pararent, ſe propediem cum magno exercitu ad vrbem acceſſurum. [Catilina ipſe pertimuit] Argūm à minore ad maius, quo oſtendit coniuratos eos qui in vrbe remanſerunt, magis q̄ Catilinam timendos eſſe. Hæc enim conſilia coniuratorum cum dixit, Catilina in ſenatu pertimuit & profugit. [Hi] Coniurati, qui eadem audiuerunt, & noctis ſuperioris conſilia ſentire intelligunt, nihil permouentur. [Hi] Coniurati, qui in urbe remanſerunt. [Meam priſtinam lenitatem] Qua in Catilinam uſus ſum, quamuis id ſenatuſconſultum vehemens & graue in eum hrem. Quod expectaui) Mea lenitate. ſ. hoc eſt vt Catilina exiret, vt coniuratio vobis omnibus patefacta eſſet. [Niſi ſi quis eſt].i. niſi quis eſt. Vt nulli eſſe vlli. pro nulli eſſe, A. Gellius, & neminem hominem, pro neminem, luculenti ſcriptores dixerunt. [Non eſt iam lenitati locus] Vt Terent. in Andria, Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neque ſocordiæ. Locum actionis, opportunitatem eſſe temporis, Stoici dicunt, ut eſt, apud Ciceronem libro de officijs primo.

Ascen. DECOCTORIBVS) idest conſumptoribus patrimonij uadimonium.i. fideiuſſionem in iudicio [Non permouentur] ideſt non ad fugā vſque. [Video].i. cognoſco, conſidero. [Attributa]. ſ. per Catil. tanquā imperatorem depopoſcerit.i. poſcēdo receperit aut aſſumpſerit. [Superioris].i. proximæ pcedentis. [Protinus].i. continuo. [Hi]. ſ. reliqui coniurati. Nę.] certe, ut in Terent. Næ ego homo infœlix. [Lenitatem].i. mititatē animi. Quod expectaui.i. fugam & exilium Catilinæ, ob id quod ſequitur vt uos ofs. &c. Catilinæ ſimilis. Cati inæ genitiuus eſt. Lenitati. male egeretur lenitati, quia nunquam lenitati locus eſt. Seuerus eſt rigide ſequens verum, ita ut ab eo nequaquam flecti poſſit, inde ſeueritas dicta ſequela ueri Deſiderio ſui, qui miſere.i. afflictim deſiderentur. Eſt autem ſarcaſmos aut ironia, quòd Catil. miſerum dicit. Nam miſer, ut ſæpe dixi, in bonam partem accipitur pro miſerando atque eo qui dignus ſit cuius non miſereamur. Tabeſcere.i. lentata conſumi, quia ſpiritus triſtis deſiccat oſſa.

Demonſtrabitur iter, Aurelia uia profectus eſt, ſi accelerare uolent, ad ueſperam conſequentur. O fortunatam remp ſi quidem hanc ſentinam huius urbis eiecerit. Vno mehercule Catilina exhauſto, releuata mihi, & recreata reſp. uidetur. Quid enim mali aut ſceleris fingi aut cogitari poteſt, quod non ille conceperit? Quis tota Italia ueneficus, quis gladiator, quis latro, quis ſicarius, quis parricida, quis teſtamentorum ſubiector, quis circumſcriptor, quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quæ mulier infamis, quis corruptor iuuentutis, quis corruptus, quis perditus, qui inueniri pōt qui ſe cum Catilina familiariſſime uixiſſe non fateatur? Quę cædes p hoſte annos ſine illo facta eſt? quod nefarium ſtuprum non per illum? Iam uero quæ tanta ullo unquam homine iuuentutis illecebra fuit, quanta in illo? qui alios ipſe amabat turpiſſime, aliorum amori flagitioſiſſime ſeruiebat. Aliis fructum libidinū, alis mortē parentū, non modo impellendo, uerumetiam adiuuando pollicebatur.

Syl. AVRELIA uia] Ad quam eſt Aurelium forum, de quo ante. Et uenitur Roma in Hetruriam. [Releuata] In ſentinæ metaphora ſtat, qua nauis premitur, ea cum exhauritur, nauis releuatur. Vel ab ægrotis facta traſlatio eſt, ut in oratione ſuperiore; Morbus qui eſt in rep. releuatus iſtius pœna. [Recreata] Tanquam ex morbo refecta & ſanata. vt in oratione ad Quirites poſt reditum. Bona ualetudo iocūdior eſt ijs, qui è graui morbo recreati ſunt, quā qui nunquā ęgro corpore fuerūt. C. Marium inedia fluctibuſq; feſſum à Minturnenſibus recreatum, Cicero pro Cn. Planco dicit. Idem de prouincijs conſularibus, Macedoniam exercitu ita vexatam dicit, ut vix poſſit de diuturna pace recreare. Id verbum ad animum transfertur, ut libro epiſtolarum ad Attic. 12. recreare à mœrore dicit. Et lib. 4. Literis, inquit, ſuſtentor & recreor. Et pro Cn. Planco: Conſeſſus iſte reficit & recreat mentem meam. & pro Milone, Me recreat & reficit Cn. Pompeij ſapientiſſimi & iuſtiſſimi uiri conſilium. [Conceperit].i. amiſerit, vt pro P. Sylla; Quod flagitium Lentulus nō cum Antronio concepit. Per abuſionem ſicarios oēs, uocamus, qui cædem telo quoque commiſerint, vt ante diximus. [Quis teſtamentorū ſubiector] Subiector teſtamentorum eſt, qui p teſtamento vero falſum ſupponit, vt in oratione pro A. Cluentio, cum Oppianus Aſinij adoleſcentes pecunioſi hęreditatem captaret, Auilius Aſinium ſe nominans, vt erat conſtitutum, ſimulat ſe ęgrotare, & teſtamentū facere velle, Oppianicus obſignatores, q neq; Aſinium, neque Auilium noſſent, ad eum adducit, Aſinij nomine teſtamentum obſignatur, Auilius illico cōualeſcit, Aſinius breui illo tpe occiditur, Subiector teſtamentorū à Cicerone appellatur in lib. de Offic. 3. teſtamentarius, Neque, inquit, de ſicarijs, veneficijs, teſtamentarijs, furibus, peculatoribus hoc loco diſſerendū eſt. Vbi paulò poſt de falſo L. Minutij Baſilij teſtamēto ſcribit. quod quidem è Græcia attulerūt. Quod quo facilius obtinerent, ſcripſerunt hæredes ſecū M. Craſſum, & Q. Hortenſiū, ætatis eiuſdem homines potētiſſimos. [Circunſcriptor].i. impoſtor & deceptor. Circunſcribere enim fallere eſt. Cicero in lib. Academicarum 4. Alterum eſt, q fallacibus & captioſis interrogationibus circūſcripti atque decepti quidam, cum eas diſſoluere non pōt, deſciſcūt à ueritate. Idē lib. de Offic. 3. Dolus malus legibus erat vindicatus, ut tutela duodecim tabulis & circunſcriptio adoleſcentium lege Lectoria. Idem in Philip. 14. Teſtamenta credo ſubijciunt, aut eijciunt vicinos, aut adoleſcentulos circunſcribunt. [Quis ganeo] Ganeones, vt ait Non. Marcellus, à

ganeis dicti ſunt, quę ſunt loca vinolentia & libidini apta. Varro in Modio. Hoc intereſt inter Epicurũ & Ganeones noſtros, quibus modulus eſt vitę culina. [Citarq; hunc locum in Catilinam] Quæ mulier infamis. Catilina etiam mulieres aliquot ſibi aſciuit, quæ primo ingentes ſumptus ſtupro corporis tolerauerant. Per eas ſe Catilina credebat poſſe ſeruitia vrbana ſolicitare, vrbẽ incendere, viros earũ vel adiungere ſibi, vel interficere, vt ait Sal. [Non familiariſſime] In eadem ſnia Sal. eſt Catilina, inquit, omnium flagitioſorum atque facinoroſorum hominum circum ſe tanq̃ ſtiparorum catervas habebat. Nam quicunque impudicus, adulter, ganeo, alea, manu, ventre, pene, patria bona diſſipauerat, quicunque alienum æs grande conflauerat, oẽs parricidæ, ſacrilegi, cõuicti iudicijs, aut pro factis iudicium timẽtes, ad hoc quos manus atque lingua periurio aut ciuili ſanguine alebat, poſtremo oẽs quos flagitium, egeſtas, conſcius animus exagitabat, hi Catil. proximi familiareſq; erant. [Sine illo facta eſt] Idẽ dixit in oratione ſuperiore, in proſopopœia patriæ ad Catilinam. [Quod nefarium ſtuprum] Sal. Adoleſcens Catilina multa nefanda ſtupra fecerat, cum virgine nobili, cum ſacerdote Veſtæ, alia huiuſcemodi contra ius faſq;. Eundem cum ſorore ſtuprum feciſſe diximus. [Iuuentutis illecebra] Auctore Sal. Catilina iuuenum vel adoleſcentium familiaritates maxime appetebat. nã eorum animi molles, & ætate fluxi, dolis, aut difficulter capiebãtur. Nam vt cuiuſq; ſtudium ex ætate flagrabat, alijs ſcorta præbere, alijs canes aut equos mercari, poſtremo neq; modeſtiæ ſuę parcere, dum illos obnoxios fidoſq; ſibi faceret. [Qui alius ipſe] Sal. hanc Cic. ſnīam nõ probat. Scio, inquit, nõnullos, qui ita exiſtimarent, iuuentutem quę domum Catilinæ frequentabat, parũ honeſtæ pudicitiam habuiſſe. Sed ex alijs rebus magis, quã quod cuiquam id compertum foret, hæc fama valebat. [Seruiebat amori] .i. lenocinabatur. [Alijs mortem parentum] In coniuratione filij familias erant, quorum ex nobilitate pars maxima erat, qui in illa vrbis vaſtatione parentes interfecturi erant, vt ait Saluſt.

ASCEN. AVRELIA via profectus eſt] .ſ. Catilina. A celeritate. i. accelerauter aſſequi. [Conſequẽtur] .i. attingent. Si quidem, duæ ſunt particulæ. Sentinam. i. ſordium receptaculum, vt in Sentinã nauis aquæ fœtidæ defluunt. Exhauſto alludit ad ſentinam. i. eiecto è ſentina illa vitioſorum [Releuata & pro] .i. recreata. Fingi, ex materia præiacentę, vt figulus ex luto fingit, aut excogitari etiam de nihilo quod non cõcepeꝛit. i. animo complexus fuerit ille, ſ. Catilinam, q. d. nihil. Veneficus, necans veneno; Gladiator, Laniſta, aut infami exercitio gladiorum viuens, Latro, latenter adoriens, ficarius, fica, graſſans, Parricida parentes & ſanguine coniunctos occidens. [Subiector] .i. falſus ſuppoſitor, ſubijciens ſe doloſe loco eius qui verè inſcriptus ſit. Circumſcriptor, i. deceptor. [Ganeo] .i. guloſè viuens in ganeis. [Nepos] .i. Luxurioſus. Seruiebat. vt pathicus. Impellendo. non implendo legem.

Nunc vero quam ſubito, nõ ſolum ex vrbe, verum etiam ex agris ingentem numerum perditorum hominũ collegerat, nemo non modo Romæ, ſed ne vllo in angulo totius Italiæ oppreſſus ęre alieno fuit, quem non ad hoc incredibile ſceleris fœdus aſciuerit. Atq; vt eius diuerſa ſtudia in diſſimili ratione perſpicere poſitis, nemo eſt in ludo gladiatorio paulò ad facinus audacior, qui ſe non intimum Catilinæ eſſe fateatur: nemo in ſcena leuior, & nequior, qui ſe non eiuſdem prope ſodalẽ fuiſſe commemoret. Atq; idem tum ſtuprorũ & ſcelerũ, exercitatione aſſuefactus, frigore, & fame, & ſiti, ac vigilijs perferendis, fortis ab his iſtis ſuis ſocijs p̃dicabatur, cũ induſtriæ ſubſidia, atq; inſtrumẽta virtutis in libidine, audaciaq; conſumerentur. Hũc vero ſi ſecuti fuerint ſui comites ſi ex vrbe exierint deſperatorum hoĩum flagitioſi greges: ò nos beatos, ò rẽp. fortunatam, ò præclaram laudẽ cõſulatus mei. Iam.n. non ſunt mediocres hoĩum libidines, non humanę, ac tolerandæ audacię; nihil cogitant, niſi cædes, niſi incendia, niſi rapinas. Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas obligurierũt, res eos iãpridẽ fides deficere nuper cępit. Eadem tñ illa, quæ erat in abundãtia, libido permanet. Quod ſi in vino, & alea comeſſationes ſolum, & ſcorta quærerent, eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen eſſent ferendi. Hoc vero quis ferre poſſit, inertes hoĩes fortiſſimis inſidiari? ſtultiſſimos prudentiſſimis? ebrioſos ſobriis? dormientes vigilantibus? qui mihi accubantes in conuiuiis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, conferti cibo, ſertis redimiti, vnguentis obliti, debilitati ſtupris, eructant ſermonibus ſuis cędem bonorum, atq; vrbis incendia. quibus ego confido impendere fatum aliquod, & pęnas iandiu improbitati, nequitiæ, ſceleri, libidini debitas, aut inſtare iam plane, aut certe iã appropinquare. Quos ſi meus conſulatus quõ ſanare non poteſt, ſuſtulerit, non breue neſcio quod tp̃s, ſed multa ſęcula propagarit reip. Nulla eſt.n. natio, quã pertimeſcamus, nullus rex qui bellum reip. facere poſſit, omnia ſunt æterna vnius virtute, terra mariq; pacata domeſticum bellum manet. Intus inſidiæ ſunt, intus incluſum periculum eſt, intus eſt hoſtis; cum luxuria nobis, cũ amentia, cũ ſcelere certandum eſt. Huic ego me bello ducem ꝓfiteor Quirit. ſuſcipio inimicitias hoĩum perditorum. Quæ ſanari poterunt, quacunq; ratione ſanabo, quę reſecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare. Proinde aut exeant, aut quieſcant, aut ſi & in vrbe, & in eadem mente permanent, ea quæ merentur, expectent.

SYL. IN ludo gladiatorio] Vbi ſe gladiatores exercent, vt ludus literarum dr̃. [Intimum] .i. familiariſſimum. [Nemo in ſcenã leuior] .i. nullus hiſtrio, nullus mimus. Mimi enim viles & abiecti ita habebantur, vt ab his nominatim appellari contumelioſum exiſtimatum ſit, Ideo Lucilius eum à quo in ſcena nominatim læſus fuerat, & L. accius eum quo fuerat nominatus, in iniuriarum iudicium vocauerunt, vt eſt lib. Rhet. ad Heren. ij. Hanc eſſe cauſam arbitror. cur Terent. in prologis à ſe factis nominatim ſe non appellet, ſed ſolum poetã, ne qua ſibi tum afferretur contumelia, cum minus prologum recitaret. [Sodalem] Sodalis hic dici vr̃, pro ſocio in rebus leuioribus, & voluptarijs, in qua ſignificatione dici Valla exiſtimat. A ſedendo. vel ſimul edẽdo dici, Sext. Põpeius putat, ꝙ ita ſodales ſocij ſunt in helluationibus & comeſſationibus, alijſq; huius gñis libidinibus quãuis in re quoque honeſta dicatur ſodalis. [Diuerſa ſtudia in diſſimili ratione] Cic. in oratione pro M. Cœlio, de Catilinæ ſtudijs diuerſis cum alia multa dixit, tum illud: Erant, inquit, apud illum illecebræ libidinum multæ, erant etiam induſtriæ quidam ſtimuli & laboris, flagrabant vitia libidinis apud illum, vigebãt etiam ſtudia rei militaris. neque ego vnquam fuiſſe tale monſtrum in terris vllum puto, tam ex contrarijs diuerſiſq; inter ſe repugnantibus naturæ ſtudijs cupiditatibuſq; conflatum, &c. Eius itaque diuerſa fuere ſtudia, nam improbis & nequarum hoĩbus familiaris fuit, & tñ fortitudinis partibus ſe exercenit, hoc eſt, frigore, fame, ſiti, & vigilijs. [Induſtriæ ſubſidia] Induſtria vulgo dr̃. ꝓ ingenij dexteritate quadam & fęlicitate ſed à doctis hominibus dici inuenio pro conſtanti labore, qui certo quodã & honeſto conſilio ſuſcitatur, quæ fortitudini pars eſt, cui contraria ſit pigritia aut ignauia Cic. in 2. de Fin lib. Neque laborum perfunctio, neque perpeſſio dolorum per ſe ipſa allicit, nec patientia, nec aſſiduitates, nec vigilię, nec ea ipſa quę laudatur induſtria nec fortitudo quidem. Idem in oratione Poſt reditum in Senatu: Habet magiſtros non ex iſtis ineptis, qui dies totos de officio ac de virtute differunt, qui ad laborem, ad induſtriam ad pericula pro patria ſubeunda adhortantur. Inde induſtrius homo dicitur. Idem lib. in C. Verrem 6. Ne iſta præclara nobilitas deſinas quæri pop. Ro hominibus nouis atque induſtrijs libenter honores mandare, ſemperq; mãdaſſe. & lib. Tuſc. 2. de labore & dolore locutus; Hæc, inquit, duo Græci illi quorum copioſior eſt lingua quam noſtra, vno nomine appellant. Itaque induſtrios homines illi ſtudioſos. vel potius amantes doloris appellant, nos commodius laborioſos. Aliud eſt enim laborare, aliud dolere. Induſtriæ ſubſidia appellat, frigoris, famis, ſitis, vigiliarum patiẽtiã, qua ratione labor facilius ſuſcipitur, fitq; conſtantior. [Virtutis] .i. fortitudinis. [In libidine] .i. ad obſidendum ſtuprum, & maritorum ſomno inſidiandum. [Audacia] .i. ad facinus obeundum, & occiſorum bonis inſidiandum. [Non medioc.] .i. maxime. [Inhumanę] .i. maiores q̃ natura humana afferat, ideoq; feroces ſunt

& beluinæ. Audacia quãuis in numero ſingulari dicatur ſæpius, non tñ ſemel dixit Cic. audacias in plurali, vt lib. Epiſt. ad Att. 9. Libidines, audacias, ſumptus, egeſtates tot egentiſſimorum hominum, nec priuatas poſſe res, nec temp. ſuſtinere. In verrem Actione 5. Vultis aũt iſtorũ audacias ac libidines aliqua ex parte recreare? Pro P. Sylla: Penitus introſpicite, Catilinæ, Antonij, Cethegi, Lentuli, cæterorumq́; mentes, quas vos in his libidines, q̃ flagitia, quas turpitudines, quantas audacias, quam incredibiles furores, quas notas ſcelerum, quæ indicia parricidiorum, quantos aceruos facinorũ reperietis? [Obligurierũt] Obligurire quid ſit, explicat Donatus, cum enarrat illũ Terent. ex Eun. locũ: Patria qui obligurierat bona. Obligurierat, inqt, ſuauibus cibis cõſumpſerat. Ligurire.n. dictũ eſt, ppea, q̃ ſuaue λιχνεύειν Græci appellãt. [Libido pmanet] Libido peruerſa eſt admodũ, ſi in egeſtate remaneat ea quę fuit in abundantia. [Inertes hoĩes] Inertes dicit eos, quos vulgus parum Latinè appellat puſillanimos. [Ebrioſos ſobrijs] Ebrioſum ab ebrio diſtinguit Cic. lib. Tuſc. quęſt. 4. quãtum iracundum ab irato, & amatorẽ ab amante q̃ hic in actione ſit, illi aũt ad actionẽ procliuitas ſit, ẽt ſi in actione non ſit. [Qui mihi ornatus gratia hic ponitur. [Vino languidi] Languere herbas dicimus, cũ humore defectæ aut ceſæ flaceſcũt. Virg. in lib. Æn. 9. de morte Euryali, Voluitur Euryalus leto, pulchrosq́; per artus It cruor, inq́; humeros ceruix collapſa recũbit: Purpureus veluti cũ flos ſucciſus aratro Langueſcit moriens, laſſove papauera collo Demiſere caput, pluuia cũ forte grauantur. Hinc languere hoĩes dicimus eos, q̃ animi & corporis amiſſo vigore debilitãtur, cuiuſmodi ebrij eſſe ſolet. [Cõfecti cibo] Alij legũt cõferti, q̃ lectio aſpernãda nõ eſt. [Sertis redimiti] In cõuiuio luxurioſo coronas & vnguẽta addi ſolita, vulgatius eſt quã vt dici poſtulet. [Vnius virtute, terra, mariq́;] Cn. Põpeij. [Domeſticũ] .i. inteſtinũ. [Cũ luxuria] .i. cũ luxurioſis hoĩbus. [Quæ ſanati po.] Ex medicis ſimilitudo ſumpta eſt, q̃ immedicabile vulnus enſe recidũt, ne pars ſyncera trahatur. Quod vero curari poteſt, id nõ reſcindũt, ſed dant operã vt ſanent. [Aut quieſcant] Quieſcere dĩ is, qui eſt inſolens & inquietus, cũ ceſſat, vt ait Donatus in Andr. Terent. [In eadem mente] .i. in eodem animo coniurationis.

ASCEN. FOEDVS] .i. firmã pactionẽ, in ludo .i. exercitio & ſchola. Eſt.n. ludus vbicunque ars aliqua ſiue bona ſiue mala docetur. vnde ludi magiſter. [Atque idẽ] .ſ. Catilina tam neq̃ & luxurioſus, & aſſuefactus in exercitatione ſtuprorũ & ſcelerũ, prædicabatur tñ .i. nihilominus ab iſtis .ſ. perditis ſodalibus eius, fortis .i. durus & robuſtus ſup. io perferẽdis .i. perpetiẽdis frigore & fame & ſiti & vigilijs, cum .i. cum tñ ſenquamuis ſubſidia .i. auxilia occulta, induſtriæ .i. naturalis ſagacitatis & inſtrumẽta virtutis ſtudio acquiſitæ, cõſumerentur .i. exhaurirentur in libidinem .ſ. ſtuprorũ, & audaciã ſcelerũ. [Sui] .i. proprij, aut ſui, ipſius. [Exegerint] .i. violarent euocauerunt qui ſocios ſuos in caſtris Manlianis. O vos beatos, credo legendum ò nos beatos. [Cædes] .i. neces bonorũ. [Obligauerunt] .i. oppignerauerunt niſi ſit legendum obligurierunt .i. auide vt rem dulcẽ ingurgitauerunt. [Iampridem] .i. multo ante hac, res .i. patrimonium aut poſſeſſio, ſunt qui ſubſtantiã vocẽt, habita aũt re nõ facile imminuitᶜ fides, vnde Iuuen. Quantũ quiſq; ſua nummorũ ſpectat in arca, Tm̃ habet & fidei. [Nuper] .i. paulò ante hac. Nuper.n. quaſi nũc parũ .i. tpis tráſactũ eſt. [Quod ſi in vinis] .i. potationibus optimi vini. Notabitur autẽ ablatiuus vinis, quia rarus inuentu eſt, ſicut & datiuus frumentis apud Maronẽ. [Quin & frumentis labor additus] Scorta .i. meretrices aut proſtitutas, ſeu pueros meritorios qui & quæ ut ſcortes .i. pellicæ at ietinæ ſubiguntur. [Deſperandi] .i. de eorum ſalute deſperandũ eſſet. [Ferendi] .i. tolerandi. Qui mihi, nĩ de c..i ſumptum illud mihi ut non magis Cic. ac quęuis alium demonſtret. [Obliti] .i. delibuti ab oblinor pe. breui. [Eructant] .i. inter eructandũ minantur. [Impendere] .i. imminere, utrunq; eſt ſecundæ coniugationis. Non breue tempus, ſed ſæcula quæ cẽtum annorum ſunt, ut ludi ſæculares docent. [Propagauit] .i. produxit conſulatus meus, reip. unius .ſ. P. R. aut reip. Rom. Reſecanda ut mẽbra incurabilia ad quæ alludit. [Manare] .i. creſcere & propagari. [Proinde] .i. ideoque proſequi .i. efficere, ut quis .ſ. eijciatur.

At etiam ſunt Quirites, qui dicant à me in exilium eiectum eſſe Catilinam, quod ergo ſi verbo aſſequi poſſem, ipſos iſtos eijcerem, qui hæc loquuntur. homo enim videlicet timidus, & per modeſtus vocem conſulis ferre non potuit, ſimulatq́; ire in exilium iuſſus eſt, paruit. Quid q̃ heſterno die, cum domi meæ pene interfectus eſſem, ſenatum in ædem Iouis Statoris vocaui, rem omnem ad P. C. detuli? Quo cum Catilina veniſſet, quis eum ſenator appellauit? quis ſalutauit? quis denique ita aſpexit, vt perditum ciuem ac non potius vt importuniſſimum hoſtẽ? Quinetiam principes eius ordinis partem illam ſubſelliorũ, ad quam ille acceſſerat, nudam, atque inanem reliquerunt. Hic ego vehemens ille conſul, qui verbo ciues in exilium eijcio, quæſiui à Catilina, an in nocturno conuentu apud M. Leccam fuiſſet, nec ne, cum ille, homo audaciſſimus conſcientia cõuictus, primo reticuiſſet, patefeci cætera, quid ea nocte egiſſet, vbi fuiſſet, quid in proxima conſtituiſſet, quemadmodum eſſet ei ratio totius belli deſcripta, edocui. Cum hæſitaret, cum teneretur, quæſiui quid dubitaret proficiſci eo, quo iampridem pararat. Cum arma, cum ſecures, cum dignitates, cum fuſtes, cum tubas, cum ſigna militaria, cum Aquillam illam argenteam, cui ille etiam ſacrarium ſceleũ domi ſui fecerat, ſcirem eſſe præmiſſam. in exilium eijciebam, quem iam ingreſſum in bellum eſſe videbam? Etenim, credo, Manlius iſte centurio, qui in agro Feſulano caſtra poſuit, bellum pop: R. ſuo nomine indixit; & illa caſtra nunc non Catilinam Ducem expectant, & ille eiectus in exilium, ſe in Maſſiliam, vt aiunt, non in hæc caſtra conferret. O conditionem miſeram, non modo adminiſtrandæ, verumetiã conſeruandæ reip. Nunc ſi L. Catilina, conſilijs, laboribus, periculis meis circunclusus, ac debilitatus ſubito pertimuerit, ſententiam permutauerit, deſeruerit ſuos, conſilium belli faciundi abiecerit, ex hoc curſu ſceleris, & belli iter ad fugam, atq; in exilium conuerterit, non ille à me ſpoliatus armis audaciæ, non obſtupefactus ac perterritus mea diligentia, non de ſpe, conatuq́; depulſus, ſed indemnatus, innocẽs in exilium eiectus à conſule, vi & minis eſſe dicetur. Et erunt, qui illum ſi hoc fecerit, non improbum, ſed timidum, me non diligentiſſimum conſulem, ſed crudeliſſimum tyrannum * exiſtimare velint. Est mihi tanti ò Quirites * exiſtimari.
huius inuidiæ falſæ, atque iniquę tempeſtatem ſubire, dummodo à vobis huius horribilis belli, ac nefarij periculum depellatur. Dicatur ſanè eiectus eſſe à me, dũmodo eat in exilium, ſed mihi credite, non eſt iturus. Nunq̃ ego à dijs immortalibus, optabo Quirites inuidiæ neq; leuandæ cauſa, vt L. Catilinam ducere exercitum hoſtiũ atq; in armis volitare audiatis, ſed triduo tñ audietis, multoq́; magis illud timeo, ne mihi ſit inuidioſum aliquãdo, q̃d illũ emiſerim potius, quã q̃ eiecerim. Sed cũ ſint hoĩes, qui illum cum profectus ſit, eiectum eſſe dicant, iidẽ, ſi interfectus eſſet, quid dicerẽt? Quanquã iſti, qui Catilinam Maſſiliã ire dictitant, nõ tam hoc quęrentur, q̃ verẽtur. Nemo eſto iſtorum tã miſericors, qui illum non ad Manliũ, quã ad Maſſilienſes ire malit. Ille aũt ſi me hercule, hoc q̃d agit, nũquã ante cogitaſſet, tñ latrocinantẽ ſe interfici mallet, quã exulem viuere. Nunc vero, cum ei nihil adhuc præter ipſius volũtatem cogitationemq́; acciderit, niſi quod viuis nobis Roma profectus eſt: optemus potius vt exeat in exiliũ, quã quæramur. Sed cur tandiu de vno hoſte loquimur? & de eo hoſte qui iã fatetur ſe eſſe hoſtẽ? & quem, quia, quòd ſemper volui, murus intereſt, nõ timeo? de iis, qui diſſimulant, qui Romæ remanẽt, qui nobiſcũ ſunt, nihil dicimus, quos quidẽ ego ſi vllo mõ fieri poſſet, non tam vlciſci ſtudeo, q̃ ſanare, & ipſos * placere reip. neq; id, quare fieri nõ poſſit, ſi me au- * placare
dire

dire voluerint,intelligo,Exponã.n.vobis Quir.ex quibus generibus hominum iſtæ copiæ cõparentur:deinde ſingulis medicinam, conſilij atq; orationis meæ, ſi quã potero,afferã Primum genus eſt eorum, qui magno ęre alieno,maiores ẽt poſſeſſiones hñt,quarum amore adducti,diſſolui nullo modo pñt. Horũ hoĩum ſpecies eſt honeſtiſſima, ſunt.n. locupletes, voluntas vero.& cauſa impudentiſſima.Tu agris,tu ædificijs,tu argento,tu familia,tu rebus oĩbus ornatus & copioſus ſis, & dubites aliquid de poſſeſſione detrahere,ac fidẽ acquirere? Quid.n.expectas?bellũ?quid? ergo in vaſtatione hoĩum tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas? An tabulas nouas? Errant qui iſtas à Catilina expectãt : meo beneficio tabulæ nouæ * proferuntur,verũ actionariæ neque.n.iſti qui poſſeſſiones hñt, alia ratione vlla ſalui eſſe * poſſent. Qđ ſi maturius facere uoluiſſent,neq; (id quod ſtultiſſimum eſt)certare cum vſuris fructibus prædiorum locupletioribus his & melioribus ciuibus vteremur. Sed hoſce hoĩes minime puto pertimeſcendos,quos aut deduci de ſnĩa poſsũt, aut ſi permanebunt,magis mihi vñt vota facturi contra remp.quam arma laturi. Alterum genus eſt eorũ, qui quanquam præmuntur ære alieno, dñationem tñ expectant,rerum potiri volunt, honores, quos quieta rep.deſperant, turbata conſequi ſe poſſe arbitrantur. Quibus hoc præcipiendum vř, vnum,ſcilicet, & idẽ, quod cæteris hoĩbus,vt deſperent ſe id, quod conanť, conſequi poſſe. Primum oĩum meipſum vigilare,adeſſe, prouidere reip. Deinde magnos aĩos eſſe in bonis viris magnam concordiam,maximam multitudinem, præterea magnas copias militum: Deos denique immortales huic inuicto Populo,clariſſimo imperio,pulcherrimæ vrbi, contra tantam vim ſceleris præſentis auxilium eſſe laturos. Quod ſi iam * ſunt, id quod cũ ſummo furore cupiunt,adepti: num illi in cinere vrbis,& ſanguine ciuim.quæ mente ſcelerata, ac nefaria cupierunt, conſules,ac dictatores, aut etiam reges ſe ſperant futuros? Non vident ſe id cupere,quod ſi adepti fuerint,fugitiuo alicui,aut gladiatori concedi ſit neceſſe? Tertium genus eſt ætate iam confectum,exercitatione robuſtum: quo ex genere eſt ipſe Manlius,cui nunc Catilina ſucceſſit.

* profe-rentur.
* poſſunt
* ſint,

SYL. QVOD verbo ſi ego aſſequi poſſem] i.ſi verbo tñ valerẽ, vt eum ciuem eijcere poſſem, eijcere iſtos ipſos qui bẽe de me loqnũtur.[Videlicet]In ironia hic, vt alias ſæpe, dř.[Vehemens ille cõſul]Ille hic emphaſim habet,auct. Priſ.lib. 17.quamuis dicamus ipſe facio,& ipſe facis,tñ non dicimus ille facio.& ille facis,niſiq; addamus aliud pronomẽ primę aut ſecũdę perſonæ.citatq; hunc Cic.locũ.[Hic ego vehemens ille conſul] Simile illud eſt, Ille ego qui quondam gracili modulatus auena, [Apud M.Leccam].i.in M.Porcij Leccæ domo.[Quid in proxima].i.in ſuperiore.i. præcedente illã noctem qua conuenit in domum Leccæ.[Ratio totius belli].i.qui cædi,qui incẽdijs præficerantur,qui quę in loca ad cogendum exercitum proficiſcerẽtur. [Deſcripta ei].i.ab eo.[Cũ teneretur] Tacita cõfeſſione & hęſitatione cõuictus.Alij cunctaretur legunt.[Qui iampridem].i.in caſtra Manlij.[Etenim credo,&c.]Ironia eſt.[Se Maſſiliam,vt aiunt]Catilina poſtq̃ ea vrbe profectus eſt, cũ iret in caſtra Mãliana,conſilij ſui diſſimulandi cauſa, ex itinere multis ſenatoribus,præterea optimo cuiq; literas miſit, ſe falſis criminibus circumuentum,qm factioni inimicorum reſiſtere nequiuerit,fortunę cedere, Maſſiliam in exilium proficiſci,nõ quod ſibi tanti ſceleris conſcius eſſet,ſed vti reſp.quieta foret, ne ue ex ſua contentione ſeditio oriretur,auctor eſt Saluſtius.[Circunclуſus].i. illaqueatus & irretitus, vt facta ſit tranſlatio à feris, quæ circunclуſæ retibus debilitatæ ſunt.[Spoliatus armis audaciæ].i. impeditus,quo minus conaretur.[Indemnatus]Innocens. Singulis verbis ſuum pondus additum eſt.[Sed timidum] Miſerum, non timidum legit Priſcianus lib.decimo octauo. Miſer.n. non dř ſceleratus,qui calamitate præmiť. Donatus in Hecyram Terentij negat quenq̃ dici miſerum,præter innocentem, citatq; illud Saluſtij, Atque ea cogentes non coactos,ſceleſtos magis quam miſeros aſtringit.[Exiſtimare velint]Exiſtimari apud Priſcianum lego,quod quam exiſtimare,cum uerbo uelle dictum, eſt elegantius.[Eſt mihi tanti].i. tam parui facio, ut ſit ironia. [Volitare] Exultare. [Triduo] Pro intra triduum hic dici,Priſcianus libro decimooctauo,teſtis eſt. Vulgus diceret,antequam ſint tres dies. Non tam hoc] Significat,qui hoc dictitãt eſſe ex coniuratis,aut certe fauere coniurationi. [Hoc quod agit] .i.patriæ bellum facere. [Præter voluntatem].i.contra voluntatem. [Viuis nobis] Illud enim moræ ibi dicebat,quo minus ad Manlium proficiſcerent,quod viuerem.[Vlciſci ſtudeo, quam ſanare].i.legibus punire. Vlciſci ſæpius dicimus eum qui læſit. Sed iniuriam aut mortem vlciſci dicimus.[Si me audire voluerint]Audire & auſcultare,cum obedire ſignificant,datiuo nonnunquam, vt obedire ab audiendo compoſitum, iunguntur, ſæpius tñ accuſatiuo, vt ait Priſcianus.[Exponam enim vobis]Attentos reddit auditores ad ea quę ſequuntur.[Magno in ære alieno].i.multa debentes.[Diſſolui]Nam qui in ęre alieno ſunt,quodammodo ſunt obligati,q diſſoluunt,cum ſatisfaciunt creditoribus. Diſſoluere ęs alienum, & diſſoluere ſe ære alieno dicimus.[Tu familia,ſeruorum].ſ.copioſus.i.diues & abundans.[Detrahere vendendo]Fidem acquirere,quam amittit debitor, cum non diſſoluit æs alienum.[Poſſeſſiones ſacroſanctas]Sacroſanctum, vt ait Sex. Pompeius,dicebatur id quod iureiurando interpoſito erat inſtitutum, vt ſi quis id violaſſet,morte pœnas penderet. Vt ſacroſanctos tribunos pl. Titus Liuius dicit libro ſecũdo. Cicero in oratione pro L. Cornelio Balbo,negat quidquam ſacroſanctum eſſe, niſi quod populus plebs ue ſanxiſſet. [Tabulas nouas] Cum ære alieno & vſuris plebs Romana oppreſſa erat, aut ſenatuſconſulto,aut imperatoris decreto tabulæ nouæ in foro proponebantur, quibus credita pecunia debitoribus condonabatur. De hac tabularum nouarum indignitate Cic.in lib.de Offic. 2.Tabulæ, inquit, nouæ quid habẽt argumenti, niſi vt emas mea pecunia fundum,& eũ tu habeas,ego non habeam pecuniam? Quamobrẽ ne ſit æs alienum,quod reip.noceat prouidendum eſt. Quod multis rationibus caueri poteſt, ſi hoc non fuerit vt locupletes ſuum perdant, debitores lucrentur alienum. Nec enim vlla res vehementius rẽpub.continet,quam fides, quæ eſſe nulla poteſt niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum. De hac coniuratorum expectatione tabularum nouarum, ſuoq; adhibito remedio, idem ſubiungit, Nunquam, inquit, vehementius actum eſt, quam me conſule, ne ſolueretur. Armis & caſtris tentata res eſt, ab omni gñe hominum & ordine. Quibus ita reſtiti, vt hoc tñ malum de rep.tolleretur. Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius diſſolutum eſt. Fraudandi enim ſpe ſublata, ſoluendi neceſſitas conſecuta eſt.[Verum auctionariæ] Auctio eſt publica bonorum venditio, cum res addicitur ei qui precium obtulit maximũ. Inde auctionari publice,& velut ex decreto vendere. Auctionarias tabulas hic appellat Cicero,quibus agros,ædificia,aliaq; quæ ſunt debitorum,proſcribunt venalia, vt ęs alienum diſſoluant creditoribus. [Salui].i.ære alieno diſſoluti,qua eadem in re paulò poſt dicit.[Maturius].i.citius.[Certare cum vſuris fructibus prædiorum] Eſt prædia tantum amare, vt ea vendi nolis, vt ære alieno fœnore ſumpto te exoluas. [Locupletoribus] Vſuræ enim rem familiarem diminuunt maxime. Ideoq; M.Cato maior fœnerari aliud nihil eſſe putabat, niſi hominem occidere, vt ait Cic.in lib.de Offic.2.[Locupletioribus his & melioribus vteremur]Vſurarum multiplicatio ciuitati pernicioſa eſt. T.Pomponius Atticus, ut in eius uita Cornelius Nepos ſcribit, cum Athenis erat, neque vſuram vnquam accepit, neque eos quibus pecuniam crediderat,longius quam dictum eſſet debere paſſus eſt. Quod vtrunque erat ſalutare, nam neque indulgendo inueteraſcere totum æs alienum patiebatur, neque multiplicandis uſuris creſcere. [Rerum, potiri] Potiri in infinitiuo tantum in quarta coniugatione dicitur, quamuis in alijs modis ſit tertiæ & quartæ coniugationis, vt ait Priſcianus libro x. vbi citat hunc locum. Eodem auctore libro xviij. potior illius rei, illam rem, & illam re, citat itidem hunc locum. [Id quod cum ſummo furore, &c.] Id eſt vt ciuium cæde, vrbis incendio, & vaſtatione, aſſequantur magiſtratus. Ætate iam confectum, &c.] Nam Catilinæ coniuratione permulti erant, veterani Syllæ milites. [Quorum alij, per] Italiam fugitiui, alij & hi. quidem bellicoſiſſimi per vrbes, Hetru-

rat ſpatii, oppidorum direptiones, parataſq; ſibi rapinas ſomniabant, Manlium hi ſibi ducem nacti, virum qui ſub Sylla ſtrenue quondam & fortiter militauerat, vt ait Plutarchus in vita Cic. Saluſt. poſtquam enumerauit quos ſibi amicos Catil. parauiſſet, His, inquit, amicis ſociiſq; confiſus Catil. ſimul quod æs alienū per omnes terras ingens erat, & quod pleriq; Syllani milites largius ſuo vſi, rapinarum & victoriæ veteris memores, ciuile bellum exoptabant, opprimendæ reip. conſilium cepit.

Asc. m. SIMVLQVE] .i. ſtatim poſtq̃, aut eodem tpe, quo iuſſus eſt. ſ. Catilina ire in exilium paruit. i. obediuit. Qui, aut quin lege, ſi qui, ordo eſt, ego qui vi. i. poſtq̃ interfectus eſſem pene. i. quaſi domi meæ perſalutatum miſſos, die heſterno .i. pridiano, vocaui ſenatum in ædem Iouis ſtatoris &c. Ædes ſingulariter dicitur templum, & non ponitur ſine adiectiuo aut genitiuo eius cuius eſt. Aedes autem pluraliter ſunt etiam priuatorum ut ædes meas nō proſcribam &c. [Quis enim ſenator, &c.] Ordo eſſe videtur, quis ſenator appellauit eum. ſ. vt ad ſe aſſideat, ſed etiā dici poteſt, quis appellauit eum dicendo ſenator hæc. i. ad ſi ſicut in euāgelio, Vocatis me magiſter. Verum Cic. dixiſſet ſenatorē, miror tñ cur non dixerit Senatorum. [Hic ergo vehemēs ille cōſul] .i. qui nunc dicor vehemens conſul. [Hæſitaret] .i. dubitaret neſcius quid reſponderet. [Paratas] .i. deſtinauerat, ſeu conſtituerat. [Cum aquillam illam argēteam] .i. vexillum hūs pro inſigni aquilam argenteam, quo M. in Cimbrico bello vſus dictus eſt. [Sacrarium] .i. tanquam rei ſacræ receptaculum & armarium cōſecratum. [In agro Feſulano] .i. in Etruria In Maſſiliam. Oppidum eſt antiquum & Romanis maxime olim ſociale, adhuc eodem nomine in prouincia Galliæ, niſi quod Marſiliam quidam dicunt. Deſeruerit ſuos. ſ. coniuratos & confœderatos & complices, vt Manlium & milites qui cum eo ſunt. Prudēter autem prouidet conſul quæ euenire poſſent, vnde hanc concionem habuit ad Quirites poſt profectionem Catilinæ priuſquam per legatos Allobrogum & indicium quorundam coniuratio penitus patefacta erat. Et erunt, elegāter vt adnotauit Valla ponitur hoc loco, & quaſi ſit & tñ, aut nihilominus. [Miſerū] .i. miſerandū, vnde in bonā ferè partem accip̃. [Illū] .ſ. Catilinam. [Tanti] .i. tāti momenti ac operæprecij. [Subire] .i. me ſubmittendo ad hoc pati] Nunquā à dijs immortalibus optabo &c.] q.d. malo inuidiā ſuſtinere quam reſp. tm̄ periculū ſuſtineat. In armis volitaret præ lætitia ſic exultare, vt nō modo non impeditus pondere armorū videat̃, ſed etiam agilior factus. [Sed triduo] .i. intra tres dies. Vnde patet iam tum primū exiſſe Catilinam. [Inuidioſum] .i. detur ad inuidiam, q̃ illum. ſ. Catilinam, emiſerim. i. ſpōte exire permiſerim quam eiecerim. i. vi expulerim. [Cum profectus ſit] .i. ſponte egreſſus. [Quid dicerēt] q.d. nimirum hominem innocentiſſimum & optimum iniquiſſime interfectum, & ita purgat ſe Cic. ab eo quod obijci poſſet. Nam verebatur (quod etiā euenit) Catilinam cum Manlio bellum moturum. Vnde dicere poſſent Romani. Tu conſul eras, plenam auctoritatem puniēdi habebas, quando ipſum tenebas, cur emiſiſti eū vt patriæ bellū inferret? Reſpondet ne ab inuidis cenſeatur hominem innocentem occidiſſe, ſicut nunc dicitur eieciſſe qui ſponte exijt. Maſſiliam, in prouinciā Galliæ. [Queruntur] .i. conqueruntur. [Hoc] .ſ. exilium Catilinæ q̃ verētur .i. ipſum in exilium abiturum & nō arma moturum contra remp. aut eius gubernatores. [Sine me,] Id eſt conſilio meo quo conſului vt in exilium abiret. [Niſi q̃ vi vis nobis, quia cogitarat prius Ciceronem interficere q̃ ad Mālium proficiſcere, quam queramur, quia minus nocius futurus eſſes in exilio quam in caſtris Manlianis] Fatetur hoſtē, quia ciuitatem deſeruit. De ijs, vt de alijs coniuratis, Cœpario, Lentulo, Cethego, quia nondum vt dixi penitus indicata erat coniuratio. [Quam ſanare] .i. reducere ad ſaniorē mentem vt reſipiſcāt & animum mutent. Sibi ipſos. Ordo eſt, & ſtudeo ipſos placare ſibi. i. inter ſe reip. i ad vtilitatem reip. ſi me audire voluit, alij habent ſine me. i. eo q̃ me audire volunt. Vnum genus, affert plurima genera eorum qui in caſtris Manlianis ſunt, Vnum eorum qui in caſtris Manlianis ſunt. Vnum eorum qui cum multa habeant plura debēt, quia ſatisfacere nolunt. [Ad fidem] .i. fidelitatem & confidentiam. [Alterum genus] Proſecutus eſt primum genus hominum qui cum magnas poſſeſſiones habeant, multum tamē æris alieni contrahūt. quia ſatisfacere noluntcapti amore pecuniæ, qui ga effeminati ſūt & auaritia victi nō arma, ſed vota contra rēp. facturi vñt. Addit aūt ſecundū genus, vtpote eorū qui cū ære alieno dñari volūt, & ſunt multi pernicioſiores. [Rerū po] ſ. imperio, dicit aūt Valla potior genitiuum rerū regere cū ceterorū ablatiuos regat. [Meipſum,] q.d. q̃ cōſul ſum. Potis aut genitiui eſt caſus, vt ſi ſceleris pōtis. i. rgeus, aut accuſatiui, vt ſit deos preſētis. i. cito auxiliātes, & ita fauorabiles, vt in Buc. Virg. Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos. Summo furore, quia furentis eſt concupiſcere quod aſſequi penitus nequeūt. Ordo autem eſt, quòd ſi iam ſint adepti id quod cupiunt ſummo furore, num id i. nunquid cupiunt, aut ſperāt ſe futuros cinere. i. per cinerem, hoc eſt per euerſionē vrbis & ſanguinē ciuiū, & cæde ciuiū ſceleratа, ac nepharia, conſules aut dictatores aut ēt reges? Gradus obſeruant in magiſtratibus illis, quia conſules ſine conſilio & auctoritate ſenatus nihil faciebant. Dictatores, ex ſolo dictamine rationis, cū ab illis non eſſet prouocatio exercebāt iuſtitiā. ſed non niſi ad certum tēpus, & vt plurimum ſex menſiū magiſtratu eo fungebātur. Reges aūt plus q̃ dictatores poterāt, & ꝑpetuo, vnde cōſul minor eſt q̃ dictator & dictator q̃ rex. [Fugitiuo, q̃ a ipſi permanere nō auderēt] Ætate affectū neſcio an ſit legēdū cōfectū. Mālius, qui in Etruria exercitū Catil. cōtinebat.

Hi ſunt hoīes ex ijs colonijs, quas Feſulis Sylla conſtituit; quas ego vniuerſas ciuiū eſſe optimorum & fortiſſimorum virorum ſentio. Sed tñ hi ſunt coloni, qui ſe inſperatis, repentiniſq; pecunijs ſumptuoſius, inſolentiuſq; iactarunt: hi dum ædificant tanquam beati, dū prædijs, lecticis, familiis magnis, conuiuiis, apparatibus delectantur, in tm̄ æs alienum inciderunt, vt, ſi ſalui eſſe velint, Sylla ſit iis ab inferis excitādus. Qui ēt nonnullos agreſtes, hoīes tenues, atq; egentes in eandem illam ſpem rapinarū veterum impulerunt. quos ego vtroſq; Quir. in eodem genere prædatorum, direptorumq; pono. Sed eos hoc moneo, deſinant furere, & proſcriptores, & dictaturas cogitare: tantus enim illorum temporum dolor inuſtus eſt ciuitati, vt iam iſta non modo hoīes, ſed ne pecudes quidem mihi paſſuræ eſſe videantur. Quartum genus ſanè varium, & miſtum, & turbulentum: quia iampridem premūtur: qui nunquam emergēt: qui partim inertia, partim male gerendo negocio, partim etiam ſumptibus in vetere ære alieno vacillant, qui vadimoniis, iudiciis, proſcriptionibus bonorum defatigati, permulti & ex vrbe, & ex agris ſe in illa caſtra conferre dicūtur. Hoſce ego non tam milites acres, quā inficiatores lentos eſſe arbitror. qui hoīes primum ſi ſtare non poſſunt, corruant: ſed ita vt non modo ciuitas, ſed ne vicini quidem proximi ſentiant: nā illud non intelligo, quam ob rem, ſi viuere honeſte non poſſunt, perire turpiter velint: aut cur, minore dolore perituros ſe cum multis, quam ſi ſoli pereant arbitrantur. Quintum genus eſt parricidarum, ſicariorum, denique omnium facinoroſorum: quos ego à Catilina non reuoco, nam neque diuelli ab eo poſſunt, & pereant ſanè in latrocinio, quoniam ſunt ita multi, vt eos capere carcer non poſſit.

QVA a Feſulis] L. Sylla 47. legiones in agros captos deduxiſſe, eoſque ipſis diuiſiſſe T. Liu. lib. 89. ſcribit. Feſulas ab Atlāte cœlifero conditas, eaſq; ab eius filia Feſula appellatas eſſe, Politianus contendit in lib. epiſt. 1. Multas aūt colonias huc à Sylla deductas ſignificat. campos eos qui inter Feſulas & Aretium iacent, maxime opulentos eſſe frumenti, pecoris, omniumque rerum copia, T. Liu. lib. 22. ſcribit. [Ciuium eſſe, &c.] Ciues à colonis diſtinguit, q̃ ciues ſint qui erant ante coloniam deductā, coloni vero qui deducti ſint. [Se iactarunt] .i. diuitias ſuas oſtētarunt, effundēdo eas ſumptuoſe & inſolēter. [Inſolentiuſq;] Inſolentem hominem dicimus præferocem, & vltra vſitatum morem hominum elatum. Ea animi inuſitata, & nimia elatio, inſolentia dicitur. [Lecticis] His vehebantur ægroti, ſenes, & nonnunquam mulieres, quod id vectationis genus eſſet mollius, ijſdem nonnunquam homines vehebantur. Id ex verbis C. gracchi apud A. Gell. cap. 2. lib. 10. & ex Ciceronis Actione in C. Verrem 7. poſſis agnoſcere. Eas lecticas ferebant nonnulli aut equi, aut ſerui, qui inde lecticarij dicuntur. Seru. Sulpicius ad Cicero. lib. epiſt. 4. coactus ſum in eadem illa lecti- SYL.

ea, qua ipſe delatus eram, meisq́. lecticarijs in vrbem eum referre. Lecticarios lecticarum artifices Cic. appellat pro Sex. Roſc. Mitto, inquit, haſce artes vulgares, coquos, piſtores, lecticarios. [Inciderant] i. repente deuenerant. [Ab inferis excitandus] i. reſuſcitandus. [Proſcriptiones] Quales Sylla fecit. [Et dictaturas] Qualem Syllam habuit, qui ſe annos 120. dictatorem fecit. Huiuſmodi proſcriptiones à Catilina ne ſperent. [Tantus illorū temporum dolor] De Syllæ etiam in ciues Romanos crudelitate maxima, Plut. in eius uita amplius ſcribit. [Inurere dolorē] i. afferre dolorem perpetuum. à medicis ſumptum videtur, qui vlcera aut vulnera, quæ alioqui curari non poſſunt, ad viuū adurunt. [Turbulentum] i. ea turba & multitudine & quaſi colluuione hominum conflatum. [Nunquam emergent] i. nunquam fięnt diuites, nec ad vllum vnquam dignitatis gradum aſcendēt. [Inertia] i. ignauia & pigritia, aut nullius artis peritia, quæ quantū hominibus incōmoda ſit, Solon ſenſit, qui lege cauit filius patrem alere non teneretur, qui ab eo artem aliquam accepiſſet. [Male gerēdo negocio] i. res ſuas male & collocādo & adminiſtrando. qua ratione multi ex opulentis pauperes fieri ſolent. [Partim ſumptibus] Qui parſimoniæ contrarij ſunt. Rem familiarem conſeruari debere diligentia & parſimonia, Cic. dicit in lib. de Off. ij. Inde prudenter illud dictum eſt, Parſimoniam optimum eſſe vectigal. [Vacillant] periclitātur. Eſt enim à vacillāte naui ſaxa translatio. Vt cōtra ante dixit, Si ſalui eſſe velint, Sylla ſit his ab inferis excitandus. Itemq́. Neque enim illi qui poſſeſſiones habent alia ratione vlla ſalui eſſe poſſunt. [Vadimonijs] i. ſponſionibus ſiſtendi ſe in iudicia. i. citationibus. Nam ei tantur rei hi, qui promittunt vadimonium. [Iudicijs] i. damnationibus, cum, ſcilicet à creditoribus in ius vocari damnantur. [Proſcriptionibus bonorū] i. vēditionibus poſſeſſionum, auctiōne bonorū, quas multi faciūt à creditoribus in iudicio victi. Proſcribere, n. eſt, venalem rem proponere. Cic. in iij. de offic. Claudius proſcripſit inſulam, vendidit, emit C. Calpurnium. Idē, Tu cum ædes proſcribas, tabulas tāq̄ plagam ponas, domum pp vitia vendas. [In illa caſtra] Manlij. [Inficiatores] Inficiatores potius lego cum Priſc. lib. 12. vbi præcepit de ſyllaba ce adiūcta cū pronomine hic, hæc, in his caſibus vbi in c. deſinit, quam inſtitutes. Peritiuē negat in Cic. in j. de Orat. Nobis in tribunal Q. Pōpeij prętoris vrbani familiaris noſtri, ſedētibus, homo ex numero diſertorum poſtulabat, vt illi vnde peteretur vetus & viſitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuiſſet. Quod petitoris cauſa cōparatum eſſe non intelligebat, vt ſi ille inficiator probaſſet iudici, ante petitā eſſe pecuniam, q̄ eſſet cœpta deber, petitor rurſus cum peteret, ne exceptione excluderetur, q ea res in iudicium antea non veniſſet. Quo in loco erraſſe mihi viſus eſt Nō. Marcellus, qui hoc Ciceronis loco vtitur, vt doceat inficiatores eſſe falſi criminis obiectores. Auctor Rhetoricorum ad Herennium, inficiationē libro primo appellabat obiecti criminis negationem, & quam Quint. lib. 3. depulſionem vocat. Ex intentione, inquit, & ex inficiatione iudicatio cōſtituitur, hoc modo Intentio, occidiſti Aiacem, Inficiatio, non occidi, Iudicatio, occiderit ne. [Si ſtare non poſſunt, corruant] i. ſi de ſententia & ſpe deijciantur, ſibi mortem domi conſciſcant. [Honeſte] Extra cōiurationem. ſ. [Perire turpiter] Cū coniuratis. [Cū multis] Coniuratis. [Si ſoli pereant] Domi. [In latronū] i. bello in patriam.

ASCEN. SYLLA conſilium, quod in Catilinario aſſerit Saluſt. [In tantum] ſ. tam magnam, æs alienum i. debitum inuſtus. i. firmiter impactus vt, inuſtio ſolet. Iſta. ſ. proſcriptiones & dictaturas. Quartum genus ponit eorum qui ex veteri debito & conſuetudine longa hebetiores facti ſunt ut aperte proſequitur. [Qui homines primum ſi ſtare non poſſunt corruant] q. d. paruifacienda eſt eorum ruina. [Sed ita] Sup. corruāt, vt non modo ciuitas ſuple non ſentiat, quia niſi in ſub auditione ſit non contraria ſua ſit ſententia. [Sed ne vi quidem proximi] Neſciam an legendū ſit, ſed ne proximi quidem vicini. Nam inter ne & quidem ponere ſolemus ea quibus id quod negamus adeſſe, potiſſimum adeſſe debeat, vnde inter vicinos proximi primum ſentiri poſſe videntur. [Pereretur] i. cum dedecore & reip. detrimento. Sicut enim pulchrum eſt pro patria mori ita turpe eſt contra eam ſuccumbere, turpius vincere. [Parricidarum qui parenti aut alteri ſanguine cōiuncto vim intulerunt] Sicariorum, qui ſica aliorum mortem patrauerunt ob prædam, aut aliam quamuis iniquam cauſam. [Denique] Id eſt vt vno verbo vniuerſos dicam omnium flagitioſorum, id eſt qui gratia ſcelera abſq; commiſerunt. [Pereant ſanè] Sanè permittētis particula eſt, q. d. ita vt ab eo qui ſanè ſit mentis concedi aut permitti poſſis. Carcer qui noxiorum eſt.

Poſtremum autem genus eſt nō ſolum numero, uerum etiam genere ipſo, atque uita, quod proprium eſt Catilinæ, de eius delectu, immo uero de complexu eius, ac ſinu, quos pexo capillo nitidos, aut imberbes aut bene barbatos uidetis, manicatis & talaribus, ac tritis tunicis, uelis amictus, non togis, quorum omnis induſtria uitæ, & uigilandi labor in antelucanis cœnis * exponitur. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes * improbi, impudiciq; uerſantur. hi pueri tam lepidi, ac delicati, non ſolum amare, & amari, neque cantare, & pſallere, ſed etiam ſicas uibrare, & ſpargere uenena didicerunt, qui niſi exeunt, niſi pereunt, etiā ſi Catilina perierit, ſcitote hoc in rep. ſeminarium Catilinarium futurum.

* extro- mitur.
*impuri.

SYL. POSTREMVM genus eſt de Catilinæ delectu] Non ſolum numero, ſed ēt gñe vitæ eius quæ Catilinæ propria eſt, & qua vtitur Catilina precipue. [Imo vero de cōplexu, &c.] i. familiariſſimis ei & intimis. [Imberbes] pueris vel adoleſcentes, vel viri barba vulſa, quales erāt molles & effœminati. Apud A. Gell. ca. xij lib. vij P. Scipio Africanus minor, P. Sulpicio Gallo homini delicato obiecit. q quotidie vnguētatus aduerſus ſpeculum orneretur, q eius ſupercilia radantur, quod barba vulſa fœminibusq́ ſubulſis ambulet, quod in conuiuijs adoleſcentulus cum amatore cum chirodota tunica inferior accubuerit. [Pexo capillo] i. cura nimia cōpoſito. Capillum in numero ſingulari pro coma ſępe dūt auctores maximi. [Bene barbatos] Romanis antiquos mos fuit, vt barbā ne tenderent Hinc graues illi & ſapientes ſenes, barbati dicebantur. Cic. pro L. Muræna. Hæc inquit, tum apud illos barbatos ridicula credo videbātur. Sed hīc veterum barbam horridam, nō pexam, idem ſignificat in oratione pro P. Sextio de L. Piſone, Altero dij boni quam teter incedebat, quam truculentus, quam terribilis aſpectu. Vnum aliquem te ex barbatis illis, exemplum imperij veteris imaginem antiquitatis, columen reip. diceres intueri. Veſtitus aſper noſtra hac purpura plebeia ac bene fuſca, capillo horrido. Barbam vero quę molliter pexa eſt & curata, barbulam, eosque qui eam gerunt barbatulos idem appellat. Pro M. Cœlio de Appio Claudio, Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis, non hac barbula, qua iſte delectatur, ſed illa horrida, quam in ſtatuis antiquis & imaginibus videmus. Idem in epiſt. ad Att. lib. j. Nā cum dies veniſſet rogationis ex S. C. ferenda, concurſabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinę duce filiola Curionis, & Populum vt antiquare rogabant. De more barbam & genas radendi ante ſenectutē, A. Gellius ſcribit, cap. 4 lib. 3. Bene igitur barbatos. i. barbatulos, & barbula penè pexa & curata [Manicatis] Manicatis tunicis ac talaribus Romæ atque omni in Latio viris īdecorū, vt fœminis ſolis decorū fuiſſe vti veſte lōga & manicata ad vlnas cucaq́ aduerſus oculos protegēda, idem Gellius eodem in capite ſcribit. Igitur virorū tunicæ citra brachia deſinebant. [Talaribus] i. ad talos demiſſis, quę muliebres erant, nō viriles, quæ viris probro dabantur. Cic. in orat. pro Cluent. in L. Quintum, Facite, inquit, vt non ſolum mores eius, & arrogātiam, ſed etiam vultum atque amictum, atque illam vſque ad talos demiſſam purpuram recordemini. Idem ī Ver. Act. vij. Stetit ſoleatus prætor populi Rom. cum pallio purpureo, tunicaq́. talari, muliercula nixus in litore. Apud Virg. lib. Æn. ix. Remulus Troianis hoſtibus ignauiam, &, vt ita dicam, effœminationem obijciens, Vobis, inquit, picta croco, & fulgenti murice veſtis Deſidię cordi, iuuat indulgere choreis, Et tunicæ manicas, & hñt redimicula mitræ. Seruius verſū hunc poſtremum expouēs, Tunicæ, inquit, veſtræ habent manicas, quod etiam Varro vituperat, dicens Manicatis & talaribus tunicis. nam colobijs vtebātur antiqui. Hæc ille. Colobia aūt ſunt, veſtes ſine manicis. Talaribus tunicis legit Non. Marcellus, non talaribus ac tritis tunicis, vt in exemplis omnibus ſcriptum inuenio. tunica, inquit eſt veſtimentum ſine manicis. Cic. in Catil. Manicatis ac talaribus tunicis, ſi adiungis & tritis contra Cicer. ſententiam dices. Nam in tritis veſtibus huiuſmodi homines effœminati nullum vnquam ornatum inuenerunt. [Velis amictos, non togis] romani veteres ſola toga amicti fuerunt, poſtea ſubſtrictas & breues tunicas citra humerū deſinētes cum toga induebāt, vt ait A. G. cap. xij. lib. vij. Quāuis tunicæ talares non fuerint, togā ā veteribus Rom. ad calceos vſq; demiſſam, vt à Græcis Palliū, Quintil. lib. xj. ſcribit, qui mirat Plut. tradidiſſe, id Cic. facere ſolitū, velandarum

landarũ vaticũ gra .M.Cato minor eũ pętor eſſet,iudiciũ ſine tunica,toga ſola amictus æſtate exercebat in forum,quoque ſic inductus deſcẽdebat,iusq́.dicebat.Id repererat vetere conſuetudine,ſecũdum quam & Romuli æratis ſtatuæ in capitolio,& in Roſtris Camili fuerunt togatæ ſine tunicis,auctor eſt Aſconius Pædianus [Velis amictos,non togis]togatũ laſciuiã exprimit [Quorum omnia induſtriæ vitæ].i.hi hoĩes delicatuli alia in re nulla ſuſcipiunt laborem,niſi q̃ in cœnis antelucanis vigilant. Antelucanas cœnas,vt arbitror,appellat nocturnas ,quæ ad primam lucem ab helluonibus &ebrioſis hominibus continuatur, vt M.Antonium Plutarchus ſcribit in Hippæ mimæ nuptijs cœnatum,tm̃ vim per vniuerſam noctem hauſiſſe, vt ei poſtridie in concionem vocato , neceſſe fuerit in conſpectu P.R.euomere. [Antelucanum].i.quod fit aut ſaſpicitur ante lucẽ.Cic.lib. Tuſc. quæſtionũ,4.Cui,inq̃t,non ſunt audite Demoſthenis vigiliæ qui dolere ſe aiebat,ſi quã opificũ Antelucana victus eſſet induſtria Ita Antelucanum , vt antemeridianũ & poſtmeridianũ dicit in lib.de Orat 3.Nõ eſt,inquit paucorum libellorũ hoc munus,vt hi qui ſcripſerunt de dicẽdi ratione,arbitrati ſunt,neque Tuſculani, neque huius ambulationis antemeridianæ,aut noſtræ poſt meridianæ ſeſſionis.[Impuri,impudiciq́.]Hominem impurum pro improbo veteres dicebant gñaliter, vt ait Don.in cõmẽt.in Adel.Terent . [Neque cantare]Auctore Æmilio probo in vita Epaminondæ,Romæ turpe erat cãtare & ſaltare,quæ in Græcia laude digna erãt Sal.in bello Catilinę,Semproniã impudicã deſcribens,eã dicit pſallere & ſaltare doctam elegantius,quam neceſſe eſt probæ mulieri,quæ luſoriæ inſtrumenta ſunt. Virũ ſapientẽ in foro ſaltaturum non eſſe,Cic.in lib.de offic. 3 ſcribit,ſi id promiſerit,q̃ ea ratione ſola hereditatem adiret.Idẽ in oratione, poſt reditũ in ſenatu,A.Gabinium ſaltatorem calamiſtratũ vocat.L.Murænæ Ser . Sulpicius in accuſatione maledicti loco obiecit q̃ eſſet ſaltator . In huius defenſione illa Cic.verba ſũt Nemo,inquit ferè ſaltat ſobrius,niſi forte inſanis,neq; in ſolitudine,neq; in conuiuio moderato atque honeſto. Intẽpeſtiui eſt conuiuij,amœni loci,multarũ deliciarũ comes eſt extrema ſaltatio Macr.lib Saturn. 3 de cantandi & ſaltandi apud veteres ratione ſcribit Cic.lib.de Orat. 3 ſaltationis duo eſſe gña ſignificat alterã ſcenicam & hiſtrionicã , quæ infamis & viro indigna eſt alteram virilẽ,quæ ab armis aut paleſtre ſemper eã,quæ fortis ac virilis laterũ ſelinatione fiat.Hãc.Quint lib. 1.veteribus Romanis dedecori fuiſſe negat,eſſe q́.argumento ſaltationem ſacerdotũ nomine & religione vſque ad ipa ſua durantem Lacedæmonios quoque ſaltationem quandam ſãquam ad bella quoque vtilem habuiſſe inter exercitationes . ſcribit.Hanc tñ ſaltationes qui oratorem futurum inſtitui velit, vltra pueriles annos retinendã non cenſes. Saltare potius quam pſallere , vt in vulgatis exemplis ſcribitur,legendum eſt.[Vibrare]. i.vi in ciuiũ corpora adigere.[Spargeuenena].i.necare veneno,id quod præcedit, pro eo quod ſequitur.[Semmarium]Vt ait Valla lib. 1.non locus ſed ſemen ipſum dicitur.i.plantulæ, Tranſlatio hæc ſatis nota.

Aſcan POSTREMVM aũt genus eſt non ſolum de numero Catil.verũetiam de ipſo gñe(quia patricij ſunt)& vita Catil.quod ,ſ.eſſe de vita eius eſt proprium Catil.quia genus cõe eſt multis & generoſitas vltra merita noſtra aduenit,vita autem tam bona quã mala noſtra eſt.delectu.i.quos delegerit futuros ſibi vtiles, immo vero de eius cõpleſu ac ſinu,quos antiquos ſodalitate diu iam fouerit.pexo.i.bene compto . [Imberbes].i.adhuc inueſtes & ſine lanugine barbæ , aut bene.i.multum, vt ſunt lationes & conſpectum hoĩum fugientes.[Manicatis].i.habentibus manicas oblongas vſq; ad manus,quod mollium putabatur.vnde eſt illud Maronianũ.Et tunicæ manicas & hñt.redimicula mitræ [Talaribus].i.ad talos vſque demiſſis.[Velis].i.chlamidibus cũ circulis & caput velãtibus.[Antelucanis cœnis] .i.ante luciferũ initis.aut paulò ante lucẽ finitis.[Vibrare].i.euaginatas agitare

uerũ quid ſibi iſti miſeri uolunt? nos ſuas ſecum mulierculas ſunt in caſtra ducturi ? quemadmodum aũt illi carere poterũt,his preſertim iam noctibus? Quo aũt pacto illi Apẽninum,atque illas pruinas, ac niues perferent? niſi ideirco ſe facilius hyemẽ toleraturos putant,quod in cõuiuiis nudi ſaltare didicerũt. O bellum magnopere pertimeſcendũ cũ hanc ſit habiturus Catilina ſcortatorum cohortem prætoriã. Inſtruite nũc Quir.cõtra has tã præclaras Catilinæ co-

*uerũm tamen.
* potuerunt.

pias,ueſtra pręſidia,ueſtrosq. exercit* Et primũ Gladiatori illi cõfecto & ſaucio,cõſules imperatoresq.ueſtros opponite. Deinde contra illã naufragorum eiectam,ac debilitatẽ manum,florẽ totius Italiæ ac robur educite. Iam uero urbes coloniarũ,ac municipiorum reſpondebunt Catilinæ tumulis ſyueſtribus. Neque uero cęteras copias ,ornamẽta,ueſtra pręſidia cũ illius latronis inopia atque egeſtate debeo conferre.

SYL. MVLIERCVLAS]In contemptum dicit.i.meretrices [His preſertim iam noctibus]Quæ longiores ſunt, ideoque frigidiores . Nam ad ſextum Idus Nouemb.habita hæc oratio eſt. Appeninus mons Italiæ ampliſſimus eſt, perpetuis iugis ab Alpibus tendens in fretum Siculũ vt ait Plin. cap v.lib iij. vt mediam Græciam Thermopylis,ita Italiam Appennino diuimi, T.Liu.lib.xxxvj.auctor eſt , Pruinam ex gelidiore gigni.Plin lib.ij ſcribit.Ariſtoteles autem lib.Meteolorog. primo ſcribit, id conuenire & diſconuenire inter pruinam & rorem, vt appor quidam eleuatus, nocturno frigore altius aſcendere prohibitus;cum humi ſubſidit,conglaciatus pruina, in quam mutatus ros dicatur.Quantum inter pluuiam & rorem,tantum inter niuem & pruinam conuenit.Hã.pruinam album gelu vulgo appellant,dictam pruinam quòd fructus & virgulta perurat Sext Pompeius ſcribit,Exullionem,quæ iniuria pruinarum eueniat. Plin.lib.17.carbunculationem appellat.[Hyemem] i.frigora hyemis.[Nudi ſaltare]Hanc frigoris patientiam ſi quidẽ eſt, pueritiæ turpiter actæ tribuit.]O bellum magnopere]Ironia eſt.[Cohortem prætoriam]Prætoria cohors, vt ait Sext.Põpeius,dicta eſt,quæ à cõſule vel prætore non diſcedat.Scipio.n Africanus primus fortiſſimum quenque,delegit, q̃ ab eo in bello non diſcenderent,& ceterę militiæ munere vacarent, & ſequiplex ſtipendium acciperent . Idem prætoriam portam in caſtris appellari dicit,quã exercitus in prœlium educitur . Quia initio prætores erant,qui nũc conſulesq́,hiq́. bella adminiſtrabant,quorum tabernaculum dicitur prætorium.vegetius lib.de re milit.5. portam prætoriam etiam dici ſcribit, quæ ad orientem,aut quæ ad hoſtem ſpectat.[Has tam præclaras]Ironia eſt.[Confecto & ſaucio].i grauiter vulnerato, in caſtra Mãlij abijt,quia vim orationis meæ ſuſtinere non potuit . Confitere,vt ait Donatus in Eunſe. Terent.proprie conuenit Gladiatoribus ijs qui grauiſſimis vulneribus occubuerunt Cicero in Catilinam, Gladiatori illi confecto & ſaucio. Cicero tamen grauiſſime vulneratos gladiatores dicit confectos in lib.tuſc.2j. Mittunt,inquit , vulneribus confecti ad dominos, qui quærant,quid velint, ſi ſatisfactũ ijs non ſit,ſe velle decumbere.Sẽtentia eſt,conſules & imperatores Catilinę,cõiuratis ex Romanis ciuitate flos & robur totius Italiæ,agreſtibus & ſilueſtribus coniurati colonis & municipes opponentur,ex Catilinæ parte rem extenuat. Catilina enim confectus eſt & ſaucius, ciues coniurati naufragi ſunt eiecti ac debilitati,con iurati alij ſunt cumulis ſylueſtres . Naufragos appellat ciues coniuratos,tanquam quòd in ciuitatis tempeſtate fecerũt naufragium, vnde in caſtra Manlij eiecti ſunt. [vrbes coloniarũ & municipiorum].i. colonis & municipes.[Reſpondebunt].i.reſiſtent,& repugnabunt.[Cumulis].i. multitudinem ordinẽ in pugna nullum ſeruanti, qui tamen in re militari valet plurimum. [Ceteras copias, ornamẽta,&c.].i.ſenatũ,equites, Roma Pop. vrbem,ærarium,&c.[Conferre].i.comparare.

Aſcan HIS,]q.d.iam longius, aut frigidis.[Apenninum , montem inter ſecantem Italiam]O bellum, ironiam eſt.[Prætoriam , & ita fortiſſimum. [vectigalibus].i.prouentibus ſi inquam , quia pluſcula interpoſuit ante perfectam cõſtructionem repetit principium.Nam ordo eſt.

Sed ſi omiſsis his rebus omnibus,nos quibus ſupeditamur,eget ille ſenatu,equitibus,R.P urbe ærario uectigalibus,cuncta Italia,prouincijs omnibus,exteris nationibus;si,inquã his rebus omiſsis,ipſa cauſas, quæ inter ſe configunt,cõtẽdere uelimus, ex eo ipſo quã ualde illi iaceant,intelligere poſſumus.Ex hac.n. parte pudor pugnat,illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc ſtuprũ,hinc fides,illinc fraudatio,hinc pietas,il

hinc

hinc ſcelus;hinc conſtantia, illinc furor, hinc honeſtas, illinc turpitudo;hinc continentia,illinc libido. Deniq; æquiras, temperantia, fortitudo, prudentia, uirtutes omnes certant cum iniquitate,cum luxuria,cum ignauia,cum temeritate, cum uitijs omnibus, poſtremo, copia cum egeſtate, bona ratio cum perdita,mens ſana cum amentia,bona denique ſpes cum omnium rerum deſperatione confligit. In huiuſmodi certamine ac prælio, nonne etiam ſi hominum ſtudia deficiant, Dij ipſi immortales * cogant ab his præclariſſimis uirtutibus tot & tanta uitia ſuperari? Quæ cum ita ſint Quirites, uos quemadmodum iam antea dixi, veſtra tecta cuſtodijs,uigilijsq. defendite. Mihi, * uel urbi ſine ueſtro motu,ac ſine ullo tumultu ſatis eſſe præſidii conſultum,ac prouiſum eſt. Coloni omnes,municipesque neſtri certiores à me facti de hac nocturna excurſione Catilinæ facile urbes ſuas,finesq.defendent. Gladiatores,quam ſibi ille maximam manum, certiſſimã fore putauit, quanquam meliore animo ſunt, quam pars patriciorum,poteſtate tamen veſtra continebuntur Q Metellus,quem ego proſpiciens hoc, in agrum Gallicanum,Picenumq. præmiſi, aut opprimet hominem,aut omnes eius motus,conatusq.prohibebit. Reliquis autem de rebus conſtituendis,maturandis,agendis iam ad ſenatum referemus, quem uocari uidetis. Nunc illos,qui in urbe * permanſerunt: atque adeo q̧ cõtra vrbis ſalutẽ,omniũq. ueſtrũ in urbe a Catilina relicti ſunt, quãquã ſunt hoſtes,tamẽ q̃a nati ſunt ciues, monitos etiam atque etiam uolo. Mea lenitas adhuc ſi cui ſolutior uiſa eſt,hoc expectauit, ut id, quod latebat, erumperet. Quod reliquum eſt iam non poſſum obliuiſci,meam hãc eſſe patriam,me horum eſſe conſulem;mihi,aut cum his viuẽdum aut pro his eſſe moriendum, nullus eſt portę cuſtos, nullus inſidiator uiæ, ſi qui exire uolunt, conſulere ſibi poſſunt. Qui uero in vrbe ſe commouerit, cuius ego non modo factum,ſed inceptum vllum,conatum ue contra patriã deprehendero,ſentiet in hac vrbe eſſe conſules vigilãtes,eſſe egregios magiſtratus,eſſe fortem ſenatum, eſſe arma,eſſe carcerem, quem uindicem nefariorum, ac manifeſtorum ſcelerum maiores noſtri eſſe uoluerunt. Atque hæc omnia ſic agentur. Quirites,ut res maximæ,minimo motu, pericula ſumma nullo tumultu; bellum inteſtinum ac domeſticum, poſt hominum memoriam crudeliſſimum & maximum, me vno togato,duce & imperatore ſedetur. Quod ego ſic adminiſtrabo Qnirites,vt ſi vllo modo fieri poterit, ne improbus quidem quiſquam in hac vrbe pœnam ſui ſceleris ſufferat. Sed ſi uis manifeſtæ audaciæ, ſi impendens patrię periculum me neceſſario de hac animi lenitate deduxerint,illud profecto perficiam, quod in tanto,& tam inſidioſo bello uix optandum uidetur,ut ne quis bonus intereat, paucorumq. pœna uos omnes iã ſalui eſſe poſſitis. Quæ quidem ego neque mea prudentia, neque humanis conſilijs fretus, polliceor uobis Quirites, ſed multis & nõ dubijs Deorum immortalium ſignificationibus, quibus ego ducibus in hanc ſpẽ,ſententiamque ſum ingreſſus; qui iam non procul,ut quondam ſolebant, ab extero hoſte,atque longinquo,ſed hic preſẽtes ſuo numine,atque auxilio ſua templa atque vrbis tecta * defendant. Quos uos Quirites præcari,uenerari,atque implorare debetis,ut quã urbem pulcherrimã,florentiſſimam,potentiſſimamq. eſſe voluerunt; hãc omnibus hoſtium copiis terra marique ſuperatis; à perditiſſimorum ciuium nefario ſcelere defendant.

* copia

* cogent

* ut urbi

* reman ſerunt.

* defen dunt.

NOS ſuppeditamur). i.abundamus. Hoc tamen uerbum ſæpius iungitur cum nomine ſignificãte rem quam perſonam. Cic.in j.de offic. Suppeditant autem & campus noſter & ſtudia venandi,honeſte exempla ludendi. Itemque, Si omnia nobis quæ ad victum cultumque pertinent quaſi virgula diuina, vt aiunt, ſuppeditarentur. Et libro tertio. Ne uc commitas,vt cum tibi omnia ſuppeditata ſint à nobis,tute tibi defuiſſe videare.[Quibus ſuppeditamur, &c.].i. Catilina eget rebus ijs, quibus abundamus.[Ipſas cauſas] Catilinæ & noſtram. ſ.[Contendere].i. comparare. Cæcilius, Egon vitam meam Atticam contendam cum iſtac ruſticana Syra] Lycinius, Illi ſuam vitam cum raca contendunt, quorum in corpore ita crebra ſunt vulnera vitæ,nouæ cicatrici vt locus non ſit, Hęc aliaque multa exẽpla Non Marcellus citat, cum docet contendere eſſe comparare. [Ipſi] Catilinarij. i.nobis inferiores ſint.[Ex hac parte],i. ex noſtra. Pudor & pudicus ideo dicuntur, quòd putum pro puro dixerunt antiqui. Auctor eſt Sex. Pompeius. Eſt autem pudor,honeſta quędam & liberalis verecundia, cui petulancia contraria eſt,quæ diſſoluta eſt & effuſa dictorum factorumque venereis in rebus permiſſa ſibi licentia. Sed pudor in dictis, pudicitia in factis potius eſt. Fraudatio fidei contraria eſt. Qui es alienum diſſoluere nolunt, fidem amittunt fraudant creditores. Ignauiam fortitudini opponit. Eam parum latine philoſophi noſtri puſillanimitatem appellant. [Etiam ſi hominum ſtudia deficiant] Bellorum alia humanis tantum viribus ſine vllo diuino auxilio vtrinque geruntur. vt apud Homerum lib. Iliad. viij.c vbi Iupiter dijs omnibus interdicit nequis eorum Troianis aut Græcis ferat auxilium. Alia diuino auxilio maxime geruntur, cum tantis pauor animis hoſtium diuinitus effunditur, vt nullo negocio vincantur. Eſt igitur ſententia: Si boni ciues, quorum ex parte virtutes ſunt,deficerent,& vicerentur ab improbis pro quibus vitia pugnarent,dij tamen ipſi à vitijs virtutes ſuperari nunquam paterentur.i.ciuibus bonis animos & improbis pauorem adderent.[Sine ullo tumultu].i. militum delectu. [Quã pars patriciorum] Quorum multi Catilinæ coniurationem ſecuti ſunt. Multos ex ordine ſenatorio Saluſtius nominat qui in coniuratione fuerunt. Q. Metellus Celer prætor in agrum Picenum miſſus eſt cum ea poteſtate. vt pro tempore & periculo exercitum compararet,vt ait Saluſt. Is Metellus eſt, à quo repudiatus Catilina eſt,cum ei dare ſe in cuſtodiam voluit.[Gallicanum agrum] Ante Gallicum appellauit. [Maturandis].i.accelerandis. [Iam ad ſenatum] Significat eo ipſo die ſe habere ſenatum. [Quia nati ſunt ciues] Ciuium duo erant genera,alij nati, alij ciuitate donati erant. illorum arctior neceſſitudo quam horum erat P. Africanus maior dicere ſolebat, malle ſe vnũm ciuẽ conſeruare quam mille hoſtes perdere. L. quoque Lucullus in concione militum, malle ſe dixit vnum ciuem Romanum hoſti eripere,quam omnes ſibi hoſtium res vendicare, auctor eſt Plutarchus in eorum vitis. Tantum ciuis conſeruandi ſtudium erat. [Solutior].i.maior & liberior. [Id quod latebat].i. coniuratio. [Meam hanc eſſe) Cicero in lib de legibus ſecundo, omnibus municidibus duas eſſe patrias dicit, vnam naturæ,alterã ciuitatis. vt Cato,cum eſſet Tuſculi natus, in populi Rom ciuitatem ſuſceptus eſt. Itaque cum ortu Tuſculanus eſſet, ciuitate Romanu habuit alteram loci patriam, alteram iuris. Idem in eodem lib natum ſe,& Q. Fratrem dicit in parua villa propè Arpinum, vbi pater & auus eius vixerunt. [Inſidiator] Qui proficiſcens ad Catilinam in vrbem retrabit ad pœnam. [Vindicem,] Id eſt animaduerſorem & punitorem, ꝙ in carcere quoque extremo ſupplicio improbi ciues afficiantur. [Significationibus,] Id eſt ſignis,& indicijs. [Non procul vt quondam] Vt bello Senonico & bello Punico ſecundo,dij abeſſe videbantur,ꝙ populum R. vinci paterentur,nihilominus in hoc bello Romam, in illo Capitolium defendiſſe videntur,ꝙ magna vi imbrium &. grãdinis Annibalem ab vrbe mouere caſtra cogerint,& aſcendentibus Gallis clangore anſeris Romanos excitauerint, ſuperatis cum ab alijs,tum maxime à Cn. Pompeio.

SYR.

SED omiſſis his omnibus rebus, quibus ſuppeditamur, aut ſubminiſtramur abunde,& quibus ille.ſ. Catilina eget, velimus cauſas ipſas,quæ.ſ.cauſæ, confligunt i.concertant inter ſe,quia nobis iuſtiſſima eſt cauſa belli, Iugurthæ iniuſtiſſima,contendere,

ASCEN

re.i.incertare inter ſe, nos poſſumus intelligere ex eo ipſo.i.ex
eo ſola contentione cauſarum, quam.i.quantum valde illi iace-
rent.i.impotentes & demiſſi ſint.[Ex hac].i.noſtra. [Illinc].i.il-
lorum parte. [Hinc].i.ex noſtra.[Denique equitas &c.]Reden-
da ſunt ſingula ſingulis,æquitas certat cum iniquitate,temperã
tia cum luxuria.[Fortitudo].i.ſtrenuitas cum ignauia, Pruden-
tia cum temeritate. Virtutes omnes cum vitijs omnibus.Et ita
in ſequentibus, quæ inter ſe pugnantia componit.[Nõne,]q.d.
maxime.[Conſultũ,ac prouiſum eſt mihi].i.à me.Coloni erant
qui exactis hoſtibus mittebantur ad colendas terras,ne hoſtes re
dirent in vacuas, aut inutiles iacerent; municipes erant qui in
oppidis vicinis degentes munera ad onera vrbis comportabant,
& magiſtratus minores illic gerebant,& ad herendos etiam ma-
iores Romæ apti erant. [Certiores facti].i.certe edocti. Gla-
diatorum, credo legendum gladiatores,quam manum.i. quorũ
collectionem ille.ſ.Catilina, putauit fore ſibi maximam,& for-
tiſſimam quanquam ſunt animo meliore.ſ.ad bellum nõ ad vir
tutem.i.audaciorem,quam pars patriciorum.i.complures patri-
cij,tamen continebuntur noſtra poteſtate. Proſpiciens.ſ. longe
ante præuidens,hoc.ſ.quod modo euenit malum. Referemus.i.
ad conſultationem ſenatus ponemus, q.d.cum inter vos ſint qui
Catilinæ faueant non expediat hic omnia aperire.Quia vt vul-
go dicitur cum paucis conſultandum,cum multis pugnandũ eſt.
[Erumperet].i.vti quadam ſe aperiret. Meam hanc eſſe patriã.
Arpinas tamen erat ſed municipes ſe Romanos cenſebant, vel
patriam animo & affectu, Conſulere,proſpicere ſaluti ſuæ,Qui
vero in vrbe ſe commouerit.i.motum citauerit. [Eſſe carcerem
quem vindicem].i.vltorem voluerunt maiores, quia ſequentes
exilium præferebant.[Res maxima].i. periculoſiſſima ĩ qua de
ſalute ciuium & incolumitate reip.agitur.bellum inteſtinum.
ac domeſticum,me vno.i.ſolo,togato.i.exiſtente in toga.quia in
vrbe.ſedetur. i.paretur,vt tranquillum fiat.[Duce & Imperato-
re]Quia vtriuſque fungeretur officio.Imperatoris enim eſt Du
ci imperare,vt & quo & quos ducat.Ducis eſt imperata ſtrenue
obire.Ipſe ergo ſibi imperaturus erit & populo Dux. Sufferat.i.
ſuſtineat,quod quidem conſultum viſum erat tantiſper dũ cõ
iuratio tantum Ciceroni nota erat,nec per Allobroges & Vul.
turcium conſultum deprehenſos omnibus patefacta. Vis, violen-
tia. [Vix optandum] Optamus tamen multa, quæ non audea-
mus,vt quæ ſupra vires & merita ſunt,vnde vix optandum em-
phaticos dicit ſicut Maro, Turne quod optanti diuum promit-
tere nemo Auderet, voluenda dies enim attulit vltro. non dicit
ſperanti,ſed optanti. Ne quis bonus.i.innocens. Paucorum.ſ.
principium coniurationis.Significationibus. i.indicijs & ſignis
factis.Ingreſſus,quaſi pedibus. Nam & pedibus in ſententiam
ingredimur, dum ad partem cui aſſentimur accedimus. Quos
vos &c.ſancte & religioſe monet in fine,vbi pondus exigitur o-
rationis,ad religionem.

In Inuectiuam M.T.Ciceronis tertiam in L.Catilinam,
Argumentum.

ALLOBROGVM Legati à P.Lentulo per P.Vmbrenum. L.Caſſium,& P Gabinium ſollicitati ad coniurationis ſocietatem Q. Fabio Sangarem omnem indicarunt. Per Fabium Cicero factus certior, vt Legati rem diſſimulent hortatur Conſtituta nocte qua egrederentur, C.Pontinum,& L.Flaccum Prætores ad Pontem Miluium, qua ituri legati erant, collocat, vt eos cum literis ad Catilinam & ad ſenatum ſuum reuertentes. cum eorum via duce T.Vulturcio interciperent. His ex via à prætoribus prima luce Romã retractis. Cicero vocatis ad ſe ijs qui legatis ad Catilinam literas dederant, ſenatum in templo deæ Concordiæ habuit In ſenatu quid actũ ſit P.R. eo ipſo die ad veſperam hac oratio docet. In ſenatu igitur T.Vulturcius accepta iuſſu ſenatus fide publica, & Allobroges, qui ex coniuratione eſſent, quid machinarentur indicauerunt Introducti alius poſt alium L. Cethegus, catilinæ literarum à ſe ſcriptarum ſigna tandem cognoſcentes de coniuratione confeſſi ſunt Acta ſunt gratia Ciceroni, C.Antonio Coss.Flacco & Pontino prætoribus, P Lentulus prætura ſe abdicauit Hic & reliqui in cuſtodias liberas traditi ſunt Supplicatio ad omnia deorum puluinaria Ciceronis nomine decreta eſt Deprehẽſis coniuratis, Catilinæ conatus metuendos non eſſe oſtendit Cicero, cum quo ſibi pugnandum fuiſſet, ſi in vrbe remanſiſſet, deorum nutu & conſilio deprehenſam coniurationem, ex prodigijs quæ anteceſſerunt, & ex ſimulacro Iouis in Capitolio ad orientem ſpectante & conſilio aruſpicum poſito probat Quare hortatur populum Romanum ut dies ſupplicationis cum vxoribus & liberis celebrent. Oſtendit hoc bellum Catilina futurum fuiſſe multo crudelius bellis ciuilibus Syllæ, Sulpicij, Octauij, Cinnæ, Marij, Lepidi, Catuli, in quibus ciues innumerabiles occiſi ſunt Pro huius deprehenſæ coniurationis indicio atq; victoria Cicero neque honorem, neque triumphum neque ſtatuam poſtulat, ſed memoriam huius diei perpetuam. Orat P.R. vt prouideat, ne quid ſibi hoc beneficium noceat, ſi quam inuidiam ſibi pœna coniuratorum in poſterum conflauerit. Omnem ſuam operam in coniuratos pollicetur etiam cum priuatus erit. Populum Romanum hortatur vt domos ſuas vigilijs cuſtodijsq; defendantur. Oratio deliberatiua eſt. cuius in proœmio oſtendit diem eum quo deprehenſa coniuratio eſt, qua eodem die habita eſt hac oratio, qui dies non. Decemb. eſt, perinde vt naturalem vrbis Romæ diem quotannis celebrandum eſſe.



M· TVLLII CICERONIS
IN L. CATILINAM,
ORATIO III.

REMPVBLICAM Quirites, vitamq; omniũ veſtrum, bona, fortunas, coniuges, liberosq; veſtros, atq; hoc domicilium clariſſimi imperij, fortunatiſſimã pulcherrimamq; vrbem hodierno die deorum immortaliũ erga vos ſummo amore, laboribus, cõſilijs periculisq; meis, ex flãma, atq; ferro, ac penè ex faucibus fati ereptam & vobis conſeruatam, ac reſtitutam videtis. Etſi non minus nobis iucundi, atq; illuſtres ſunt hi dies, quib. conſeruamur, q̃ illi, quibus naſcimur, quod ſalutis certa lætitia eſt, naſcendi incerta conditio: & q; ſine ſenſu naſcimur, cũ voluptate conſeruamur: profecto qm̃ illum, qui hanc vrbem cõdidit Romulum ad Deos immortales beneuolentia, famaq; ſuſtulimus, eſſe apud vos poſterosq; veſtros in honore debet dies is, qui eandẽ hanc vrbem cõditam, amplificatamq; ſeruauit. Nã totis vrbis, templis, delubris, tectis omnibus ſubiectos propè iam ignes, circũdatosq; reſtinximus.
Idẽq; * Item gladios in remp. diſtrictos retudimus, mucronesq; eorũ à iugulis veſtris reiecimus. Quæ qm̃ in ſenatu illuſtrata, patefacta, comperta ſunt per me, vobis iam exponam breuiter Quirites, vt & quãta, & quàm manifeſta, & qua ratione inueſtigata, & comprehenſa ſint vos, qui ignoratis, ex actis ſcire poſſitis.

IN INVECTIVAM M. TVLLI CICERONIS tertiam in L.Catilinam ad Quirites, Franciſci Syluij Ambiani Commentarius.

REMPVBLICAM Quirites,] Illud Cic. per ſæpe facit, vt cum acrius mouere vult, per partes enumeret, quod in gñe dici poſſet. Omnium veſtrum vitam, oĩum noſtrum ſalutem in his orationibus à Cice. dici attendendum eſt. Nam ſi ex Grãmaticorum præceptione diceretur, veſtram oĩum vitã noſtram oĩum ſalutẽ dici oporteret. [Bona, fortunas] Fortunas in numero plurali pro fortunę bonis Cic. ſæpe dicit. Hic vero bona & fortunas dicit, vt ſæpius moueat & tanq̃ feriat animos auditorum. [Domicilium imperij] A Roma Rom. imperium dicebatur. [Hodierno die] Vſitatius quã hodie Cice. eſt. [Ex faucibus fati] Metaphora à feris eſt, quarũ faucib. cum quid eripitur, ea periculo extremo liberatur. Fatũ pro interitu, pro morte violenta, non naturali dr̃. [Quam illi quib. naſcimur] Natalem diem celebrari Romæ mos fuit. quibus in ſactix ſolis operam voluptati dare licebat. In cæteris ſeruabatur caſtitas, vt ait Seruius, exponẽs illum Virg. ex Buc. verſum. Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis Iola. Romę quoq; natalem 12 Cal. Maij celebrari ſolitum, quo die animatũ nihil ad ſacra adhiberetur, quod diem ipm̃, qui origini patriæ conſecratus erat, purã & ſine ſanguine ſeruari oportere putarẽt, Plut. in vita Romuli ſcribit. [Salutis certa lætitia eſt, naſcẽdi incerta conditio] .i. cũ quis naſcitur, incertum eſt bona ne an mala ſit ea natio. Nõnullis.n. vita contingit ita miſera. vt horam eam qua nati ſunt deteſtent. [Ad deos immortales] Apud Seruiũ in lib. Æn. 6. illud Ennij eſt, Romulus in cœlo cum dijs genitalibus æuũ Degit. De Romulo quid Proculus dixerit, ea Liuio, Plutarcho, alijsq; ſatis cognitũ. [Vrbẽ ſeruauit] De hoc die illud Cice. in orat. pro L. Flacco eſt O nonæ illę Decẽbres, quæ me conſulẽ fuiſtis, quem ego diem vere natalẽ huius vrbis. aut certe ſalutarẽ appellare poſſum. Templa & delubra ſimul ſępe dicit Cic. Aſcon. Pęd. in Cic. Diu. auctore. Sunt qui tẽpla eſſe dicant ſingulorũ locorũ dijs attributorũ, delubra multarum ædium ſub vno tecto, à diluuio pluuiæ munitatum. [Subiectos prope iam ignes] Cic. in L. Piſonem, Ego tela extremo menſe conſulatus mei intenta iugulis ciuitatis de coniuratorum nefarijs manibus extorſi, ego faces iam accenſas ad huius vrbis incendium comprehendi, protuli, extinxi. [Vobis iã exponam breuiter] Propoſitio eſt eorum quæ dicturus eſt, qua ratione attentos & dociles facit auditores.

IN INVECTIVAM TERTIAM M.T. CICERONIS, Iodoci Badij Aſcenſij Commentaria.

REMPVBLICAM Quirites,] Hæc concio, qua in eũdum Catilinam inuehitur habita eſt ad Quirites poſt manifeſtatã penitus coniurationem per Allobrogum legatos & Vulturcium in ſenatum adductos cum ſcrinijs literarum à coniuratis ſcriptarum & ſignatarum, vnde e ſenatu rediens Cicero, populo, rẽ om

nem

nem quatenus operæpretium duxit exponit & factum ſuum magnifice extollit. Fati, hoc eſt exitij fatalis. Conſeruamur, uult eũ diem celebrandum ab omnibus ea feſtiuitate qua ſolet à ſingulis ſuus cuiq; natalis. [Profecto quã &c.] Se quoque Romulo comparandum cenſet cum non ſit minus vrbem penitus peritutã ſeruare, quã condere. [Suſtulimus] Hoc eſt ſurſum tulimus, quia teuera diſcerptum dicunt Romulum à patribus non amplius comparuiſſe, de quo Liu. lib. 1. Retudimus non recudimus à retundo. Quę quoniã in ſenatu. i. coram ſenatoribus & patribus vnde in concionem deſcenderat. Ex actis. i. ex his, quę acta ſunt.

Principio, vt Catilina paucis ante diebus erupit ex vrbe, cum ſceleris ſui ſocios, & huiuſce nefarij acerrimos duces Romæ reliquiſſet: ſemper vigilaui & prouidi Quirites quemadmodum in tantis & tam abſconditis inſidijs ſalui eſſe poſſemus. Nam tum ex vrbe Catilinam eijciebam (non enim iam vereor huius verbi inuidiam, cum illa magis ſit timenda, ꝙ viuus egreſſus eſt) ſed tũ cum illũ exterminari volebam, aut reliquã coniuratorum manum ſimul exituram, aut eos, qui remanſiſſent, infirmos ſine illo, ac debiles putabam. Atque ego vt vidi, quos maximo furore & ſcelere eſſe inflammatos ſciebam, eos eſſe nobiſcum, & Romæ remanſiſſe, in eo oẽs dies noctesq́ue conſumpſi, vt quid agerent, quid molirentur, ſentirem ac viderem, vt quã auribus veſtris propter incredibilem magnitudinem ſceleris minorem fidem faceret oratio mea, rem ita cõprehenderem, vt tum demum animis, ſalutiq́; veſtræ prouideretis, cum oculis maleficium videretis. Itaq; vt comperi, legatos Allobrogum belli Tranſalpini, & tumultus Gallici excitandi cauſa à P. Lentulo eſſe ſollicitatos, eosq́; in Galliam ad ſuos ciues eodem itinere cum literis, mandatisq́; ad Catilinam eſſe miſſos, comitemq́; his adiunctum eſſe Vulturcium, atq; huic datas eſſe ad Catillinam literas: facultatem mihi oblatam putaui, vt qđ erat difficillimum, quodq; ego ſemper optabã à dijs immortalibus, tota res non ſolum à me, ſed etiam in ſenatu à vobis manifeſto deprehenderetur. Itaque eſterno die L. Flaccum, & Cn. Promptinium prætores fortiſſimos, atque amantiſſimos reip. viros ad me vocaui: rem omnem expoſui: quid fieri placeret, oſtendi. Illi autem, qui oĩa de rep. præclara, atque egregia ſentirent, ſine recuſatione, ac ſine vlla mora negocium ſuſceperunt, & cum adueſperaſceret, occulte ad pontem Miluium peruenerunt, atq; ibi in proximis villis ita bipartiti fuerunt, vt Tiberis inter eos, & pons intereſſet, eodem aũt & ipſi ſine cuiuſquam ſuſpicione, multos fortes viros eduxerant, & ego ex præfectura Reatina complures delectos adoleſcẽtes, quorũ vtor aſſidue in reip. præſidio, cum gladijs miſeram. Interim tertia ferè vigilia exacta, cũ iam pontem Miluium cũ magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperẽt, vnaq; Vulturcius, fit in eos impetus: educunt ab illis gladij, & à noſtris. res erat prætorib. nota ſolis, ignorabatur à cæteris. Tum interuentu Prõptinij, atq; Flacci pugna, quæ erat cõmiſſa, ſedatur. Literæ quæcunq; erãt in eo comitatu integris ſignis prætoribus tradunt. Ipſi comprehenſi, ad me cum iam dilucesceret, deducuntur. Atq; horum oĩum ſcelerum improbiſſimum machinatorem Cimbrum Gabiniũ ſtatim ad me, nihil tum ſuſpicantem vocaui. Deinde item accerſitur P. Statilius, & poſt eum Cethegus, tardiſſime aũt Lentulus. Credo ꝙ literis dandis præter conſuetudinem proxima nocte vigilarat. Cum vero ſummis ac clariſſimis viris huius ciuitatis, qui audita re mane ad me conuenerant, literas à me prius aperiri, quàm ad ſenatum deferri placeret, ne ſi nihil eſſet inuentum, temere à me tantus tumultus iniectus ciuitati videretur: negaui me eſſe facturum, vt de periculo publico, nõ ad conſilium publicum rem integram deferrem. Etem Quirites, ſi ea, quæ erant ad me delata, reperta non eſſent, tñ ego non arbitrabar in tantis periculis eſſe mihi nimiam diligentiam pertimeſcendam. Senatum frequentem celeriter, vt uidiſtis, coegi. Atq; interea ſtatim admonitu Allobrogũ, C. Sulpicium prætorem, fortem virum, miſi: qui ex ædibus Cethegi, ſi quid telorum eſſet, afferret. E quibus ille, maximum ſicarum numerum, & gladiorum extulit. introduxi Vulturcium ſine Gallis, fidem ei publicam iuſſu ſenatus dedi: hortatus ſum, vt ea quæ ſciret, ſine timore indicaret. Tum ille dixit, cum vix ſe ex magno timore recreaſſet, à P. Lẽtulo ſe habere ad Catilinam mandata, & literas, vt ſeruorum præſidio vteretur, & ad vrbem quamprimum cum exercitu accederet. Id aũt eo conſilio, vt cum vrbem oĩbus ex partibus, quemadmodum deſcriptum diſtributumq; erat incendiſſent, cædemq; infinitam ciuium feciſſent, præſto eſſet ille, qui fugiẽtes exciperet, & ſe cum his vrbanis ducibus coniungeret. Introducti autem Galli, iuſiurandum ſibi, & literas à Lentulo, Cethego, Statilio ad ſuam gentẽ datas eſſe dixerunt. Atq; ita ſibi ab his & à L. Caſſio eſſe præſcriptum, vt equitatum in Italiam quamprimum mitterent, pedeſtres ſibi copias non defuturas. Lentulum autem confirmaſſe ex fatis Sybillinis, aruſpicumque rñſis, ſe eſſe tertium illum Cornelium, ad quem regnum urbis huius, atq; imperium peruenire eſſet neceſſe. Cinnam ante ſe, & Syllam fuiſſe, eundemq; dixiſſe, fatalem hunc eſſe annum ad interitum huius vrbis, atq; imperij, qui eſſet decimus annus poſt virginũ abſolutionem, poſt Capitolij autem incenſionem vigeſimus. Hanc autem Cethego cum cęteris controuerſiam * eſſe dixerunt, ꝙ cum Lentulo, & alijs cædem Saturnalibus fieri, atq; vrbem incendi placeret, Cethego nimium id longum videri. At ne longum ſit Quirites, tabellas proferri iuſſimus, quæ à quoque dicebãtur datæ. Primum oſtendimus Cethego. Signum cognouit. Non linum incidimus, legimus literas. erat ſcriptum ipſius manu, & Allobrogum ſenatui, & populo, ſeſe quæ eorum legatis confirmaſſet, eſſe facturum: orare vt illi facerent, quæ ſibi legati eorum pręcepiſſent. Tum Cethegus, qui paulò ante aliquid de gladiis, ac de ſicis, quæ apud ſe erant deprehenſæ, reſpondiſſet, dixiſſetq; ſe ſemper bonorum ferramentorum ſtudioſum fuiſſe; recitatis literis debilitatus, atque abiectus, conſcientia conuictus repente conticuit. Introductus eſt Statilius, cognouit manum, & ſignum ſuum. recitatæ ſunt tabellæ in eandem ferè ſententiam: confeſſus eſt. Tum oſtendi tabellas Lentulo, & quæſiui, cognoſceret ne ſignum, annuit. Eſt vero inquam, notum ſignum, & imago aui tui clariſſimi viri qui amauit vnice patriam, & ciues ſuos: quæ quidem te a tanto ſcelere etiam mutare, & reuocare debuit. Leguntur eadem ratione ad ſenatum Allobrogũ, populumq́ue literæ. ſi quid de his rebus dicere vellet, feci poteſtatem.

* fuiſſe

CONIVRATORVM manum, ſimul exituram] Coniuratos, non coniuratores, vt teſtes & iudices iuratos, nõ iuratores, Latine dicimus, Oculis videretis, Pleonaſmos non eſt. Nam ad SYL.

rem certius ſignificandam. Oculis adiecit.[Maleficium.i.coniurationem. In re atrociſſima ſæpe dicitur maleficium à Cicerone,ut pro Sex. Roſcio, maleficium appellat parricidium Allobroges Galliæ populi ſunt, qua parte Arar Rhodano miſcetur accolæ, nulla gente Gallica opibus aut fama inferiores, ut ait T. Liuius lib. 21. Hoc eodem auctore lib 61. Q. Fabius Maximus filius fratris Africani minoris, qui in Fabiorum familiam adoptatus eſt, Conſul uicit, inque deditionem cepit. inde Allobrogicus cognominatus eſt. More Romanorum, qui gentē nationem ue bello deuicerat, ut eius patronus erat, ut eſt apud Cic. lib. de Officij. Ex Allobrogici familia Q. Fabius Sanga Allobrogum patronus erat. Allobrogum legati à P. Lentulo per P. Vmbrenum, ſolicitari, ad Q. Fabium Sangam rem omnē uti acceperant detulerunt. Ciceronem eorum quæ audiuerat, Fabius certiorem facit. Ciceronis conſilio legati ſocietatem coniurationis ſimulant,ut amplius ſcribunt Saluſt.& Plut.in uita Cicer.[Tumultus Gallici excitandi cauſa]Bellum generalis dictio magis eſt quam tumultus auctore Cice.in Antoniana viij poteſt eſſe bellum ſine tumultu, tumultus eſſe ſine bello non poteſt. Quid eſt enim tumultus niſi perturbatio tanta,ut maior timor oriatur? unde etiā nomen ductum eſt tumultus.Itaque maiores noſtri tumultū Italicum,quod erat domeſticus & tumultum Gallicum,quod erat,Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. Grauiorem aūt tumultum eſſe,quā bellum,quod bello Gallico uacationes ualent, tumultu non ualent. [Cum literis mandatiſque].i.ut vulgo loquuntur, cum literis credentiæ T. Vulturcium Crotonienſem Saluſt.appellat[Facultatem].i.occaſionem & opportunitatem. [Heſterno die] Uſitatius quam heri. [L.Flaccum]Is eſt L.Valerius Flaccus, quem repetūdarum factum reum poſtea Cicero defendit. [C.Pontinum] C.Pontinum Cicero pro L.Flacco, Cn.Promptinum Saluſtius appellant [Ex præfectura Reatina] i.ex præſidio Reatino. Noctis vigiliæ ab antiquis dicuntur. Noctem enim in quattuor vigilias diuidebant, ut eſſent duæ ab occidente ſole ad mediam noctem & totidem inde ad ſolem orientem. Noctis horas iidem antiqui dixerunt. [Integris ſignis].i. non reſignatæ,non apertæ [Machinatorem].i.principem,& auctorem,quem Architectum, alibi appellat Cic.pro A. Cluentio: Ipſum principem atque architectum ſceleris abſoluerunt & pro Sext. Roſcio. Nonne quiuis poteſt intelligere omnium architectum & machinatorem unum eſſe Chryſogonum? [Temere] Imprudenter & ſine cauſa [Cogere ſenatum] Pro eo quod eſt congregare dicit. ut in lib. Epiſt.ad Q. Fr. 2. Pridie Idus cum Appius ſenatum infrequentem coegiſſet, tantum fuit frigus, ut populi conuicio coactus ſit nos dimittere. Libro epiſt.fam.5. Recordare cætera quam cito ſenatum illo die facta ſortitione coegerim. [Cogere iudices] Idem in oratione pro L.Muræna, cogere medicos,lib.epiſt.iij.cogere agmen,lib.epiſt.ad Atticū 15. cogere pecuniam pro M. Fonteio, cogere pecuniam à ciuitatibus, pro eo quod eſt colligere dicit. [Maaimum ficarum numerum].i.ſicas plurimas, ut actione in Verrem 5. Magnus à multis frumenti numerus, magnæq; pecuniæ coactæ ſunt. [Introduxit Vulturcium] Singulos alium poſt alium introduxit. Nec qui prius introducti erant, aduenientibus alijs exibant. [Fidem publicam]. i.ex publica fide impunitatem. [Iuſſu ſenatus dedi,ille dixit] Cicero in oratione pro C. Rabirio, conſuli fidem publicam licere ſine auctoritate ſenatus dare negat. Nec uiolata fides publica eſt cæde L. Saturnini,cui eam C.Marius conſul ſine ſenatuſconſulto dederat. [Exciperet].i.reciperet & interficeret Quintil.in lib. iiij.Aprum quem ipſi muneri obtulerat,exceptū eſſe à ſe uenabulo confeſſus eſſet. [Ducibus urbanis]Coniuratis,ſcilicet. [Et à L.Caſſio] Legati a Lentulo, Cethego, Statilio item Caſſio iuſiurandum poſtulauerunt, quod ſignatum ad ciues ſuos perferrent,aliter haud facile ad tantum negocium impelli poſſe.Cæteri nihil ſuſpicantes dant. Caſſius ſemet eo uenturum breui pollicetur,ac paulò ante legatos ex urbe proficiſcitur, auctor eſt Saluſtius. [Equitatum]Quia eo Galli ualent maxime. De Cinna Titus Liuius lib.lxxix & lxxxiij. L.Florus lib. epit.iij & amplius. Appian. lib.de bellis ciuil.lib j.Poſt virginum abſolutionem; Poſt Capitolij, &c. Fabia Veſtalis virgo nō multo ante hanc coniurationem inceſti cauſam dixit. Ei Catilina obiectus eſt, fuit tamen abſoluta, quia ſoror erat Terentiæ Ciceronis uxoris, ut ait Aſconius Pædianus. [Poſt Cap. incenſionem].i.incendium; in oratione pro P. Sylla: Meis cōſilijs,meis laboribus,mei capitis periculis,ſine tumultu,ſine delectu,ſine armis ſine exercitu, quinque hominibus comprehenſis atque confeſſis,incenſione urbem,internecione ciues,uaſtitate Italiam, interitu remp.liberaui, ſæpius tamen incendium dicitur,L. Scipione & Norbano conſulibus ante L. Syllæ dominationem capitoliū, quod à Regibus plus quadringentos annos manſerat, exuſtum eſt, cuius incendij cauſa omnes latuit,ut ait Appian.in lib.j.[Cethego cum cæteris] Auctore Saluſt. Cethegus de ſociorum ignauia quærebatur.Illos dubitando & dies prolatando magnas opportunitates corrumpere, facto, non conſulto in tali periculo opus eſſe, ſeq; ſi pauci adiuuarent,languentibus alijs impetum in curiam facturum. Natura ferox erat,uehemens,manu promptus. maximum bonum in celeritate putabat.[Saturnalibus] i. eo die quo fierent Saturnalia, quæ xiiij. Cal.Ian.fieri ſolita eſſe, Macrob lib.Saturn j.ſcribit.Eſtq; in ea ſententia, vt Saturn.uno tantum die fierent. quamuis ſint auctores, qui diebus ſeptem fieri ſolita ſcripſerint. [Tabellas].i literas,inde tabellarios. [Quæ à quoque].i.unoquoque [Signum]Quo ſignatæ erant.[Linum incidimus]Qui literas negocij paulo ſecretioris mittunt,eas funiculo obligant, deinde qua parte funiculi nodus eſt,cera impoſita ſignant, Hunc morem ætate ſua fuiſſe Cicero ſignificat. Linum eum, pro funiculo lineo dicit. [Cognouit ſignum].i. non negauit,confeſſus eſt. [Ferramenta] Dicuntur inſtrumenta ferrea quibus fabri utuntur. Horat.in lib. epiſt.1. Cras ferramenta Theanum tolletis fabri. deinde gladios,ſicas,lanceas,haſtas,pila, aliaq; huius generis tela uel ferrea, vel ferro p̄fixa ſignificat. Pro P.Sylla Cicero, Obtulit ſe ad ferramenta proſpicienda.[Bonorum ferramentorum ſtudioſum]Vt hac ætate multi nō ignobiles armamentarium ſtudioſe ferramentis adornant. [Abiectus].i.animo deiecto & depreſſo.[Cognouit manum & ſignum ſuum].i.ſcripturam propriam,qua in re manus hic ſæpe dicitur. [In eadem ferè ſententia] In qua erant illa Cethegi. [Signum, imago] Appoſitio eſt,quæ Cic. ſitata admodum non eſt, Liuio multum familiaris, [Imago aui tui].i.P.Lentuli,qui C.Gracchū perſecutus eſt, de quo in oratione proxima plura dicemus. In annulis uirorum clariſſimorum capita inſculpebantur. hiſq; literas obſignabant. Auctore Liu. lib.xxvj. cum annulo Marcelli Cos. ſimul cum corpore Annibal potitus eſſet, eius ſigni errore, ne cui dolus necteretur à Pœno, metuens Criſpinus eius collega, circa ciuitates proximas miſerat nuncios occiſum collegam eſſe, annuloq; eius hoſtem potitum, ne quibus literis crederent nomine Marcelli compoſitis Valer. Max.lib.iij. titulo. De ijs q à parentibus claris degenerauerunt,ſcribit e manu Scipionis detractum eſſe annulum,in quo caput Africani patris ſculptū erat. Idem lib.viij.titulo de cupiditate gloriæ, annulum ſignatorium appellat. Facere poteſtatem,pro eo quod dicūt dare poteſtatem, uel dare facultatem,ſæpe dicit Cicero in orationibus,pro Sexto Roſcio, in Verrem actione vij.pro Cluentio, Antequam iret in exilium,Poſt reditum in ſenatu,Pro domo ſua.

ERVPERIT].i.vi exierit vt ſolent feræ ruptis claris & alijs obſtaculis. Non tn̄,credo legend. i non tantum,ut ſit.Ego putaui non tantum.i.non ſolum eum i.qn̄ ego eijciebam Catilinam ex urbe. Quia uero prius nolebat fateri ſe Catilinam eieciſſe,ſed tantum admonuiſſe aut ei conſuluiſſe vt exiret. ne immemor antedictorū uideretur,addit per parentheſim.[Non enim,] q.d.manifeſte fateor nunc me eieciſſe eum,non.n.vereor iam inuidiam huius uerbi.ſ.quod dixi me eieciſſe eum, cum illa.i.inuidia ſit magis timenda, q Catilina exierit uiuus, ſed tum.i.tunc cum uolebam illum exterminari.i. extra terminos agi,hoc eſt expelli, aut ſup. tum cum putabam reliquam manum.i.multitudinem coniuratorū aut exituram. i.exire debere ſimul cum Catil. aut eos qui rem infiſſent fore.i. futuros, infirmos ac debiles ſine illo.ſ.principe ſuo Catilina.[Atque ego ut] i.poſtquam vidi eos quos ſciebam eſſe inflatos maximo furore & ſcelere, eſſe nobiſcum & remanſiſſe Rom. conſumpſi omnes dies & noctes,in id.i, in ea re, ut ſcirem ac uiderem quid agerent & quid molirentur, [Oratio].i.recitatio aut narratio mea, comprehenderem rem.i. factum ipſum deprehenderem. Legatos Allobrogum.qui populi ſunt haud longe ab Lugdunenſibus ut prius oſtendi. vnde eos Tranſalpinos uocat, quod quidem uerum quoad Romanos,non nobis Ciſalpini ſunt. [Cum literis].ſ.ſcriptis. [Mandatis].ſ.uerbo dandis.[Quod erat difficillimum quodq;].i.& quod ego ſemper optabam à dijs &c.[præclara, atque egregia] Cōmendat prætores,ut ſe candidū ſignificet,nec uelle quenquā accuſare immeritum. [Aduesperaſceret].i.ſerum eſſet & ad veſperam tēderet, vt Tiberis inter eos & pons intereſſet [More ſuo præpoſitionē repetit] Nam alij dicerent vt tiberis & pons inter eos eſſet. [Sine ſuſpicione, quia non manifeſtauerant illis cauſam cur eo proficiſcerētur]Ex Reatina præfectura,ex ea parte Italiæ vbi eſt reatina palus in qua natis ſaxis vngulæ iumentorum duriores efficiūtur.[In reip.præſidio] Non ergo ad perniciem. [Interea] Narrat

Ascen

ferè eadem quæ Saluſt. in Catil. Tertia quæ eſt ſub diluculum. [Vnaq;].i.& ſimul. [A noſtris, miſſus à nobis] Solis prætoribus, miſſis ad deprehendendos legatos Allobrogum cum Vulturcio & literis. [Cōmiſſa,] Hoc eſt conſerta & inita diluceſceret, i. lux diei a nocte diſtingui inciperet. Cimbrum uocat Gabinium, aut quia pernicioſum putat, ut Cimbri erant, aut quia ex Cimbris oriundum. [Literis dandis,] Hoc eſt ut literas ad Allobroges daret. [Præter conſuetudinē] Quia ſomno indulgere ſolebat. [Conuenerunt.i. diſquiſiuerunt à me, an ſup. placeret literas aperiri à me &c. Ideo ne ſi nihil eſſet inuentum &c. [Rem integram].i. nō inſpectis prius literis. Si ea quæ erant, delata. ſ. per Allobroges & Fulam concubinam Q. Curij ab eo miſſam, ut uidiſtis, qa paulo poſtquam ſenatum habuerat populum conuocauit. Ex ędibus Cethegi. qui properare ſummopere curabat. Vulturcium deprehenſum cum Allobrogibus, ſiue Gallis. ſ. Allobrogibus. [Fidem publicam. i. ut indicaret quęcunque ferret & impunitatem facti ſui haberet.] Recreaſſet].i. releuaſſet, & refeciſſet. Timebat enim in tali re deprehenſum ſe non poſſe niuium euadere. A. P. L. ideſt à P. Lentulo qui prætor erat ut ſeruorum præſidio, quia ſeruos prius repudiauerat Catilina. [Pręſto.i. pręſens, quaſi pręſtans eſſet, qui exciperet. i. ex inſidijs caperet, &. i. ſimul fugientes. i. profugere uolentes, & coniungeret ſe cum his. ſ. ſceleratiſſimis ducibus Vrbanis, Lētulo Cethego, Gabinio, Statilio, & cęteris. [Iuſiurandum, ſupp. eſſe datum, hoc eſt iureiurando promiſſum. Ad ſuam gentem, unde miſſi erant, uidelicet ad Allobroges de quibus in Catil. diximus. [Præſcriptum.] Hoc eſt præceptum ſollicite, ut ab his fieri ſolet qui quę diligenter exequi uolūt præſcribunt, hoc eſt prius ſcripta conſignant & tradunt. [Ex faſtis,] Hoc eſt libris ſibyllinis, in quibus quaſi faſti futuri ſcripti erant. [Aruſpicum,] Hoc eſt inſpicientium exta ad aras. Tertium Cornelium, quia Cinnam ante ſe & Syllam fuiſſe dicebat quorū vterq; erat de gente Corneliorū & dominatione potitus. De Sylla aūt prius diximus. De Cinna ſic dicit L. Florus in lib. lxxx. Liuij. C. Corn. Cinna cum pernicioſas leges per uim ferret pulſus urbe à Cn. Octauio Collega cum Sex. Trib. pl. imperioq; ei abrogato, corruptum Appij Claudij exercitum in poteſtatem ſuam redigit & bellum urbi intulit acceſſito C. Mario cum alijs exulibus ex Africa. & in lib. ſequentem: Cinna & Marius in urbem recepti ſunt qui uelut raptam eam cædibus & rapinis uaſtarunt Cn. Octauio cōſule occiſo, & omnibus aduerſæ partis nobilibus trucidatis, inter quos M. Ant. eloquentiſſimo viro, & C. Cæſare quorum capita in roſtris poſita &c. [Poſt virginum abſolutionem] .ſ. fatalem, de qua in libris ſibyllinis mentio erat. Incenſionem à fulmine à quo etiā Romuli imago aut pictura tecta erat. [Lentulo & cæteris] præterquam. Cethego qui accelerandam rem putauit, à quoque. i. unoquoque eorū. [Linum. i. filum quo colligatæ erant tabulæ appoſita cæra & ſigillo ſuper impreſſo. [Confirmaſſet] .i. firmiter promiſiſſet. [Recepiſſent].i. promiſiſſent faciēda. Recipere enim eſt quod dicunt ad ſe capere. i. faciendum aliquid aſſumere. [Bonorū fer.] .i. armorū boni ferri, qualia erant domi ipſius deprehenſa, ſtudioſum. i. amatorem diligentemq́ue emptorem. Conticuit, ut qui facinus purgare non potuit. [Confeſſus eſt] : ſ. ſe eas ſcripſiſſe & ſignaſſe. Ex facili aūt confeſſione patet, aut atrem fuiſſe Romanis quæſtionem, aut ingenuum pudorem eum contra manifeſtam ueritatem diutius contendere non auderent. Lentulo aut Lentuli, ſi Lentulo ſubaudi ſuas, ſi Lentuli ſubaudi ipſi. [Annuit.] Hoc eſt nutu cōfeſſus eſt ſe noſſe.

Atque ille quidem primo uegauit, poſt antem aliquanto toto Vulturcij iam indicio expoſito, atq; edito ſurrexit: quæſiuit à Gallis, quid ſibi eſſet cum iis, quamobrem domum ſuam ueniſſent; itemq́ue à Vulturcio. Qui cum illi breuiter conſtanterq; rn̄diſſet, p quem ad eum quotieſcunque ueniſſent, quæſiſſentq; ab eo, nihil ne ſecum eſſet de fatis Sibyllinis locutus, tum ſubito ille ſcelere demens, quantis uis conſcientiæ eſſet, oſtendit. Nam cum id poſſet inficiari, repēte præter opinionem oīum confeſſus eſt, ita eum non modo ingenium illud, & dicendi exercitatio, qua ſemper ualuit, ſed ēt pp uim ſceleris manifeſti, atque deprehenſi, impudētia, qua ſuperabat oēs, improbitasq; defecit. Vulturcius uero, ſubito poferri literas, atque aperiri iuſſit, quas ſibi à Lentulo ad Catilinam datas eſſe dicebat. Atq; ibi uehemētiſſime pturbatus Lētulus, tn̄ ſignum, & manū cognouit; erant aūt ſcriptę ſine nomine, ſed ita: Qui ſim ex eo, quē ad te miſi, cognoſces: cura ut uir ſis, & cogita, quem in locum ſis progreſſus, & uide, quid iam tibi ſit neceſſe. Cura, ut oīum tibi auxilia adiungas, ēt infimorum. Gabinius deinde introductus, cum primo impudenter rn̄dere cœpiſſet, ad extremum nihil ex iis quæ Galli inſimulabant, negauit. At mihi quidem Quirites cum illa certiſſima ſunt uiſa argumēta, atque indicia ſceleris, tabellæ, ſigna, manus, denique uniuſcuiuſque confeſſio, tum multo certiora illa, color, oculi, uultus, taciturnitas. Sic n. obſtupuerant, ſic terram intuebantur, ſic furtim nonnunquam inter ſe aſpiciebant, ut nō iā ab illis indicari, ſed ipſi ſe indicare uiderentur. Indiciis expoſitis, atque editis Quirites, ſenatum conſuli de sūma reip. ſalute, quid fieri placeret, dictæ ſunt à principibus acerrimæ, ac fortiſſimæ ſententiæ, quas ſenatus ſine ulla mora eſt conſecutus. Et qm̄ nondum eſt perſcriptum ſenatuſconſultū, ex memoria uobis Quirites quid ſenatus cenſuerit, exponam. Primum mihi gratiæ uerbis ampliſſimis aguntur, ꝙ uirtute, cōſilio, prudentia mea reſp. periculis ſit maximis liberata. Deinde L. Flaccus, & C. Promptinius prætores, ꝙ eorū opera forti fideliq; uſus eſſem, merito, ac iure laudantur. Atque ēt uiro forti collegæ meo laus impartitur, ꝙ eos, qui cōiurationis particeps fuiſſent, à ſuis & reip. conſiliis remouiſſet. Atque ita cenſuerunt, ut P. Lentulus cum ſe prætura abdicaſſet, tum in cuſtodiam traderetur. itemq́; uti C. Cethegus L. Statilius, P Gabinius, qui oēs præſentes erant, in cuſtodiam traderētur: atque idem hoc decretum eſt in L. Caſſium, qui ſibi procurationem incendendæ urbis depopoſcerat. In M. Ceparium, cui ad ſolicitādos paſtores Apuliа eſſet attributa, erat idem edictum. In P. Furiū, qui eſt ex iis coloniis, quos Feſulas L. Sylla deduxit. In Q. Manlium Chilonē, qui una cū hoc Furio ſemper erat in hac Allobrogum ſolicitudine uērſatus. In P. Vmbrenum Libertinum hoīem, a quo primum Gallos ad Gabinium perductos eſſe conſtabat. Atque ea lenitate, ſenatus eſt uſus Quirites, ut ex tanta cōiuratione, tantaq́; ui, ac multitudine domeſticum hoſtium, nouem hoīum perditiſſimorum pœna rep. cōſeruata reliquorum mentes ſanari poſſe arbitraretur. Atque ēt ſupplicatio diis immortalibus pro ſingulari eorū merito meo nomine decreta eſt Quirites, qd mihi primū poſt urbem conditam togato contigit, & his decreta urbis eſt, ꝙ urbem incendiis, cæde ciues, Italim bello liberaſſem. quæ ſupplicatio, ſi cū cæteris ſupplicationibus conferatur Quir hoc intērſit, qd cæteræ de rep. bene geſta, hæc una conſeruata rep. cōſtituta eſt. Atq; illud, quod faciendum primum fuit, factum atq; tranſactum eſt. Nā P. Lentulus, quanq̄ patefactis inſidiis, & confeſſionib. ſuis, iudicio ſenatus non modo p̄toris ius, uerumēt ciuis amiſerat; tn̄ à magiſtratu ſe abdicauit: ut q̄ religio C. Mario clariſſimo uiro nō fuerat, quo minus C. Glauciā, de quo nihil nominatim erat decretū, p̄torē occideret, ea nos religione in priuato P. Lentulo puniēdo liberaremur. Nūc qm̄ Quir. ſceleratiſſimi, piculoſiſſimiq; belli nefarios duces captos iā & cōprehenſos teneris, exiſtimare debetis oēs Catilinæ copias, oēs ſpes, atq; opes his depulſis urbis periculis concidiſſe. Quē quidē ego cū ex urbe pellabam hoc puidebā aio Quir. remoto Catilina nō mihi eſſe

P. Lentuli

P.Lentuli ſomnium,nec L. Caſſii adipem,nec C.Cethegi furioſum temeritatem pertimeſcēdam Ille erat ſolus timendus ex his omnibus,ſed tandiu dum mœnibus,urbis detinebatur: omnia notat, omnium aditus tenebat: appellare,tentare,ſolicitare poterat,audebet. Erat ei conſilium ad facinus aptum , conſilio autem neque lingua,neque manus deetat.Iam ad cęteras res conficiendas certos hoïes delectos ac deſcriptos habebat : neqne uero cum aliquid mandauerat, confectum putabit. Nihil erat,quod non ipſe obiret, occurreret,uigilaret,laboraret,frigus, ſitim,fame ferre poterat.Hunc ego hoiem, tā acrem,tam paratum, tam audacem,tam callidum,tam in ſcelere uigilantē, tam in perditis rebus diligentem,niſi ex domeſticis inſidijs in caſtrenſe latrocinium cōpuliſſem (dicam id quod ſentio) non facile hanc tantam molem mali a ceruicibus ueſtris depuliſſem.Non ille uobis Saturnalia conſtituiſſet , neqne tanti ante exitii, ac fati diem reip . denunciauiſſet: neque commiſiſſet, ut ſignum, ut literæ ſuæ,teſtes deniq; manifeſti ſceleris deprehenderētur. Quæ nunc illo abſente ſic geſta ſunt,nullum in priuata domo furtum unq̄ ſic tam palam inuentū, q̄ tanta hæc in remp. coniuratio manifeſte inuenta , atque deprehenſa eſt, ꝙ ſi Catilina in urbe ad hēc diē remanſiſſet,q̄q̄ quoad fuit,oibus eius conſiliis occurri , atque obſtiti tamen ut leuiſſime dicam, dimicandum nobis cum illo fuiſſet.Neq; unq̄,dum ille in urbe hoſtis fuiſſet, tantis periculis remp.tanta pace,tanto ocio , tanto ſilentio liberaſſemus . Quanq̄ hæc oïa Quir.ita ſunt à me adminiſtratur, ut deorum immortalium metu . atque conſilio & geſta , & prouiſa eſſe uideantur. Idq; coniectura conſequi poſſumus, ꝙ uix uī humanis conſiliis tantam molem rerum gubernatio conſequi potuiſſe,tum uero pn̄tes ita his tēporibus opem, & auxilium nobis tulerunt , ut eos penè oculis uidere poſſemus.Nam ut illa omittam,uiſas iā nocturno tēpore * faces,ardoremq; cęli,& fulminum iactus, & terræ motus,cæteraq;,quæ ita nobis conſulibus facta ſunt,ut hæc,quæ nunc fiunt,canere dii immortales uiderentur hoc certe Quir. quod ſum dicturus , neque prætermittendum,neque relinquendum eſt.Nā profecto memoria tenetis, Cotta,& Torquato coss. cōplures in Capitolio turres de cœlo eſſe percuſſas : cum & ſimulacra deorum immortalium depulſa ſunt,& ſtatuæ ueterum hoium deiectæ, & regū æra liquefacta ſunt. Tactus eſt ēt ille qui hanc urbē condidit Romulus,quem inauratum in capitolio,paruum,atque lactentem uberib.lupinis inhiantem fuiſſe meminiſtis.Quo quidem tempore cum auſpices ex tota Hetruria conueniſſent,cædes;atq; incendia,& legum interitum, & bellum ciuile,ac domeſticū & totius urbis , ac imperii occaſum appropinquare dixerunt, niſi dii immortales oī rōne placati, ſuo nomine propè fata ipſi flexiſſent.itaq; illorum rn̄ſis,tunc & ludi ꝑ decem dies facti ſunt, neq, res ulla,quæ ad placādo deos ꝑtineret.prætermiſſa eſt : idemq; iuſſerūt,ſimulacrū ronis fieri maius & in excelſum collocari,& contra atq; ante fuerat ad orientē conuerti, ac ſe ſperare dixerunt,ſi illud ſignum qđ uidetis, ſolis ortū,& forū,curiamq; cōſpiceret, fore ut ea conſilia,quæ clā eſſent inita, contra ſalutē urbis atq; imperii illuſtrarētur ut à S.P.Q R. perſpici poſſent. Atq; illud ita collocandum conſules illi uoluerunt. Sed tanta fuit operia tarditas,ut neq; à ſuperiorib conſulib. neque à uobis ante hodiernum diem collocaretur.Hic quis pōt eſſe, qui tam auerſus à uero,tā præceps,tam mēte captus, qui neget hæc oïa,quæ uidimus, præcipueq; hanc urbē deorum immortalium nutu, atq; poteſtate adminiſtrari ? Etenim cum eſſet rn̄ſum,cædes.incendia,interitumq; reip. comparari, & ea à perditis ciuib.quætum ꝑꝑ magnitudinem ſcelerum nonnullis incredibilia uidebantur, ea nō mō cogitata à nefariis ciuibus, uerumēt ſuſcepta eſſe ſenſiſtis .Illud uero nonne ita pn̄s eſt ut nutu Iouis optimi maximi factum eſſe uideatur ? ut cum hodierno die mane per forum meo iuſſu coniurati & eorum indices inædē Cōcordiæ ducerētur, ac eo ipſo tpe ſignum ſtatueretur,quo collocato, atq; ad uos, ſenatumq; conuerſo , oïa & ſen.& uos,quæ erant contra ſalutem oium cogitata,illuſtrata & patefacta uidiſtis .Quo ēt maiore ſunt iſti odio, ſupplicoq; digni,qui non ſolū ueſtris domicillis, atq; tectis,ſed ēt deorum templis atq; delubris ſunt funeſtos ac nefarios ignes inferre conati . Quibus ego ſi me reſtituiſſe dicā,nimiū mihi ſumam,& nō ſim ferēdus Ille ille Iupiter reſtitit,ille Capitoliū ille hæc tēpla,ille hanc urbē;ille uos oēs ſaluos eſſe uoluit. Diis ego immortalib ducib.hanc mentem,uoluntatemq; ſuſcepit,atq ;ad hæc tāta indicia perueni Iam uero illo Allobrogū ſolicitatio à P Lētulo , cæteriſq; domeſticis hoſtib tāta res,tam demēter credita, & ignotis & Barbaris, cōmiſſæq; literæ nunq̄ eſſēt profecto,niſi à diis īmortalib.huic tātæ audaciæ cōſiliū eſſet ereptū.

* ab occidente ſaces.

SVRREXIT] Lentulus. [Impudentia] .i.mendacium . Hoc literarum exemplum iiſdem fermè uerbis eſt apud Saluſtiū. [Etiam infimorum.i.ſeruorum, quorum infima conditio eſt. [impudenter] .i.metuendo. [Argumenta] probationes.] Sic obſtupuerunt] Diatyposis eſt, quam Cicero ſub oculis ſubiectionē appellat, cum res ita deſcribitur, ut tanq̄ ſub auditorum oculos ſubijci uideatur. [Aſpiciebant inter ſe] .i.ſe mutuo, vt inter ſe amant,qđ dicunt , amant ſe mutuo.[A principibus acerrimæ ac fortiſſimæ] A.Gellio auctore cap.7.lib 14 M.Varro ſcriptum reliquit , cum haberetur ſenatus rogandarū ſn̄iarum illū fuiſſe ordinem,ut primus rogaretur quem cenſores principem Senatus legiſſent,deinde uiri conſulares per ordinem, poſtremo reliqui ſenatores , ſed poſtea nouum morum inſtitutum per ambitionem & gratiam,ut quis ſenatus habere,quem uellet primum rogaret, modo is eſſet uir Conſularis, deinde alij conſulares ordine ſuo, poſtremo reliqui ſenatores.] A principibus igitur].i.à conſularibus,qui primi ſn̄iam dixerunt.[Senatus] .i.reliqui ſenatores. Senatuſconſultum per diſceſſionem factum ſignificare uī,qđ tum fieri idem dicit, cum conſentiretur.[Ex memoria].i.ut memoriter , ut ex ſcripto dicere.i. legendo. [Gratiæ uerbis ampliſſimis agunt] In eo ſenatu Q Catulus Ciceronem parentem patriæ nominauit . eidē coronam ciuicam a rep.deberi L. Gellius dixit, ut ait Cic.in L. Piſonē.[Ampliſſimis uerbis].i. ſingularibus,ut dicit ēt pro P. Sylla.[A ſuis & reip conſilijs] C.Antonius Cic.conſulis collega, Catilinæ familiaris & neceſſarius erat, ideo cum eo cōſulatum petierat. adiecit deinde animū ad petendū conſulatum proximum.ſperā,ſi deſignatus foret,Antonio ſe ex uolūtate uſurū. Metuens igitur Cicero,ne contra remp.ſentiret,pactione ꝓuinciæ eum expulit,ut ait Saluſt.Ea fuit cā,cur cum exercitu aduerſus Catilinam miſſus ſit.Qđ ſi cū Catilina ſenſiſſet,extra urbem minus q̄ in urbe nocuiſſet. Gloriatur Cic.in oratione in L. Piſonem, ꝙ Antonium collegā cupidū ꝓuinciæ,multa in remp. molientem, patientia atque obſequio ſuo mitigauerit.[In cuſtodiam traderentur] Hoc coniuratos in liberam cuſtodiā uiris clariſſimis alios alijs traditos fuiſſe, Saluſt. ſcribit.[M.Ceparīū]Q. Ceparium Saluſt. appellat, ut idem ait, in Apuliā ad concitanda ſeruitia proficiſci parabat . Vbi uero audiuit Gallos cū comitatu deprehenſos eſſe, ex urbe profugit,paulo antequā miſiſſet Cic.q̄ cum ad ſe accerſeret. Sed ex fuga retractus eſt. [P.Furiū]Is eſt, ut arbitror, quem Cic. in oratione pro C. Rabirio,hoïem oïbus SYL.

inſignem notis turpitudinis dicit. [Q. Manlium Chilonem] Fortaſſe legendũ eſt Q. Magium Chilonem. vt in Cic. lib. Epiſt. iiij. Seruius Sulpicius ſcribit de P. Magio Chilone. Non enim legere memini, ex Manliorum familia fuiſſe, qui Chilo appellaretur. [A quo Gallos ad Gabinium, &c.] P. Lentulum P. Vmbreno dediſſe negocium, vt Allobrogum legatos ad coniurationis ſocietatem impelleret, ab Vmbreno Legatos in domum D. Bruti, quæ foro propinqua erat, cum abſente Bruto Sempronia, quæ ex coniuratione erat, ibi eſſet, ab eodem Gabinium accerſitum, quo maior auctoritas ſermoni eſſet, quo præſente aperta coniuratio ſit, & nominati coniurati, ſcribit Saluſt. A. L. Caſſio fuiſſe nominatos, Cic. dicit in oratione pro P. Sylla. [Pœna] De pœna mortis non intelligit, ſed de pœna carceris. Nondum enim decretum erat, quo ſupplicio punirentur. [Supplicatio dijs immortalibus] Mos erat Romanorum, vt ea ſenatus decreto imperatorum nomine qui bella gererent proſpera, ſupplicationis ad deorum templa cum liberis, coniugibus cauſa gratulationis celebrarentur. Vt auctor eſt Cic. in oratione de Prouincijs conſularibus C. Marij nomine decretæ ſunt ſupplicationes quindecim dierum; C. Cæſaris nomine, ſua ſe ſententia totidem decreuiſſe, & Cn. Pompeio Mithridate interfecto ſe conſule referemus decem dierum ſupplicationem decretam eſſe dicit. [Bene geſta rep.] Vt in Piſonem, Mihi togato ſenatus, non vt multis bene geſtæ, ſed, vt nemini conſeruatæ reip. ſingulari genere ſupplicationis deorum immortalium templa fecit. Magiſtratu ſe abdicauit, & purpuream veſtem, quia indutus erat, in ſenatu ponens, & fortunæ ſibi congruam induit, ut ait Plutarchus. [Religio non fuerat] In campo Martio, auſpicato in loco, captatis prius auſpicijs conſules & prætores fiebant. In his igitur magiſtratibus tãquam deorum cõſilio factis, aliquid ineſſe religionis videbatur, quæ religio C. Mariũ cos. nihil remorata eſt, quo minus C. Glauciam L. Saturnini furores tribunitios ſecutum interficeret. de quo in oratione prima dictum eſt. [Priuato] .i. magiſtratum nullum gerente, quod ſe prætura abdicauerit. [Ille vnus] Catilina. ſ. [Omnium aditus tenebat] .i. notat rationem alloquendi omnes & ſolicitando, ut in 4. Aeneid. Sola viri molles aditus & tempora noras. [Neque lingua neque manus deerat, &c.] Erat eloquens Catilina, & manu promptus. Cum aliquid mandauerat, ipſemet faciebat, quod in ſe plus quam in alijs diligentiæ putaret ineſſe. [Saturnalia conſtituiſſet] Quibus Cædes & incendia fierent. [Neque tanto ante] Qui Saturnalia conſtituebant, diẽ cædis & incendiorum, plus quindecim dies ante conſtituerunt. Catilina tam longum tempus non conſtituiſſet. [Manifeſte] Manifeſto à Cicerone ſæpius dici attendimus. Priſcianus libro xv. aliquot aduerbia ab adiectiuis nominibus facta dicit, quæ in o ſolum exeant, vt falſo, conſulto, poſtremo, ſedulo, auſpicato, augurato, manifeſto, priuato, precario, merito. Sed nec priuato, nec priuate, ſed priuatim latine dicitur. [Vt leuiſſime dicam] .i. ne grauiore & atrociore uerbo vtar. Nam ad arma capienda ciues bonos ea ſenatuſconſulto conuocaturus fuiſſem, & Catilinam interfecturus. Tantis periculis a tanta pace, eodem modo cum verbo liberaſſemus non conueniunt. nam liberare periculis, ut liberare morte, & liberare tanta pace .i. tam pacate, vt liberare tam paruo negocio .i. tam facile, dicimus. [Opem & auxilium tulerunt] Vtrunque dicit, vt rem magis ſignificet. [Vt eos penè oculis videre poſſemus] Quamuis ipſi incorporei ſint, viderique non poſſint. [Nam ut illam omittam] Illud ex arte eſt, vt cum dicturi ſumus quod cauſæ noſtræ valde vtile ſit, nonnulla quæ minus vtilia videantur, nos omittere ſimulemus. Hac enim ratione præparamus auditores ad audiendum attente, id quod cauſæ noſtræ ſit vtilius. [Canere] .i. diuinare. Canere enim (auctore Seruio in Commentarijs in librum Aeneidos primum) etiam diuinare ſignificat. Virgil. in lib. Aeneid. 3. Atque hæc deinde canit diuino ex ore ſacerdos. [Cotta & Torquato cos.] L. Torquatus & Cotta deſignati coſs. fuerũt Volcatio & Lepido coſs. quo tempore prior coniuratio facta eſt. Hæc prodigia id temporis apparuiſſe, Cicero hic ſignificat. De priore coniuratione Saluſtius in bello Catilinario, ſcribit. [De cœlo eſſe percuſſas] De cœlo percuti, & de cœlo tangi, vt de cœlo tactas meminit prædicere quercus ſæpius dicunt Latini, quam quod vulgo dicitur fulminari. [Depulſa .i. deiecta. [Legum æra liquefacta] Leges tabularum xii. in æreis tabulis fuiſſe ſcriptas Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 10. & T. Liuius lib. 10. ſcripſerunt. Veluti Solonis leges 10 tabulis ligneis ſcriptas fuiſſe, Plutarchus in eius vita ait, Moſis leges in lapideis tabulis ſcriptas fuiſſe, libri ſacri teſtantur. [Quem inauratum] Inauratum dicimus non deauratum. [Paruum atque lactentem] Hæc prodigia verſibus præſcripta ſunt in libro Ciceronis de Diuinatione primo, de hoc autem Romuli ſigno, quod in Capitolio erat; Hic ſilueſtris erat Romani nominis altrix Martia, qua paruos Mauortis ſemine natos Vberibus grauis uitali rore rigabat, Quæ tum cum pueris flammato fulminis ictu Concidit, atque auulſa pedum ueſtigia liquit. [Aruſpices ex tota Hetruria] Hetruſcos aruſpicinæ maxime fuiſſe deditos conſtat, apud quos Tages diſciplinæ eius vel diuinationis auctor apparuit, ut eſt apud Ciceronem libro de Diuinatione ſecundo. [Fata ipſa flexiſſem] Fata deorum flecti & mutari poſſe ſignificat. Virgilius vero ſentit, fata extrahi poſſe, mutari non poſſe. In libro Æneidos ſexto; Sibylla Palinuro; Deſine fata deum flecti ſperare precando. Et libro ſeptimo Iuno; Atque immota manet fatis Lauinia coniux, At trahere atque moras tantis licet addere rebus. Item libro octauo Vulcanus; Nec pater omnipotens Troiam, nec fata vetabant Stare, decemq́ue alios Priamum ſupereſſe per annos. Auctore Seruio, ſecundum aruſpicinæ libros, & Sacra Aruntia, quæ Tages compoſuiſſe dicitur, fata decem annis quadam ratione differri poſſunt, nunquam tamen penitus immutari poſſunt. [In excelſum] .i. in altum. [Forum curiamq́ue] Forum, vbi agebantur cauſæ; curia, ubi habebatur legitimus ſenatus, & comitium, vbi ad populum habebantur conciones, ſibi proxima erãt. [Illuſtrarentur,] Ideſt declararentur. [Vt,] Id eſt ita ut. [Ita,] Id eſt in excelſum, & ad orientem. [Conſules illi] Cotta & Torquatus. [Neque à ſuperioribus] L. Cæſare & C. Figulo.] Tam præceps,] Id eſt tam peruerſus. [In ædem Concordiæ] Templa Concordiæ Romæ tria fuiſſe accepimus. Vnum, quod in area Vulcani Cn. Flauius ædilis curulis ſumma inuidia nobilium dedicauit, ut ait Titus Liuius libro nono. Alterum, quod ad initium ſecundi belli punici L. Manlius prætor in Gallia per ſeditionem militarem vouit, idq́ue L. Æmilius, M. & C. Atilij. L. Scribonius in arce dedicauerunt. Tertium à L. Opimio coſ. in foro, C. Graccho occiſo, ædificatum eſt, ut ait Plutarchus in uita Gracchorum. [Signum] Iouis [Sumam] Id eſt arrogabo, & ut vulgo dicunt, præſumam. Aſſumere quoque in hac re dicitur. [Credita,] Id eſt commiſſa. [Et ignotis & barbaris] Allobrogibus, ſcilicet. [Huic tantæ audaciæ.] Id eſt. hominibus tantæ audaciæ.

ASCENSIVS.

PER quem,] Scilicet internuncium aut interceſſorem, ſeu vt dicunt ſolicitatorem. [De fatis Sybillinis] Hoc eſt libris Sybillæ in quibus fata Romanorum futuri, continebantur. Confeſſus eſt, ſorte ea confidentia quam ſperabat fatali neceſſitati ceſſuros. [Et ma.] Id eſt formam ſcribendi, quaſi dicat literarũ. [Erant ſcri. ſine nomine] .i. ſine ſubſcriptione nominis ſcribentis. [Sed ita] .i. in hanc formam; Qui ſim, ſuauius quam quis ſim. vt in Virg. Nec qui ſim quæris Alexi. [Vt vir] .i. virilis & animoſus ſis, vt in Catil. viſum eſt. Etiam infimorum] Hoc eſt ſeruorum. Inſimulabant, id eſt incuſabant. Multo certiora illa, ſcilicet indicia naturæ quæ mentiri nequit, quia cetera poſſent eſſe confecta, niſi agnouiſſent. Furtim ſeſe, ideſt ſe mutuo, & graphice exprimis geſtum deprehenſorum qui ſe ſubinde reſpiciunt, ac ſi dicant quid incœpimus & quo peruenimus. Nonnunquam,] Id eſt ſubinde, aut interdum vt viderentur iam non indicari ab illis, ſcilicet legatis Allobrogum & Vulturcio, ſed ipſi viderentur iudicari à ſe, quia ſeipſos prodebant ex vultus imitatione. [Editis] Ideſt in lucem datis. [Conſului,] Ideſt conſilium rogaui aut petiui. A principibus, ſcilicet inter ſenatores qui primi ſententiam rogabantur. Memoria, ideſt memoriter. Cenſuerit, ideſt iudicauerit. Primum, id non arroganter, ſed per ordinem rerum geſtarum dicit. L. Flaccus & C. Pomptinus ad pontem Miluium à Cicerone miſſi ad capiendos legatos. Collegæ, ideſt mecum conſuli. Quod remouiſſet, ideſt participem eſſe & conſcius noluiſſet, cum tamen rei familiaris penuria laboraret, ut in Catilinario aſſerit Saluſt. Cum ſe prætura abdicaſſet, ideſt alienum ab ea dixiſſet, & abijſſet ab ea, tum, ideſt poſtmodum traderetur in cuſtodia quaſi nefas ſit prætorem in cuſtodia teneri, quod honeſtius dixit quàm in carcere poſtulauerat, ideſt exegerat à principibus coniurationis. in Marcum Ceparium, cui erat indicatum, id eſt per indices demonſtratum Apuliam eſſe attributam ad paſtores ſolicitandos. [In P. Furium] Qui ut opinor, is eſt, quem ſine nomine Saluſt. Feſulanum appellauit Cilonem, hoc quoque cognomen ſubticuit Saluſt. Libertinum hominem, neque id quidem expreſſit Saluſt. Libertinum .i.

libertum

libertinæ conditionis, cum ipſi aut parentes eius aliquando ſeruus facti, aut ſerui fuerint. Productos.i.ſolicitatos ad conſenſum. Mentes ſanat.i.eos reduci in ſaniorem mentem, viſis exẽplis aliorum. Atque etiam ſupplicatio vulgo dicitur proceſſio & rogatio. Dicitur ſecundum Seruium quòd apud Maſſilienſes in ſupplicationibus ſupplicium ſumebant à puero ſacro.i.in quẽ omnia dira, quæ ciuitati prouentura eſſent imprecabantur. Meo nomine.i.auctoritate mea cum conſul eſſem, nomine conſulis fieri dicebantur omnia. Mihi togato. i.exiſtenti in toga quia ſupplicatio non fiebat niſi in ſummo periculo belli; quod humanis opibus euitare poſſe negabatur, aliter deos fruſtra tentare ſibi viderentur. Et his verbis quæ recitat, quæ ad ſuam gloriam faciunt, Vrbem incendijs &c. ſingulis ſua proprie attribuit. Conferatur i.comparetur Interſit.i.differat Bene geſta. i.gubernatũ & adminiſtrata reſp. Factum atque tranſactum eſt.i.penitus conſummatum. [Nam Publ.L.] .i. Publius Lentulus, qui vt dictum eſt prætor erat. ſed ſicut apud nos quiuis hereticus non ſolum Pontifex non eſt, ſed ne Chriſtianus quidem cenſendus, ſic apud illos qui in patriam coniurauerat non modo magiſtratus non erat, ſed ne ciuis quidem cenſendus. [Abdicauit].i.vltro abijt & ſe alienum dixit à magiſtratu, vt nos liberaremur ea religione.i. metu duorum, quæ religio non fuerat Mario viro clariſſimo, quem laudat aut vt compatriotam, (erat enim vterque Arpinas) aut vt populi ſeu plebis deſenſorem, quo minus.i.ut non occideret. [Glauciam prætorem].i cũ eſſet prætor, & de quo nihil erat decretum nominatim, expreſſo nomine eius, ſed duntaxat communiter in omnes ſortes, vnde L. Florus in lib. lxix. C. Marius ſeditiones auctor qui ſextum conſulatum per tribus ſparſa pecunia emerat Metello aqua & igni interdixit. Nam Apuleius Saturninus trib.pl. C. Memmium candidatum conſulatus petitorem, quem aduerſarium actionibus ſuis timebat, interemit. Quibus rebus concitato quam plurimum ſenatu in eius cauſam, & C. Marius homo mutabilis & varij conſilij ingenijq́ qui ſemper ſecundam fortunam tranſierat cum tueri minime poſſet, oppreſſus armis cum Glaucia prætore, alijs eiuſdẽ furoris ſocijs bello quondam interfectus eſt. hæc ille, vbi hĩ mors Saturnini, cuius prius meminit, & mors Glauciæ, cuius hic mentionem facit. Cetera manifeſtaria ſunt. [Ad hanc diem].i.ad hoc vſque tempus. Quo adfuit, aut quandiu fuit in vrbe, aut quantum fuit in poteſtate mea, ſed melius priori modo. [Leuiſſime].i.minime grauiter. Nam ad grauem virum non pertinet cenſere dimicandum eſſe tanto imperio cum tam futili homine aut leuiſſime.i.breuiſſime & citiſſime. Atque.i.ſimul, aut vacat atque. Idq́. cum. i.cum ita ſit, quòd poſſumus conſequi, coniectura.i.per coniecturam cognoſcere, id.ſ.ita eſſe, videlicet quod deorum nutu omnia geſſerim, quod.i. quia gubernatio videtur vix potuiſſe conſequi humanis conſilijs & tanta mole rerum .ſ.id quod conſecutus ſum tamen vero.i.multo magis manifeſtum eſt quod dij tulerũt.i.attulerunt præſentem opem.i.auxilium ſup. præſens. his temporibus. [Eos].i.deos, oculis, quod mortali fas non eſt, vt illa.ſ.manifeſta nihilominus præſentiæ deorum iudicia. Cauere.i.cauere vitanda prædicere. Perculſus.i.attonitas & fulmine percuſſas Depulſa.i.a loco pulſa [Simulacta].i.effigies ad ſimilitudinem eorũ fictas. Et veterum hominum.i.priſcorum Romanorum. Legum æra.i.tabulæ æreę leges continentes, nam in æs inciſæ erant. Ille.ſ.nouiſſimus aut optime meritus, Romulus, hoc eſt imago Romuli, quem.i.cuius ſimulacrum, inauratum.i.auro tectum, atque lactentem.i. trahentem lac & ſugentem, & inhiantem vberibus lupinis, quia à Lupa dicitur nutritus, cum à Faſtulo paſtore nutriretur cum Remo. verum ſunt qui vxorem Faſtuli Lupam.i.meretricem fuiſſe dicant, nam & meretrix Lupa dicitur vnde & lupanar, de quo vide Liuium in primo docet autem ſculpturam illam fuiſſe artificioſam cũ tam graphice geſtum pueri lactentis exprimeret. Quia vero conditor vrbis deijciebatur, prænotabatur occidium vrbis, vt ſequentia docent. [Contra atque].i.contra quam, aut contra id quod antea erat, illud ſignũ id eſt ſimulachrum Iouis. [Illuſtrarentur]. i. illuſtria & manifeſta fierent, vt res in luce poſitæ, operis tarditas.i.moles & difficultas. aut tarditas operis.i. operantium, quod non ante eum diem perfecerint, quo coniuratio patefacta eſt. [Etenim cum eſſet reſponſum].ſ. ab haruſpicibus & ceteris prodigiorum interpretibus.i. vt ſequitur, videlicet cædes, incendia, interitum reip. comparari, & ea ſup. comparari à perditis ciuibus quales ſunt coniurati, quæ cum.ſ.reſpondebantur. Cognita. i.concepta, qui fierẽt Verumetiam ſuſcepta.ſ. vt fierent. [Non ita præſens],i.non ita ſubitum ac fauorabile auxilium, videtur legendum interrogatiue, ita vt affirmationem poſcat. Nam poſtea negabit ſua id vnius opera factum, vt cum.i.quòd ita occiderit vt cum coniurati, & iudices eorum, vt legati Allobrogum & Vulturcius ducerentur hodierno die mane per forum in ædem.i.templum concordiæ.ſ. deæ, ſignum ſtatueretur .i.conſtitueretur eo ipſo tempore. i.in puncto illius temporis, quo ſigno collocato atque conuerſo ad vos. & ad ſenatum, omnia vidiſtis patefacta. quia ſicut in Caſtrnario viſum eſt, Cicero iuſſit coniuratos præter Lentulũ) quem cum prætor eſſet, ipſe manutenens in ſenatum perduxit) cum cuſtodibus in ædem concordiæ venire, & aduocauit eo ſenatum [Delubris].i.in quibus ſunt ſimulacra deorum. [Sumam].i.aſſumam, vendicem arrogem mihi nimium. vnde quod vulgo præſumere dicimus, aut præſumptuoſum eſſe Latine dicemus ſibi nimium ſumere. Sumimus enim per nos cum nemo porrigat, accipimus à porrigente ſeu dante. Non ſim ferendus .i. tolerandus. ille, ille, ad vehementiam affectionis ſignificãdum geminat pronomen; quod de præclaro & nobili dici ſolet vt Alexander ille agnus, indicia. i. reuelationem criminum per eos qui conſcij erant. Iam illa enarrat omnia per quæ vero ſimile ſit diuinitus potius quàm humanitus patefactam eſſe coniurationem conſilium.i. prouidẽtia, quę videatur, & poſſe facere bellum quod ad finem Iugurthini late fatetur Sal. & etiam male. l.potius, quam pacem talem.

Quid uero, ut Gali homines ex ciuitate male pacata, quæ gens una reſtat, quæ bellum reipublicæ facere poſſe & non nolle uideatur, ſpem imperii, atque rerum ampliſſimarum ultro ſibi à patriciis hominibus oblatam negligerent, ueſtram ſalutem ſuis opibus anteponerent, id non ne diuinitus factum eſſe putatis, preſertim qui uos nõ pugnando, ſed tacendo ſuperare potuerũt? Quamobrem Quirites, quoniam ad omnia puluinaria ſupplicatio decreta eſt, dies celebratote il os cum coniugibus, ac liberis ueſtris Nam multi ſæpe honores Diis immortalibus iuſti habiti ſunt, ac debiti, ſed profecto iuſtiores nũquam. Erepti eſtis ex crudeliſsimo, ac miſerimo interitu, & erepti ſine cęde ſine sãguine, ſine exercitus, ſine dimicatione, me uno togato duce & imperatore uiciſtis, Et enim recordamini Quirites, omnes ciuiles diſſenſiones, neque ſolũ eas, quas audiſtis, ſed has, quas uos meminiſtis, & uidiſtis. L. Silla P. Sulpicium oppreſſit, ex urbe eiecit C. Marium cuſtodem huius urbis, multosq fortes uiros partim eiecit ex ciuitate, partim interemit. Cn Octauius conſul armis ex urbe collegã ſuum expulit. Omnis hic locus aceruis corporum, & ciuium sãguine redundauit. Superauit poſtea Cinna cum Mario. Tum uero clariſſimis uiris interfectis, lumina ciuitatis extincta ſunt Vltus eſt huius uictoriæ crudelitatem poſtea Sylla, nec dici quidem opus eſt, quanta diminutione ciuium, & quanta calamitate reip. Diſſenſit M Lepidus à clariſſimo & fortiſſimo uiro Q. Catulo attulit nõ tã ipſius interitus reip. luctũ q̃ ceterorũ. Atque illæ diſſenſiones erat huiuſmodi Quir. quæ non ad delẽdam, ſed ad commutandam remp. pertinerent. Non illi nulli eſſe remp. ſed in ea, quæ eſſet, ſe eſſe principes neque hanc urbem conflagrare, ſed ſe in hac urbe florere uoluerunt.

SYL.

VT homines Galli) Quibus inſitum erat cum Romanis odiũ. [Ex ciuitate male paccata] Allobrogũ fuiſſe vrbem quandam ſignificat, ex qua Allobroges nominati ſunt. Saluſtius quoque Allobrogum ciuitatem dicit. Allobrogum regnum tempore ſecundi belli Punici fuiſſe, T. Liuius lib. xxj. dicit, quorũ multa ciuitates fuiſſe Saluſtius ſignificat, ſed vna erat præcipue, vnde appellabãtur. [Male paccata] Q. Fabius, filius Fabij eius qui Scipionis minoris frater in Fabiorum familiam adoptatus eſt, Allobrogos deuicit. inde Allobrogicus cognominatus eſt. Hi Romanorum imperium iniquo animo tolerabant. ideoq. nullo negocio non modo ad defectionem, ſed ad belli cũ Romanis gerendi ſocietatẽ impelli poterant. [A patricijs] Con

incatis.[Ad omnia puluinaria].i.templa. [Illos dies]Multorum dierum hanc ſupplicationem decretam ſignificat [L.Sylla P.Sulpicium oppreſſit]Belli Mithridatici prouincia L.Syllæ conſuli ſortione obuenit C. Marius huius belli prouinciam ſibi appetens,cum P.Sulpicio trib.pl.egit, vt ea ſibi prouincia Pop.R.ſuffragijs decerneretur. Quo plures beneficio ſibi ſuo obligatos Sulpicius haberet,legem ferre voluit,ut exules reuocarentur,vt nouit ciues libertiniq.in tribus diſtribuerētur. Sylla & Q.Pōpeius Coſſ.d. ne fiat operam dans , multorum dierum iuſtitium educunt,quo minus legem ferri liceat. Sulpicius conducta multitudine armata,etiam in conſules ferendæ legi aduerſatores impetū facit.Ibi Pompeij Cos.filius. Syllæ gener.occiditur . Sylla Capuam ad exercitum proficiſcitur,appacare velle ſimulans ea quibus opus ſit ad bellum Mithridaticum,exercitum Romam conuertit Signis collocatis cum Mario & Sulpicio ī vrbe pugnat.Victum Sulpicium de villa retractum occidit,Marius à Minturnēſibus naui publice accepta in Africam nauigat,auctores ſunt T. Liuius libro ſeptuageſimo ſeptimo,& Appianus libro Bellorum ciuilium primo . [Cuſtodem huius vrbis]Hoc dicit propter bellum Cimbricum à Mario confectum,pp quam victoriam primo res ciuitatis alioqui , & inuidentes, ab eo conſeruatam remp. fatebantur, vt ait T.Liuius libro ſeptuageſimo octauo . Quamuis C.Marium municipem ſuum Cicero ſemper laudare ſolitus ſit cum in eius mentionem incidit, ibi autem ideo laudat apud P. R quia popularis Marius fuit . [Paſsim recit]Duodecim viros, in quibus Sulpicius & Marius fuerunt,à ſenatu hoſtes patriæ iudicandos Sylla & Pompeius Coſſ.curauerunt. [Cn.Octauius Cos] L.Cornelio Sylla ad bellum Mitridaticum profecto , C. Cornelius Cinna conſul deſignatus pernicioſa leges per vim ferre conatus eſt.Cn.Octauius collega eius aduerſatur , cum eo in vrbe pugnat.Cinna victus fugit,Conſulatu abdicatus,patriæ hoſtis iudicatur,alias vrbes ad defectionem ſollicitat,ſeruos pro miſſa libertate euocat C.Marius ex Africa rediens cum Cinnaſe coniungit. Romam quaternis caſtris obſidet , quibus præſunt Cinna ipſe, C.Marius, Sertorius,& Cn.Carbo.Multis ex ciuibus ad eos deficientibus,in vrbem commeatu bene defectam recipiuntur Eam clariſſimorum virorum cædibus fœdauerūt.Cn. Octauiū Cos multos ſenatores, multos ex equeſtri ordine Q. Catulum,L.Merulam flaminem dialem, M.Antonium & C.Cæſarem.duos oratores clariſſimos,Craſſos patrem & filiū,aliosq. innumerabiles aduerſæ partis nobiles interfecerunt,vt T. Liu. lib.lxxix.& Appianus libro primo ſcribunt.[Omnis hic locus,] id eſt comitium,vbi leges ferre Cinna conabatur , vbi pugnatū eſt.[Lumina ciuitatis]. i viri clariſſimi . [Vltus eſt huius victoriæ]De Syllę uictoria & crudelitē ijdē auctores,& Plutarchus in vita L.Syllę ſcripſerunt ampliſſime.[Poſtea cum].i.redijs à bello Mithridatico.[quanta diminutione ciuium]Nam vrbem & vniuerſam Italiam cędibus repleuit, vt ait T.Liu.lib.lxxxviij. Ex equeſtri ordine duo millia & ſexcentos.ſenatores nonaginta,conſulares quindecim occidit, vt ait Appianus.[Diſſenſit M. Lepidus]Mortuo Sylla de eius funere diſſenſio fuit inter M.Lepidum & Q.Catulum conſules,filium eius,e quem à Cinna occiſum diximus , primum de funere eius,deinde de actis eius reſcindēdis quæ aduerſante Catulo Lepidus omnino reſcindi volebat. Poſtquam abierunt conſulatu,in campo Martio collatis ſignis pugnauerant. Victus Lepidus, in Sardiniam fugit,ibique morbo interijt, vt ait Appianus libro primo,& T.Liuius libro nonageſimo. Interitus ipſius Lepidi non tam attulit luctum rei pub.quam interitus ceterorum.

ASCEN OPIBVS].i.potentijs Tacendo.ſ,de coniuratione Puluinaria pro templis inquit Seruius ponimus cum ſint proprie Lectuli qui templis ſterni conſueuerunt.Acron dicit eſſe lectiens, aut tabulata in quibus ſtabant nomina.Etenim recordamini.Accumulat bonum ſuum ex malis aliarum diſſenſionum C.Marium cuſtodem.ſ.contra Cimbros , vt diximus. Caius octauius . ſ.Cæſar,expulit collegam.ſ.Bibulum, vnde Suet.in vita eius de cōſulatu dicit lege Agraria promulgata Bibulum obnonciantem armis foro expulit,& ad arbitrium ſolum omnia adminiſtrauit vt nonnulli vrbanorum cum quid per iocum teſtandi gratia ſignarent, non Cęſare & Bibulo ſed Cæſare & Iulio conſulibus actū ſcriberent, Aceruis. i.ſtragibus , Sanè aceruus auctore Valla eſt rerum minutarum , ſtrages cadauerum ſtratorū.Aceruus autem dicitur quaſi aggeruus ex rebus aggeſtis & accumulatis , nec eſt contra præſcriptum Vallæ ſi etiam de corporibus dicitur,quæ reſpectu maiorum minuta ſunt,quia magnam,& paruum per cōparationem dicuntur.[Cinna cum Mario ſuperauit].i.voti compos,ac victor euaſit. Nam recepti in vrbem Cn.Octauium conſulem occiderūt & oēs aduerſæ partis nobiles trucidantur , inter quos erat M.Antonius vir eloquētiſſimus , & C.Cæſar, quorum capita in roſtris poſita ſunt Craſſi filius ab equitibus fibriæ interēptus eſt. Pater Craſſus ne quid indignum victore ſua pateretur , gladio ſe tranſfixit & cetera. Vide florum lib. octuageſimo Liuij. Marcus Lepidus diſſenſit à collega ſuo Catulo.

ATQVE illæ tamen omnes diſſenſiones,quarum nulla reip.quæſiuit,eiuſmodi fuerunt,ut non reconciliatione concordiæ, ſed internecione ciuiū diiudicatæ ſint. In hoc autem uno poſt hominum memoriam maximo crudeliſsimoq; bello,quale bellum nulla unquā Barbaria cum ſua gente geſsit,quo in bello lex hæc fuit à Lētulo,Catilina,C.Caſsio,Cethego cōſtituta,ut oēs,qui ſalua urbe ſalui eſſe poſſent,in hoſtium in numero ducerentur.Ita me geſsi Quirites,ut oēs ſalui conſeruaremini. Et cum hoſtes ueſtri tantū ciuium * ſuperuecturum putaſſent , quantū infinitæ cædi reſtitiſſet,tantum autē urbis,quantū flāma obire non potuiſſet,& urbem & ciues integros, incolumesq; ſeruaui.Quibus pro tantis rebus Quir.nullum ego à uobis præmiū uirtutis , nullū inſigne honoris , nullū monimentū laudis poſtulo,præterquam huius diei memoriam ſempiternam In animis ego ueſtris omneis triumphos meos , ornamenta omnia honoris,monimenta gloriæ,laudis inſignia condi,& collocari uolo,nihil me mutum poteſt delectare,nihil tacitum,nihil denique huiuſmodi,quod etiam minus digni aſſequi poſſunt.Memoria ueſtra Qur. noſtræ res alentur, ſermonibus creſcent,literarum monimentis inueteraſcent , & corroborabuntur, eandemq; diem intelligo,quam ſpero æternam fore,& ad ſalutem urbis, & ad memoriam conſulatus mei propagatam , omniq; tempore in hac rep. duos ciues extitiſse,quōrum alter finem ueſtri imperii,non terræ,ſed cœli regionibus terminaret:alter eiuſdem imperii domicilium,ſedemq; ſeruaret. Sed quoniā earum rerū,quas ego geſsi,non eſt eadem fortuna,atque conditio,quę fuit illorum,qui externa bella geſserunt, quod mihi cum illis uiuēdum,ſit,quos uici,ac ſubegi Illi hoſtes, aut interfectos,aut oppreſsos reliquerunt, ueſtrū eſt Quirites, ſi cęteris recta ſua facta proſunt , mihi mea nequando obſint,prouidere Mentes enim hominum audaciſsimorum ſceleratæ, ac nefariæ ne uobis nocere poſsent,ego prouidi,ne mihi noceant,ueſtrum eſt prouidere. quanquam Quirites mihi quidem nihil iā ab iſtis noceri poteſt magnū enim in nobis præſidiū, quod mihi in perpetuum comparatum eſt,magna in rep dignitas,quæ me ſemper tacita defendit, magna uis eſt conſcientiæ,quā qui negligent, cū me uiolare uolent,ſe ipſi indicabunt.Eſt etiam in nobis is animus Quirites,ut non modo nullius audaciæ cedamus,ſed etiā oīs improbos ultro ſemper laceſsamus,* q ſi omnes impetus domeſticorum hoſtium depulſus à uobis ſe in me unum conuertit,uobis erit prouidendum Quirites,qua conditione poſthac eos eſse uelitis, qui ſe pro ſalute ueſtra obtulerunt inuidiæ , periculisq; oibus.Mihi quidem ipſi quid eſt,quod iā ad uitæ fructum poſsit acquiri? preſertim cum neque in honore ueſtro,neque in gloria uirtutis quidquam uideam altius,quo quidem mihi libeat aſcendere.Illud profecto perficiā Quirites,ut ea,quæ geſsi in cōſulatu meo priuatus tuear,atque ornem , ut ſi qua eſt inuidia in conſeruanda rep.ſuſcepta,lædat inuidos,mihi ualeat

* ſuper. futurū.

* quid ſi oēs impetus domeſticorum hoſtium depulſi à nobis ,ſe ī me unū conuer.terint.

ad


ad gloriam. Deinde ita me in Repub. tractabo, vt meminerim ſemper eorum quæ geſſerim, curemque, ut ea uirtute non caſu geſta uideatur eſſe. Vos Quir. quoniam iam nox eſt, ueneramini illum Iouem, cuſtodem huius urbis, ac ueſtrum; atque in ueſtra tecta diſcedite, & ea quanquam periculum eſt depulſum, tamen æque ac priori nocte feciſtis, cuſtodiis uigiliiſque defendite. Id ne uobis diutius faciendum ſit, atque in perpetua pace eſſe poſſitis, prouidebo Quirites.

Syl. INTERNECIONEM] Internecio ab internecãdo appellata eſt. Particula inter in compoſitione auctiua eſt. adeo vt non pro mediocri ſignificatione ſit, ſed qua orationem habere non poteſt, vt interfectus interceptus, auctor eſt Donatus, enarrans illud ex Andria, Dauus interturbat omnia. Idem enarrans illum verſum ex Eunucho, Quod nos capere oportet, hæc intercipit: Intercipit, inquit, propriè quaſi totũ capit. Plautus in Aulularia; Quæ ſola inter bibere Corinthienſem fontem & Piræneum poteſt.] Diiudicatæ].i. terminatæ. A cauſarum ciuilium diſſenſione facta tranſlatio eſt, quæ iudicum ſententia terminantur. [Nulla vnquam Barbaria].i. nunquam vlli Barbari. [Ducerentur].i. exiſtimarentur & haberentur. [Quantum infinitę cędi reſtitiſſet] .i. reliquum fuiſſet facta cęde infinita [Obire].i. adire & attingere. [Nullum præmium virtutis].i. nullum honorem, nullum magiſtratum, qui virtutis præmium ab Ariſtotele dicitur lib. Ethicorum 4. qui idem libro magnorum Moralium 1. ex virtute gigni honorem dicit. Auctore Cic. lib. de Oratore tertio, ſapiens virtuti honorem præmium petit. [Nullum inſigne honoris] .i. nullum triumphum, quod præcipuum magiſtratus inſigne eſt. Ædilitatis enim magnificentia Quæſturæ fides, & præturæ diligentia & integritas, muniebant viam ad conſulatum, qui magiſtratus erat ampliſſimus. Conſulibus præcipuè triumphus ob rem bene geſtam decernebatur. Triumphare Romę minoris nõ ducebatur, quam in Græcia Olympia vincere. Triumphus igitur erat ampliſſimum honoris inſigne. [Nullum monimentum laudis poſtulo] i. nullam ſtatuam. Viris.n. clariſſimis, de rep. meritis optime, ſtatuæ in roſtris collocabantur. Græci hunc honorem habitum hominibus, in monimentis huiuſmodi nonnulla Deorum religione cõſecrati arbitrabantur, vt ait Cicero Actione in C. Verrem 4. Huiuſmodi ſtatuas iam à viris nonnullis vel clariſſimis non fuiſſe optatas inuenio M. Cato maior multorum ſtatuas cum videret poſitas: Malo, inquit, homines de me quærant, cur ſtatua Catoni poſita non eſt, quam cur poſita eſt. auctor eſt Plutarchus in Apophthegmatis. Eodem auctore, Ageſilaus Lacedæmoniorum dux, cum Græci qui ſunt in Aſia, decreuiſſent ipſi ſtatuas in clariſſimis vrbibus ponere, ad eos ſcripſit ad hanc ſententiam: Mei ne vna quidem ſit imago, neque picta neque ſculpta, neque conflata. Idem moriens amicos rogauit, ne vllam ſibi mortuo ponerent ſtatuam. Siquid, inquit pręclare geſſi, hoc meum monimentum erit, ſin minus, ne omnes quidẽ ſtatuæ monimentum meum eſſe poſſunt. [Nihil mutum] .i. nulla ſtatuę quę mutę ſunt & tacitæ. [Minus digni].i. indigni. [Sermonibus creſcent] Ciceroni conſtans is animus fuit. Nam poſtea proconſul cum Aſiam Prouinciã ſumma iuſtitia, abſtinentia, & clementia adminiſtraſſet, ob hæc beneficia nullos honores ſibi, niſi verborum ab Aſiaticis decerni ſiuit, ſtatuas prohibuit, vt lib. Epiſtolarum ad Atticum vj. ſcribit. Ageſilaus is cuius paulo ante mentionem feci, nullam imaginem ſuam paſſus eſt eſſe. Vnus vero Xenophontis libellus in eo rege laudando, facile omnes imagines hominum ſtatuaſq; ſuperauit, vt ait Cic. lib. Epiſt. Famil. v. [Inueteraſcent] Scriptorum monimenta quo ſunt antiquiora eo minus inuidiæ ſunt obnoxia, & auctoritatem vetuſtate acquirunt [Extitiſſe].i. emerſiſſe, & præter alios apparuiſſe. [Terminaret].i. finiret & terminos poneret. [Vobis erit prouidendum] Nam niſi me defenderitis, nullus poſthac pro ſalute communi perditorum hominum audaciæ ſe opponet. [Mihi quidem ipſi, &c.] Hoc prouidendum P.R. Quod dicat Cic. id cauſa reip. dicit, non uitæ cupiditate. Satis enim ſe vixiſſe dicit, cum nullum honoris, & dignitatis gradum altiorem poſſit aſcendere. Conſulari viro immaturam mortem accidere poſſe, in oratione proxima negat. Idem in lib. Tuſculanarum diſputationum primo: Nemo, inquit, parum diu vixit, qui virtutis perfectæ perfecto functus eſt munere. Multa mihi ipſi ad mortem tempeſtiua fuerunt, quæ vtinam potuiſſem obire. Nihil enim iam acquirebatur, cumulata erant officia uitæ. Hæc ille.

ATQVE illæ diſſenſiones] Oſtendit minus periculoſas fuiſſe diſſenſiones ſuperiorum quam machinationes & coniurationes Catilinæ. non illi nullam.i. deletam. Internicione.i. interemptione ciuium ſ. eorum qui ſuccubuerunt. Poſt hominum memoriam. i. poſt illud tempus quod paruum homines viuentes memoria complecti poſſunt. Barbarie.i. barbara natio quæcunque ea ſit. [Tantum ciuium] .i. duntaxat tot ciues. [Infinitæ].i. immenſæ, & maximæ, aut legendum eſt finitæ.ſ. per defatigationem occidentum. Huius diei memoriam eorum quę ſe feciſſe ad utilitatem reip. dicturus eſt eo die. [Condi] Reponi, à condor eris. [Memoria veſtra, bene veſtra, quia actiue ſumitur] Eſt autem ablatiuus. Literarum monumentis, quia ſcribentur, vt ſperat, quod etiam in epiſtolis à Marco Luceio inſigni Hiſtoriographo poſtea poſtulauit. Veſtrum eſt Quirites.i. ad vos pertinet, ac ſi dicat veſtrum eſt officium, dependet autem à ſuperiori ſic Sed quoniam non eſt eadem fortuna atque conditio earum rerum quas ego geſſi, quæ eſt ſup. illorum qui geſſerunt externa bella &c. [Sua].i. debita præmia] Prouidi].i. prouide caui. Noceri, impersonaliter dicitur, & datur imperſonali ablatiuus in nominatiuum reſolubilis indicabunt.i. prodent, aut iudicabunt, iudice quo ſe nemo nocens abſoluitur, ut eſt apud Iuuen. Is.i. talis animus. Laceſſamus.i. prouocemus petentes & laceſſentes eos, poſt hac.i. deinceps qui ſe pro ſalute uitam &c. q.d. alij à me exemplum ſumpturi ſunt, & id callide, quo ad ſui conſeruationem attentos faciat. [Quidquam altius.ſ. maioris dignitatis, quo ideſt, aliquod. [Priuatus].i. cum abiuero conſulatu. Id quoque prudenter. q.d. ita viuam in conſulatu, vt non ſit mihi opus ad tuandum me conſularis poteſtate, cum etiam priuatus acta per me defendere poſſem. [Lædat inuidos] Qui mordere ac iuſte reprehendere nequeant. [Mihi valeat] Ad gloriam, cum inuidiã gloria & bene actorum ratione ſuperauero] Virtute].i. fortitudine & prudenti conſilio. [Veneramini.i. honorate ſalutatione, aut precibus. Cuſtodem veſtrum. Paſſim contra præſcripta Vallæ, veſtrum & meum paſſiue accipiuntur, niſi ſit quædam poſſeſſio, cuſtodem veſtrum.i. quem habetis cuſtodem veſtri. [Prouidebo] .ſ. bello contra Catilinam peragendo. Ascen

In Inuectiuam M. T. Ciceronis quartam in L. Catilinam, Argumentum.

POSTRIDIE quam deprehenſi coniurati, indicati, confeſſi, & in cuſtodias liberas traditi ſunt, legatis, Allobrogum Titoq; Vulturcio ex Senatus decreto premia data ſunt ampliſſima. Huius diei poſtridie cum ſentiret Cicero operarum manus comparari ad eripiendos ė cuſtodijs coniuratos, habuit Senatum in curia, vt de coniuratorum pœna Senatus decerneret. D. Syllanus Coſ. deſignatus, primus ſententiam rogatus, eos vltimo ſupplicio afficiendos cenſuit. Eius ſententiam multi ſecuti ſunt. Poſtea C. Cæſar cenſuit eos publicatis bonis per municipia diſpertendos, inq; publicas cuſtodias tradendos, denunciatis pœnis ijs qui eximerent, vel qui vt reuocarentur ad Senatum referrent. Hanc Cæſaris ſententiam multi ſequebantur, pluresq; ſecuturi videbantur, propterea quòd minorem Ciceroni inuidiam coniuratorum pœna ex hac ſententia decreta, conflatura eſſe videbatur. Cicero, ne in hanc ſententiam reliqui omnes concederent, vtq; ſua vox officio functa conſulari videretur hanc orationem in Senatu habuit. Hortatur Senatores, vt cogitent magis de ſuo, de coniugum & liberorum periculo, quam ipſius Ciceronis. Cæſaris ſententiam verò popularem eſſe dicit, eam laudat, eam ſibi minus periculoſam fatetur. Sed hortatur Senatores vt Syllani potius quam Cæſaris ſententiam ſequatur. Nec verendum ijs eſſe oſtendit, vt videantur crudeles, ſi deprehenſos coniuratos, vltimo afficiant ſupplicio, ſed potius verendum, ne ſi in coniuratos lenes & clementes ſint, in patriam crudeles eſſe videantur. Sibi eſſe ſatis præſidij ad ea tranſigenda quæ ſtatuerint dicit, quòd omnes omnium ordinum homines ad imperium retinendum ſtudioſè conſentiant. Hortatur ut prouideant, vt eam dicant ſententiam, ne ſimilis vnquam fieri poſſit coniuratio. Tantam multitudinem inimicorum ſibi videt ſuſceptam, quam multi ſunt coniurati. Sed eos contemnit, eos nunquam metuet, dum apud P.R. erit conſulatus ſui memoria. Ab ijs ſi vlla vis afferatur, inquit animo ſe moriturum negat, quòd moriendum omnibus ſit quòd inter laudes Africanorum, L. Pauli C. Marij, & Cn Pompeij aliquid loci gloria ſua fore ſperet. Sed ſi ea vis afferatur, paruum ſuum filium M. Tullium ſenatus cõmendat. Vt fortiter decernant, poſtula. quæ decreuerint, effecturum ſe pollicetur. Oratio deliberatiua eſt. Ea eſt habita vij Idus Decemb. Anno ab Vrbe condita 700. Eo enim anno Ciceronem fuiſſe Coſ. Plu. ſcribit.



M. TVLLII CICERONIS
IN L. CATILINAM,
ORATIO IIII.

VIDEO P. C. in me omnium veſtrum ora, atque oculos eſſe conuerſos: video vos nõ ſolum de veſtro ac reip. verumetiam, ſi id depulſum ſit, de meo periculo eſſe ſolicitos. Eſt mihi iucunda in malis & grata in dolore veſtra erga me voluntas, ſed eam per Deos immortales quæſo deponite, atque obliti ſalutis meæ de vobis ac liberis veſtris cogitate. Mihi ſi hæc conditio conſulatus data eſt, vt omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatusq; perferrem: feram non ſolum fortiter, ſed etiam libenter: dummodo meis laboris vobis, P. Q. R. P. C. dignitas ſalusq; pariatur. Ego ſum ille conſul P.C. cui non forum, in quo omnis æquitas continetur; non campus conſularibus auſpicijs conſecratus, non curia, ſummũ auxilium oĩum gentium; non domus, cõe perfugium; non lectus, ad quietem datus, non deniq; hęc ſedis honoris, ſella curulis vnquã vacua mortis periculo atque inſidijs fuit. Ego multa tacui, multa pertuli: multa conceſſi, multa meo quodã dolore in veſtro timore ſanaui. Nũc ſi hũc exitũ cõſulatus mei Dij immortales eſſe voluerũt, vt vos P. C. Quirites ex cæda miſera, coniuges, liberosq; veſtros, virginesq; Veſtales ex acerbiſſima vexatione, templa atq; delubra, hanc pulcherrimã patriam, oĩumq; noſtrum ex fœdiſſima flamma, totã Italiam ex bello & vaſtitate eriperem, quęcunq; mihi vni proponetur fortuna ſubeatur. Etenim ſi P. Lentulus ſuum nomen inductus à vatibus fatale ad perniciẽ reip. fore putauit, cur ego non læter meum cõſulatum ad ſalutem reip. prope fatalẽ extitiſſe? Quare P.C. cõſulite vobis, proſpicite patriæ, cõſeruate vos, cõiuges, liberos, fortunasq; ueſtras, populi Romani nomen, ſalutẽq; defendite, mihi parcere, ac de me cogitare deſinite. Nam primum debeo ſperare oẽs Deos, qui huic urbi præſident, pro eo mihi ac mereor, relaturos gratiam eſſe. Deinde ſi quid obtigerit, æquo aĩo, paratoq; moriar. Neque.n. turpis mors forti uiro põt accidere, neque immatura conſulari, neque miſera ſapienti.

IN INVECTIVAM M. TVLLI CICERONIS quartam in L. Catilinam, ad Quirites, Franciſci Syluij Ambiani Commentarius.

VIDEO patres C.] Multi Senatores Cæſaris ſententiam, quæ exilio coniuratos multabat, in rem Cic. eſſe putabant, quòd hac coniuratorum pœna minus inuidiæ ſubiret Cicero, ideoque hanc Cæſaris ſententiam ſequebantur. Eos igitur Senatores hortatur Cicero, ut periculum ſuum, & coniugum, & liberorum metuant, magis quam ipſius Ciceronis. [Ora] Id eſt vultus. [Etiam, ſi] Id eſt quamuis. [In malis] Id eſt periculis. [Eam deponite] Deponere multis in rebus Cicero dicit. vt pro L. Muræna, deponere ſtudium & fauorem. Pro eodem deponere labores lib. Epiſt. Fam. 4. deponere curas & dolores lib. de offic. 2. deponere moleſtias, oratione in Rullum ad Quirites, actione prima deponere inuidiam, oratione poſt reditum in ſenatu, deponere odia, de prouincijs conſularibus, deponere inimicitias, pro Cn. Planco, deponere ſimultates, pro Milone, deponere timorem, pro M. Cœlio, deponere memoriam pro obliuiſci, & pro Pub. Sylla, deponere ex memoria, in eadem re dicit. [Data eſſe fato aut Deorum numine] Donatus exponens illud Terentij ex Eunucho, Eſt iſthuc datum profecto, vt grata ſint quæ facio omnia. Datum, inquit, id eſt fato decretoque conceſſum. Virgilius; Non dabitur regnis eſto prohibere Latinis. [Non forum] Significat autem aliquid periculi ſibi intentatum eſſe à Catilina in foro iudiciali. [Non campus Martius] Cum ſcilicet magnam illam loricam accipere coactus eſt, ut diximus in oratione prima. [Non curia] Cum Catilina Ciceroni minatus, duo corpora reip. eſſe dixit, quorum alterum caput haberet, ſed ægrum, alterum ſine capite, ſed potens & validum, cui ſe ipſe caput adiungeret. Id ænigma extimuit Cicero, ut ait Plutarchus in vita Ciceronis. [Summum auxilium] Auctore Cicerone libro de officijs ſecundo, cum imperium populi Romani beneficijs tenebatur, Regum, populorum, nationum portus erat, & perfugium ſenatus. [Nõ domus] Ad quam miſſi ſunt duo equites, qui Ciceronem tanquam ſalutarum venientes, in lecto interficerent, vt ante dictum eſt. [Commune perfugium] Negat Cicero in oratione pro Domo ſua, quidquã ſanctius, quidquam omni religione munitius, quam ſic domus vniuſcuiuſq; ciuium. Hic, inquit, aræ ſunt, hæc foci hic alij penates, hic ſacræ religionis cęremoniæ continentur, hoc perfugium, ita ſanctum eſt omnibus,

nibus, vt inde arripi neminem fas ſit Auctor Plutarchus in uita Gracchorum, apud Romanos veteres ne in capitali quidem cauſa reum domi licebat facere, ſed ante domum conſiſtens præco, tuba citabat. [Commune perfugium] Non refugium Cicero ſolet dicere. Confugere tamē Perfugium, non perſugere in hac re dicimus. Vnde confugiobam dixerunt Latini veteres. [Hūc exitum conſulatus mei, &c.].i. talem finem. Septimo Idus Decembris, vt iam dixi, habita hæc oratio eſt. Calēdis aūt Ianuarijs deſignati conſules, de more inituri erant magiſtratum. [Vt uos P.Q.R.] Per partes commouendi cauſa enumerat, quod in genere dicere potuiſſet. [A vatibus fatale].i. ab Aruſpicibus, & à fatis Sybillinis. [Nomen ſuum].i. Cornelium. [Mihi parcere].i. mei miſereri, vt in lib. Æneidos primo, Parce pio generi, & propius res aſpice noſtras. Inde parcere, pro ignoſcere factum eſt. Quorum enim miſeremur, ijs ignoſcimus. [Relaturos gratiam eſſe] Deum hominibus referre gratiam dicimus tum, cum pro egregio aliquo facinore ad tuendam religionem ſuſcepto, vel pro ædificato templo, vel pro vita honeſte acta, aut ab impendenti malo ſeruatur, aut felicem aliquam fortunam aſſequitur. Vt habere gratiam Deo dicimus, pro eo quod eſt Deo agere gratias. [Si quid obtigerit, æquo animo, &c.].i. ſi mihi mors obeunda ſit. Obtingere mala tantum dicimus, ut Donatus ſignificat, enarrans illud Terentij ex Phormione. Præter ſpem atque incredibile hoc mihi obtigit, ita ſum iratus, aīum. vt nequeam ad cogitandum inſtituere. Idem in Andriā Terentij, contingere dicit id qđ vix euenit. [Neq; enim turpis mors forti viro] Turpis mors ea eſt, quā quis formidat. Ea viro forti contingere non pōt, cū fortitudo, auctore Cic. de officijs, ſit, mortis dolorisq; contemptio. Gratus, nō turpis legit hoc loco Quint. lib. 6. [Nec immatura cōſulari] Vſura vitæ expetenda eſt, vt virtute ad gloriam nobis muniamus uiam. hanc qui aſſecutus eſt, ſatis diu uixit. Hanc affert conſulatus, qui honos ampliſſimus eſt. Ideoq; Cice. in oratione ſuperiora, in gloria virtutis negabat ſe quidquam uidere altius, quo ſibi liberet aſcendere. [Immatura].i. nimiū cito adueniens. Vt immatura poma dicimus, quæ nondū matura ex arbore decerpuntur, ita immatura mors ea eſt. quæ ante extremā ſenectutem accidit. Auctore Cicerone in lib. de ſenectute, vt poma ex arborib. ſi cruda ſunt, ui euelluntur, ſi matura, & cocta decidunt, ſic uitam adoleſcentibus uis aufert, ſenib. maturitas. [Nec miſera ſapiēti] Ea diſputatio libro Tuſculanarum quæſtionū prima.

IN INVECTIVAM QVARTAM M.T. CICERONIS, Iodoci Badij Aſcenſij Commentaria.

VIDEO Patres conſcripti in me &c.] Hac concione animat Cicero Populum Romanum in Catilinam ſeque in illius fauorem inſinuat vtcunque res euenerit. Vtitur autem in principio callida ſumptione qua ſe magnipendi aſſerit, vt cæteris maior adhibeatur fides. oīum veſtrum, nequaquam dicere liceat veſtrorum, niſi ſit ſeruorum aut familiarium, quod non procederet. [Illud] .ſ. veſtrum ac reipublicæ periculum. [Iocunda] i. ad voluptatem, & grata. i. vtilitatem. [Sed eam]. ſ. uoluntatem bonam aut beneuolentiam in me accepiſtis. [De bonis]. ſ. veſtris. i. fortunis, nam ſi de uiris intellexerit ſe non excluſerit. [Mihi quidem] q.d. quid quid alij ſentiunt ita mihi viſum eſt.] Hæc conditio].i. oblatio. [Ille conſul.] Ille emphaſim habet. [Forū]. ſ. iudiciale non campus. ſ. Martius ubi fiebant comitia. i. coitiones populi ad magiſtratus innouandos. [Non curia]. ſ. ſenatorum, vbi tangit tria in quibus orare ſolebant. [Forum ad iudices] Campum ſeu concionem ad Quirites, & curiam ad patres conſcriptos ſeu ſenatorū, quorum conſeſſus etiam ſenatus dicebatur. Curia appoſitoriæ ſummum auxilium, quia inde oībus petere licebat, vnde non imperium, ſed præſidium orbis dici meruit. [Non domus]. ſ. priuata, eſſe perfugium. ſ. ſue ſuiq. Non lectus ad quietem datus. ſ. à deo, natura & moribus. Adeo, quia ſomnus eſt donum deorum, Æn. 2. Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris Incipit, & dono diuum gratiſſimo ſerpit. A natura quæ poſt laborem requiem quærit, & à moribus approbatus, quia ſicubi tuti eſſe poſſemus maxime in lecto tutos eſſe cōi conſenſu ſemper placuit. Hęc ſedes honoris, hoc eſt cathedra in qua honoribus affecti ſedent. Non ſella curulis quæ ſummis magiſtratibus debetur, quibus permiſſum erat in lectica & ſella curuli circumuectari humeris ſeruorum. Vnquam vacua periculis mortis, non ſolum naturalis contra quam nullus locus ſatis tutus eſſe poteſt, ſed etiam violentę, hoc eſt necis à qua ob reuerentiam loci interdum meriſo abſtinerant. Nunc ſi hunc exitum &c. Item commemorat beneficia ſua in Pop. R. & rempublicam. [Quæcunq; fortuna,] q.d. acerbiſſima, ſubeatur, ſcilicet à me. i. libenter perpetiar, dum tantum boni perfecerim. [Prope fatalem]. i. deorum fato ac præſertim pro conceſſum, conſulite vobis. i. ſaluti veſtræ, conſilio proſpicite. Nam primum debeo ſperare &c. id dicit religioſe, vnde & illud Aen. 9. Pulcherrima primum dij moresq; dabūt veſtri. [Ac] .i. quemadmodum obtigerit, ideſt præter ſpem euenerit.

Nec tamen ego ſum ille ferreus, qui fratris chariſſimi, atque amantiſſimi præſentis mœrore nō mouear, horumq; omnium lacrymis, à quibus me circunſeſſum videtis: nec non meam mentem domum ſæpe reuocat examinata vxor, & abiecta metu filia, & paruulus filius quy mihi videtur amplecti rempublicam tanquā obſidem conſulatus mei, neque ille qui expectās huius exitum diei adſtat in conſpectu meo gener. Moueor his rebus omnibus, ſed in eam partem vt ſalui ſint nobiſcum omnes, etiam ſi vis aliqua me oppreſſerit, potius, quā & illi, & nos vna reip. pete peremus. Quare P.C. incumbite ad ſalutem reip. circunſpicite omnes procellas: quæ impendent, niſi prouidetis. non T. Gracchus, qui iterum trib. pl. fieri voluit: non C. Gracchus, qui Agrarios concitare conatus eſt: non L. Saturninus, qui C. Memmium occidit, in diſcrimen aliquod atque in veſtræ ſeueritatis iudicium adducitur. Sed tenentur illi, qui ad vrbis incendium, ad veſtrum omnium cædem ad Catilinam accipiendum Romæ reſtiterunt: tenentur literæ, ſigna, manus, denique vniuſcuiuſque confeſſio: ſolicitantur Allobroges, ſeruitia excitantur, Catilina accerſitur. Id eſt initum conſilium: vt interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem reip. nomen, atque ad lamentandam tanti imperij calamitatem relinquatur. Hæc omnia indices detulerunt: rei confeſſi ſunt. vos multis indicijs iudicauiſtis. Primum, quòd mihi gratias egiſtis ſingularibus verbis, & mea virtute, atque diligentia perditorum hominum patefactam eſſe coniurationem decreuiſtis. Deinde, quòd P. Lentulum, vt ſe abdicaret prætura coegiſtis. Tum quòd eum, & cęteros, de quibus indicauiſtis, in cuſtodiam dandos, cēſuiſtis, maximeq; quòd meo nomine ſupplicationem decreuiſtis, qui honos togato habitus ante me eſt nemini. Poſtremo heſterno die præmia legatis Allobrogum, Titoque Vulturcio dediſtis ampliſſima. Quę ſūt omnia eiuſmodi, vt ij, qui in cuſtodiam nominatim dati ſunt, ſine dubitatione à vobis damnati eſſe videātur. Sed ego inſtitui referre ad nos P.C. tanquam integrum, & de facto quid iudicetis, & de pœna quid cenſeatis. Illa prædicam, quæ ſunt conſulis. Ego magnum in rep. verſari furorem, & noua quædam miſceri, & concitari malam iampridem videbam. Sed hanc tantam, tam exitioſam haberi coniurationem à ciuibus nunquam putaui. Nunc quidquid eſt, quocunque veſtræ mentes inclinant, atque ſententiæ, ſtatuendum vobis ante noctem eſt. Quantum facinus ad nos delatum ſit, videtis: huic ſi paucos putatis affines eſſe, vehementer erratis, latius opinione diſſeminatum eſt hoc malum, manauit non ſolum per Italiam, verumetiam tranſcendit Alpes, & obſcure ſerpens multa iā prouincias occupauit id opprimi ſuſtentando, ac prolatando, nullo pacto poteſt. quacunque ratione placet, celeriter vobis iudicandam eſt. Video duas adhuc eſſe ſententias, vnam D. Syllani, qui cenſet eos, qui hæc delere conati ſunt, morte eſſe mulctandos: alte-

ram C.Cæſaris,qui mortis pœnam remouet,cęterorũ ſuppliciorum oẽs acerbitates amplectitur. Vterq; & pro ſui dignitate, & pro rerũ magnitudine in ſumma ſeueritate verſat᷑ alter eos,qui nos oẽs,qui P.R.vita priuare conati ſunt, qui delere imperium,qui P.R.nomẽ extinguere,puncto tp̃is,frui vita,& cõi ſpiritu non putat oportere, atq; hoc genus pœnæ ſæpe in improbos ciues in hac rep.eſſe vſurpatũ recordat᷑. Alter intelligit mortem à dijs immortalibus non eſſe ſupplicij cauſa conſtitutam:ſed aut neceſſitatem naturæ, aut laborum,aut miſeriarum quietem eſſe. Itaq; eam ſapiẽtes nunq̃ inuiti, fortes etiam ſæpe libenter appetinerunt. Vincula vero & ea ſempiterna certe ad ſingularem pœnam nefarij ſceleris inuenta ſunt. Itaq; municipijs diſpertiri iubet. Habere uẽ iſta res iniquitatem,ſi imperare uelis,difficultatem ſi rogare. decernatur tñ,ſi placet

*ſuſcipiam

ego.n. *ſuſpiciam,&,ut ſpero,reperiam, qui id quod ſalutis omnium cauſa ſtatueritis,non putet eſſe ſuæ dignitatis recuſare. Adiungit grauem pœnam municipibus, ſi quis eorum uincula ruperit: horribiles cuſtodias circundat,& digna ſcelere hominum perditorum ſancit, ne quis eorum pœnam quos condemnat,aut p ſenatum,aut per populum leuare poſſit. Eripit etiam ſpem, quæ ſola hominem in miſerijs conſolari ſolet: bona præterea publicari iubet. Vitam ſolam relinquit nefarijs hominibus, quam ſi eripuiſſet, multas uno dolore animi,ac corporis,& oẽs ſcelerum pœnas ademiſſet. Itaque,vt aliqua in uita formido improbis eſſet poſita apud inferos eiuſmodi quædam illi antiqui ſupplicia impijs conſtituta eſſe uoluerunt;q̃ uidelicet intelligebant,his remotis non eſſe mortem ipſam pertimeſcendam. Nunc P.C. ego mea uideo quid interſit. Si eritis ſecuti ſententiam C.Cæſaris, qm̃ hanc in rep. uiam,quæ popularis hr̃,ſecutus eſt, fortaſſe minus erunt hoc auctore, & monitore huiuſce ſententiæ mihi populares impetus pertimeſcendi; ſin illam alterã ſecuti eritis, neſcio an amplius mihi negocij contrahatur. Sed tñ meorum periculorũ rationes utilitas reip. uendicat. Habemus enim etiã a C.Cęſare, ſicut ipſius dignitas poſtulabat,& maiorum eius amplitudo;ſententiam tanquam obſidem perpetuę in remp.uoluntatis: intellectũ eſt,quid intereſt inter lenitatẽ concionatorum,& animum uere populare, ſaluti populi conſulentem,uideo de iſtis, qui ſe populares haberi uolunt, abeſſe nõ neminem,ne de capite uidelicet ciuiũ Rom. ſententiam ferat. Is & nudus tertius in cuſtodiam ciues Rom.Cethegum,& P.Lentulum dedit; & ſupplicationem mihi decreuit,& indices heſterno die maximis præmiis affecit. Iam hoc nemini dubium eſt, qui reo cuſtodiã,quæſitori gratulationem, indici pręmiũ decreuit,quid de tota re, & cauſa iudicarit. At uero C. Cæſar intelligit legem Semproniam eſſe de ciuibus Rom.cõſtitutam:qui aũt in rep. ſit hoſtis, eum ciuem eſſe nullo modo poſſe. Denique ipſum latorem legis ſemproniæ iuſſu populi pœnas reip.dependiſſe. Idem & ipſum largitorem Lentulum & prodigum non putat. cum de pernicie reip. & exitio huius urbis tam acerbe,tamq; crudeliter cogitarit,etiam appellari poſſe popularẽ. Itaq; homo mitiſſimus, atque leniſſimus non dubitat P. Lentulum æternis tenebris, uinculiſq; mandare,& ſancit in poſterum, ne quis huius ſupplicio leuando:ſe iactare,& in pernicie reip.poſt hac popularis eſſe poſſit. Adiungit etiam publicationẽ bonorum: ut omnes animi cruciatus, & corporis etiam egeſtas,ac mendacitas conſequatur. Quamobrem ſiue hoc ſtatueritis,dederitis mihi comitem ad concionem Populo Romano charum atque iucundum: ſiue Syllani ſententiam ſequi malueritis: facile me atque uos à crudelitatis uituperatione defendetis,atque obtinebo eam multo leniorem fuiſſe. quanquam P. C. quæ poteſt eſſe in tanti ſceleris immanitate punienda crudelitas?

MOERORE non moueat] Plutarcho auctore.M. Ciceronem Q. Frater & P.Nigidius ad coniuratorum pœnam accenderunt. [Nec uxor] Terentia non reuocat. Filia] Tullia.[Paruulus filius]M.Cic. [Gener] Cic tres gños ſuos dicit.unum lib.Epiſt.Famil.j.Craſſipedẽ, alterũ in lib ij.Dolabellam.tertium in decimotertio libro. Cn.Piſonem,cuius ſæpe meminit in orationibus Cic [Nobiſcum oẽs etiam ſi vis,&c.].i.mecum,cum vxore,cum liberis.[Potius & illi,& nos] Mihi legendũ uidetur. Non priuſquam.[Iterum tribunus plebis]Cũ fieri vellet T.Gracchus, à Scipione Naſica occiſus eſt, ut ait T. Liu.lib. lviij.Gracchorũ & Saturnini trib ſeditiones fuerunt grauiſſimę, ſed nulla ex parte conferendæ cum hac coniuratione. De his,inquit,iudicaturi non eſtis, ſed de manifeſtis coniuratis. [L. Saturninus]Is tribunus plebis, C.Memmium candidatum conſulatus petitorem maximum,quem aduerſarium actionibus ſuis metuebat,interemit,ut ait T. Liu.lib.lxix.[Reſtiterunt Romæ].i remãſerunt.i. qui Catilinam ſecuti non ſunt. [Solicitantur] Allobroges] Literis datis à coniuratis ad Allobrogum ſenatum. [Seruitia].i ſerui, ut apud Vallam eſt. Seruorum auxilia, ut ſibi Catilina adiungeret, ſcripſit Lentulus,ut ex literarum exemplo oratione ſuperiore Cicero recitauit. [Heſterno die] Saluſtius dicit præmia Allobrogibus Titoq; Vulturcio decreta eſſe,eo ipſo die quo indicata coniuratio eſt. Id factum poſtero die Cicero dicit.]Dãnati eſſe uideantur] Saluſtio auctore, ſenatus frequens hos cõiuratos iudicauerat contra remp.feciſſe [Tanquam rei].i.tãquam ſi nihil iudicaſſetis, ideoq; uobis integrum ſit,quam velitis ferre ſententiam.[inclinat] Se.ſ. vel inclinantur. vt, Nox humida cœlo præcipitat.[Quocunque]Siue ad liberandum coniuratos,ſiue ad damnandum. [Statuendum nobis ante noctem eſt]Nam ſciebat Cicero, a libertis & clientibus Lentuli opifices & ſeruos ad eum vi eripiendum ſolicitari a Cathego per nuncios familiam atque libertos in audaciam orari, vt impetu facto ad ſe proxima nocte irrumperet. [Huic] Facinori [Affines eſſe] Affinis pro conſcio,datiuo ſæpius iungitur. vt pro A.Cluentio: Duos ſolos video auctoritate cenſorum affines ei turpitudini iudicari. & pro P. Sylla, Circumſpicere paulisper mentibus veſtris, ut alia omittamus, hiſce ipſos homines, qui affines ſceleri fuerunt. Affines ſuſpicionis ab eodem in eadem oratione dicuntur, de quibus habeatur ſuſpicio. Vbi neque homines fuiſſe putantur, huius affines ſuſpiciones. [Tranſcendit Alpes] Ad Allobroges. [Suſtentando].i patiendo. [Ac prolatando] i.differendo.[Quacunque ratione. ſiue liberetis, ſiue damnetis. Video duas adhuc]Non quod hi duo ſoli deliberauerint,ſed hæ duæ ſolæ huc uſque dictæ ſententiæ ſunt, qui non conſentiant inter ſe,quarum in aliam alij iuerunt. Sed Neronem ante Cæſarem dixiſſe ſententiam, Appianus lib.ſecundo ſcribit, qui coniuratos cenſuit cuſtodiendos,quòd Catilina ſuperatus eſſet,ut rem diligentius certiusq; inquirerent atque animaduerterent. [Mortis pœnam remouet] .i. cenſet mulctandos non eſſe.[Communi ſpiritu].i aere, qui communis omnibus eſt, ciuibus iuxta & externis,;ſeruis & liberis, omnes enim ſpirant. [Vſurpatum].i.vſitatum nam ab vſu vſiupare Non. Marcellus inclinat. [In improbos]M. Manlium, Sp Melium,Sp.Caſſium,Gracchos.L. Saturninum. Alter intelligit mortem C. Cæſ.ſententia perſcripta à Saluſtio eſt, illinc aſſumas quæ ad hunc locum pertineant. Atque haud ſcio,an ea ipſa ſit oratio, quam habuit Cæſar.ſcribit enim Plutarchus in vita Catonis vti cum de coniuratorum pœna ageretur, a Cicerone celerrimos quoſdam ſcriptores diſpoſitos,qui ſignis quibuſdam & notis breuibus multarum literarum vim habentibus dicta omnia colligerent vnde factum initium & notariorum eorum, qui in foro iudiciali ſcribant quam celerrime. A quibus poſtea acceptam breuem Ciceronem defenſionem Milonis, Aſconius Pedianus auctor eſt Sed ſolã Cat. orõnem,vt ait, ſeruatam ferũt Mihi non vr̃,cur Catonis potius quam Cæſ.alio ſumq; ſeruata ſniã ſit,cũ Cicero ipſe in oratione pro P.Sylla di

cat,

cat,cum de coniurationis indicio ſuperiore ſenatu ageretur,cō
ſtitutos à ſe ſenatores ſumma virtute,memoria,ſcientia,conſue
tudine, & celeritate ſcribendi facillime quæ dicerent , qui om-
nium iudicum dicta,interrogata,reſponſa preſcriberent.Id indi-
cium in tabulas publicas relatum,ab omnibus librarijs idem de
ſcribi iuſſit,peruulgauit,ediditq́.Po.R.toti Italiæ,atque in om-
nes prouincias diuiſit , vt eius iudicij nemo ignarus eſſet.Idem
de ſenatorum ſententia factum arbitror . Sed contra mouet me
vt non credam illam Cæſaris orationem eſſe,primum,quod è re
publica viſum non ſit illam orationem ſeruari, & Catonis ſolus
ſeruatam , cuius ex ſententia in coniuratos animaduerſum eſt.
Deinde,quod aliqua hic Cicero dicit,quæ non ſunt in oratione
Cæſaris [Aut neceſſitatem naturæ]Cum quis morbo uel extre-
ma ſenectute, moritur tunc enim vitam natura producere non
poteſt Cic.de ſenectute ſenum mortem naturæ neceſſitate af-
ferri dicit.[Aut laborum & miſeriarum]Cum quis mortem ſibi
conſciſcit.[Nunquam inuiti]Quòd eam miſeram nunquam pu
tarent.[Libenter]Cum ſibi mortem conſciuerūt.[Vincula ſem
piterna]Pro carcere, vt vulgo loquuntur perpetuo dicit . [Ini-
quitatem]Nam iniquum eſt municipibus imperare,vt coniura
tos in cuſtodias ſuas accipiant,id rogando impetrare facile non
eſt.[Decernatur]Vt in municipia diſpertiantur.[Ego enim ſuſci
piam]Nam in quæ municipia Cic.placeret C.Cæſar delibera
bat.[Si quis eorum]Municipum.ſ.id in Cæſaris oratione nō eſt.
[Vincula].i. carcerem . [Horribiles cuſtodias[.i.carceres horri-
dos.[Sancit]. ſ nequis &c. [Quos condemnat]Sua ſententia.
[Aut per ſenatum]Cenſet Cæſar, ne quis de coniuratis his po-
ſtea ad ſenatum referat,ne ne cum populo agat.Qui aliter fece-
rit,ſenatum eã æſtimare,eum contra remp.& ſalutem omnium fe
ciſſe [Eripit ſpē]Vincula ſempiterna cenſendo,rumpendi vincu
la, & ad ſenatum referēdi,& cum populo agendi poteſtatem adi
mendo . [Quam ſi eripuiſſet].i.ſi morte mulctandos cenſuiſſet.
[Vno dolore animi & corpo].i.ſuſtinendo mortem. Significat
autem.vt corporis , ita animi ſenſum extremum in morte eſſe;
hoc eſt,vna cum corpore animam interire.In qua ſententia erat
qui vltra mortem vllū curæ aut gaudio locum eſſe negat.Id igi
tur Cic.dicit,quia Cæſaris ſententiam refert. Nam multis in li-
bris Cic.animam immortalem eſſe contendit.vt in j.Tuſcul.in
Lælio,in Cat.Maiore,in lib.de rep.vj.[Multas omnes ſcelerum
pœnas].i.cruciatum conſcientiæ.De huiuſmodi conſcientiæ ve-
xatione Cic.in Parat. Te,inquit, conſcientiæ ſtimulant malefi-
ciorum tuorum,te metus exanimat iudiciorum , atque legum.
Quocūque aſpexiſti, vt furiæ,ſic tuæ tibi occurrūt iniuriæ,quæ
te reſpirare ſinunt . Quia tamen ſatis opibus hominum ſepti
eſſe & muniti vñt.ad idem ait lib.de Fin.j deorum tū numē hor
rent,eaſq́.ipſas ſolicitudines , quibus eorū animi noctes dieſq́.
exeduntur , à dijs immortalibus ſupplicij cauſa importari pu-
tant Macrobius in expoſitione Somnij Scipionis.per Titij ſup-
plicium,cuius iecur vultures duo viciſſim ſibi ſuccedentes conti-
nuo exedunt,malæ conſcientiæ tormenta ſignificari dicit. Cic.
pro Sext. Roſc.Nolite,inqt,putare , quemadmodum in fabulis
ſæpenumero videris , eos qui aliquid impie ſceleratq́.commiſe-
runt,agitari & perterriti furiarum tædis ardentibus.Sua quenq́;
fraus & ſuus terror maxime vexat,ſuum quenque ſcelus agitat.
amentiaq́.afficit , ſuæ malæ cogitationes conſcientiæq́. animi
terrent.[Apud inſe.[Inferos negat eſſe Cic.quemadmodum fa-
cit pro A.Cluent. & in Tuſc.quæſt j [Hoc Cæſare]Auctore hu-
iuſce ſententiæ, quem ſecuti ſitis.[Impetus pop.] i.populi. Illā
alteram] Syllam.[An amplius]Quam ſi ſecuti ſitis ſententiam
Cæſaris [Negocij].i.moleſtiæ & periculi reip.[Vtilitas vēdicat]
Vendicat rem is,qui eam in iudicio ſuam aſſerit.Vtilitas pericu
lorum meorum rationes ſibi vēdicat.i. ſuas eſſe.affirmat.Illa igi
tur ſententia eſt,cum reſp.mihi ſe ipſa P.R.ſuffragijs commiſit
cū.ſ.Cos.factus ſum,ea lege ſe cōmiſit vt nullū periculum defu-
gerem cauſa vtilitatis eius . [Et maiorum eius amplius]Quorū
voluntas in remp.ſemper bona fuit: Magna tum erat Ci.cum
Cæſare amicitia,quæ multo etiam poſtea perſeuerauit.[Tanquā
obſidem]Cæſar hac deliberatione vere popularis uiſus eſt, non
furioſe Hanc ſententiam , cum ſuam in remp.voluntatem teſta
tus eſt,velut obſidem tradit.Hoc ideo videtur Cic.dicere ꝙ mul
ti de C.Cæſare male ſentirent , alij ꝙ faueret de coniuratis,alij
ꝙ hac leniore cōiuratorum pœna ſibi fieri aditum ad vrbis domi
natum putaret.[Non neminem].i.aliquem Is qui fuerit, ignotū
eſt.[Quæſitori mihi]Qui maleficium quęſiui.[Gratulationem]
.i.ſupplicationē,qua dijs gratulabantur.i.gratias agebāt,de quo
eſt apud Vallā lib.v.[Legem Semproniam]Lex Sempronia à C.
Sēpronio Graccho lata, cauebat , ne iniuſſu P.R.ciuis.R.morte
mulctaretur, vt ante dixi,neque in magiſtratu,ſiqs contra feciſ-
ſet , animaduerſio foret. [A vero C.Cæſar]Id ab aduerſo obij
ci poſſit. [Cic.[Qui aūt]Id purgat Cic.[Ipſum latorē legis]C.
Gracchum [Iuſſu pop.]Ab hiſtoriæ fide hic vſ. Cic.diſcedere nā
auctore T.Liu.lib.lxj.Cum C.Grac.ſeditioſo tribunatu acto A-
uentinum cum armata multitudine occupaſſet L . Opim.Coſ.
ex S.C.populum ad arma vocauit . Tum Grac.pulſus interem-
ptusq́ue eſt . Quamuis enim populus conſulem ſecutus ſit, eius
tamen populi iuſſu.i.ſuffragio,Grac.interemptus non eſt . Nam
vt ſenatus cenſet, ita populus iubet. [Aeternis tenebris vincu-
liſq́ue mandare].i.in ſempiternum carcerem tradere.

NAM neque ſentioſe omnis]Ille gener.ſ.futurus . [Qua- Ascan
re]Quamobrem .[Incumbite ad ſalutem]Valla negat incumbo
recipere accuſatiuum cum præpoſitione in re non pertinere ad
animum,quæ hic non facile perſpicitur.Incumbere.i.anniti ani
mi.[Circūſpicite]. i. animaduertite diligenter, aut aduocate cir-
cunquaque,oēs procellas. i. turbulentas cōmotiones in rep.quæ
impendent.i.imminent caſuræ propediem in caput reip.niſi.i.ſi
non prouideris. Tyberius Gracchus,qui occiſus eſt,ꝙ tribunatū
violenter ſibi continuare voluit.Non Caius frater eius.ſ.Tyb.
Gracchi de vtriſque aūt diximus alibi ꝙ agrorum peritores per
legem agrariam , quæ erat de agris communiter condiuidendis
quæ ſæpe,ſed nunꝙ̃ ſine pernicie mota eſt.[Non Lucius Saturni
nus , de quo florus in lib.lxix.Liuij. Apuleius . Saturninus trib.
pl.C.Memmium candidatum conſulatus petitores maximum,
quem aduerſarium actionibus ſuis timebat interemit. Quia ve-
ro Gracchi & Saturninus pro factione plebis occiſi ſūt,dicit Lē-
tulum & Cethegum non eſſe tales,ſed coēs tam plebeiorū quam
patriciorum hoſtes . Tenentur duo.ſ Lentulus & Cethegus qui
principes erant, aut quia plures erant non legeretur duo,ſed di-
co,veruntamen Cic.non dico,ſed inquam dixiſſet,& ad immi-
nuendam ſeueritatem ſententię duorum tm̄ meminit. Sollicitan
tur non tm̄ legati,ſed & alij qui in patria erāt,quod ad terrorē
dicit licet incertum ſit . Nam de ijs qui Romæ erant poſt indi-
cium,certum eſt ꝙ nō fiunt amplius ſolicitati.[Seruitia].i.ſeruis
[Arceſſitur].i.vocatur in vrbem.Initum.i.inceptum eſt aut cō
ceptum eſt & habitum.Nemo relinquatur,quod verbum ad ſum
mum odium excitandum plurimum valet, Indices.ſ. allobroges
& Vulturcius.Rei.i.de re accuſati & quorum res agitur, vt Len-
tulus Cethegus &c.[Vox iudicaſtis].i.ſententiam tuliſtis,vt ſæ
pe ſit aliter ſentire te non aliter comperta. Singularibus .i.egre-
gijs & ſingulariter ad me habitis.Meo nomine,q.d.ad honorē
& famam meam.[Supplicationem].i.rogationem & proceſſio-
nem dijs faciendam. [Togato].i. non ſumptis armis.[Nomina
tim.i.expreſſo nomine.[Affines]Hoc eſt complices. Prolatando
di.i.procraſtinando. Video duas &c.De his ſententijs manifeſte
viſum eſt in Sal.de bello Catil.Vnam Decij.Syllani quam tamē
variabilem aſſerit.Sal.nam poſtea in Cæſaris ſententiam cōceſ-
ſit. Omnes acerbitates ceterorum ſuppliciorum excepta morte.
Vterque tam Decius quam Cæſar.Alter.ſ.Decius nondum audi-
ta ſententia Cæſaris.Punctum tpis Cic.ferè tempus quandiu in
accuſatiuo ponit et non ſit determinatum , vt annum audientem
Cratippum.& hic punctum . [Cōi ſpi].i.aere quo ſpiramus , &
quem inſpiramus & expiramus reſpirantes . Alter.ſ.Cæſar. qui
dr̄ vſque ad pęnitudinem fuiſſe clemens,quia quibus pepercerat
ab ijs poſtea occiſus eſt.A dijs immortalibus à quibus bonū cre-
debant petēdum,vnde Iupiter iuuans pater dictus,& Iuno quaſi
iuuans nutus ſeu nutu . [Neceſſitate na].ſ.deficientis , aut la-
borum aut miſeriarum quietem, vnde Flaccus . Mors vltima li-
nea rerum Dicebant tamen Ethnici etiam deos vltores ſcelerū.
Vnde Iupiter ſalmonea poſtrauiſſe fulmine & in giganteo bello
dij communiter impios necaſſe dicuntur.Eam.ſ.mortem.[Sapiē
tes]Vt Socrates & Regulus & Cato Vticenſis poſtmodum de eo
aūt nunc non loquitur, nondum ſibi mortem cōſciuerit, ſed po-
tius,de Decijs patre & filio,aut de Curtio qui ſe armatū in hia
tum terrę præcipitem dederat. Vincula ſempiterna,de quibus in
oratione Cæſaris apud Sal.fit mentiō.[Decernatur].i.dijudice-
tur à vobis.[Quæ ſola].ſ.ſpes & eſt prouerbiale. [His].ſ.ſuppli-
cijs poſt mortem,quia tam bonis ꝙ̃ malis moriendum eſt,& ita
minus eſſet formidanda improbis mors, ſi nihil poſt exitum ab
hac vita paſſuri ſint.Voluerunt,hoc non ſatis firmiter dici ad fi-
dem,quaſi vero nō ex vero, ſed ad terrorem excogitata ſint quę
de improborū pœnis dn̄r.Mea quod liet ſit. hoc eſt qd cōmode
& vtilitatē conſequar,q.d.minori inuidiæ ſubiacebo.[Neſcio
an amplius negocij,hoc eſt amplius & copioſius negocium, hoc
eſt maior cura & ſollicitudo]Habemur.n.à Cæſare.In gratiam
Cæſaris honorifice de eo loquitur, ſed poſtea ſententiam aperit,
Et

Et maiorum eius qui nobiliſſimi fuerunt. Nam ab Ænea oriundi erant. vnde etiam Iulius ab Iulo Æneæ filio nomen ſumpſit dicente Marone, Iulius à magno demiſſum nomen Iulo. [Leuitatem]. i. variabilitatem, & adulationem. concionatorum. i. eorum qui vulgo ad placitum plebis orare ſolent. Sicut enim grauitas dicitur & conſtantia & firmitas in propoſito & ſeueritate, eo q res grauis difficulter loco mouetur. Sic contra leuitas dicitur facilitas in mobilitate. [Vere hoc eſt non aſſentationem ſed ad ſalutem, popularem]. i. populi fautorem. Ab eſſe non meminem. i. quendam ſibi notum quem non nominat ne inuidiam eius in ſe concitet.] Videlicet, apta ironiæ vox ſicut &] ſ. Nudius tertius, hoc eſt vnde nunc dies eſt tertius, quod inepiuli dicunt ante heri. Supplicationem mihi. i. ad honorem meum. Indices. i. qui coniurationem iodicauerunt. Indicare autem eſt proprie dicere ea in quibus is qui dicit conſcius eſt, qui vero id facit iudex eſt. [Reo cuſtodiam paſſiuam, hoc eſt vt cuſtodiretur] Iudicarit. i. iudicauerit, q. d. licet modo abſit, tamē prius ſententiam dedit. Ac non. i. quaſi vero Iulius Cæſar non intelligat. & ita tacite docet Cæſarem non pronunciaſſe ea recte iodicio. quia lex Sempronia quæ cenſebat in ciuem Romanum non eſſe animaduertendum pœna ſanguinis, non comprehendit patriæ proditores qui ciues non ſunt. [Denique] Sup ac non intelligi. i. quaſi non intelligat, illum latorem Semproniæ legis Sempronium ipſum dependiſſe. i. perſoluiſſe publice pœnas? q. d. ipſe lator impunis non fuit eis profuerit qui amplius ciues non ſunt. [Appellari poſſe ſupple cenſet] Leuando. i. diminuendo, & hæc omnia in Cæ. lenitatem dicit. Dederitis mihi populum charum & iocundum quia talia libenter auditurus eſt, Sin hoc eſt ſed ſi Syllanam id eſt Decij Syllani.

Ego enim de meo ſenſu iudicio, nam ita mihi ſalua rep. uobiſcū perfrui liceat, ut ego quod in hac cauſa uehementior ſum, non atrocitate animi moueor, (quis enim eſt me mitior?) ſed ſingulari quadam humanitatem, & miſericordia, uideor enim mihi hanc urbem uidere lucem orbis terrarum, atque arcē omnium gentiū, ſubito uno incendio * occidētem; cerno
*incendē tem. animo ſepultam patriā, miſeros, atq; inſepultos acernos ciuium, uerſat ante oculos aſpectus Cethegi, & furor in ueſtra cæde bacchantis. Cum uero mihi propoſui regnantem Lentulum, ſicut ipſe ſe ex fatis ſperaſſe cōfeſſus eſt, purpuratum eſſe hunc Gabinium, cū exercitu ueniſse Catilinā, tum lamentationē matrumfamilias: tum fugam uirginium, atq; puerorū, ac uexationem uirginiū Veſtaliū perhorreſco. Et quia mihi uehementer hæc uīr miſera atque miſeranda, icc irco qui ea, perficere uoluerūt, me ſeuerū, uehementemq. præbeo. Etenim q̄ro, ſiquis paterfamilias liberis ſuis à ſeruo interfectis, atq; uxore occiſa, incenſa domo, ſuppliciū de ſeruis q̄ accerbisſimum ſumpſerit, utrum is clemēs, ac miſericos, an in humanus & crudelisſimus eſse uideatur? Mihi uero importunus, ac ferreus qui non dolorem cruciatu lenierit Sic nos in iis omnibus qui non coniuges, liberos noſtros trucidare uoluerūt qui ſingulas unuſcuinſque domus hoc uniuersū reip. domicilium delere conati ſunt: qui id egerunt, ut gentē Allobrogum in ueſtigiis huius urbis, atque in cinere deſlagrati imperii collocarent, ſi uehemētiſimi fuerimus, miſericordes habebimur, ſin remisſiores eſse uoluerimus, ſūmę nobis crudelitatis in patrię ciuiūq. pernicie fama ſubeunda eſt. Niſi uero cupiā L. Cæſar uir fortisſimus, & amantisſimus reip. crudelior nudiuſtertius eſt uiſus, cū ſororis ſuæ fœminæ lectisſimæ uirum pręſentem, & audientem uita priuandum eſse dixit, cum auum iuſsu conſ. interfectum, filiumq. eius impuberem legatum à patre miſsum, in carcere necādū eſse dixit. Quorum quid ſimile fuit factum? quod initiū delendæ reip. conſilium? largitionis nolūtas, tū in rep. uerſata eſt, & partium quædam contentio.

De meo ſenſu]. i. de animi meo ſententia. [Ita mihi ſalua rep. &c.) Iuſiurandi formola eſt, vt cum dicimus, Ita me deus bene amet, vt dico verū. [Mihi propoſui]. i. aīo meo. Syl.
[Purpuratum]. i. Cos, vel prætorem. Togis enim magiſtratuum prætexta purpura erat. [Quam acerbiſſimum ſanxerit loco] Loco verbi ſanxerit. legendum arbitror ſumpſerit.] Importunus]. i. crudelis. [Dolorem] Ex occiſis vxore & liberis & incenſa domo conceptum. [Cruciatu ſerui] Sororis ſuæ Iuliæ. [Virum]. i. maritum. Iulia. n. mortuo Antonio marito, filio M. Antonij oratoris, & patre M. Antonij triūuiri, nupſit P. Lentulo, vt ait Plut. in vita M. Antonij vbi ſcribit, hoc Lentuli ſuppliciū fontem & caput fuiſſe inimicitiam, quæ inter eum, & Ciceronem intercesſeront. Hic Cæſar antequā diceret ſententiam de Lentulo, excuſauit propinquitatem, vt & luctu ſororis moueretur, & ſaluti reip. prouideret auctor eſt Cic in viij. Philippica. [Cum auum iuſſu. Coſ.] Quē intelligat, mihi coniijcere nō licet, præter C. Gracchū qui fuit filius Corneliæ filiæ P. Cornelij Africani maioris. Ex Corneliorū familia Lentulum eſſe, nemo ignorat. Quamuis huius Lentuli auus non fuerit, aliqua tamē generis propinquitate cum eo coniunctum fuiſſe, nomen familię docet. Has aūt propinquitates vel affinitates nominibus propinquitatem interiorē ſignificantibus appellare ſolemus, vt patrueles Liuius & Cic. ſæpe appellant fratres patrueles. Q. Metellum maritum Clodiæ ſororis P. Clodij, Clodij, fratrem ſæpe appellat Cicero. Nec licet intelligi ipſum Lentuli auum, de quo paulò poſt dicit C. autem Gracchus iuſſu L. Opimij cos. interemptus eſt. Cuius auum, pro cum auum ſi legerent, improba lectio non eſſet. [Filiumq. eius impuberem] Si C. Gracchum intelligere liceat, hic Gracchi filiū intelligit eum quem paruum mater Licinia manu, tenebat, cum maritum Gracchum in Auentinum proficiſcētem, proſecuta eſt. Impubem & impuberem dici Priſc. lib. vj. ſcribens. hunc Ciceronis locum citat. ſed corrupte citari inuenio in codice etiam vetuſtiſſime ad hunc modum. Filiumq. eius impuberem legatum à patre miſſum. Impuberem tamen potius quam impubem dici putem in ſoluta oratione. [Necandum]. i. necare debuiſſe. [Quorum aui & filij] Quod ſimile factum eſt, atque eſt hoc Lentuli factum. [Largitionis voluntas] Omnes enim Gracchi leges erant populares, multæ autem largiebantur aliquid P. R. vt quam tulit de veſtimentis dandis militibus ſine ſtipendiorum diminutione, vt frumentaria, de annona pauperibus danda, de quibus fuſius Plutarchus. [Partium quædam contentio] Vt plebeiorum cum patricis & ſenatu, vt C. Gracchi & Fuluij Flacchi cū M. Liuio Druſo, de quibus apud Plutar.

CERNO animo, bene animo, quia per ſe cernere dicūtur qui exterioribus oculis vident. Cum vero propoſui regnantem Ascan.
Lentulum omnia trahit inuidia. Nam regni dominationis nomen inuidioſum admodum erat Romanis. Ex faſtis Sibyllinis. i. libris per Sibyllam ſcriptis de faſtis Romanorum. Confeſſus eſt quia interrogatus de ea re cum poſſet negare palā cōfeſſus eſt ſe ſeuiſſe regnum ſibi per faſtos Sibyllinos portendi vt viſum eſt prius. [Purpuratum]. i. purpuram, hoc eſt lato clauo. quæ veſtis ſenatoria eſt indutum. aut veſtem cōſularem potius intelligit. Cum exercitu. ſ. comparato per Manlium Feſulanum, vt Catilina ſit imperator ſumus. [Vexationes ,] hoc eſt ſubagitationes & oppreſſiones violentes. [Virginum Veſtalium]. i. Veſtæ quæ deæ caſtitatis erat conſectarum, ea lege vt ſi ſe polluī ſinerent viuæ in terram defoderentur. [Quam acerbiſſimum hoc eſt maxime acerbum] Vtrum is clemēs ac miſericors &c. In tali caſu duplex eſt habendus reſpectus, & ad interfectos & ad interfectores, reſpectu eorum qui interfecti ſunt clemens & miſericors fuerit ſi acriter interfectores punierit, reſpectu interficientium cōtra videtur. Sed quia plus interfectos quam interfectores reſpicere teneretur plus clemens quam ſeuerus fuerit cenſendus. [Importunus]. i. contra id quod oporteat fieri. [Ferreus, hoc eſt durus vt ferrum] Quia non lenierit. ſ. per ſupplicium ſumptum de ſeruo tali. Sic Æn. ij. animumq. expleſſe iuuabit, Trucidare hoc eſt truculenter occidere. Deflagrati hoc eſt igne abſumpti impij. Si remiſſiores &c. Ordo eſt. Si voluerimus eſſe remiſſiores, fama ſummæ crudelitatis eſt ſubeunda impietate hoc eſt propter impietatem, patriæ. i. in patriam, & pernicie, hoc eſt ꝓpter perniciem ciuium. [Nudius tertius]. i. nunc dies eſt tertius, hoc eſt nuper.

ATQVE illo tempore huius auus Lentulus clariſſimus uir armatus Gracchum eſt perſecutus. Ille graue tū uulnus accepit, nequid de ſummā dignitate reip. minueret. Hic ad euertēda fundamēta reip. Gal

los accerſiuit,ſeruitia cõcitauit,Catilinam euocauit, attribuit nos trucidandos Cethego,cęteros ciues interficiendos Gabinio,vrbem inflammandam Caſſio, totam Italiam uaſtandã diripiendamq́; Catilinæ. uereamini,cenſeo,ne in hoc ſcelere tam immani ac nefario nimis aliquid ſeuere ſtatuiſſe uideamini, cũ multo magis ſit uerendũ, ne remiſſione pœnę crudeles magis in patriam, quã ne ſeueritate animaduerſionis nimis uehementes in acerbiſſimos hoſtes fuiſſe uideamini. Sed quæ exaudio P.C. diſſimulare non poſſum: iactantur enim uoces, quæ perueniunt ad aures meas, eorum qui uereri uidentur,ut habeam ſatis præſidii ad ea,quæ uos ſtatueritis hodierno die tranſigenda Omnia prouiſa,parata, & conſtituta ſunt P C. cum mea ſumma cura atque diligentia, tum multo etiam maiore P R.ad ſummũ imperiũ retinendum, & ad communes fortunas conſeruandas uoluntate. oẽs adſunt omnium ordinum homines,deniq; omnium ętatum: plenum eſt forum, plena templa circa forum, pleni oẽs aditus huius templi ac loci. Cauſa enim eſt poſt urbe conditam hæc inuenta ſola, in qua omnes ſentirent unum,atque idem,præter eos,qui cum ſibi uiderent eſſe pereundum,cum omnibus potius, quam ſoli perire noluerunt,hoſce ego homines excipio,& ſecerno libenter. neque enim in improborum ciuium, ſed iam acerbiſſimorum hoſtium numero habendos puto Cęteri uero dii immortales,qua frequẽtia,quo ſtudio,qua uirtute ad communem dignitatem, ſalutemq; conſentiunt? Quid ego hic equites Romanos commemorem? qui uobis ita ſummam ordinis conſiliisq́; concedunt, ut uobiſcum de amore reip. certant. quos ex multorum annorum diſſenſione ad huius ordinis ſocietatem,concordiamq́; reuocatos hodiernus dies uobis cum,atque hæc cauſa coniungit: quam coniunctionem, ſi in conſulatu confirmatam meo, perpetuam in rep. tenuerimus, confirmo uobis nullum poſthac malum ciuile ac domeſticum ad ullam reip. partem eſſe uenturum. Pari ſtudio defendendæ reip. conueniſſe uideo tribunos ærarios fortiſſimos uiros,ſcribas item uniuerſos: quos cum caſu hic dies ad ærarium frequentes aduocauit,uideo ab expectatione huius ſortis ad communem ſalutem eſſe conuerſos: omnis ingenuorum adeſt multitudo etiã tenuiſſimorum Quis eſt enim,cui non hęc templa, aſpectus urbis. poſſeſſio libertatis, lux denique hæc uero dulce, atque iucundum?

SYL. ILLO tempore) C.Gracchi. [Graue tum uulnus accepit] Valerius Maximus libro quinto, titulo de Ingratis, hac de re ſcribit amplius. [Accepit vulnus] Vt pro P. Sextio: A quibus hic multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore,& contrucidato,ſe abiecit exanimatus. Item pro P. Sylla: Accepit P. Sylla,iudices,vehemens vulnus & mortiferum. [Ne quid,&c.] i. vt Gracchi conatibus obſiſteret. [Hic] P.Lẽtulus. [Attribuit] i. ſua coniuratis munera diſtribuendo, attribuit nos .ſ. me Cos. & vos Senatores. Hoc ex arte eſt, vt quod ab aduerſarijs noſtris nobis obijciatur,vel obijci poſſit, id in aduerſarios eijciamus, ſi fieri poteſt vel contrarium nobis conuenire oſtendamus. Miloni obiecerunt aduerſarij, quod Clodio inſidias fecerit, contra obijcit Cicero,quod Clodius Miloni inſidiatus ſit. Sex: Roſcius ab aduerſarijs occidiſſe patrem accuſatus eſt, id aduerſarios feciſſe Cicero contendit. Ab A. Cluentio corruptos eſſe iudices dicunt aduerſarij: ab Oppianico aduerſario eos corruptos Cicero docet. Mirantur nonnulli fortaſſe, quod Cicero qui defendere alios ſolitus ſit ad Verrem accuſandum deſcendat. Cicero magis id ſe facere docet, vt defendat Siculos à C. Verre vexatos, quam vt Verrem accuſet, Hic itidem obijci poſſit

Ciceroni ſuſpicio crudelitatis ſi morte multentur coniurati, probat Cicero,niſi morte multentur ſenatum crudelitatis in patriam ſuſpicione laboraturum. [Diſſimulare].i.tacere. Nam quę audimus,ſi tacemus,diſſimulare videmur. [Vereri habeam] .i. vereri ne habeam. [Tranſigenda] .i. efficienda,& vt vulgo loquuntur,in executione ponenda. [Plena templa circum forum] In curia habita hæc oratio eſt. Curiæ forum iudiciale proximũ erat. Circum forum multa fuerunt templa, in quibus in cauſa Milonis præſidia Cn. Pompeius diſtribuit. [Inuenta ſola] In plebis diſceſſionibus,in Syllanis ſeditionibus,& alias ſæpe ciuium diſſenſio erat. [Summa ordinis & conſilij concedunt].i. veſtrum ordinem & conſilium ſummum eſſe fatentur. Inde ampliſſimus ordo ſenatus eſt, ſed ampliſſimi ordines ſunt ſenatorius & equeſter. [Vobiſcum de amore reip. certent] .i. non concedant remp. à vobis magis quam à ſe diligi. [Huius ordinis] .i. ſenatus. Diſſenſio inter ſenatum & equeſtrem ordinem cœpit, aut certe aucta eſt l ge ſempronia. Cum enim ſenatores ſoli antea iudicarent,ideoq́; à plebe timerentur, C.Gracchus trecentos ex ordine equeſtri iudices adiecit, parem ſenatoribus numerũ conſtituens. Hæc lex potentiam ſenatus magna ex parte debilitauit auctor eſt Plut. in vita Gracchorũ. L. Sylla equeſtri ordini poteſtatem ademit,eamq́; totam ſenatui reſtituit. Poſtea L. Aurelius Cotta prætor ſenatui,equeſtri ordini, & Tribunis ærarijs iudicandi poteſtatem lata lege fecit. [Confirmo] .i. promitto & affirmo. Tribunos ærarios, Budæus in annotationibus in Pandectas eos eſſe dicit, quos receptores generales appellant. [Scribas item vniuerſos. [Scribarum ordo honeſtus erat] Nam hominum erat ſanctiſſimorum atque innocentiſſimorum,quorum fidei leges & tabulæ publicæ committebantur. vt eſt apud Ciceronem Actione in C. Verrem quinta. Magiſtratus ſcribas habebant, qui ſuas res in magiſtratu geſtas in tabulas fideliter referrent, vt Cn. Flauium Aedilis curulis ſcribam fuiſſe A. Gellius lib. vj. Ciceronem eadem actione quinta auctore Imperatores ſuperatis hoſtibus optime repub. geſta, ſcribas ſuos annulis aureis in concione ſæpe donarunt. Idem ibidem ſibi Quæſtori in Sicilia duos fuiſſe ſcribas dicit. Eius ordinis magna pars curabat ea quæ ad ærarium pertinerent. Ærarium curiæ & foro proximum erat. Id ſignificat Cicero pro Milone,cum appellat Pompeium ea voce,vt audire poſſit. Pompeius enim diſpoſitis præſidijs,ad ærarium ſedebat. M. Varro, vt ait Macrobius libro Saturnalium primo, ſcribit ædem Saturni ad forum faciendam locaſſe L. Tarquinium Regem In templo Saturni ærarium & publicas tabulas ſeruari,ex eoq́; tabularium appellatum, Plutarchus ſcribit in Problematis. [Huius ſortis].i. miniſterij ad ærarium præſtandi. Scribarum.n. vt arbitror,ſortitio fiebat, qui magiſtratus in prouincias ſequerentur, quiq́; in vrbe remanentes, quod ipſorum officium erat, curarent. [Ingenuus] Vt eſt in lib. Inſtitut. Inſtitut. 1. titulo de ingenuis, eſt is qui ſtatim, vt natus eſt,liber eſt, ſiue ex duobus ingenuis matrimonio editus eſt, ſiue ex libertinis duobus,ſiue ex altero libertino & altero ingenuo, ſiue ex matre libera natus,quamuis pater ſeruus tum fuerit. [Etiã tenuiſſimorũ,] Id eſt non ſolum locupletum, ſed etiam tenuiſſimorum.

DE ſumma, hoc eſt integritate reip.) Hic.ſ. Lentulus, in quẽ praecipue agit ꝙ prætor erat. Vereamini cenſeo. Id per ironiam dicit. Nam addit, Cum multo magis ſit verendũ &c. [Sed ea quę exaudio.i. expreſſe audio. Ex audire enim eſt expreſſe ſeu eminẽter audire, non id quod vulgo dicunt cum eorum quæ rogantur conceſſione, licet exorare ſit, quod oratur impetrare. Comicus, Vixq́; exoro. Et ruſſus, Sine te exorem. Diſſimulare.i. geſtus oſtẽdere me non exaudiſſe ſeu non intelligere. Vereri vt hãbeam. Notabunt pueri, idem eſſe vereor vt facias.& vereor, ne facis, ſed elegantius dici, vt facias, quandoquidem vereor, timeo metuo, in ſe quandam negationem includunt. Nec dices vereor ꝙ habeas, ſed vt &c. Senſus autem eſt, ſunt qui vereantur & timeant me habere ſatis præſidij.i. cuſtodiæ militaris, ſeu militum ipſorum. Prouiſa, parata, conſtituta. Bona auxeſis. Nam prouidemus rẽ parandam, paramus conſtituendam, conſtituimus paratã & prouiſam.i. confirmam ſtatuto quodam. Tum vero multo minore.ſ. cura reip. quia leuaui hac cura remp. aut deeſt ſumptu aut impedio ſeu detrimento. Voluntate.i. ſponte. Tum.i. ſuper, forum.ſ. rerũ venalium, eſt plenũ.ſ. militum dantiũ nomine ſua vltro contra Catilinam Poſt vrbem conditam. Mire extollit fortunam ſuam. Præter eos.ſ. coniuratos & per eos corruptos & in ſpem prædæ adductos. [Cũ omnibus] .ſ. ſuis non cum ſimpliciter omnibus. Excipio.ſ.è pręſidio parato, libenter, quia pernicioſi adeſſent. [Habendos.i. reputandos. Odijs immortales] Interclamatio admirationis & gaudij index, vt certent.i. uelint ha- ASCEN

beri

beri inſeriures aut tepidiores in amanda rep. Diſſenſione huius ordinis.i.ab hoc ordine ſenatorio. Hodiernus dies, q. d. fœlicitas huius diei, atque hęc cauſa, quia omnes iuſtum cenſent in parrieidas illos arma ſumere. Si in conſulatu confirmaiam meo. Vbiq; gloriæ ſuæ conſulit Cic. quam iactātiam cum Saluſt. ferre nequiret in eum inuectus eſt vt ſtatim videbimus in inuectiua eius; [Tribunos ærarios] A tribuendo ære dicto, auctore Feſto. Ærarium aūt Romanum.i. Theſaurus publicus erat in æde Saturn. Scribas, quos notarios vocant, quin etiam qui cancellarius dicitur magnus ſcriba eſt. Ad ærarium.i. ſtipendium ſumendum aut ærarium augendum in ſtipendia militum. Ingenuorum, in naturali libertate natorum. [Tenuiſſimorum] Pauperrimorum.

Operæprecium eſt P. C. libertinorum hominum ſtudia cognoſcere, qui ſua uirtute fortunam ciuitatis conſecuti, hanc uere ſuam patriam eſſe iudicant, quā quidam hinc nati, & ſummo nati loco, non patriam ſuam, ſed urbē hoſtiū eſſe iudicauerūt. Sed quid ego hos hōs ordinesq; cōmemorem? quos priuatæ fortunæ, quos cōmunis reſp quos denique libertas ea, quę dulciſsima eſt, ad ſalutem patrię defendendam e ci tauit? Seruus eſt, nemo, qui modo tolerabili cōditione ſit ſeruitutis, qui non audaciam * ciuium perhorreſcat, qui non obſtare cupiat, qui non tantum, quantum audet, & quatū pōt conferat ad cōmunē ſalutis uoluntatem. Quare ſi quem ueſtrum forte cōmouet hoc, quod auditu eſt, lenonem quendā Lentuli cōcurſare circum tabernas, precio ſperantem ſolicitari poſſe animos egentium, atque imperitorum: eſt id quidem cœptum, atque tentatum, ſed nulli ſunt inuenti tam aut fortuna miſeri, aut uoluntate perditi, qui nō ipſum illum ſellæ atq; operis, & quæſtus quotidiani locum; qui nō cubile, ac lectulum ſuum, qui denique nō curſum hunc ocioſum uitæ ſuæ ſaluum eſſe uelint, multo uero maxima pars eorum, qui in tabernis ſunt, immo uero (id enim potius eſt dicendum) genus hoc uniuerſum amantiſsimum eſt oci. Etenim omne eorum inſtrumentum, omnis opera ac quæſtus, frequentia ſuſtinetur, alitur ocio. Quorum ſi quæſtus occluſis tabernis minui ſolet, quid tandem incenſis futurum eſt? Quæ cum ita ſint P. C. vobis P. R. præſidia non deſunt. Vos ne reip. deeſſe uideamini, prouidere. Habetis cōſulem & plurimus periculis, & inſidiis, atque ex media morte, non ad uitam ſuam, ſed ad ſalutem ueſtram reſeruatum. omnes ordines ad cōſeruandam remp. mente, uoluntate, ſtudio, uirtute, uoce conſentiunt, obſeſſa facibus & telis impiæ coniurationis, uobis ſupplex manus tendit patria communis, uobis uitam omnium ciuium, uobis arcem & Capitolium, uobis aras, penates, uobis illum ignem Veſtæ perpetuum ac ſempiternum, uobis omnia templa deorum, atque delubra, uobis muros atque urbis tecta commendat. Præterea de ueſtra uita, de coniugum neſtrarum, ac liberorum anima, de fortunis omnium, de ſedibus, de focis ueſtris hodierno die iudicandum eſt. Habetis ducem memorem neſtri, oblitū ſui, quæ non ſemper facultas datur, ut ſui oblitus, alii memoretur. Habetis omnes ordines oēs homines, uniuerſam rem pub. (id quod in ciuili cauſa hodierno dic primū uidemus,) unum atque idem ſentientē. Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium, quāta uirtute ſtabilitam libertatem, quāta deorū benignitate auctas, exaggeratasq; fortunas nox una penè delerit. Id ne unquā poſthac non modo confici, ſed ne cogitari quidem poſsit, uobis hodierno die prouidendum eſt.

* ciuium perditorum perhor.

LIBERTINI) Vt in eodem Iuſtiniani libro ſcriptum eſt, titulo de Libertinis, ſunt qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. Libertinus & libertus auctore Valla lib 4. hoc diſtant, quòd libertus ad patronum refertur, per Libertinum vero ſignificamus hominis conditionem, vt ſit libertinus non ſeruus nec ingenuus, ſed qui aliqñ ſeruus libertate donatus eſt. [Qui fortuna ſua huius ciuitatis ius conſecuti] Ita legendum eſt. Vt libertas, ita ſeruitus fortuita eſt. Serui fortunæ bonitate libertatem adepti, ſimul cum libertate ciuitatem adipiſcuntur.i. ſiunt ciues Romani. Hanc vere ſuam patriam eſſe iudicant, quamuis hic nati non ſint. Nam vt lib. Inſtit. Iuſtin 1. ſcriptum eſt, ſerui aut naſcuntur, aut ſiunt. naſcuntur ex ancilis noſtris, ſiunt autem iure gentium.i. ex captiuitate, aut iure ciuili, cum homo liber maior xx. annis ad precium participandum ſe venundari paſſus eſt. De Libertinis ijs intelligitur hic locus, qui ſerui ex captiuitate fuerunt, qui proprie ſerui.i. ſeruati dicuntur, vt probi.i. probati. Imperatores enim captiuos vendere iubebant, ideoq; eos ſeruare, non occidere ſolebant. [Hinc nati].i. ciues Romani. Hinc nati dicit quemadmodum Terent. in Andria. Illam hinc ciuem eſſe aiunt. [Vrbem hoſtium] Eam enim veluti vrbem hoſtium ferro & igni vaſtare coniurauerunt. [Qui modo tolerabili conditione ſit ſeruitutis].i. cui ſeruitus acerba non ſit, qui acerbum & imperioſum atque inhumanum dominum non habeat. [Ciuium] Coniuratorum. [Lenonem Lentuli] Auctore Saluſtio, liberti & pauci ea clientibus Lentuli diuerſis itineribus opifices atq; ſeruitia in vicis ad eum eripiendum ſolicitabant, partim exquirebant duces multitudinum, qui precio remp. vexare ſoliti erant. Cethegus autem per nuncios familiam atque libertos ſuos electos & exercitatos orabat in audaciam, vt grege facto cum telis ad ſeſe irrumperent. [Circum tabernas] Tabernam ab officina diſtingui Valla ſcribit lib. 4. quòd officina ſit, vbi opera fiunt, taberna vbi opera ipſa, cetetæq; merces venditantur. Ceterum differentiam hanc negat eſſe perpetuam. Tabernas hic accipit Cicero pro officinis, in quibus operarij conducti opera faciunt. Hi autem operarij magna ex parte erant improbi & egentes, quos ad vim faciendam conducere, & concitare facile erat. Et vt ſeruitia pro ſeruis, ita operas pro operarijs ad facinus faciendum conductis ſæpe dicit Cicero, pro P. Seſtio, Conſtitutum illo anno eſt, quantum in illis duabus huius imperij peſtibus fuit, iure poſſe per operas concitatas quemuis ciuem nominatim Tribuni plebis conſilio ex ciuitate perturbari. Idem pro eodem, Eoſque operarum ſuarum gladijs & lapidibus obiecerit. [Fortuna miſeri].i. egentes. [Locum ſellæ] Vbi ſederent in opere faciendo operarij, qui inde ſellularij, & ars ſellularia appellatur, quam ſedentariam appellat Ariſtotelis interpres in libro Moralium magnorum ſecundo. [Cubile ac lectulum] Hæc diſtinguere videtur Cic. vt lectulus interior ſit & charior quam cubile. Virgil. in lib Georg. 1. cubilia talpæ, & eorum cubilia dicit, vt ne putes hominum tantum dici cubilia. Lectulum dicit vt in prima oratione in Catilinam, Paulò ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. Et pro L. Muræna, Strauit pelliculis hœdinis lectulos punicanos. [Hunc curſum vitę].i. hanc vitam breuem. [Ocioſum].i. ſedatum, tranquillum, pacatum [Genus hoc vniuerſum] Multos eſſe operarios ſignificat qui in vijs, non in tabernis quæſtum faciant. [Amiciſſimū eſt ocio] Alij codices habent, amantiſſimum eſt ocij. Ocium autem pro pace, & tranquillitate ſæpe dicit Cicero. [Omne eorum inſtrumentum] Quo vtuntur operando. [Occluſis tabernis] In luctu publico atque in ciuili ſeditione tabernæ occludi ſolent. [Patria communis] Rei inanimæ ſenſum tribuit, ut in proſopopœia fieri ſolet. [Anima de fortunis omnium, de ſedibus, de focis veſtris].i. vita, vt amittere animā.i. vitam ſæpius dicit Saluſt. [Alij memoretur] Mirum ſi hic locus emendatus eſt. Memorari enim pro meminiſſe dici non putem. Hæc duo verba quid diſtent, ex illo Virgilij verſu libro Æneid. 7. intelligi licet, Et meminiſtis enim duæ, & memorare poteſtis. Quocirca meminerit, quam memoretur legi rectius putem. Alij autem genitiuus antiquus eſt. Hæc enim adiectiua nomina in ius genitiuum habentia, apud antiquos, vt reliqua adiectiua declinationis ſecundæ inflectebantur. Id Ciceronem alio loco feciſſe ne ignores, illā verba ſunt apud Priſc lib. 6. ex Ciceronis oratione pro Tullio, quæ non extat, Hoc iudicium ſic expectatur, vt non vnæ rei ſtatus, ſed omnibus conſtitui putetur. [Nox vna] i. vel Saturnalium, qua cædes facienda erat, vel nox, qua intereeptæ ſunt coniuratorum literæ,

LIBERTINORVM] Libertate donatorum. [Seruus eſt nemo, Infimę cōditionis hoīes poſtremos cōmemorat. Tolerabili

condi

condiſtione ſeruitutis.i. qui non ſeruit dño alicui immani & crudeli. Audaciam ciuium.i.paratorũ & frementum in Catilinam. Perhorreſcat.i. cum horrore quodam inſpiciat, nam horremus etiam uenerationis gratia, vt Æneid. t. Hortentiq; atrum nemus imminet vmbra. Qui non extare cupiat.i.abundare & permanere audaciam ciuium. Extat enim quod cęteris. cadentibus permanet quaſi extra numerum cadentium ſtans, vnde quæ non interierunt extare dicimus, vt tres decadas Liuij cum reliquæ non extent. qui non conferat tñ voluntatis.i. aſſenſus apparentis ex voce aut applauſu non tantum quantum audet, quia non minus audet ſeruus quàm liber, ſed quantum poteſt.i. quantum illi permiſſum eſt, ſeruus enim nomen dare non poteſt nec militare. vnde in ſumma penuriam militum ad pilea vocati legũtur ſerui. Leonem Lentuli.i.efferum & immaneum clientem aut ſeruum Lentuli. Egentium, quia egeſtas multos ad nefas impellit, & imperitorum.i.neſcientium quantum mali & periculi ſit patriæ bellum inferre, aut iudicio patrum obuiare. Eſt cœptum & tentatum, ſed nulli inuenti iam miſeri fortuna, quod propter egenos dicit, aut perditi uoluntate, quod propter imperitos. nam extremam malitia eſſet eorum, qui grauitatem mali ſcirent, & tamen uellent. Circum tabernas.i. humiles domos, vbi negociatores minores res ſuas venales habent in ſtationibus ex tabulis. Illum locum ſellę.i. vbi aſſidue ſedet, atque operis.i. vbi operatur vt in officina qui non uelit eſſe ſaluum. Hoc eſt cum intelligant omnes Quirites, coniuratos conſtituiſſe vrbi incendium, deteſtãtur eos per quos domicilium ſuum quantulumcunque ſit amiſſuri erant. Ocio.i. pace & concordia ciuium, nihil enim vendũt bello durante earum rerum quibus carere poſſumus, ocioſis tabernis φ nihil venale proponere audent. Habetis conſulem, honeſtius quàm ſi dicat habetis me. patria cõmunis tendit uobis.i.ad uos pro auxilio habendo. Omnia eorum, legendum eſt deorum, quia etiam quorum non meminit. Sæpe autem commemorat ob quorum ſalutem iuſtum ſoleat bellum aſſumi.

Atque hæc non ut uos, qui mihi ſtudio penè præcurritis excitarem, locutus ſum, ſed ut mea uox, quæ debet eſſe in rep. princeps, officio functa conſulari uideretur. Nunc antequam ad ſentẽtiam redeo, de me pauca dicam. Ego quanta manus eſt coniuratorum, quam uidetis eſſe ꝑ magnã, tantã me inimicorũ multitudinem ſuſcepiſſe uideo, ſed eam eſſe iudico turpẽ & infirmã, contemptã, & abiectam. quòd ſi aliquando alicuius furore, & ſcelere cõcitata manus iſta plus ualuerit, quàm ueſtra ac reip. dignitas, me tamẽ meorum factorum atque conſiliorum P.C. nunquam pœnitebit. Etenim mors, q̃ illi mihi fortaſſe minitantur, oĩbus eſt parata. Vitæ tantam laudẽ, quanta uos me ueſtris decretis honeſtaſtis, nemo eſt aſſecutus. Cæteris enim ſemper bene geſtis, mihi uni cõſeruatæ reip. gratulationẽ decreuiſtis. Sit Scipio clarus ille, cuius cõſilio, atque uirtute Annibal in Africã redire, atque ex Italia decedere coactus eſt, ornetur alter eximia laude Africanus, qui duas urbes huic imperio infeſtiſſimas Carthaginem, Numãtiamq; deleuit, habeatur uir egregius L. Paulus ille, cuius currũ rex potentiſſimus quõdã & nobiliſſimus Perſes honeſtauit, ſit eterna gloria Marius. qui bis Italiam obſidione, & metu ſeruitutis liberauit. anteponatur omnibus Põpeius, cuius res geſtæ atque uirtutes iiſdem quibus ſolis curſus regionibus ac terminis continentur.

SYL. PRAECVRRITES mihi) .i. præueniris me ſtudio reipub. ſ. [Officio functa conſulati uideretur].i. vt ego, qui ſum conſul, quæ mea ſic ſententia dicerem. [Redeo] Hoc verbo præſenti oſtendit hanc excurſionem, qua iam vſurus eſt, fore breuẽ, qualem eſſe debere, Quintil. lib. 4. pręcipit, cum in media narratione, aut quæſtione eſt. de ſententia Idem ſentiendum eſt. Ea ratione verbi præſentis operis celeritas oſtendi ſolet. Terent. in Eun. Hos prius introducam, & quæ volo ſimul imperabo, poſtea continuo exeo. [Mors omnibus eſt parata].i. fato conſtituta omnibus. Seruius enarrans illud ex lib. Æn. 10, Stat ſua cuiq; dies, Stoici, inquit, dicunt fatorum ſtatuta ſeruari. ideoq; ſubiungit Virg. Sua Turnum Fata vocant, metasq: dati peruenit ad æqui. [Cuius conſilio Annibal, &c.] P. Scipio Cos. anno ſecundi belli Punici xv. exercitum traducit in Africam. multis victorijs Carthaginenſes debilitati, Annibalem ad defendendam patriam reuocare coacti ſunt. In Africa victo Annibale fœdus ictũ eſt Carthago Romanis facta eſt tributaria. In Africam redire, atque ex Italia decedere coactus eſt. Similem narrandi rationem Quint. non probat lib. 4. Quædam, inquit, etiam turpiter conuertuntur, ut ſi peperiſſe narres, deinde cõcepiſſe, apertum teſtamentũ, deinde reſignatum. [Ornetur eximia laude] Alij codices habent, Ornetur alter eximia laude, idq; melius. Quamuis ille exemplorum dicendorum ordo ſit, ut antiquiſſimum quidq; ſit, ita primũ locandum ſit. Hic tamen deletas Carthaginem & Numantiam prius dicit, quam Perſen captum, qui captus eſt à Scipionis patre ante has urbes deletas. Sed hoc fecit Cicero, ut Africanum utrumq; ſimul tractaret. [Cuius currum] In triumpho, ſ. uicti.n. hoſtium duces ante currum triumphantis duci ſolebant, ut pulcherrimum ſpectaculum fructumq; uictoriæ P.R. percipere poſſit. Tamen cum de foro in Capitolium currum flectere incipiebat, qui triumphabat, uictos in carcerem duci iubebat, ut ait Cic. actione in Verrem 7. [Bis Italiam] C. Marius Teutones & Ambrones duobus prœlijs circa aquas Seſtias deleuit, in quibus cæſa traduntur eorum ducenta millia, & capta nonaginta. Ob hãc uictoriam triumphus ei oblatus eſt, quem quoad Cimbros uiciſſet diſtulit, à quibus ante victi fuerunt, primum Papirius Carbo Cos. deinde M. Iunius Syllanus Cos. tertio A. Scaurus conſulis legatus, quarto C. Manlius & Q. Seruilius Cæpio proconſules, poſtremo Q. Catulus proconſul qui fauces Alpium obſederat, vt ipſis aditum in Italiam intercluderet. Hos C. Marius quintum Cos. iuncto exercitu cum Catulo vicit 140. millia occidit 60. millia cepit auctor eſt T. Liuius libris 63. 65 67. 68. Marium diuinum virum ad ſalutem Imperij natum, Cicero dicit pro P. Seſtio, & pro C. Rabirio patrem patrię, parentem libertatis ac reip. vere appellare poſſe confirmat. [Anteponatur omnibus Pompeius] Is enim rerum geſtarum magnitudine ſuperiores omnes ſuperauit.

ASCEN. ATQVE hæc) Affert honeſtam rationem cur ita loquatur, non enim quo currentes inſtiget, ſed vt officio ſuo fungatur, cum ſit conſul, & ita primus in conſilio, vnde non arrogantet dicit, ſed vt mea vox quæ debet eſſe in repub. princeps. Id enim non dicit propter eloquentiam aut priuatam aliquam virtutem ſed propter conſulatum. [Quanta manus].i. quantus exercitus aut globus. Alicuius furore.i. inſcens audacia. [Et enim mors] Oſtendit ſe mortem contemnere dummodo iniuſte inferatur. [Honeſtatis].i. decoratis, eſt enim verbum ab honeſto, non nõmen ab honeſtas. [Bene geſtæ].i. bene gubernatæ reip. [Africã redire].ſ. ad protegendos ſuos. [Alter].i. poſterior ſeu minor Scipio Africanus qui Carthaginem deleuit, quam prior ſeu maior tributariam fecerat. Carthaginem in Africa, & Numantiam in Hiſpania. Lucius Paulus.ſ. Æmilius dictus, Macedoniam. Currum.ſ. triumphalem, quia Perſen regem captum, licet ob cauſam eius fleuerat in triumpho ſuo duxit ante currum auratum, quo in capitolium vehebatur. Mario, compatriotæ ſui non obliuiſcitur. Et reuera tertius ſeruator vrbis dictus eſt cum tempore Cimbrici belli actum fuiſſet de imperio, niſi Marius illi ſæculo contigiſſet. Triumphauit autem de Iugurtha & de Cimbris. ſed hic de Iugurtha non loquitur, non enim Italiam obſederat, verum de Teutonis, & Ambronibus, quorum triumphum diſtulit vſque ad deuictos Cimbros. & cum geminus triumphus ipſi decretus eſſet, altero contentus erat. Pompeius.ſ. Magnus, cuius ſæpe honorificam facit mentionem, ſed cum hoc tempore iunior fuerit Cæſar, & ita poſt alios rogatus ſententiam, vt in Catilinario teſtatur Saluſt. dubitare poſſemus quomodo eius præclara iam tum fuerit fama, qui Iuliam Cæſaris filiam poſtmodũ duxerit vxorem. Verum antea multa præclara geſſerat, vt Florus late atteſtatus.

Erit ꝓfecto inter horũ laudes aliquid loci noſtræ gloriæ, niſi forte maius eſt patefacere nobis prouincias, quo exire poſſimus, q̃ curare, ut etiã illi, qui abſunt, habeant quo uictores reuertantur. Quanquã in eſt in vno loco cõditio melior externę uictoriæ, quã domeſticæ, φ hoſtes alienigenæ aut oppreſſi ſeruiũt, aut recepti beneficio ſe obligatos putãt. Qui autẽ ex

numero

numero ciuium demẽtia aliqua deprauati hoſtes patriæ ſemel eſſe cœperunt, eos cum à pernicie reip. repuleris, neque ui coercere, neque beneficio placare poſsis. Quare mihi cum perditis ciuibus æternũ bellum ſusceptũ eſſe uideo, qđ ego ueſtro, bonorumq́; omnium auxilio, memoriaq́; tantorum periculorum quę nõ modo in hoc pupulo, qui ſeruatus eſt, ſed etiã in omnium gentium ſermonibus, ac mẽtibus ſemper hærebit, à me atque à meis facile propulſari poſſe cõfido. Neque ulla profecto tanta uis reperietur, quæ coniunctionem ueſtrã, equitumque Rom. & tantam conſpirationem bonorum omnium perfringere, & labefactare poſsit. Quæ cum ita ſint P.C. pro imperio, pro exercitu, pro prouincia, quam neglexi, pro triumpho, cæteriſque laudis inſignibus, quæ ſunt à me propter hanc urbem ueſtram, ueſtræq; ſalutis cuſtodiam repudiata, pro clientelis, hoſpitiisq; prouincialibus, quæ tamen urbanis opibus non minore labore tueor quàm * paro. Pro his igitur omnibus rebus, & pro meis in uos ſingularibus ſtudiis, proque hac, quã conſpicitis ad conſeruandam remp. diligentia, nihil à nobis, niſi huius temporis, totiusq; mei Conſulatus memoriam poſtulo. Quæ dum erit ueſtris mentibus infixa, firmiſsimo me muro ſeptũ eſſe arbitrabor. Quod ſi meam ſpem uis improborum fefellerit, atque ſuperauit, comendo uobis paruum meum filium, cui profecto ſatis erit præſidũ non ſolum ad ſalutem, uerum etiam ad dignitatem, ſi eius, qui hæc omnia ſuo ſolus periculo cõſeruauerit, illum eſſe filium memineritis. Qua propter de ſumma ſalute ueſtra, Pop. Q. Rom. P.C. de neſtris coniugibus, ac liberis, de aris, ac focis, de fanis, ac templis de totius urbis tectis, ac ſedibus, de imperio, de libertate, de ſalute Italiæ, deque uniuerſa rep. decernite diligẽter ut inſtituiſtis, ac fortiter. Habetis enim conſulem, qui & parere ueſtris decretis non dubitet, & ea quæ ſtatueritis, quoad uiuet, defendere, & per ſeipſum præſtare poſsit.

*cõparo.

STE. PATEFACERE nobis prouincias,) Id eſt ſubiugare, in easq́; nobis aditum dare. [Habeant quo victores reuertantur] Cn. Pompeius tum in Aſia cum Mithridate bellum gerebat, cum arderet hæc coniuratio. Quod Ciceroni rediens dixit, ab hac re alienum non eſt, Id autem apud Cicer. eſt lib. de offic. 1. Mihi quidem certe, inquit, vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius multis audientibus hoc tribuit, vt diceret fruſtra ſe triumphum tertium deportaturum fuiſſe, niſi meo in remp. beneficio vbi triumpharet eſſet habiturus. Alienigenas, dicit quos exteros appellare ſolet. [Recepti] Facta deditione. Conſpiratio in bonam partem dicitur ſæpius à Cicer. vt in oratione pro Domo ſua, Hanc noſtram coniunctionem, hanc conſpirationem in rep. bene gerenda, hanc iucundiſſimam vitæ atque officiorum omnium ſocietatem, certi homines factis ſermonibus & falſis ſermonibus diremerunt. Idem in lib. de Offic. 2. Magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominum atque conſenſu In malam quoque partem pro hac coniuratione dicit idẽ in oratione ad Quirites antequam iret in exilium. Quoniam, inquit, animaduertiſtis illam conſpirationem conflatam ita eſſe reſtinctam, vt nulla ſcintilla compareat incendij, vos quoque tribunitiam ſedate temeritatem. Amoris conſpirationem, idem dicit in lib. de finib. 1. Epicurus, inquit, vna in domo, & ea quidem anguſta, quàm magnos, quantaq́; amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges? [Pro imperio] Conſulatus gloriæ cauſa petebatur. Conſulibus enim decernebantur prouinciæ, dabantur exercitus. Ijs te bene geſta triumphi decernebantur. Triumpho autem nihil in vita poſſe glorioſius contingere arbitrabantur. Ideo honorum populi Romani finem eſſe conſulatum, Cicero dicit in oratione pro Cn. Planco, pro imperio conſulari pro exercitu, qui Ciceroni datus fuiſſet ſi prouinciam ſortitus fuiſſet, quam neglexi præ ſtudio reipub. [Prouincialibus,] Id eſt quæ mihi in prouincia paraſſem. [Paruum meum filium] M. Ciceronem, cui poſtea ſcripſit libros de offic. [Quapropter de ſumma]Hæc Ciceronis ſententia eſt, ad quam rediturum ſe promiſit, cum egrederetur. In deliberatiua autem oratione ſententia pro concluſione poni ſolet. [Fortiter] .i. ſine vllo metu. [Parere veſtris decretis non dubitet] Si cenſeatis coniuratos morte multandos, in quam ſententiam ſenatus quantum poteſt inclinat.

ASCAN. HOSTES alienigenæ deuicti ſeruari poſſunt, ciues qui ſe hoſtes fecere non poſſunt. Meis .i. cauſæ meæ quæ iuſta eſt fauentibus. [Neque vlla profecto tanta vis) .i. potentiam. Conſpirationem .i. conſenſum, vnde conſpiratio etiam in bonam partem accipitur. [Pro prouincia quàm neglexi] Conceſſit enim eam Antonio quo animum eius à coniuratis auerteret, unde Saluſt. in Catilinario de Cicerone dicit, quòd collegam ſuum Antonium pactione prouinciæ propulerat ne contra remp. diſſentiret. Hoc eſt ex pacto conceſſerat Antonio prouinciam, vnde ille emolumentum ac lucrum grande conſequeretur. Pro triumpho, quia eidem Antonio belli gerendi curam dedi manens ad vrbis cuſtodiam, cum ſi in bellum contra Catilinam proficiſci voluiſſet, non dubitet ſe conſecuturum triumphum. Clientelis prouincialibus quas habent conſules poſt conſulatum in prouincia geſtum, pro hoſpitio, id eſt iure hoſpitalitatis. Nam qui ſemel conſul ad prouinciam miſſus erat, in ea apud primos perpetuum habebat hoſpitium, tueor .i. defendo, q̃ comparo .i. acquiro. Memoriam .ſ. honorificam ſeu honorabilem vt perpetua ſit conſulatus ab eo tam ſancte & tam vtiliter geſti perpetua memoria. [Muro] .i. munimento ſeu præſidio. Paruum filium .ſ. M. Ciceronem ad quẽ officia poſtmodum ſcripſit, ad ſalutem .ſ. vt ſaluus ſit, et etiam ad dignitatem vt honore dignus cenſeatur. Veſtra populique Romani vbique diuerſos caſus copulat, nam populi hic genitiuus eſt caſus recti à ſalute. Habetis conſulem, de ſeipſo id dicit, & honeſtius quàm ſi me dicat.



INCIPIT IN EUNDEM CATILINAM INVECTIVA, non quidem ordine, quia iam adhuc in ciuitate erat.

NON eſt amplius tempus ocii. P C Non eſt amplius locus poteſtatũ. In Italia peſtis Italiæ, in ciuitate, ciuitatis incẽdium alitur. Creſcit indies, ac uires maximas ſuſcipit. Et niſi propere ſit extinctum, nõ modo urbem, ſed orbem totum peſſundabit Catilina P. C. Catilina hic eſt, qui Deo, hominibusq; infeſtus ire perditum patriam, & ciues nititur. Qui ut ſibi libidinẽ animæ expleat, iuſtitiæ, & pietatis immemor factus eſt. Qui ad honorem iure ſibi per uos negatum uiam parare cupit, morte bonorum, urbis incendio, reip. detrimento. Nam poſtquam omnes ſuos, & famam uiuendo pernicioſe perdidit, qualiter nos, & remp. pdere poſſit, aggreſſus eſt. Homines enim nefarios, periuros, ſacrilegos, omnes denique conſimiles, quos in urbe, uel in Italia nouerat, ſeruos etiam, familias filios nouarum rerum cupidos, domum ſuam frequẽtate rogauit. Exulibus patriam, ſeruis libertatem, pauperibus opes, priuatis honores, ſingulis gloriam, omnibus omnia dare pollicitus eſt. Poſtremo dando, et pollicendo ſic eos inter ſe effecerat, ut filii familias parentum ſingulos, ſerui dominorum necem, domorum incendia minarentur. Sed quoniam ſibi erat detrimento rei familiaris inopia. (Proh nefas) necauit, ut nouæ coniugis potiretur opibus, quæ ſibi eo uiuẽte coniungi timuerat. Hæc patres conſcripti quanquam rumoribus uulgi agitentur, per me tamen in ueſtram præſentiam non ueniſſet, niſi ab ieſdem conſciis ſcelerum cognita paruiſſent. Quod in pub. uenire, et hæc eadem uobis præſentibus conſiteri, pudor magis quàm timor arguit. Nam ueſtri conſulis prouidentia, immo ueſtro decreto, impunitas conceſſa eſt omnibus, qui conſilia præfecerint. Vigilat noctes, et dies, cibum non niſi fame coactus appetit, iugulis noſtris intentus. De quibus oculorum ipſius fœditas, et maculata facies, dubitare nos non patitur. Accinctus gladio domos familiares noctes circuit, alloquitur ſingulos, hortatur multis rationibus. Poſtulat, ut ſeſe miniſtro, uel duce potius ad libertatem, honores, et diuitias eos tranſire non pigeat. Oſtendis ad hæc gerenda tempus idoneum, ſuos fortes magnanimos. Nos ignauos, ſomno, et uẽtri deditos, et nobis cum diuitiis animum, et ætatem conſeneſcere, quaſi patriã, et remp. armis inuadere eſſet fortaſſe timori, nullus timidus. Hic laudat Marium, Syllamque cruẽtos phœnices, fœlices iudicat quiquſcum magnanimis ſua cõſilia communicare ſors attulit. Sed profecto P. C. ſi nos iudicat ignauos, et negligentes Catilina, non fallitur, cum ſit experientia. Si enim noſtram non ueniſſet in curiam, ſi reip intenti eſſemus et patriæ, de patria proditor iſ expulſus eſſet. Hoc enim (ut mihi uidetur) ratio poſtulat. Nam ſi Catilina patriam diligit, cur ei incendia parat? Si non diligit, cur in ea ulterius moràtur? cur laborat? Machinatur indies (ſicuti iam dictum eſt) ut iubeat, Roma ſuomet pereat gladio, quod longe poſitus nequaquam poſſet efficere. Nulla enim peſtis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus. Adeo in curia ſit frequens, in curia noſtri cõſilii particeps, ut notet, et deſignet quenquã noſtrum ad necem, et reip. cognoſcat interitus. Scit quorum ſanguis ſibi daret imperium, et ruina quorũ ſibi daret * aſcenſum. His maxime parat inſidias. Hos in die, hos in nocte proſequitur. Videte P. C uidete huius hominis ſummam audaciam, et in noſtrum cõſpectum uenire non timet, de quorum interitu ſemp cogitat. Nobiſcum loqui non timet, meam accuſationem (quàm ſua conſcientia probat) non timet. Igitur ab omnibus timendus eſt, nolite mirari ſi callidus diſſimulator reſpondendi locum poſtulat. Cõfidit enim in eloquentia ſua, quæ maximam partem ciuium detraxit in cladem. Qui igitur ſceleratorum hominum tot copias comparauit, qui mendacia ueritate, et mẽdacio ueritatem colorat, audietis eũ? Taceatis (Proh dolor,) in qua urbe nos uiuimus? Quibus tutioribus reſp. noſtra defenditur? O Camilli, o Fabii, uos utinã eſſetis. Audire uel letis illum, qui expirantis filii preces audire noluit? Qui filios in parentes, ſeruos in dominos, in remp. Italiæ Latrones armauit? Quid agis Catilina? quid cogitas? Cur furorem tuum, et audaciam tentas? Cur ille tuus exercitus (qui intra mœnia clauſus eſt) in Capitolium nõ erumpit? Nullus huius ordinis ignorat conſilia tua, et adhuc in patria remanes, immo in ſenatu placandi locus eſt tibi relictus? Scire poteſt ꝓ non multum eis tua facta diſplicent. Cogitate P. C quid res, quid tempus poſtulat. Audàcia Catilinæ timorem omni reip. incutit, Patriæ legibus minatur interitum. Viri, mulieres, ſenes, iuuenes, poſtremo omnis ætas terrore concuſſa eſt. Omnes credunt hodie ueſtra ſententia liberari. Omnibus igitur ſatisfacietis P. C ſi de ciuitate Catilinam, immo terrorem omnium, expuleritis.

IN INVECTIVAM QVINTAM M. T. CICEronis Iodoci Badij Aſcenſij Commentaria.

NON eſt amplius tempus ocij &c.] Hæc inuectiuã quinta ponitur, habita tamen eſt ante primo, aut ſecundo loco, quia Catilina adhuc in ciuitate exiſtente. In Italia, quia in ciuitate, ſed ab eius interitu manaret, totius Italiæ excidium. Creſcit indies, ut Valla præcipit, in dies iungitur uerbo aut comparatiuo incrementum commoranti. Ire perditum, nõ dicit perdere, quia futurũ minabatur, nõ iã perdebat, immemor. i. neglector, qđ mitius dicit, quã ſi dixiſſet contemptor ut erat. Ad honorem. i. magiſtratum conſulatem qui ſingularem honorem

Saluſt. P conſuls

conſuli & domi eius afferebat. Aggreſſus ſ.ut rem diffi cilem & terribilem. Homines eum neſarios, Docet quo ſecus collegerit Catilina eſſe neſarios & ſacrilegos, quod duplici d cauſa facit ut & minus timendos ſignificet, & iuſtius in eos ſæuiendum. Etiam familias filios. Non eſt ergo uox una filiusfamilias ſed locutio. nam familias more græco genitiuus eſt, ut hermenias, ideſt interpretationis cum dicitur perihermenias. Exulibus patriam; Graphice dicit ea unicuique promiſſa quibus potiſſimũ indigeret. [Omnibus omnia] .ſ.quæ uellent aut poſſent obtinere, inter ſe efficerat, aut legendum eſt affecerat.i.affectione commouerat, aut effecerat.i.inſtruxerat & exhibuerat ac reddiderat affectos, inter ſe.i.mutuo aſcenſu. [Parentum] .ſ.patrum, iugulos.i.guttura, aut eas gutturis partes quibus ferro pentis aut inciſis uita adimitur, unde iugulare uerbum quo utit Flac.in epiſt. Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones. Minarentur, animo non uoce, ſed ideo minarentur dicit, quia nondum effecerant. Sed quoniam ordo eſt. Sed Catilina pro nefas, ſ.deteſtandum, necauit filium.ſ. ex priore coniuge; inopia i propter inopiam rei familiaris quoniam filius erat ſibi.ſ. Catilinæ detrimento.ſ.ad ſecundas nuptias quas cum Oreſtilla contraxit ut uiſum eſt in Saluſtij Catilinario, quæ.ſ.noua coniunx Oreſtilla timnegat coniungi ſibi.ſ. Catilina, eo.ſ.filio uiuente Quanquam agitentur, credo legendum agitantur. Nam quanquam auctore Valla indicatiuum poſtulat. Per me, quaſi dicat nolim eſſe occulti criminis delator & ita ex candore animi ſui ſibi beneuolẽtiam conciliat & fidem. Pudor magis quam timor, quia data fide publica nihil timendum erat. Veſtri conſulis non dicit ueſtri Ciceronis, quia id publica auctoritate non propria fecerat. vnde addit, immo veſtro decreto. Cibum non niſi fame coactus, quaſi dicat tam intentus eſt cædi noſtræ, ut cibum capere negligat [Nos ignaros] .ſ.rei militaris, aut ignauos. Phœnices, Punicos uerſipelles & ad arma paratos. Cum ſi aut cum ſciat experientia. Si eſt ſit, experientia nominatiuus eſt caſus, ſi ſciat ablatiuus. Nulla enim peſtis &c. Tritum eſt hoc prouerbium, etiam ab alijs aſſumptum. [In curia] ideſt in ſenatu Scit quorum. Per hoc terret patricios, monetq́; ſibi proſpiciant. [Hos] Et alios in die. [In noſtrum conſpectum] De quorum. Si noſtrum eſt primitiuum nulla eſt difficultas in conſtructione, ſin poſſeſſiuum, ſit relatio ad ipſum ut ad primitiuum. [Reſpondendi locum] Vnde ſecunda reſponſiua huic reſpondere uidetur, aut hæc prima eſt omnium inuectiuarum. Certam autem eſt ante alias quaſdam habitam, nam dum hęc haberẽtur adhuc erat in urbe. [In eloquentia] Siue tamen ſapientia, quę perniciosa admodum eſt, ut in principio rhetoricorum ueterum manifeſte aſſerit. [Audietis,] Quaſi dicat audire non debetis. [Tacetis,] Quaſi dicat uideo quòd audire uultis. O Camilli. uirorum fortium & qui in facinoroſos animaduerterunt meminit. [Expirantis filij,] Quem occidit Catilina ut Oreſtillæ nuptijs locum faceret. Cur temperat.i. diſſimulas. Nam multum diſplicet, tacite eos in ſui patriæq́; perniciem conſentire arguit. Omnibus reip.ſ.adminiſtratoribus, omnes credunt ſubaudi te Catilinam, immo terrorẽ, quaſi dicat qui non ſolũ terribilis ſed terror ipſe cenſendus ex.

L. CATILINAE IN M. TVLLIVM

Inuectiua prior reſponſiua: quę ex tempore uidetur ab eo habita.

SI ſubtiliter à circunſtantibus quæ ſit præſentis auctoris controuerſia requirat, inueniret à propè intuentib ille inter nos qui vulpis fuit, cũ agno coram leone conflictus. Cũ illo nanq; mihi res agitur, qui magis in doloſis, fraudulentis, uerſutisq; rebus q̃ in comitate confidit. Cum illo mihi res agitur, qui oẽs rõnes, ſpesq; ſuas in eloquentiæ ſuæ torrẽte coniecit. Cum illo, qui aliud corde diſſimulare, aliud ore ſimulare cõſueuit. Cũ illo, qui corde ſubdolo, ore trilingui, uultu hiſpido, barba cœnoſa, inceſſu graui familiari mendacio propoſuit, inſtituit & iurauit: qui candida denigrat, & nigra loquendo dealbat. Qui aliorum famam depeculans, urbes quoque mendacio peſſundare conſueuit. Quapropter mihi timendum, uobis ſummopere cauendum eſt: nc hodie plus ualeat polita, & erudita calliditas, quã nuda, & uulgaris ſimplicitas. Ne ſibi plus proſit eloquentiæ cauillantis aſtutia, quã mihi obſit infantis linguæ inepcia. Si quo igitur in loco pro dicendi inopia mea uacillabit oratio, nõ illius phalerata uerborum agmina, & canoram feſtiuitatẽ atque concinitatis ſplendentiã: ſed pondus ſnĩæ ac ipſum ſagaci indagatione perſcrutari, & æquali lance trutinare debetis: ꝙ ſi uos quoque ſnĩam aduerſarii fuco mẽdacij coloratam, linceis (ut ſoletis) oculis inſpexeritis, inuenietis ſub columbina ſpecie teterrimã caudam latitare ſcorpionis, & eo pacto eũ inhoneſtũ, & inutilem fatebimini. Illum nanq; de ciuitate cenſet extorrem fieri, cuius maiores eam fundauere, conſtruxere, & ab hoſtibus protexere, ac poſtremo ad tm̃ culmen honoris promouere, ut imperii magnitudinẽ ſolis ortu, et occaſu metiremur. Illum de ciuitate pcipitem iubet dari, qui niſi liuoris, et detractionis ei obſtaret, in ea primus, aut inter primos hri deberet. Exeat igitur de ciuitate Catilina et remaneat illic Ciceronis iactantia. Exeat de ciuitate ciuis, et remaneat inquilinus. Exeat de roma rom. et remaneat Arpinas. Exeat hinc Scipionis nobilis propago, et regnet illic natus de paupere pago. Abſit Scipionis indoles luculenta Quid ſi Scipio nunc illic uiueret; nũc tali uteretur eloquio? Ego uici, uos in patriam reduxi uos tñ ciues eiicitis? Ego rom. periculo capitis mei pteci, uos nomen meum delere contẽnitis? Ego feci, qđ nõ erat ꝙ eſſet uos me ibi morari nõ ſinitis? Iam nunc arbitror P. C. qualiter ſit inhoneſta huius accuſatio cognoſcite. Nunc qualiter ſit inutilis attendite N ſi ſnĩam probaueritis, maximas calamitates publicas, et priuatas ſuſcipietis reip. hoſtes acerrimos, et aſperrimos cõprobabitis uobis ipſis mortale odiũ, et inuidiã ſummã cõflabitis: urbẽ non ſolũ (ut putatis) Catilina, ſed quãplurimis ciuibus uacuabitis, et qd eſt extremę dementiæ placidiſſimos amicos, infeſtiſſimos reddetis inimicos Sed p Deos immortales quorſum aduerſarii tota deprecatio pertinuit? Coniurationem nãq; indignum facinus oſtendere laborauit; cũ an cõiuratio facta ſit, ambigat et de ea quaſi non ſumptũ ſupplicium. de qua nondũ conſtitutũ eſt iudiciũ, clamat, et dolet. O indignũ ſcelus, Catilina iam nõ dignas pęnas p coniuratione dedit, quaſi de coniuratione conſtaret; cũ non iam magis illud probando, q̃ dicendo ſuæ ſnĩæ baſim conſtituit. Et id ſolum certũ denũciat, qđ nec teſtibus, nec argumentis eſt probatũ, ſed falſa quadã ſuſpicione confictũ, q̃ à quouis quoquo cõfingi põt. Nam Catilina P. C. tam popularib. q̃ ſummatibus eſt acceptus. Quia ignoti, noti, ciues, peregrini, nobiles domũ eius frequentabant, ꝙ eo munificentior, affabiliorq́; uiuit nullus, ꝙ habet qđ det, et dat nemo largius, iccireo coniurationẽ ab eo factã cõtendit. q đ ſi ab hoĩbus amari, frequentari, conſuli, uiſitari, cõiurationẽ uocamus, tã Catilina, itẽ Lælius et Scipio pterea liberales, et dapſiles coniurationi accreſcunt. Qđ uero de filii nece à pio patre perpetratũ eſſe dixit, ſic eſt incredibile, ut ſine rõne patrocíniũ deleat. Præſertim cũ neminẽ ueſtrũ ſuper hoc dubitationis ſcrupulo pmoueri confidã illud mihi potius adiuuandũ puto, nemini mirandum, ſi ſolus oium Catilina prælocutor apparet. Hoc.n minis Ciceronis, pce, precio confectũ eſt, ut nemo ſe Catilinæ tuto rem audeat cõfiteri.

IN INVECTIVAM PRIMAM L. CATILINAE in M.T. Ciceronem, Iodoci Badij Aſcenſij Commentaria.

SI ſubtilitet. Hæc Lucij Catilinæ reſponſiua ex temporanea uideatur, eſt certe minus culta quam ut habeo habita cenſeatur, quem Cice. diſertiſſimus in eloquentia ſua confidere paulò ante dixerit. Nam & minus latina uidetur cum ne reciprocationem (ut dicunt) ſeruet, cum dicat, ne ſibi plus proſit cauillantia aſtutia, quod tamen ab alijs reprehenſum ego bifariam defendam. Nam ordo poteſt eſſe, ne aſtutia cauillantis plus proſit ſibi, ideſt aſtutiæ, & ne plus proſit ſibi, ſcilicet cauillanti & utroque modo eſt reciprocationi locus. Eſt tamen protritus & uulgaris ſermo longe autem uenuſtior eſt in ſecunda reſponſiua quam Pomponius Lætus nobis extulit. Sanè cum dicitur in titulo reſponſiua uidetur ſubſtantiuum, nam additur inuectiua. Damnat autem Catilina ea in Cic. quæ in ſeipſo agnoſcere merito deberet ut ſtatim dicam. [Cum illo mihi res agatur. Quoniam Ciceroniana eloquentia iampridem omnibus nota erat, ſtudet Ciceroni ex ea inuidiam concitare & fidem detrahere. Cum illo ſæpe idem ſumit principium ut ex repetitione attentos faciat patres conſcriptos, cum tot in unum hominem dici poſſet impropetia diſſimulare, id contra Catilinæ maxime conueniebat uitio dari, erat enim omnium rerum ſimulator, & diſſimulator. [Subdolo] ideſt fundamento, habente dolum ſubtus latentem, ore trilingui, id eſt ſerpentino, nam ſe pens linguis micat ore triſulcis, aut tres diuerſas ſententias proferenti, aliquibus ſe facturum aliquid promittente, ac rurſus iiſdem id idem negante, & mox facienti, aliquibus & neganti & promittenti ſed neutrum fideliter exequenti. [Vultu hiſpido] ſcilicet bene barbato qui grauitatem præ ſe fert. ſicut in cæteris membris uirilitatem. Iuuen. Hiſpida membra quidem & duræ per brachia ſetæ. Promittunt atrocem animum &c. Barba cœnoſa. ideſt immunda; inceſſu. i. deambulatione graui & pompoſa. familiari mēdacio, ideſt quod plurimum apud ipſum & familiam eius ualet. Propoſuit, ſcilicet conuicium in me, inſtituit. ideſt affirmauit iurauit. Qui candida, ideſt bona denigrat, ideſt mala facit & interpretatur, & dealbat, i. iuſtificat loquendo. i. per uim eloquentiæ ſuæ, nigra. i. uitioſa. Qui depeculans. i. furto ſubtrahens famam aliorum conſueuit quoque. i. etiam urbes peſſundare ſub mendacio. mihi timendū eſt. i. ego debeo timere, quia imminet periculum capitale. Ne ſibi plus &c. in odium trahere conatur eloquentiam Ciceronis, ſicut nonnulli inuidiam concitare parant ex diuitijs abundantibus cuiuſlibet. [Phalerata]. i. bene inſtructa & ſuperba, ſicut creſpitat in phaleris equus. (Aequali lance] . i. examine & iudicio, ſumpta metaphora a bilance. Trutinate. i. ponderate aut menſurate. [Linceis]. i. acutiſſimis, quales habuit linceus. Scorpionis caudam in qua uenenum eſt, Exacat, repetit in inuidiam Ciceronis. Romæ. i. natus Romæ. Arpinas. i. natus Arpini. ſ. Cic. Solum autem genus ſuum laudat, quia ſe non poteſt. Hoſtes acerrimos & aſperrimos, uidelicet populares & neceſſarios ipſius Catilinæ, qui acerrimi ſint animo & aſperrimi facto. Nam acer dicitur ſtrenuus & uehemēs. Aſper difficilis attactu, ut ſunt armati. Non ſolo Catilina. Significantius id quàm ſi diceret non ſolo me, quia cum de nobis aliquid magnum dicimus aut ſentimus tanquam de tertio loquimur. ut Aeneid 5. Quæ munera niſo digna dabis primam merui qui laude coronam. Quam plurimis, hoc eſt ualde aut maxime multis, ciuibus ſup. alijs, nam & ipſe ciuis eſt. aduerſarij. non dicit Conſulis, nec item Ciceronis, quia in utroque dignitas foret. Deprecatio. i. de me expellendo precatio. Indignum facinus; non negat quin indignum ſit facinus, ſed probandum illi fuiſſe cenſet prius coniurationem eſſe factam quam eam deteſtetur tantopere. Et de ea. Ordo eſt. Et clamat & dolet. i. dolorem ſuum oſtendit, quaſi non ſumptum ſup. ſit, aut quaſi non ſumptum eſſe ſupplicium, de ea. ſ. coniuratione, de qua nondum eſt conſtitutum iudicium, hoc eſt ſententia iudicum, aut indicium lege, quod eſt patefactio per complicē & conſcium aliquem, O indignum. ironicos id dicit, [Baſim]. i. fundamentum. Certum, indubitatum. Confictum ſ. a Cicerone & delatore aliquo. [Acceptus]. i. charus & iocundus ac gratiatus aduentus eius [Popularibus] ideſt vulgo & plebi. Domum eius, non dicit domum meam ob cauſam dictam [Affabilior]. i. comior & concinnior aut dulcior amicus. [Lælius & Scipio,] Summi inter ſe amici. [Liberales] . ſ. omnes ac dapſiles. i. dapum ac ſodalitatum præbitores. (Accreſcunt] . i. accedunt ad coniuratos, hoc eſt inter coniuratos habendi ſunt. [Patrocinium]. i. protectio eius dicti. Sup. ideſt de promouere. ſ. à ſententia ſirma, Mihi adiuuandum. i. in adiutorium aſſumendum, ſed inculcatiuè dictum ſi non eſt mendum in ſcripto. Prælocutor. i. præ alijs ſui defenſor.

EIUSDEM IN EUNDEM CICERONEM inuectiua ſecunda reſponſiua, quæ præmeditata uidetur.

OMNIS homines, qui in maximis principatibus uitam agunt, aut qui de reſpub. aut priuatis conſultant, decet in primis animaduertere, ne cuiquam uoluptati temere aſſentiāt, ne ue liberum ingeniū furore, aut iracundia peſſundent: ſed uigilantium enitendum eſt. ut durent inuictis animis, ut omnium rōnes æque circunſpiciant, nec in alterutrām partē declinent, donec luce clariores in apertum deductæ, et ſatis peroratæ uideantur. Difficile eſt enim cōmotis animis, et concitatis ingenijs uerum cuiquam perſuadere, tanta ſit plerunque uis, ac frequentia orationis. Hæc ſi fuiſſet uobiſcum P.C animaduerſio, dū perperam de meis moribus conſul noſter tanta acerbitate loquebatur: cum pernicioſa, et inſolenti facundia in caput meum ueſtros concitabat animos: modulabat orationem profecto, ut illius procacitas hodierna die innocentia noſtra deleretur. Sed uideo iam ſuggeſtione conſulis pectora ueſtrī rebus incumbere, uix meā perpeti orationē, credere iam illius auctoritati, meæ pudicitiæ diffidere. Quamobrem facile uereor, ne ſera ſit noſtræ ſalutis defenſio. Nam paucorum inuidia plerunque innocentes iure, aut iniuria ſuppeditantur. Quæ res profecto neque cōſtantiæ uirorum illuſtriū, neq; Romanæ diſciplinę, neque ſenatoriæ dignitatis officia uidentur. Quare per Deos immortales uos P.C. atque humanitatem ueſtram appello, ut in tantis rebus non facile iudicium excipiatis: demulſos, ac deuinctos animos facundia Ciceronis priſtinæ integritati reſtituite, et ita reſtituite, ut aliquando Romani patricii, atq; Catilinæ uerba intelligatis. Si quid in patriā peccaui Quirites, neq; gratiā, neque miſericordiā imploro. Eripite tum ab hac luce animam, trucidate hoc corpus, et mēbra hæc impudentia diuellite. Non eo tendit oratio noſtra, ut Catil. miſereamini. Sūma eſt. n. miſericordia in parricidā ſubitum ſupplicium.

IN INVECTIVAM SECUNDAM L. CATILINÆ in M.T. Ciceronem, Iodoci Badij Aſcenſij Comment.

OMNIS homines.] Hæc oratio longe cultior eſt quam ſuperior, ita ut ab eo præmeditata uideatur. Conſultant. i. in conſilio decernunt. Cuiquam uoluptati, ideſt libidini. [Durent,] Ideſt duri & conſtantes ſint. Aeneid. 1. Durate & uoſmet. [Nec in alteram,] ideſt in neutram contendentium, aut res de qua eſt controuerſia aut rationum adductarum, donec, ſcilicet rationes uideantur clariores luce exiſtentes deductæ in apertum. [Tanta uis,] Ideſt poteſtas orationis ut trahat auditorem in quam ſententiam uelit. Animaduerſio, hoc eſt conſideratio. Modulabatur, id dicit inuidioſe, quaſi uero tam peritus ſit in dicendo, ut modulis orationem dimetiatur, quæ res oratori fugienda ne fidei detrahatur, auctore Fabio. [Illius procacitas,] Ideſt petulans ſermo deleretur, ideſt reſtingueretur, ſicut dicit ille. Efficiam poſthac ne quenquam uoce laceſſas. Rebus incuderetaur incumbere, ſi eſt incudere dicit, quaſi dicat monetam imprimere, hoc eſt ſententiam indere. Facile uereor ne ſera ſit. dicere potuiſſet facile uereor. ut ſera, ideſt nimis tarda. quia iam perſuaſis iudicibus. [Appello,] Ideſt in auxilium uoco, unde vulgo dicuntur appellationes. Sanè appellamus ad

maiorem aut meliorem prouocamus à minore. Veteres autem dicebant appello ſenatum, ſicut Paulus ſanctus. Cæſarem appello dixit. Exercitatis iudicium, ideſt ad iudicandum procedatis. Demulſos, ideſt delinitos. Romani patricij, ideſt ex Romanis patribus, hoc eſt ſenatoribus orti. Atque Catilinæ. Atque ponitur inter res ad idem pertinentes, ſed ſub ratione diuerſa. Nam etiam in nomine ſuo uim deputat. Eripite, ideſt vi demite & tollite, animam, ideſt uitam meam. Ab luce, ſcilicet cœli. Impudentia, non quæ ſunt, ſed quæ impudentia ſint ſi in patriam peccauerit.

animaduertere. Sed hanc urbis clementiam poſtulo P.C. ne omnino innocentiam deferatis: ne dum liber tatem defenditis paucorum iniquitate pleroſque innoxios perditis eatim. Oſtendam uobis, atque elucidabo acerbas in conſilio ueſtro mecum inimicitias, non ſolute reipub. fuiſſe exagitati imperii cauſa, non mann tenendæ libertatis deſidero cuncta. Nam quan tæ primum ſuperioribus annis immoderatæ in me illum diſcordiæ agitauerint, quantisque, atque quàm crebris poſtea inuic̃ contumeliis uerſati fuimus, non referi. uobis enim omnibus nota ſunt Quirites Sed ea malo dicere, quæ proximis Comitiis poſtquā deſignatus eſt impudenter & temere quæ tandem euomuit, ſe nihilo magis, quam excidio Catilinæ conſulatum petere. Teſtes hic duo uiri clariſſimi Marcu Antonius conſul, & Caius Cæſar quorum auctoritate terminatio illa eo tempore, ueluti parum conſulta, reprobata eſt. Item nunc P. C. talibus animis imperia tribuite, qui curioſius priuatas inimicitias, quàm totius reipub. ſalutem perſequantur. Non cupit Cicero conſulatum ut opem referat miſeris, ut potentiū improborum arceat, ciuitatem defendat, ut reip conſulat, ſed ut maxime Catilinam delere & circunſcribere poſſit. Hæc ſunt officia uiri conſularis. & glorioſi, & ſanctiſſimi ciuis inſtitutiones. Tales homines in dandis magiſtratibus nobilitati anteponite: quibus tantus, & tam uaſtus eſt animus extinguendi nobilitatē. Nam quod mihi huius uiri interminatum eſt, diligentius in uos omnes conuerteret. Credite mihi P.C credite, rara eſt inter tam diſſimiles animos beniuolētię, charitatisq; conſenſio. Ille ex municipio Arpinati nouus homo, ſpes huic urbi inſitus, eam uelut ingenitā rabiem, atque inuidiam animo uolutat, quam nouis exteris ciuibus, non tantum mores, ſed ueteri conſuetudine natura comparauit. Pridie, ubi in petione conſulatus patria exprobrata eſt, aliquando nouitas generis obiecta æquo animo tantam contumeliam toleraſſe, tunc impatiētiſſimum hominem exiſtimatis? incitabitur eo tempore truculento ſpiritu laceſſitum ingenium, & ueluti uipera ſerpens inflammato, ac ueneſico pectore ferox eius, & crudelis animus agitabatur. Hic, qui ſe patrem patriæ nominat: qui dicere ſolitus eſt hanc rempub ſuo ſplendore decoratam: qui uirorum omnium illuſtrium, ac præſtantiſſimorum familias, non modo æquaſſe ait aliquando ſuis moribus, uerumetiam omnium maiorum uirtutem ſuperaſſe, cum oblectari ſibi nouitatem uideret, quo parätis eum ingenio perferre potuiſſe? Infremebat tunc dentibus, atque in uos omnes rabido rictu conceptā latenter iram acuebat, quā neque lenitam adeptione conſulatus in poſterum putetis. Cum non ueſtra gratia ſed ſuis maximis uirtutibus cōſequi tantam dignitatē debere arbitretur. Nunc itaque priores illos impetus exequitur. Nunc his artibus perturbare ciuitatem iuſtituit. Nunc ſe his conſiliis ulciſci, et nobilitatem eo deducere, ut nūquam ſibi nouitas obiiciatur. Faciet hoc P.C. faciet, niſi ueſter prudentiſſimus animus aliquando noſtræ omniū ſaluti, et uniuerſæ reip. conſulat Iam hoc primum initio ab hoc principe ſcelerum, ab hoc flagitiorum artifice, ita ciuitas noſtra dira, ac peſtilenti labe conſperſa eſt, ita pernicioſum ſemen diffundit in patriam, ut ſi aliquando conſitum radicibus paulum altius coaluerit, delebitur quidem hæc reſpub pulcherrimum hac à ſtirpe cōcidet imperium. Nihil.n eſt tam periculoſum ciuitatibus, q̄ cum defecti ciues inter ſe diſſident. Inimica nanque eſt rerum maximarū diſcordia, et res fortes diſſipat, et demolitur. Eam quidē hic nunc inſeruit noſtrę ciuitati. Hanc inter uos calamitatem ingeſſit: q̄ ſi non mature

Animadvertere]. i. accurate ſumere ſeruato ordine iſtis. [Innocentiam] .i. me innocentem & falſo accuſatum. Aacen
Ne dum duæ ſunt particulæ, nam ordo eſt, ne eatis perditum ſine perdatis, pleroſque .i. plurimos innoxios, dum defenditis libertatem iniquitate .i. per iniquitatem paucorum, ſed Cice. præcipue. Non referam Callide tamen tangit quæ comprobare non poſſit. Vobis n. omnia nota ſunt, hoc quoque Callide, ut q̄bus nota non ſunt, alijs nota atque uera eſſe putent. Comitijs i. comitionibus populi ad intronandos magiſtratus impudenter & temere Impudenter quia homo nouus, & inquilinus non debebat conſulatum petere, & temere, quia populus non debebat dare, Teſtes hic duo uiri clariſſimi M. Antonius conſul, in quo ſpē habebat ad futurum conſulatum obtinendum, & C. Cæſar, qui legem Portiam pro coniuratis etiā deprehenſis comprobaturus erat, unde hæc defenſio, aut ab aliquo declamatore poſt rem facta eſt, aut Catilinam tum ſperabat Cæſ. ſibi amicum fore. [Terminatio illa] .i. comprobatio oīum adductorum quam terminatio i. deciſio litis merito ſequatur. Nunc tribute Amara conceſſio quæ uim uetandi habet. Cic. ſ. aduerſarius Catilinam delere poſſit. [Nobilitati] .i. ipſis nobilibus Romæ. Vaſtus .i. inexplebilis. Nam q. i. ad hoc tendit, ut uos oēs conuerteret. Rara conſenſio .i. concordia, quam in unum ſentimus. Nouus hoſpes & ita nouus homo. [Inſitus] Quaſi de aliena factione. Pridie .i. priore die, ſed ſecundum Vallam ſic inepte diceretur. [Exprobata] .i. probro data. Nouitas gñis, quia primus de domo ſua ad conſulatum peruenit. [Exiſtimatis,] Hoc eſt putatis, quaſi dicat id mini me cenſere, aut putare debetis. [Vipera] Species ſerpentis, quę vi parit, quia à fœtu intertoſo uenire. [Vipera ſerpens] Aut adiectiuū eſt, aut per appoſitionem dr̄ Eius. ſ. Ciceronis Patrem patriæ nominat immo ſic nominabatur unde Plin. Salue Marce Tulli primus patriæ parens appellate. [Aequaſſe,] Hoc eſt æqualis feciſſe. [Quo ingenio,] q. d. infeſtiſſimo. [Infremebat,] Hoc eſt multum fremebat. [Rictu] i. apertione oris, more canis rabidi. [Arbitretur] Non dicit q̄ aſſecutus ſit. priores impetus hoc eſt ſtimulos. [His artibus] . ſ. eloquentiæ immoderatæ & minus facundæ aut diſertæ. Nūc ſup. inſtituit aut tentat ſup. ſe vlciſci .i. ſibi ſumere ultionē. Nobilitatē, ipſos nobiles. Et deducere .i. impellere nobilitatem ad id quaſi deducendo .i. deorſum ducendo, utpote ad humilitationem ſui, hoc eſt ita humiles & demiſſos facere vt nō exprobrent nouitatem. [His artibus] .ſ. fraudulentis. Faciet, hoc ſcilicet quod proxime dictum eſt .i. nobiles deducet ut contra ſe obloqui non audeant, idq; ad terrorem det. Prudentiſſimus animus. Callide laudat ſenatores à prudentia, quaſi uero omnia prudenter proſpexerint, quaſi id uelit, quod maxime nolit. Ab hoc principe, ſ. Cicer, in quem aſtute regerit crimen vt dubitet ſenatus ubi plus habeat fidei. Pulcherrimum imperium. Subdole laudat ne interitum eius cogitaſſe cenſeatur, [Delecti] .i præcipui, & de multis electi, unde Maro. 3. Aeneid. Delectos populi ad proceres, primumq; parentem Monſtra Deū refero: Rerū maximarū. Aut inimica rerum maximarū ut inimica ſit ſubſtantiue captum, aut diſcordia rerū maximarum .i. de rebus maximis, ſed prior ſenſus eſt melior, quia ut dicit Sal. in Catil. Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia res maximæ dilabuntur. [Demolitur.] .i. vi deſtruit. Ea. ſ. diſcordia. Hunc. ſ. Cic. legendum eſt .n. hunc non hanc, ſenſus aūt eſt, ideo ad hanc temp. receptus eſt callidiſſimus Cic. quia prius diſcordiam inſeruit. Eſt tamen duplex lectio, nam alij legunt, ea quidem hunc, alij eam quidem hic, qua-

rum

rum poſteriorem potius approbem, quoniam ſequenti magis quadrat.

prouideatur, uideo iam ſummam fortunæ coniunctā hanc remp. uideo iam arma in manibus ueſtri alterū alteri obſiſtere, hunc proſcribi, alterum uero trucidari. Vtinam enim rerum malarum innocens. Catilina finis eſſet, uti eſt initium. Nullum foret mihi graue, pro rep. periculum ſubire, patriæ equidē proſcribi, patriæ abdicari, emori paterer Sed non ſemper cunctis mortalibus idem animus eſt. Erit alter impatientior, qui ulciſci malit, q̃ improborum perpeti iniurias. Tūc neceſſe, ut ciuili bello res agitentur, periclitabit tunc patria, & in ancipites caſus, certumq; urbis excidium cō cidet repente, & uentura tunc in gente lætitia efferetur, & optatis ſeſe rebus potiri gloriabitur. Cum hanc uidebit armis ſplendore patriā, & iſtam admotis ignibus urbē lucere, tunc laudabit ſua conſilia, & extollet inuictum animum & pro ſuis contumeliis ſatis ſe, maioresq; ſuos ultum iri exiſtimabit. Nam prædicare aliquā ſolitus originē ſe gētis habuiſſe et Tullii Hoſtilii familia Volſcorum regis quidem P. R. inimiciſſima: quæ ſola prorſus nota eſt occaſio ut uniuerſum ſit ſibi nomen P. R odio, ſemperq; exhorreat hanc remp. cuius ditione obſcurata & malorum ſuorum familia, & ſubactum eius, ac demolitum imperium: quæ res quantæ curæ hīt, humanis ingeniis uos ipſi exiſtimate. Hoc ego tm̄ de Cicerone exiſtimare poſſum: ut p̄ſide illa maiorum ſuorum inuidia, ueteres illæ inimicitiæ impatienti animi ſuum ſemper ingenium agitent: nunquam impetu, aut rabie quieſcant Tanta eſt illius animi ſin moderata euertēdi huius imperii libido Videlicet placato orbe terrarū, tot profligatis regibus, tot populis, tot gentibus, tot exteris nationib. ſubactis, terras undiq;, & maria imperio noſtro parare nullum ſuperiorem hoſtem P. R cui non noſtra uirtus longe probata ſit. Deſluxit itaque illi ſpes oīs extrinſecus huius imperii demoliendi. Tute nobis oīa quieſcunt, oēs ultro obtemperant. Cū uero ſeſe, maioreſq; ſuos uindicatum iri malit, nec poſſit unq̄ ab illa opinione durus, & crudelis animus quieſcere, ad has confugit perturbationes, quibus priuatis inimicitiis, mecum primo, poſtremo in uniuerſam remp. cōferre putat. Accuſat itaq; amicū ſibi Catilinam, & pleroſq; alios eiuſdē conſcios coniurationis, uelle remp. inuadere, euertere patriā, urbē deformare, domibus, tēplis, aris incendia parare, ſtuprare uirgines, ſenes, plebem, ac patricios iugulare: nuſquam iræ, aut ferro parcere, donec pulcherrima iſta oīum imperatrix à ſtirpe intereat. Sed per Deos immortales neſcio quorſum tendat hæc oīum exiſtimatio: ut quiſquis mortaliū credat aliquem eſſe tam perditū aut tam prorſus ignarū rōnis, cui non quandam intelligat inſiti patrii pietatem: q̃ ſemper quandam tacita, ac uehemētiſſima ui naturæ humanis pectoribus infunditur. Quis itaque Romanis animus tantam reip. calamitatē afferre cupiat? Quis enim tā acerrimus P. R. hoſtis, ille ēt Carthaginenſium dux Annibal maiora nobis, aut patria excogitare potuiſſet? Ego ne remp. inuadere uelim, qui & pro rep. ingentia pericula ſuſcepi? Ego ne ſenatū, aut urbē deformare tot ampliſſimis beneficiis noſtræ familiæ decoratam auderem? Ego ne Romanorum tēpla incendere, quæ tot ſigna, tot tabulas maiorum noſtrorum oſtēdunt? Ego ne togatos patricios, aut ſenatores iugulare, qui inter dignitate: modo honore profectus ſum? Ego ne candidatus reliquis ſceleribus deturpare ciuitatem, qui plerunq; ne quis deturparet, ſumma ope propulſaui? Quæ ſpecies? Quis animus? Quę occaſiones me ad talē facinus impellerit, Nū cauſa forte, quam paulo ante Cicero diſſeruit, libido dominandi? Nonne quiete dignitatem oīum adeptus ſum? Nonne in ſpe mihi agendi tales reliquæ parantur, quales cuiquam immortalium fas eſt optare? neq; .n. patriciatus, neq; ſenatoria dignitas defuit, neq; i poſterū cōſulatus, aut dictatura deeſſe poterūt.

PROVIDEATVR]. i. caueatur prudentia. Iam ſummam fortunæ. i. maximum periculum. Alterum alteri, Valla diceret alium alij, niſi ſingulos bifariam diuidat. [Proſcribi]. i. porro extra ſalutē ſcribi ut ubicunque offendatur, occidi aut uinci, & ad ſupplicium trahi poſſit. Catilina innocens eſſet finis. i. utinam per eius necem quam licet innocens ſit, pro ſalute reip. utcunque patiatur, mala reip. auertantur, uti initium eſt. ſ. innocens talium rerum. Emori patiar quod ſummum amoris indiciū eſt, quia dilectionem maiorem nemo habet quam ut animā ponat quis pro amicis ſuis. Erit aliter ſ. à Catilina, q. d. quæ ego perpetiatur non quis perpetiator. Maiores ſuos, qui ab hac rep. deuicti ſunt. Ex Tullij Hoſtilij familia Volſcorum regis. Volſcij ut Liuius late docet, Romano imperio infeſtiſſimi multo tpe fuerunt. Præſide illa inuidia, hoc eſt dominante in eo. Suum. i. opportunum & accommodum. Tanta eſt illius animi immoderata. Alius fortaſſis dixiſſet immoderataq; aut tanta & tam immoderata. Videlicet, vox irriſioni & ironię ut ſępe dixi apta. Videlicet, hoc eſt uidere licet cur ei ſit tāta libido, quia videlicet, æquo animo, imperium ferre nō poteſt placato orbe &c. [Extrinſecus]. i. ab eo exteris nationibus Demoliendi hoc eſt cum mole deſtruēdi. Tute. i. ſine periculo. [Vindicatum erit] Id callide dicit, quia cum Cicero ſit extra urbem natus. & principium imperij dilatarat in urbe fuit, quia alij omnes acquiſitij ſunt & vi ſubacti, facile creditu eſt, quemlibet eorum vbi poſſet uindictam ſumpturū, & à quibus remp ſuam euerſam videt eos euerſurum [Conferre]. ſ. litem. i. concertare. [Amicum, Catilinam] Id ſubdole, ut maior naſcatur inuidia in eum qui ne amico quidem vereatur iniuriam faceret. [Nuſquam]. i. in nullis aut nullo loco ſeu nulla reipub. iſta. ſ. urbs Roma. ui naturæ, ſed quod natura dedit nemo tollere poteſt. Callidus igitur ſimulator & diſſimulator hic noſcitur Catilina. Romanus animus, argute. Nam ſic arpinatem excludat, & omnes conciues commendat. Quis enim tam acerrimus. Sic Maro Aen. ſecundo, Quis talia fando Myrmidonum Dolopum ue aut diri miles Vlyſſi. Temperet à lachrymis. Maiora. ſ. incommoda, certum eſt quod nequaquam, quo eiꝰ grauius arguendus Catilina qui iſtæc nouit & tamen facere cogitauit. Vnde magnum exemplum habemus illius præcepti; Omni ſpiritui ne credas. Nam quæ ipſe aggredi non eſt ueritus, dicit tanta eſſe ut crebi ab nemine merito poſſint. Suſcepi, quia corpus aſſuetū malo habui & omnis laboris patientiſſimum. Noſtræ familiæ, Semper maiorum beneficia commemorant qui proprijs carent. Tot ſigna. ſ. exculpta, aut expreſſa in ære & argento. Sicut hodie uidemus effigies Auguſti, Virgilij, ac aliorum in æs inciſas. Candidatus, hoc eſt candidis indumentis ut competitor indutus, rei cauſam prius attulimus. [Num]. i. nunquid cauſa forte impulit. [Nonne quiete dignitatem omnium]. i quam alij omnes, hoc eſt nihil de eſt mihi quo minus conſulatu uidear dignus, & ita ſumma eſt mihi ſpes. Deeſſe poterunt, quia ex ordine progrediebantur ad ſummos magiſtratus. ASCEN

Quæ tantæ, & tales ſunt: ut non modo in hac præſtiʈiſſima urbe, ſed in omni orbe terrarum, oīum gētiū, omnium nationum imperia, & principatus antecellant. Quod igitur opus erat, ut difficile in bello quæreretur, quod mihi in pace ultro parabatur? An forte inuidia me concitauit, quod pariter Cicero docebat: grande æs alienum, anguſtia rei familiaris, & immoderata potiendarum rerum audacia? Sed de temerario, aut ueſano homine hoc exiſtimandum eſſet: ut plerique qui hoc pro potiundis opibus inconſulte tantam parare poſſit P. Rom. ſeditionem, non

pręſertim in uiro patricio, & conſulari in tam opulen
ti ſima ciuitate; cui tot honeſtæ ſunt opes: quis dubi-
tat ſibi nunq̃ deeſſe poſſe? Tot ultra ſeſe ſibi quæſtus
offerunt, & ex publico ærario prouentus, qđ ſi quis
paululum labefactare maluerit, neq; oĩno parere ho-
neſtati incredibile eſt, q̃ is facile in immenſis opibus
affluere poſſit. Vt reliqua prætercam, tu mihi in aper
tum exẽplum es Cic. qui pridie pene hanc urbẽ con-
greſſus oĩum rerum egens: cũ te ad magiſtratũ cõtu-
liſti, tantã conglutinaſti repente diuitiarum molẽ, ut
oẽs huius urbis coloniæ uix emptorib. tuis ſupereſſe
uideãtur. Temere igitur mihi obiicis auaritiã pauper-
tatem, inſtans onus æris alieni. Quæ cũcta tutiore uia
ſedare potuiſſem, q̃ remp. inquietare, incerta pro cer-
tis capere, paruo cõmodo ingẽtia pericula ſubire. Sed
neque quibus arguor priuatarum inimicitiarũ cauſa
tm̃ facinus initiaſſem, nemo eſt in hac rep. quẽ inimi-
cum habeam. Hic Cic. tm̃ mihi moleſtus eſt: ꝙ eius
flagitia, q̃ in occultum hẽt, nunq̃ reticere potui: cuius
ineptias ſi tandẽ à me propulſare maluiſſem, ſine di-
ſcrimine publico multi mihi ad ultionẽ aditus pate-
bant. Non erat opus ad pniciem reip. confugere, neq;
metus mihi, neq; pericula obſtabant, cũ ſi ex hoĩum
uita deleretur, non mõ ad uindicandum, ſed nec ad lu
gendum funus quiſq̃ ſupereſſet. Sed dii prohibeãt, ne
hunc aĩum illius temeritate dehoneſtẽ. Nulli .n. illu-
ſtribus uiris in abiectis hoĩbus ultio laudẽ afferre põt.
Illã tñ ſi caſu maluiſſem, non eſt putandũ Quirites, eo
tpe ſuſceperim, opportunitatis minimũ ſibi, mihi ue-
ro plurimũ adeſſe poterat. Porro ſi quibus armatorũ
copiis domum meã circunſcripſi, ſocios induxi, pmiſi
uigiles, neque horum .n. quid q̃ inficior, feci P. C. non
ut cuiquam facerẽ iniuriam, ſed ut prohiberem conſu
lis impetum. Verebar, ingenium noueram, ſciebã ini-
micitias, intellexeram hanc ab illo inſtructam coniu-
rationẽ. Formidabã itaq; de illius facũdia ſubito mo-
mento animi ueſtri indignarentur, & contra q̃uẽm
meã licentia ueſtra deſignatis periculis de me ſuppli-
cium ſumeret. At ſi ſemel in eius deſignatus manus
concidiſſem, fruſtra meæ in forũ defenſioni locus pa-
rabat. Vitam igitur meam ſumma ope in hunc diẽ p-
duxi. Et in tanta rerum perturbatione nunc perſuaſi
tuto ne me oẽs reum facerent pene tranſii. Nunc cũ
tibi minus opus erat Cicero p̃ter ſpem in ſenatum ue
ni. Et quantum mihi ſatis uidebat, minora q̃dam ſce-
lera elucidaui, ex auditu quorũ iri in obſcurũ maluiſ-
ſe, q̃ ipſis tam enormib. ſcelerib. uiã dediſſe. Nihil tuo
rum facinorũ expaui. Non tunc oratio tua non ultro
coniecti motus territauerunt. Quis .n. terror in tanta
ſenatorũ frequentia, in tanto ſplendidorũ ciuium cæ-
tu inſontẽ cuiuſq̃ animum turbare põt? Nemo igit
diẽ, quẽ maxime cupiui, quem uero minime exiſtima
bas. Nemo ſenatorũ, qui innocentiã meam intelligat,
apud quẽ flagitia tua in aperta habeant. Optimo igit
piculo meis periculis pſpexi, ſi qñ armatorum copia
furorem tuum ppulſaui. Si qñ intrepidus in rep. pſti
ti, fugam dum mihi omni obtentu perſuadebas, inſta
re mihi contra fuit aĩus. Sed ò Dii immortales, ubi nã
ſumus, quis potentẽ calũniam nõ uidet? Quid aliud
niſi ut fugere tota tua orõ pertinuit? Sed ſi (ut ais) oĩa
mea tibi facta illuſtrãt, ſi luce clariora ſũt mea cõſilia
quid nũc mihi fugam perſuades? hic ſum nullis meis
præſidiis circunuentus. Adeſt ſenatus, qui tibi uim fie
ri prohibebit oſtẽde hæc facinora, elucida ſeditionẽ,
affert ſupplicium. Non decet in tantis periculis immi
ſericordiam uideri. Cunctatio quidem oĩs obeſſe po-
teſt. Nullum uero præſidium afferre, ſi habes princi-
pẽ coniurationis. Si imperatorẽ hoſtium tenes, quid
remoraris? quid eiicere cupis? Vtilius eſt enim ut lu
ce careat, exercitus fient illico ad bellum ſegniores.
Sed uideo, utiq; fieri ſolet ĩ mediis malis, tibi malorũ
cõ timore aĩus trigeſcit. Caſum .n. quẽ mihi, aut reip.
parabas, in te conferri uides. Res p̃ter opinionem tuã
nunc agitur tuis capitis periculo. Dubitas nũc de for
tunis tuis, non obiecturũ me tibi in ſenatũ uenire exi
ſtimabas. Ideo cũ ueni, illico trepidus factus es. Putas
minitãdo nũc mihi terrorẽ incutere, ignorãs q̃ liber,
q uaſtus ſit innocens aĩus uis ut fugiã Cic. utiq; nõ fu
giã, ſed pſiſtam acrius petulantiam tuã oppugnando.
Neceſſe eſt, ut oĩum cõſiliorum tuorum flagitia reſel
iam,

q. d. nihil. [Grande æs alienum]. i. debitum, anguſtia rei familia-
ris. i. paupertas domeſtica, potiendarum rerum. i. potiendi impe-
rij. Nam rerum potiri eſt imperium obtinere. [De temerario bo
mine]. ſ. Cicerone, qui ſupra dignitatem petebat conſulatũ, aut
ueſano qui contra. Fas negatum uſurpare uoluiſſet. Quid dubi-
tat, ſi legatur dubitas non ſtet reciprocatio. Ordo aũt eſt, qđ du
bitat ſup. is cui honeſtæ ſunt opes, ut dignitatem & maiorum in
ſignia, com medioeri patrimonio, deeſſe poſſe unquam ſibi in ci-
uitate opulentiſſima, qualis erat Romana? q. d. nihil. Tot quæ-
ſtus. i. lucra. Ex ærario. i. æris, hoc eſt pecuniæ pub. reconditorio,
hodie fiſcum uocant. [Prouentus]. i. lucra quæ proueniunt quaſi
ex agro. [Quod] ſ. ærarium pu. ſi quis maluerit labefactare. i. cor
rumpere & imminuere paululum per depeculationem, aut intel
ligatur ſe & legatur ſic, quod ſi quis maluerit labefactare. i. pol-
luere ſup. ſe paululum. i. modicum exiſtẽdo auidior ad rem. Quã
is facile. melius quam quamuis facile ſit non eſt quamuis i. quã-
tumuis, ſed non quadrat. Pridie. ſ. pro conſulatum inires, hoc eſt
paulo ante, niſi uero ſubaudiatur illud, legendum eſſet nuper aut
ptidem non pridie, & ubi erat congreſſus, legatur coingreſſus. ſ.
cum familia. Emptoribus tuis qui tibi emunt, aut quos emiſiſti
ut tibi agros emant ſupereſſe. i. ſatis eſſe, alibi plus quam ſatis eſ
ſe ſignificat. Inſtans. i. urgens onus æris alieni. i. debiti ob ęs alie
num. Quæ cuncta. callide docet non uerosimile eſſe quod talia
molietur. Ad indicandum. ſ. cædem. Sed legam vindicandum eſt
enim ſolus in ea ciuitate, ſuorum habens neminem. Hunc non
eſt meum tam ingenium & incorruptum animum. [Nullam. n.]
Docet quomodo animum ſuum dehoneſtet per cædẽ tam igno-
bilis hominis. Sicut Maronianus Æneas Aen. 2. de cæde mulie-
ris ſenſit dicens. Et ſi nullum memorabile nomen Fœminea in
pęna eſt nec habet victoria laudem. Extinxiſſe nefas &c. Illam. ſ.
ultionem eo tempore quo. ſ. ſuſceptam à me dicit, quia minimũ
opportunitatis, poterat. ſ. alio tpe cum priuatus eſſet, adeſſe ſibi.
dicerem ipſi, uerum pro ſed, plurimum opportunitatis poterat
adeſſe mihi. Porro ſi quibus. i. aliquibus aut quibuſdam, neque
inficior. i. facta non nego, hoc eſt hęc oĩa à me facta fateor. Con
ſulis impetum i. uiolentiam iniquam. [Verebar] i. timebam. n.
eum. Et ne quis dicat, aut cogitet. uerebaris non niſi conſcius ti-
bi, addit prudẽter ingenium. i. conſilis noueram Animi ueſtri in
dignarentur. i. ſubito inflãmarentur in me, facundiæ. i. per facũ-
diam illius. ſ. Ciceronis & contra quæſtionem i. inquiſitionem
& torſionem. Deſignatis. i. adiudicatis.]Produxi] i. extuli. Calli-
de itaque Cic. crimina tegerit. Pene tranſii. i. euaſi ad ſenatum
me recipiens ne oẽs facerent reum. Nũc cum tibi minus. Alii di-
cerent minime opus erat, minora ſcelera, ſubaudi tua. Iri in ob-
ſcuro. i. obſcuratum iri aut haberi in obſcuro Sanè noue ponitur
iri ſine ſupino, cũ ſit perſonale. Tuorum facinorum, aut factio-
num aut reuera facinorum, q. d. licèt aliis grauem iniuriam fece
ris, nihil tñ expaui, ultro coniecti motus. ſ. capitis aut oris inter
dicẽdum. quis enim terror. q. d. nullus, optimo periculo. i. diſcri-
mine pugnæ euitaſſe ſe dicit cætera pericula, periculum aũt erat
ne à Cic. intercipere tur inſtare. i. in eũ ſtare hoc eſt reſtare & in-
ſtantius innocentiam ſuam protegere. [Quid aliud pertinuit]. i.
ad quid pertinuit. Non eſt. n. legendũ pertimuit. Nam ſequitur,

QVÆ]. ſ. dignitates, utpote cõſulatus, & dictatura, ut quæ
rerentur. ſ. a me. i. ut quærã, difficile. i. faciẽdo illud difficile
in bello. i. per bellũ, quod parabatur mihi ultro in pace.

Iam Veniant in hunc locũ teſtes, quorum tibi tantam copiam ſupereſſe dicis: ut nil tibi meorum operũ tectũ, aut occultũ ſit Quos produces? Q Curiũ hoiem quidem ſanæ opinionis, integræ uitæ, at uero qui ſuis flagitijs celeberrime hũc ordinẽ deuaſtauit, ppea probari genere abdicatur põt. Aut Fuluiã produces eius conſortẽ libinis, quæ nullius unq̃ cædis conſcia fuit? Nullius ſtupri, aut inceſti aliena concubitus: aut uero ita uixit, ut uelut quoddã ſceleris exẽplum oẽs meretricũ artes egregie ſola ipſa ſuperarit. Hi ſunt hoĩes clariſſimi, qui ſunt inquietudo ciuitatis ſuſpecta eſt: quorum aduerſum me teſtimonia parantur. Sed per Deos immortales tute iã Cic. moribus tuis oſtendis, furore tuo palã non impudentibus abutere. Nõ erat ex apertis coniurationibus petẽda fides. P R. ſi me dele parere cupiebas. Eos eligere debuiſti, quorũ obſcurior uita, & parum per occultiora latrocinia fuiſſent. Multi mortales eadem pecunia utilius ambitioni tuæ obtẽperaſſent. Illorum aũt maledicta nemo bonus ciuis timere debet Facile refelli pñt: utpote cũ fortuna eorũ, & fide, & facta ſatis uulgata ſint qui mihi ſe fauere debeãt aduerſari. Mallẽ eſſe iniurius, ne iniurios, ne uitã meam eorum familiaritas æque in contemptũ deduceret. Nunc itaque P. C oĩa uobis facta conſulis, & cogitata illuſtratur Nunc ẽt uobis innocentia mea patere põt Quæ res illum impulerit ad Catil. interitum, ad perturbãdam remp. uidetis. Mecum priuatis inimicitiis agitatur. Obiectu uero nouitatis uniuerſã odit nobilitatẽ more maiorũ ſuorum Nam hanc patriis abhorret Ea p ſeditiones parat, ſcit diſcordias, nunq̃ ad perniciem noſtrã impatiẽs eius animus quieſcit Facit in primis reum parricidii me Rom. patriciũ ſenatorẽ, cuius tot res geſtæ, tot imperia, tot magiſtratus, tot maiorum meorum beneficia ampliſſimo ſplẽdore reip. Inceſcunt. Obiicit egeſtatẽ, quæ in opulentiſſima ciuitate, minoribus ẽt magiſtratibus nunquã obeſſe potuit. Obiectat inimicitias, q̃ mihi ad perturbandã remp. nõ utiq; ſatis eſſe uidentur. Teſtes quos producit, uidetis: qui tales ſunt, ut oĩum ſceleratorũ exuperent ingenia. Quæ tentata poſtquã ſibi pter ſpẽ euentibus non rñdent, neque in ſenatu ſperat, timore illico ſuppreſſus eſt, fugã mihi imperat, qñ ſi deliquiſſem ad uindicandũ nefas nullã magnitudo ſupplicii ſatis eſſe poſſet. Si ergo P.C innocentiã meam uidetis, ſi illius animi ferocitatem intelligitis, ſi pericula reip. ingeniis ueſtris aperta ſunt: expergiſcimini igitur aliquando, & imperii Romani uitæ miſeremini Habetis habentem colubrum in uiſceribus ueſtris, habetis in hoc ordine incluſam reip calamitatẽ, quæ uigilat ad principem Pop. Rom. uos illũ in ſummo honore poſuiſtis Cauete ne quando p licẽtiã ea pars peſtis totũ corpus ambiat, & ueluti cõtagio quædã i uobis

QVID nunc mihi fugam perſuades? illic legendum eſt ſuales non perſuades aut uitioſe uſurpatum, ut pleraque alia, eſt enim argutus magis q̃ elegans interdum ſermo, qui ni fallor Porcij Latronis eſt. Non decet in tantis periculis. Quia dixit affert dicti ſui rationem, non.n. decet in miſericordiam i. crudelitatem uideri in tantis periculis. ſ. quanta eſſent ſi reuera coniuratio facta eſſet, & ita ex eo q̃ ſeparatum ſupplicio oſtendit ſi nocens compertus fuerit ſe innocentem comprobari uult. [Principũ] .i. probatũ ſaltem initium, aut principem imperatorẽ Id enim Cic. Vt luce careat. i occidatur Exercitus ſ. Rom. ſegniores. i. tardiores q̃ vt poſſint propulſari incommoda reip. ſi Catilina reuera tantum malum ſuſceperit. Et ita qui in ſe ſuadet quod aduerſario ſuadendum erat ſe plane innocẽtem aſſerit. Aut ſenſit eſt melior vt luce careat imperator. i, extinguatur ga exercitus q. eum expectant fiẽt illico ſegniores. ſ. amiſſio duce, uñ de apibus Maro, Rege incolumi mens oĩbus una eſt Amiſſo, rumpere fidem quod Rom de ſummo Pontifice hodie factitare uñt. [Soles] .i. clariſſimas euidentias aut elucidationes. In te conferti q a obſiſtentem tibi inueniſti quem expellere putabas. Non obiecturũ, Ordo eſt. Non exiſtimabas me obiecturũ me tibi uenturum in ſenatum. Ignorans quam liber quã uaſtus ſit innocens animus. Egregiũ dictum eſt ſacrilego ore. Nanque is qui patriæ excidium iã agitabat, innocentis animi commoda commemorat, quã uaſtus. i amplius & potens ad conſtantiã. Supereſſe. i. abũdare, cum alibi ſit plus quam ſatis ſit eſſe. [Quos produces in teſtimonium contra me] Q Curium. Ex hoc loco patet ẽt Catilinam noſſe per quem Cic. oĩa cognouerat. Sanæ opininnis, uenia eſt, ſicut & de Fuluia. [Obſcurior uita] q.d. nimis nota ſũt teſtium tuorum flagitia & periuria. Eadem pecunia. Argutiſſime ſignificat Curium & concubinam eius corruptos pecunia. Cice. Omnia aũt argutiſſime dicit, uſque adeo vt ſi quis rem ex hiſtoria non norit facile in ſententiam eius adduci poſſit. Ea aũt vis eſt oratoria. Vnde hanc excogitatam aut potius ab alio declamatam iudicauerimus [Nunc itaque patres conſcri.] Tendit ad cõcluſionem facta confutatione aduerſarij. [Illuſtratur]. i. illuſtriã hoc eſt manifeſtaria fiunt, Obiectum, credam legẽdum obiectu, & non nouitatem, ſed nobilitatem ut ſit ordo. Odit uniuerſam nobilitatem, obiectu i. pp obiectum nouitatis, quia nouitatis ei obiecta & probro data eſt in petitione conſulatus, More maiorum qui oẽs noui erant. [Obhorret i. horrore quodam aſpernatur quaſi abominabilem, nec legam abhorret. Nunquã nonnunquam impatiens ſed nunquam quieſcit. [Facit reum]. i. accuſat & damnat patricium ſenatorem aut coniungenda, aut diuidẽda ſunt, coniuncta ſi legũtur patricium adiectiuum eſt, vt ſit ſenatorem patricium. i. ex patribus ortum & non aduenticium, ut ſunt noui homines qui per conſulatum ad ſenatum recipiuntur, ſin diuiſa duo dicit, q.d. & patricium & ſenatorẽ. Minoribus magiſtratibus, ut ædilibus triũuiris & c. eum ipſe ſit ſenator. Obiectat. Eſt ergo confutatio dictorum aduerſarij. Inimicos, propter repulſam à conſulatu. Teſtes, Curium & concubinã eius. In ſenatu ſperet. i. nõ habet ſpem in ſenatu, immo ſummam ſpem præ ſe tulis, uerũ callidi aduerſarij, eſt ſpem aduerſario adimere ſi poteſt. Eſt aũt hæc oratio argutiſſima [Quando ſi deliquiſſem] Eleganter ponit qñ., ut ſit, cum tñ ſi deliquiſſem. i. tale delictum quale obiectãt admiſiſſem. Nulla magnitudo ſupplicij, & ita non erat mittendus in exilium, ſed uocandus ad ſupplicium. Si ergo, rurſus tendit ad concluſionem. Si videtis, quoniam videtis. Nam, ſi conditionalis eſſet ſi diceret, ſi uideritis, aut ſi uideritis. Colubrum uenenum inuidiæ. In ſummo honore, in conſulatu.

adoleſcat. Expiate ocius, & eneruate hanc ſentinã ſcelerum. Abdicate hunc hoiem conſulatu, ne claram, & ampliſſimam dignitatẽ fœda illius flagitia deturpẽt. Eripite hunc ab hac rep. ne qñ eum ad excidium noſtræ ciuitatis anhelantẽ hæc ſanctiſſima intra ſe mœnia conſpiciãt. Si chara ſunt nobis huius urbis monumenta ſi piucundi liberorũ conſpectus, ſi grata eſt ueſtrarum uirginum pudicitia, ſi tẽpla potentatus, ſacerdotiæ ſocietates, domus, opes, familiæ, cliẽtelæ, fortunæ oĩum, & uniuerſę patriæ commoda uobis accepta ſunt. Iam iam ab hac rep ſemen hoc malorum oĩum eradicate: hunc à conſpectu ciuiũ eripite: qui uos, & bona ueſtra extinguere cogitat: qui claritudinẽ imperii Ro. in ſimultatibus, atq; diſcordiis perturbare inſtituit. Succurrite his periculis, obuiate huic calamitati. Tunc oĩs ſuſpitio ſedabitur. Tũ dolus ille à cohortibus confeſtim diſſipabitur In hoc uno noĩe oĩs ſpes eorũ ſita eſt. Quis n alio huic maximo imperio, huic capiti orbis terrarũ paucorũ ſceleratorũ aĩo exigere, aut cõctare potuit? Quis, qs ciuis in hac rep tã atrox facinus excogitare? Hic, hic tñ nouus Cicero Arpinas ex Iulliorũ familia ſtruit clã noſtro capiti inſidias, Catilinã cõiurationis ſimulat, quo liberior ſibi ad cõſillũ opportunitas patere poſſit. Nos pleroſque in q̃nem P. C. ut noĩe nr̃o cõparatis copiis facilior ſibi pateat

aditus ad inuadendum remp. uos Patres conſcripti, nonne veſtram miſeriam uidetis? Capeſcite remp. miſeram, & mutante. Subuenite patriæ, parentum, & ſimul ſalutis omnium miſereamini. Neque cõſularem, patricium ciuem, & amicum Populi Romani à faucibus inimici conſulis eripite. Supplicem. Atque inſtantem priſtinæ claritudini, omnium ciuium gratiæ, ac beneuolentiæ reſtituite.

ASCAN A DOLESCAT) .i. coaleat, aut concreſcat. Hanc ſententiam legendum hanc ſentinam ſcelerum. [Anhelantem], i. nimis annitentem, ita ut anhelitum trahat. [Monumenta,] Ideſt uetera ædificia & maiorum inſignia. Veſtratum virginum. Callide reijcit crimina in ipſum Cicero. quæ in ſe met ito intecta cognouerat. Enumerat autem omnia ferè quæ nobis chara eſſe debeant, & merito tutanda. [Iamiam, repetitio vehementiam indicat] Nunc. ſ. Ciceronem. Tunc omnis ſuſpicio. Tunc dicit, quia uocalis ſequitur, quæ poſt poſt. m. durius ſnoet, unde ſequente conſonante dicit, Tum dolus; A cohortibus [Quis alius]. ſ. quam inquilinus, homo nouus & nouarum rerum ſtudioſus atque dominationis apperens, Excogitare, repere potuit. Ex Tulliorum familia, unde patet cur Tullius ſit dictus. Nam Marcus uidetur prænomen Cicero cognomen quòd olim fuit agnomen, quia à cicere optime culto Cicerone dicti ſunt, uerum poſtea tranſijt in cognomen, & quibuſdam etiam in proprium nomen ſicut Lentulus à lente volgatior eſt tamen fama ut Tullius fuerit illi proprium nomen Catilinam coniurationis. ſ. titto ſimular. i. per ſimulationem arguit. [In quæſtionem] .i. inquiſitionem & examinationem de crimine obiecto. [Capeſſite] ideſt compectimini, & captum ſeu defenſum ite remp. Nutantem, ideſt uacillantem ſub iniquo conſule cum nullui audeat defendere. Miſereamini ſalutis. i. miſericorditer conſulti ſaluti omnium. Cõſulatem. ideſt de ſanguine conſulum. Dixi ea particula uti ſolent qui perorauerunt.

PHILIPPI BEROALDI INVECTIuarum Ciceronis in L. Catilinam Commendatio.

MARCVM Ciceronem cum in omnibus ſcriptis, quæ ſunt ſcripta diuinitus admirari ſoleam, tum uero in Inuectiuis, & his quæ Lucilianam mordacitatem redolent, & Theonino dente circũrodunt, illum ſatis ſuſpicere, ſatis adorare non poſſum, adeo uehemens, adeo concitatus, quem oppugnat inuadit, ut ſuæ lucubrationis tela, quæ quodam quaſi tormento ualidiſſima iaculatur, nemo non aduerſariorum horreſcat, nemo non ſubire formidet: etenim Marci Tullii eloquentiam Caius Verres ferre non potuit. Eiuſdem Philippice M. Autonium proſcripſerũt. Qua uero (dii boni) uehementia, quibus uerborum fulminibus. L. Catilinam, partim in ſenatum, partim in Quiritum in concione percellit, uexat, inuadit. Tuũ Marce Tulli (ut inquit Plinius) Catilina fugit ingenium. Quod non minus uere, quam facunde dictum eſſe intelliget, ſi quis diligentius inſpexerit libellos hos in L. Catilinam à Cicerone editos, quos nuper recognoui, ut in mille exemplaria à ſolertiſſimis impreſſoribus tranſcripti, paſſim legerentur, publicarenturque.
Hæc & omnia alii Marci Tullii uolumina non ſolum legenda, ſed habenda quotidie in manibus omnes edocti nouerunt.
Ille uero ſe profeciſſe ſciat (ut Quintiliani uerbis utar) cui Cicero ualde placuerit.

IODOCI BADII ASCENSII Commentaria in commendationem Beroaldi.

MARCVM Ciceronem. Hanc commendationem Phil. Beroaldi uiri diſertiſſimi, quia aſpernanda nõ eſt prætermiſſam nolui, ne tamen pro oratione haberetur minoribus characteribus miſerui & paucis elucidaui diuinitus. i. & beneficio à Deo cælitus dato. Lucilianam. i. ſatyricam, nam Lucilius ſatyræ latinæ pater & inuentor eſt. [Et dente Theonino]. i. mordaci & inuideo, ut Flaccus atteſtatur. [Suſpicere] .i. ſurſum & in ſublimi poſitum cum admiratione & ueneratione aſpicere. Nam ſicut deſpicere contemnere notat, ita ſuſpicere uenerari. Concitatus]. i. commotus, aut prouocatus. Locubrationis ad lucernam vigilationis] Verres, id quem Verrinas ſcripſit. Philippicæ, quas in M. Antonium tres uirum ſcriptas Philippicas inſcripſit ad imitationem Philippicarum Demoſthenis. [In ſenatu ut in hac oratione] In concione Quiritum, i. oratione habita ad Populum Romanum. Hæc & alia, communis commendatio operum Ciceronis quæ ſatis commendari nequeunt.

PORCII LATRONIS DECLAMATIO contra L. Sergium Catilinam.

SI quid precibus apud Deos immortales ſanctiſſimi iudices, uobiſcum aliquando ualuiſſemus, tidudum & potiremur reip. noſtra florentiſſima & ciues noſtros haberemus, tum ſtudioſos rerum gerẽdarum, tum patriæ ſimul ac uirtutis amantiſſimos, idq; temporis eximia lætitia frueremur, cũ rationes omnes dicendi noſtras, in laudem ſummorum, atque optimorum ciuium cõſumendas eſſe uideremus. Nihil enim ſtatuimus animo dignius, nec auctoritate maiorum, nec opinione populari, quam in eo genere uerſari forenſis exercitationis, quæ canere laudes egregias ſummorum hominum poſſet, atque animos inflammare noſtræ ciuitatis, ad imitandum. Verum ea dicendi uoluptas olim ſapientiſſimo uiro M. Catoni plane cõtigerit, nec nõ & Galbæ. Scipioni, Gracchis, Porcinæ, Craſſo, atque Antonio, ſummis atque ornatiſſimis oratoribus, quorum tempora ſingulari præſtantia uirtutis, ac ſtudio pene incredibili pulcherrimarum artium floruerunt. Nobiſcum uero ſententia noſtra bene ageretur, ſi modo tantum abeſſemus ab illa modeſtia temporum, atque homi nũ: nec incidiſſemus in atrociſſimos reip. fluctus, ac miſerandum temporum calamitatem. M ſi quidem Catoni, & Scipioni coætaneo ſuo, monimentis immortalibus huius urbis & ſine dubio clariſſimis luminibus temporum ſuorum, de legibus dicendum erat, de inſtitutis maiorum, de gloria militari, perſæpe de laudibus, ac uictoriis. Nobis uero, qui deuenimus in hic truculentam temporum conditionẽ, ſublata eſt omni gratia dicendi, atque interceptus locus omnis, aut iucundiſſimi ſermonis, aut conciliandæ beneuolentiæ popularis. Nam ſi quã uox noſtra, ſiue à foro, ſiue à curia deſideratur, dicendum eſt perpetuo nobis. aut de teterrimis huius patriæ calamitatibus, aut de nefariis oppreſſionibus ciuium, aut de pditæ iuuentutis nunc impudicitia flagitioſa, nũc ignauia ſingulari. Q are peſtium quanta in dies redundatio eſt, uos eſtis teſtimonio iudices, quorum aures calluerunt aſſiduitate pene quotidiana, copiaq; incredibili ciuiũ cõtrouerſiarum. Diximus equidem paucis ante diebus, ut ppe meminiſſe poteſtis, de L. Glabrionis immanitate, atque audacia furioſiſſimi hois, & ſi-

na dubio crudeliſsimi, cuius in ſenatu ſica pridie deprehenſa eſt, cum qua M. Papirium, lucem omnis patriciæ dignitatis extinguere moliebatur. Nunc vero dicẽdum eſt de L. Catilinæ ſceleratiſsima mẽte, atque inuſitata nequitia, quam nuper in omnium ciuiũ perniciem, ſtragemque redundaturam, dij immortales in auctorem ſceleris, tum benignitate ſua, tum conſulari vigilia retorſerunt. Quæſo igitur iudices diligenter attendite, remq; cognoſcite barbaram crudelitate, periculo uero, & calamitate reipub. pernicioſiſsimam. L. ſiquidem Catilina non ignobili genere præditus, neque infima uirtute, ſi dotes egregias, tum fortunæ, tum corporis ad dignitatem urbis, non ad perniciem cõferre ſtatuiſſet, rempub. nuper ex atrociſsimis bellorũ ciuilium uulneribus pauliſper reſpirantẽ, nouis inſidias opprimere conatus eſt. Quid exhorruiſtis iudices? non modo opprimere coũatus eſt, ſed crudeliſsime uexare, non uexare tantũ, ſed inaudito quodã genere feritatis extinguere. Manum ad id comparat, diuerſam quidem genere, ſed magnitudine ſceleris, uitæq; ſimilitudine penè eandem, quam manum exacerbatam continua penuria rei familiaris, & ob id deſiderio prædæ mirabiliter flagrantem.

ASCAN SI qnid precibus] Hæc declamatio Porcij Latronis in genere iuriſdiciali nimium verſatur. Iuridicialis enim conſtitutio (vt Cic. in Rhet. ve docet) eſt in qua æqui & recti natura aut præmij, aut pœnæ ratio quæritur. Eſtq; abſoluta quia continet iniuriæ quæſtionem & accuſationem L. Catilinæ, quæ dicitur Porcij Latronis, ſuntq; qui putant eum Catonem quoque dictum & poſtea conſulem in trachia male aduerſos Sardiſcos pugnaſſe. Non tamen is M. Porcius Cato eſt qui quadragieſquater accuſatos, glorioſe abſolutus eſt, quia eius hic non minit. Nec is cuius oratio in Catilinario habita eſt. Nec eſt vera oratio, ſed declamatio. Moris autem erat vt iuuenes ſeſe exercerent in arte dicendi accuſando quemuis nobilem, quo cõde unando maiorem gloriam aſſequebatur. Cæterum qua Sal. tantum explanandom recepi, in hunc pauca admodum dicam. [Si quid preci.] Maluiſſemus vobiſcum .i. ſi preces noſtræ, & veſtræ iudices ſuperos exorare potuiſſent potiremur rep. quæ nunc pene extincta eſt. [Idq; temporis]. i. per tempus. Eſt autem accuſatiuus temporis. In laudem quia laudando quam accuſando acceptiores ſumus quæ. ſ. exercitatio forenſis. i. in foro iudiciali canere. i. publicare, aut carmine poetico enunciare. [Animos ci.]. i. ciuium. M. Catoni, cuius iam memini, maiori videlicet. Et Galbæ, Scipioni &c. horum meminit Cic. inde claris oratoribus. [Pulcherrimarum artiom]. ſ. laudandæ virtutis & bonorum ciuium, quos ad maiora accendebant. [Si modo]. i. ſolum modo. i. ſi tantum bono illorum temporum careremus nec pateremur tot noſtri temporis mala. Truculentam, plenam atrocitatis & ſæuitiæ. [Coetano ſuo]. i. æqualis, poſſet etiam dici eius. Ordo eſt. Dicendum erat M. Catoni & Scipioni &c. Inſtitutis. i. moribus probatus apud eos. A foro, in qua aguntur cauſæ, à curia. ſ. ſenatoria. In tribus autem locis orabant. in foro ad iudices. vt hic. In ſenatu ad patres conſcriptos, & in concione ad Quirites. [In dies]. i. quotidie. Caluerunt, aut calluerunt lege. Diximus equidem. Hoc verbo videtur eſſe non declamatio, ſed vera oratio coram iudicibus habita aut certe aliam prius eo habitam, non enim citamos ſeu allegamus, quæ per declamationem tantum acta ſunt, niſi quatenus declamatio ſeſe veram orationem ſimulat. [Equidem]. i. certe, quod apud Virg. proprie accipitur pro ego quidem quod huic loco non congruit, nam ego quidem diximus non dicimus. [Paucis ante diebus] Sal. dixiſſet ante paucos dies [Pridie. ſ. quam de eo diceret. Poſtridiæ enim quam ſica. i. pugio occultus ad necem faciendam quo qui vtuntur ſicarij vocãtur. [Lucem emphatico,] q d columen & decus. [Nuper] .i. non parum eſt temporis. In auctorem ſceleris, in ipſum Catilinam coniurationis reum. [Barbaram] .i. barbaris non ciue dignam, aut apud barbaros frequentem, apud Romanos vix prius auditam. [Virtute,] Strenuitate & fortitudine. Nam non omnis virtus moralis eſt, & multi virtute. i. fortitudine animi & robore corporis, ſi vitutem non habent abutuntur. [Bellorum ciuilium]. ſ. inter Syllam & Marium, quæ originem ſumpſerunt Metello conſule. Vnde Flaccus, Motum ex Metello conſule ciuicum. Ex eo enim tempore quo illi Marius prælatus eſt à plebe, cœperunt nobiles in Marium iniquo ferri animo. Vnde Sylla qui in bello Iugurthino cum adhuc quæſtor erat eum pluriimum iuuerat, eius potentiam & immanitatem repreſſit, ſed vt alibi dixit victoria abuſus eſt. Conſtat itaque Catilinarium bellum poſt Iugurthinum fuiſſe, licet in pleriſque codicibus præponi ſoleat. Erat enim Catilinarium Cicerone conſule, qui Syllæ tabulas proſcriptionum in officijs taxat. Manum, hoc eſt exercitum promptum, manu penuria rei familiaris, quia ære alieno oppreſſo erant.

illecebræ ſibi facillime conciliauerunt. Conſilia nefarij facinoris in ampliſsimi ciuis M. Leccæ domo decoquebantur. Ad eam greges confluebant perditorum adoleſcentium, quorum hic familiaritatem eximiam conſecutus fuerat. conciliati partim aſſuetudine ſtupri, partim genere quodã nefariæ largitionis. Adhibiti ſunt & cuncti Barbarorum hominum, nobilitati non ſolũ magnitudine, & sũma æris alieni, uerumetiã conſuetudine, ac ſtudio turpiſsimarum rerũ. Nec alæ muliebres ab eo cœtu religioſo, nocturno prorſus abfuiſſe iudicatæ ſunt, nulla denique portẽta urbis, nullæ finitimarum regionũ peſtes reportæ ſunt, quæ nõ denotatæ ſolertiſsime per hunc, per magnitudinẽ inopiæ facillime concitatę repente deuolauerunt, in areã ipſam nefariæ, atque flagitioſæ coniurationis. Ratio conſiliorũ fuit, ut ſaturnalibus proxime futuris. uniuerſi cum armis ad ipſius Leccæ domũ præſto forent, ibique dato ſigno collaberentur omnes, partim ad diripiendam, inflammandamque urbem, partim ad trucidandum ſenatum, partim ad eos cõficiẽdos, qui præſidium urbi ferre uoluiſſent. Catilinã interim omnes, & ducem, & imperatorem appellarent. Audiſtis iudices ſatis euidenter, ut arbitror, conſilium ſceleratiſsimi hominis Catilinæ, reiq; indigniſsimæ miſerabilem ac deteſtabilẽ crudelitatẽ. Nunc uero audienda cauſa eſt, agnoſcendæq; faſces, quibus illæ flagrauit ad cupiditatẽ huiuſmodi ſcelerati facinoris obeundam; quas ſi planè cõprobatas uobis, ut arbitror, planeque illuſtratas euidẽtibus ſignis attulero, nihil erit impedimẽto, quin hoſtẽ reip. crudeliſsimum, atque infeſtiſsimum ſummis ſuppliciis, ſummis cruciatibus multandũ, ac mactandum eſſe iubeatis. Tria iudices ſentẽtia mea, ſcelerata, crudelia, flagitioſa, inaudita, quæ mentem Catilinæ ſemper immoderatã, ſemperq; nouis rebus ſtudentẽ, ad exitium patriæ cõmouerunt, nunc dicenda ſunt. Primum eſt quædã triſtis ſimultatis, qua ductus eſt, uniuerſum ſenatũ ex memoria repulſæ cõſulatus capitaliter fuiſſe ſemper infectatum. Secundo, rabies quædã temerariæ ambitionis, ſitiens immodicæ gloriæ prorſusq; inſtimata perpetua quadã, & ſingulari cupiditate dominandi. Poſtremo, cœtus infames turpiſsimorũ hominũ, nõ modo fatigati diuturno malo domeſticæ neceſsitatis, uerumetiam imbuti flagitiis, ac conſuetudine ſcelerum ſempiterna comite & genitrice peſsimarũ cupiditatẽ. Quod genus hominũ Catilinã ſuum ẽt dormientẽ e ſomno facillime excitare uoluiſſe. His aũt oſtẽſis, breuiter, ſaneq, confutatis, quæ pro defenſione flagitiorũ ſuorũ noſtri aduerſarii dicenda eſſe putauerunt finẽ adeſſe uobis intelligetis, Bello Mitridatico iudices lõgiſsimo quidẽ omnium & ſine dubio poſt Punicum periculoſiſsimo, cõ diutius in ſenatu de eligendo imperatore dubitatum

fuiſſet,

fuiſſet, planeq; omnes ambigerent quiſnam ſagaciſsimo regi ſagaciſsimus noſter imperator opponeretur, Catilinam inter oẽs cõpetitores incredibili quadam ambitionis magnitudine deflagrantem, oẽs ſenatoriæ ſententiæ reiecerũt. Eo telo percuſſus adeo Catilina fuit, ut poſtea nulli omiſerit, neq; perturbandæ curię, neque infectãdi ſenatus occaſion. Videbat nanque d eteſtandũ cupiditat ſuam, illo ſuperſtite, nunquã in eum locũ peruenturã fore, de quo illa pridem uniuerſæ oĩum uoces eijciẽdi eſſe putauiſſent uolnebat itẽ aĩo ſummas uitę neceſsitates, qnibus exuere ſe poſſe arbitrabatur, ſi qna ratione preclaris magiſtratibus aſpiraſſet. Nunc illas uero magis ac magis inſtauratas quotidie intelligebat, qñquidẽ inſpicerent oẽs uite ſue rõues, ea ſñia iugulatas prorſus extitiſſe, ac quidquid increpuiſſet ulterius, metuendam eſſe.

ILLECEBRAS, hoc eſt illectiones & pollicitationes Catilinariæ. Vnde Sal. in Catilinario. Scio ego fuiſſe nõnullos, qui ita exiſtimarent iuuentutem quæ domum Catilinæ frequentabat, parum honeſte pudicitiam habuiſſe. Alæ quaſi dicatur pro leuis armaturæ militibus mulieres aderant vt Oreſtilla, Sempronia & aliæ inpudicæ, ad ipſius Leccæ domum. Qui dictus eſt M. Porcius Lecca. [Collaberentur] Alludit ad ſerpentes qui ſubito, ſed tacito adoriuntur. Trucidandum hoc eſt atrociter occidendum. [Præſidium] .i. defenſionem & protectionem. Miſerabilem, raro in malam partem dicimus. Nam miſer ferè dicitur qui miſericordia dignus. [Faces] .i. incendia irarum. [Summis,] Id eſt maximis, aut ſupremis, hoc eſt peſſimis. [Tria iud.] Tris ait fuiſſe cauſas ſuſceptæ iræ in ſenatum & remp. primam, repulſam conſulatus. Secundam, auiditatem perpetuo dominãdi. Tertium, neceſſitatem pediriſſimorum comitum eius ære alieno, ac debito oppreſſorum, quorum auxilio diuitũ bona diripere prætendebat. [Domeſticæ, hoc eſt rei familiaris] Conſuetudine appoſitorie comite ac genitrice ſempiternã, hoc eſt quæ conſuetudo ſcelerum eſt comes, & genitrix peſſimarum cupiditatum, quia vnum peccatum attrahit aliud, & qui peccatis ſe aſſuefaciunt redduntur impotentiores ad reſiſtendum, quod phyſica ratione comprobat D. Auguſtinus, docens ex vaſel & bilem, ſeu coleram augeri, à quibus anctis prouocatur ira à libidine iecur turgere. vnde augetur luxuria, riſu ſplenem inflari qui riſum maiorem exciat. Timore cor & præcordia grandeſcere, quibus timor augetur, nam ceruinum .i. magnum cor vt ceruis eſt, meticuloſis ineſt hominibus. [Etiam dormientem] .i. etiam ſi dormiuiſſet cũ ſua pre natura vigilantiſſimus fuerit. [Excitare voluiſſe, aut potius valuiſſet] His oſtenſis quæ in accuſationem Catilinæ adducta ſunt, & confutatis .i. improbatis ſup. his quæ fautores Catilinæ putauerunt eſſe pro defenſione .i. purgatione, flagitioſorum .i. grauiſſimorum ſcelerum noſtri aduerſarij. ſ. Catilinæ modo iudices intelligetis. finem. ſ. orationis meæ adeſſe vobis. Non dic it declamationis, quia licet declamatio ſit. tamen habenda eſt perinde atque vera eſſet oratio. Declamatio autem eſt in fictis cauſis etiam longe poſt ſententiam ſtatam oratio ad exercendum ingenium, & vt promptiores ſint in veris cauſis inuenta, vt Quintiliani & Senecę. Videbat nanque, quidam legunt videbant & proventuram fore, ſed vtrunque inepte. Nam ordo eſt. Nanque Catilina videbat .i. conſiderabat ſuam cupiditatem, qua cõſulatum petebat, nunquam peruẽturam ſup. eſſe, illo. ſ. telo obiecto ſuperſtite .i. perdurante in eum locum. ſ. conſularis dignitatis, de quo vniuerſæ .i. ſimul omnes, voces omnium. ſ. ſenatorum, & populi putauiſſent .i. decreuiſſent pridem .i. paulo ante quaſi priori die eſſe eijciendam .i. depellendam, ſup. eam. Neceſſitates ob debita & æs alienum, ſi qua .i. ſi aliqua ratione .i. via, magiſtratibus .i. ad magiſtratus aſpiraſſet .i. aſpirando perueniſſet aut tantum aſpiraſſet, vel quia audaces fortuna iuuat, vel quia videntes eum ad tantam gloriam tendere mitius cum eo egiſſent. [Nunc illas vero intelligebat, illas. ſ. voces quibus erectus erat magis ac magis inſtauratas .i. corroboratas quoniam inſpiceret omnes rationes vitæ ſuæ extitiſſe iugulatas .i. interfecta & condemnatas ea ſñia. ſ. ſenatus. [Increpuiſſet] .i. vi obtinere quaſi increpando valuiſſe.

conſularem uigiliam, metuendum eſſe iudicium ſenatoriæ auctoritatis. Hanc uero ſpecies ita exanguẽ, ita cõſternatam cõſuetudo creuit uitæ prauiſsimæ ad omne facinus. neque ocii ſui patiens neque alieni Qualis eius uita fuerit, & ſi præclare conſcientia publica teneatur, huic tñ illuſtrandæ ſeu patefaciendi teſtes indubitati uideri poſſunt ii, qui ſacrariũ illud libidinũ colere, atque obſeruare cõſueuerunt Quæ nugæ, Dii immortales? quæ portenta ſcelerum? qui libidinum gurgites? quæ ſentinæ flagitioſorum? Verũ is rumor ſparſus eſt de moribus Catilinę, eaq; gentium opinio peruagata, quatenus exiſtimen uoces ipſas publicas non hominũ eſſe, ſed oraculi potius nuncupandas Famã uero popularem à maioribus noſtris ſępenumero accipimus, neq; temere unquã naſciturã eſſe, neque temere occaſuram Dedecus illud egregium corporis non ad dignitatem nominis, ac gloriæ, ſicuti par erat homini nobiliſsima familia nato, ſed uti latro perditiſsimus ad oẽ genus flagitii conferendum fuiſſe ſemper arbitratus eſt. Vires ad ſtuporem hominũ pręclaræ, atq; inuſitatæ perpetua uoluptatum intemperantia ſunt labefactatæ. Flos pueritię uenuſtiſsimæ, ad inuentium iucunditatem, cui nõ libidini patuit flagitioſæ iuuentutis, aut quam turpitudinis notam nõ ſubeundam ultro, atq; accerſendã eſſe cogitauit? Lux illa uero preclari, atq; eccellentis ingenii, q oẽs diuinã ſemper & ſingularem, atq; inuſitatã penitus eſſe arbitrabantur, nonne inter fœdiſsimas uoluptatũ ſordes reſtincta eſt? Omitto peſtis huius impuriſsimas uoces, mollitiẽ ſcenici, obtuitus impudicos, blanditias muliebres, & oẽm denique copiã nõ mediocrũ uitiorũ ſub illa frontis erudita ſimul, atq; inſigni pulchritudine deliteſcentẽ. Pretereo mentem illius plus, q gladiatoriã, ſitim incredibilẽ humani cruoris, mirũ incõſtantiæ genus, uultũ nunc demiſſum, nunc alacrẽ, nũc anhelantẽ ſcelus, nunc gratia meretricia floreſcentẽ, ſummũ pecuniæ deſiderium ſummã ſimul prodigalitatẽ, contemptum incredibilẽ omniũ bonorũ, itemq; eximiã cum ſummis, atq; ornatiſsimi ciuibus familiaritatem. Nihil enim fuit iſto mõſtro uerſipellius, aut mutabilis hominũ memoria, ita ut res diuerſiſsimæ ſæpenumero uideitur in eodẽ ingenio, tanquã in ſentina quadã teterrima ſimul redũdare. Quis igitur dubitandũ eſſe putauerit hominẽ præditum huiuſce inſtitutione uitæ, remotiſsimum ab omni gerere humanitatis, perfacile ſeſe teterrimo cuique, atque immaniſsimo facinore fuiſſe accomodaturum? Fontẽ aperuimus iudices omnium Catilinæ morum, atque oĩs conſuetudinis. Vnde illi damnaniſſe uis iſta præclara conſiliorum facillime intelligenda eſt. Nunc uidendũ eſt ſpẽ atrociſsimi ſceleris, unde illi ſubminiſtrari fuiſſe iudicemus. Cũ hic itaque ſecum repeteret memoria miſerandã ignominiam comitiorũ, turpeſque anguſtias afflictę rei familiaris, ſimulque intueretur, uel ſibi uiuẽdum, ac moriendum fore, cum turpitudine ſumma, uel ſenatum nullum eſſe oportere, de ratione tollendi ipſius primum cogitare cępit. Nã illo deleto, ſine dubio intelligebat uiam latiſsimam libidinibus ſuis continuo patere. Vertit itaque oculos ad innumerabilem copiam iuuentutis, qua dies, ac noctes ſtipabatur in exercenda conſuetudime ſuarum cupiditatũ cum putauit manum ipſam hominũ, tanquã haſtam ualidiſsimã furoris ſui facillime ſibi accomodari poſſe, q contorqueret in oĩum noſtrũ ruinam, atq; interemptionẽ, ut q cognouerat educatã uitæ prauiſsimę

inſtitutis, imbutam ſæpenumero ſanguine miſerorũ ciuiũ ardentẽ incredibili deſiderio prędę, ſibi uero mira familiaritate cõciliatã. Genus eſt ho.u n vehementer exercitatu ferro, atq; inopia, duabus reb. ad oẽ genus facinoris paratiſsimũ. Q quidem ego ciuitati noſtrę maxime debilitatę belli ciuibus atq; afflictę magnitudine calamitatũ magnopere ptimeſcẽdũ eſſe iudico. Nihil.n. preter ſpẽs atque animũ fortuna reſeruauit

Ascen. Consvlarem ipſius cõſulis videlicet Ciceronis Sacrarium illud libidinum ironicos ſicut prius, ab eo cœtu religioſo dicitur. Non holum ſed oraculi.i. reſpõſi ipſius Dei vt Apollinis, quod orantibus & immolantibus dabatur, vnde Æneidos ſexto, Ceſſas in vota præcepsq; ? q.d. Sibylla, ceſſare non debes Aenea, neque.n. ante dehiſcent Attonitæ magna ora domus. Famã vero vnde eſt illud Ariſtotelicum, quod cõis fama nõ omnino deperditur. [Labefactatæ, mollificatæ] Cui non patuit, q.d. nulli non.i. vnicuique patuit. Lux illa] Accumulat dotes naturæ in Catilina, vt ſignificet eo deteſtabiliorem, quo plutibus eſt. Omitto, occupatio Rhetorica, quale præterire, aut nolle dicere ſignificat quę maxime dicit. [Mollitiem ſcenicam]. i. vmbratilem, aut quali vtuntur hiſtriones in ſcena dum perſonam mulierem aut amantis adoleſcentis induiſt. [Obtutus aut obtutus] i. firmos aſpectus. Blanditias muliebres i. mulieri conuenientes. [Frontis] .i. præ ſe ferentis. vnde Iuuen. Fronti nulla fides quis enim nõ vicus abundat Triſtibus &c. [Prætereo mentẽ illius]. ſ. Catilinę pluſquam gladiatoriam .i. quam habeant gladiatores, cum tamen gladiatores tã auidi feriendi ſint vt ſeſe protegere ſępe negligant, ut in Phormione Terentij circa finem clare notificat Phormio. [Sitim] i. appetitionem & cupiditatem. [Gratia]. i. indulgentia & ſpecie grata, meretricia .i. qualem ſolent habere & fouere meretrices. [Verſipellius] .i. aſtutius & magis inuerſa pelle. Tracta metaphora ab apologis. Nam Aſinus dicitur indutus pelle leonina feris terrorem incuſiſſe donec voce cognitus detracta pelle ludibrio haberetur. Vnde dictũ eſt: Sæpe ſub agnina latet hirtus pelle Licaon, Subq; Catone pio perfidus ille Nero. [In ſentina]. i. ſordium collectorio, ſicut in naui aquę immundæ omnes in ſentinam defluunt & colligantur. [Humanitatis]. i. manſuetudinis, & miſericordiæ hominem decet, nam Candida pax homines trux decet ita feras, vt inquit Ouidius. [Frontem]. i originem & occaſionem. [Vis iſta præclara, ironia eſt] Nam ex peſſima vita & perditiſſimorum ſocietate, peſſima habuit & ſectatus eſt conſilia. [Subminiſtratam]. i. ſuffectam, auctam, ſpem, ſcilicet tanto facinoris perpetrandi. [Repeteret] .i. reuolueret, memoria, reminiſcendo. ſ. comitiorum.i. diei in quo per comitia repulſam ſuſtinuit, & eſt prima cauſa, & turpes anguſtias i. oppreſſiones, rei familiaris. i. domeſticæ facultatis, afflictæ, propter æs alienum, & eſt ſecunda cauſa, & intueretur. i. uideret ac conſideraret moriendum fore. iterum fore futuro coniungi ſi non eſt ab imperitis adiectum. Cum turpitudine, quia cum ſumma paupertate, dicitur enim turpis egeſtas, quia inopes & immundos atque ioculios facit. [Nullam]. i. penitus extinctũ [Illius]. ſ. ſenatus. [Stipabatur] .i. denſe comitabatur. ſicut ſtupa condenſantur & obſtruuntur rimæ in nauibus. [Manum] .i. multitudinem promptam & expeditam ſeu paratam manu. [Cõciliatam,] Id eſt gratia & amicitia deuinctam & coniunctam. [Ferro] .i. graſſatione & prædatione.

alteram ad differendam uitæ neceſsitatẽ, alteram ad liuorem ſuum magnifice accõmodatã. Nihil illis contemptibilius, quos ſi quidẽ rudimẽta uitæ traducta, in hac tenuiſsima re depoſita, nũc in gladiatoriis muneribus nũc alia facinoris atrocitate partim ad oẽ ſcelus, partim ad oẽm patientiam erudierũt. Verum hæ peſtes, ſententia mea, quo fuerunt abiectores, eo magis extimeſcendas eſſe reor, tanquam perpetuo ſeditionũ ciuilium, ac rerũ nouandarũ auidiſsimas, ſiue quia uoluptatẽ capiãt ex mœrore ſociæ calamitatis, ſiue quia ciuitatũ uerſutiam, mutabilitatẽ rerum ſuarũ portendi quodammodo arbitrãtur. Hi ſunt quidẽ quos in foro quotidie in oculis ciuium calamiſtratos, ac veſtibus collucentes paſsim obuolitare cernimus, fortunas oĩum popularium atq; ocium ciuitatis lũminibus cõſignantes, qui nõ modo artecti permanẽt ad opportunitatẽ cuiuſpiã præſentis cõmodi, uerumetiã geſtiunt ad opinionẽ ſperatæ utilitatis. Si feras quidẽ ois generis, quo magis attenuatæ fuerint penuria edẽdi, eo magis præcipites, atque affrenatas ruere in perniciẽ uidemus, quid hic deſperatorũ colluuiẽ ieiunã, ſitientem facultatum noſtrarũ, quo impetu, quaue ſtrage ruituram eſſe creditis aut debacchaturam, ſi ſe carceribus emiſerint, cũ illæ ratione careant, atque intelligentia, hi uero non abſint penitus ab ipſa facultate intelligendi? Grauiſsimi quidem ſunt morſus irritatæ neceſsitatis D. ij immortales, quæ clades ab illa feritate hominũ, quæ gr̃a flagitioſorũ emanauiſſent, ſi nocturnus iſte imperator, quaſi quaſdã rapidiſsimas belluas in urbis penates immittere potuiſſet? Horret animus iudices, ea cogitatione complecti, quæ miſeri pertuliſſemus, ſi ſopor oculos conſulares detinuiſſet. Reſtinguenda eſt ita flãma nobis ſcelerata, & atrox, dum adhuc uelata cineribus, ac ſopita facultas reſtinguendi leuiſsime data eſt, ne cum eo a cõprehenderit (quod immortales dij penitus auertant) nos fruſtra poſtmodũ furibũdã atq; exultantẽ reſtinguere cupiamus. Neque rectorẽ nauis audiendũ prorſus exiſtimo in ipſo mœrore calamitoſæ tempeſtatis, quẽ illi furere facillime licuiſſet conſurgentẽ primo, ſibiq;, ac rebus ſuis naufragiũ minitantem. Neque itẽ gubernatorẽ urbis in ipſo excidio, & calamitate ciuitatis, quam impẽdentem prius ipſe conſilio ſuo, ſuaq; prudentia ſuſtinere quodãmodo, ad propulſare potuiſset. Seræ ſunt hominum lamẽtationes prorſusq; uituperandę, quas occupatas in his lugendis cernimus, quæ uitio ſuo, deſidiaq; cõtigerunt. Callicratidi Lacedæmoniorũ duci, cũ ornatiſsimã cui prę̃erat, claſsẽ funditus amiſiſſet propter immoderatã gloriæ cupiditatẽ, nihil ad eã reſtituendã nouiſsima conſilij rõ ſuffragata eſt, quã ita ſeruare poterat, ſi modo in ſtatione continuaſſet. Terentio Varroni ſempiternũ dedecus, atq; immortale monimentũ erũt flagitioſæ turpitudinis deletæ ad Cannas temeritate ſua pulcherrimæ Romanorum legiones quæ ſeruatæ periculoſiſsimo tpe reip. ſine dubio fuiſsẽt, & robur eximiũ pulcherrimę urbis, & perpetuũ decus cõſularis prudentiæ, diſciplinæq; militaris. Rectè itaq; maiores noſtri ſummis laudibus efferẽdi sũt, qui Sp. Meliũ qui Gracchos qui M. Mãliũ Capitolinũ, qui Druſũ, q; Saturninũ fortiſsimos hoĩes & reip. ſępenumero nõ mediocriter opitulatos, q deueniſsẽt in affectatæ tyrãnidis ſuſpicionẽ morte multãdos eſſe putauerunt. Nec Sp. Melio fauor ampliſsimus ciuitatis, nec Gracchus aui ſui Scipionis clariſsimi uiri memoria, nec Mãlio celeberrima gloria Capitolij liberati, nec Druſo ſãctiſsimi ſui penates, nec Saturnino ius

Alteram) .ſ. ſpem maioris prædæ accõmodatam ad differendam neceſſitatem vitæ, alteram .ſ. animam .i. vitam ipſam. [Nihil illis contemptibilius] Quæras ſi maxime pertimeſcendi ſunt quomodo contemptibiles dicantur? Sanè cõtemptibiles non quaſi nocere non poſſint, ſed quia abiectiſſimi & in ſordidiſſima vita verſati. Vnde ordo eſt in prin. Nihil eſt contemptibilius. i. vilius & indignius illis .ſ. hominibus coniuratis, ſi quidem. i. vtpote quos, rudimenta. i. eruditiones vitæ traducta. i. tradita illis, in hac, ſcilicet quam dixi re. i. facultate tenuiſſima, id eſt exiliſſima, depoſita .i. demiſſa, & exhibita nunc, id eſt interdum in muneribus, id eſt exercitijs gladiatorijs quę ad voluptatem populi cum ſumma indignitate ſua & periculo uitæ

in

in hatena exhibebant, nunc.i interdum, in alia atrocitate facinoris ut pote in latrocinio aut deprædatione, erudierunt partim ad omne ſcelus.ſ. perpetrandum & partim ad omnem patientiam.ſ. tolerandam, unde tales aſſueti malis ſi nobis & duritiam ſuam in perniciem uertunt, perniciosiſſimi ſunt. Vnde addit, uerum hæ peſtes, hoc eſt pernicioſi homines. [Ciuitatum uerſutia] .i. calliditate, quia miſeris ſolertia rebus, & ita quia verſuti ferè ſunt ciues portenditur ex rerum inopia permutatio quædam, aut legat uerſuta. [Hi ſunt quos calamiſtratos] .i. habentes capillos calamiſtro criſpatos. Collucentes, ut apud Iuuen. Sat. ij. Cretice pellucs & multa de mollicijs plurima. [Paſſim] .i. ferè per ſingulos paſſus obuolitare, leuiter & importune ingredi. [Conſignantes] .i. notantes luminibus .i. oculis fortunas .i. facultates ut quas direpturi propediem ſint, ocium quod ex abundantia rerum naſci ſolet. [Geſtiunt] .i. immodice exultant. [Si feras argumentum à ceteris animantibus. [Colluuiem] .i. immundam congregationem, ieiunam, & ita famelicam, debacchaturam .i. furibunde irruituram, carceribus, alludit ad carcares equorum, quibus ſigno dato effuſi ruunt ad palmam curſuri. Irritatæ neceſſitatis, ut famis quæ ob id à Marone maleſuada dicitur. [Nocturnus] .i. Catilina. Iſte per contemptum dicit. [Conſulares] .ſ. Ciceronis, Quam conſurgentem .i. dum oritur & eſt Metaphora à Nauclero. [Setæ] .i. nimis tardæ. [Callicratidi] Agit exemplis primo externo, deinde Rom. dicens quòd Callicratides imperator Lacedæmoniorum qui ob gloriæ cupiditatem claſſem cui præerat cum eam in conſulte hoſti obieciſſet penitus amiſerat, fruſtra poſtea eam inſtaurare aut conſilio tegere conatus ſit. Apud Herodotum libro nono habetur Lacedæmonij qui Calicrates ab eo dicitur, interitus. Terentio Varroni cuius temeritate Lucius Æmilius collega eius (erant enim ambo conſules) apud Cannas occubuit, vbi ut Liuius libro ſecundo decados tertiæ dicit cæſa ſunt quadraginta millia peditum duo millia ſeptingenti equitum. Ad Cannas, uicum exiguum Apuliæ. ſed clade Rom. Illuſtrem. Spurium Melium affectatorem dominationis per largitionem frumenti habitum, & à Seruilio Hala iuſſi dictatoris (ut dixi) occiſum. Gracchos Caium & Tiberium ob ſeditionem cæſos. unde Iuuen. Sat. ij. Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes. Manlium Capit. à Capitolio defenſo contra Gallos cum anſeris ſtrepitu excitatus eſſet ſic dictum, qui quòd ære alieno obſtrictos liberatet, neaos exoluere crimine, affectati regni damnatus de ſaxo Tarpeio deiectus eſt, auctore Liu. lib. 6. decados primæ. Morte mulctandos .i. puniendos ultimo ſupplicio. Sanctiſſimi penates, quia maiores eius ſanctitatis famã meruerant.

ſacroſanctæ dignitatis auxiliata eſt. Quid ita? quia necẽ paucorum, aut unius hominis, calamitati publicæ maiores noſtri ſemper anteponendã eſſe putauerunt. Quid? genus crudelitatis eximiũ, nõ ſunt arbitrati ciues eos perimere, ſummisq; affligere ſuppliciis, quorũ in remp. perſæpe clariſsima beneficiorũ genera extitiſſent? minime. Quid ita? quia nullũ ſatis dignũ ſupplicii genus in eos conſumi poſſe opinabantur, qui patriæ ſuæ libertatẽ opprimere ſtatuiſſet, nec illos ciues eſſe iudicauerunt, quos abieciſſe rationẽ patriæ charitatis intuerentur. At contra, eos, qui tales interemiſſet, nõ modo dici, atq; appellari ciues ut eſſent ſtatuebant, ſed affiniendos fore immortalibus donis, ac ſempiternæ hominum memoriæ conſecrandos. Quid enim p[...]t indignius loci, qui uitã à patria ſuſcepti ad illius perniciem, calamitatemq; e[...] ferre? quid fingi ſceleratius, quàm eorum pœnas, ac crudeliſsimã ſeruitutem excogitare, quos iiſdem mœnibus ac tectis conſtitutos, eædem leges, atq; eadẽ uiuendi ratio continuiſſet? Quid denique poteſt intolerabilius exiſtimari, q̃ inferre delubris deorũ immortalium ac facultatibus noſtris, illinc ſceleratas faces, hinc acerbiſsimas expilationes? Hæc qui curauerunt, indices aut qui tentauerunt nunquã ego alienos ab hoſtibus, aut diſsimiles feritati beſtiarum exiſtimabo. Vidimus de ſpe perficiendi nefarii facinoris, uidendũ eſt de loco, quẽ latebram commodiſsimamq; & tutiſsimã egregius artifex delegit, cum

contegendæ conſpirationi ſuæ, tum armis oĩbus eius artificii comprehendendis, ne forſan temere domũ nobiliſsimi ciuis, atque opulentiſsimi M. Leccæ delectã eſſe iudicetis. Primũ homo delectus eſt huiuſmodi nefariis cupiditatibus affinis, quo participe ſemper uſus fuerat conſiliorum ſuorum adiutore, teterrimarum libidinum ſocio, maximorum periculorum, cui ſpectato frequenter in difficillimis rebus ſummã huiuſmodi atrociſsimi mali tuto committi poſſe, facillime ſibi pollicebatur. Præterea domum ſibi deligendam eſſe iudicabat ſolitudine locorum deſertam, & ab omni frequentia populari remotiſsimam, quæ, ſcilicet uoces coniurationis tutiſsime cõtinere poſſet. Contulit igitur ſeſe in ipſam M. Leccæ domum, remotã ab omni celebritate, conſtipatã multitudine arbuſcularum & ab omni ſuſpicione prodendi facinori non mediocriter abhorrentem. Quos uero tetenderit ibi coniurationi laqueos, aut quas catenas ſcelerum conflauerit nobis, ac facultatibus noſtris, Saturnalium dies patefactura fuerat, niſi primũ benignitate deorũ immortalium, deinde uigilantia cõſulari, nefariæ ſicæ de manibus latronum excidiſſent. Nulla amplius tendiculas pertimeſcamus ab execrabili monſtro, nullas inſidias ab hoſte teterrimo. tenetur fera, nec, ſi uiri eſtis, declinatura eſt telum ipſum ſacroſanctæ ueſtræ auctoritatis. Ne uero Catilina neſcias, uigilantiſsimo cõſules habere remp. te quocunque ueneris, quocunque abieris, diligentia noſtra circunſpectum teneri, quid heſterna nocte conciunculis tuis agitatum ſit, licet meum recognoſcas, cum ad M. Leccæ ueniſſes, unum ex fideliſsimis cõmilitonibus tuis ad multam noctẽ, req; in interiorem una cum illo cubiculi partem receptiſſe, tanquã in ſacrarium memorabile cupiditatum ueſtrarum, repente de Lecca ſe ſcitari cœpiſti, num quis ex coniuratis adueniſſet, cum ſubito Lentulus, ac Cethegus teterrima capita maleficiorũ omnium, furibundi atque alacres irreperunt, moxq. ingreſſi.

SACROSANCTAE, tribunitiæ. Tribuni enim plebis creati ſacroſancti habebantur quoniam violatores ea pœna plectebantur ut eorum ceruices Ioui deuouerentur. [Quid ita] .i. cur ita factum eſt à maioribus reſpondet quia necem &c. unde illud Maronis in quinto, Vnum pro multis dabitur caput minime. ſ. arbitrati ſunt eſſe genus eximium crudelitatis. Quid ita, i. quamobrem. Quia nullum &c. Afficiendos fore, ſæpe aut inepte poſitum, aut appoſitum eſt fore ad futurum tempus. Vult autem dicere tyrannorum interfectores non ſolum ciuitate donatos, ſed æternæ memoriæ gloria cumulatos. Iiſdem mœnibus conſtitutos, inter quos ut Cic. in officia docet multa ſunt communia, & ſumma congrua conciliatio. [Quid denique,] q.d. nihil, delubris .i. templis in quibus erant ſimulacta delibrata .i. decorticata, nam liber cortex eſt interior, facultatibus .i. fortunis, opibus potentijs. [Illinc, aut potius illis] .i. delubris, hinc, melius his .i. facultatibus noſtris, niſi ſit illinc unde delubris inſidiabantur & hinc unde facultatibus. Expilationes] .i. deprædationes. [Cum contegendæ] .i. cum ita ſit quòd contegendæ conſpirationi ſuæ, tum .i. maxime uerum eſt, quòd armis. [Solitudine] Cõmemorat ſitum domus ipſius Marci Leccæ. Celebritate .i. frequentia ſed præcipuæ celebrium .i. clarorum uirorum [Arbuſcularum] .i. minutarum aut paruarum arborum. [Abhorrentem] .i. alienam. [Nobis] .i. capitibus noſtris, quo dicto ſe unum ex patricijs profitetur ut Porcium Catonem cuius in principio meminimus eſſe putemus. Saturnalium dies dicitur & ſaturnaliorum. Ordo autem eſt. dies Saturnalium fuerat patefactura .i. oſtenſura, quos laqueos coniurationis tetenderit ibi .i. apud Leccam, aut quas catenas .i. ſeruitutes & incarcerationes ſcelerum .i. debitas ſceleribus, aut ſceleſtorum, conflauerit .i. quaſi conflando ut faciunt metallarij compegerit nobis, quantum ad uitam, & facultatibus noſtris quantum ad rem. Vigilantia conſulari .i. ipſius Ciceronis. ſicæ

aut

Ascen[...]

aor ſiccæ.i.pugiones ſiccatiorum. Alexander dicit ſiccas, ce, duplici ſcribendum, plures ſicae, ſimplici ſcribunt, excidiſſeor. Pulchræ alludit ad latrones atque ſicarios a magiſtratibus deprehenſos cum ſica aut furto Solent enim vtrunque latenter quaſi exciderit demittere vt ſe inſontes probent. [Tendiculas] .i. tenſiones inſidiarum. [Fera].i.immanis,& efferus parricida Catilina, tenet telum, id eſt iam iamque patietur vindictam à vobis inferendam. [Si uiri] .i. animoſi & virtutem præſentem in pectore habentes. [Vigilantiſſimos conſules] De vno conſule pluraliter loquitur in inuidiam Catilinæ. [Circunſpectum] .i. obſeruatum,& deprehenſum. [Heſterna] .i. pridiana nocte, id eſt nocte præcedente diem illum quo deprehenſus es. [Ad Leccam quem commilitonem vocat in malum] In ſacrarium, id eſt repoſitorium ſacrorum cum nefandiſſimas res illic tractarine. Lentulus & Cethegus in quos animaduerſos dicit Saluſt. Furibundi, quo modo alacres? Alacer ſeu alacris proprie dicitur præceps, & quia quæ læti facimus, præcipites & citi facimus ideo tranſumitur vt ſit quaſi lætus, vt in comico qui non es alacris. furibundi ergo propter impatientiam moræ in Catilina, & alacres, id eſt præcipites & veloces quantum in ſe, quia Cethego omnis ſpes in feſtinatione erat; vnde cinctutum.i.accinctum vocat Flaccus dicens in Arte, Cinctutis non exaudita Cethegis.

uociferare cęperunt. Quid agis Catilina? cur uoluptates noſtras diutius remoraris? præſto ſunt Saturnalia nobis ocioſis, atque oſcitantibus, quē unum diem ſæpenumero nuncupare ſolitus ex euerſorem ſuperbiſſimi ordinis, fugatorem ærumnarum noſtrarum, lucē ac principem vniuerſæ noſtræ dignitatis. Num in gerendis negocijs ignorans ſequendas eſſe tpum opportunitates? & in occaſione rerū deſidiam, ac tarditatē oēm, quam diligentiſsime fugiendam? Mutabiliſsimę quidem ſunt deorū uoluntates, & fortunam, cū abire permiſeris, fruſtra poſtmodum diſcedentem, ac fugiētē ſis imploraturus. Talia uero conquerentē tu paucis pro re ſubſecutus. Aquilā argenteā proferri continuo iuſsiſti, præclaram auſpicem, ac gubernatricem furoris tui futuram. Teſtor noctem ipſam impiarum molitionum tuarum conſciam, ac teſtem, nihil ex Ijs me fugiſſe, quæ clandeſtini veſtri conatus agitauerunt, per pauca ſatis attigiſſe fuerit, ne ſolitudine in ipſa latibulorum tuorum, cum ora uulgi planè deuitauiſſes, fefelliſſe te crederes diligentiam pariter, atque induſtriā conſularem. Linquo telorum innumerabilem, atq; excogitatam copiam, quam in ijſdem furialibus antris conſtipandam, atq; occultādam fore curauiſti. Mitto literas manu tua ſcriptas, diuerſis mācipiis reddēdas, quæ furori tuo ſuccurrere, atque opitulari uellent. Tranſeo rem illam ſimillimam prodigio, cū mane iſto iā coacto ſenatu, redundantibusq; ſubſellis, ſerius in ſenatum prætor conſuetudinē ueniſſes, quod nulli non oculi te ſenatorum ſtatim conſignarunt ingredientē, demiſſo uultu, pallore terribili, luminibus, errantibus, ac facie præſe ferente neſcio quid inuſitatæ crudelitatis. Pręterea Saturnalibus proxime futuris rem adoriri placuit, quo die ciuitas oīs feriata publico edicto, cōferre ſeſe in montē Auentinum, ac ruſticari quodāmodo ſolita eſt, cum tu manu furoris tui diligenter armatā, atque inſtructam primū ad cędem ſenatus, ac conſulum, deinde ad occupandā Capitolii arcem munitiſsimā fueras immiſſurus, atque his perfectis daturus operam, cum direptioni publicæ, tum inflāmandis ædibus, atque his trucidandis qui remp. defendere uoluiſſent. uidetis iudices lucē clariſsimam rationum, quā ego profecto cenſeo nullis in uolucris tenebrarum ſuarum obruituros eſſe, nec M. Leccam præclaram ſedem, atque officinam teterrimæ cōiurationis, nec ipſum deteſtabile caput, atquę obſcœnum artificē Catilinā. Cumq; hęc oīa conſtent animaduertēdum eſt pariter uno maleficii gñe Catilinā non modo deos, ac patriā, uerumetiā mores, leges conſuetudinē urbis, atque inſtituta maiorū uiolaſſe. Primū 12. tabulis cautū eſſe cognoſcimus, ne quis in urbe cętus nocturnos agitaret, deinde lege Gabinia promulgātū, qui cōciones ullas clandeſtinas in urbe cōflauiſſet, maiorum, capitali ſupplicio multaretur. De te itaque Catilina ſciſcitor tun' cętus iſtos commilitonum tuorum contra præcepta 12. tabularū contra leges nr̄as, contra uero ſenatus, ac plebis auctoritatem noctu cogendos eſſe putauiſti? Deinde quæro, ſi qñ in lucē ſepulchrales iſtæ conciūculæ tuæ prodiiſſent, quid rn̄ſuros fuiſses ſenatui: quid cōſulibus? aut quid uiris optimis, atque amantiſsimis patriæ: Quid leges igitur noſtras uiolas Catilina? quid ſenatus auctoritati contradicis: æquum enim eſt inſtituta maiorū, atque edicta grauiſsimi ſanctiſsimiq; ordinis, quia perſtringere ueſania tua non es ueritus, ea reſtituas, ac ſarcias ſupplicij tui memorabili animaduerſione. Manlius torquatus filium ſuū ſumma, & ſingulari uirtute adoleſcentem, ꝙ is in hoſtē contra mādatum patriū dimicaſset, uictorem acriter percuti ſecuri iuſsit, nos uero te tam temerario auſu tendentem contra mandata ſenatus, cōtra uniuerſæ Romanę reip. maieſtatem, Catilinam

Vociferare cœperunt, hiſtoriographus vt Saluſt. non adderet cœperūt. Sanè vulgo nunc vociferor voce deponentali, non vocifero, voce neutrali dicimus. Non remoratis metaphora à remora piſciculo naues retinente, qui & echineis dicitur. Saturnalia, id eſt feſta Saturno dedicata. in quibus conuiuijs indulgebant, & priſca libertas ſeruis permittebatur, quoniam ſub Saturno nulla erat ſeruitus. Ea autem celebrabantur Romæ in menſe Decembri, in quo commeſſationi locū faciunt frigora. [Euerſorem ſuperbiſſimi ordinis,] Scilicet ſenatorij & paucorum potentium, & congrue per ea tempora quibus ſummæ libertatis admonebantur, ita vt ſeruis cum dominis veſci, & in eos ſcommata iacere liceret, dominationi potentum obuiare conſtituiſſe videbatur. Subſecutus ſupple es, id eſt reſpondiſti. cum ora, id eſt conſpectum vulgi. Conſularem, ipſius Ciceronis qui per Semproniam omnia didicerat. [Occultandam fore] Iterum atque iterum fore cum participio futuri temporis, aut negligenter conſtructum eſt, aut perperam adiectum, cum auctor non fore ſed eſſe ſubaudierit. [Mitto,] Id eſt omitto, mancipijs, id eſt ſeruis, tranſeo per occupationem ut alia multa, vult autem uultum fore indicem conſcientiæ. [Adoriri.] Id eſt per inſidias incipere, feriata, id eſt ab labore in ocio tracta, ſed quomodo noſtri ferias uocant dies operi mœchanico, ut uocant, addictos, niſi quod eccleſia id ſolum operari uocat, quod in rebus diuinis fit. Nam ethnici facere & operari per ſe ſumpta pro rebus diuinis accipiunt, ut cum faciam uitula pro frugibus. Et operata iuuentus, id eſt ſacris intenta. [Lucem,] Id eſt lucidam declarationem & approbationem. [Cumq; hæc omnia] Rhetorice exaggerat flagitia ipſius Catilinæ oſtendens eum in omnia peccaſſe, hæc omnia, ſcilicet prius dicta, uno genere, ſcilicet coniurationis in patriam. Mores ſunt conſenſu probati, Leges ſunt ſcriptæ & rogatione latæ, Conſuetudo uſu inducta, Inſtituta conſilio obſeruata, Primum quia de moribus & cōſuetudine ac inſtitutis patet, leges uiolatas docet, & primo antiquiſſimas, quas decem tabulas tranſcripſerunt, quibus adiectis duabus duodecim tabularum leges dictæ ſunt, ut late docet Liuius libro tertio, decad. j, & non nulla dicuntur. Digeſtis de origi. iuris. ubi ridicula afferuntur à gloſſatore. Cautum. i. prohibitum & præceptum uti caueatur. [Cœtus] .i. coitiones. Gabinia lege, quam Gabinius tulit contra conſpirationes & coniurationes occultas. [Sepulchrales] .i. occultas, quaſi in ſepulchris mortuorum, ad quæ uenefici concilia ſua conferunt ſcientes omnibus macella. Perſtingere melius quam perſtringere legas. Animaduerſione, legitima punitione. Mãlius Torquatus, exemplo rem confirmat, eſt autem nota hiſtoria.

Arcsn

perfere-

perferemus? Maiores olim noſtri ſapiētiſsimi hoīes, & ſine dubio grauiſsimi, num leges e Gręcia per legatos ſuos accerſendas eſſe putauerut, quibus hanc imperii magnitudinē perpetuo ſtabilirent, ut tu homo recēs, ſeueritate illarum cum barbatulis tuis abutereris. Nō ita niſum Carthaginienſibus accepimus in Hannone ſuo morti condemnando, fortiſsimo ac triumphali uiro, ꝙ is edicto ſenatus minus obtemperauiſſe putaretur. Non ita placuit Atheniēſibus, urbi ſine dubio doctiſsimæ, atq; eruditiſsimæ, cum e Sicilia, belloq; grauiſsimo reuocandum eſſe Alcibiadē ſtatuerunt, ſummum & ſingularem imperatorem, quem iuberent expiare ſupplicio ſuo leges uiolatæ religionis. Non ita deniq; maioribus noſtris iudicatum eſt, cohortibus exoletorum, ſententia mea longe anteponendis, cum L. Sulpicium cōſulari familia, ſummoq; ingenio uirū, propter exiguam notā libidinoſæ ſuſpicionis, cenſuerunt remouēdum e ſenatu, multoſq; dies in uinculis habendū eſſe putauerunt. Vos uero iudices Catilinā, non modo leges noſtras, atq; auctoritatē ſenatus crudeliter labefactantem uerūetiā uniuerſos ciues ad perniciem ferro, flāmaq; deuocantem impune perferretis? Iacet homo proſtratus euentu maximarū molitionum, ut qui conatus ſuos conſcientia ueſtra patefactos, atq; illuſtratos cernat, neq; contentos fuiſſe ſeu ſuperſtitione cruenti ſacramenti, ſeu tenebris nocturnis ſeu ſolitudine locorū maxima & ſingulari. Contūdere igitur contundite iudices genus iſtud inauditi furoris. Cōprimite hoīem geſtientem effrænata temeritate, flagrantem inuſitatis cupiditatibus, furentē incredibili ſuperbia, ſpe nouandarum rerū mirabiliter inflammatum, quinetiam rem ipſam publicam nō modo euentu crudeliſsimæ calamitatis uerūetiam metu, ac ſuſpicione liberate. Diximus quidem ſufficiēter de ſenatoria ſimultate L. Catilinæ, capite, ac fonte ſceleratæ coniurationis, reſq; omneis explexi ſumus, quas aluiſſe furorem illum, ac primum excitauiſſe iudicauimus, nunc uidendū eſt de rōne ambitionis teterrima, atq; exitiabili, qua deflagrauiſſe perpetuo Catilinam ſuperiori diuiſione demonſtrauimus. Cupiditates equidē plurimas in illo monſtro calamitoſas, ac nefarias oēs perſępe iudices animaduerti, libidinem unam perniciosiſsimam, in primis conſpicere uſus ſum temerariæ cuiuſdam, atq; inconſideratæ ambitionis, qua duce properaſſ: nec ullo ſtudio unquā conſciſcendarum opū, nec ullo deſiderio dignitatem abſtinuiſſe reputatus eſt. Putabat n. ſe fruſtra nobiliſsimo gn̄e natū, fruſtra uirtutes eximias corporis, atq; animi cōſecutum fuiſſe, ni omnia diuina, atque humana truculētiſsimo gn̄e cupiditatis inquinauiſſet, quoſque cernebat excellere Romæ pręſtātia quadā dignitatis, beatiſsimos eos eſſe, & ſine dubio diis æquiparandos fore arbitrabatur. Id genus ueſanæ cogitationis hoīem ſuapte natura præcipitē, atque inconſideratum cōpulit in abominãda, ac nefarias uitę cupiditates, isq; nuper comitiis conſularibus, qn̄quidē ſuffragia curiæ, propter impendentem metum Parthici belli, diligenter enucleata ſunt, quas non adiit ſenatorum uoces? aut quos ciuium confeſſus, partim pecunia, partim obſecrationibus nō obeundos ſuppliciter, ac cōtaminãdos eſſe iudicauit? nulli tn̄ ad dignitatem gradus, neque inſaniēti, neque anhelanti bono candidato patuerunt. Eadē ratio ſceleratæ libidinis illum ad maiorem uim ſcelerum paulò ante concitauerat. Piſonē meminiſtis egregia uirtute adoleſcentem, niſi & idē cupiditatibus obtemperare conſueuiſſet, calamitoſam ſibi, ac multis in urbe ſeditionem excitaſse, cuius inſigni familiaritate, atque āmicitia Catilinā uſum fuiſſe nemo eſt qui neſciat, nec modo coniunxiſſe ſe temerario iuueni, uerū etiā illum de ſucceſſu rerū ſuarū non mediocriter trepidantē, in audacia ſimul ac ſententia confirmaſse cū ſe illi uigilantiſsimum ſocium ac ſatellitē fideliſsimū regendæ, gubernandęq; coniurationis fore pollicerentur. Quod ſi uotis ſceleratorū hominū ſucceſsus aſpiraſſent, quanta ſtrage ciuium creditis, aut quanto diluuio facultatum urbanarum ruituram fuiſse deteſtabilem horum, atq; execrandam impietatē? uerū ii cęlites, quorum auſpiciis princeps, ac parēs huius urbis Romulus pulcherrimi imperii Romani fundamenta iecit, triſtiſsimam cladem, ac conatus perditos nece adoleſcentis interceperunt. Piſone mortuo cōquieuiſſe Catilinam dicemus, aut incœpti temerarii pęnituiſſe? Non pęnituit modo, nec requieſcendum fuiſse arbitratus eſt, ſed rurſus alio furori acceſsit, non conſueuerat animus perpetuis cupiditatum flagitiis exercitatus, prima deſtitutione fortunæ refrigeſcere ac conſternari, ſed uix ſepulta memoria Piſonianæ coniurationis, L. Sidicinum adeptus eſt potentiſsimum quidem hoīem, ac tunc furentem ſingulari ſtudio rerum nouandarum. Verum ea fax incendii, rurſum benignitate deorum immortalium, ſummaq; uirtute conſulum reſtincta eſt. Non abdormiſcit tamen Catilina, his deſtitutus euentis uigiliarum ſuarum, ſed rurſus ſæuit immanior, & quam remp. ſeruitio non potuerat obruere, deſtrangulãdam penitus, ac tollendam cogitauit. Sceleratus in omnem urbem, quam toties inſidiis appetiſset. Sceleratiſsimus uero in patriam, cuius extant in illum ſumma, & commemoranda monimenta beneficiorū. Reminiſcere quæſo Catilina, reminiſcere ferrum illud ſceleſtū, atq; illas nefarias faces, quas iſtis ſanctiſsimis penatibus, atq; iſti pulcherrimæ patriæ minitaris, nō ad oppugnandam urbem, neque ad eam concremandã tibi datas fuiſse, ſed potius ad ſalutem ciuiū, dignitatē imperii libertatisque noſtræ defenſionē. Per deos immortales oro te Catilina, ſi patria tecū his uocibus uteretur, quid eſses illi quæſo reſponſurus? Ego te paruulū Catilina, cum in primis ornatiſsimo genere gentis naſci uoluiſſem, deinde ſummis dotibus exornaſsem, tū corporis, tū animi, tū duabus rebus inſtituēdū putaui, ferro, ac flamma, quibus eſset parata tibi facultas tū amplificandi imperii mei, tū defendendæ publicæ libertatis, quid eam uim armorū in uiſcera noſtra torques? aut quid conuertis in exitium ciuiū meorū, inſtitutã diligentia mea, meiſq; rationibus eruditã, dimicãdi facultatem? Maiores contra tui ſummis à me beneficiis, atq; honoribus aucti, pro magnitudine ſuſceptarum dignitatum, pulcherrimas in urbe ſæpenumero leges, pro pręſtãtia beneficiorum, clariſsimas ex hoſtibus uictorias referre cōſuerunt, tu mihi luctus acerbiſsimos paras, pro ſumma copia beneficiorū meorū, tu cædes ciuiū, tu domorum incendia, tu uexationes uirginum, tu uaſtitatem urbis, tu genus atrociſsimæ ſeruitutis. O crudeliſsimum hominum genus, & ab omni penitus humanitate derelictum, tu ſtudio flagras eius urbis euertendæ, quam nec Carthaginienſium aſtutiſsimi

doli,

doli, nec Numātinorū eximię uires, nec Gręcorū eru dita, & p̄clara ingenia labefactare, obſcurareq; potue rūt. Qui ſi citenī hi populi rurſū diuinitus, atq; iſtæ ur bes rediērit in ſtatū uetuſtiſsimę dignitatis, certe nō ip ſo ſcelere tuo quid q̄ī me crudeliꝰ, nec q̄d q̄ magis exti meſcēdū molituras fuiſſe p̄dicabūt. Sed ad te redeo.

ASCEN.

PERFEREMVS,] Id eſt ad finem vſque feremus. Leges e Græcia ab Athenis, vt dixi, barbatulis, id eſt latronibus conſpectum fugientibus. & ob id aliquantum barbatis. [Non ita viſum] Probat idem exemplis externis, vtpote Carth. & Athenien. ſatis explicatis ab ipſo. Alcibiades incomparabili vir ingenio tam in bonum, quàm in malum vehementi, indulgentiſſimo fuit corpore, qui omnes ad quos acceſſerit ſuperaſſe dicitur etiam in ipſorum moribus, Lacedæmonios in ſobrietate. Perſas in apparatu & venatione, Thebanos in diſciplinis. Tandem in Phrygia conſilio tyrannorum Athenien non abnuēte Liſandro Lacedæmonio interemptus eſt, de quo plura Tortelius. [Maioribus,] Id eſt à maioribus noſtris, anteponendis, id eſt qui ſunt anteponendi mea ſententia, id eſt quantum ego ſentio cohortibus, id eſt colluuiei, tuorum cinædorum, id eſt pathicorum puerorum quos catamitos Seruius vocat, qui viris ad libidinem ſeſe exponunt, de qua te ſuſpicionem ſed non certum iudicium intulit Saluſt. [Habendum,] Hoc eſt retinendum vinctum. [Vos iudices] Applicat exempla ad propoſitum. [Deuocantem,] Id eſt à ſalute in malum & perniciem vocantem. [Impune,] Id eſt ſine punitione, quaſi impunem. Interdum paſſim, quia quod impune fit paſſim fieri ſolet. [Molitionum,] Id eſt conatuum difficilium, habentium molem, id eſt pondus difficultatis. [Conſcientia,] Id eſt incognitione, vt, id eſt vtpote, qui, ſuperſtitione, id eſt peruerſa opinione, quia reuera iuramentum factum in ſalutem patriæ non debet ſeruari, neque aliud quodcunque contra iuſtitiam, aut bonos mores præſtitum, verum de temeritate præſtandi pœnitendum eſt. [Sacramenti,] Id eſt iuramenti quod fit tactis aut inuocatis ſacris, ſæpe enim per ſacramentum intelligimus iuramentum. [Tenebris nocturnis,] Quia noctu coniurauerat, ſeu ſolitudine, quia remotis arbitris, quam maxima, id eſt ſumma, ſunt qui legant per maxima, ſed per ſuperlatiuo non iungitur. [Geſtientem,] Id eſt immodice cupientem rem conceptam perficere ita, vt geſtu affectionem iudicet. [Euenat,] Id eſt ne eueniat exitium quod ille vrbi & ciuibus inferre parauerat, ſuſpicione, quia illo incolumi quilibet ſuſpicari poſſet tale aliquid aliquando futurum. [Diximus] Abſoluit primam cauſam coniurationis Catilinæ quæ erat ſimultas & factio concepta odio ſenatus propter repulſam in Conſulatu petito factam. [Nunc de ratione ambitionis,] Id eſt auiditate dominandi quæ ſecunda cauſa fuit. [Superiori diuiſione,] Quam trimembrem fecerat. [Conſciſcendarum opum,] Id eſt accumulandarum & congregandarum diuitiarum. [Nobiliſſimo genere] Quia patricius erat. [Virtutes] .i. fortitudines, non tamen mortales nec meritorias, quia non ad bonum nec propter deum directas. Æquiparandos fore, vacat fore, & credo per peram adiectum, nam prius poſitum eſt eſſe. Non enim additur fore voci futuri temporis; nec æquiparandos hic nomen videtur. [Suapte] .i. propria. [Comitijs] .i. conuentionibus pro electione facienda. [Quas non adijt?] q.d. nullas. [Conſeſſus,] Id eſt cœtus ſimul ſedentium, in quouis loco, ſicut enim cœtus ſunt ſimul euntes aliquo, ita conſeſſus ſimul ſedentes alicubi. [Nulli tamen] Commemorat vt iuſtam repulſam paſſus ſit Catilina, quam tamen ægerrime tulit, Quanquam, inquit, omnes ordines patrum & conſeſſus ciuium ſolicitos habuit, nulli tamen gradus ad dignitatem, ſcilicet conſularem, ad quam rite & gradatim aſcendebant, patuerunt, ſcilicet Catilinæ; neque inſanienti, id eſt minaciter more inſanientium petenti, neque anhelanti, id eſt ardenter affectanti & inhianti, bono candidato, id eſt quòd ex eo quod candidatus eſſet præ ſe ferebat. [Ideo enim candidati, id eſt veſtibus albis induti ambibant & magiſtratum petebant vt candida intentione eum petere ſignificarentur, ſimul ne maiorum meritis ſi illorum inſignia haberent, ſed populi beneficio acceptum ferrent. Piſonem exemplo agit in Catilinam animaduertendum, cum in longe magis inſontem animaduerſum ſit. [Satellitem] .i. ſtipatorem & aſſiduum comitem fideliſſimū melius quia fœdiſſimum, nemo n. pollicetur ſe fœdiſſimum fore, niſi ex perſona auctoris dictum ſit. [Quaſi diluuio] Apta metaphora à diluuio aquarum, quod ferum omnia aufert, vt in Marone pro tumulto bellico ponitur. [Cœlites] .i. dij cœleſtes. [Auſpicijs prouidentia. Nam captis auſpicij ſolemus futura proſpicere, & ſtatim ſi bona portenduntur incipere. Vnde auſpicari pro initio & auſpicor pro incoho tranſumuntur. [Auſpex aūt etiam auctor & prouiſor rei eſt, ac pronubus, dr̃ autem ab auium inſpectione, cui priſca gentilium ſuperſtitio nimium tribuit. [Fundamenta iecit] Non aūt fundauit dicit, ſunt eñ qui fundaſſe parēt, vt Saluſt. Nam fundare eſt rem prius incœptam ſtabilire. [Fundamenta iacta] Eſt initium fundamentorū ponere. [Non pœnituit nō modo] i. non modo non pœnituit, male aūt legeretur non pœnituit modo. [Alio fu] Forte legas, alius furor. Præter furorē quo Piſoni adhærebat, qui in Hiſpania interemptus eſt. vt in Catil. patuit. [Lucius] .ſ. Catil. [Reminiſcere] Per partos mouet iram iam iudicum in ipſum Catil. libertatis defenſionem, cum ad omnium liberorū excidium aſſumpſerit. [Si patria tecum &c.] Pulchra fictio, quam proſopopœiam .i. perſonæ fictionem uocit quę tunc vitioſa non eſt, qñ non ex abrupto inducitur, ſed ut hic per clauſulam cōditionalem pręmunitur. Dotibus tum corporis tū animi .i. prærogatiuis & virtutibus ſingularibus tibi beneficio naturæ aut deorū datis, tum .i. tam corporis q̄ animi, duabus tum rebus .i. inſuper duabus rebus, ferro ac flamma inſtruendum .i. inſtruendum & armandum. [In uiſcera noſtra] .i. in entes, ex quorū ſalute reip. ſalus dependet, ut ex uentris & inteſtinorum incolumitate cæterorum membrorum ſalus, quod in cōcione quadam apud Liuium graphice demonſtratur. [Facultatem dimicandi] Nam ea inſtituerunt cauſa iuuentutis exercendæ vt eſſent armorum ſcij. [Conſſierunt] .i. conſueuerunt. [Luctus] .i. cauſas lugendi. [Cædes] .i. occiſiones. [Vexationes] .i. corruptiones & ſubagitationes. Eſt autem uehementiæ uocabulum ut A. Gel. docet, aut vexationes .i. ſolicitationes uehementes. [Vaſtitate,] Id eſt deſolationem combuſtis ædificijs. Atrociſſimæ ſeruitutis, quale eſt ſeruire tyranno ei, qui cōciuis eſſe debeat. [Flagras] .i. inflāmatis. Carthaginienſium doli, propter Annibalem callidiſſimum id dicit, aut quia omnes Pœni doloſi. Numantinorum in Hiſpania. [Eximiæ] .i. egregiæ uires. Nec græcorum. id forte propter Mithridatem, aut Pyrrhum de gñe Aeacidarū dicit. Sic exaggerat Maro. Æn. ij. Talibus inſidijs periurijq; arte Simonis Credita res, captiq; dolis lacrymiſq; coacti, Quos neque Tydides nec Lariſſæus Achilles, Nō anni domuere decem, non mille carinę. Quod ſi exitentur, ſe inquit forte per regenerationē rerum redeant illi P. R. imperio tam infeſti, reſideant in eiſdem urbibus, dicere poterunt ſe nunquam tam hoſtile quidquam conatos atque nunc Catilina eſt.

Temperarem ergo memet mihi, curſumq; iſtum uiolētæ orationis forſit i reuocandū eſſe iudicarē, tū ab odio tuo, tū ab ipſa dicendi acerbitate, ſi quē in te ſenſum patriæ charitatis aſpicerē, aut ullo te pūcto poſſe arbitrarer ſcelerati iſtā mētē relinquere Sed id genus eſt cupiditatū tuarū, ut reſtinguendarū forſan rōnem aliq̄ cōſequi poſsit, ſanandarum nullam, nec te prius amiſsurum peruerſitatē iſtam animi puto, q̄ uitā amiſeris. Vellem reuiuiſceres Hala Seruili, non expectaremus ſniam iudicū, neq; abuti maieſtate ſenatus, atq; auctoritate P.R. ſi magnitudinē tāti flagitij ſanguine tuo ſtatim expiauiſses. Nā de ſenatus uoluntate nihil ambigimus, modo non impediretur legibus, repente profecto fueras pœnas impietatis tuę digniſsimas laturus. Vtinā deorū immortaliū munere iudices mentē atq; animū huius introſpiceremus, ne qua uobis fieret puniēdi dubitatio, qui tm̃ ſcelerū ingenio cōflauiſset. Videretis. n. mentē anhelantē triſtiſsimū genus minarum, mentē debacchantē inaudita feritate, furentē incredibi ueſania, ſitientē cruoris urbani, prædæ auidiſſimam, uobis atq; oībus ferro flāmaq; minitantē Catilinam uobis demōſtrauimus, iudices, irritatū perſæpe, repulſis comitialibus, nullas uocū aut ſuffragiorū corruptelas fuiſſe prætergreſsū, deinde nullis rōnibus intractum, ac perterritū de perſeuerātia ſcelerum ſuorum extitiſſe, q̄bus animaduertere ſanè poteſtis, quanta ſemper immanitate laborauerit ambitionis. Super

eſt nouiſſima pars diuiſionis. Grex ipſe ſodalium Catilinæ truculentius, atq; amens, cuius in manu non exiguã rõem fuiſſe diximus excitandæ coniurationis. Lẽtulus ſiquid. & Cethegus terribilia portẽta noſtræ ciuitatis, furiaq; uel certiſſimæ P. R. multa de magnitudine ſua in ipſis cõcionibus, multa de dignitate imperii ſui futuri palam prędicare conſueuerunt, tanquam ſi deorum immortaliũ conſilio interfuiſſent. Primum Lentulus in libris ſibyllinis, neſcio quid perſpexiſſe ſe predicabat, qđ uiri acutiſſimi atq; peritiſſimi L. Cornelius, ac Cn. Piſo cuſtodes publicarũ ceremoniarũ, nequaq̃ proſpicere potuerũt. Lucẽ nanque ait neſcio quã de domo Cornelia quondam proditurã fore, quę gloriæ nominis ſui Romanum imperiũ ſimul, & complexura ſit, & illuſtratura, eoq; genere uaticinii dignitatem ſuam portendi fataliter putauit, planeq; opinatur fati ſui rõem in ipſa latebra Sibyllinę diuinationis, tanquam in equo Troiano delitescentem. Ego uero ſibyllam ſine dubio ſapientiſſimam mulierem fuiſſe iudico, uiſamq; idoneam diis immortalibus, cui ſingularem quandam uim diuidi concederẽt, uerum illam delitam penitus, ac prorſus cæcam fuiſſe affirmarem, ſi quã ſpem dignitatis in hac crudeliſſima peſte repoſuiſſet. Si quid tamen cecini ſſe uiſa eſt, quod ad Corneliam gentem pertinere uideretur, uim oẽm illius diuinationis in uno L. Sylla conſumptam fuiſſe iudicemur, cuius paulo ante reſpublica ſenſit & crudeliſſimam ſimul, & ampliſſimam poteſtatẽ. Nec ego deos immortales huic imperio tã infeſtos eſſe reor, neque à ſalute P. R. tam abhorrentes, ut homini dementiſſimo regnũ concederent huius ſanctiſſimæ, atque optimæ ciuitatis. Syllam profecto crudelitas uicit, at ipſe maximarum laudem. uirtutem, & rei militaris ſummam, ac ſingularem gloriam conſecutus eſt. Lentulum uero nullæ uictoriæ noſtræ ciuitati, nullum ſtudium armorum, nulla præſtantiam uirtutis, aut ingenii commendauit. Quæ uero non tabernæ potius, aut qui non greges infamium hominum, Sibyllinum iſtũ principem concelebrarunt? Nam uitam eius commemorare non eſt neceſſe, uerſatam ſemper in obeundis libidinibus, ac ſocietate turpiſſimorum hominum nobilitatam, nihil in eo ſanguinis auiti nihil induſtriæ Romanæ, nihil ſplendoris domeſtici, nihil auitæ frugalitatis. Fingite uobis iudices, fingite dignitatem huius hominis, tum florentẽ ampliſſimo magiſtratu, tum oĩbus Pop. Rom. muneribus exornatam. quãtum quæſo ſanguinis ciuilis in foro in curia redũdaturum eſſe creditis? aut quantam uim libidinis, atque impudicitiæ per oĩum ciuiũ cubicula demãdatũ ram? profecto dignitate fretus ea, quæ priuatus concupiuiſſet, ſine dubio conſequeretur. Ferretur amens in oĩa, nec ullæ rationes conſiliorum aut pudoris, nec ulla ſtudia humanitatis refrenarent præcipitem, atq; incitatum curſum uetuſtæ crudelitatis. Cethegus inferior nobilitate, atque ingenio, uehementia furoris lõge immanior, parum à Lentuli ſomnio diſcedere uiſus eſt, uerum inſaniam leuiſſimæ opinionis, modeſtiore loquendi rõne contegere uelle uĩ. Genus eſt idẽ tamen furoris, eademq; ratio celebratæ diuinationis. Tales hi ſcelerum artifices, amboq; concitati ad uertendam remp. partim à neſana ſpe uaticinij cõmemorari, partim à nefaria ſcelerum aſſiduitate Catilinam offenderunt nouis rebus ſtudentem, cuius præſidio, conſilioq; cupiditates ſuas ita iuuari poſſe facillime crediderunt, ſi uiro ſociorum copioſiſſimo ſeſe cõiunxiſſent. Eſt. n. in illo monſtro, ſicuti paulo ante tetigimus, uis eximia facetiarũ, & ratio quædam adumbrata uirtutum facilis ad cõprehendendum oĩum hoĩum familiaritates. Hũc igitur Catilinã adepti Cethegus, Lẽtulus, & ipſi lenocĩnis ſuis inſignes, ad oẽ genus beneuolentiæ ſubeundum deflagrare ceperunt, admirabili quadam cupiditate, ſeu diripiendæ urbis, ſeu potiundæ dominationis. Hæ ſunt iudices, huius nefarii facinoris abominãdæ faces, hi ſunt crudeles igniculi, quibus exarſiſſe Catilinæ ferocẽ animũ facillime, credendum eſt. Talibus initiis conſociati principes nefandæ coniurationis manum exiguam deſperatorum hominum atque obſceno iuuentutis, pedetentim

coege-

TEMPERAREM,] Hoc eſt moderatet. [Relinquere] Id arguite, quia cum non eſt ſpes emendationis, eſt ſupremo ſupphero locus. Seruilius Hala iuſſu Quinti Cincinnati dictatoris Sp. Melium ob ſuſpicionem dñationis quod frumenti copiam diſtribuit, indemnatum occidit. Nam de ſenatus uolũtate. Callide id ſenatum facturum aſſerit quod ipſum facere ſummopere uelit. Legibus, lege Porcia quæ uetat in ciuem aoim aduertere pœna ſanguinis aut capitis, nam in exilium relegandum iubet. Impietatis tuæ, ſi à pœnas tegitur non eſt difficultas in regimine, ſed in conſtituendo, ſin à digniſſimas, uetuſte conſtituit dignus cum genituo, ſicut apud Virgilium, Magnorum haud unquam indignus auorum. Deorum immortalium munere, ut quod ſolius dei eſt, ſolus enim ſcrutator cordium eſt nobis conceſſum ut poſſemus mentem Catilinæ introſpicere. [Mentem anhelantem.] i. affectantem [Debacchantem] .i. furentem, ſitientem cruoris. Miſcet participia & nomina, nam anhelantem participium eſt, ſitientem nomen ut patet ea regimine. [Repulſi comitialibus] .i. propter repulſas in comitijs acceptas. [Nullas prætergreſſum] .i. omnis amplexum. [Infractum] .i. ualde fractum. [Perterritum] .i. terrore animorum [Animaduertere] .i. conſiderare. [Supereſt] .i. reliqua eſt, reſtat, aliquando ut Aulus Gellius docet ſupereſt, quod plus quam ſatis eſt. [Sodalium,] Id eſt ſociorum dapum & conſuetudinum. [Truculentus] .i. dirus & immanis, plenus atrocitatis & amens. i. à mente. i. à ratione ſegregatus. [Portenta,] Id eſt monſtra aliquid mali portendenſia, [Furię] Alludit ad furias, infernales, quę ſunt ultrices & uexatrices ſontium, ſicut Lentulus & Cethegus bonorum ſorte ob minutas & latentes culpas. [Vel] .i. etiam certiſſime. i. minime dubitandæ. Inter fuiſſent conſilio, ex libris enim ſibyllinis ſibi portendi regnum dicebat Lentulus, ut in Saluſtio latius oſtendimus. tanquam in equo Troiano, quia in eo latitabant inſidiatores ut patet Æneid. ij. uel quia in eo dependebant latenter fata exitialia Troiæ, unde dicit ibidem Poeta, Scandit fatalis machina muros. Sibyllam ſapientiſſimam mulierem utpote quę mentem & ſententiam deorum habebat, & eam ſcriptam ad Tarquinium regem attulerat, quibuſdam libris quorum ſecundum Celſum tres, ſecundum Plinium unus, ſeruatus uſque ad tempora Syllæ, quibus arſit, uerum permanſit ſuperſtitio. Nam & poſtea ualuit auctoritas, ut in primo epiſtol. Cicero. ad Lentulum dicit Cicero, Sibyllinos libros obſtare notis eius. [Cuius,] Scilicet Syllæ qui de gente Cornelia erat, ampliſſimam poteſtatem, quia poſt conſulatum dictaturam tenuit, nec ea ſuo tempore abiuit aut ſeſe abdicauit, de crudelitate autem eius prius diximus, ut per indicem comperies. [Tam infeſtos, aut tam infenſos] Nam infeſtus eſt qui uim infert, infenſus qui iratus quòd multum offenſus. ut homini dementiſſimo, qualis eſt Catilina & Lentulus. Et ſi dicatur, conceſſerunt Syllæ, dicit quod in eo egregiæ uirtutes erant, quod & Saluſtius approbauit, uerum uictus eſt à crudelitate, id eſt propter crudelitatem minus laudandus eſt. Rei familiaris, & ſub Mario & contra Marium. [Commendauit] .i. laudauit aut charum fecit. [Tabernæ] Hoc eſt uiliſſimorum negociatorum ex talibus confecta receptacula, uidentur autem accipi ut nunc uulgo accipitur pro caupona. [Sibyllinum, atcaſmos] .i. hoſtilis irriſio. i. qui dicit ſibi principatum ſibyllino carmine portendi. [Obeundis] .i. conſummandis. [Nobilitas,] Id eſt diffamatam. Nam & nobile ſcortum dicimus. [Sanguinis auiti,] Id eſt generoſitatis aut indolis maiorum.

coegerunt: coactum, quid uellent, edocuerunt, edoctam, pari cupiditate ſceleris inflammauerunt, inſtimatam denique pepulerunt, ut in oīum noſtrū facultates, ac uitam facillime conſpirarent. Furias iſtas audiſtis iudices cōmodiſſima, ac paratas, non modo ad uiuos commouendos in oē facinus, uerumētad mortuos ex ipſo herebo, mediiſq; buſtis excitandos. Reperti ſunt tum atrociſſimi ſceleris, patroni quique immanitatem deteſtanda rei, tum contegere uerbis, tū excuſare conati ſunt. L. Hortēſius uim eximia charitate reip. ſummiſq. ornamentis pditus & ſcientiæ, & moderationis, nequaq̄ oīa credenda eſſe dicit, iubetq; grauiſſimis hoībus facilitatem iudiciorum diligēter eſſe continendam. Primum affirmat Catilinam in ppetua cuſtodia ſenatus extitiſſe, denique nunq̄ ferme diſceſſiſſe à latere P. Cepionis nobiliſſimi ciuis, atque integerrimi uiri, ita ut lepide dicat diſſeparationi eorum neq; ſolē orientē unq̄, neque occidētē interueniſſe. Credo equidem ſapientiſſimum hoiem Hortenſiū, ut eſt innocentia ſingulari, ſummaq. uirtute, cuncta ipſa, quæ grauiſſime ſimul, atque ornatiſſime cōplexus eſt, ita uera eſſe ſicuti dixerit exiſtimare, ſed lōge graditur à ſententia mea. Quæro igitur de te L. Hortēſi, teq. obteſtor atque obſecro per ipſum ius uetuſtiſſimæ nrāæ familiaritatis, ſi L. Catilinam cōſtat dies oēs, oium ciuium conſcientia, ſiue in foro, ſiue in turmis agere, nunc ſtipatum cateruis exoletorum ſuorū, nūc uero gladiatoriis agminibus per ora uulgi palam obuoſitare, ſi manifeſtū eſt noctes oēs, aut in luſtris ſcortorum, aut in antris M. Leccę ducere uiri, tuo iudicio, non abhorrentia à reip. charitate, quid eſt, ꝙ illū obuerſatum dicas in perpetua cuſtodia, atque oculis ſenatorum? niſi forte cuſtodiam ſenatorum uocas, uel exiguam moram in ipſius curiæ conciliis obeundis.

ASCEN. INDVSTRIAE Romanæ,] Nam ſtrenui & prudente ſolent eſſe Romani ciues ideoq; imperio apti, unde Æneid. 6. Tu rege imperio P. R. memento. [Hæ tibi erunt artes] paciq; imponere morem. Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. [Redundaturum].i. abunde defluxurum. [Demādaturā potius demanaturam].i. ex libidine principis quaſi ſponte orituā.] Ea quæ priuatus] Vt rapinas & ſcortationes ac ſtupra. [Vehementia furoris] Quia in celeritate ſpem ſummam conſtituerat. [Somnio].i. Vaticinio Sibyllino, qđ Lentulus quaſi ſomniauerit in rem ſuam interpretatus eſt. [Offenderunt].i. præter ſpē inuenerunt, offendeiunt enim quæ non quæſita inuenimus, ut lapides ad quos non præuiſos pedes offendimus. [Rebus ſtudentem] Raro ſtudeo apud idoneos accuſatiuo iūgitur. [Copioſiſſimo ſociorum].i. habentem magnam copiam ſociorum. [Facetiarum] ideſt urbanorum factorum & dictorum. [Adumbrata].i. ſimulatione tecta. Hunc igitur Catilinam. Hunc.i. talem ut Aeneid 9. Hunc ego te Euryale aſpicio. Nam pronomina auctore Seruio ponuntur pro nominibus non cum nominibus quod de relatiuis intelligam, nam recte dixeris hoc caput, huic homini, ſed durius huic Catilinæ, quia ꝓpria niſi æquiuoca ſint certa ſunt, demonſtrationis haud indigna. Vnde dicam hunc.i. talem, hoc eſt tam opportunum & inſtructum ad ea quæ uellent perpetranda. [Deflagrare].i. vehementer flagrare, hoc eſt ardere. [Faces,] Hoc eſt ardenter concupiſcendi cauſæ. [Igniculi] Fomites incentiui. Principes etiam in malum accipiuntur ut principes tenebrarū. [Deſperatorum,] Hoc eſt perditorum, ita vt de eorum ſalute deſperare poſſis aut deſperatorum pro deſperātium de ſalute ſua. [Obſcœnæ,] Hoc eſt turpiſſimæ uiuētis & turpitudini expoſite. [Pedetentim,] Hoc eſt paulatim. [Coegerunt].i. in unam compulerunt, ut Tityre coge pecus. [Coactam,] Hoc eſt congregatā. Pulchrā eſt gradatio cum auxeſi ſententiæ. Herebo, hoc eſt inferno obſcuro. Sunt qui abſque aſpiratione ſcribendum velint ſicut ſcribitur ἐρεβεννὸς erebennos.i. obſcurus. [Patroni] ideſt defenſores, quique.i. & qui conati ſunt, tum.i. ſimul contegere, tum.i. ſimul excuſare uerbis immanitatem rei deteſtandæ. [Facultatē].i. promptitudinem & celeritatem, [Diſſipationi eorum].ſ. Cepionis & Catilinæ, vnde ſicut ex ſocietate malorum reputamur mali, ita Hortenſius Catilinam ex ſocietate Cepionis optimi ciuis argumentatus eſt eſſe bonum. [Graditur].i. oberrat, aut diſcedit. [Exoletorum].i. puerorum turpitudinem ſtupri paſſorum. [Gladiatoriis] .i. laniſtarum & eorum qui dimicando & digladiando cum diſcrimine uitæ ſuæ populo ſpectacula in arena præbere ſolebant. [Stipatum].i. denſe concomitatum. Palam obluctari. aut obuolitare aut oblutari.i. inuolui luto. [Luſtris].i. latibulis. [Scortorum,] Hoc eſt proſtitutarum quæ lupæ dicuntur, Vnde luſtra habeat ſicut feræ, quæ unde lupanaria dicuntur.

Quod uero pertinet ad ipſius Cepionis familiaritatē aſſiduam beneuolentiamq; ſingularem, nihil eſt qđ inſimulationi noſtræ derogandum eſſe iudicetis. Diximus.n. ſuperius ingenij Catilinæ miros, atq; occultiſſimos eſſe receſſus, nec qui cognoſci, ſeu perluſtrari facillime poſſent. Vigent.n in illa clade res diuerſiſſime pariter, continentia & libido. Nihil illo perſæpe aſſiduius ad tollenda bonorum cōſortia, nihil ſolertius ad illius inſidiandum, nihil illius munificentia inſignius, nihil auidius rapacitate, nihil acutius conſilio, nihil temeritate contemptibilius, quæ cum ita ſint, Cepionem admiremur in tantis uiarum ambagibus erraviſſe? Me me, inquam fateor iudices, uetuſtiſſima quanam familiaritate Catilinæ coniunctum perſæpe deliraviſſe miris perplexionib. illius, neque unq̄ certi quidq̄ in illo ingenio comprendere potuiſſe. Nihil igitur erit miri, ſi uirum integerrimū Cepionem uerſutiſſimi hoīs doli, atque inconſtantiſſimi mores feſellerunt. Non erit itaque neque prudentiæ tuæ, neque grauitatis Hortenſi, candidiſſimam opē humanitatis tuæ, ſummāq; dicendi copiī fontibus ipſis polliceri, aut quā beſtiā irretitam iudicio tenemus, diſſolutam atque exultantē reip. immittere. Qđ te nunq̄ commiſſurū fuiſſe arbitrarer, niſi qui me mores, iidem te Catilinæ ſine dubio feſellerunt. Satis oſtētatas uobis putamus iudices, tū rōnes piculis noſtri, tū huius immaniſſimi ſceleris atrocitatē. Niſi odio ſenatus pro maximo Catilinā arſiſſe demonſtrauimus, ſi rōnes uitæ ſuæ ueteras, ac nouas in excitatione teterrimarum libidinum collocatas, ſi ſpem pficiendi ſceleris hoī proſequentiſſimo inimicitiarū, ſi deniq; locorū ac tpis opportunitates extitiſſe: ꝓterea ſi rabiē quandā ambitionis in illo fuiſſe diximus, ſi nulli poteſtatē referendarum libidinum, aut ullum pniē locum, poſtremo ſi copiā innumerabilē deſperatæ iuuentutis cū illo coniunctā fuiſſe patefecimus. & eā ſimul oſtendimus ſuopte ingenio furentē incredibili audacia, ſummaq; cupiditate prodēdæ ac uexādæ urbis inflāmatum; quid erit iudices, qđ dubitetis deliberanda patria deq; ulciſcēdi crudeliſſimi ſceleris immanitate? Nouiſtis enim facinus inauditum omnium hominum memoria, facinus atrox, ſuperbum, nefarium, pernicioſum, remotiſſimum ab omni humanitate, lege, conſuetudine, cuius acerbitatem, ſi minus animo bene perſpexiſtis, quæſo mecum diligenter attendite ſcelus illud iudices. Euerſionem nefariam moliebatur ampliſſimę noſtræ dignitatis, interitum crudeliſſimum ſenatorii ordinis, cædem cōem omnium bonorum: huius ſceleris libido repoſita erat in diripiendis omnium ciuium facultatibus, atque opprimēda urbis libertate, huic ſceleri parabantur teterrimæ coniugum, ac liberorū noſtrorum nexationes, in hoc ſcelere uerſabantur denique faces inferendæ penatibus noſtris, expilationes ædium, ſtupra uirginum Veſtalium, luctus, ac mœror

miſerabilis uniuerſæ ciuitatis. Quæ ſi uobis, vt ſunt, indigna atque intollerabilia uidentur, non iniquum erit auctores horum malorũ mulctare teterrimis ſupplicijs, cladeḿq; oĩum crudeliſsimã e uiſceribus reip. propulſare. Tenetis exempla maiorum, atque omnium gentium auctoritatem, qui ſemper ſummas ac ſingulares pœnas in eo genere hominum conſumendas eſſe putauerunt, qui rationes habuiſſent, aut prodendæ patriæ, aut opprimendæ publicæ libertatis. Nihil igitur erit impedimento, quin audaciam crudeliſſimi hominis Catilinæ, crudeliſsimo genere ſupplicio rum expietis, & ultionem ex illorum cruciatibus, ac pœnis capiat reſp. quorum erat conflagratura manibus, niſi ſanctiſsimi imperii Romani cuſtodes, ac vindices Dii immortales nefariis uotis obſtitiſſent.

ASCEN. QVOD vero pertinet &c.]. Pertinet per quam raro datiuo iungitur, ſed accuſatiuo mediante præpoſitione ad. Quod uero de Cepione cœpit, neſciam an de Cepario legendum ſit. Nam apud Saluſtium legimus Ceparium in coniuratione deprehenſum ſimile ſupplicium commiſiſſe cum Lentulo & Cethego, niſi hic Cepionem excuſet dicens deceptum per ſimulationem, & diſſimulationem, vnde patet non de Ceparıo loqui. [Inſimulationi] .i. accuſationi occultæ. Vitos, legerẽ potius vires ingenij. Et eſt ſententia qualis illa prouer. 20. Sicut aqua profunda ſic conſilium in corde viri. [Continentia] .ſ. in vno & libido in alio, aut nunc continentia nunc libido. Nam addit. [Nihil illo perſæpe affixius] .i. attentius: attollenda .i. fouenda, vt in Comico, Quidquid pepereris decreuerunt tollere. Nam ſi tollenda .i. amouenda dixero, non erit contrarium illi quod additur. Nihil ſolertius &c. Munificentia, quia largitur abunde, quæ abunde rapuit. Meme quoque aut memet quoque, vnde patet hunc eadem tempeſtate fuiſſe, niſi quo hoc declamãti fingendum eſt Hortenſi. Hortenſius grauiſſimus orator erat, vnde eum à defendendo Catilina dehortatur. [Commiſſurum,] Scilicet vt defenſor ſontium eſſes, niſi ijdem mores Catilinæ qui fefellerunt me, fefellerunt ſine dubio te. [Satis oſtentarat] Repetit artificioſe pro memoria iudicum quæ dixerit. [Odio ſenatus,] Hoc eſt in ſenatum, quam maximo .i. ſummo vitæ ſuæ dicerem eius. [Proſequentiſſimo, aut perſequentiſſimo] .i. diligentiſſimo ad perſequendas inimicitias, aut ad proſequendas .i. continuandas eas. Refrænandarum non referendarum dicemus. [Iuuentutis] .i. multitudinis iuuenum. [Prodendæ] .ſ. in manus tyrannicas & vexandæ per depilationes & ciuium cædes aut ꝓſcriptiones. [Quid erit,] Quaſi dicat nihil. [Nouiſtis] Calide aſſerit quod probare debeat. [Inauditum omnium hominũ memoria,] Hoc eſt quantum omnes qui viuunt memoria complecti poſſunt. [Ab omni humanitate,] Hoc eſt manſuetudine homini innata. Lege ſcripta, & conſuetudine longa obſecratione approbata quæ tria hominem merito regnant. [Cuius acerbitatem] Exaggerat crudelitatem facinoris ipſius Catilinæ ad concitandos iudices in eum. [Euerſionem] .i. ſupremam deſtructionem, vrbs enim euertitur dum primus lapis, qui pro fundamento iactus eſt, eruitur, vnde etiam ad res animatas tranſumitur. vt Æneid. 3. Poſtquam res Aſiæ Priamique euertere gentem Immeritam viſum ſuperis. [Interitum] .i. extinctionem. [Vexationes,] Id eſt oppreſſiones violentæ. [Penatibus] Idem ædibus & dijs ac rebus noſtris familiaribus. [Expilationes] .i. ſpoliationes aut deprædationes ædium .i. domorum priuatarũ. [Virginum Veſtalium] .i. Veſtæ conſecratarum, quæ à noſtris ſanctæ moniales vocantur. De captu autem Veſtalium Gellius late docet. [Luctus exterior] Mœror interior. [Teterrimis,] Id eſt diriſſimis ſupplicijs, vtpote morte terribili. [Cladem] .i. occaſionem, vbi ratio in malam partem accipitur contra præſcriptum Vallæ. [Expietis] .i. emendetis, aut per expiationem .i. purgationem communis infectionis ciuitatis puniatis. Conflagratura] .i. ſimul arſura. Sanè ardeo & flagro abſolute, & neutraliter ponuntur, vror, & incendor paſſiue. [Vindices] Aut indices occultarum coniurationum ſicut Vindicius filios Bruti indicauerat cum Tarquinijs conſpiraſſe, aut aſſertores libertatis, ſeu auctores, vt apud Flaccum in arte, Niſi dignus vindice nodus inciderit. [Vindice] .ſ. Deo cuius auctoritate opus ſit. Aut ut dicunt appropriatores iuris eius, Ille enim vindicat rem qui eam ad ſe pertinere docet.

Credite iudices hodierno die cõſurrexiſſe uniuerſam vrbem cõſpecturã, ex iudicio veſtro, planeq́; animaduerſuram, quid in poſterũ de ſalute ſua deq; facultatibus ſuis ſperandũ ſit credite itẽ uim uniuerſam flagitioſę iuuẽtutis, aut hodierno Catilinę ſupplicio ſimul cõficiciendã fore, aut illius liberatione lætã atq; exultantẽ non multo poſt in oĩom noſtrum perniciẽ una cũ illo celerrime cõſurrecturã. Agitur ſiquidẽ hodierna ueſtra ſñia de ſalute huius pulcherrimæ atq; optimæ ciuitatis, de ſtabilitate imperii Romani de legũ incolumitate, de libertate ciuiũ, de pudicitia liberorum ac coniugum ueſtrarũ. Huius.n. peſtis idẽ ſcelus erat, nõ graſſaturum per capita paucorũ, ſed tanquã atrociſsima uis ueneni per oẽ corpus urbis demanaturũ. quod ſcelus, aut quã peſtem ſi uindicandũ eſſe cẽſebitis, ut reor, & reſp. deſiderat, putate profecto Deos immortales, & in primis capitolinũ Iouem ſempiternũ cuſtodem, ac uindicẽ huius imperii, pro liberatis eorum templis, ac ceremoniis, gratias nobis ampliſsimas eſſe reddituros, putate pariter idem facturã eſſe curiam pro defenſa conſulum uita, ſeruataq; ſenatorii ordinis dignitate, putate matronas urbis, ac liberos nr̃os obſeruatam pudicitiam, ſupplices ac congratulantes uniuerſos ad genua ueſtra ſeſe obuerſaturos fore, putate uirgines Veſtales, atq; ipſam maieſtatem ampliſsimi numinis, ob liberationem ſuã, ſumma uobis lætitia cõgratulaturam, putate denique ciues oẽs, ob retentam uitam, ac libertatem ſuã, Penates publicos pro conſeruatis focis, atq; aris, parietes urbis pro teterrimo gñe uaſtitatis propulſato, fermè incredibili gaudio exultaturos, putate tandẽ hodierno iudicio paratũ eſſe uobis aut immortale dedecus, aut memoriã nominis ſempiternã Multa ſunt equidẽ in hac uita, quæ turpiter, ac calamitoſe neglecta, reſtitutionẽ tñ quandam quodãmodo patiuntur, huius uero uindicãdi ſceleris, ſi pñtem facultatem neglexeritis, fruſtra poſtea recuperãdi copiã quæretis, aut hodie uobis ꝓpulſanda eſt, e uiſceribus reip. peſtifera uis calamitatis, aut ipſi patriæ ſine dubio cõcidendũ, utrũ eligẽdũ ſit, uos uideritis. Quid eſtis iudices humanitate tanta, ne ſocordia diceã, ut eorũ uitã, ac ſpm̃ diutius in rep. cõmorari patiamini, q̃ uitæ, ſalutiq; ciuiũ crudeliter inſidiati ſunt. Proponite vobis ante oculos, ac meditatione crebra reuoluite diẽ illũ nefariũ, quo ſalus oĩum ciuiũ, quo facultates nr̃ę, quo ipſa reſp. peritura fuerat qñ.ſ aſpexiſſemus beſtias iſtas emiſſas carceribus per urbẽ oẽm, per domos nr̃as furialiter exultãtes, ipm in primis miſerandi facinoris ducẽ ac principẽ Catilinã, cõfirmatũ hoc iudicio, ſpe plenũ, letitia geſtientẽ, nũc hos ad cædẽ noſtrã, nunc illos ad rapinã, atq; inflimationẽ ædiũ deuocantẽ, coniuges e cõplexibus nr̃is ad libidinẽ uictorũ raptæ fuiſſent, liberi ad ſtupra de gremiis parentũ extorti, præcioſa ſupellex aſportata, recta cõflagraſſent ignibus, corpora cæſa paſsim iacuiſſent, oĩa deniq; gemitu fletuq; redũdaſſet Hæc fuiſſet imago miſerrimæ urbis, q̃ urbẽ à maioribus nr̃is florẽtiſsimã accepimus, & ſi prohibueritis, clara atq; excellentẽ poſteris noſtris tradituri ſumus Per humanitatẽ deniq; ueſtrã uos obteſtor, atq; obſecro iudices, ꝑ amorem huius pulcherrimæ, atq; inuictiſſimæ urbis, ꝑ oĩa quæ uobis iucundiſsima ſunt in uita, prouidete iterum, atq; iterũ, ne liberati quondam tot ampliſsimis bellorũ periculis, tot imminentibus malis erepti, nunc per ignauiã nr̃am, ac deſidiã periclitemur. Eri-

pite

pite uitã ciuiũ à miſeran la eudelitate: prohibete Penate, ueſtros à nefariis ignib. ſeruate pudiciti i neceſſitudinum ueſtrarũ à teterrimis uexationib. liberate tẽpla deorũ à triſtib rapinis, ſubtrahite fortunas publicas ab ĩdigna direptione: ꝓtegite magiſtratus ueſtros ab inaudita feritate: defendite deniq; uniuerſã urbem ab hoc inuſitato prorſus et triſtisſimo genere calamitatis.

ASCEN C R E D S T E iudices] Argute expectationem plebis affert ne iudices contra eam, Catilinam abſoluant. [Conficiendam fore] Iterum fore cum futuro poſitum, aut perperam additum. Agitur ſiquidem. Grauiter docet quanti momenti ſit futura iudicum ſententia. Nam ſi ſontes abſoluerint, aut illi aut illorum ſequaces remp. propediem euerſuri ſint, ſin condemnauerint omnibus metum iniecerint. [Graſſaturum,] Hoc eſt uim facturum, ſcribendum eſt autem per g, nam per c, pinguefacturum notet. [Capitolinum Iouem,] Qui in Capitolio colitur, & ubi aliquando uiſum ab Arcadibus dicit Euander Aen. 8. Cæremonijs.i. ſacrificiorum myſterijs & obſeruationibus. [Redditu ros gratias) .i. beneficia pro gratitudine erga ſe oſtenſa.]Curiã] ſ. ſenatoriam. [Obuerſaturos] ideſt obuoluturos. [Putate deniq;] Denique dicere ſolemus quando quæ ſingula dicere inſtituimus uniuerſa uno uerbo complectimur, ut hic, nam omnes ciuitate donati aut in ea nati ciues dicuntur. [Focis] ideſt locis in quibus lares colebantur, & ignes fouebantur in domo priuata. Ordo autem eſt. Denique putate omnes ciues exultaturos incredibili gaudio ob uitam ac libertatem ſuam retentam. Putate penates publicos exultaturos pro focis atque aris. ſ. publice inſtitutis conſeruatis. ſ. à conflagratione. Putate parietes urbis exultaturos; quæ locutio hyperbolen habet aut metaphoram, ſicut illa; Montes exultauerunt ſicut arietes &c. Parietes tamen proprie ædificiorum ſunt priuatorum, unde hic pro muris domi uidẽtur, pro teterrimo genere uaſtitatis ꝓpulſato, ideſt propter ea quòd teterrimum genus uaſtitatis propulſatum eſt. Vaſtum eſt, quaſi valde amplum ita ut difficulter impleri poſſit ut regio deſerta in qua nihil eſt quod impleat eam. Vaſtatum autem dicitur, quod prius expletum fuit & poſtea uaſtũ effectum, ut muri urbis poſtquam ædificia conflauerunt. Aut dedecus, ſi tales abſolueritis, aut memoriam nominis. i. famæ præclaræ, ſi de talibus vltionem condignam fortiter ſumpſeritis. [Equidem]. i. certe. [Concidendum] .i. ſimul calẽdum in perpetuam deſolationem, ſubaudi eſt. [Videritis] i. conſiderare debetis, eſt n. conceſſiui modi. [Vtrũ, Ideſt utra res an propulſare peſtem, an urbem concidere permittetẽ. Qui eſtis iudices, & ita ſeueri eſſe debetis fueritis ne &c. [Beſtias] .i. coniuratos efferos & immanes. [Carceribus] .i. ut eq. ſigno dato emiſſi carceribus præcipites ruunt. Miſerandi pro patientibus non pro inferentibus. Libri, ut pueri, & puellæ legitimi. [Hæc fuiſſet imago] .i. facies, aut aſpectus. [Et ſi prohibueritis] .ſ. Catilinæ conatus. [Per humanitatem] Obſecrat & obteſtatur in fine ſciens non modicum ponderis in obſecrationibus licitis & decentibus reponi. [Ciuium] .ſ. reliquorum à coniuratis. Neceſſitudinem] Neceſſariorum ut puerorum, & puellarum ſanguine, ut affinitatis uinculo coniunctorum.

ORATIO LEPIDI COS. AD Pop. Rom. ex libris Hiſtoriarum C. Criſpi Saluſtij.

CLEMENTIA & probitas ueſtra Quirites, quibus per cæteras gentes maximi, & clari eſtis, plurimum timoris mihi faciunt aduerſus Tyrannidem L. Syllę. Ne aut ipſi quæ non æſtimatis, ea parũ credendo de aliis circunueniamini, præſertim cum illis ſpes omnis in ſcelere, atq; perfidia ſit, neque ſe aliter tutum putet, quam ſi peior, atquè inteſtabilior metu ueſtro fuerit, quo captiuis libertatis curi miſeria eximat: aut ſi prouideretis, in tutandis periculis magis, quam ulciſcendo teneamini. Satellites, quidem hoie, maximi nominis, non minus optimis maiorum exemplis, nequeo non ſati, mirari, qui dominationis in uos ſeruitiũ ſuum mercede dant, & utrunque per iniuriã malunt, q̃ optimo iure liberi agere. Præclara Brutorũ atque Aemiliorum, & Luctatiorum proles, geniti ad ea quæ maiores uirtute peperere, ſubuertenda Nam quid à Pyrrho, Annibale, Philippo, & Antiocho defenſum eſt aliud, q̃ libertas, & ſuæ ſui que ſedes, ne cui niſi legibus pareremus? quæ cuncta ſæuus iſte Romulus quaſi ab externis rapta tenet: non tot exercituum clade, neque coss & aliorum principum, quos fortuna belli conſumpſerat ſatiatus, ſed tum crudelior, cũ pleroſque ſecundæ res in miſerationem ex ira uertũt. quin ſolus oium poſt memoriam hoium ſupplicia, in poſt futuros compoſuit. quis prius iniuria, q̃ uita certaſſet, prauisſimeq; per ſceleris immanitatem adhuc tutus fuerit, cum uos metu grauioris ſeruitii à repetẽda libertate terremini? Agendum atque obuiam eũdum eſt Quir. ne ſpolia ueſtra penes illos ſint. nõ prolatandum, neque uotis paranda auxilia, niſi forte ſperatis per tædium iam, aut pudorem tyrannidis eſſe, cũ per ſcelus occupata periculoſius dimiſſurum. At ille eo proceſſit, ut nihil glorioſum, niſi tutum, & oia retinendæ dñationis honeſta æſtimet. Itaque illa quies, & ocium cum libertate, q̃ multi probi potius. quam laborem cum honoribus capeſſebant, nulla ſunt; hac tempeſtate ſeruiendum, aut imperitandum, habẽdus metus eſt, aut faciendus Quir. Nam quid ultra? quæ ue humana ſuperſit? aut diuina impolluta ſunt? P. R. paulò ante gentium moderator, exutus imperio. gloria, iure, cogitãdi inops deſpectu q; ne ſeruilia quidẽ alimenta reliqua hẽt. Sociorũ & Latii magna uis ciuitate pro multis, & egregiis factis à uobis data p unũ prohibentur, et plebis innoxiæ patrias ſedes occupauere pauci ſatellites mercedem ſcelerum, leges, iudicia, ærarium prouinciæ, reges penes unum. Deni q; necis ciuium, et uitæ licẽtia, ſimul humanas hoſtias uidiſtis, & ſepulchra infecta ſanguine ciuili. Eſt ne iuris reliqui aliud q̃ ſoluere iniurii, aut mori per uirtutẽ? qm̃ quidem uno oibus finem, natura, uel ferro ſeptis ſtatuit, neque quiſq̃ extremã nece ſitatem, nihil auſus, niſi muliebri igenio expectat. Verũ ego ſeditioſus uti Sylla ait, qui pmia turbarũ quæro, et bellum cupiẽs, quia iura pacis repeto. ſ. quia nõ aliter ſalui, ſatisque tuti in imperio eritis, niſi Vectius Picẽs, et ſcriba Cornelius aliena bene parta prodegerint, niſi approbaueritis oẽs proſcriptiones innoxiorum ob diuitias, cruciatus uirorum illuſtrium, uaſtati urbẽ fuga et cædibus, bona ciuiũ miſerorum quaſi Cimbricam pdã uenum, aut dono datã. At obiectat mihi poſſesſiones ex bonis proſcriptorum. qd̃ quidẽ ſcelerum illius uel maximum eſt. nõ me, neq; queq̃ oium ſatis tutũ fuiſſe, ſi recte faceremus. atq; illa quantũ formidine mercatus ſum precio ſoluto, iure dñis tñ reſtituo. Neq; pati cõſiliũ eſt, ulli ex ciuibus pdi eſſe. Satis illa fuerint, q̃ rabiæ cõtracta tolerauimus, manus conſerẽtis inter ſe Ro. exercitus, et arma ab externis in noſmet uerſa, ſcelerũ, & cõtumeliarũ oium finis ſit: quorũ adeo Syllam non pœnitet, ut et facta in gloria numeret et ſi liceat, auidius faceret. Neq; iã qd̃ exiſtimetis de illo, ſed quã tũ uos audeatis, uereor, ne alius aliũ principẽ expectãtes ante capiamini, nõ opib. eius, q̃ futiles, et corruptę ſunt, ſed ueſtra ſocordia, q̃ raptum iri licet, et qui audeat tã uideri felicẽ. Nã preter ſatellites cõmaculatos,

quis eadem uult, aut quis non omnia mutata, præter victoriam? ſcilicet milites quorum ſanguine Tarulę, Scyroq; pe ſimis ſeruorum diuitiæ partæ ſunt, an quibus prælatus in magiſtratibus capiendis Fuſidius ancilla turpis bonorum oium dehoneſtamentum. Itaq; maximam mihi fiduciam parit uictor exercitus, cui per tot uulnera, & labores nihil præter tyrannum quęſitum eſt, niſi forte tribunitiam poteſtatem euerſum profecti ſunt per arma, conditam à maiorib. ſuis: utique iura, & iudicia ſibimet extorquerent, egregia. ſ. mercede eum relegati in paludes, & ſiluas, in cõtumeliam atq; inuidiam ſuã pmia penes paucos intelligerent. Quare igitur tanto agmine, atque aias incedit? quia ſecundæ res mire ſiul uitiis obtentui, quibus labectatis, q̃ formidatus antea eſt, tam contemnet: niſi forte ſpe concordiæ & pacis, quæ ſceleri, & parricidio ſuo nomina indidit. Neq; aliter R.P. & belli finẽ ait, niſi maneat expulſa agris plebs, præda ciuilis acerbiſſima, ius, iudiciumque oium rerum penes ſe, qđ P.R. fuit. Quæ ſi uobis pax, & concordia intelligunt, maxima turbamenta reip. atq; exitia probate, annuite legibus impoſitis. Accipite ocium cum ſeruitio, et tradite exemplum poſteris ad R.P. ſuimet ſanguinis mercede circumueniendum, mihi quanq̃ per hoc ſummũ imperium ſatis quæſitum erat, nomini maiorum, dignitati, atque ęt præſidio, tñ nõ fuit conſilium priuatas opes facere: potiorque uiſa eſt periculoſa libertas quieto ſeruitio. Quæ ſi probatis, adeſſe Quirites, & bene iuuantibus diis M Aemilium Cos. ducem et auctorem ſequimini ad recipiendam libertatem.

IN ORATIONEM LEPIDI CONSVLIS, Iodoci Badij Aſcenſij Commentaria.

CLAMANTIA, & probitas veſtra, &c.] Hęc oratio ſeu concio ad populum eſt M. Æmilij Lepidi conſulis ad P.R. qui de ſe vt de alio in fine locuturus eſt, ubi ſe cõmendat. Quod te admonitum uelim lector. Nam illic adnotamentum noſtrũ inuerſum eſt. Nam ubi ſcripſeram ſe cõmendat ad ſui cõmendationem, quem & cuius ſuppoſita ſunt. Dehortãtur autem populum à factione Syllæ, & ut libertatem ſe pręſide uẽdicet mouet. Tyrannidem. i. uiolentam occupationem dominii. Erat tñ olim rex omnis tyrannus dictus, unde eſt illud, Pars mihi pacis erat dexteram tetigiſſe tyranni. Ne dum duæ ſunt particulæ. Peior metu. i. ob metum veſtrum. [Libertatis curam] Quã habent qui adhuc eam aſſequi ſperant. [Maximi nominis]. i. famæ. Ordo eſt. Nequeo ſatis mirari, ſatellites eius. ſ. Syllæ exiſtẽtes homines maximi nominis & non minus. i. & pariter optimis exemplis maiorum, qui ſeruitium ſuum dant mercedem dominationis in nos. [Liberi agere] i. uiuere. Præclaras proles, per ironiam id dicit. A Pyrrho Epirotarum rege nobiliſſimo de gẽte Aeacidarum, qui potiundi imperij cauſa graue cum Romanis bellum geſſit Annibale Carthaginienſium duce ferociſſimo qui ſi victoria vti ſciuiſſet imperium Rom. exterminaſſet & Carthaginem euertiſſet. Philippoq; Macedonum rege, & Antiocho regæ Syriæ. Quid inquam defenſum eſt à Pyrrho? ubi à præpoſitio non notat ablatiuum agentem, non enim Pyrrhus defendit, ſed terminum à quo. Nam defenſæ ſunt ſedes à Pyrrho & reliquis, ut ab inuaſoribus. Defenſæ autem à Romanis, ut qui eas protexerunt. Romulus iſte per contemptum, i. Sylla qui ſe alterũ Romulum dicit. [Satiatus] i. ad ſocietatem pacatus quia adhuc ſitit ſanguinem innocentem. [In poſt futuros] Quia etiam nondum natis ſeruitutem intulit. [Prolatandum] i. porrò differendum. [Eo proceſſit] i. ad id, Capeſſebant. i. libenter accipiebant. [Faciendus]. ſ. Syllæ. Nam quid ultra ſupp. eſt, aut expectamus? Quæ ue humana ſuperant. i. exant & reliqua ſunt? vt Aeneid. 3. Quid puer Aſcanius ſuperat ne & veſcitur aura? aut quæ ſup. diuina ſunt impolluta? q.d. nulla. Non dicit quæ diuina ſuperãt, quia omnia diuina ſuperant, cum ſint immortalia, ſed non ſunt impolluta. Niſi tñ diuina intelligamus potius dijs conſecrata vt phana & aras. P.R. ante gentium. ſ. uniuerſarum. [Seruilia] i. quæ ſeruis diſtribui ſingulis menſibus ſolent, unde dimenſum dictum [penes unum] i. in poteſtate, cuius. ſ. Syllæ Licentia] deeſt mala permiſſio vt utrum libuerit exequatur. [Quam ſoluere iniuriam] i. pendere quod iniuſte petitur. [Vnum finem] i. mortem. Vel] i. etiam ſeptis. i. circundatis & ſtipatis, ac munitis, ferro. i. armis ſatellitum, ut regibus & tyrannis, hoc eſt etiam potentiſſimis moriendum eſt. Neque quiſquam nihil auſus. i. qui nihil prius auſus aut expertus ſit. [Expectat extremam neceſſitatem] ſ. in qua poſitus nihil poſſit, niſi muliebri ingenio. i. niſi ut quam muliebre habet ingenium prodegerint. i. prodigaliter conſumpſerint. [Proſcriptionem cuius tabulam Sylla ſummopere poſuit, unde Iuuen. Tabulam Syllæ ſe dicant diſcipuli tres. [Cimbricam prædam] i. ſumptam à Cimbris ſummis hoſtibus. [Datam uenum] i. uenditioni, dono. i. gratis. [Quod]. ſ. habere poſſeſſiones ciuium proſcriptorum, eſt uel i. etiam maximũ ſcelerum illius. Non me, repete obiectet. [Quæ rabie contracta] i. ſubito furore illata. In gloria. i. pro glorioſe geſtis numeretis. Exiſtimetis. i. cenſeatis & iudicetis, ſed quantum audiatis. ſ. dicit [Cõmaculatores] i. corruptos. Tarulæ, Scyroque, nomina ſunt ſeruorum tunc notiſſimorum partę. i. acquiſitæ. An quibus &c.] Ordo eſt? An ſup. illi quibus Fuſidius turpis ancilla. i. propter cõmercium ancillæ, & dehoneſtamentum. i. dedecus omnium bonorum, aut omnium bonorum, eſt prælatus in magiſtratibus capiendis. i obtinendis, nou uelit omnia mutata præter uictoriã. ſ. Syllæ, q.d. minime, nam Syllę uictoria honeſtiſſima & optima quidẽ fuit, ſed uſus victoriæ peſſimus, nã in ſummam tyrannidẽ conuertit. Et ita ne Syllæ uictoria quem ſeducat monet. Itaque maximam mihi fiduciam parit victor exercitus, quia & firmior & animoſior & peritior futurus videtur q̃ hoſtis victus. Fiducia autem ferè in bonam partem accipitur. Confidentia in malam, auctore Seruio. Quæ ſitum. i. per tyrannum. i. occupatorem iniuſtum. Euerſum ſupinum eſt. Nam ordo eſt, niſi profecti ſunt euerſum. i. ad euertendum poteſtatem tribunitiam conditam à maioribus ſuis p arma. i. vim bellicam exercitam in patres. In paludes & ſiluas, i. loca ſola inacceſſa atque vi naturali munita. Obtentu. i. ad obtentum aut oſtentui. Plebes nominatiuus eſt antiquus, quoniam olim hæc plebes plebei dicebatur. Nunc hæc plebs plebis Penes. i. in poteſtate & poſſeſſione. Probatio, ſcilicet iuſſu tyranni, annuite. i. obſecundate, quæ iuſſiones videtur prohibitiuam habent & nunciatione iniandæ ſunt. Circumueniendam. i decipiendam. Exemplum autem tradit ſceleris perpetrandi qui initium iam ſummam accipit inultus. Nam ſic animũ addit imitanti. [Mihi ſatis]. ſ. gloriæ & honoris, aut etiam terum, quæſitum. i. acquiſitum Nomini. i. famæ maiorum, prædio. i. agro poſſidendo, niſi legendum eſt præſidio. Priuata. ſ. mihi proprias opes, facultates & potentias, Scimo quod Sylla infert poſt claram victoriam. M. Aemilium conſulem. Ob eius commendationem, nam in eo ſummam ſpem habebat hanc concionem inſtituiſſe videtur.

IN ORATIONEM LEPIDI EX C. CRISPI SALVSTII hiſtoriarum libris caſtigationes

NEQVE ipſi nefanda non æſtimatis, ex parum credendo de alijs, circumuenimini. Legendum diuiſim, neque. vt ſint duæ dictiones. In Gymnicorã Neſanda, perperam deeſt. [Satellites quidem eius homines maximi nominis] Eius, in Gymnico deeſt. [Nequeo ſatis mirari] Perperam in alijs, non ſatis. [Nam par t eſſam negatiuam ſenſus ipſe repudiat. [Ne etsi niſi legibus pateremus] Venetum exemplar, vt cui id rectius eſt pro uenie alicui. [Quis prius iniuria, quàm vitas certaſſet] Schutienſianum, certã eſſet, id quòd ſententia quoque poſtulat. Nam Sullam ait vnum omnium poſt hominum memoriam ſupplicia in poſt futuros compoſuiſſe, hoc eſt proſcriptorum liberos reip. ſubmouiſſe, ac petendorum honorum iure prohibuiſſe. vt ita nimirum iniuria ijs prius, quam vita certa foret. [Periculoſius demiſſurum] Legendum, dimiſſurum. [Praſſimeque per ſceleris immaioritatem adhuc iutus fuerit] Legendum, furit. Vocum affinitas errori anſam præbuit. [Quã multi probi potius quam laborem cum honoribus capeſſebant] In Veneto & Argentoratenſi Quæ multi probi vt neutro genere ponatur, & ad ſubſtãtiua illa diuerſorum generum referatur, quietem & ocium. [Quia iura pacis repeto] Venetum, qui iura. [Bonorum omnium dehoneſtamentum] Venetum, honorum & ſic ſenſus exigere videtur, vt per honores intelligas magiſtratus.

giſtratus. per arma condita à maioribus ſuis] Lege conditam, nam refertur ad tribunitiam poteſtatem. [In contumeliam atq; inuidiam ſuam] τὸ In, Exemplar Venetum non habet, neque Argentoratenſe. [Niſi maneat expulſi agris pl.] Venetum plebs.

ORATIO PHILIPPI IN SENATV.

MAXIME uellem P.C. remp. quietã eſſe, aut in periculis à promptiſſimo quoque defendi: deniq; praua incepta cõſultoribus noxæ eſſe: ſed cõtra ſeditionib. oia turbata ſunt, & ab iis quos prohibere magis decebat. Poſtremo quæ peſſimi & ſtultiſſimi decreuere, ea à bonis & ſapientibus facienda ſunt: uam bellum atq; arma, quanquam uobis inuiſa, tñ quia Lepido placent, ſumenda ſunt; niſi forte, cui pacem p̃ſtare, & bellum pati conſilium eſt Pro dij boni, qui hanc urbem omiſſa cura adhuc regitis. M. Aemilius, oium flagitioſorũ poſtremus (qui peior an ignauior ſit, deliberari nõ poteſt, exercitum opprimendæ libertatis habet, & ſe è contempto metuendum effecit. Vos muſſantes & retractãtes uerbis & uatum carminibus pacem optatis magis quam defendi is, neque intelligitis mollitia decretorum uobis dignitatem, illi metum detrahi, atq; id iure, quoniam ex rapinis conſulatum ob ſeditionẽ prouinciam cum exercitu adeptus eſt. Quid ille ob benefacta cepiſſet, cum ius ſceleribus tanta p̃mia tribuiſtis? At ſcilicet eis, qui ad poſtremum uſque legatos, pacem, concordiam & alia huiuſcemodi decreuerunt, gratiam habeo peperiſſe, immo deſpecti & indigni rep. habiti, prædæ loco æſtimantur. Quippe metu pacem repetentes, quo habitam amiſerant. Equidem à principio cum Hetruriam coniurare, proſcriptos acerſiri, largitionibus remp. lacerari uidebam, maturãdum putabam, & Catuli conſilia cum paucis ſecutus ſum. Cæterum illi qui gẽtis Aemiliæ benefacta extollebant, & ignoſcendo Populi Romani magnitudinẽ auxiſſe, nuſquam etiã tum Lepidum progreſſum aiebant. & cum priuata arma opprimendæ libertatis cepiſſet. ſibi quiſque opes aut patrocinia quærendo cõſilium publicum corrumperunt. Attamen erat Lepidus latro cum calonibus & paucis ſicariis, quorũ nemo diurna mercede uitam mutauerit. nunc eſt procõſul cum imperio non empto, ſed dato à uobis, cum legatis adhuc iure parentibus, & ad eum cõcurrere homines omnium ordinum corruptiſſimi, flagrãtes inopia, & cupiditatibus, ſcelerum conſcientia exagitat, quibus quies in ſeditionib. in pace turbæ ſunt, hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello ſerunt. Saturnini. olim, poſt Sulpicii, dein Marii, Damaſippique nũc Lepidi ſatellites, præterea Hetruria, atque omnes reliquiæ belli arrectæ, Hiſpaniæ armis ſolicitatæ, Mithridates in latere uectigaliũ noſtrorum, quibus adhuc ſuſtentamur, diem bello circunſpicit, quin p̧ter idoneum ducem nihil abeſt ad ſubuertendum imperium. Quod uos oro, atque obſecro P.C, ut animaduertatis, ne patiamini licentiam ſcelerum, quaſi rabiẽ ad integros procedere. Nam ubi malos p̃mia ſequuntur, haud facile quiſquam gratuito bonus eſt. An expectatis, dum exercitus rurſus admoto ferro, atque flamma urbem inuadat? quód multo propius eſt ab eo, quo agitat ſtatu, quam ex pace, & concordia ad arma ciuilia, q̃ ille aduerſum diuina & humana omnia cepit non pro ſua, aut quorum ſimulat iniuria, ſed legum, ac libertatis ſubuertendæ. Angitur enim, ac laceratur animi cupidine, & noxarum metu expers conſilii. inquies, hæc atque illa tentans metuit ocium, odit bellum, luxuatque licentia carendum uidet, atque interim abutitur ueſtra ſocordia. Neque mihi ſatis conſilij eſt, metum an ignauiam, an dementiam eam appellem qui uidemini intenta mala quaſi fulmen optare ſe quiſq; ne attingat. Sed prohibete ne conari quidem, & quæſo conſiderate, quam conuerſa rerum natura ſit. Antea malum publicum occulte, auxilia palã inſtruebatur, et eo boni malos facile anteibant, nunc pax, et concordia diſturbantur palam, defenduntur occulte, quibus illa placet, in armis ſunt, uos in metu. Quid expectatis, niſi forte pudet, aut piget rectè facere? An Lepidi mandata animos mouent, qui placere ait ſua cuiq; reddi, et aliena tenet, belli iura reſcindi, cum ipſe armis cogat, ciuitatem confirmari, qui adẽptam negat, concordiæ gratia tribunitiam poteſtatẽ reſtitui, ex qua omnes diſcordiæ accẽſæ? Peſſime omnium atque impudentiſſime, tibi ne egeſtas ciuiũ et luctus curæ ſunt, cui nihil eſt domi, niſi armis partũ, aut per iniuriam? Alterum conſulatum petis, quaſi primum reddideris, bello concordiam quæris, quo parta diſturbatur, noſtri p̱ditor, iſtis inuidus, hoſtis omnium bonorum, ut te neque hominum, neq; deorum pudeat, quos perfidia, aut periurio uiolaſti, qui quãdo talis es, maneas in ſententia, et retineas arma, te hortor, neu prolatandis ſeditionibus inquies ipſe, nos in ſolicitudine attineas, neque te prouinciæ, neq; leges, neque Dii Penates ciuem patiuntur Perge qua cœpiſti, ut quam maturiſſime merita inuenias. Vos P C. quouſque cunctando remp. intutam patiemini? et uerbis arma tentabitis? Delectus aduerſum uos habiti, pecuniæ publice et priuatim extortæ, præſidia deducta, atque impoſita, ex libidine leges imperant, cum interim uos legatos, et decreto paratis, et quanto mehercule auidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit, cum intelliget ſe metu magis, quam æquo et bono ſuſtentatum. Nam qui turbas, et cædem ciuiũ odiſſe ait, et ob id armato Lepido uos inermes retinet; quæ uictis toleranda ſunt, ea cum facere poſſitis, patiamini potius, cenſet, ita illi à uobis pacem, uobis ab illo bellum ſuadent. Hæc ſi placent ſi tanta torpedo animos oppreſſit, ut obliti ſcelerum Cinnæ cuius cuius in urbem reditu decus, atque ordines omnes interierunt, nihilominus uos atque coniuges, et liberos Lepido permiſſuri ſitis. Quid opus decretis? quid auxilio Catuli? quinis et alii boni remp fruſtra curant. Agite utlibet. Parate uobis Cethegos, atque alia proditorum patrocinia, qui rapinas, et incendia inſtaurare cupiunt et rurſum aduerſum Deos Penates manus armare. Sin libertas, et bella magis placent, decernite digna nomine, et augete ingenium uiris fortibus. Adeſt nouus exercitus, et * adhuc coloniæ ueterum militum, nobilitas oĩs, duces optimi Fortuna meliores ſequitur. Iam illa, quæ ſecordia noſtra collecta ſunt, dilabentur. Quare ita cenſeo, quoniam Lepidus exercitũ priuato conſilio paratum cũ peſſimis, et hoſtibus reip. contrahit, contra huius ordinis auctoritatem ad urbem ducit, uti Ap. Claudius inter rex cum Q Catulo proconſ. et cęteris, quibus imperium eſt, ubi p̃ſidio ſint, operamq; dent, nequid reſp. detrimenti capiat.

*ad hoc

IN ORATIONEM PHILIPPI, IODOCI Badij Aſcenſij Commentaria.

MAXIME vellem. Oratio hæc ſuperiori uidetur affinis, nam Lepidi ſententiam maximopere improbat & ob eum in M. Aemilium inuehitur. Eſſe noxæ, id eſt nocumento. Sed contra. ſ. uota mea. Quia Lepido placent, id inuidioſe. Erat autē poſtmodum Lepidus triumuir, id eſt unus trium, qui temp. inter ſe diſpertiti ſunt. Poſtremus, id eſt peſſimus. [Muſſantes] id eſt nihil palam obloqui audentes. [Operis] id eſt voto et precibus magis quàm defenditis, quia non ea facitis per quæ pacem obtineatis. [Mollitia] id eſt propter mollitiam. [Metam] id eſt terminum ſæuiendi atque id iure, id eſt merito non quòd iuſtum aut meritum ſit ſimpliciter, ſed propter ignauiam ipſorum. quid ille ob bene facta cœpiſſet. i. accepiſſet? q.d. nihil cum nihil benefecerit [At] .ſ. ironia eſt. cui apte quadrat, ſ. legatos. ſ. de pace, pacem concordiam & alia huiuſmodi, immo ſub deſpectu & indigni rep. i. R.P. æſtimantur habiti loco prædæ, quippe. i. vt qui repetentus metu, id eſt ut qui repetentes metu, i. propter metum pacem, quo. i. per quem. ſ. metum amiſerant habitam. ſ. pacem, quia niſi meticuloſi apparuiſſent, nullus eis infeſtus fuiſſet. [Cum]. ſ. quando uidebā, Hetruriam, id eſt omnes Hetruſcos, coniurare contra Romanos. Proſcriptos. ſ. ab aliis, acceſſiri. i. uocari ad ciuitatem & in urbē, ubi neſcio an rectè ſcriptum ſit acceſſiri. Nam acceſſor dicitur acceſſi in infinitiuo, nec reperitur acceſſio aut acceſſior apud veteres idoneos. Vnde illud acceſſi pro acceſſe Simonem, notum eſt. Largitionibus lacerari temp. quia publica priuatis dabantur, aut quia per largitionem reſp. quaſi deuicta eſt Catuli conſilio qui ut hanc orationem haberet conſuluit. Gentis Æmiliæ vt Pauli Scipionis in eam adoptati. Lepidus qui poſtea factus triumuir ēt de domo Aemilia. Nam M. Aemilius Lepidus dictus eſt. [Cō calonibus]. i. uilibus militibus qui uallum & ligna ferrēt in exercitu. [Sicarijs] .i. homicidis occultis & obſeſſoribus uiarum. [Diurna mercede] .i. licet ſingulis diebus mercedem receperit. [Concurrere] .i. concurrerunt pelon. Eſt enim præteriti temporis perfecti indicatiui modi. [Flagrantes] .ſ. cupiditate habendi, inopia. i. propter inopiam. Quies in ſeditionibus, quia tunc ſolum contenti ſunt. [Turbæ]. i. commotiones animorum. Tumultum ex tumultu, quia non ſedant ſed excitant eum. Satellites olim Saturnini tribuni plebis, quem propter ſeditionem occiſum diximus. Poſt Sulpicij, etiam factioſi. Nam P. Sulpicius trib. pleb. auctore C. Mario perniciosas leges promulgauit, vt exiles reuocarentur & noui ciues libertiniq́ue diſtribuerentur in tribus &c. Qui cum in quadam uilla lateret indicio ſerui retractus & occiſus eſt. Seruus ob mercedem manumiſſus eſt, ſed ob infidelitatem ſaxo deiectus eſt. Marius notus eſt. V bi uero eſt. Damaſippi legam Damacij. Nā Lucius Dama, prætor ex iuſſu Marij omnem nobilitatem quæ in urbe erat trucidauit.] Sed prohibere conati quidem] .i. prohibere ne conati quidem. i. prohibere non ſolum facere, ſed ne conari quidem, hoc eſt facie prohibendi, vt non etiam conari audeant [Conuerſa]. i. commutata. Malum publicum occulte ſup. inſtruebatur. quia palam inſtruere nō audebant. Diſturbantur. ſ. à Lepido & ei adhærentibus. Defenduntur. occulte. ſ. pax & concordia. Et ſup. hi quibus illa. i. talia placent ſunt in armis, & vos ſup. eſtis in metu. Lepidi mandata. inuidioſe id dicit. Qui ait placere ſup. ſibi, & i. at tamen aliena tenet. [Reſcindi. i. diſſolui, dirimi, & ut dicunt annihilari & adhuc barbarius annullari. Ciuitatem confirmauit, repete qui placare ait. Qui negat ademptam. i. ciuitatem, hoc eſt libertatem ciuium. Et qui ſibi placere aut tribunitiam poteſtatem reſtitui. ſ. plebi, ex qua &c. Peſſime omnium conuertit ſermonem ad ipſum Lepidum. Cui nihil ſup. eſt domi. i. qui nihil habet, niſi partum armis. i. vi aut per iniuriam. Quaſi primum vult dicere q̄ non reddiderit qui ſe pro conſule adhuc gerit. [Quo]. ſ. bello, diſturbatur, iam parta concordia. Noſtri. ſ. nobilium, quos Sylla tentabatur. Iſtis. ſ. tuis plebeis. Inquies, id eſt inquietus, & turbulentus. In ſolitudine. i. deſertos ab omnibus, niſi ſit in ſolicitudine legendum, aut ſolitudine uno vocabulo, pro inſolentia. Merita, ſcilicet mala aut ſupplicia. Intutam. i. non tutam, hoc eſt in defenſam. Verbis non manibus. [Delectus] .i. militum ad bellum delectiones, ſunt habiti à Lepido. Tanto bellum acrius erit, quia timore veſtro illi inſolentiores erunt. Vnde ſubdit cum intelliget ſe metu ſ. veſtro. [Odiſſe]. i. odio proſequi. Non enim vſu peritorum eſt odio in præſenti voce. Ita ſuadent illi. ſ. Lepido pacem à uobis & ſuadent, hoc eſt ſuadendo inducunt vobis bellū ab illo. Torpedo, i. pigritia ex frigore & torpore ignauiæ. Scelerum Cinnæ. Nam Cinna & Marius. cum Carbone & Sertorio Ianiculum occupauerunt, & fugati ab Octauio conſule receſſerunt, Marius Antium & Ariciam & Lauinium colonias deuaſtauit, & cum nulla omnino ſpes eſſet optimatibus reſiſtendi, Cinna & Marius in urbem recepti eam uelut captam cædibus & rapinis uaſtauerunt. Sin. i. ſed ſi digna nomine, ſunt enim ſenatores & patres dicti, unde eſſe maturi deberent. Fortuna, meliores. Prouerbiale. i. ſicut illud Maronianum, Audaces fortuna iuuat. Vbi audētes quidam legunt. Dilabentur. i. euaneſcent paulatim. [Interrex] .i. fungens imperio, aut conſulatu, interea dum noui conſules creabantur, quia Lepidum dixit ſecundum conſulatum petere. Olim autem verus erat interrex & verum inter regnum, cum mortuo rege donec nouus creabatur ceſſabat regnum, erat tamen qui interea officio regis fungeretur. Proconſule, id eſt qui poteſtate conſulari extra ordinem fungitur, cum uerus conſul nondum ſit, aut non omnia adminiſtrare poſſit. Ne quid detrimenti, id ferè conſulibus præcipi ſolet. Et hæc de oratione Philippi in ſenatu contra Lepidum; qui cum acta Syllæ tentaret reſcindere bellum excitauit. Et à Q. Catul. collega Italia pulſus eſt, & in Sardinia fruſtra bellum molitus perijt.

IN ORATIONEM PHILIPPI Caſtigationes.

ET ſe contemptu metuendum effecit] Legendum, & ſe è contemptu metuendum efficit. [Flagrantes inopia & cupiditatibus] Venetum. cupidinibus. Id Saluſtianum magis eſt. [Bellum ea bello deſertum] perperam alij, ferunt. Cum peſſimis & hoſtibus reip. contrahit, ordinis auctoritatem ad urbem ducit. Legendum contra huius ordinis auctoritatem, &c. Facilis quidem & procliuis de ſimilitudine uocum, ſed fœdiſſimus error. [Operam dent, nequid reſpub.] Legendum dent.

ORATIO C. COTTAE CONSVLIS ad Populum.

QVIRITES multa mihi pericula domi militiæ, multa aduerſa fuere: quorū alia toleraui, partim repuli deorum auxiliis, & uirtute mea: inq; his oībus, neque animus negocio defuit, neq; decretis labos. Malæ, ſecundæq; res opes, non ingenium mihi mutabant. At contra, in his miſeriis cūcta me cum fortuna deſeruere. Præterea ſenectus per ſe grauis curam duplicat, cui miſero facta iam ætate, ne mortem quidem honeſtam ſperare licet: nam ſi parricida ueſtri ſum, & bis genitus hic, Deos Penates meos, patriamq;, & ſūmum imperium uilia habeo: q̄s mihi uiuo cruciatus ſatis eſt, aut quæ pœna mortuo? Cum oīa memorata apud iferos ſupplicia ſcelere meo uici: à prima adoleſcentia in ore ueſtro priuatus & in magiſtratib. egi: qui lingua, qui conſilio meo, qui pecunia uoluere, uſi ſunt, neque ego callidam facundiam, neque ingenium ad male faciendum exercui, auidiſſimus priuatæ gratiæ maximas inimicitias ꝓ rep. ſuſcepi, qui uictus cū illa ſimul, cum egens alienæ opis plura mala expectarem. Vos Quirites rurſus mihi patriā, Deos Penates cum ingenti dignitate dediſtis, pro quibus beneficiis uix ſatis gradus uidear, ſi ſingulis animam, q̄ nequeo conceſſerim. Nā uita, & mors iure naturæ ſunt, ut ſine dedecore cum ciuib. fama, & fortunis integer agas, id dono dat', atq; accipitur. Conſules nos feciſtis Quirites domi, belliq; impeditiſſima rep. Nanq; imperatores Hiſpaniæ ſtipendium, milites, arma, frumentū poſcunt, & id res cogit, qm̄ defectione ſociorum, & ſertorii per monteis neque fuga, neque manu certare

poſſunt,

poſſunt, neq; utilia pararet exercitus in Aſia; Ciliciaque ob nimias opes Mithridatis aluntur, Macedonia plena hoſtibus eſt: nec minus Italiæ maritima, & prouinciarum: cum interim uectigalia parua, & bellis incerta, uix partem ſumptuum ſuſtinent: ita claſſe, quæ commeatus uehebatur, minore, quam antea nauigamus. Hæc ſi dolo, aut ſocordia noſtra contracta ſunt, agite ut libet, & ita ſupplicium ſumite: ſin fortuna communis aſperior eſt, quare indigna uobis, nobisq; & reip. incipitis? Atque ego, cuius ætati mors propior eſt, non deprecor, ſi quid ea uobis incommodi demitur, neque mox ingenuo corpori honeſtius, quam pro ueſtra ſalute finem uitæ fecerim. Adſum en. C. Cotta Conſ. facio, quod ſæpe maiores aſperis bellis fecere, uoueo, dedoque me pro repub. quam deinde cui mandetis circumſpicite. Nam talem honorem bonus nemo uolet, cum fortunæ et pacis, et belli ab aliis acti ratio reddenda, aut turpiter moriendum ſit. Tantummodo in animis habetote, non me ob ſcelus, aut auaritiam cæſum, ſed uolentem pro maximis beneficiis animam dono dediſſe. Per uos igitur Quirites et gloriam maiorum precor, tolerate aduerſa et conſulite reip. Multa cura ſummo imperio ineſt, multi ingentes labores, quos nequicquam abnuitis, et pacis opulentiam quæritis, cum omnes prouinciæ, regna, maria, terraque aſpera, aut feſſa bellis ſint.

IN ORATIONEM C. COTTAE IODOCI Badij Aſcenſij Commentaria.

Q[VIRITES] Hæc oratio di Caij Cottæ conſulis, quod ex eo patet quod ipſe in ea. En C. conſul aſſi[?] ... di in in epitomis L. Flori quod M. Aurelius Cotta conſul ad Chalcedonem iniæ ... à rege uictus eſt ... tero; à Pompeio & Metello ... iudicia per M. Aurelium Cottam ad equites Romanos tranſlata ſunt, quo tempore Mithridates deſperatione rerum ſuarum ad Tigranem regem Armeniæ confugit. Vnde ſit he idem Cotta ſit ſiue alius: certum eſt quod poſtquam male ab eo pugnatum erat, & rurſus in patriam ac ciuitatem receptus erat hanc orationem habuit, in qua commiſerationem populi ex miſerrimo ſuo & uoluntaria (ſi exigatur) deuotione implorat. Q[uorum] ... quædam patris ... alia. Negocio. ſ. gerendi. Labor, ... labor ... Opes. i facultates non ingenium ... abant, quia animum ... gerebat. [Parricida ueſtri] .i. ſi uos uitio meo aut negligentia occiſi eſtis in amicis aut liberis ueſtris. ... genitus quia poſt ... renatus uel, cum iterum ſit patriæ datus. [Vena ...] ... fidei noſtræ quæritat. Vici hoc eſt ſuperaui. [Magiſtratibus] .ſ. gerendis niſi ſit legendum magiſtratus. Dediſtis, poſtquam ex captiuitate aut fuga rediit. Conſulem fecerunt ... difficultatem rei gerendæ: Hiſpaniæ .i. qui in Hiſpania Romano exercitui imperant, poſcunt ſ. à conſulib. quorum alter erat Cotta, & Sertorius qui ad Mithridatem defecerat. Mithridatis .i. quas à Mithridate capiunt. Parua, quia dum bella geruntur non poſſunt uectigalia tam abunde colligi, & ſi colligantur in periculo ſunt ne intercipiantur. [Commeatus] i. uictualia aut ad uictum exercitus pertinentia. Contracta .i. comparata, hoc eſt ſi euenerunt. [Incipitis. ſ. obmurmurando contra conſules ... [Ea] .i. per eius amotionem, hoc eſt ſi uita mea uobis aut reip. detrimento eſt, Cui mandetis. tacite innuit ſe adhuc utilem fore reip. cum non ſit facilis repertu melior. [Cum fortunæ] Ordo eſt, cum ratio fortunæ belli & maris & terræ acti ab alijs ſit reddenda, aut moriendum turpiter ſi reddere non poſſit. Cæſum, quòd non iam cæſus ſit, ſed ſi decreuerint pro rep. cadendum eſſe. Per uos, quaſi dicat per ueſtram ſalutem rogat. Pacis opulentiam, hoc eſt, quæ in pace eſſe ſolet.

IN ORATIONE COTTAE. Caſtigationes.

N[EQVE] decretis labor] Sic rectè, contra quam Schurterius ineptè ſit. Nam teſtatur in j Æn. Seruius, ubique penè Saluſtium labos dixiſſe, pro labor. [Macedonia plena hoſtibus eſt] Venetum, hoſtium eſt, quomodo & Argentoratenſe. Tametſi quod ad ſenſum attinet, parum refert, utrum legas. [Quare indigna uobis nobisque & reip. incipitis?] Venetū & Schurterianum. reip. eſſe ablatiuum. Per uos igitur Quirites & gloriam maiorum precor, tolerate aduerſa] Precor, non eſt in Veneto, neque in Argentoratenſi ac rectius abeſſe poterit. Nam & alias eodem modo Criſpus.

ORATIO MARCI TR. PL. AD PLEBEM

SI Quirites parum exiſtimaretis, quid inter ius à maioribus relictum uobis, & hoc à Sylla paratum ſeruitium intereſſet, multis mihi diſſerendum fuiſſet, docendumq. quas ob iniurias, & quoties à patribus armata plebes seceſſiſſet, utiq; uindices parauiſſet omnis iuris ſui trib. pl. nunc hortari modo reliquum eſt, & ire primum uia, qua capeſſendam arbitror libertatem. Neque me præterit quantas opes nobilitatis ſolus, impotens inani ſpecie magiſtratus pellere dominatione incipiam, quanto tutius factio noxiorum agat, quam ſoli innocentes. Sed præter ſpem bonam ex uobis, quæ metum uicit, ſtatui, certamina aduerſa pro libertate potiora eſſe forti uiro, quam omnino non certauiſſe, quam omnes alij creati pro iure ueſtro uim cunctam, & imperia ſua gratia, aut præmijs in uos conuertere, meliusque habent mercede delinquere, quam gratis rectè facere. Itaque omnes conceſſere iam in paucorum dominationem, qui per militare nomen, ærarium, exercitus, regna, prouincias occupauere, & arcem habent ex ſpoliis ueſtris, cum interim more pecorum uos multitudo ſingulis habendos, fruendosq. præbetis, exuti omnibus, quæ maiores reliquerunt; niſi quia uoſmetipſi per ſuffragia, ut præſides olim nunc dominos deſtinatis. Itaque conceſſere illuc omnes, & mox ſi ueſtra receperitis ad uos* redibunt plerique, rarus enim animus eſt ad ea, quæ placent defendenda, cetera ualidiorum ſunt. An dubium habetis, ne obſiſtere quid uobis uno pergentibus poſſit, quos languidos, ſocordesq. pertimuere? niſi forte C. Cotta ex factione media Conſ. aliter quam metu iura quædam trib. pl. reſtituit, & quanquam L. Cincius primus de poteſtate trib. loqui auſus, muſſantibus uobis circumuentus erat, tamen prius illi inuidiam metuere, quam uos iniuriæ pertæſum eſt, quod ego nequeo ſatis mirari Quir. Nam ſpem fruſtra fuiſſe intellexiſtis Sylla mortuo, qui ſceleſtum impoſuerat ſeruitium, finem mali credebatis: ortus eſt longe ſæuior Catulus; tumultus interceſſit Bruto, & Aemilio Mimerco; C. iſ. D... C. Curio ad exitium uſque inſontei tribuni dominatus eſt. Lucullus ſuperiore anno quantis animis ierit in L. Quintium, uidiſtis, quantæ denique nunc mihi turbæ concitantur, quæ profecto incaſſum agerentur, ſi prius quam uos ſeruiendi finem, illi dominationis facturi erant, præſertim cum his ciuilibus armis dicta alia. Sed certatur utrinque de dominatione in uobis ſit. Itaque cetera ex licentia, aut odio, aut auaritia in tempus arſere, permanſit una res modo, quod utrinque quæſita eſt, & erepta in poſterum uis tribunitia, telum à maioribus libertati paratum. Quod ego uos moneo, quæſo que, ut animaduertatis, neu nomina rerum ad ignauiam mutantes, otium pro ſeruitio appelle-

*In codice Aldino non legitur, redimunt.

tis: quo iam ipſo frui, ſi uera & honeſta flagitium ſu-
perauerit, non eſt conditio: fuiſſet, ſi omnino qui eſſe
tis. Nūc animum aduertite, & niſi uiceritis, quoniam
omnis iniuria grauitate tutior eſt, arctius habebunt.
Quid cenſes igitur, aliquis ueſtrum ſubiecerit? primū
omnium omittendum morem hunc, quem agitis im-
pigræ linguæ animi ignaui, non ultra concionis locū
memores libertatis, deinde ne uos ad uirilia illa uo-
cem, quo tribunos plebei modo patricium magiſtra-
tum. Libera ab auctoribus patriciis ſuffragia maiores
ueſtri parauere, quamuis Quir. in uobis ſit, & q̃ iuſſu
nunc pro aliis toleratis, pro uobis agere, aut non age-
re certe poſſitis. Iouem aut alium quem Deum con-
ſultorem expectatis, magna illa conſulum imperia,
& patrum decreta uos exequendo rata efficitis Quir.
ultroq; licentiam in uos auctum, atque adiutum pro-
peratis. Neque ego uos ultum iniurias hortor, magis
uti requiem cupiatis: neque diſcordias ut illi crimina-
tur: ſed earum finem uolens, iure gētium res repeto:
etſi pertinaciter retinebunt, non arma, neque ſeceſſio-
nem tantummodo, ſed nec amplius ſanguinem ueſtrū
præbeatis cenſeo: gerent, habeantq; ſuo modo impe-
ria, quærant triumphos: Mithridatem, Sertorium, &
reliquias exulum perſequantur cum imaginibus ſuis,
abſit periculum, & labor. qbus nulla pars fructus eſt,
niſi forte repētina iſta frumentaria lege munia ueſtra
penſantur, cum tamen qui his modis libertatem om-
nium æſtimauere, hi profecto non amplius poſſent
alimentis carere, nanque utilis exiguitate mors prohi-
betur. Seneſcunt uires, ſic ut neque abſolui cura fami-
liari tam parua res poſſit, At & ignauiſſimi quique
tenuiſſima ſpe fruſtrantur. quæ tamen quiuis ampla,
quoniam ſeruitii precium oſtentarunt, cuius torpedi-
nis erat decipi, & ueſtrarum rerum ultro iniuria gra-
tiam debere? Nanq; alio modo, neque ualent in uni-
uerſos, neque conabunt. Cauendus tamen dolus eſt:
Itaque ſimul comparant delinimenta, & differūt uos
in aduentum Cn. Pomp. quem ipſum, ubi pertimue-
re ſublatum in ceruices ſuas, mox dempto metu lace-
rant: neque eos pudet uindices, uti ſe ferunt libertatis
tot uiros ſine uno, aut remittere iniuriam non aude-
re, aut ius non poſſe defendere. Mihi quidem ſatis ſpe-
ctatum eſt Pompeium tantæ gloriæ adoleſcentē mal-
le principem uolentibus uobis eſſe, quàm illis domi-
nationis & ſocium, auctoremq; in primis fore tribuni-
tiæ poteſtatis. Verum Quir. antea ſinguli ciues in plu-
ribus, non in uno cuncti præſidia habebatis, neque
mortalium quiſquam dare aut eripere talia unus po-
terat. Itaque uerborum ſatis dictum eſt, neque enim
ignorantia res claudit, uerum occupauit neſcio quæ
uos torpedo, quia neque gloria mouemini, neque fla-
gitio, cunctaque præſenti ignauia mutaſtis, abunde
libertatem rati, quia tergis abſtinetur, & huc ire licet,
atque illuc munera ditium dominorum. atque hæc
eadem non ſunt agreſtibus, ſed caeduntur inter poten-
tiū inimicitias: donoq; dantur in prouincias magiſtra-
tibus. Ita pugnatur & uincitur à paucis plebs, quod-
cunque accidit pro uicta eſt, & in dies magis
erit. Siquidem maiore cura domina-
tionem illi retinuerint, quàm
uos repetiueritis liber-
tatem.

IN ORATIONEM MACRI, IODOCI Badij Aſcenſij Commentaria.

SI Quirites] Hæc oratio inſcribitur, Macri trib. pl. ſed cum multi ſint trib. pl. hoc nomine, non ſa-
tis cōſtat cuiuſnam ſit, niſi q quia in Syllam di-
cit ſub illis dominationem uixerit, ut M. Lepidus
Syllæ infeſtus. Si parum, q d. cum iam plurimum
exiſtimatis. fuit, alij dicerent forei. [Vtiq;] i. &
uti hoc, & ut Vindices. i. defenſores, oīs iuris ſui, uidelicet trib.
pleb. [Nunc hortari modo, hoc eſt ſolum, eſt reliquum] i. reſtat.
Capeſſendam, hoc eſt arripiendam. Neque me prætcrit, i. bene
ſcio. [Solus]. ſ. Sylla. [Inani ſpē magiſtratus]. ſ. dictaturæ, quàm
inſolentiſſime geſſit, quia cum 22 proceſſit faſcibus, quod ante
eum nullus unquam attentauerat, & rebus nouis reip. ſtatum cō-
firmauit, tribunorum pl. poteſtatem minuit, & omne ius legum
ferendarum ademit. Vnde hic trib. in eum inuehit. Dominatio-
ne, quia ſe pro domino geſſit. Factio noxiorū, ut Syllæ & aliorū.
Forti uiro, hoc eſt qui malit pro libertate pericula obire quàm
ita ſeruire. Quanquam omnes alij &c. ſua gratia. i. ob proprium
commodum, Meliuſque habent. i. exiſtimant, cum tamen non
ſic ita, quam gratis. ſ. ſine mercede, quia plebi obſequuntur nihil
mercedis referunt, qui uero nobilibus, plurimum. Per militare
nomen. i. ſub prætextu gerendæ militiæ pro rep. [Habendos]. i.
tenendos in ſeruitute quadam. Omnibus. ſ. dignitatibus & pri-
uilegijs, reliquere. ſ. à ſe parta. ut bona hereditaria relinquuntur
minoribus, niſi quia uoſmetipſi deſtinatis. i. ordinatis & addicitis
ad magiſtratum uiros dominos contra quos nullus audet ſuffra-
gium dare. [Illuc] i. ad factionem paucorum potentium. [Si ue-
ſtra]. ſ. iura & munera. Rarus enim animus eſt, rarus. i. ſingularis,
ut multum ſtrenuus, ad deferenda. i. protegenda ea quæ placent
aut rarus. i. infrequens eſt animus ad defendenda. i. prohibenda
ea quæ placent, cætera quæ non placent, quę neglectui habentur
ſunt ualidiorum, hoc eſt plus ualentium. [Officere] i. nocere, q.
d. ſi unanimes fueritis, nihil uobis obeſſe poſſit, quos languidos,
hoc eſt cum adhuc eſſent languidi & puſillanimes. Iura quædam
quia per M. Aurelium Cottam prætorem ad equites Romanos
iudicia tranſlata ſunt. [De poteſtate tribunitia] ſ. reſtringenda
Catulus qui collega Lepidi in conſulatu ipſum Italia expulit, q
acta Syllæ reſcindere tentaret. Fuit ergo imitator Syllæ. Quan-
tis animis. i. animoſitatibus, q. d. maximis, Hiſtoriæ autem tunc
temporis recentes erant, & ita non opus erat pluribus exequi,
nunc autem quia Liu. præſertim intercidit multæ obſcuræ ſunt,
multæ tamen ex epitomatis L. Flori colligi poſſunt. [Ex licen-
tia] i. infrænata potentia & libidine. Vis tribunitia erepta ſ. è
manibus plebis. [Paratum] i. comparatum libertati. ſ. conſer-
uandæ. Ocium pro ſeruitio. i. quod deberetis appellare ſeruitiū.
[Grauitate tutior] Hoc eſt quanto quis uehementior eſt iniuria
inferenda tanto tutior eſt, quia remiſſe agenti reſiſtitur. Habe-
bunt, hoc eſt tractabunt. Primum ſup. cenſeo. [Deinde uocem]. i.
ad uocem. Libera ſuffragia. i. ut dicunt uoces aut uota aut puncta
ad electionem magiſtratuum. In uobis. i. penes uos & in poteſta-
te ueſtra. [Conſultorem. i. datorem opis & conſilij, cum con-
ſultor ferè ſit qui petit conſilium. [Exequendo]. i. faciendo ſe-
cundum decreta, facitis ea rata. i. oſtenditis auctoritatem in uos
habere & uos eis ſubiectos. [Auctum atque adiutum properatis
licentiam] Auctum & adiutum ſupina ſunt, Vltum iniurias, in
quoque ſupinum, ſed quia hortor non importat motum ſubau-
diam ire, ut ſi neque hortor uos ire ultum, ut illi criminantur. i.
criminando obijciunt mihi, ſed earum. ſ. diſcordiarum aut iniu-
riarum finem uolens iure gentium. i. quod apud omnes gentes li-
citum & iuſtum cenſetur, repeto res. ſ. ablatas per Syllam ut iura
tribunitiæ poteſtatis. [Etſi pertinaciter retinebunt]. ſ. iura ue-
ſtra, non cenſebo arma ſup. ſumenda, neque ſeceſſionem ſup. uo-
bis faciendam, ſed tantummodo ne præbeatis amplius ſanguine
ueſtrum; gerendo bella pro conſeruando dominio nobilium. in
uos. Mithridatem regem Ponti & ſummum hoſtem Pop. Rom.
Sertorium qui proſcriptus ingens bellum in ulteriore Hiſpania
excitauit, & cum C. Pomp. dubia uictoria pugnauit, Metellum
autem & Perpennam cum duobus exercitibus prœlio ſubdit cu-
ius uictoriæ partum cupiens auferre Pomp. parum proſpere pu-
gnauit. Obſeſſus deinde Calagurij aſſiduis irruptionibus non
leuiora damna obſidentibus tulit. Mox Mithridates cum eo
fœdere icto bellum pop. Rom. intulit, ſed tandem à M. Ant. &
M. Perpenna & alijs coniuratis in conuiuio interfectus eſt.
[Cum imaginibus]. i. ſtemmatis aut inſignibus maiorum.] Ab-
ſit]. ſ. à uobis quoniam ſeruitij precium ſup. ſunt ueſtrus torpe-
dinis.

dinis, q. d. ſummæ. [Iniuriæ]. i. ob iniuriam [Differunt]. i. ſuſpenſos tenent. Ignorantia res claudit. i. impedit ab affectu obtinendo. [Non gloria] . ſ. ex libertate & priſtina dignitate. [Non flagitia]. ſ. Syllæ & popularium eius. Quia tergis. ſ. ueſtris abſtinetur impersonaliter legam non abſtinentur. i. quia terga veſtra nō cæduntur. [Munera] . i. largitiones impune facere. Atque hæc eadem non ſunt agreſtibus. i. iis qui in agris degunt, ſed nihilominus cæduntur inter potentum inimicitias. i. dum potentes inter ſe inimicitias, ſuas exercent & dantur dono. ſ. in dominationem. Retinuerint. i. retinebunt quam uos repetineritis, ideſt repetetis.

IN ORATIONEM MACRI, *Caſtigationes.*

NISI quia noſmetipſi per ſuffragia] Lege vosmetipſi. [Rarus] . i. animus eſt ad ea quæ placent defendenda. Legendum, ratis pro paucis. hoc eſt, quoto cuique animus eſt ? &c. [Dein C. Curio ad exitium uſque inſontis tribuni dominatus eſt] Venenum, ad exitum uſque. Sed prior lectio mihi arridet magis.

EPISTOLA CN. POMPEII *ad Senatum.*

SI aduerſus uos ; patriamque, et Deos Penates toties labores, et pericula ſuſcepiſſem, quoties à prima adoleſcentia ducto meo ſceleſtisſimi hoſtes fuſi, et uobis ſalus quæſita eſt, nihil amplius in abſentem me ſtatuiſſetis, quam adhuc agitis P. C. quem contra ætatem, proiectum ad bellum ſæuisſimum cum exercitu optime merito, quantum eſt in uobis, fame miſerrima omniū morte confeciſtis. Hac in ſpe Pop Rom. liberos ſuos ad bellum miſit ? hæc ſunt præmia pro uulneribus, et toties ob remp. fuſo ſanguine ? feſſus ſcribendo, mittendoque legatos, omneis opes et ſpes priuatas meas conſumpſi, cum interim à uobis per triennium uix annuus ſumptus datus eſt. per Deos immortales, utrū cenſetis me uicem ærarij præſtare, an exercitum ſine frumento et ſtipendio habere poſſe? Equidem fateor me ad hoc bellum maiore ſtudio, quam conſilio profectum. Quippe, qui nomine modo imperii à uobis accepto diebus XL. exercitum paraui, hoſteisque in ceruicibus iam Italiæ agenteis ab alpibus in Hiſpaniā ſummoui, p eas iter aliud, atque Annibal nobis oportunis pateſeci, recepi Galliam, Pirenæum, Lacetaniā indigetis, et primum impetum Sertorii uictoris, nouis quidem militibus, et multo paucioribus ſuſtinui, hyememque in caſtris inter ſæuisſimos hoſtes, non p oppida, neque ex ambitione mea egi. Quid deinde prœlia, aut expeditiones hybernas, oppida exciſa, aut recepta enumerem? quando res plus ualent, qua uerba. Caſtra hoſtium apud Sucronem capta, et prælium apud flumen Durium et Dux hoſtium C. Herennius cum urbe Valentia, et exercitus deleti, ſatis clara uobis ſunt, proque his ò grati patres egeſtatem, et famē redditis. itaque meo, et hoſtium exercitui par conditio eſt. nanque ſtipendium neutri datur, uictor uterq; in Italiam uenire poteſt Quod ego uos moneo, quæſoque, ut animaduertatis, neu cogatis neceſſitatibus priuatim mihi conſulere. Hiſpaniam citeriorem, quæ non ab hoſtibus tenetur, nos aut Sertorius ad internecionem uaſtauimus, pter maritimas ciuitates q̄ ultro nobis ſumptui, oneriq;, Gallia ſuperiore anno Metelli exercitum ſtipendio, frumentoq; aluit, & nunc malis fructibus ipſa uix agitat. Ego non rem familiarem modo, uerumetiam fidem cūſumpſi. reliqui uo. eſtis, qui niſi ſubuenitis, inuito et prædicente me, exercitus hinc et cum eo omne bellum Hiſpaniæ, in Italiam tranſgredientur.

IN EPISTOLAM POMPEII, IODOCI *Badij Aſcenſij Commentaria.*

SI aduerſus uos. Hæc epiſtola Cn. Pomp. ad ſenatum pro ſtipendio & commeatu habendo ſcripta fiduciæ plena eſt, ut agnoſcamus ab eo ſcriptam qui magnifico, & incorrupto animo rem gerebat. SI aduerſus uos, ideſt ſita contra uos & deos penates militaſſem, ut pro uobis & pro diis militaui, non poſſetis acerbius in me animaduertere quàm omnium rerum egenum in tanto exercitu derelinquere. Contra ætatem, erat enim admodum adoleſcens. Ad bellum ſæuiſſimū quale erat contra Sertorium in Hiſpania fame confeciſtis, ideſt exterminaſtis, appoſitorie miſerrima morte omnium, ideſt quæ confectio famis eſt miſerrima mors. Hæc in ſpe, ut,] Scilicet fame periret & ab Sen. derelinqueretur in terra hoſtili, ſine ſubſidio & commeatu. [Feſſus ſcribendo] Sæpe ergo antea pro auxilio ſcripſerat. [Omnis opes & ſpes priuatas,] ideſt quas proprias in amicis habueram. [Annuus,] Ideſt unius anni ſumptus cum triennium hic fuerimus. [Me uicem ærarij præſtare,] ideſt hic eſſe pro ærario, ideſt ut mea pecunia poſſim exercitum ſuſtinere, an me poſſe habere exercitum ſine frumento & ſtipendio, ideſt qui alatur quaſi ex uento [Maiore ſtudio, Ideſt zelo & conatu. [Modo,] ideſt ſolummodo nomine imperij, quaſi dicat ſine auxilio imperiali. [Hoſteiſque agenteis,] ideſt inimicos uiuentes iam in ceruicibus, ideſt in onere Italiæ. [Atque Annibalem] ideſt quam Annibal qui per Alpes traiecit in Italiam. Suſtinui primum impetum, quia dubia uictoria. [In caſtris, non in oppidis] proh que his ò grati patres. ironia eſt. par conditio ſimilis egeſtas & non magis nobis quàm hoſti ſubuenitur. Vnde addit. [Nanque ſtipendium neutri,] Scilicet exercitui datur. [Victor uterque,] Scilicet ſi uicerit ſuo ſumptu & impendio, poteſt in Italiam uenire cum nemo reſiſtat. [Quod,] Id eſt propter quod. [Priuatim,] id eſt particulariter. [Ad internecionem,] Id eſt exterminationem quàm omnia nece abſumpta ſunt. Vltro, ideſt non laceſſitus a nobis ſumptui nobis, quia propter eas plura expendere cogebantur. Malis fructibus, ideſt infœcundis & imminutis, quia eo anno non erat magnus prouentus frumenti in Gallia, & ita caritas annonæ. agitat, ideſt uiuit. fidem, ideſt credulitatem, quàm mihi habebant creditores. Tranſgredietur in Italiam, ideſt quod nunc in Hiſpaniam à nobis geritur, geretur ab Hiſpanis in Italia contra nos.

IN EPISTOLAM POMPEII. *Caſtigationes.*

QVANTVM eſt in uobis, famæ miſerrima omnium, & morte confeciſtis] Legendum, fame, miſerrima omnium morte confeciſtis, ut omiſſa copula, per occupationem, quàm ſic Grammatici uocant. coniugas. λιμῷ δ' οἴκτιστον θανεῖν ut ille canit. Famem alicubi L. ultimum ſupplicium humanarum uocat.

RES MITHRIDATES REGI *Arſaci. S.*

OMNES, qui ſecundis rebus ſuis ad ſocietatem orantur, conſiderare debent, liceat ne tum pacem agere, deinde, quod quæritur, ſatis ne pium, tutū, glorioſum, an indecorum ſit. Tibi perpetua pace frui liceret, niſi hoſtes opportuni, et ſceleſtisſimi. Egregia fama, ſi Ro

manos oppreſſeris futura eſt, neque petere audeam ſocietatem. & fruſtra mala mea cum bonis tuis miſceri ſperem atqui ea, quæ tu morari poſſe uidentur, ira in Tigranem recentis belli: & meæ res parum proſperæ, ſi uera exiſtimare uolens, maxime hortabuntur. Ille enim obnoxius, qualem tu uoles ſocietatem accipiet. Mihi fortuna multis rebus ereptis uſum dedit bene ſuadendi, & quod florentib optabile eſt: ego nõ ualidiſſimus præbeo exemplum, quo rectius tua cõponas. Nanque Romanis, cum nationibus populis, regibus cũctis una, & ea uetus causa bellandi eſt: cupido profunda imperij, & diuitiarum: quia primo cũ rege Macedonum Philippo bellum ſumpſere, dum à Carthaginienſibus premebantur, amicitiam ſimulante: ei ſubuenientem Antiochum conceſſione Aſiæ ꝑ dolum auertere, ac mox à Philippo Antiochus omni cis Taurum agro, & X. millibus talentorum ſpoliatus eſt. Perſen deinde Philippi F poſt multa, & uaria certamina apud Samothracas Deos acceptum in fidẽ, callidi, & repertores perfidiæ, quia pacto uitam dederant, in ſomnis occidere Eumenem, cuius amicitiam glorioſe oſtentant, initio prodidere Antiocho pacis mercede poſthabita: cuſtodi agri captiui, ſumptibus & contumelijs ex rege miſerrimum ſeruorum effecere: ſimulatoq; impio teſtamento, filium eius Ariſtonicum, quia patrium regnum petiuerat, hoſtium more per triumphare duxere: Aſia ab ipſis obſeſſa eſt: poſtremo totam Bithyniam, Nicomede mortuo, diripuere: cum filius Nuſa, quem regem appellauerat genitus haud dubie eſſet: nam quid ego me appellem? quem diſiunctum undiq; regnis, & tetrarchijs ab imperio eorum, quia fama erat diuitem, neque ſeruiturũ eſſe, per Nicomedem bello laceſſiuerunt, ſceleris eorum haud ignarum, & ea, quæ accidere teſtatũ antea. Cretenſes ſoli omnium liberi ea tempeſtate, & rex Ptolomæus. Atq; ego ultus iniurias Nicomedem Bithynia expuli Aſiamq; ſpolium regis Antiochi recepi, & Græcis dempſi graue ſeruitium, incœpta mea poſtremus ſeruorum Archelaus exercitu prodito impediuit: illique quos ignauia aut praua calliditas, ut meis laboribus tuti eſſent, armis abſtinuerunt, acerbiſſimas pœnas ſoluunt. Ptolomæus precio diem belli prolantes, Cretenſes impugnati ſemel iam, neque finem, niſi excidi habituri. Equidem cum mihi ob ipſorum inter ea mala dilata prælia magis quàm pacẽ datam intelligerem, abnuẽte Tigrane, qui mea, dicta ſero ꝓbat, te remoto, procul omnibus aliis obnoxius, rurſus tamen bellum cœpi: Marcumq; Cottam Rom. ducem apud Chalcedona terra fudi, mari exui claſſe pulcherrima: apud Cyzicum magno cum exercitu in obſidione moranti frumentum defuit, nullo circũ adnitente ſimul hyems mari ꝓhibebat ita ſine ui hoſtiũ regredi coactus in patriũ regnũ naufragus apud Parium, & Heracleam militum optimos cum claſſibus amiſi, reſtituto deinde apud Gaberam exercitu, & uarijs inter me, atque Lucullum prælijs, inopia rurſus ambos inceſſit. Illi ſuberat regnum Ariobarzanis bello intactum. Ego uaſtis circum omnibus locis me Armeniam conceſſi, ſicutiq; Romani non me ſed morẽ ſuum omnia regna ſubuertendi, quia multitudine arctis locis pugna prohibuere, imprudentiam Tigranis pro uictoria obſtentant. Nunc quæſo conſidera nobis oppreſſis, utrum firmiorem te ad reſiſtendum ad finẽ belli futurum putes. Scio equidem tibi magnas opes uirorum, armorum, & auri eſſe, & ea re à nobis ad ſocietatem, ab illis ad prædam peteris. Cæterum conſilium eſt Tigranis regno integro, meis militibus procul ab domo, paruo labore per noſtra corpora bellũ conficere, quando neque uincere neq; uinci ſine tuo periculo poſſumus. An ignoras Romanos, poſtquam ad occidentem pergentibus finem Oceanus facit, arma huc conuertiſſe? neque quidquid à principio, niſi paruum habere domum coniuges, agros, imperiũ, conuenas, olim ſine patria ſine parentibus, péſte conditos orbis terrarum quibus non humana ulla, neque diuina obſtant, quin ſocios amicos procul, iuxta ſitos inopes, potenteiſq; trahant, excidantque, omniaque et maxime regna hoſtilia ducant, nanque pauci libertatem, pars magna iuſtos dominos uolunt, nos ſuſpecti ſumus æmuli, et in tempore uindices affuturi. Tu uero, cui Seleucia maxima urbium, regnumque Perſidis inclytis diuitiis eſt, quid ab illis, niſi dolum in præſens, et poſtea bellum expectas? Romani arma in omne habent, acerrima in eos, quibus uicti ſpolia maxima ſunt audendo, et fallendo, et bella ex bellis ferẽdo magni facti, per hunc morem extinguent omnia aut occident, quod difficile nõ eſt, ſi tu Meſopotamia nos Armenia circungredimur, exercitus ſine auxiliis. fortuna autem noſtri. uitiis adhuc incolumis. * Teq; illa fama ſequetur auxilio ꝓfectum magnis regibus, latrones gentium oppreſſiſſe, quod uti facias moneo, hortorque neu malis pernicie noſtra tuum imperium prolatare, quàm ſocietate uictor fieri. * Atque

IN EPISTOLAM MITHRIDATIS
Iodoci Badij Aſcenſij Commentaria.

OMNAS qui ſecundis rebus] Hæc epiſt. Mithridatis regis ponti ad Arſacem regem perſarum eſt. Nam ut Seruius teſtatur omnes reges perſarũ Arſaces dicebantur. Eam autem dediſſe uidetur quãdo ad Tigranem regem Armeniæ fugere cogebãtur, diſſimulant tamẽ adhuc timorem, & egeſtatem ut facilius Arſacem ad ſocietatem belli contra Rom. ineundam polliceat. Cuius gratia etiam ut in tali re fieri ſolet oſtendit Rom. communes omnium regum hoſtes quod etiam Iug. Boccho ſcripſerat. Dicit ergo in principio Arſaci utile eſt communibus armis communes hoſtes propellere, quia etiam ſi in pace uiuere uelit, à Rom. non permitteretur. Deinde oſtendit etiã honeſtum, quia glorioſam & ab omnibus laudabilem conſequeretur uictoriam. Nanque petere. Callide purgat quæ obſtare uidentur, uidelicet iram recenter belli, id eſt propter bellum paulo ante geſtum, propter quàm uideretur non poſſe conuenire inter ipſum & Tigranem, ſed eam purgat quia cum Tigranes ſit ſibi obnoxius docet ex ſententia ſua omnia facturum. Meæ res parum proſpicere, quia ter infeliciter pugnauit cum Rom. & tandem ſibi mortem inferre coactus eſt, quod ueneno non potuit, quia medicamento quod ab eo Mithridaticum uocant præmunitus longo uſu, ueneno confici non potuit, pater autem eius etiam Mithridates nomine erat Rom. amiciſſimus. Docet autem ea aduerſa fortunæ ſe meliorem & prudentiorem ad bellum effectum, ea cauſa, ſcilicet cupido, id eſt cupiditas, per dolum, id eſt calliditatem. Omnis cis Taurum agro præter aurum. Perſen, de quo Paulus Aemilius Macedonicus triumphauit. Antiocho rege Syriæ. Miſerrimum ſeruorum quia uicto inſeruientem. Dederat enim ingentia munera Scipioni, quæ ſe accepturum pro tribunali idem Scipio dixit. Ariſtonicum Florus dicit Ariſtonicus regis Eumenis filium Aſiam occupaſſe, & aduerſus cum P. Licinium Craſſum conſulem cum idem Pont. Max. eſſet, quod nunquam antea factum erat extra Italiam profectum, & ab eo prœlio uictum & interemptum fuiſſe. Sed eundem Ariſtonicum deinde à M. Perpẽna uictum & deinde in deditionem acceptum.

acceptum. Nicomede mortuo, qui moriens Pop. Rom. fecit heredem, regnumq; eius in prouinciæ formam redactum eſt. Niſa eum Nicomedes præterijt, vt qui eum ſuum non putatit. [Tetrarchis,] Id eſt principatibus ad quatuor pertinentibus. Ptolomæus rex Ægypti, vltus iniurias ab Nicomede illatas. Spolium regis Antiochi. Aſiam ſpolium appoſitio eſt, quod vulgares dicerent in ſpolium aut tanquam ſpolium. [Poſtremis,] Id eſt peſſimis, aut infimis ſeruorum. [Quod abſtinuit,] Id eſt longe tenuit & ſe inuxit. Ptolomæus prolatans ſup. eſt, precio, ſcilicet Romanis dato, bellum ad dies, ſcilicet aliquot, donec me vicerint. [Cretenſes ſemel impugnati,] Scilicet à Rom ſupplè ſunt neque ſunt habituri, finem, ſcilicet belli iam, id eſt deinceps niſi excidio. Equidem, cum intelligerem prœlia magis dilata quàm pacem datam interea ob mala ipſorum, quæ ipſi patiebantur. Tigrane abnuente, id eſt quamuis Tigranes abnueret qui ſero, id eſt cum tardum nimis eſt probat mea dicta, id eſt verba aut conſilia, & te remoto, id eſt quamuis tu eſſes remotus à me & omnibus alijs obnoxijs procul, id eſt & quamuis omnes obnoxij eſſent procul, tamen ego cœpi, id eſt incœpi rurſus bellum. [Marcumque Cottam &c.] Non dubito eum eſſe cuius oratio inſcribitur Caij Cottæ. Nam M. Aurelius Cotta conſul à Mithridate victus eſt apud Chalcidoniam, ſeu vt hic dicitur Chalcedona. Sed L. Lucullus proconſul ad Cyzicum vrbem exercitum Mitridatis fame ferroq; deleuit, & in pontum coegit è Bithynia confugere. Parum, ſcilicet inſulam, ſecuti Rom. non me ſed ſuum morem, id eſt vt ex more ſuo occaſionem Armeniæ inuadendæ haberent. [Et ea re,] Id eſt ob vitorum, & diuitiarum vim peteris à nobis ad ſocietatem, ab illis, ſcilicet ad prædam. [Ceterum,] Id eſt ſed, quaſi dicat quantum de reliquo dicendum eſt; conſilium eſt, id eſt conſtitui. [Tigranis,] Scilicet regis Armeniæ ad quem tandem Mithridates compulſus eſt confugere regno integro, id eſt non onerato in dandis militibus aut ſtipendio. [Procul ab domo in terra] Neque vincere neque vinci, quia ſi vincatur ab Romanis ipſi etiam Arſaci bellum illaturi ſint, ſiu vincat eos, quia id ſine ſuorum detrimento non fiat, & Romani facile exercitum reficiant idem immineat periculum, aut ſi vincat, quia Arſaces auxilium nullum tulit ſe illi hoſtem minatur fore, niſi partum, id eſt acquiſitum bellum. Initium enim imperij Rom. tunc maximi olim minimum fuit, ducant omnia hoſtilia ſupple eſſe, & maxime regnat, quæ ſibi acquirere volunt. [Nanque pauci,] Scilicet ſubditorum. [Tu vero,] Scilicet Arſaces. Acerrima ſupple arma habent in eos quibus &c. id eſt in opulentos. [Aut occidere,] Id eſt interibunt in conatu ipſo. [Quod,] Scilicet eos occaſuros eſſe non eſt difficile ſi nos circundedimus, id eſt grandiendo circundederimus eos, tu Meſopotamia, nos Armenia. Exercitus eſt ſupple illis hoc eſt Rom. ſine frumento & ſine auxilijs, quia longo ſunt à patria. [Fortuna autem eis adhuc incolumis,] Id eſt ſaluta & integra noſtris vitijs, id eſt ob noſtra vitia, ſcilicet ſocordiam aut diſcordiam. [Et illa,] Scilicet præclariſſima fama ſequetur te profectum auxilio magnis regibus, ſcilicet tigrani regi Armeniæ & Mithridati regi ponti, oppreſſis latronibus gentium, ſcilicet Romanos, neu malis, id eſt magis velis pernicie, id eſt diuturno noſtro prolatare, id eſt differre, tuam, ſcilicet perniciē, quàm fieri victor ſocietate, ſcilicet inter nos inita

IN EPISTOLAM MITHRIDATIS, Caſtigationes.

IN ſomnis occidere eum. En viuis amicitiam glorioſe oſtentant, initin prodidere) Lege odum, in ſomnis occidere. En menem, cuius amiciam oſtentant, &c.

AD C. CAESAREM DE REPVBLIca ordinanda.

POPVLVS Romanus antea obtinebat regna, atque imperia, fortunā dono dare. item illa, quæ per mortales auide cupiuntur, quia & apud indignos ſæpe erant, quaſi per libidinem data, neque cuiquam incorrupta permanſerant. Sed res docuit id uerum eſſe, quod in carminibus Appius ait: Fabrū eſſe quenque fortunæ, atque in te maxime qui tantū alios prætergreſſus es, ut prius defeſſi ſint homines laudando facta tua, quàm tu laude digna faciendo. Cæterū ut fabricata, ſic uirtute parta, quàm magna induſtria haberi decet, ne incuria deformentur, aut corruant infirmata. Nemo enim alteri imperiū uolens concedit, & quamuis nouus, atque clemēs ſit, qui plus poteſt, tñ quia malo eſſe licet, formidatur. Id euenit, quia plerique rerū potētes peruerſe conſulunt, & eo ſe munitiores putant, quo illi, quibus imperitant, nequiores fuere. At contra id enim decet, cū ipſe bonus, atque ſtrenuus ſis, uti quàm optimis imperites. Nā peſsimus quiſque aſperrime rectorem patitur. Sed tibi hoc grauius eſt, quàm ante omnibus te armis parta cōponere, bellū aliorum pace mollius geſsiſti, ac hoc uictores prędā petunt, uicti ciues ſunt. Inter has difficultates euadendū eſt tibi, atq; in poſterum firmanda reſp non armis modo, neq; aduerſum hoſtes, ſed quod multo maius multoq; aſperius eſt, bonis pacis artibus. Ergo oēs magna mediocriq; ſapientia res huc uocat, quæ quiſque optima poteſt, ut dicant. Ac mihi ſic uidetur qualicunque modo tu uictoriam cōpoſueris, ita alia oīa futura. Sed iā quo melius, faciliusq; conſtituas, paucis, quæ me animus monet, accipe. Bellum tibi fuit imperator cū homine claro, magnis opibus, auido potentiæ, maiore fortuna, quàm ſapientia, quem ſecuti ſunt pauci per ſuam iniuriam tibi inimici, item quos affinitas, aut alia neceſsitudo traxit. Nam particeps dominationis neque fuit quiſquam, neque ſi pati potuiſſet, orbis terrarum bello concuſſus foret. Cætera multitudo uulgi more magis, quàm iudicio poſt alius alium, quaſi prudentiorē ſecuti. Per idem tempus maledictis iniquorum occupandæ reip. in ſpē adducti homines, quibus omnia probro, ac luxuria polluta erant, concurrere in caſtra tua, & aperte quietis mortem, rapinas, poſtremo omnia, quæ corruptus animus iubebat, minitari, ex queis, magna pars, ubi neque creditum condonare neque te ciuibus ſicuti hoſtibus uti uident, defluxere. Paucæ reſtitere, quibus maius ocium in caſtris, quàm Romæ futurum erat, tanta uis creditorum impendebat. Sed ob eaſdem cauſas (immane dictu eſt) quanti, & quàm multi mortales poſtea ad Pompeiū diſceſſerint, eoq; per omne tempus belli quaſi ſacro, atque inſpoliato fano debitores uſi. Igitur qm̄ tibi uictori de bello, atque pace agitandum eſt, hoc uti ciuiliter deponas, illa ut quàm iuſtiſsima, & diuturna ſit, de teipſo primū quia compoſiturus es, quod optimum factu eſt, exiſtima. Equidē ego cuncta imperia crudelia, magis acerba, quàm diuturna arbitror. Neque quanq̄ in multis metuendum eſſe quin ad eū ex multis formido recidat, eam uitam bellum æternū, & anceps gerere, qm̄ neq; aduerſus, neque ab tergo aut lateribus tutus ſis, ſemper in periculo, aut metu agites. Contra, qui benignitate, & clementia imperium temperauere, his læta, & candida omnia uiſa, & hoſtes æquiores quā alij ciues. Atqui me his dictis corruptionem uictorię tuę, nimiſq; inuictos bona uoluntate prædicent, ſcilicet quod ea, quæ externis nationibus natura hoſtibus, noſq; maioreſq; nr̄i ſæpe tribuere, ea ciuibus danda arbitror. Neq; barbaro ritu cęde cedē, & ſanguine ſanguinē expianda. An illa, quæ paulò ante hoc bellū in Cn. Pōpeiū uictoriāq; Syllanā increpabantur, obliuio abſtulit: interfecit Domitiū, Carbonē, Brutū, alios itē nō armatos, neq; in prælio belli iure, ſed poſtea ſupplices

par ſummum ſcelus interfectos: plebem Romanã in nulla publica pecoris modo conſciſſam. Heu quã illa occulta ciuiũ funera,& repentinæ cædes in parentum, aut liberorum ſinum fuga,mulierum & puerorum uaſtatio domorum. Ante partam à te uictoriã oĩa ſæua, atque crudelia erant. Ad quæ te illi ijdem hortantur, & ſcilicet id certatũ eſſe utriuſque ueſtrum arbitrio iniuriæ ut fierit,neque receptam,ſed captã a te remp. & ea cauſa exercitus ſtipendiis confectis optimos & ueterrimos oĩum,aduerſum fratres,parentesq;, alii liberos armis contendere,ut ex alienis malis deterrimi mortales uentri,atq; profundæ libidini ſumptus quærerent,atq; eſſent opprobria uictoriæ,quorũ flagitiis commacularetur bonorum laus Neque enim te præterire puto qualis quiſque eorũ more,aut modeſtia, etiam tum dubia uictoria ſeſe geſſerit,quoque modo in belli adminiſtratione ſcorta,aut conuiuia exercuerint nõnulli: quorum ætas ne per ocium quidẽ taleis uoluptates ſine dedecore attigerit. De bello ſatis dictũ. De pace firmadna,qm̃ tuq; & oẽs tui agitatis,primum id quæſo conſidera,qualis ſit de quo conſultas, ita bonis,malisq; dimotis,patenti uia ad uerũ perges

IN ORATIONEM AD CAESAREM de republica ordinanda, Iodoci Badij Aſcenſij Commentaria.

ASCEN. POPULUS Romanus] Hæc oratio ad C. Cæſarem iam uoti compotem habita eſt, ſed auctoris nomen ſupprimitur. Multa tamen artificioſe & ingenioſe ſimul & grauiter dicta continet, ſed plurima in gratiam Cæſaris. [Tenebat] .i. fortiter ſeruabat incorrupta, ſcilicet ab aduerſitate. [Fabrum,] Id eſt artificem & eſt ſpecioſe dictum,quaſi dicat talem quenque habere fortunam, qualem eam fecerit. Vnde Iuuen. Sed te nos facimus fortuna deam &c. [Munitiores] .i. tutiores. [Nequiores] .i. minus queuntes aut ualentes, vnde nequam non dicitur proprie peruerſus aut luxurioſus, ſed homo nihil .i. nullius uirtutis ut qui nequit quidquam, q. ſit nequidquam. [Viri] .i. ut quàm optimis .i. ualde bonis, quod Cæſaris attribuit in Buc. Mar. per allegoriam loquens. Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe .i. Boni populi melior imperator. [Aſperrime] .i. difficillime & moleſtiſſime. [Armis parta componere] .i. quæ acquiſiuiſti armis ita diſpertiri, ut nec uicti nec uictores grauentur. Victi enim ſunt ciues, qui libertatem quærunt, uictores participes laborum & periculorum qui prædam exigunt. [Euadendum] .i. inuento honeſto medio quo neutri lædantur è diſcrimine eundum. Auerſum hoſtis, qui pro hoſtibus habendi ſint bonis artibus, pacis .i. quibus pax bona conſeruetur aut conciliatur. [Erga res] .ſ. negocium præſens uocat huc omnes .ſ. homines magna & mediocri ſapientia .i. habentes magnam aut mediocrem ſapientiam, uti .i. ut ſupp. ipſi dicant ea quæ quiſque poteſt ſup. dicere optima. Ac mihi uĩ ſic ſup dicendum. Ita, id eſt tali modo. Cũ homine, uidelicet Cn. Pomp magno. Maiore fortuna contra ſenſit Lucanus & Cic. Nam cauſam quidem bonam Pomp. ſed fortunam iniquam & deos aduerſos habuit, neceſſitudo .i. neceſſaria coniunctio ſanguinis aut legis vulgi, more quod inſtabile & incertum eſt, quàm iudicio .ſ. recto & firmo, occupandæ reip. q. uero eam non occupauerat Ceſar. [Ex quis pro ex quibus maius ocium] .i. minor moleſtia aut uexatio quàm Romæ ubi in uincula coijciendi erant ob æs alienum atque in ſpoliabili. unde notandum eſt quòd immunitas etiam gentilium deorum phanis erat, ciuiliter .i. ut ciuem decet, non tyrannice neque rigide, ut hoſtes aut barbari facerent. [Omnia imperia crudelia] .i. quæ cum crudelitate exercentur eſſe magis acerba .i. aſpera & intolerabilia quàm diuturna, quia nullum uiolentum diuturnum. [Neque quenquam metuendum eſſe multis, quin formido recidat .i. reciproce cadat ad eum, quia quem multi timent eundem odere, & quem odere interemptum uelint. [Contra] .i. econuerſo. Æquiores, humaniores. An qui, ordo eſt. An .i. nũquid, qui .i. aliquo prędicent .i. affirmẽt me corruptorem ſup. eſſe, tuæ uictoriæ, his dictis .i. propter hæc dicta, & prædicent

me eſſe nimis bona uoluntate in .i. erga uictos .ſ. à te .i. ſcire licet cur id faciam: uidelicet quòd ego arbitror. danda .ſ. à te ciuibus, quæ nos ſup tribuimus &c. & maiores noſtri tribuere ſæpe externis nationibus hoſtibus nobis .i. quæ ſunt hoſtes nobis, natura, id eſt per naturam hoc eſt ueniam & libertatem, immo Priſci Rom. ſæpe quorum uictores fuerant patronoi effecti ſunt. [Neque] Supple arbitror cædem ſupple expiandam .i. purgandam, cęde, id eſt per cędem occiſorum & ſanguinem expiandum ſanguine, ritu .i. more, barbaro, id eſt barbarorum qui immanes rabione puniunt. An ſupple dicent in me. illa quæ increpabantur paulo ante hoc bellum in Cn. Pompeium & Syllam uictorem aut ante uictoriam Syllæ, Oblinio interfecit Domitium, ſcilicet Cn. quem proſcriptam, & Hiertam regem Numidarum bellum molientes. Cn. Pompeius in Africa cepit & occidit. Carbonem & Brutum. Nam ut Florus recitat Lucius Brutus à Cn. Papirio Carbone qui Corcyram appulerat miſſus naue piſcatoria lilybeum ut exploraret an ibi Pompeius eſſet & circumuentus à nauibus quas Pomp. miſerat in ſe mucrone uerſo ad tranſtrum nauis obnixus corporis pondere incubuit Cn. Pompeius in Siciliam cum impio ſenatu miſſus Cn. Carbonem qui flens muliebriter mortem tulit, captum occidit Oblinio autem interfecit eos, aut quia negligentes erant circa ſui cuſtodiam, aut quia nulla ultio ſecuta eſt eorum necem, quaſi dicat ut Iuuen. Nulli grauis eſt percuſſus Achilles, ſed prior expoſitio placet, pecoris modo, quia ſine miſericordia trucidantium, & ſine defenſione trucidatorum, &, ſcilicet .i. ſcire licet certatum eſſe id, id eſt propter id arbitrio utriuſque ueſtrum, ſcilicet Cæſ. & Pompeij, ut ſup. iniuriæ fierent reipub. &c. quoque modo, id eſt & quomodo. De bello ſatis dictum ſupple eſt ita finitur prior pars orationis. Agitatis, id eſt tractatis.

Ego ſic exiſtimo,quoniam orta omnia intereunt,qua tempeſtate urbi Romanæ fatum excidii aduentarit, ciues cum ciuibus manus conſerturos, ita defeſſos, & exangues regi,aut nationi prædæ futuros,aliter nõ orbis terrarum,neque cunctæ gentes conglobatæ mouere,aut contundere queunt hoc imperium. Firmanda igitur ſunt & concordiæ bona, & diſcordiæ mala expellenda. Id ita eueniet,ſi ſumptuum,& rapinarum licentiam dempſeris,non ad uetera inſtituta reuocis quæ iampridem corruptis moribus ludibrio ſunt. Sed ſi ſuam cuique rem familiarem, & finem ſumptuum ſtatueris,quoniam is inceſſit mos,ut homines adoleſcentuli ſua atque aliena conſumere, nihil libidini, atque alijs rogantibus denegare, pulcherrimum putent, eam uirtutem, & magnitudinem animi,pudorem, atque modeſtiam pro ſocordia æſtiment. Ergo animus ferox praua uia ingreſſus, ubi conſueta non ſuppetunt, fertur accenſus in ſocios modo in ciues, mouet compoſita, & res nouas ueteribus acquirit. Quare tollendus fœnerator in poſterum,uti ſuas quiſque res curemus. Ea uera, atque ſimplex uia eſt, magiſtratum populó,non creditori gerere,& magnitudinem animi in addendo,nõ demendo reip. oſtendere. Atque ego ſcio quàm aſpera hæc res in principio futura ſit. preſertim ijs,qui ſe uictoria liberius, liberiuſque quàm arctius futuros credebant,quorum ſi ſaluti potius,quàm libidini conſules,illosq;, nosq;,& ſocios in pace firma conſtitues. Si eadem ſtudia, arteſque iuuentuti erunt, ne iſta egregia tua fama ſimul cũ urbe Rom. breui concidet Poſtremo ſapientes pacis cauſa bellũ gerunt,laborẽ ſpe ocii ſuſtentant. Niſi illã firma efficis, uinci, an uiciſſe quid retulit? Quare capeſſe per Deos rẽp. & oĩa aſpera,uti ſoles perſuade. Nanq; aut tu mederi potes, aut omittenda eſt cura oĩbus. Neque quiſquã te ad crudeles pœnas, aut acerba iudicia inuocat,quibus ciuitas uaſtatur magis,quã corrigitur, ſed ut prauas arteis, malasq; libidines ab iuuẽtute prohibeas. ea uero clemẽtia erit, cõſuluiſſe

ne

ne immerito ciues patria expellerentur, retinuiſſe ab
ſtultitia,& falſis voluptatibus,pacem, concordiamq;
ſtabiliuiſſe,non ſi flagitiis obſecutus, delicta perpeſ-
ſus,præſens gaudium,cum mox futuro malo cóceſſe-
ris. At mihi animus,quibus rebus alii timēr, maxime
erectus eſt negocii magnitudine,& quia tibi terrę,&
maria & ſimul oía componenda ſunt, quippe res pa-
ruas tantum ingenium attingere nequit,magnę curę,
magna merces eſt. Igitur prouideas oportet, vt plebs
largitionibus,& publico frumento corrupta, habeat
negocia ſua,quibus ab malo publico detineatur.iuuē
tus probitati & induſtriæ,nō ſumptibus,neq; diuitiis
ſtudeat,id ita eueniet,ſi pecuniæ,quæ maxima omniū
pernicies eſt,uſum atque dedecus dempſeris. Nā ſæ-
pe ego cū animo reputans quibus quiſque rebus cla-
riſsimo uiri magnitudinem inueniſſent,quę res popu
los nationes ve magnis auctoribus auxiſſent,ac dein-
de quibus cauſis ampliſsima regna,& imperia corruiſſent,
eadem ſemper bona,atq; mala reperiebam, omneſq;
uictores diuitias contēpſiſſe,& uictos cupiuiſſe.Neq;
aliter quiſquā extollere ſeſe,& diuina mortalis attin-
gere pōt,niſi omiſsis pecuniæ,& corporis,gaudiis, a-
nimo indulgens non aſſentando, neq; concupita præ-
bendo,peruerſam gratiā gratificans,ſed in labore pa-
tientia boniſq; præceptis,& factis fortibus exercitan-
do. Nam domum,aut uillā extruere,eamq; ſignis,au
læis,aliiſq; operibus exornare,& oīa potius quam ſe-
met uiſendum efficere; id eſt non diuitias decori ha-
bere, ſed ipſum illis flagitio eſſe. Porrò ii,quibus bis
die uentrem onerare,nulli noctē ſine ſcorto quieſce-
re mos eſt;ubi animum quem dominari decebat,ſer-
uitio oppreſſere, ne quaquā eo poſtea hebeti, atque
claudo pro exercito uti uolunt.Nam imprudētia ple-
raq; & ſe præcipitant.uerum hæc, & oīa mala pariter
cum honore pecuniæ deſinent, ſi neque magiſtratus,
neque alia vulgo cupienda uenalia erunt. Adhoc pro
uidendū eſt,quonā modo Italia,atque prouinciæ tu-
tiores ſint,id quod factu haud obſcurum eſt. Nā iidē
oīa uaſtant,ſuas deſerēdo domos,& per iniuriam alie
nas occupādo.Itē ne uti adhuc,militia iniuſta,aut in-
æqualis ſit,cū alii triginta,pars nullum ſtipendium fa
ciet,& frumētum id, quod antea præmium ignauiæ
fuit,per municipia,& colonias illis dare cōueniet,cū
ſtipendiis emeritis domos reuerterint. Quæ reip. ne-
ceſſaria,tibiq; glorioſa ratus ſum quā paucisſimis ab
ſolui. Non peius uidetur pauca nunc de facto meo diſ
ſerere. Pleriq; mortales adiudicandū ſatis ingenii ha-
bent,aut ſimulant,ueruntamē ad deprehendendā alie
na facta,aut dicta ardentoibus animus,vix ſatis aper-
tum os aut lingua prōpta uidetur,quæ dicta pectore
euoluat,quibus me ſubiectum haud pœnitet, magis
reticuiſſe pigeret. Nam ſiue hac, ſeu meliore alia uia
perges,à me quidem pro uirili parte dictū, & adiutū
fuerit,reliquum eſt optare,uti quæ tibi placuerint,ea
dii immortales approbent, beneq; euenire ſinant.

ASCEN. ORTA omnia intereunt, prudenter admonet eum interi-
tus rerū. Sed ſi ſuam cuiq; rem familiarem finem ſumptū
feceris, hoc eſt ſi ad menſuram rei domeſticæ feceris ſum
ptum,& expēſas;quoniam te.i.talis mos.ſ.malus ut adoleſcentu
li putent pulcherrimum eſſe conſumere ſua atque aliena ſubu-
di bona.i.ſurrepta alteri. Libidini.ſ.propter,aliis rogantibus,ſex
plete libidinem ſuam. Pop. ſocordia.i.propter ſocordiam,hoc eſt
ut ſunt ſocordes [Ferox].i. effectus & ferociens in malefactis.
[Confecta].ſ.bona,& fomenta gulæ atque libidinis,non ſuppe-
tunt.i.non ſufficiunt & ſe non exhibent. [Compoſita].i.callide
excogitata crimina. Quare fœnerator.i.dator ad fœnus,eſt tol-
lendus.i.amouendus vt.i. vt nos curemus in poſterum, quiſque
ſup. curet res ſuas.i. propria bona. Gerere magiſtratum Pop. ſ.
pecuniæ,aut aliena æris tibi à multis crediti,& ita cogaris ad eo
rum voluntatem omnia adminiſtrare. In addendo.ſ.ad ærarium
& bonum publicum quàm arctius.i.conſtrictius & continentius
ac modeſtius cum ſine cogendi fræno pudoris ingenui, & ita li-
bertimo animo virtuti ſeruituri. Conſules.i. proſpicies & com-
modum facies? Non iſta,ordo eſt iſta tua egregia fama non con
cidet. [Pacis cauſa].i. vt in pace ſine iniuria aliquando viuat. Spe
ocii.ſ. futuri,hoc eſt quietæ pacis habendæ. Capeſſe.i.complec-
ctere,per deos.ſ.rogatus. Perſuade.ſ. tibi & tuis,omnia aſpera,ſ.
facienda aut obeunda pro ſalute reip. Niſi forte legendum eſt
perſuade.i. virtute tua ad conſumationem aſperorum vade.
Mederi.ſ. morbo morum. Innocat.i. vt dicunt citat aut poſtu-
lat. Quibus.ſ. crudelibus pœnis, & acerbis iudiciis.[Ab iuuen-
tute].i. ab ipſis iuuenibus.cum ſit ipſe ſenex. Senex autem eſt iu
uenibus odiendus. Stabiliuiſſe.i. confirmaſſe & ſtabilem feciſſe.
obſecutus.i.inſeruiens fueris. [Componenda].ſ. pacanda & in
concordiam redigenda. Magnæ curæ.i. pro magna cura dede-
cus pecuniæ,quod ex pecuniæ auiditate oritur. Nam ſæpe cum
admonet.ſ.alios,reputans.i.mecum cogitans quibus quiſque re
bus,ordo eſt, quibus rebus.i. viis & mediis inueniſſent, quiſque
magnitudinem clari uiri,i.efficientem clarum virum. [Corruiſ-
ſent].i.ſimul penituſq; decidiſſent, ergo inquam reputans repe-
riebam ſemper eadem bona.ſ. in claris viris & victoribus,atque
eadem mala.ſ.in victis & ignobilibus, que pro quia, reperiebam
omnes victores contempſiſſe diuitias. Ergo contemptus diui-
tiarum eſt cauſa victoriæ,& cupido diuitiarū cauſa excidii. Ne-
que aliter,unde Maronianus Euander ad Æneam, Pude hoſpes
contemnere opes & te quoque dignum Finge deo. Quod ver-
bum Seneca tractans cōfirmat nullum dignum deo qui non con
temnat diuitias. Pecuniæ gaudiis,quæ in mala cupiditate animi
conſiſtunt,quæ in illecebris carnis. Animo.i. rationi aut poten-
tius anima. Gratificans.i. gratus faciens, peruerſam gratiam,i.
indulgentiam ineptam aut adulationem pernicioſam. [Domū,]
Scilicet in vrbe. Villam,in agro. Signis.i. ſculpturis cælaturis,aut
imaginibus. Aulæis.i panno variis figuris intertexto,qui in aula
Attali regis inuentus & theatris regum ſuſpendi ſuetus aulæo-
rum nomen obtinuit,qui uero ſubſternitur tapes aut tapetum,
ſeu tapete dicitur,ſi toro ſuper ponitur torale,& quia idem lecto
ſupellex,quod tamen generalius eſt uocabulum. Omnia potius
quàm ſemet viſendum efficere,id uetuſte & contra regulas gram
maticorum. Nam dum per ſimilitudinem, aut comparationem
loquimur tertium non viciniori,ſed principaliori.i.ei quod præ
miſſum eſt,conformabitur, vt Catarina non minus quàm frater
eius mortua eſt,non mortuus,eſt. hic ergo dicam viſenda.i. digna
quæ uideantur,q.d.ſpectabilia. eſt enim ſententia qualis in Sal.
in eos quibus animus oneri,corpus voluptati eſt. [Bis die.] Ergo
tantum cœnas celebrauerunt priſci. Vnde in prandia inuehun-
tur Satyrici. Sed quomodo dicit Mart. Imperat extructos fran-
gere nona toros. Niſi quòd iam etiam prandia recepta,quæ Pla-
to Italis vitio dediſſe legitur. Cætera apertora ſunt.

IN ORATIONEM AD CAESAREM de Republica ordinanda, Caſtigationes.

QVORVM ætas ne per ocium quidem talis volu-
ptas ſine dedecore attigerit] Venetum talis volu-
ptatis. [Et omnia aſpera, vti ſoles, perſuade] Le-
gendum, peruade, ex Veneto. Id quod ſenſus
quoque ipſe poſtulare ita uidetur. [Quæ dicta pe-
ctore euoluat] Venetum,quæ edita, Badianum,
quæ dicta pectore euoluat.

AD C. CAESAREM ORATIO DE REpublica ordinanda.

SCIO ego q̄ difficile atq; aſperū factu ſit,
dare cōſilium regi,aut imperatori,poſtre
mo cuiquā mortali, cuius opes in excelſo
ſunt,quippe cū & illis conſultorum copiæ
adſint,neq; de futuro quiſq̄ ſatis callidus,ſatiſq; pru-
dens

pulus qui dñs erat,& cunctis gentibus imperitabat, dilapſus eſt,& pro cõi imperio priuatam ſibi quiſque ſeruitutem peperit. Hæc igitur multitudo primũ malis moribus imbuta, deinde in arteis, uitasq; uarias diſpalata, nullo modo inter ſe congruens, parum mihi quidem idonea vr̃ ad capeſſendam remp. Cæterũ additis nouis ciuibus magna me ſpes tenet, fore, vt oẽs expergiſcantur, ad libertatẽ, quippe cũ illis libertatis retinendæ, tum his ſeruitutis amittendę cura orietur, hos ego cenſeo permiſtos cum ueteribus, nouos in coloniis cõſtituas Ita & res militaris opulentior erit, & plebs bonis negociis impedita, malum publicũ facere deſinet. Sed non inſcius, neq; imprudens ſum, & quæ mea res agetur, quæ ſæuitia, quæ ue tẽpeſtates hominũ nobilium futuræ ſint, cũ indignabuntur oĩa fundi tus miſceri, antiquis ciuibus hanc ſeruitutem imponi, regnum deniq; ex libera ciuitate futurum, ubi unius munere multitudo ingẽs in ciuitatẽ peruenerit. Equidem ego ſic apud animum meum ſtatuo, malum facinus in ſe committere, qui incommodo reip. ſibi gratiam conciliet. ubi bonum publicum, etiam priuatim uſui eſt, id uero dubitare aggredi, ſocordiæ, atque ignauiæ duco. M. Liuio Druſo ſemper conſilium fuit in tribunatu ſumma ope niti pro nobilitate, neque ullam rem in principio agere intendit, niſi illi auctores fierent, homines factioſi, quibus dolus, atque malitia fide chariora erant, ubi intellexerunt per unum hominem maximum beneficium multis mortalibus dari videlicet & ſibi quiſque conſcius, malo, atque infido animo eſſe, de M. L. Druſo iuxta ac de ſe exiſtimarunt. Itaq; metu, ne per tantam gratiam ſolus rerũ potiretur, cõtra eũ nixi, ſua ipſius cõſilia diſturbauerunt.

ASCEN

NON facinus). ſ. audax aut temerarium, non probrũ .i. factũ inhoneſtum, vnde dedecus naſcitur, non flagitiũ, factũ criminoſum, flagris & flagitione dignum. Eſt ergò auxeſis honeſta [In lingua]. i. in verboſitate.]Forte]. i. caſu & fortuna. Inſolentes immodeſti & immodici atque inſolenter petulãtes. Ab ſtirpe, ab origine, ab radice. [Tamq;]. i. & tam. [Supplicio]. i. in morte, partes ſuas. i. factiones ſuas. [Cum ſpe bona] .i. de quibus aut de quorũ uirtute futura concepta erat ſpes bona. Non. n. decorũ patitur ut uirtutem iam tum in eis dicat ſicuti hoſtiæ quaſi ſacrificia dijs pro hoſtibus vincendis vota mactari. hoc quoque ad ſacrificationem pertinet vocabulum: Mactant lectas de more bidentes. Et dr̃ macta quaſi magis aucta hoſtia. Sanè, qua per ſimilitudinem loquitur bene conformat adiectiuũ ſubſtantiuo non viciniori, ſed principaliori, quod præcedẽs eſt. Orbi hoc eſt parentibus priuati. Ac dicundo, antique dictũ, nunc dicendo dicimus, uerum tñ de iure dicundo ſatis tritum eſt. Euerſum ſupinum eſt. Commutare uolunt. i. malunt tibi contumeliam fieri, quam ſibi vitam ſeruari. Scilicet cur id faciunt, quia neque vita eſt illis tantę uoluptati ut contumelia tibi illata, quanto mœrore ſup. accidit illis dignitas tua, q. d. maximo. Periculum. i. diſcrimen. Per te. i. per continuationem imperij, aut dictaturæ tibi datæ. [Quo] .i. quanto aut quo circa. Itaque ſæpius in ciuitate .i. inter ciues aut à ciuibus facta, ſeceſſio. i. à patribus ſeorſum ceſſio & quaſi ſeiſio. Ius populi. ſ. vulgatis per tribunos plebis. Nulſus honeſtæ rei egens, non quia omnem habebat, ſed quia ſine honore ſibi bene eſſe putabat: Satis ſibi, quia contentus ſorte ſua, & ſatis patriæ, quia ſtrenuus in militia. Inertia, quia rem ſuã minus curabant & ditioribus ac diligentioribus vendebant. Cũ rep. quia in manus tyranni remp. tradebant ob largitionem. Seruitutem, quia vni ſeruiebant, vt Marii aut Syllæ & Cinnæ. Diſpalata. i. diſperſa, uagabunda. Expergiſcantur, ad libertatem. ſ. vindicandam, quippe. hoc eſt quia certe. cum. ſ. ita ſit quòd cura retinendæ libertatis orietur illis. ſ. ciuibus adhuc liberis, tum. i. multo magis cura ſeruitutis amittendæ orietur, his. ſ. ære alieno oppreſſis. & quaſi in ſeruitutem redactis. Cenſeo enim ſup. vt conſtituas in coloniis .i. nouis habitationibus ad terram imperio colendam & conſeruandam. Hos permiſtos. ſ. nouos cum ueteribus. Bonis negociis, vt agricultura. Quo, hoc eſt ad quod res mea .i. quam ſuadeo agetur, hoc eſt impelletur, omnia funditus miſceri. i. à funda. Hanc ſeruitutem. ſ. vt mittantur in colonias cum nouis. Regnum, hoc eſt dominationem tyrannicam: Multitudo ingens, hoc eſt ſi omnes beneficio vnius ciuitate donentur. Gratiam i. fauorem, conciliet. i. comparet vſui, hoc eſt utilitati eſt, quia ſi bene cum rep. libera agitur, etiam ſingulis bene eſt. Auctores. i. approbatores. M. Lubin vetuſte, nunc M. Liuius dicitur trib. pl. Atque militia, legam malitia. Iuxta ac ſe, hoc eſt pariter, aut eodem modo vt de ſeipſis, quia cum ipſi eſſent mali de eo etiam male cenſebant. Solus rerum ſubaudi imperio, ferè tamen potior genitiuum rerum regit ſine ablatiuo expreſſo. Nixi hoc eſt obnitentes.

quo tibi imperator maiore cura fideq;, amici & multa præſidia paranda ſunt, hoſtem aduerſum deprimere ſtrenuo homini haud difficile eſt, occulta pericula neque facere, neque uitare bonis in promptu eſt. Igitur ubi eos in ciuitatẽ adduxeris, qm̃ quidem renouata plebs erit, in ea re maxime animũ exercitato, vt colantur boni mores, concordia inter ueteres & nouos coaleſcat. Sed multo maximũ bonũ patriæ, ciuibus, tibi, liberis, poſtremo humanę genti pepereris, ſi ſtudiũ pecuniæ, aut ſuſtuleris, aut quoad res feret minueris, aliter neque priuata res, neque publica, neque domi, neq; militię regi poteſt. Nam ubi cupido diuitiarum inuaſit, neque diſciplina, neque artes, neq; ingeniũ ullum ſatis pollet. quin animus magis, aut minus mature, poſtremo tñ ſuccumbat. Sæpe iam audiui, qui reges, quæ ciuitates & nationes per opulentiam magnã imperia amiſerint, quæ per uirtutẽ inopes ceperant. Id adeo haud mirandum eſt. Nam ubi bonus deteriorem diuitiis magis clarum, magisq; acceptum uidet, primo æſtuat, multaq; in pectore voluit. Sed ubi gloria honorẽ magis in dies, uirtutem opulẽtia uincit animus ad uoluptatem à uero deficit, quippe gloria induſtria alitur, ubi eã dempſeris, ipſa per ſe uirtus amara, atq; aſpera eſt. Poſtremo ubi diuitiæ claræ hñr, ibi oĩa bona uilia ſunt, fides, probitas pudor, pudicitia, nã ad uirtutẽ una & ardua uia eſt. Ad pecuniam, quæ cuique lubet, nititur, & malis & bonus rebus ea creatur. Ergo in primis auctoritatem pecuniæ demitto, neq; de capite, neque de honore ex copiis quiſquã magis, aut minus iudicauerit, ſi neq; prætor, neq; conſul ex opulentia, uerũ ex dignitate creetur. Sed de magiſtratu facile populi iudicium fit. Iudices à paucis probari regnum eſt, ex pecunia legi inhoneſtũ, quare oẽs primæ claſsis iudicare placet ſed numero plures, qui iudicant; neq; Rhodios, neq; alias ciuitates unquã ſuorũ iudiciorũ pęnituit, ubi promiſcue diues & pauper, ut cuiq; ſors tulit, de maximis rebus iuxta, ac de minimis diſceptat. Sed de magiſtratibus creandis haud mihi quidem abſurde placet lex, quã C. Gracchus in tribunatu promulgauerat, ut ex confuſis quinque claſsibus ſorte cẽturię uocarẽtur, ita coæquatur dignitate, pecunia, uirtute anteire alius aliũ properabit, nec ego magna remedia cõtra diuitias ſtatuo. Nã perinde oẽs res lauditur atq; appetuntur ut earũ rerũ uſus eſt, malitia præmiis exercetur, ubi ea dempſeris, nemo oĩum gratuito malus eſt. Cæterũ auaritia bellua fera, immanis, intolerãda eſt, quo intendit, oppida, agros, fama, atq; domos uaſtat diuina cũ humanis permiſcet, neq; exercitus, neq; mœnia obſtit, quo minus ui ſua penetret, fama, pudicitia, liberis, patria, atq; parẽtib. cũctos mortales ſpoliat. Verũ, ſi pecuniæ decus adẽpſeris, magna illa uis auaritiæ facile bonis moribus uincetur,

atque hæc ita ſeſe habere tametſi oés æqui, atque iniqui memorant, tñ tibi cum factione nobilitatis, haud mediocriter certandum eſt, cui ſi dolum caueris, alia oia in procliui erunt. Nam hi, ſi uirtute ſatis ualerēt, magis æmuli bonorum, q̃ inuidi eſſent, quia deſidia, & inertia, & ſtupor eos, atq; torpedo inuaſit, ſtrepūt, obtrectāt, alienā famam ſuū dedecus exiſtimant. Sed quid ego plura, quaſi de ignotis memorē? M. Bibuli fortitudo, atq; animi uis in conſulatum erupit, hebes lingua, magis malus, quam callidus ingenio. Quid ille audeat cui conſulatu maximū imperium maximo dedecori fuit? An L. Domitij magna uis eſt, cuius nullū membrū à flagitio, aut facinore uacat: lingua uana, manus cruētæ, pedes fugaces, quæ honeſte noiari nequeūt, inhoneſtiſsima. unius tñ M. Catonis ingenium uerſutū, loquax, callidū haud conteno, parātur hæc diſciplina Grçcorū. Sed uirtus, uigilātia labor apud Græcos nulla ſunt. Quippe cū domi libertatē ſuā p inertiā amiſerint, cēſes ne eorū præceptis imperiū hri poſſe?

20C AN QVO] .i. quo circa, q. d. vt exemplum ab eo capias. [Strenno hominu,] q. d. nec tibi ſi ſtrenuus eris. In promptu .i. facile, igitur ubi eos in ciuitatem adduxeris .i. ciuitate donaueris, aut vt ciues ſuſceperis. Exercitatio .i. frequenter exerceas. Concordia ſubaudi, & vt ſtudium pecuniæ. Mirabile dictu eſt quantum ſibi obeſſe ſenſerint Rom. pecuniam, & tñ quantum eam emauerint. Vnde Flac. in epiſt. Et genus & formam regina pecunia donat. Et rurſus: Hos ſolos animo ſapere, & bene viuere quorum cōſpicitur nitidis fundata pecunia villis. Et Iuuen. Et ſi funeſta pecunia templo nondum habitas, nondum nummorum ereximus aras. [Magis aut minus mature] .i. citius aut ſerius. tamen .i. nihilominus, licet ſerius ſuccumbat. Magna imperia amiſerint, ſicut Romani ſua amiſerunt, amiſſis prius bonis moribus. Vnde Iuuen. Prima peregrinos obſcœna pecunia mores intulit. quæ .ſ. imperia ipſi inopes .i. dum adhuc erant inopes ceperant .i. vi occupauerant, per virtutem .ſ. bellicam hoc eſt per fortitudinem, & peritiam militarem, quamuis non ſit uera, hoc eſt moralis virtus occupat e aliena. [Bonus] .i. ſtrenuus, deteriorem, id eſt minus bonum, hoc eſt minus ſtrenuum. Gloria uincit honorem, honeſtum eſt enim poſſidere multa & ſplendide veſtiri, magnificas ædes habitare. Sed glorioſum eſt ea omnia contemnere. Vnde gloria uidetur ad animum pertinere & ſpiritalia ac cœleſtia concernere, honor corpus & terrena. Et ita gloria maior eſt honore. Vnde dijs proprie debita, etiam angelorum decreto cantantium & dicentium. Gloria in excelſis Deo. Multi tamen mortales gloriam poſt honorem affectan nam ubi magiſtratibus functi, & ita in honore habiti ſunt ad triumphos anhelant, & ita gloria .i. cupiditas gloriæ uincit honorem, qui uirtuti debetur, & ita magis per dominationem, & imperium quærunt gloriam quam per præclara facinora honorem, uirtus amara. Vnde Ouid. Laudataq; uirtus creſcit, & immenſum gloria calcar habet, & Iuuen. Quis enim uirtutem amplectitur ullam, Præmia ſi tollas? Ardua via, ut in litera Pyth. oſtendit Maro. In primis, ab initio. Quiſquam indicauerit, aut quidquam indicauerit. Regnum .i. occupare regnum. Non pœnituit, quia iniqua non fuerunt. Iuxta, i. pariformiter. Nemo omnium gratuito malus eſt. Pulchra ratio ad tollenda præmia pecuniaria iniquia. Cæterum auaritia. Hic execratur auaritiam, quam & Sal. nimio odio proſecutus. eſt Vaſtat .i. deſtruit penitus, vnde etiam Lacedæmonijs exitio fuit. Obſtant, quia omnia penetrant munera, unde fabula de Danae ab Ioue per imbrem aureum corrupta exponitur ab Horatio de cuſtodibus ab eo per munera corruptis [Spoliat fa.] .i. nomine bono pudicitia, quia ſunt qui ob quæſtum pudicitiam ſuam aut ſuorum proſtituat. Decus .i. honorem aut honeſtationem. Cum factione nobilitatis, quia cum nobiles ſint diuites nolunt diuitias relinquere, quo circa ſaluator noſter dixit per difficile eſſe diuitem ſaluum fieri. In procliui .i. facilia facta ut procliuia facilia ſunt ſuperatu. M. Bibuli fortitudo. Is collega erat Cæſaris, vnde in gratiam & aſſentationem eius hæc in eum dicit. Maximo dedecori, quia nihil in eo præclare geſſit, ſed penitus collegæ Cæſari ceſſit. An L. Domitij, qui ut uidimus ob ſeditionem poſtea occiſus eſt. [Vana, mendax] Honeſte nominari nequeunt, pudenda, M. Cat, cuius in coniuratione Catil. punienda prælata eſt ſententia Cæſaris ſententiæ. Diſciplina Græcorum, quia ſtoicæ diſciplinæ ſtudioſiſſimos. Loquitur autem de Catone minore. Nam maior diem obiuerat multo ante. [Nulla ſunt] .i. non ſunt. [Qui] .ſ. Græci tributarij facti amiſerunt libertatem.

Relibūi de factione ſunt inertiſsimi nobiles in quibus ſicut inſtituo. præter nomen nihil eſt additamēti. L. Poſthumius, M. Fauonius mihi uidentur quaſi magnæ nauis ſuperuacua onera eſſe, ubi ſalui peruenire uſi ſunt. Si quid aduerſi cohortum eſt, de illis potiſsimū iactura fit, quia precii minimi ſunt. Quoniā nunc, ut mihi uideor, de plebe renouanda, corrigendaque diſſerui, de ſenatu, quæ tibi agēda uidentur, dicā. Poſt quam mihi ætas, ingeniumque adoleuit, haud ferme armis, atq; equis corpus exercui, ſed animum in literis, quod natura firmus erat, in laboribus habui, atq; ego in ea uita multa legendo, atq; audiendo ita comperi. oia regna, ciuitates, nationes uſque eo proſperum imperium habuiſſe, dū apud eos uera cōſilia ualuerunt, ubicunque gratia, timor, uoluptas; ea corrupere, poſt paulo imminutæ opes, deinde ademptum imperium, poſtremo ſeruitus impoſita eſt. Equidē ego ſic apud animum meū ſtatuo, cuicūque in ſua ciuite amplior, illuſtriorq; locūsq; alius eſt, ei magni curam eſſe reip. Nam cæteris ſalua urbe tantūmodo libertas tuta eſt. Qui per uirtutē ſibi diuitias, decus, honorem pepererunt, ubi paulum inclinata reſp. agitari cœpit, multipliciter animus curis, atque laboribus fatigatur, aut gloriam, aut libertatem, aut rem familiarem defenſat, oibus locis adeſt, feſtinat, quāto in ſecundis rebus florentior fuit, tanto in aduerſis aſperius magisq; anxie agitat. Igitur ubi plebs ſenatui, ſicut corpus animo obedit, eiusq; conſilia exequitur, patres conſilio ualere decet, populo ſuperuacanea eſt calliditas. Itaque maiores noſtri, cū bellis aſperrimis premerētur, equis uiris, pecunia amiſſa, nunquam defeſsi ſunt armati de imperio certare, non inopia ærarii, non uis hoſtium, non aduerſa res ingentem eorum animū ſubegit, quin quæ uirtute ceperāt ſimul cum anima retinerē. Atq; ea magis fortibus cōſilijs, q̃ bonis prœliis patrata ſunt. Quippe apud illos una reſp. erat, ei cōſulebat factio cōtra hoſteis parabat, corpus atq; ingeniū patriæ, non ſuæ quiſque potentiæ exercitabat, at hoc tēpore contra ea homines nobiles, quorum animos ſocordia, atq; ignauia inuaſit, ignaris laboris, hoſtium, militiæ, domi factione inſtructi per ſuperbia cunctis gentibus moderantur. Itaq; patres, quorum conſilio antea dubia reſp. ſtabiliebatur, oppreſsi, ex aliena libidine huc atque illuc fluctuantes agitantur. interdū alia, deinde alia decernunt ut eorum, qui dñantur ſimultas ac arrogantia fert, ita bonum, malumq; publicum exiſtimant, quod ſi aut libertas æqua oium, aut ſnia obſcurior eſſet, maioribus opibus reſp. & minus potens nobilitas eſſet. Sed qm̃ coæquari gratiam oium difficile eſt, quippe cum illis maiorum uirtus partam reliquerit gloriam, dignitatem, clientelas, cætera multitudo pleraque inſcia, ſit ſnia eorū à metu libera, ita occulto ſibi quiſq; alterius potentia charior erit, libertas iuxta bonis, & malis, ſtrenuis, & ignauis optabilis eſt, uerum eam pleriq; metu deſerunt, ſtultiſsimi mortales, quod in certamine dubiū eſt quorſum accidat, id per inertiam in ſe, quaſi uicti recipiunt. Igitur duabus rebus confirmari poſſe ſenatum puto, ſi numero auctus per tabellā ſniam feren. Tabella ob-

tentui

quo magis animo libero facere audeat, in multitudine, & præſidiis plus, & uſus amplior eſt. Nam ferè his tempeſtatibus, alii iudicis publicis, alii priuatis ſuis, atq; amicorum negociis implicati, haud ſanè reip. cõſiliis affuerunt. Neq; eos magis occupa[…]qui ſuperba imperia diſtinuere. Homines nobiles cũ paucis ſenatoriis, quos additamenta factionis habent, quæcunque libuit probare, reprehendere, decernere, ea uti libido tulit, facere. Verum ubi numero ſenatorũ aucto per tabellam ſniæ dicentur, illi ſuperbiam ſuam dimittent, ubi iis obediendum erit, quibus antea crudeliſſime imperitabant. Forſitan imperator perlectis literis, decernes, quem numerũ ſenatorum fieri placeat,

ASCEN. RELIQVI) Nobiles. [Præter dictos] Superuacua onera, vt quæ ſine iactura .i. ſine damno iactari poſſent, vult ergo dicere fruſtra eos in ſenatu eſſe, cum nullam habeat virtutem. Salui parue, perſtat in metaphora ſumpta à nauibus. [Aetas ingenium adoleuit]. i. maturum factum eſt cũ ętate. [Sed animum in literis] Sup. exercui. Cogitaui, quodnam firmius dicerem quodq; vt uc. Cogitaui & habui in laboribus quod erat firmius. [Multa legendo, atque audiendo]. ſ. à prudentibus. [Dũ] i. donec uera cõſilia, ualuerunt, id eſt approbata fuerunt apud eos. Hoc autem prudenter dicit, vt conſiliis ſuis fidem & auctoritatem pariat. [Vbicunque]. i. quandocunque gratia, timor, voluptas .i. libido corrupere ea, paulò poſt ſunt opes imminutæ. Poſt paulo. Saluſtius diceret poſt paulum, plures paulò poſt imminutæ opes, graphicæ cõmemorat decidiſſe paulatim imperiũ, ut auctum erat. Nam cæteris. Cæteris, inquit, ſola verba defenſanda eſt tendentibus ad gloriam omnia & gloria & libertas & res familiaris. [Agitat] Sup. ſe, aut agitat. i. uiuit. [Calliditas,] Id eſt aſtutia. [Defeſſi,] Id eſt ad extremum uſque feſſi, hoc eſt defatigati. [De imperio]. ſ. defendendo, & augendo, aut utri cedẽt. Quin, id eſt quo minus retinerent ſimul cum anima, id eſt uita tantiſper dum uiuerent, ea quæ ceperant uirtute. Patrata, geſta & acquiſita. [Vna,] Id eſt non diuiſa per diſſenſiones. [Conſulebant]. i. proderant ac proſpiciebant. [Factio,] Id eſt murmuratio & ad bellum diſpoſitio ob diſſenſionem. Eſt enim factio vbi quiſque ſuo conſilio ſuæq; vtilitati innititur & ita conſilia & facta ſua ſeorſum facit. Patriæ. i. ad ſalutem Patriæ. Moderantur, imperantur, dominantur. Decernunt, id eſt iudicant & conſtituunt, non ex ſententia ſua, ſed libidine factioſorum. Ita .i. ſecundum ſimultates, & arrogantias paucorum æſtimant, id eſt eẽ ſent bonum & malum .i. commodum & incommodum publicum. Sententia obſcurior, ita ne non palam illis obſequerentur eſt tamen etiam in ipſis uerbis obſcurior ſententia, augetur reſp. [Gratia] .i. cum fauore omnium coæquari, id eſt coęquales fieri. Nam ſenatoribus & nobilibus omnia à maioribus parta & derelicta ſunt, plebeis ab illis ſubtrahenda ſi coæquari velint. Sententia eorum a metu liberata, quia cum nihil habent nihil amittere timent, ita quiſque erit ſibi occulto .i. in ſecreto. Charior potentia. i. quam ſit potentia alterius. Vbi quiſque habet comparatiuum, ſed cum eo non continue conſtruendum, qa non dicitur quiſque charior, ſed quiſque erit charior. [Libertas eſt optabilis iuxta] .i. pariformiter. Quod in certamine. Ordo eſt. Ipſi quaſi victi, recipiunt in ſe per inertiam id quod dubiũ eſt quot ſum accidat in certamine i. ſi certent. Hoc eſt priuſquam victi ſunt, & dubitant an uinci debeant recipiunt in ſe iugum ſeu legem contendentium tanq̃ uicerint. Igitur duabus rebus confirmari. i. ſtabiliri. Si numero auctus. i. ſi plures decernantur ſenatores. [Per tabellam] In qua puncta ſcribebantur, & ita maior numerus punctorum vincebat, nec ſciebatur certus auctor ſententiæ, quæ res odium demebat. [Obtentui] .i. ad obtinendum. [Affuerunt] .i. auxilio fuerunt. [Diſtinuere] .i. diros tenuere. [Illi]. ſ. factioſi, in quorum ſententiam uocalem cogebantur metu alij concedere.

quoque modo in multa, & uaria officia diſtribuatur, & quoniã iudicia primæ claſsis mittenda putem, quæ deſcriptio qui numerus, in quoq; genere futurus ſit, ea mihi o[…]a generatim deſcribere haud difficile factu fuit. ſed prius laborandu uiſum eſt de ſumma cõſilii, ibiq; tibi probandum uerum eſſe, ſi hoc itinere uti decreueris, cætera in prõptu erunt. volo ego cõſiliũ meũ prudens, maximeq; uſui eſſe. Nã vbicunq; tibi res proſpere cedet, ibi mihi bona fama eueniet. Sed me illa magis cupido exercet, vt quocunque modo, & quam primum reſp. adiuuetur, libertatẽ gloria clariorẽ habeo. Atque ego te oro, hortorq; ne clariſsimus imperator Gallica gente ſubacta, populi Romani ſummũ, atq; inuictũ imperiũ tabeſcere uetuſtate, ne per ſummam ſocordiam dilabi patiaris Profecto ſi id accidat neq; tibi nox, neq; dies curam animi ſedauerit, quin in ſomniis exercitus furibundus, atq; amens alienata mente ferararis. Nanque mihi pro uero conſtat, omniũ mortalium vitam diuino numine inuiſi, neq; bonum, neque malũ facinus cuiuiſquã pro nihilo haberi. Sed ex natura diuerſa præmia bonos maloſq; ſequi. Interea forte ea tardius procedunt, ſuus cuique animus, ex conſcientia ſpem præbet. Quod ſi tecũ patria, atq; parentes poſſent loqui, ſcilicet hæc tibi dicerẽt: O Cęſar, nos te genuimus fortiſsimi uiri in optima urbe decus, præſidiumq; nobis, hoſtibus terrorem, quæ multis laboribus, & periculis ceperamus, ea tibi naſcenti cum anima ſimul tradidimus, patriam maximã in terris, domum familiamq; in patria clariſsimam, præterea bonas artes, honeſtas diuitias, poſtremo oĩa honeſtamenta pacis, & præmia belli. Pro his ampliſsimis beneficiis, non flagitiũ à te, neq; malum facinus petimus ſed uti libertatem euerſam reſtituas, quare patrata, profecto per gentes omneis fama uirtutis tuæ uolitabit Nanq; hac tempeſtate tametſi domi, militiæq; pręclara facinora egiſti, tñ gloria tua cũ multis uiris fortibus æqualis eſt. Si uero urbem ampliſsimo nomine, & maximo imperio propè iam ab occaſu reſtitueris, quis te clarior, quis maior in terris fuerit? quippe ſi morbo iam, aut fato huic imperio ſecus accidat, cui dubiũ eſt, quin p orbẽ terrarũ uaſtitas, bella, cædes, oriãtur? Qđ ſi tibi bona libido fuerit patriæ parẽtibus gratificãdi, poſteroq; tẽpore reip. reſtituta ſuper oẽs motales gloria agnita, tuaq; unius mors uita clarior erit. Nã uiuos interdũ fortuna, ſæpe inuidia fatigat. Vbi anima naturæ ceſsit, demptis obtrectatoribus, ipſa ſe uirtus magis, magiſq, extollit. Quæ mihi utiliſſima factu uiſa ſunt, quæque tibi uſui fore credidi, quàm paucisſimi potui, perſcripſi. Cæterum deos immortales obteſtor, ut quocunque modo ages, ea res tibi, Reiq; publicæ proſpere ueniat.

QVOQVE] .i. & quomodo. [Primæ claſſis]. i. collectionis populi, qui [ut Liuius recitat] in quinque claſſes diſtributus erat. [In quoq;] i. uno quoq; Generatim. i. in generali, quaſi per genera deſcribere. Hoc itinere, hac uia & ratione procedendi. [Vſui]. i. vtilitati. i. libertatem gloria claritatẽ habeo. i. reputo & cenſeo. Atque ego te oro, ut inferior, & hortor ut conſultor & pro reip. ſalute admonitor. Pop. R. i. Pop. Romani. Tabeſcere i. leuiter conſumi. [Curam]. i. ſolicitudinem animi, hoc eſt ut dicunt remorſum conſcientiæ. [Inſomniis]. i. per inſomnia. i. per phantaſmata ſomnium adimẽtia. Exercitus. i. fatigatus vexatus, aut ſolicitatus. i. furibũdus. i. quaſi furiis agitatus, Atq; amens ſeorſum à mente .i. rõnis vſu poſitus, feraris, i. pcepstraharis more ferarũ mente alienata. ſ. ab uſu rationis, ut dixi. Nanque &c. ſanctiſſima eſt ſnia & uel Paulo noſtro digna. Ordo aũt eſt. Nanque conſtat mihi pro uero. i. pro certo & indubitato ut eſt quod uerum ſcitur. Vitam omnium mortaliũ inuiſi. i. interinſecus uideri & inſpici [Eſt. n. infinitiuus ab inuiſor inuiſeris. Vbi in non negat, ſed potius auget] ſup à nomine, diuino, & neque bonũ facinus. i. factũ, neque malum facinus cuiuſquam. i. cuiuſcunque habentis, rationem hẽri. i. reputari pro nihilo, quia dij iuſtis præmia & iniuſtis ſupplicia decernunt, unde Aeneid. i. ASCEN.

At

At ſperare Deos memores fandi atque nefandi. [Tardius] Quia lente ad uindictam diuina procedit ira. Sed inter ea conſcientia punit iudice quo ſe nemo nocens abſoluitur. O Cæſar. Callide induxit patriam dicentem quæ ipſe vix dicere auderet ; & eſt quædam ſpecies proſopopeiæ. Præterea bonas artes, repere tradidimus. [Libertatem euerſam] .ſ. per occupationem perpetuæ dictaturæ. Æqualis eſt. i. æquanda non maior. [Ab occaſu]. i. ab interitu. [Morbo]. i. vitio morum qui morbus animorum eſt aut fato. i. diſpoſitione ſuperum. [Bona libido]. i. uoluntas, ſed notandum libidinem etiam in bonam partem accipi, dicitur autem nunc libet, olim lubet, & libido olim lubido. [Gratificandi]. i. faciendi rem gratam, Mors clarior uita, quia in morte cognoſcetur per communem luctum uirtus tua. Nam uiuos, quod in reſponſiua. Cic. in Saluſt. dictum eſt. [Ceterum]. i. ſed quod reliquum eſt, aut ut ceteris omiſſis mentem meam exponam, ob teſtor. i. in teſtimonium inuoco deos immortales. q. d. eos teſtes conſcientiæ meæ facio, ut quocunque modo ages. i. ſiue ut conſulo, ſiue aliter ſentis, ea res eueniat proſpere. tibi & reip. Prudenter uidetur hic [quiſque eſt] conſultor ingreſſus qui animum ſuum in remp. oſtendit, & Cæſari quæ ſenſit honeſte ſuaſit. Verum, quia iam rerum potiebatur Cæſar, etiam ſibi proſpexit. Nam iudicio eius omnia permittit.

IN IA DE REPVBLICA ORDINANDA
Orationem caſtigationes.

VOTAM modo rem ſtabilitas communicesque] Venetum, communicasque. Mihi legendum uidetur, ſtabilitas communiasque, nec aliter ſenſus poſtulat quantumuis reclamantibus exemplaribus, pro confirmes. [Sed plebs eo libere agitabat] Legendum, plebes, quo & alias ſæpe utitur.

P. FINIS. F

-16-

Series litterarum.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V.

Omnes Quaterniones, præter *, V, Quinterniones.

VENETIIS. MDXC.